This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
VIII
G
19
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

61 B 1111

Digitized by Google

SANCTI

BERNARDINI

SENENSIS, ORDINIS SERAPHICI MINORVM,

TOMVS TERTIVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTI
BERNARDINI
SENENSIS, ORDINIS SERAPHICI MINORVM,

DVO ADVENTVALIA, VNVM DE VITA CHRISTIANA, IN QVO DOCTE DISSERITVR DE OCTO Beatitudinibus : Secundum, de Inſpirationibus. Duplex Quadrageſimale, vnum de Pugna ſpirituali : Secundum Seraphim nuncupatum, id eſt, de Amore. Sermones de quatuor Nouiſſimis, & alij tractatus.

OMNIA SYNOPSIBVS ORNATA, ET POSTILLIS ILLVSTRATA.

Operâ & labore R.P. IOANNIS DE LA HATE *Pariſini, eiuſdem Ordinis, primarij quondam Theologiæ Profeſſoris, nunc autem Chriſtianiſſimorum Regis & Reginæ Eccleſiaſtis, Terræ Sanctæ Commiſſarij Generalis, necnon Prouinciæ Franciæ Pariſienſis Reformatorum Commiſſarij Apoſtolici.*

Cum Indicibus locupletiſſimis, primo ſacræ Scripturæ, ſecundo rerum memorabilium, & tertio Sermonum.

TOMVS TERTIVS,

Ab innumeris mendis expurgatus.

LVGDVNI,

Sumptibus IOANNIS ANTONII HVGVETAN, & MARCI ANTONII RAVAVD.

M. DC. L.

Cum Priuilegio Regis, & Approbatione Doctorum.

BIBLIOTECA REALE BORBONICA NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCHVS SERMONVM ET TRACTATVVM, qui in hoc tertio Tomo continentur.

SERMO I.
De Christiana modestia.

IN quo agitur de triplici parcimonia per quam regulatur tota vita Christiana. De triplici disciplina per quam tota vita Christiana disciplinatur.
De tribus in quibus quilibet Christianus honestatem seruare debet. p.2

Sermo II. De iustitia Christiana & quomodo debet esse integra, ordinata & zelans.
In quo agitur de triplici integritate iustitiæ Christianorum.
De iustitia ordinata respectu superiorum, inferiorum, & æqualium.
De zelante iustitia circa veritatem, bonitatem, & sinceritatem. 6

Sermo III. De Christiana pietate quæ triplex est.
In quo ostenditur quod per tria opera pij efficiuntur erga Deum.
Agitur de spirituali pietate ad animas & de triplici principali opere eius.
De corporali pietate & operibus eius. 14

Sermo IV. De Christiana perfectione beatitudinum Euangelicarum.
Quod tria ostendunt dignitatem quæ in octo beatitudinibus continetur, ostenditur.
Agitur etiam de sufficientia numeri beatitudinum & de gradibus earundem.
Quomodo aliter sufficientia numeri beatitudinum ad morum vtilitatem. 19

Sermo V. De prima Beatitudine.
In quo agitur de triplici paupertate & varia conditione earum.
Quod tripliciter intelligitur esse pauperem spiritu.
Quod triplici ex causa voluntaria paupertas animas in hoc mundo efficit iam beatas. 24

Sermo VI. De secunda Beatitudine.
In quo triplex mansuetudo seu mititas declaratur.
Agitur de triplici virtute quam mititas in se comprehendit.
De præmio mititatis & qua ratione beatificentur tripliciter demonstratur. 30

Sermo VII. De tertia Beatitudine.
In quo ostenditur quod homo in præsenti vita tripliciter flere debet pro seipso.
De triplici meritorio luctu qui pro proximo fieri debet.
De triplici consolatione quæ à Domino pie lugentibus datur. 34

Sermo VIII. De quarta Beatitudine.
In quo ostenditur quod famelica iustitia ardenter tribuit vnicuique quod suum est.
Quod tripliciter esurit & sitit etiam in vita præsenti anima bonis spiritualibus saturata.
Quod famelica iustitia in beata vita triplici saturitate insatiabili præmiatur. 40

Sermo IX. De quinta Beatitudine.
In quo agitur de perfecta misericordia ac de duodecim miserationibus viri misericordiæ.
De triplici præmio quod promittitur viri misericordi & pio.
De triplici varietate misericordiæ qua in gloria præmiabuntur viri misericordes. p.46

Sermo X. De sexta Beatitudine.
In quo tractatur de triplici munditia vituperanda vel laudanda.
Quod munda tres vires animæ debent esse & à quibus mundandæ sunt.
Quo præmio remuneratur munditia cordis. 52

Sermo XI. De septima Beatitudine.
In quo agitur de triplici dono sanctissimæ pacis scilicet securitatis, diuersitatis & integritatis.
De triplici pace quam debet acquirere homo vt sit in pacifico mentis statu quasi beatus.
De fructu pacis & quod tria efficiunt hominem filium Dei. 57

Sermo XII. De octaua beatitudine
In quo ostenditur quod tria requiruntur vt quilibet martyr fiat.
Quod ad triplicem sustinentiam Dominus Iesus Christus hortatur iustos.
Quod in tribulationibus quas patimur vt meritoriæ sint tria concurrere debent. 62

Sermo XIII. De summa perfectione euangelicæ obedientiæ, atque de obedientia cuiuscunque religionis.
In quo agitur de perfectionibus obedientiæ, quæ euangelica nuncupatur.
De duodecim quæ faciunt obedientiam esse suauem, atque ad perferendum leuem.
De scala sãcta obediẽtiæ & de septẽ gradib. eius. 67

FERIA QVARTA CINERVM,
Sermo I. *De pugna spirituali.* 75
Sermo II. *De qua patria & de qua arte sunt meliores pugnatores.* 77
Sermo III. *Quomodo in persona agnoscuntur boni pugnatores.* 78
Sermo IV. *Quod pugnatores debent exercitio instrui & præmio allici.* 79
Sermo V. *De loco apto ad pugnandum.* 80
Sermo VI. *Quid debet habere pugnator bonus.* 82
Ser. VII. *Quot cõditiones debẽt habere Principes.* 83
Sermo VIII. *De quatuor conditionibus quæ debent esse in milite.* 84
Sermo IX. *Quomodo milites debent scire permutare castra seu campum.* 85
Sermo X. *Quæ sunt illa quæ parant victoriam, & procuranda sunt ante pugnam.* 86
Sermo XI. *Qui sunt bellatores meliores an rustici aut Nobiles.* 88
Sermo XII. *In quibus debent instrui pugnatores & quid dux exercitus facere debeat.* 89
Ser. XIII. *De tempore ad pugnam conueniente.* 90

Digitized by Google

Argumenta

Sermo XIV. *Quomodo acies debet esse ordinata per diuersos officiales.* p. 91
Sermo XV. *Quomodo exercitus debeat ire, stare, & ferire.* 92
Sermo XVI. *De generibus militum qui ducebantur ad exercitum.* 93
Sermo XVII. *De numero militum de custodibus & sui & castrorum.* 94
Sermo XVIII. *Quomodo post conflictus possit homo resurgere.* 96
Sermo XIX. *Quomodo acies debent ordinari.* 97
Sermo XX. *De armis pugnatorum.* 99
Sermo XXI. *Quomodo deuictos hostes debemus consumere & in potestate nostra submittere.* 100
Sermo XXII. *Quid agendum est post victoriam ne vlterius resurgat pugna.* 101
Sermo XXIII. *Quales debent esse ciues ne expugnabiles reddantur.* 102
Sermo XXIV. *Qualis debet esse dux ciuitatis.* 103
Sermo XXV. *De duce & rectore ciuitatis.* 105
Sermo XXVI. *De constructione ciuitatis.* 106
Sermo XXVII. *Propter quæ obsessi perdunt propria culpa.* 107
Sermo XXVIII. *De malitiis & cautelis quas habent obsidentes contra obsessos.* 108
Sermo XXIX. *Quid agendum est ciuibus obsessis in ciuitate debili.* 109
Sermo XXX. *De crudelitate quam exercent hostes in obsessos capta ciuitate.* 110
Sermo XXXI. *De languenti Lazaro.* 111
Sermo XXXII. *Propter quæ aliquæ ciuitates ab hostibus inopinate capiuntur.* 112
Sermo XXXIII. *De bello nauali & primo de nauta & de naui.* 113
Sermo XXXIV. *De velis & remis & vbi fuit inuenta nauis.* 115
Sermo XXXV. *De tempestatibus & bonitate nautarum.* 116
Sermo XXXVI. *De portu & de insidiis & sagacitate nautarum.* 117
Sermo XXXVII. *De modis & cautelis quibus committitur nauale bellum.* 119
Sermo XXXVIII. *Quod fuit principium bellandi, & quid mali hostes intendunt.* 120
Sermo XXXIX. *Recapitulantur omnia bella.* 121
Sermo XL. *De triumphis qui fiebant victoribus.* 123
Sermo XLI. *Feria secunda maioris hebdomadæ.* 122
Sermo XLII. *De passione Christi quoad figuram veritatem.* 122
Sermo XLIII. *De malignitate Iudæorum qui fuerunt auctores Passionis Christi.* 126
Sermo XLIV. *De bonitate patientis.* 127
Sermo XLV. *De acerbitate Passionis Christi.* 128

ADVENTVALE
secundum, de Inspirationibus.

Sermo I. De inspirationibus & primo de inspirationum varietate.
In quo agitur de septem generibus inspirationum, & à quibus originem habent.
De impossibilitate seu difficultate discretionis, quæ in his generibus inspirationum cadit.
De vniuersalibus operibus malis & bonis tripliciter distinctis & diuersimode inspiratis. p. 131
Sermo II. De inspirationum discretione.
In quo pertractatur de quatuor regulis discretionis inspirationum quæ ad laborem inducunt.
De secundis quatuor regulis discretionis inspirationum quæ ad delectationem inducunt.
De vltimis quatuor regulis discretionis inspirationum quæ inducunt ad laborem & delectationem. 137
Sermo III. De multiplici lumine.
In quo agitur de inspirationibus quæ meritoriæ sunt.
De duodecim rationibus quare inspirationes sanctæ adimpletæ meritoriæ sunt.
Quod mereatur quodcunque genus inspirationum siue bonarum, siue malarum. 152
Sermo IV. De inspirationibus.
In quo ostenditur quod reperiuntur septem inspiratores.
Quot sunt genera seminis inspiratiui.
De effectu inspirationum. 159
Sermo V. De semine inspirationis.
In quo agitur de discretione inspirationum.
De inspirationum operatione.
De fructu inspirationum seu de earum fructu. 162

QVADRAGESIMALE
nuncupatum Saraphim.

Sermo I. De amore spei siue de amore alto per spem.
In quo agitur vbi amor diuinus habet fundamentum, vnde amor diuinus descendit, quò amor diuinus progreditur. 169
Sermo *II. De fide siue de amore longo per fidem.* 171
Sermo *III. De amore lato per charitatem.* 174
Sermo *IV. De amore probante.* 178
Sermo *V. De amore radioso.* 181
Sermo *VI. De amore timoroso.* 185
Sermo *VII. De amore non dubioso.* 189
Sermo *VIII. De amore miraculoso.* 191
Sermo *IX. De amore vigoroso.* 194
Sermo *X. De amore gaudioso.* 197
Sermo XI. *De amore gratioso.* 199
Sermo *XII. De amore honorante.* 201
Sermo *XIII. De amore lamentali.* 204
Sermo *XIV. De amore condemnante.* 206
Sermo *XV. De amore bene vtente.* 208
Sermo *XVI. De amore remunerante.* 211
Sermo *XVII. De amore amplexante.* 216
Sermo *XVIII. De amore bene conuersante.* 214
Sermo *XIX. De amore sanctificatiuo.* 219
Sermo *XX. De amore purgatiuo.* 224
Sermo XXI. *De amore discreto.* 227
Sermo XXII. *De amore correctiuo.* 229
Sermo XXIII. *De amore sanatiuo.* 232
Sermo XXIV. *De amore inflammatiuo.* 335

Sermo

Digitized by Google

Et Elenchus Sermonum,&c.

Sermo XXV. *De amore aculeato.* 239
Sermo XXVI. *De amore irato.* 244
Sermo XXVII. *De amore non conformi.* 247
Sermo XXVIII. *De amore illuminatiuo.* 251
Sermo XXIX. *De amore desolato.* 254
Sermo XXX. *De amore putrido.* 258
Sermo XXXI. *De amore euiscerato.* 263
Sermo XXXII. *De amore fugiente.* 296
Sermo XXXIII. *De amore restituente.* 271
Sermo XXXIV. *De amore conterente.* 275
Sermo XXXVI. *De amore honestante.* 279
Sermo XXXVII. *De amore incarnante.* 283
Sermo XXXVIII. *De amore præparante.* 288
Sermo XXXIX. *De amore conuertente.* 290
Sermo XL. *De amore officioso.* 295
Sermo XLI. *De amore ineffabili.* 301
Sermo XLII. *De amore pauido.* 307
Sermo XLIII. *De amore sanatiuo.* 311
Sermo XLIV. *De amore sapido.* 315
Sermo XLV. *De amore dolente.* 321
Sermo XLVI. *De amore quieto id est mortuo & sepulto.* 331
Sermo XLVII. *De amore triumphante in die Resurrectionis.* 332
Sermo XLVIII. *De amore misericorde.* 335
Sermo XLIX. *De amore glorioso seu de gloria paradisi.* 341

SERMONES extraordinarij.

Sermo I. *De regno Dei & de iis qui volunt fieri beati.* 348
Sermo II. *De expugnatione paradisi.* 354
Sermo III. *De charitate diuina emenda.* 359
Sermo IV. *Qui est de consideratione operationum malorum.* 363
Sermo V. *De tepiditatis vitio.* 365
Sermo VI. *De septem amoris flammis.* 368
Sermo VII. *De misericordia Dei.* 371
Sermo VIII. *De viduitate.* 373
Sermo IX. *De scientiarum studiis.* 376
Sermo X. *De seminatione dæmonis.* 381
Sermo XI. *De conuersione ad Iesum quæ fit dilectione ad Deum, dilectione ad seipsum & dilectione ad proximum.* 387
Sermo XII. *De luxuria.* 394
Sermo XIII. *De curatione & noua luxuriæ remediis.* 396
Sermo XIV. *De quatuor hominis nouissimis.* 400
Sermo XV. *De satisfactione.* 405
Sermo XVI. *de morte.* 410
Sermo XVII. *De iudicio.* 412
Sermo XVIII. *De pœnis inferni.* 416
Sermo XIX. *De miseria conditionis humanæ.* 424
Sermo XX. *De vtilitate hominis.* 426
Sermo XXI. *De taciturnitate boni & mali.* 427
Sermo XXII. De amore propriato siue priuato.
In quo agitur de triplici ruina quam ponit in anima proprius amor.
De triplici malignitate qua operatur in anima proprius amor.
De triplici desperato opere ad quod perducit priuatus amor. 430
Sermo XXIII. De mundi amore & malis conditionibus eius.
In quo pertractatur de triplici nequitia mundani amoris quam in anima operatur.
De triplici impietate mundani amoris.
Quod mundi amor omnes animæ vires iniquitatibus replet. 437
Sermo XXIV. de exercitu spirituum malignorum.
In quo tractatur de primo viscario satanæ & tribus ducibus eius.
De secundo vicario satanæ & tribus ducibus eius.
De tertio vicario satanæ & tribus ducibus eius.
De tertio vicario satanæ, qui cum septem spiritibus malis impellit ad septem capitalia peccata & mala. 442
Sermo XXV. Quotuplex sit status animæ iustæ.
In quo peragitur de sex gradibus ascendendi in cælum per viuam spem.
De sex gradibus descendendi per humilitatem ad seipsum.
De septem operibus actiuæ vitæ conformibus septem diebus creationis. 449
Tractatus *De Confessione.* 457
Tractatus *De speculo peccatorum,* 474
Tractatus *De præceptis regulæ Minorum.* 478
Tractatus *De præceptis Religiosi.* 480
Epistola *ad Patres familiæ Vltramontanæ.* 481
Tractatus *De aspirationibus quotidianis ad Deum.* 482
Dialogus *De Obedientia.* 486

DIVI

Digitized by Google

Digitized by Google

DIVI BERNARDINI
SENENSIS ORDINIS
SERAPHICI MINORVM,
Aduentuale de Christiana vita.

SERMO PROOEMIALIS.

Tit. 2. SOBRIE, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo expectantes beatam spem & aduentum Domini gloriæ magni Dei. *Verba sunt Apostoli scribentis ad Titum 2. c. de Christiana vita, de qua ad præsens tractaturi sumus. Lex est æterna temporaliter promulgata, diuinæ voluntatis ostensio, reformatio imaginis deuotæ, inuisibilium amor, terror dæmonum, clausura inferni, munditia cordis, animæ speculum, sol inuisibiliter lucens, venustas omnium morum, via & ianua paradisi. Hæc est via regalis, quæ recipit omnes: omnibus quidem communicabilis, omnibus coaptabilis, omnibus denique debita & possibilis est. Hanc assumere possunt Imperatores & Reges, Principes & Magnates, & absque mutatione iustæ dignitatis Christianæ vitæ possunt experiri virtutem. Blanditur nobilibus & ignobilibus, seruandi eam audaciam præstat: sapientes non abiicit, insipientes non repellit, diuites non dedignatur, congratulatur pauperibus, nec sexus in sua operatione discernit. Amplectitur infideles, non damnat iura coniugij, statum continentiæ fouet, extollit præ iis in culmine virginitatem & cunctis in eam perseuerantibus vitam æternam infallibiliter repromittit. Hanc igitur Christianam vitam paucis verbis magnisque sententiis altiuidus ac magnus ille Apostolus in proposito verbo declarando comprehendit dicens:* Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei. *In quibus sacris eloquiis Apostolus tres virtutes commemorat generales Christianæ vitæ. Prima dicitur modestia, & de hac dicit* sobrie. *Secunda nuncupatur iustitia: & de hac subiungit* iuste. *Tertia nominatur pietas & de hac superaddit,* pie viuamus *id est, pie viuendo nos seruemus in hoc sæculo, scilicet peregrini expectantes beatam spem, quæ ad beatitudinem ducit & aduentum gloriæ magni Dei, id est expectantes gloriam, quam experiemur in Deo magno, quando scilicet contemplabimur, quod Psalmographus ait, quod* magnus est Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius.

Quid lex diuina, eiꝰ encomiū.

Tres virtutes generales Christianæ vitæ.

Aduentuale de Christiana vita.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic sermo, qui est de Christiana modestia, quæ triplex est, quique continet tres articulos, quorum primus complectitur tria capita, secundus verò tria, tertius denique tria similiter.

Articuli primi, De triplici parsimonia per quam regulatur tota Christiana vita,

Cap. 1. De prima parsimonia quam debet homo seruare in victu & vestitu iuxta status sui conditionem.

Digitized by Google

Cap.2. De secunda parsimonia quæ in vigilia & somno seruanda est.
Cap.3. De tertia parsimonia, in labore & ocio seruãda.
Articuli secundi, Qui est de triplici disciplina per quam tota Christiana vita disciplinatur,
Cap.1. De prima disciplina per quam cor humanum disciplinatur in gaudio & mœrore.
Cap.2. De secunda disciplina quæ discrete os nostrum in silentio & loquela disciplinari debet.
Cap.3. De tertia disciplina per quam disciplinanda sunt opera nostra per mansuetudinem & rigorem.
Articuli tertij, Qui est de tribus, in quibus quilibet Christianus honestatem seruare debet,
Cap.1. De prima honestate, per quam regulari, & fulgere debent omnes humani corporis sensus.
Cap.2. De honestate secunda, quæ seruari debet in cultu vestium seu vestimentorum.
Cap.3. De tertia honestate, in qua ostenditur quanta grauitate, & pudicitia humani corporis membra custodienda sunt.

De Christiana modestia, quæ triplex est.

Sermo I.

Prima dicitur modestia.

PRIMA quidem virtus Christianæ vitæ ad præsens modestia nuncupatur, quæ est decimus fructus spiritus qui ab Apostolo, Galat. 5. numeratur. Est enim modestia virtus quædam, qua nec plus, nec minus agimus. Hæc siquidem virtus in omnibus factis & dictis modum seruat. Et ad hanc hortatur Apostolus dicens, *sobriè*. Et ad Philip. 4. iterum ait: *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est.* Quod verbum potest esse thema in præsenti materia, in tertia Dominica de Aduentu, quasi commonefaciens omnes, sicut præmoneri solent pueri motas scholasticæ disciplinæ transgredientes, cum eis dicitur, Magister adest. Tota denique Christiana ac moralis vitæ modestia in triplici modestia comprehendi potest. Prima dicitur parsimonia, secunda dicitur disciplina, tertia vero nominatur honestas.

Galat.5. Quæ modestia.

Philip.4.

Triplex modestia.

Articvlvs primvs.

De triplici parsimonia, per quam regulatur tota Christiana vita.

Prima dicitur parsimonia.

PRima quidem modestia, parsimonia nuncupatur. Dicitur autem parsimonia, à parsi præterito, de parco parcis, vt dicatur parsimonia, quasi parsitas in alimonia vitæ, quæ nihil aliud est, quàm in alimonia vitæ corporalis metam non excedere rationis. Vt igitur homo viuat secundum hanc rationabilem parsimoniam, triplicem duplicatam parsimoniam considerari atque seruari necesse est. Primam in victu & vestitu, secundam in vigilia & somno, tertiam in labore & otio.

De prima parsimonia, quam debet homo seruare in victu & vestitu iuxta status sui conditionem.

Cap. I.

Prima in victu & vestitu.

PRima autem parsimonia in victu & vestitu seruanda est. Primum pertinet ad corporis nutrimentum intrinsecum, secundum vero ad corporis fomentum extrinsecum. Nempe sine his duobus humana vita minimè conseruari potest. Attamen in eis excessus atque defectus omnino vitandi sunt. Primo quidem in victu non debet esse excessus, neque defectus: non vtique in victu debet homo excedere. Per victum quidem intelligimus omnia, quæ ad intrinsecam corporis sustentationem requiruntur. In hoc quidem esse excessum prohibet Dominus Luc. 21. dicens, *Attendite ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate.* Et iterum Eccle. 37. ait, *Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas vsque ad coleram propinquabit: propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adijciet vitam.* Proinde licet homo secundum quosdam, ad Ecclesiæ ieiunia vsque ad completum 21. annum non sit astrictus: tamen qui ante illam ætatem à carnis illecebris molestantur: ea ipsa naturæ lege præfigere sibi debent aliquod tempus vel dies in quibus mortificent mortiferos sensus suos, sicut ad tales exhortando Colos. 3. c. Apostolus ait: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* Porro magnæ deuotionis atque vtilitatis est opus in qualibet hebdomada aliquem sibi abstinentiæ statuere diem ob reuerentiam matris Dei, aut in memoriam Dominicæ passionis, Nec quoque cibi nimia abstinentia sumenda est. Nam pernicioſe illud onus assumitur, quod ad lassitudinem operatur. Hinc Rom. 12. cap. Apostolus ait, *Rationabile obsequium vestrum*, Et iterum 2. Cor. 6. inquit, *Castigati & non mortificati*, sc. sitis. Secundo quoque non debet quis excedere in vestitu. Inter vestimenta autem cætera corporis & cubiculi ac totius domus ornamenta connumeremus. Circa quæ omnia ne homo excedat sed veram parsimoniam seruet, tria considerare necesse est. Primum, quod respicit ad tempus præteritum: secundum quod respicit ad tempus præsens: tertium quod respicit ad tempus futurum. Primum quidem, quod respicit ad tempus præteritum, est pensare atque recolere, si talia indumenta atque iocalia & similia habita reperiuntur ex illicitè acquisitis, vel si ex his talia dans impotens factus est ad satisfaciendum malè ablata. Nam, teste, Esa. 9. *Vestimentum admixtum sanguine peccati, erit in combustionem & cibus ignis*, id est causa fiet, quod illud gerens æternaliter comburetur, ita vt fiat cibus infernalis ignis. Secundum, quod refertur ad præsens tempus, est diligenter examinare, si tanta vestimenta & ornamenta conueniant statui suo. Nam quod conuenit vni, alteri sæpe inconueniens est propter status diuersitatem, verbi causa. Vni magnæ Dominæ conuenire potest, quod vxori vnius ciuis minimè conueniens est: nec vni rustico licet, quod conuenit mercatori vel ciui. Vni quoque armigero, seu stipendiario decens erit, quod erit indecens mercatori, & sic de consimilibus. Quod ostendere volens summus opifex Deus in ornatu, differentia fecit luminaria cœli, quemadmodum 1. Cor. 15. c. Apost. attestatur dicens, *Stella differt à stella in claritate.* Tertium, quod refertur ad tempus futurum, est cum prudentia ponderare, si cum talibus expensis tam largè profusis, pensatis casibus communiter affuturis, poterit homo absque impiis lucris perseuerare. Nam sicut Propheta ait, quod tenebrosum seculum non aduertit: *Abyssus abyssum inuocat.* Plane abyssus magnarum expensarum abyssum inuocat impiorum lucrorum, ad quæ occasionem dare non licet, quamuis homo magnæ ac nobilis conditionis existat.

Luc.21. *Eccles.37.* *Coloss.3.* *Rom.12.* *2.Corint.6.* *Tria considerãda in vera parsimonia.* *Esa.9.* *Quod quilibet in suo statu potest considerare.* *1.Cor.15.* *Psalm.*

De secunda parsimonia, quæ in vigilia & somno seruanda est.

Cap. II.

Secũda in vigilia & sõno.

SEcunda parsimonia seruanda est in vigilia & somno. In his quoque duobus tota nostra conducitur vita: nec in aliquo eorum debet esse excessus. Primo inquam homo non debet excedere in vigilia. Sancta quippe vigilia est, cum per eam quæratur & inueniatur omnis virtus & etiam ipse Deus, sicut Cantic. 3. ipse Dominus attestatur dicens: *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem*, scil. animæ suæ, dum videlicet

Cant.3.

Digitized by Google

videlicet insistebant vigiliis sacris. Immoderata tamen vigilia, experientia teste, eneruat spiritum, & corporis vires consumit, atque quandoque hominem amentem reddit. Secundo quoque non debet esse excessus in somno. Nimia quippe dormitio hebetem ad virtuosa reddit hominem & inertem, negligentiam parit & fouet, ex quo fit quod faciliter mens ad casum omnibus tentationibus patet. Ratio est, quia ex nimietate dormitionis occluditur ratio, intelligentia suffocatur, memoria debilitatur, voluntas torpescit, & fit homo inconsideratus: pericula non prouidet: bona non curat: ex quo vtique fit, vt leui tentatione animus propulsatus & mala committat & bona omittat: & quod deterius est, nec illa aduertat. Proinde 2. Cor. 6. Ap. nos hortatur exercitari per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, sc. ne nimietate vigiliæ seu somni à nostris aduersariis prosternamur. Proinde Bern. ait, quod ex indiscretionis vitio, qui ieiunia & vigilias & huiusmodi sic agit; vt deficiente spiritu vel langescente corpore spiritualia impediantur, abstulit corpori boni operis fructum vel effectum, spiritui affectum, proximo exemplum, Deo honorem & obsequium, sacrilegus est, & omnium reus bonorum Deo.

Nimius somnus nocivus.

2. Cor. 6.

De tertia parsimonia, in labore & ocio seruanda.

Cap. III.

Tertia parsimonia in labore & ocio obseruanda est.

TErtia parsimonia in labore & ocio obseruanda est. Et in his quoque duobus tota humana vita decurrit. Nec in aliquo eorum debet homo excedere. in labore. Bonus est nempe corpori, & animæ moderatus labor. Corpus enim à multis infirmitatibus liberum reddit & necessaria corpori subministrat, ac à multis vitiis abstrahit. Insuper si moderatus est, spiritum deuotionis nutrit. Hinc Propheta ait: *Labores manuum tuarum, quia manducabis beatus es, & bene tibi erit.* Immoderatus attamen cum fuerit, & maximè pro temporalibus cõgregandis, corporis vires conf.ingit, diminuit vitam, extinguit spiritum, voluntatem conam eneruat, atque omni honesta delectatione hominem priuat. Talis vtique labor arta infe.ni iam dici potest, sicut de huiusmodi Prophet. ait. *Laborauit in æternum*; scil. in inferno, & *vinet adhuc in finem*: vt scil. sine fine non moriendo laboret. Secundo non debet homo excedere in quiete & ocio corporali. Est quippe ocium omnino humanæ naturæ contrarium. Quod mystice Dominus Gen. 2. c. manifestat, cum Adam etiam ante lapsum posuit in paradi o voluptatis, *vt operaretur & custodiret illum*. Omnis nempè ociosus efficitur vitiosus, proinde Eccl. 33. ait, *Multam malitiam docuit ociositas*. Quod exemplum Sodomæ manifestat, de qua Ezech. 16. scriptum est; *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ*, scilicet, O anima ociosa, *superbia, saturitas panis, abundantia ipsius, & ocium eius*. Est nihilominus ocium sanctum & spiritualiter operosum, admodum quidem necessarium ad salutem, de quo Exod. 10. c. præcepit Dominus dicens, *Memento vt diem sabbathi sanctifices*, id est sanctis operibus in eo vaces. Ad hoc quidem ocium hortatur Propheta dicens: *Vacate & videte, quoniam suauis est Dominus*, quasi dicere velit, Vacando in diuinis operibus experimentaliter cognoscite suauitates & dulcedines Dei. Nec tantum in diebus festiuis, diuinis operibus vacandum est: sed quotidie statuenda est aliqua pars diei, in qua fidelis anima ante oculos suos constituat sibi Deum creatorem, redemptorem, glorificatorem, iustum & misericordem: vt semper ab eius offensis arceatur timore, & ad eius beneplacita attrahatur amore,

Psalm.

Labor aliquando infructuosus. Psal.

Genes. 2.

Eccles. 33.

Ezech. 16.

Otiũ est aliquid sanctũ.

Exod. 10.

Psal.

Articvlvs Secvndvs.

De triplici disciplina, per quam tota Christiana vita disciplinatur.

SEcunda quidem modestia, dicitur disciplina. Est enim disciplina secundum morales, competens informario corporis & animæ ad id, quod est vtile & honestum, seu secundum alios: Disciplina est receptio præceptorum, quibus receptis id quod consideramus, implemus. Decet enim Christianum præcepta disciplinandæ vitæ suæ suscipere: & omni studio opere adimplere, quia omnia Christianæ vitæ præcepta sunt vtilia & honesta. Ad talem disciplinam suscipiendam hortatur Propheta dicens: *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus*: scil. ex indisciplinata vita, & *sic pereatis de via iusta*, Psalm. 2. Quod verbum potest esse thema in præsenti materia de disciplina. Item aliud thema ad Hebr. 12. *In disciplina perseuerate, in qua tanquam filiis se offert Deus*. Triplex est vtique disciplina, per quam disciplinatur tota Christiana vita. Prima est di ciplina cordis, secunda est disciplina oris, tertia vero operis nuncupatur.

Secunda modestia dicitur disciplina.

Psalm. 2.

Hebr. 12. Disciplina.

De prima disciplina per quam cor humanum disciplinatur in gaudio & mœrore.

Cap. I.

PRima quidem est disciplina cordis. In duobus enim est disciplinandum cor humanum. Primo in gaudio, secundo in mœrore. Primum pertinet ad mundi prospera, secundum vero ad mundi huius aduersa. Nam communiter in altero istorum occupatur humana vita:: propterea freno disciplinæ moderanda est. Primo inquam di ciplinari debet cor humanum in gaudio, seu in prosperis huius mundi, cum plures periclitentur ex prosperis quam aduersis, teste Propheta, qui ad ipsum Dominum ait, *Cadent à latere tuo mille*. Cadent, scil. per æternam damnationem, à latere tuo mille & decem millia à dextris tuis. Per sinistram aduersitas, per dexteram vero mundi prosperitas designatur, in cuius mysterium Christus legitur pluries ileuisse, & nunquam risisse; proinde magna cautio adhibenda est, quod cor humanum freno disciplinæ in prosperis moderetur, ne per lubrica & vana gaudia effunda ur ad hæc transitoria bona ex gloria magna, aut ex alta fama, siue ex nobili pro apia, aut ex magna familia, seu ex multa substantia, siue ex alto statu, siue ex quocunque gaudio alio temporali. Displicet nempe nimis inappreciabili dulcedini Dei, quod ea omnino neglecta, immo potius derelicta & spreta, homo per ineptam lætitiam in his transitoriis totaliter se diffundat, seu submergat. Vnde iusto iudicio, atque pio permittit frequentius Deus, vt homo percipiat mundi fallacias & suspiret ad veras delicias & diuitias, quod talibus contingit illud, quod Prouerb. 14. Sapientia Dei dicit, *Risus dolore miscebitur*, id est, statim occupabitur à dolore. *Et extrema gaudij*, id est, gaudia effrenata *luctus occupat*, videlicet inspe rato & improuise. Secundo disciplinandum est cor humanum in mœrore, seu in huius mundi aduersis, ne videlicet per impatientem dolorem absorbeatur ab eis. Cum enim aduersitas nulla contingere possit nisi diuina iustitia misericorditer dispensante, necesse est si quando ex eis in animo consurgit tristitia, seu mœror, seipsum arguere ac suæ animæ dicere cum Propheta: *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi*, scil. cordialiter sentiendo, quod in his omnibus Deus mecum misericorditer operatur. Et iterum dicere cum Propheta. *In manibus tuis sortes meæ*. Igitur si te paupertas grauiter angit, si infamia contra te diffunditur circunquaque, si persecutio pellit, cruciat exilium,

In duobus est disciplinandum cor humanum.

Prosperitas periculosior quam aduersitas.

Mœror ne nos absorbeat.

Psal.

Psal.

Digitized by Google

carcer affligit, si moriuntur filij, aut quicunque chari, seu quæcunque alia grauissima molestia vexat, in mente habeto exemplum illius patientissimi Iob, qui sicut in eius 1. c. patet: audita dilectorum filiorum & aliorum suorum miserabili nece aliisque aduersis,

Iob. 1. *surrexit & scidit vestimenta sua, & tonso capite in* testimonium paternalis & proximalis compassionis & amoris *in terram corruit & adorauit & dixit: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Vide quanta disciplina in mœrore cor huius sanctissimi viri moderatum fuit, quia nec extitit insensibilis ad amorem proximi. Fleuit enim; fleuit & Christus ex Lazari morte: Nec tamen ex filiorum dolore oblitus est Dei creatoris sui.

De secunda disciplina qua discretè os nostrum in silentio & loquela disciplinari debet.

Cap. II.

Secunda est disciplina oris. SEcunda quidem est disciplina oris, ad quam hortatur Sapiens Prou. 5. c. dicens, *Disciplinam labia tua conseruent.* In duobus enim os nostrum disciplinandum est. Primo in silentio, secundo in sermone. *In duobus disciplinandum os nostrum.* Primo quidem in silentio disciplinari debet. Raro quidem rationabili & fructuoso eloquio plenus est, qui discretum silentium seruare nescit. Magnæ quippè sapientiæ ac virtutis indicium est, silere ex ratione,

Prou. 5. *Eccles. 20.* Eccl. 20. attestante, qui ait; *Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuus autem & imprudens non obseruabit tempus.* Et iterum Quintil. ait. In turba, in conuiuio & in itinere cogita secretum. Secundo audem disciplinandum est os in sermone. Nam teste Salomone, Prou. 18. *Mors & vita in manibus lingua.* Proinde

Prou. 18. *Eccles. 23.* Eccles. 23. c. admonet dicens, *Indisciplinatæ loquelæ ne assuescas os tuum: est enim in ea verbum peccati.* Sed quia disciplinatè loqui Propheta difficillimum cognoscebat, ideo hanc gratiam obnixè à Domino postulabat dicens, *Pone Domine custodiam ori meo & ostium circunstantiæ labiis meis.* Custodia quippè oris,

Custodia oris quæ. discretionis luminosa ratio est, qua intelligit & discernit tacenda atque dicenda. Ostium vero quod aperiri & claudi potest, ipsius rationis discretio est, qua homo cum discretione loquitur & silentium seruat. Nec postulat Propheta ad linguæ custodiam murum, qui vtique cum difficultate poni & amoueri potest; sed ostium inquit, quod facilius potest aperiri & claudi: nec insuper ostium dicere satis fuit, sed ostium circunstantiæ postulat, vt in tacendo & loquendo obseruandas discretas circunstantias demonstraret. Septem sunt in loquendo circunstantiæ cum magna diligentia obseruandæ. Quia considerandum est in hoc sermone primo, quis loquitur: secundo, quare loquitur: tertio, quid loquatur: quarto, quibus loquatur: quinto, quando loquitur: sexto, quomodo loquatur: septimo, quantum loquitur. Primo considerare oportet, quis loquitur. Nam quod vni conuenit, alteri quidem indecens est, sicut verbi causa,

Eccles. 32. Eccles. 32. cap. ait: *Loquere maior natu: decet enim te primum verbum. Adolescens loquere vix in causa tua, cum necesse fuerit. In multis esto quasi inscius & audi tacens simul & quærens & loqui in medio magnatorum ne præsumas, & vbi sunt senes, non multum loquaris.* Et sic in similibus obseruandum est. Secundo considerandum est, quare, id est qua ex causa & intentione homo loquitur: nam scriptum est.

Quicquid agant homines, intentio iudicat omnes.

Matth. 6. Vnde Matth. 6. Dominus ait; *Si oculus tuus*, scil. intentio tua, *simplex fuerit, totum corpus tuum, lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Tertio considerandum est, quid loquatur. Nam sicut

Prou. 13. Prouerb. 13. cap. scriptum est, *Qui custodit os suum, custodit ab angustiis animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.* Quarto considerare necesse est, quibus loquatur. Proinde Gregor. super Ezech. ait: Obiecro, disce, qualiter vnumquenque alloqui debeas, quem corrigas & noli in parte ista ambulare in sensu tuo, immo in furore tuo. Quinto quoque consideret, quando loquendum est: quia sicut Ecclesiastes. 3.

Eccles. 3. *Prou. 25.* inquit, *tempus tacendi & tempus loquendi.* Et Prouerb. 25. *Mala aurea in lectis argenteis*, id est poma matura in argenteis vasis, *qui loquitur verbum in tempore suo.* At *econtra ex ore fatui reprobabitur parabola*, quia non dixit illam in tempore suo, ait Ecclesiastes 8. cap. Et iterum Prouerb. 15. scriptum est:

Eccles. 8. *Prou. 15.* *Sermo opportunus, optimus est.* Sexto considerandum est, quomodo quis loquatur, quia modus secundum diuersas materias in dicendo variandus est. Nam cum triplex distinguatur dicendi modus, scilicet humilis, medius & grandiloquus. Talis à nobis obseruandus est modus, qualem expostulat materia ipsa. Vnde cum magna dicimus, granditer referenda sunt: Cum mediocria, temperate: Cum vero parua, subtiliter. Septimo quoque consideret homo, quantum conueniat loqui: vt nec nimium, nec parum merito iudicari queat. Et maximè multiloquium euitandum est, quia vt dicitur Prouerb. 10.

Prou. 10. *In multiloquio non deerit peccatum.* Aduertendum est tamen, quod in omnibus circunstantiis supradictis, *hominis est præparare cor: Dei autem est gubernare linguam*, sicut Salomon Prouerb. 16. attestatur. Quantique muneris sit, quæ hæc dicta sunt obseruare, beatus Iacobus manifestat, cum in cap. 3. suæ Canon

Prou. 16. *Iacob. 3.* ait: *Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir.* Ille quippe non offendit in verbo, qui discretus est in silentio & sermone secundum circunstantias supradictas.

De tertia disciplina, per quam disciplinanda sunt opera nostra per mansuetudinem & rigorem.

Cap. III.

Tertia est disciplina oris. TErtia vero est disciplina operis. Cum duobus enim disciplinanda sunt opera nostra. Primo cum mansuetudine, secundo autem cum rigore: Et hæc simùl in homine gradiantur, vt mansuetudine ostendatur patientia cum iustitia; & in rigore displicentia mali, cum modestia. Primo disciplinanda sunt opera nostra cum mansuetudine, ne scil. rigor sine mansuetudine & pietate mentem in duritiam & crudelitatem adducat. Taliter enim foris rigor contra vitia inardescat, quòd tamen limites mansuetudinis non excedat. Sic quoque rigor asperitatis temperari debet lenimento internæ pietatis, vt quantumcumque foris riguerit homo per iustitiæ zelum & seueritatem intus, tamen seruet piæ compassionis tractabilem lenitatem: vt licet homo virgam teneat in manu paternæ districtionis, in pectore tamen habeat vbera maternæ compassionis. Propterea Apostolus

Cum duobus sunt disciplinanda opera nostra. *Eph. 4.* cap. 4. ad Eph. ait, *Cum omni humilitate & mansuetudine opera tua perfice.* Secundo quoque disciplinanda sunt opera nostra cum rigore, ne videlicet pietatis nimietate torpescant. Sæpe enim sub pallio pietatis sæuæ iniustitiæ perpetrantur. Non enim debet

Sub pallio pietatis aliquando scelera perpetrantur. *Mich. 6.* esse in homine rigor sine visceribus pietatis, sicut prædictum est. Sic etiam nec pietas absque temperamento seueritatis. Hinc per Mich. 6. cap. ait spiritus veritatis, *Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam & sollicitè ambulare cum Deo tuo.* Proinde ad quoslibet regentes atque rectores Gregor. in pastorali ait: Curandum quippe est, vt rectorem subditis & matrem pietas & patrem exhibeat disciplina, atque inter hæc sollicita circumspectione

Digitized by Google

ctione prouidendum est, ne aut distractio rigida, aut pietas sit remissa. Nam disciplina atque misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Ad tales sic regentes in persona cuiuslibet subditi, Propheta inquit, *Psalm.* *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* In virga enim, cum qua corrigi solent pueri delinquentes, iustitia iudicatur. In baculo vero, quo debiles sustentantur, ipsa misericordia denotatur, profecto per hæc duo populi & quælibet familia mira tranquillitate & consolatione replentur.

Articvlvs Tertivs.

De tribus, in quibus quilibet Christianus honestatem seruare debet.

Tertia modestia dicitur honestas. Homo debet esse regulatus, ordinatus, & compositus, per triplicem honestatem. TErtia modestia, honestas denominatur. Est autem honestas, secundum Isidorum, quæ nihil habet turpitudinis, seu honor perpetuus. Et dicitur quasi honoris status. Quilibet enim Christianus debet esse regulatus, ordinatus & compositus per triplicem honestatem. Prima est honestas sensuum, secunda est honestas vestium, tertia est honestas membrorum: quia quilibet debet esse honestus in sensibus, in vestibus & in omnibus membris suis, propter quæ omnia, 1. Corint. 14. Apost. ait: *Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis.* Quod verbum potest esse thema in præsenti articulo. *1. Corin. 14.*

De prima honestate, per quam regulari, & fulgere debent omnes humani corporis sensus.

Cap. I.

PRima honestas est in sensibus corporis obseruanda. Debet enim homo esse in eis regulatus, compositus & ordinatus, vt in eis honestas interioris animi debita reluceat. Nam si sine debita diligentia custodiuntur, aditum præstant aduersariis nostris adinferendum animæ nostræ mortem, teste Hier. qui 9. c. ait: *Ascendit mors per fenestras vestras, ingressa est domos vestras.* Primo enim honeste custodiendus est visus. Non enim licet intueri, quod non licet concupiscere. Propterea Iob. 31. de se ait: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine.* Et iterum Propheta à Domino postulabat dicens: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Secundo honeste custodiendus est auditus, maxime ne verba audiat, vel legat turpia & inhonesta, inter quæ merito connumerandæ sunt cantilenæ lasciuæ, alij quoque libri carnalitatibus & inhonestatibus pleni, contra quos 1. Cor. 15. c. Apost. ait. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Tertio insuper honeste custodiendus est gustus, videlicet vt in cibo, & potu, non tantum in quantitate, verum etiam in ipso sumendi modo Christiana modestia atque sobrietas obseruetur. Proinde 41. dist. in c. quisquis Augustinus ait: Fieri n. potest vt sine magno vitio cupidinis vel voracitatis præciosissimo cibo sapiens vtatur: insipiens autem fœdissima gulæ flamma in vilissimum olus ardescat. Et sanus quisque maluerit more Domini pisce vesci; quam lenticula more Esau nepotis Abrahæ, aut hordeo more iumentorum. Non n. propterea continentiores nobis sunt pleræque bestiæ, quia vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiuscemodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur: sed ex causa vtendi & modo appetendi vel probandum vel improbandum est, quod facimus. Hæc ille. Abiicienda: immo abhorrenda insuper sunt omnia verba inhonesta atque immunda, sicut Colosse. 3. c. Apost. præcipit dicens, *Deponite turpem loquelam de ore vestro.* Et iterum 4. c. Eph. ait. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Et iterum Seneca ait. A verbis turpibus abstineto, quia lingua eorum imprudentiam nutrit. Sermones magis vtiles quam affabiles ama: *Ierem. 9.* *Visus maxime custodiendus. Iob. 31. Psal.* *1. Corin. 15. Gustus quando custodiendus* *Colos. 3. Eph. 4.*

misce bis interdum iocos, sed temperatos. Quarto quoque honeste custodiendus est odoratus, ne scilicet ex turpitudine aliqua delectetur: & sic in talibus verificetur, quod Isa. 3. ait, *Erit pro suaui odore fœtor.* Quinto quoque tactus, quantum fas est, etiam inter coniuges custodiendus est, ne effrenata licentia Christiani ac sacramentum matrimonij meretricio more sordescat: quia sicut Eccl. 13. c. ait, *Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea.* *Isa. 3.* *Eccles. 13.*

De honestate secundi, quæ seruari debet in cultu vestium seu vestimentorum.

Cap. II.

SEcunda honestas est vestium. Non enim solum seruari debet in eis parsimonia, sicut in huius sermonis initio dictum est: verum etiam secundum Christianam Religionem in vestibus suis atque suorum tam interioribus quam exterioribus debet homo esse regulatus, compositus, & ordinatus. Nam sicut Dominus Matth. 12. dicit, *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona.* Bonus enim thesaurus hominis boni honestas est, qua qui præditus fuerit, eam exterius occultare non valet, nec etiam debet, dicente Domino Matt. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.* Proinde in pastorali Greg. ait: Intus est custodia, quæ composita seruat. Cum igitur intus est honestas in corde, dedignatur spiritus nobilis non ostendere honestatem in exteriori opere. At econtra mens impudica & vana facilè prorumpit in manifesta signa inhonestatis, sicut Dominus Matt. 12. testatur dicens, *Malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala.* Malus nempe thesaurus hominis mali, impudicitia & effrenata mentis lasciuia est. De quo thesauro tunc vtique profert mala cum in perniciem animarum inhonestatis indicia in amictu corporis manifestat. Proinde ait Bern. in apologia sua: vanum cor vanitatis notam corpori libenter ingerit & exteriorum superfluitas interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta animi mollitiem indicant. Non tantum quæreretur corporis cultus, nisi neglecta esset mens inculta virtutibus. Hoc idem Eccl. 19. attestatur dicens, *Amictus corporis & risus dentium & incessus hominis annunciant de illo.* Ex iam dictis manifestè clarescit, quod in viro ciuili habitus prædatoris: non ciuilis hominis, sed prædatoris esse indicat cor eius: atque in muliere habitus meretricius & amictus, meretriciæ mentis indicium est, propterea in talibus huiusmodi vsus illicitus est & abusus. *Secunda est vestium.* *Matth. 12.* *Matth. 5.* *Honestatem in corde sequitur honestas in opere.*

De tertia honestate, in qua ostendit quanta grauitate, & pudicitia humani corporis membra custodienda sunt.

Cap. III.

TErtia quidem est honestas membrorum. Oportet insuper hominem esse regulatū, cōpositum, & honestū atque ordinatum in omnibus mēbris suis: ita quod tā in fœmina quam in viro cuncta corporis membra Christianā profiteantur & indicent honestatē. Omnis insuper leuitas abiicienda est. Nimia quoque tarditas, sicut & nimia celeritas, nō meretur laudē. Iuxta quoque Christi sententiā: Melius est in rebus mansuetudinem habere quam in verbis. In his attendenda sunt moralis Senecæ verba, qui ait: Si continēs es, animi tui & corporis motus obserua. Nam sicut ex præcedentibus patet, actus exteriores motuum interiorum indicia sunt. Plerique n. in exterioribus videntur graues, qui tamen mente & verbis ampullosis ac vana curiositate tument, hinc Prou. 6. scriptum est. *Sex sunt, quæ odit Dominus.* Et primū subiun- *Tertia est honestas membrorum.*

Digitized by Google

git dicens, *Oculos sublimes.* Is. quoque 3. c. de vanitate & leuitate mulierum loquens, hoc clarius manifestat dicens: *pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion & nutibus oculorũ ibant & plaudebant & ambulabant pedibus suis & composito gradu incedebant.* Ecce grauitas ex leuitate tumoris, sequitur in Propheta, *Decalnabit Dominus verticem filiarum Sion*, scil. in pœna grauitatis huius superbiæ. Absit etiam à Christiana Religione & debita honestate videre iuuenes nostri temporis: imò quod impudentius est, videre quinque dementatos senes vsque ad vmbilicum curtos palam gerere farcedinos alias farcentinos & ante & retro, ah pudet dicere tanquam impudici canes, omnia pudenda oculis astantiũ gerere impudenter. Sed verto me ad talia supportantes. Nonne ô vos matres atque sorores cæteræque in domo domesticæ & cognatæ, amplius vos antiquæ & senes impudica talia quotidie aspicere & supportare: Nõne inquã magnæ vestræ insensibilitatis atq; stultitiæ seu potius impudentiæ signa sunt ac indicia? Quænam mens sapiens & discreta, magis autem & pudica quotidie ante oculos suos tale monstruosum & infernale spectaculum sustinere valeret? Adhibeant igitur omnes & maximè mulieres pudicitiam amantes & honestatem remedium honestatis, videlicet saltem vsque ad genua ad verenda operienda palã gerãt christianæ pudicitiæ quodcunque velamẽ: quousque talibus indumentis non hominum, sed potius bestiarum consumptis sibi fieri faciant alia honesta, rationalia & pudica. Quid etiam indicat in mulieribus tã patula & effrenata ostensio pectoris & vberum suorum, nisi lasciuiã impudicã & carnis copiosum forum? In quo quæso differunt huius actus & gestus à moribus suum & canum, cum etiam inter ipsos coniuges in membris omnibus christianam honestatem seruare necesse sit: ne ad carnis lasciuiam ex indebitè visis plus debito inardescant, & sic sancti matrimonij sacramentum in scortorũ vertatur abusum? Quid igitur dicam de giorneis, quas his temporibus effrenatis induunt non tantum mares, sed etiã iuuenes mulieres, quæ tamen dici volunt honestæ atque pudicæ? Nonne apertè demonstrant in corde gerere impudicitiam effrontem & effrenatam: cum tale operimẽtum propriè militaris sit vestis & pugnatorum, nec etiam meretricibus conueniens neque decens? Sed vt quod timeo, cordis mei mysterium palam fiat: tales armigerorum vestes passim tam in maribus quam in fœminis per totam Italiam circunquaque diffusæ atque multiplicatæ auribus & oculis cordis mei apertius clamant & clarius manifestant multitudine Italicorum scelerũ exigente ex iusto iudicio Dei, nisi populi resipiscant, Italiam deprædatorum traditã esse in prædam Confirmant quoque hoc, quod turpe est dicere, sed turpius est videre: scortis vtique & meretricibus etiã inhonestum quod fœminæ vtantur caligis soleatis & sæpe cum procorum suorum signis atque insignibus. O insensati viri, ô parentes dementes: quænam cæcitas vos fascinauit? quæ carnalis amentia vos miserabiles fecit? quis inquam vos tam mirabiliter à mente alienauit? Vbi grauitas ipsa christiana? vbi sobrietas? vbi honestas? vbi denique pudicitiæ signa? Amoueantur quæso huiusmodi inhonesta & impudica, honestatis amore, aut statutorum & punitionum timore. Sin autem, timeo & valde pertimesco, quod erit hoc necesse fieri flagello, violentia & pauore. A quibus præuia prædictorum emendatione condigna liberet nos & omnes alios liberator vniuersorum malorum, Dominus noster Iesus Christus, qui cum patre & Spiritu sancto magnus & glorious, benedictus & benedicibilis viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

* * *

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de iustitia christiana & quomodo debet esse integra, ordinata, & zelans, qui continet tres articulos, quorum primus complectitur tria capita, secundus totidem, tertius vero tria similiter.

Articuli primi qui est de triplici integritate iustitiæ christianorum,

Cap. 1. Quod per solum amorem integratur iustitia in homine quoad Deum.

2. Cap. Quod per tria integrat homo iustitiam ad seipsum.

Cap. 3. Quomodo iustitia erga proximum integratur.

Articuli secundi, Qui est de iustitia ordinata respectu superiorum, inferiorum, & æqualium,

Cap. 1. Quomodo iustitia ordinanda est ad superiores, corporales, spirituales, & temporales.

Cap. 2. Quomodo iustitia est ordinanda ad equales, scilicet confratres, conciues, & coniuges.

Cap. 3. Quomodo iustitia ordinanda est ad inferiores, vel filios corporales, spirituales & temporales.

Articuli tertij, De zelante iustitia circa veritatem, bonitatem & sinceritatem,

Cap. 1. Quomodo zelanda est veritas cordis, oris & operis.

Cap. 2. Quam zelanter corde, ore & opere omni bono fauendum est.

Cap. 3. Quod zelanter corde, ore & opere omni malitia aduersandum est.

De Iustitia Christiana & quomodo debet esse integra, ordinata, & Zelans.

Sermo II.

Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, iterum vbi supra. In superioribus iam vidimus de modestia & sobrietate, quæ ad Christianam religionem & vitam pertinere videntur, eo quod *sobriè* viuendum præcipit Apost. Nunc autem de secunda principali virtute, quæ iustitia nuncupatur, agendum est: cum de illa idẽ subiungit dicens, *Et iustè.* Solet enim iustitia multipliciter sumi. Vno modo strictè, alio modo largè, tertio modo largissimè. Primo modo pro iustitia pœnali, secundo modo pro iustitia cardinali, tertio modo pro iustitia legali vel generali. Primo sumitur iustitia pro iustitia pœnali id est, pro inflictione pœnæ. Hinc Bern. ait. Nullum nomen Dei est, quod non sonet aut iustitiã, aut pietatẽ. Secundo autem modo sumitur iustitia pro virtute cardinali, quæ secundum Macrobiũ, est reddere vnicuique quod suũ est. Tertio quoque modo accipitur pro iustitia legali & generali, quia ipsa comprehendit omnes virtutes. hinc Hebr. 1. Apost. ait: *Dilexisti iustitiam*, id est omne bonum, secundum glo. Et iterum Mat. 6. *Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius*, vbi ait glo. Iustitia regni Dei, est omnia quæ Christus docuit obseruare. De hac quoque Matt. 5. c. Dominus ait, *Nisi abundauerit iustitia vestra*, id est vita vestra iusta, secundum Chrys. *plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Quod verbũ potest esse aliud thema in præsenti materia. Vt igitur secundum hunc tertium modum totam Christianorum iustitiam comprehendamus, distinguamus in breui triplicem generalem iustitiam. Prima dicitur iustitia integra, secunda dicitur iustitia ordinata, tertia vero dicitur iustitia zelans & perfecta denominatur.

Secunda virtus Christianæ Religionis est iustitia.
Triplicitur sumitur.
Primo.
Secundo.
Bernard.
Tertio.
Hebr. 1.
Matt. 6.
Math. 5.
Chrys. ſ.
Triplex iustitia.

ARTICVLVS

Articvlvs Primvs.

De triplici integritate iustitiæ Christianorum.

Prima dicitur esse integra. Triplex autē integritas.

PRima quidem iustitia, quæ necessaria est Christiano, integra nuncupatur. Triplex autem integritas requiritur ad integram iustitiam cuiuslibet iusti. Primo enim Christianus verus habere debet integram iustitiam quoad Dominum, secundo quoad seipsum, tertio quoad proximum.

Quod per solum amorem integratur iustitia in homine quoad Deum.

Cap. I.

Prima quoad Deum. Matt. 22.

PRimo inquam cuilibet necessaria est iustitia integra quoad Deum, quam perfectè integrat amor Dei. Quod Dominus Matt. 22. perfectè insinuat, cum inquit: *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo,*

Luc. 10. *& ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Luc quoque 10. cap. addit, *Et ex omnibus viribus tuis.* Quod præceptum tripliciter exponi potest. Pro prima

Ioan. Picciam. Affectus hominis ad tria affici potest. Primo. expositione aduertendum est, secundum Io. de Picciano, alias de Picciano, quod amor & affectus hominis ad tria diuidi & affici potest. Primo ad res exteriores, secundo ad res interiores, tertio ad res superiores. Primo enim amor afficitur ad res exteriores, cuiusmodi omnia sensibilia dici possunt: & hic amor & affectus in corde significatur. Est enim cor domicilium vitæ & principium motus & sensus, est insuper organum concupiscibilis: Intelligitur ergo *in toto corde* amor & affectio ab omnibus sensibilibus eleuata in Deum: humana mens nullo affectu, id est nulla complacentia ob rem sensibilem à diuino amore quomodolibet distrahatur, sed potius per hæc sensibilia in eorum opificem eleuetur exemplo Prophetæ qui de se ait: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, scil. non in hæc tranſitoria bona. Et alibi ad Dominum inquit, *In toto corde meo exquisiui tē, ne repellas me à mandatis tuis.* Secundo autem amor afficitur ad res interiores: vtpote ad propriam vitam siue ad seipsum: & talis affectus in anima denotatur. Anima quippe ab animando dicitur, quia animat corpus quodam naturali affectu. *Ex tota anima* ergo diligere Deum est propter diuinum amorem despicere etiam propriam vitam.

Ioan. 12. Tertio. Nam sicut Ioan. 22. Dominus ait: *qui amat animam suam, perdet eam.* Tertio quoque amore afficitur homo ad res superiores: vt puta ad res intellectuales. Et talis affectus in mente significatur. Mens enim ab eminendo dicta est. In mentis ergo nomine superior pars animæ spiritualis, quæ in homine eminet denotatur. De hac 2. Cor. 5. Apost. ait. *Sine enim*

2. Cor. 5. *mente excedimus Deo, siue sobrij sumus nobis, charitas enim Christi vrget nos.* Tota igitur mente Deum diligere, nihil aliud est quam omnia intelligibilia despicere respectu diuini amoris: & in hoc philosophorum curiositas condemnatur & quicunque alij, qui præponunt quancunque scientiam diuino amori: ad quem omnibus præponendum quilibet necessario obligatur. Secundo etiam modo exponi potest, secūdum Alex. de Al. qui ait quod istæ quatuor clausulæ

Alex Al. reducuntur ad tres, vt illa quam Lucas ponit dicens *Ex omnibus viribus tuis*, referatur ad quamlibet aliarum trium: quasi earum modus, vt sit sensus:

Tres amores Dei. *Diliges Dominum Deum tuum ex omnibus viribus tuis* totius cordis: *ex omnibus viribus tuis* totius animæ, & *ex omnibus viribus tuis* totius mentis. Circa quod aduertendum est, quod tres dici possunt esse amores Dei. Primus dicitur intellectualis, secūdus affectualis, tertius verò memoriālis. *Et ex omnibus viribus* istorum trium amorum diligendus est Deus. Primo *ex omnibus viribus* totius amoris intellectualis Deus amari debet, quia inquit, *ex tote corde*, vt scil. omnis intelligentia tua diuinæ sapiētiæ sit subiecta, credens omnia esse bona, quæ diuinitus tradita sunt id est quæcunque sunt scripta diuinitus & prospera & aduersa, iuxta illud Apo. 2. Cor. 10. *In captiuitatem* *2. Cor. 10.* *redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Secundo *ex omnibus viribus tuis* totius amoris affectualis diligendus est Deus, qui ait, *ex tota anima tua*, id est vt omnis voluntas tua diuinæ voluntati sit conformis sibi dicens illud Matth. 6. *Fiat voluntas* *Matt. 6.* *tua sicut in cælo & in terra*, & quicquid amas, in Deo & propter Deum ames. Tertio insuper *ex omnibus viribus* totius amoris memorialis diligi debet Deus, quia subdit, *ex tota mente tua*, vt scil. tota memoria per recordationem assistat diuinæ potentiæ, iuxta Tobiæ *Tobiæ 4.* monitionem, qui ait 4. c. *In mente habeto Deum semper, & caue ne aliquando consentias peccato.* Quod equidem fit, quando homo in omnibus operibus suis semper ante mentis oculos habet Deum exemplo Prophetæ, qui de se ait, *proponebam Dominum in con-* *Psal.* *spectu meo semper.* Tertio quoque modo hoc præceptū exponit Greg. dicēs, *Ex toto corde & ex tota anima,* *Gregor.* *& ex tota mente diligendus est Deus*, id est super omnia. Et est inculcatio verborum, indicans excellentiam diuini amoris, fitque eiu dem crebra ingeminatio ad fortius exprimendum altitudinem ac vehementiam diuini mandati.

Quod per tria integrat homo iustitiam ad seipsum.

Cap. II.

Secunda integritas iustitiæ quoad seipsum. Ad quā triplex obseruantia necessaria est. Matt. 19. Exod. 20.

SEcundo debet homo habere iustitiam integram ad seipsum. Ad cuius integritatem triplex obseruantia necessaria est. Prima diuinorum præceptorum secunda diuinorum consiliorum, tertia Ecclesiasticorum institutorum. Primo requiritur obseruantia diuinorum præceptorum. Proinde, Matt. 19. Dominus ait *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Quę scilicet, Exo. 20. scripta sunt. Ad quorum intelligentiam est aduertendum, quod decem Dei præcepta, sunt decem regulæ voluntatis diuinæ quæ habent hominē dupliciter ordinare & regulare. Primò in Deum, secundo in proximum. Primo quidem in Deum Et hoc secundum triplicem rationem. Primo in obsequio operis, secundo in reuerentia oris, tertio vero in deuotione cordis. Primo quidem in obsequio operis, quod debetur diuinæ potestati quæ appropriatur personæ patris. Et hoc est præceptum, in quo dicitur: *Non habebis Deos alienos.* Et in hoc præcepto, se-

Augus. cundum Aug. includitur quodlibet obsequium operis Deo necessariè exhibendū. Secundo vero in reuerētia oris. Et hoc debetur diuinæ veritati, quæ personæ filij appropriatur. Et hoc est 2. præceptum, scil. *non assumes nomen Dei tui in vanū.* Tertio in deuotione cordis quæ debetur diuinæ bonitati, quæ personæ Spiritus sancti solet appropriari. Et hoc est tertium præceptum scilicet *Memento vt diem sabbati sanctifices.* Ad obseruantiam primi præcepti inducit fides, ad obseruantiā secundi inducit spes, ad obseruantiam tertij charitas auxilium præstat. Secundo autem per alia præcepta secundæ tabulæ homo ad proximum ordinatur. Et hoc duobus modis. Primo in beneficentia, 2. in innocentia. 1. quidē in beneficentia, vt, scil. bona, quæ potest, proximo suo impendat. Et hoc 4. præceptum, scil. *honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus* *super terrā.* In quo præcepto omnis beneficētia proximo exhibenda cōprehendi habet. Secundo in innocētia, vt nihil sibi iniustè inferat, nec sibi aliqualiter noceat. Potest enim sibi triplex nocumentū inferre. Pri-

Tertiū nocumentum. mū operis, secundū oris, tertiū cordis. Primo autē opere nocet, quis proximo suo tribus modis. Primo in

Digitized by Google

persona propria, secundo in persona coniuncta tertio in exteriori substantia. Primo in persona & hoc prohibet 5. præceptum. *Non occides.* Secundo in persona coniuncta, & hoc prohibet 6. præceptum, *Non mœchaberis.* Tertio in exteriori substantia & hoc prohibet septimum præceptum, *Non furtum facies.* Secundo autem homo proximo suo nocet ore, Et hoc prohibet octauum præceptum, *Non falsum testimonium dices.* In quo implicitè, secundum Aug. prohibetur omne mendacium & quodcunque aliud nocumentum oris respectu proximi. Tertio autem nocet homo proximo suo corde, scil. quando quis cogitat malũ contra proximũ. Quod dupliciter contingere potest. Primo per affectum carnalitatis, secundo per affectum cupiditatis. Primo quidem per affectum carnalitatis, & hoc prohibet nonum præceptum, *Nõ concupisces vxorem proximi tui.* Secundo per affectum cupiditatis, & hoc prohibet decimum præceptum, *Non concupisces rem proximi tui.* Denique hæc decem præcepta scripsit Deus breuissimè, clarissimè & facillimè. Et hoc ne memoria grauaretur, ne intelligentia confunderetur, & ne facultas impediretur. Tanta quidem necessitate arctatur homo ad obseruantiam horum præceptorum, quod nullus qui ad annos discretionis peruenerit ex eorum ignorantia excusatur. Nam quicquid continet lex Decalogi explicitè, continet implicitè lex naturæ, quæ omnes ligat. Est nihilominus aduertendum, quod aliquis aliquando tenetur ad aliquid cõditionaliter & respectiuè, quamuis non teneatur ad illud simpliciter & absolutè. Et si multi simplices laïci, licet simpliciter & absolutè non tenentur scire omnia præcepta diuinæ legis, tamen tenentur conditionaliter & in respectu ad tempus operandi. Quando enim immineret necessitas illud præceptum vel eius contrarium operari, tunc illud explicitè tenentur scire, propter quod tunc per ignorantiam simpliciter non excusantur, imo si huiusmodi ignorantia ex eorum negligentia proueniat, eos potius accusat quam excusat. Ratio huius maxime potest esse quia lex ipsa naturæ scripta est in cordibus nostris, dicente Domino Hier. 31. *Dabo legẽ meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribam eam.* Sed ne memoria horum præceptorum de mente valeat aboleri, conditor ipse naturæ in triplici parte corporis ita scripsit. Primo in capite, in quinque sensibus corporis, qui patent, scilicet visus, auditus gustus, odoratus & tactus & in hoc mentis, qui latent, scil. sensus communis, imaginatio, extimatio, fantasia & memoria. Secundo autem in decem digitis pedum. Tertio in decem digitis manuum, vt mystice innueret, quod secundum hæc decem præcepta cõformantia voluntati diuinæ debet homo moderare omnes sensus & motus exteriorum & interiorum intentionum, qui in decem sensibus capitis exprimuntur: & dirigere omnes gressus affectionum, qui in pedibus designantur: & regulare omnes actus operationum, qui in manibus indicantur: ac per hoc à vertice vsque ad plantam pedis in hominis initio, medio & fine omnia clament, quod in omni intentione principaliter intendamus diuinum honorem, & in omni affectione diligamus diuinum amorem, atque in omni operatione quęramus proximi ædificationẽ. Secundo ad integritatem iustitiæ quoad se requiritur obseruantia diuinorum consiliorum. Est nempe cõsiliũ persuasio melioris boni ad quod de necessitate non obligamur, nisi quando illud expresse vel tacite promittimus obseruare, sicut exempli causa de quolibet voto patet, hinc Propheta ait, *Vouete*, ecce diuinum consilium voti faciendi. Et subdit, *Et reddite Domino Deo vestro.* Ecce diuinum præceptum voti adimplendi: & sic de cæteris consiliis. Tertio quoque adintegritatẽ iustitiæ quoad se requiritur obseruãtia ecclesiasticorum institutorum. Dimissis ergo his, quæ diuersos status circa hoc particulariter tangunt, solum ad præsens quinque subdamus, ad quæ omnes communiter obligantur. Primum institutum est de ieiunio sacro, secundum de celebratione festorum, tertiũ de auditione missæ, quartum de confessione, quintũ de sacra communione. Primum ecclesiæ institutũ est de sacro ieiunio: obligantur enim quilibet per præceptũ ecclesiæ ad omnia ieiunia instituta ab ea. Et hoc completo 21. anno, secundum quosdam. Item quodcunque ieiunium ab Epi copis indictum obseruandũ est, sicut patet de conse. di. 5. ieiuniis, & di. 3. c. 1. Insuper tenetur homo ad illa ieiunia quæ sunt de consuetudine ecclesiæ approbata: quia talis consuetudo ligat, sicut patet dist. 1. c. consuetudo. Non obligantur autem ieiunare, qui legitimo tenentur impedimento, sicut patet ext. de obser. ieiun. c. consilium. Conueniens tamen est, quod adolescentes etiam ante 21. annũ, aliquibus diebus, iuxta superiorũ suorum discretionem, ieiuniis assuescant. Secundum autem institutum ecclesiæ generaliter ligans est de celebratione festorum. Est nihilominus aduertendum, quod vltra illa festa, quæ mandauit ecclesia celebrari, sunt alia per consuetudinẽ introducta per totam ecclesiam necessario celebranda sicut festum sancti Nicolaï, & alia quædam, quæ saltem in multis partibus celebrãtur, & in eis consuetudo partiæ est sequenda, sicut supra de ieiuniis dictum est. Idem quoque dicendum est de festis, quæ ab Episcopis indicuntur, quæ etiam celebranda sunt. Tertium vero ab ecclesia generaliter institutum est de auditione missæ. Quilibet enim tenetur audire missam integram in die Dominico, ita quod benedictionem recipiat sacerdotis. Et hoc de conse. dist. 1. c. missas, &c. sequenti, & c. omnes, nisi excusetur homo aliqua necessitate, sicut notatur in d. c. missas, secundum tamen Scot, licet aliqua necessitas excuset ab executione huius actus, quẽ determinat ecclesia: nihilominus necessarium est cum aliquo æquiualente supplere, vt saltem die illo qui specialiter diuino cultui deputatus est, aliquis actus habeatur relatus in Deum & gloriam eius. Est insuper aduertendum, quod sicut de Dominico die, ita de reliquis festis ab ecclesia præceptis, dicendum est, argum. ad hoc de conse. di. 1. c. qui dis. Quartum autem ab ecclesia institutum est de cõfessione. Nã sicut patet ext. de pœ. & re. c. omnis vtriusque sexus. Omnis fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit, saltem semel in anno confiteri integre peccata sua proprio sacerdoti obligatur. Quod qui nõ seruauerit in vita, de ecclesia ex pelli debet, & in morte carere debet ecclesiastica sepultura. Quintum quoque ab ecclesia institutum est de sacra communione. Statuit enim ecclesia, quod quilibet fidelis postquam peruenerit ad annos discretionis, saltem in pascha sumat sacri corporis Christi sacramentum, nisi de consilio sui sacerdotis propter aliquam rationabilem causam ad tempus abstineat. Aliter sicut de non confitente semel in anno sup. dictum est, viuens de ecclesia eiiciendus est, & moriens carere debet ecclesiastica sepultura, sicut in præallegato. c. omnis, & ç. patet. Ætas autem conueniens ad huius sacramenti susceptionem, secundum Alex. de Al. & Tho est decem vel vndecim annorum, vbi in talibus concurrat sufficiens discretio ac debita deuotio sacramenti.

Primum institutum Ecclesiæ est de ieiunio.

Secundũ institutum ecclesiæ est de celebratione festorum.

Tertium ecclesiæ institutũ est de auditione missæ.

Quartum ecclesiæ institutum est de confessione.

Quintum eccesiæ institutum est de communione.

Alex Al. D. Thom.

Quomodo iustitia erga proximum integratur.

Cap. III.

TErtio autem necesse est habere iustitiam integram erga proximũ suum. Per tres enim amores erga proximum iustitia hominis integratur. Primus dicitur amor verus, secundus dicitur amor iustus, tertius dicitur amor operosus. His tribus amoribus quilibet naturaliter diligit semetipsum. Proinde

Integritas iustitiæ erga Christianum quæ per tres amores integratur.

Dom in triplici parte hominis scripsit sua præcepta.

Primo in capite.

Secũdo in digitis pedum.

Tertio in digitis manuũ.

Hier. 31.

Psal. 12.

tenetur

Digitized by Google

tenetur quilibet de neceſſitate ſalutis his tribus amoribus omnes diligere bonos & malos, fideles & infideles, amicos & inimicos, & generaliter cunctos iuxta præceptum Domini, Matth. 22. c. dicentis, *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Primus autem amor quo quilibet tenetur diligere omnes, dicitur amor verus: hoc nempe amore diligit homo proximum, quando non propter proprium commodum & vtilitatem diligit eum. Eſt quippe de natura amoris, quod homo bonum velit ei, quem amat. Ex quo patet, quod cum homo naturaliter diligat ſemetipſum, motus ipſius amoris in duo tendit. Primo in ſeipſum, cui vult bonum: Secundo in id, quod ſibi optat bonum. Et licèt vtrumque ab homine diligatur: tamen vero amore diligit ſemetipſum, cui illud optat bonum. Bonum vero, quod ſibi homo optat, non verè & rectè, ſed abuſiuè & accidentaliter amat. quis enim dicet illud vero amore amari, cuius deſtructionem aliquis concupiſcit? Multa nempe ſunt bona, quæ dum homo in vſum ſuum conuertit, deſtruit & conſumit, ſicut equus cum exponitur pugnæ: panis, cum ab homine manducatur: vinum quod bibitur: aſinus, cum pro hominis vtilitate laboribus fatigatur, & ſic de conſimilibus. Ex quo patet, quod dum homo talia in vſum & commoditatem ſuam conuertit, non verè illa diligit, ſed ſemetipſum. Sicut ergo alia mundi bona aſſumere poteſt homo in vſum ſuum & ſuam commoditatem: ſic etiam poteſt homines ipſos, quos quidem ſi diligit quia vtiles aut delectabiles ſibi ſunt, manifeſtè apparet quod eos non diligit vero amore, ſicut ſeipſum: ſed ſicut equum & panem & vinum & aſinum, & cætera conſimilia. Ad quæ ratio dictat, quod homo proximus ad ſimilitudinem Dei formatus nõ præponatur in dilectione oui & boui, aut rei cuilibet temporali? Proinde de Pœn. diſt. 2. c. validos. §. proximos, ſcriptum eſt: proximos autem tunc diligimus ſicut nos, ſi non propter aliquas vtilitates noſtras, non propter ſperanda beneficia vel accepta: Non propter affinitates & conſanguinitates, ſed propter hoc tantum quod ſunt naturæ noſtræ participes diligamus. Penſent igitur coniuges & conſanguinei & quicunque parentes, quod ſi ſe inuicem amant propter temporalem delectationem ſeu vtilitatem: non illos ſicut ſeipſos amant. Si igitur tales non diligunt vero amore ſicut ſeipſos: quomodo ergo diligent ſuos inimicos? Si propriam vxorem quis diligit propter pulchritudinem ſuam, & ea leproſa effecta, vel ex ſenectute, ſeu ex quacunque alia infirmitate turpiter deformata non eam diligit, falſus erat ille amor, non verus. Sic ergo eam amabat, ſicut gyloſus porcellum aſſa um, id eſt propter delectationem. Si enim quis famulum amat eo quod diligentiſſime & multa ſollicitudine & fideliter ſeruiat ei, demum infirmatum vel ſenem effectum derelinquit eum, vel ad hoſpitale tranſmittit. Quomodo ergo ſicut ſeipſum diliget inimicum, qui ei factis vel verbis iniuriatus eſt? Ex quo patet, quod ſi amor ſeu amicitia inter homines ex delectabili, ſeu ex vtili cauſatur: & non eſt ibi honeſtum, quod non eſt amor verus, ſed fallax eſt, talis amor eſt mercenarius & omnino non ſufficiens ad ſalutem. Nam, vt 1. Cor. 13. Apoſt. teſtatur. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt.* Et iterum 1. Cor. 10. idem ponit ſe in exemplum dicens: *Non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis vt ſalui fiant.* Sed vere verificatur nunc, quod Phil. 2. idem Apoſt. ait: *Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti.* Secundus autem amor, quo quis tenetur diligere omnes etiam inimicos, dicitur amor iuſtus. Quilibet enim naturaliter iuſto ordine diligit ſemetipſum. Iuſtitia vtique hoc requirit, vt maius bonum minori, & maximũ maiori anteponatur. Sunt quidem in nobis tria gradata bona. Primum eſt anima, ſecundum eſt corpus, tertium eſt ſubſtantia huius mundi.

Matth. 22. Primus dicitur verus.

1. Cor. 13.

1. Cor. 10.

Philipp. 2. Secundus amor dicitur iuſtus.

Tria gradata bona ſunt in nobis.

Et ſecundum hunc gradatum ordinem in quolibet homine docet ipſa natura per amorem vnum alteri eſſe anteponendum. Quod vtique per experientiam patet, cum naturaliter malit homo priuari oculo corporali, quam ſpirituali, qui quidem humana ratio eſt, qua deficiente fit homo amens. Rurſus pro corporali tuenda vita naturaliter homo cuncta temporalia bona poſtponit. Quod etiam Iob. 2. c. teſtatur dicens, *Pellem pro pelle,* id eſt, alterius vitam pro ſua tuenda & ſeruanda, *& cuncta,* ſcil. temporalia bona, *quæ habet homo, dabit pro anima ſua,* id eſt pro ſua vita ſeruanda. Sunt tamen plerique, qui quantum ad ſuperaddita ipſi naturæ hunc naturalem ordinem dilectionis peruertunt, cum propter corpus vel corporis ſui ſalutem virtutis bonum poſtponunt. Alij quoque propter temporalia bona grauiſſimis laboribus & manifeſtiſſimis periculis ſe exponunt. In his clariſſimè patet quod in amore ſuo ordinem naturæ non ſeruant. Propterea non ſe amant, ſed potius contra naturam oderunt ſemetipſos, Propheta teſte qui ait: *Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.* Cum igitur Dominus ait: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*, apertè inſinuat quod eo ordine iuſtitiæ quo quiſque diligere ſe naturaliter recognoſcit, eodem quoque & proximum ſuum amet, videlicet ſpiritualia corporalibus, & corporalia temporalibus in eis anteponendo. Parentes igitur, qui filiis ſuis per vſuras, ſiue furta atque rapinas & conſimilia congregant temporalia bona in eorum præiudicium animarum: quomodo ſicut ſeipſos diligent inimicos, qui hoc iuſto amore non diligunt filios proprios? Matres quoque, quomodo hoc iuſto amore diligent paganos & infideles, quæ pro ſanandis liberandiſque filiis omnia dæmonum atque dæmoniacarum mulierum ſeu virorum incantationes & ludibria per totam patriam perſcrutantur, ſanitatem corporis, ſanitati ſpiritus in filiis præponentes? Ex his igitur patet, quod quicunque proximo ſuo contra ſalutem animæ ſuæ ſeu corporis temporalia bona procurat vel optat, ſeu corporalia, in detrimentum animæ eius quærit, non enim diligit amore iuſto ſicut ſeipſum. Tertius amor, quo quiſque diligere omnes obligatur, dicitur operoſus. Duo quidem naturali affectu ſemper nobis deſideramus, ſcilicet adeſſe bonum & abeſſe malum. Duo quoque alia, cum opus eſt, naturaliter conamur pro nobis effectui mancipare, & executioni mandare: ſcilicet pro poſſe nobis procurare bona & vt à nobis elongentur mala Cum igitur præcipitur, *Diliges proximum tuum ſicut teipſum,* operoſus amor inſinuatur, id eſt, vt non ſolum deſideremus cuilibet proximo, etiam inimico, aduenire bonum & abeſſe malum: verum etiam cum neceſſitas adeſt, nobis præcipitur id opere adimplere & effectui mancipare, ſicut 1. Ioan. 3. c. ſcriptum eſt. *Filioli mei, non diligamus verbo & lingua,* ſcilicet tantum: *ſed opere & veritate*, id eſt veraci operatione. Qui igitur parentibus & conſanguineis aliiſque propinquis in infirmitate aliiſque neceſſitatibus conſtitutis denegat opera pietatis, quomodo præſtabit extraneis & inimicis opera charitatis? Ergo ex prædictis patet quod quilibet ex hoc præcepto de neceſſitate tenetur in quolibet caſu neceſſitatis, ſiue ſit neceſſitas temporalis, ſiue corporalis, ſeu ſpiritualis, iuxta poſſe cuilibet & amico & inimico: non tantum corde, ſed etiam verbo & opere ſubuenire. Aliter ſine charitate Dei eſt. Vnde 1. Ioan. 3. *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi*, ſcilicet temporalem, corporalem, & ſpiritualem, *& viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere*, ſcilicet de aliquo illorum trium, *& clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* De hoc triplici amore, de quo in hoc capitulo eſt dictum, exponi poteſt illud Apoſtoli. 1. Tim. 1. *Finis præcepti eſt charitas*, ſcilicet tam proximi

Tertius amor dicitur operoſus.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 3.

1. Tim. 1.

Digitized by Google

proximi quam etiam Dei, *De corde puro.* Ecce amor verus. *Et conscientia bona.* Ecce amor iustus. *& fide nõ ficta.* Ecce amor operosus, & in hoc triplici amore iustitia nostra erga proximum plenius integratur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De iustitia ordinata respectu superiorum, inferiorum, & æqualium.

Secunda iustitia dicitur esse ordinata. August. Cant. 2.

SEcunda quidem iustitia, quæ Christiano necessaria est, dicitur ordinata. Est enim ordo, secundum Aug. parium dispariumque rerum sua quique tribuens dispositio. De hac ordinata iustitia, Cant. 2. sponsa de Christo Domino suo sponso ait: *Ordinauit in me charitatem*, id est per iustitiam charitate informatam totam vitam meam regulauit & ordinauit. Quod verbum potest esse thema in præsenti articulo. Triplici quidem ordine tota humanæ vitæ iustitia ordinatur. Primus seruandus est ad superiores, secundus ad pares, tertius ad inferiores.

Triplici ordine tota humanæ vitæ iustitia ordinatur.

Rom. 13. Primus ad superiores seruãdus est.

Quomodo iustitia ordinanda est ad superiores corporales, spirituales & temporales.

CAP. I.

PRimus autem ordo iustitiæ ad superiores seruandus est. Sicut enim Apost. 13. c. ad Ro. inquit: *omnis potestas à Deo est, & omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Tria hominum genera possunt dici superiores & patres quibus obedire debemus. Primi sunt patres corporales, secundi sunt patres spirituales, tertij vero patres temporales, secundum quod tria in præsenti sæculo habemus vel possidemus, scil. corpus, animam & temporalem substantiam. Primo enim obedire debemus superioribus corporalibus scilicet parentibus nostris. Proinde Eccle. 7. c. scriptum est, *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris*, memento, quod nonnisi per illos fuisses, secundum Alex. de Al. Filij tenentur parentibus obedire in omnibus probabiliter pertinentibus ad necessitatem vel vtilitatem rei familiaris, & ad morum disciplinam, & maximè in his, quæ sunt necessaria ad salutem. Et sic intelligi debet verbum Apo. ad Colos. 3. c. cum ait, *Filij obedite parentibus vestris in omnibus*, scil. supradictis. Hugo de S. Vict. insuper ait: Parentes nostros honorare debemus obediendo eis in omnibus, exceptis his in quibus patris Dei dilectio offendatur. Secundo vero obedire debemus superioribus spiritualibus, id est, his, quibus animæ nostræ in curam traditæ sunt, sicut sunt Papa, Episcopus, parrochiæ sacerdos, prædicator atque confessor, & alij consimiles illis. His inquam obedire tenemur in omnibus, quæ ad eorum officium spectant sicut Apost. 13. c. ad Hebr. ait. *Obedite præpositis & subiacete eis, ipsi enim peruigilant*, id est peruigilare tenentur, *quasi rationem reddituri pro animabus vestris:* vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Et iterum Deut. 17. cap. scrip. est. *Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio & decreto iudicis, qui eo tempore ministrat Domino Deo suo morietur homo ille.* Tertio insuper obedire debemus superioribus temporalibus, id est dominis videlicet in his, quæ pertinent ad officium eorum, propterea ad Ephe. 6. Apost. ait: *Serui obedite dominis vestris carnalibus cum timore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes: sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex anima cum bona voluntate, sicut Domino, & non hominibus.* Et iterum 1. Pet. 2. cap. *Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis, hæc est enim gratia.* Inter hos quoque connumerandi sunt omnes officiales, & omnia regimina omnium ciuitatum & patriarum, & quilibet habens officium ad rempublicam gubernandam.

Tria sunt hominum genera superiorũ.

Ecclo. 7.

Alex. Al.

Coloss. 3. Hug. vict.

Hebr. 13.

Deut. 17.

Ephes. 6.

1. Petr. 2.

Quomodo iustitia est ordinanda ad æquales, scilicet confratres, conciues, & coniuges.

CAP. II.

Secundus seruatur ad pares.

SEcundus quidem iustitiæ ordo seruandus est ad pares, seu æquales, & maxime per socialem conuersationem cum eis. Tria possunt dici genera æqualium, cum quibus dulciter, & socialiter conuersandum est. Primi sunt confratres, secundi conciues, tertij coniuges. Primi inquam sunt confratres. Inter illos nempe sit omnino conuersatio, confidentia, vnanimitate, tractabilitate, affabilitate, & omni charitate, atque dulcedine plena. Minores obsequantur maioribus fratribus suis, ac maiores minoribus decedant. Inuicem diligant, inuicem conuersentur, honore se inuicem præueniant, se inuicem in charitate supportent. Huiusmodi fratres taliter conuersantes in spiritu Propheta contemplans congratulanter ait, Psal. 132. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Secundi sunt conciues. Inter quos licet quidam & sanguine, & genere nobiliores sint: tamen inter cæteros humaniter, & dulciter conuersentur. Qui ditiores sunt subueniant necessitatem patientibus, præstent mutuari volentibus, affabiles & domesticos minoribus se ostendant. Minores inquam honorent maiores, seruiant & obsequantur illis, & in omnibus reuerentiam defe.ant eis. Sicut enim inter conciues extinguuntur inuidiæ, ambitiones sedantur, æmulationes conualescere non valent, & inter illos gignitur & nutritur, & conseruatur dulcissimus amor: & quidem minores maioribus, & maiores minoribus egent: sicut in humano corpore membrum alteri membro necessarium est: sic in republica maiores sine minoribus stare non possunt nec etiam minores sine maioribus. Proinde 12. cap. ad Rom. Apost. ait: *Sicut in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Tertij verò sunt coniuges. Inter quos mira dilectio esse debet, cũ *sint duo in carne vna.* Naturaliter enim, sicut dicitur Ephes. 5. *Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam.* Et iterum in eodem cap. inquit: *Qui diligit vxorem suam, seipsum diligit*, ergo si se inuicem non diligunt, contra legem naturæ agunt. Sciendum tamen, quod licet vir in regimine familiari coniugi suæ præsit: in re nihilominus coniugali omnino æquales sunt, teste Apost. qui 1. Cor. 7. cap. inquit: *Mulier sui corporis potestatem non habet sed vir: similiter & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.* Ex his igitur patet, qualiter inter omnes tres præfatos socialis, & gratiosa conuersatio seruanda est. Quæ quantum Deo, & hominibus grata sit, Eccle. 25. manifestat dicens: *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata*, id est approbata coram Deo, & hominibus: *concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes.* Ait enim, *sibi bene consentientes*, ad excludendum complacentiam inhonestam, quæ inter carnales coniuges esse solet.

Tria sunt genera æqualium.

Confratres.

1. Cor. 7.

Eccles. 25.

Pſal. 13. Conciues.

Rom. 12.

Coniuges. Ephes. 5.

Quomodo iustitia ordinanda est ad inferiores, vel filios corporales, spirituales, & temporales,

CAP. III.

Tertius iustitia ordo ad inferiores seruandus est.

TErtius quoquæ iustitiæ ordo ad inferiores seruandus est. Sicut enim in principio huius articuli patet, tria sunt genera superiorum, seu patrum. Sic correlatiuè & consequenter sunt tria genera inferiorum, seu filiorum, quibus ipsi patres, & superiores

Digitized by Google

Tria sunt genera inferiorum.

res secundum iustitiam obligantur. Primi sunt filij corporales, secundi sunt filij spirituales, tertij autem sunt filij temporales. His siquidem filiis patres eorum ex debito charitatis obligantur ad tria. Primo ad instructionem, secundo ad correctionem, tertio ad punitionem. Primo enim filiis corporalibus patres eorum tenentur ad instructionem, scilicet bonorum morum. Est enim iuuentus tenera, veluti vitis nouiter transplantata, quæ nisi recto ordine dirigatur, atque putetur, siluestrem naturam, & inutilem induit. Proinde Prou. 29. c. scriptum est: *Puer qui dimittitur voluntati sua confundet matrem suam.* Et Ecclesiast. 7. ad patrem ait: *Filij tibi sunt, erudi illos, & cura illos: Filia tibi sunt, serua corpus earum, & non ostendas faciem tuam hilarem ad illas.* Secundo tenentur eis ad correctionem. Vnde Heb. 12. Apostolus ait: *Quis est filius, quem non corripit pater?* Dicitur enim à filos, quod est amor: hoc est filiali amore dilectus. Tertio tenentur eis ad punitionem, vt quem à malis non corrigunt verba, duris verberibus arceatur: vera enim est sententia Salomonis, qui Prou. 22. inquit: *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.* Et iterum 13. c. ait, *Qui parcit virgæ odit filium suum.* Et ne credant quod semper flagello vtendum sit, apertè subiungit dicens, *Qui autem diligit illum, instanter erudit.* Nec ait instanter flagellat, & percutit, eo quod plus sunt filij erudiendi, quam verberibus flagellandi. Secundo vero spirituales filij sunt etiam prædicto modo tripliciter dirigendi per patres spirituales. Primo enim debent erudiri, secundo corrigi, tertio vero puniri. Primo enim debent ab eis erudiri, & doceri. Sicut enim diuersi generis grex variis cibis pascitur, & nutritur: sic spiritualis pastor, & pater pro audientia auditorum doctrinam suam modificare tenetur, cum paruulis lacte opus sit, & solido cibo grandæuis. Est enim populus, & regendarum animarum multitudo, sicut animal ex multitudine diuersorum animalium, volucrum, piscium, reptilium compositum, & creatum: ad cuius nutritionem varia ei cibaria propinanda essent, iuxta varietatem eorum, de quibus compositum esset. Debet enim simplices docere *Pater noster, Credo* extra de vita, & honestate cler. vt quisque. Similiter *& Aue Maria*, pro reuerentia matris Dei. Mediocres enim docendi sunt seruare decem præcepta, & quinque ecclesiæ instituta, de quibus in præcedenti articulo, & 2. c. dictum est. Perfectiores vero ad alta Christi consilia animandi sunt. De talibus patribus Eccles. 16. scriptum est. *Qui misericordiam habet, docet & erudit quasi pastor gregem suum.* Secundo vero spirituales filij debent corrigi, cum delinquunt. Cauendum est valde, ne correctio metas charitatis egrediatur, cum Ecclesiast. 11. c. dicat: *Priusquam interroges, ne vituperes quenquam: & cum interrogaueris*, scilicet & verum esse compereris, *corripe iuste*, id est secundum iustum ordinem charitatis, sicut in sequenti sermone, articulo 2. atque capite 2. apparebit. Tertio vero tales filij cum obstinatè perseuerare volunt in malis, puniendi sunt, sicut per Micheam 7. c. pastoribus Dominus ait: *Pasce populum tuum in virga tua gregem hereditatis tuæ*, scilicet per ordinariam potestatem notorij criminosi, & incorrigibiles compellendi sunt, sicut patet 6. q. 1. illi, qui. Vbi ponuntur hac punitione digni omnes illi transgressores legis, de quibus Gal. 5. Apostolus ait, *Manifesta autem sunt opera carnis*, In quo capite omnes carnales carnalem vitam sectantes taliter puniendi enumerantur. Tertio debent filij & subiecti temporales in regimine temporali à dominis, & gubernatoribus suis etiam tripliciter gubernari. Primo institutione, secundo manifestatione, tertio punitione. Primo institutione, scilicet sanctarum legum, & institutorum, seu decretorum iustorum, quæ vel ipsi condiderunt, vel ab aliis condita seruanda per iuramentum, vel aliter inuiolabiliter susceperunt. Caueant nihilominus, ne super eos veniat illud, quod Esa. 10. scriptum est. *Væ qui condunt leges iniquas, scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.* Nec insuper dicant, quod Sapientiæ 2. scriptum est, *Sit autem fortitudo nostra lex iustitia.* Secundo debet à maioribus gubernari manifestatione, scilicet conditarum legum, videlicet per præconem, seu alio debito modo: vt caueant ignorantes, & timeant delinquentes, & transgressores. Proinde Ezechielis 3. c. cuilibet regenti dictum est: *Si annunciaueris impio, & non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in impietate sua morietur: tu autem animam tuam liberasti.* Tertio insuper debet à maioribus gubernari, punitione, videlicet cum delinquunt. Nam sicut 4. de ciuitate Dei, & capite 4. Augustinus inquit: Amota iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? Proinde obseruare debent, qui regunt, ne à rectitudine iustitiæ aliqua impietate flectantur timore, vel spe, odio, vel amore. Nam sicut 11. q. 3. c. quatuor, Isidorus ait: Quatuor modis iudicium humanum peruertitur. Timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus. Cupiditate, dum præmio animum alicuius corrumpimus. Odio, dum contra quemlibet aduersarium molimur. Amore, dum amico vel propinquo præstare contendimus, propterea tales hortatur Sapiens in 1. capite dicens, *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.*

Primi sunt filij corporales.

Prou. 29.

Eccles. 7.

Hebr. 12.

Prou. 22.

Prou. 13.

Secundi sunt filij spirituales.

Galat. 5.

Filij in regimine temporali à Dominis, debent tripliciter gubernari.

Esa. 10.

Sap. 2.

Ezech. 3.

Augustin.

Isidor.

Sap. 1.

Articvlvs Tertivs.

De zelante iustitia circa veritatem, bonitatem, & sinceritatem.

Tertia iustitia, quæ Christiano conueniens est, zelans & perfecta denominatur, quæ & zelus Domini nuncupatur, iuxta illud Psal. 66. *Zelus domus tuæ comedit me.* Quod verbum potest esse thema in præsenti articulo, vel thema potest esse illud Psal. 72. *Zelaui super iniquos pacem peccatorum videns.* Est enim zelus verus, & iustus, quidam exardescens feruor pro eis, quæ sunt conuenientia suo amori, & contra ea quæ sunt contraria suo amato, secundum enim Archidiac. super Decre. Est enim zelus quidam feruor animi quo mens relicto humano timore pro defensione veritatis accenditur. Est enim sicut ignis, qui & quædam sibi conformat, & quibusdam sibi contrariis aduersatur. Et tunc quidem est diuinus & sanctus, quando ipse amor est diuinus & iustus. Et tunc feruor, seu accensio ex condescentia sine ira per vitium, quamuis cum ira per zelum est, & secundum Dei instinctum & beneplacitum mensuratus, ita quod non fertur ad aliquid, vel contra aliquem, nisi pro Deo & secundum Deum, vel pro quanto est contrarius Deo: multa tamen apparent hominibus debitam mensuram excedere, quæ sunt mensuratissima apud Deum: hanc autem zelantem iustitiam tunc homo perfectè habet, cum triplicem zelum corde, ore, & opere perfectè implet & seruat. Primus est zelus veritatis, secundus est zelus bonitatis, tertius est zelus sinceritatis. Hi tres pertinent ad tres animæ partes, primus ad rationalem, secundus ad concupiscibilem, tertius ad irascibilem pertinere probatur. Et hunc triplicem zelum ostendit se Christus habere in templi purgatione: Matt. 21. & Ioan. 2.

Tertia iustitia est perfecta.

Psal. 66.

Psal. 72.

Triplex zelus.

Matth. 21. Ioan. 2.

Quoma

Digitized by Google

Quomodo Zelanda est veritas cordis, oris, & operis.

Cap. I.

Primus est zelus veritatis.

PRimus quidem est zelus veritatis. Hic quidem est corde, ore, & opere omni veritati zelanter assentiri. Primum fit per veritatis dilectionem, secundum per veritatis confessionem, tertium per veritatis adhæsionem. Primo quidem omni veritati assentiendum est corde, quod fit per veritatis dilectionem. Nempe Deus veritas est, & veritas veritatum, sicut Ioan. 14. de se testatur, dicens: *Ego sum via, veritas, & vita.* Qui igitur corde non assentitur ei, quam nouerit veritati, Deo aduersatur, & eius aduersarius comprobatur, cum omnis veritas sit quædam lux diuina, seu quædam participatio lucis diuinæ, quæ maxime elatis mentis oculis contraria est. Sicut enim scabiosus abhorret rasorem, fur lucem, adultera maritum, & freneticus ligamentum: sic elatus spiritus veritatem. Hinc Greg. ait: Tumor mentis obstaculum est veritatis. Licet igitur veritas contra te militet, licet vndique te impugnet, noli tamen dissentire ab ea, noli pugnare cum ea, ne tibi dicatur, sicut Act. 9. cap. Paulo dictum est, *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Et iterum Propheta inquit. *Diligite Dominum omnes Sancti eius, quoniam veritatem requiret Dominus*, scilicet si per complacentiam sit in corde: *& retribuet Dominus abundanter facientibus superbiam*, id est per superbiam rebellantibus veritati. Secundo omni veritati assentiendum est ore, quod fit per veritatis confessionem. Cum enim Deus radicauerit linguam nostram in corde, apertius demonstrauit, quod non solum à nobis requirit veritatem in corde, sed etiam in sermone, proinde Propheta describens virum iustum Domino bene gratum ait: *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.* Licet tamen quandoque tacere veritatem, quando nisi scandalum oriretur. Contra veritatem dicere nefas est, hæc duo Propheta insinuat cum ait, *Qui non egit dolum in lingua sua.* Et non inquit, *Qui loquitur veritatem* in lingua sua, vt apertè insinuaret, quod videlicet liceat quandoque veritatem tacere, tamen nunquam licet verba contra veritatem venire, quod esset dolum agere in lingua sua. Magna igitur fatuitas est contra veritatem pugnare verbis, cum Prouerbiorum decimo secundo, scriptum sit: *Labium veritatis firmum erit in perpetuum*, propterea Ecclesiastis quarto, admonet Dominus dicens: *Non contradicas verbo veritatis vllo modo.* Contra quod facere solet quælibet mens criminosa, & maximè carnalis, atque lasciua, sicut in secunda epistola, & secundo cap. Beatus Petrus testatur dicens. *Multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphematur*, scilicet ore. Tertio omni veritati assentiendum est opere, quod fit per veritatis tentionem, vel adhæsionem. Si enim veritati cordis, & oris veritas operis non conformatur: vtique deficiens, & infirma veritas est, atque fallax hypocrisis. Si autem cum eis conformis est vera charitas, quæ omnis perfectæ iustitiæ forma est, continue suscipit incrementum, propterea Ephes. 4. Apostolus ait: *Veritatem autem facientes*, scilicet opere: *in charitate crescamus.* Huic veritati detractio aduersatur. Proinde si tuum bonum in veritate factum ad tempus à multis non capiatur, nec bonum existimetur, vel à multis detrahatur, constanter age, quia tandem in fine veritas patefiet, & bonum vtique cognoscetur, sicut Eccle. 27. cap. attestatur dicens. *Volatilia ad sibi similia conueniunt: & veritas ad illos, qui operantur illam reuertetur.* Aduertendum est tamen, quod licet omni veritati tripliciter sicut prædictum est, assentiendum sit: tamen triplici excellentiori veritati excellentiori modo adhærendum est. Prima est veritas iustitiæ, secunda est veritas doctrinæ, tertia est veritas vitæ. Distinguuntur autem hæ tres veritates secundum tres animæ vires. Nam veritas iustitiæ irascibilem compescit à malo, veritas doctrinæ rationalem informat ad bonum, veritas vero vitæ concupiscibilem ordinat ad bonum. Contra hanc triplicem veritatem, mundi, & dæmonum scandala aduersantur, vt eam confundant & à cordibus hominum auellatur: militant contra eam vndique scandala suscitando. Proinde aduertendum est, quod sicut dicitur ext. de reg. iur. in c. qui scandalizauerit. Vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. Et ex hoc patet, quod contra has veritates ex nulla causa, nec propter aliquod scandalum euitandum aliquo modo veniendum est. Prima est veritas iustitiæ, quæ in iudicibus, & iudicantibus esse debet, qui in tantum debent dare sententias veras & iustas, quod pro nullius scandalo debēt falsam sententiam promulgare. Nec insuper intermittere debent eam pro alterius scandalo passiuo euitando: nisi illa iustitia dispensabilis sit, & variè moderabilis, vel simpliciter, vel ad tempus: secundum Thom. Cum pœnarum inflictio in tantum habeat iustitiæ rationem, in quantum per eas crimina prohibentur: si per inflictionem pœnarum manifestè apparet plura, & grauiora peccata sequi: tunc pœnarum inflictio minimè sub iustitia continetur & in tali casu à peccati punitione cessandum est, secundum August. Secunda est veritas doctrinæ. Circa quam aduertendum est, quod in doctrina duo considerāda sunt. Primum est veritas, quæ docetur, secundum ipse actus docendi. Primum est de necessitate salutis, scil. vt nemo doceat contrarium veritati, sed veritatem iuxta congruentiam temporis & personarum proponat is, cui docendi officium incumbit, ita tamen quod propter nullum scandalum quod sequitur, debet homo vllo modo prætermissa veritate falsitatem docere. Secundum vero quod est ipse actus docendi, inter eleemosynas spirituales numerandum est, & ideo pro loco & tempore à tali veritatis actu homo cessare potest & debet, vt scandalum euitetur, nisi in tribus casibus. Primo enim non cessandum est, vbi imminet periculum communis erroris, nisi ante veritas doceatur: secundo autem non est cessandum, vbi ex hoc notabilis profectus finaliter speratur electis: tertio insuper cessandum non est, vbi notabile salutis damnum ex ipsa taciturnitate ipsis electis verisimiliter timeatur. Tertia vero est veritas vitæ, quæ quidem nihil aliud est, quam adæquatio conuersationis, vel vitæ ad regulas recte viuendi, id est, ad diuinam legem, secundum quod est de necessitate salutis. Et talis veritas pro nullius scandalo dimittenda est, respectu tamen consiliorum, & supererogationum euangelicæ perfectionis non est simpliciter deserenda. Sed distinguendum est, ex D. Thom. & Alex. de Ales: quia aut tale scandalum oritur ex malitia, aut ex ignorantia. Primo modo oriri potest ex malitia, videlicet quando aliqui impedire volunt talia bona, scil. scandalum suscitando, vel concitando. Et hoc est scandalum Pharisæorum, qui de doctrina Christi scandalizabantur, quod Dominus Matt. 15. manifestè docuit contemnendum. Secundo modo autem potest oriri scandalum ex infirmitate, aut ignorantia: & hoc est scandalum pusillorum, propter quod spiritualia opera, aliquando sunt occultanda, aliquando autem differenda, vbi periculum non imminet, quousque reddita ratione tale scandalum cesset. Si autem post redditam rationem duraret, iam apertè apparet quod qui scandalum sumit, non ex ignorantia, sed ex malitia sumat.

Cordis.

Ioan. 14.

Greg.

Act. 9. Psal.

Ore.

Prouerb. 12.

Eccles. 4.

2. Pet. 2.

Opere.

Ephes. 4.

Eccle. 27.

Triplici excellentiori veritati ex-

cellentiori modo adhærendum est. Triplex veritas.

1. Veritas iustitiæ.

2. Veritas doctrinæ. In doctrina duo considerāda.

3. Veritas vitæ.

Matth. 15. Scandalum vnde potest oriri.

Quam

Digitized by Google

Quam zelanter corde, ore, & opere omni bono fauendum eſt.

Cap. II.

Secundus eſt zelus bonitatis. Tripliciter fauemus. Corde.

SEcundus eſt zelus bonitatis: hoc eſt corde, ore, & opere omni bonitati zelanter fauere. Primo enim homo iuſtus corde cuilibet bono fauet, quod fit per cordis gaudium, & congratulationem de quolibet bono opere, vnde diuinus honor accrescat. Inſuper cum delectatur de proximi ſui profectu, & lucro, ſiue ſit ſpirituale ſiue corporale, ſeu etiam temporale, ſicut de omnibus ſupradictis lætabantur nato Domini præcurſore vicini, atque cognati Eliſabeth, & congratulabantur ei, quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, ſicut Lucæ ſecundo capite patet. Idem ſeruauit Apoſtolus, qui Philip. ſecundo cap. ait, *Congratulor omnibus vobis.* Tali congratulationi inuidia aduerſatur. *Nempe nemo bonus, niſi ſolus Deus*, ſicut Dominus Lucæ 18. teſtatur: nec quiſquam bonus eſſe poteſt, niſi participatione illius boni. Si igitur propter dominum tibi placent boni, & bona, tibi vtique placet Deus, & tu illi. At econtra. Cui per inuidiam non placent iuſti, & iuſta: nec eiſdem placet Deus, nec ipſi grati poſſunt eſſe Deo. Proinde Iob. 5. cap. ait, *Paruulum occidit inuidia.* Secundo autem perfecte iuſtus ore cuilibet bono conſtanter fauere debet, atque zelanter, quod maxime per exhortationem, & ſermonis fauorem fieri habet. Sed quia ex abundantia cordis os loquitur, ſicut Dominus Lucæ 6. ait, conſequens eſt, vt cui bona placent in corde, idem quoque atteſtetur fauorabiliter ore. Tales vtique in conſiliis reipublicæ præponunt iuſta, commendant recta, laudant pia, & quæ pacis, & charitatis ſunt ſemper perſuadere procurant: conſolantur mœſtos, defendunt viduas, iuuant pupillos, tuentur innocuos, religiones commendant, & omni bonæ voluntati ſermonibus ſuis auxilium præſtant. Denique de lingua talium Eccle. 6. c. ſcriptum eſt *Lingua eucharis*, id eſt gratioſa, *in bono homine abundabit.* Huic veritati aduerſatur malignitas hominum impiorum, qui linguis ſuis doloſè agunt contra inſontes iniuſtitiam loquentes. Tertio vero perfectæ iuſtitiæ eſt zelanter opere omni bonitati fauere, quod vtique fit per boni operis executionem, vt bonitatem quam cor diligit, & lingua commendat, omni diligentia perficiat opus. Proinde talis iuſtus Eccle. quinquageſimo primo cap. zelanter, & confidenter ait: *Zelatus ſum bonum, & non confundar.* Et iterum Galat. 6. cap. Apoſtolus ait, ſe & alios iuſtos ad hoc exhortans: *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domeſticos fidei.* Huic operoſo zelo aduerſatur perſecutio iniquorum, qui vt dicitur Iſa. 5. *dicunt bonum malum, & malum bonum*, ſcilicet vt excuſent, & defendant ſua mala, & confundant aliena bona. Regula vtique iuris eſt, extra de iniur. & dam. da. in cap. ſi culpa, quod qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. In tantum quod qui ad damnum dedit efficacem occaſionem, non ſolum incurrit culpæ demeritum, verumetiam damnum exinde datum ſatisfacere obligatur. Si igitur tantum poteſt iniquitas in fauorem mali, quare non in meritum, & lucrum tantum proficit charitas in fauorem boni?

* * *

Phil. 2. *Luc. 18.* *Iob. 5.* *Ore. Luc. 6.* *Eccle. 6.* *& Opere.* *Eccle. 51. Galat. 6.* *Iſa. 5.*

Quod zelanter corde, ore, & opere omni malitiæ aduerſandum eſt.

Cap. III.

Tertius eſt ſinceritatis. Aduerſandi malo tripliciter. Corde. Bona cõſcientiæ indicium.

TErtius quidem zelus eſt ſinceritatis: hoc eſt corde, ore, & opere, zelanter omni malitiæ aduerſari, & obuiare. Primo enim omni malitiæ aduerſandum eſt, ſeu obuiandum corde, ſcilicet per malitiæ abominationem. Bonæ quippe conſcientiæ indicium eſt vitia abhorrere & crimina. Nec poteſt eſſe iuſtus, cui non diſplicent mala. Vnde ſcriptum eſt per Prophetam, *Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum.* Et iterum 86. diſtinctione in capite facientis, dicitur: Primus innocentiæ gradus eſt odiſſe nefanda, & latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate conſenſum. Secundo quoque omni malitiæ obuiandum eſt ore, ſcilicet per contradictionem. Matthæi enim 12. c. Dominus ait: *Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona.* Bonus quippe theſaurus boni cordis eſt virtutum zelus, qui mala abhorret. De tali autem theſauro bonus, & iuſtus homo tunc profert bona, quando mala quæ zelanter odit corde, ore increpat, & reprehendit. Hinc de tacentibus, & vitia non arguentibus ſcriptum eſt in prædicto c. facientis. Facientis proculdubio culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Et ſubditur. Probat ſe odiſſe vitia, qui condemnat errantes. Et 4. Reg. 7. *Si tacuerimus, & noluerimus nunciare vſque mane*, ſequitur *Sceleris arguemur.* Et Hier. 51. c. *Nolite tacere ſuper iniquitatem.* Tertio inſuper omni malitiæ obuiandum eſt opere, ſcilicet per oppoſitionem. Scriptum eſt enim in prædallegato c. facientis. Libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa, & negligere cum tu poſſis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quam fouere. Nec caret ſcrupulo conſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et ſubditur: Nec relinquet ſibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et diſt. 83. capite error, ſcriptum eſt: Error, cui non reſiſtitur, approbatur. Ex his, quæ dicta ſunt, patet quæ ſit iuſtitia integra, ordinata, atque in zelo Dei perfecta: quas plenius imitari, & perfectiſſime adimplere concedat nobis ſummus zelator omnium bonorum, atque iuſtorum, & Rex omnium ſæculorum Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto in Trinitate perfecta viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Tertius eſt ſinceritatis. Aduerſandi malo tripliciter. Corde. Bona cõſcientiæ indicium. Pſal. Matt. 12. Ore. 4. Reg. 7. Ierem. 51. & Opere.

SYNOPSIS

Eorum quæ præcipuè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de Chriſtiana pietate qua triplex eſt, quique continet tres articulos, quorum primus complectitur tria capita, alter totidem, tertius denique tria conſimiliter.

Articuli primi, Quod per tria opera pij efficimur erga Deum,

Cap. 1. Quod oratio ſancta per tria cor pium efficit erga Deum

Cap. 2. Quod per vera in confeſſione mens erga Deum efficitur pia,

Cap. 3. Quod per deuotam communionem mens pia efficitur erga Deum.

Articuli 2. Qui eſt de ſpirituali pietate ad animas & de triplici principali opere eius.

Cap. 1. Quomodo adiuuande ſunt anime proximorum per frequentiam orationum,

Digitized by Google

Cap. 2. De triplici bono opere spiritualis pietatis christianorum.
Cap. 3. De tripliei exemplo bono dando pro animarum salute.
Articuli tertij, Qui est de corporali pietate & operibus eius,
Cap. 1, Corporalis pietas fit corde,
Cap. 2. Quod corporalis pietas ore tripliciter fieri potest.
Cap. 3. De septem operibus misericordiæ corporalis.

De Christiana pietate quæ triplex est.

Sermo II.

Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, iterum vbi supra. Vltimo post iam dicta, de pietate Christiana nunc est dicendum, cum Apost. subdat, *Et pie viuamus in hoc seculo.* Hæc pietas tertia est virtus, in qua consistit Christiana vita. Et ad hãc hortatur Apost. quemlibet Christianum, 1. Tim. 4, inquiens Timotheo, *Exerce teipsum ad pietatem: nã corporalis exercitatio ad modicum* id est ad aliquid *vtilis est. Pietas autem ad omnia valet promissionem habens vitæ, quæ nunc est, pariter & futuræ.* Quod verbum potest esse thema in præsenti materia de pietate. Magna igitur, & mirabilis virtus est pietas quæ præsentis pariter & futuræ vitæ promissionem meretur. Vt autem omnes animentur ad pietatem, & induere studeant viscera eius, triplicem pietatem, distinguere necesse est. Prima dicitur diuinalis, secunda dicitur spiritualis, tertia dicitur corporalis. In his tribus comprehenditur omnis meritoria pietas Christianæ vitæ,

Tertia virtus est Pietas. 1. Tim. 4.

Quæ.

Magna virtus est pietas. Triplex est.

Articvlvs Primvs.

Quod per tria opera pij efficimur.

Prima est Pietas diuinalis. Tria opera per quæ cor humanum efficitur pium erga Deum.

PRima inquam dicitur pietas diuinalis, & in ea comprehenditur omnis diuinus cultus, Attendẽdum est tamen, quod tria sunt maxime opera, per quæ cor humanum erga Deum efficitur pium: totumque impletur dulcedine eius, si modo debito frequentetur. Primum opus est oratio, secundum confessio, tertium communio. Primum est opus principaliter cordis, secundum oris, & tertium operis. Per primum talis pietas generatur, per secundum augmentatur, per tertium consummatur,

Quod oratio sancta per tria cor pium efficit erga Deum.

Cap. I.

Primum opus est oratio, & tria requirit.

PRimum opus diuinalis pietatis oratio dicta est, vel dici potest, quæ principaliter fit in corde, & per eam Dei pietas in anima generatur. Tria autem sunt, quæ piam & efficacacem orationem efficiunt apud Deum. Primo si est attenta seu sensata, secundo si est deuota, tertio si sit cum reuerentia. Primo enim

Primo.

Debet esse attenta.

oratio debet esse attenta, seu sensata, Dicitur enim oratio, secundum Bern. quasi oris ratio, eo quod cum attenta ratione fieri debet, cum homo loquatur Deo, sine hac rationis attentione oratio omnino inefficax est. Proinde 1. Cor. 14. Apost. ait. *Si orem lingua:* scilicet tantum, *mens autem mea sine fructu est.*

1. Cor. 14.

Triplex attentio in oratione.

Triplex tamen est in oratione attentio procuranda. Prima ad verbum, secunda ad sensum, tertia ad obiectum. Prima attentio procuranda est ad verbum, id est ad vocalem prolationem, & formationem verborum, scil. ne in eis homo aliquo modo erret, maximè corruptè proferendo sanctissima verba scripturæ sacræ. Secunda attentio debet esse ad verborum sensum, quæ in oratione proferimus. Est enim litera sacrorum verborum quodammodo Dei carcer, sicut in nobis corpus est quasi carcer animæ nostræ. Cum enim illius verba per spiritum sanctum prolata sint, magna in eis virtus abscondita continetur, & seruatur, & ideo cum magna reuerentia tractanda sunt, semperque exorandus est Deus, vt dignetur verbi intellectum aperire, & imprimere sensum eius cordibus nostris. Tertia attentio debet esse ab obiectum, id est ad Deum, quem oramus, & laudamus, & etiam ad rem, pro qua oramus. Bona quidem est attentio prima, melior est secunda, tertia optima reputatur. Prima attentio quærenda est propter secundam, & secunda propter tertiam. Et si omnes non possunt haberi simul, semper potior præponenda est; quia ea quæ sunt ad finem, non debent impedire finem: magis autem promouere. Et quanto finis est melior, & principalior, tanto in ipsum tendere melius, ac rectius æstimatur. Denique per hanc triplicem attentionem oratio nostra efficitur fructuosa. Sine illis autem erimus de numero eorum, de quibus Matthæi decimoquinto Dominus ait: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me.* Secundo autem oratio nostra debet esse deuota, id est feruens, & affectuosa. Est enim orationis deuotio, siue affectio, ille clamorosus affectus, quem ascendere ad Deum quotidie postulamus, cum dicimus; *Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.* Hinc Bernardus super Qui habitat, inquit: In Dei auribus desiderium vehemens, clamor est magnus: remissa autem intentio, vox submissa est. Ad cordis enim vocem, potius quam corporis adhibet aures eius. Proinde debet esse oratio nostra quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne, vt dicitur Ecclesiastici 50. Est quidem oratio nostra quasi ignis effulgens per euigilatam attentionem, & quasi thus ardens in igne per desideriosam affectionem. Et hæc est oratio, quæ grata ascendit coram Domino maiestatis.

2.

3.

Matth. 15.

Secundo. Debet esse deuota.

Ecclo. 50.

In cuius mysterium, Iudicum 13. c. scriptum est, quod Manue pater Sansonis cum obtulisset sacrificium, scilicet hœdum; *& ascendisset flamma ignis de altari in cœlum Angelus Domini simul cum flamma ascendit*, vt mystice innuatur quod orationes igne ardentis desiderij, affectionis, & deuotionis accensas Angeli coram Domino repræsentant, de tepidis non curantes. Tertio debet oratio fieri cum reuerẽtia, Reuerentia enim id est, humilitas exterior, & interior omnino exaudibilem reddit orationem, sicut Eccles. 35. scriptũ est *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, &, donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat, & Dominus non elongabit.* Et iterum Propheta ait: *Respexit in orationem humilium, & non sprenit preces eorum.* Ex hac triplici orationis conditione tres fructus subsequuntur ipsius orationis. Primus est illuminatio, secundus est inflammatio, tertius humiliatio. Primus pertinet ad intellectum, secundus ad affectum, tertius ad memoriã. Primus est illuminatio, qui oritur ex orationis attentione. Illuminatur autem homo ad cognitionem Dei & sui. Hinc Bern. ad Fratres de monte Dei ait, Oratio illuminat, & confortat, Secundus fructus est inflãmatio, qui oritur ex deuotione. Inflammatur enim mens ex illa ad Dei amorem, & proximi dilectionem. In cuius mysterium 4. Reg. c. 1. *descendit ignis de cœlo ad orationẽ Heliæ.* Tertius fructus humiliatio nominatur, inclinans hominem ad sui odium, & contemptum: & hic ex humili reuerentia ortũ habet. Hinc Propheta ait: *Humiliabã in ieiunio animã meã, & oratio mea in sinu*

Iudic. 13.

Tertio. Debet fieri cũ reuerẽtia. Eccle. 35. Psal.

Tres fructus orationis.

4. Reg. 1. Psal.

Digitized by Google

sinu meo conuertetur, scilicet ad perficiendum duo prædicta in me: vel ad perfectam mei cognitionem.

Quod per veram confessionem mens erga Deum efficitur pia.

Cap. II.

Secundũ opus est confessio.

SEcundum diuinæ pietatis opus, per quod diuina pietas in anima augmentatur, confessio dici potest, quæ quidem ore profertur. Iam autem ex oratione, vt ex præcedentibus patet, intellectu illuminato, affectu dulcorato, & spiritu humiliato, ex munere Dei nascitur contritio vera, cum qua fieri habet confessio grata Deo. Emollitur enim per confessionem cor erga dilectionem, ac dulcedinem Dei, cum anima peniat, quæ & quanta sibi fecerit Deus. Vt autem per confessionem crescat hæc pietas, tria necessario habere debet. Primo præparationem, secundo discretionem, tertio integrationem, Primo inquam debet habere præparationem, iuxta illud Esa. 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* In quibus verbis triplex præparatio confessionis manifestè ostenditur. Prima est recognitio, secunda est recordatio, tertia amaricatio. Prima præparatio, recogitatio dicta est: quia ad Dominũ Esa. ait: *Recogitabo tibi*, id est tanquam assistẽs tibi qui omnia nosti, in mente cogitando, & recogitando reuoluam, quæ contra maiestatem tuam commisi. Secunda præparatio, recordatio dici debet, quæ maxime ex recogitatione originem habet. Quis enim suorum multitudinis peccatorum reminiscentiam habere potest, nisi præuia recogitatione illa perquirat? Sed vt modus facilius habeatur reminiscendi, Esa. subdit, *Omnes annos meos.* Plures sunt vtique modi ingenioſi, quibus facilius reminisci possumus peccatorum nostrorum. Primus modus est diligenter discutere præteritam vitam nostram secundum diuersas ætates. scil. pueritiæ, adolescentiæ, iuuentutis, virilitatis, senectutis. Secundus modus est considerare nostros diuersos status, scil. virginalem, matrimonialem, & vidualem. Tertius est discutere nostras diuersas fortunas, videlicet prosperitatis, & aduersitatis, sanitatis, & infirmitatis. Quartus modus est pensare diuersa nostra exercitia, vel officia, quæ in vita nostra exercitauimus. Quintus est examinare diuersas societates, cum quibus conuersati sumus, Sextus est recogitare diuersa loca, ciuitates, villas, castra & domos, in quibus fuimus. Septimus est ponderare varias culpas, quibus Deum offendimus, corde consentiendo, ore loquendo, & opere adimplendo. Tertia præparatio amaricatio nominatur, hæc amaritudo vera contritio est, sine qua cõfessio non sufficit ad salutem, Et de illa Isa. subdit, *In amaritudine animæ meæ* Et in eodem c. in persona pœnitentis animæ idẽ ait, *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Amara quidem ex æternis suppliciis quæ iam merui: Amarior autẽ ex æternis gaudiis, quæ amisi: Sed amarissima ex grauissimis culpis, quibus Deum offendi. Secundo autem confessio debet habere discretionem, & maxime in eligendo confessorem timentem, atque peritum. Nam sicut Dominus Matt. 15. cap. ait: *Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.* Sumat quoque discretum confitendi tempus, finem vltimum Quadragesimæ non expectans, ne cras, cras, cras, hoc est coruina voce decipiatur. Discretione quoque vtatur in modo confitendi peccata leuia leuiter, grauia grauiter, ac grauissima amarissimè confitendo. Tertio quoque confessio debet habere integritatem. Quid enim prodest, si tota custodiatur ciuitas, & solum vnum foramen hostibus relinquatur? Proinde Prou. 2. scriptum est: *Qui abscondit scelera sua non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Quandiu enim in vulnere ferrum est, vnguenta non prosunt. Sic & confessio, si integra non est: sed aliquod mortale ex malitia, seu ex negligentia reseruatur, salutem non præstat.

Esa. 36.
3. Præparatio confessionis. Hæc Pietas tria debet habere.
Primo est præparatio. Triplex præparatio.
Plures modi ad reminiscentiã numerũ peccatorũ. Primus modus.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
3. Præparatio.
Matt. 15.
Prou. 28.

Quod per deuotam communionem mens pia efficitur erga Deum.

Cap. III.

Tertium opus est sacra cõmunio.

TErtium diuinalis pietatis opus, id est per quod mens humana erga Deum efficitur pia, sacra communio est, quæ quidem effectu & opere adimpletur. Sicut enim iam visum est, oratio mentem disponit ad veram confessionem: Confessio vero purificat, & decorat animam coram Deo, dicente Propheta: *Confessionem & decorem induisti amictus lumine, sicut vestimento.* Spiritui igitur sic decorato, & mundato, Domino misericorditer concedente, ad illud consummatum pietatis opus atque dulcissimum gustum diuini amoris iam meretur admitti, quod fit in deuota sumptione sanctissimi Sacramenti. Tripliciter tamen sumi solet cibus huiusmodi amoris, atque dulcoris. Primo solùm sacramentaliter, secundo solum spiritualiter, tertio vtroque modo scilicet sacramentaliter & spiritualiter. Primo enim solum sacramentaliter sumitur, cum homo in mortali culpa existens corpus Christi verum realiter sub specie panis & vini contentum suscipit solummodo ore carnis, quod quidem maxime cum scienter fit, terribile sacrilegium est. Quis non existimaret horrendum, si tantum sacramentum proiiceretur in lutum? Quanto igitur sceleratius, & deterius est ipsum proiicere in cloacam conscientiæ cauteriatæ, & in ventrem, & in mentem hominis peccatoris? Audiant huiusmodi criminosi, Apost. sententiam, qui 1. Cor. 11. c. ait: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit, indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Secundo vero solum spiritualiter manducatur. Habet hæc spiritualis manducatio quodammodo in se duo. Primo masticationem, secundo incorporationem. Primo enim masticatio est recogitatio cibi, id est carnis Christi, qui est panis vitæ, qui de cælo descendit. Et huiusmodi est panis, quem sumimus: qui vtique in vtero sanctissimæ Virginis manu Spiritus sancti formatus, & in ara pretiosissimæ crucis per incendium amoris ardentissimæ charitatis, & acerbissimæ passionis pro nostra redemptione decoctus est. Secundo vero habet incorporationem, quæ ex tali recogitatione consurgit, dum cogitans amorem Iesu Christi reficitur, cui ex charitate coniungitur, eique magis ac magis assimilatur, & incorporatur, sicut Ioan. 6. Dominus ait: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Et de consecr. dist. 2. quid est. Fit autem hæc manducatio spiritualis per modum meriti: scilicet credendo & desiderando sumere hoc sacramentum, quia per tale desiderium atque fidem anima Christo & ecclesiæ incorporatur: & hoc modo sumitur spiritualiter mãducare tantum, quod quidẽ sine sacramenti susceptione potest alicui prouenire: verbi causa. Cum existens in gratia deuotè audit Missam, tamen sacramentaliter nõ suscipit corpus Christi: sed desiderat sumere illud: tũc vtique dici potest quod illud spiritualiter sumit. Tertio etiam modo fit hæc manducatio sacramentaliter & spiritualiter: videlicet credendo & percipiendo corpus Christi. Et ad hunc tertium modum sumendi semel in anno quilibet obligatur, sicut supra in præcedenti serm. art. 1. cap. 2. dictum est. Dignè ergo sumere corpus Christi duobus prædictis modis,

Tripliciter sumi solet cibus huiusmodi amoris.
Ioan. 6.
Quomodo sacramentaliter & spiritualiter fit communio.
1. Cor. 11.

Digitized by Google

scil. spiritualiter & sacramentaliter, seu tantum spiritualiter, est ad diuinam pietatem se accendere & cum Christo, non dico de nouo vnire, sed per gratiam vnitos, plus vnire. Ex iam dictis apparet, quod horum trium hominum assumentium dominicum sacramentum, primi manducando non manducant, secundi non manducando manducant, tertij vero manducando manducant.

Articvlvs Secvndvs.

De spirituali pietate ad animas, & de triplici principali opere eius.

Secunda pietas est spiritualis & huius pietatis triplex est opus.

SEcunda vero pietas spiritualis est dicta, quæ zelum animarum parit. Triplex est etiam huius pietatis opus. Primum fit corde, secundum ore, tertium opere.

Quomodo adiuuandæ sunt animæ proximorum per frequentiam orationum.

Cap. I.

Primum fit corde.

PRimum huius pietatis spiritualis opus, fit corde adiuuando proximorum animas orationum frequentia. Est enim oratio eleuatio mentis in Deum.

Ioan. 11. Ad quod mystice edocendum, Ioan. 11. Christus eleuatis oculis pro Lazari suscitatione patrem exorauit,

Quid oratio. vt mystice demonstraret, quod oratio nihil aliud est quam mentalium oculorum eleuatio ad ipsum Deum. Hi nempe oculi pro triplici hominum genere piè ad Deum erigendi sunt. Primo pro mortuis, secundo pro iustis, tertio pro iniustis & impiis. Primo pro mortuis, quibus maxima pietas impendenda est: tum quia per spem iam sunt beati, tum quia in enarrabilibus afflictionibus sunt cruciati. Proinde

2. Mach. 12. 2. Machab. 12. scriptum est. *Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.* Sancta, hoc est piè orantibus, & salubris mortuis, pro quibus orationes fiunt. Secundo quidem piè orandu est pro iustis, scil. vt in Dei gratia crescant & finaliter perseuerent. Ad hoc hortatur beatus Iacob.

Iac. vlt. in vlt c. dicens, *Orate pro inuicem vt saluemini*. Tertio quoque piè erigendi sunt oculi ad summum Deum pro peccatoribus atque pro quibuscunque infidelibus orationem fundendo, quod non aspectis eorum iniquitatibus dignetur eos illuminare & reuocare omnes deuios ad gratiam suam. Et quamuis obstante impietate eorum talis eis gratia non daretur, orantis tamen pietas non erit inanis, sicut in

Psal. huius persona Propheta inquit, *Oratio mea in sinu meo conuertetur.*

De triplici bono opere spiritualis pietatis Christianorum.

Cap. II.

Secundum fit ore.

SEcundum opus pium ad animas proximorum, est opus oris, illis subueniendo vtilitate sermonis.

Tria sunt bona oris. Tria quidem sunt bona oris, quæ piè animabus proximorum sunt communicanda. Primum est docere,

Docere. secundum est consulere, tertium est corrigere. Primum bonum est docere, videlicet ignorantes. Quod quidem fit, cum eos docemus fidem & bonos mores

Eccle. 18. in viam Dei, sicut Eccle. 18. scriptum est. *Qui misericordiam habet, docet & erudit quasi pastor gregem suum*

Sap. 8. Quod autem docere necesse sit, ostenditur Sapient. 8. vbi dicitur: *Sobrietatem & prudentiam docet & iustitiam & virtutem, quibus in vita nihil vtilius est hominibus.* In vita scilicet mortali, quia videlicet quasi omnes virtutes cardinales comprehendunt

Consulere. in eis. Secundum bonum est consulere: scilicet dubitanti & nescienti eligere vera & iusta. Proinde Prouerb. 11. cap. scriptum est: *Erit salus, vbi multa consilia.* Vt apertius innuatur, quod vbi multa consilia sunt non tantum ex parte illa recipientis, verum etiam ex parte illa communicatis, salus æterna multiplicatur. Contra quod facere dignoscuntur ipsi docti & sapientes, qui errantes per deuia corrigere, aut dirigere non curant, aut animabus salubria consilia non impendunt. Tertium quoque bonum est corrigere, scilicet deliquentes, iuxta Dominicum verbum, qui Matth. 18. ait: *Si peccauerit in te frater tuus; vade & corripe eum inter te & ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum: quod si non audierit eos, dic ecclesiæ: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* In quo quidem præcepto consideremus tria. Primo correctionis casum, secundo correctionis modum, tertio correctionis terminum. Primo consideremus correctionis casum, id est in quo casu obligetur homo. Ad hoc enim quod quis ex debito proximum corrigere teneatur, tria concurrere habent. Primum, quod illa sit mortalis culpa: secundum, quod sit de illa sibi notitia certa: tertium, quod sit ex amicitia vera. Primo inquam quis proximum corrigere obligatur, cum peccatum illius est mortalis culpa, propterea inquit, *Si peccauerit*, supple mortaliter. Est nihilominus aduertendum, quod corrigere fratrem est quandoque consilium & quandoque præceptum. Est enim consilium, quando proximus venialiter peccat: præceptum autem est, quando mortaliter Deum offendit, vel secundum quosdam est in manifesto periculo Deum offendēdi mortaliter. Sed quia hoc præceptum est affirmatiuum, obligat semper, sed non ad semper, sed pro loco & tempore: quando videlicet creditur, quod correctio sit ad profectū, aliter ad illam nemo obligatur. Secundo hoc præceptū cogit, quādo de proximi culpa homini est notitia certa, quia Dominus ait, *In te*, id est, *te sciente*, ne scilicet contra sententiā Ecclesiast. 4. agas, qui 11. c. ait: *Priusquam interroges, ne vituperes quemquā, & cum interrogaueris, corripe iustè*, id est secundum iustū ordinem hîc à Domino institutum. Tertio quoque ad hoc quod obliget, cōcurrere debet amicitia vera, id est quod fiat ex charitate fraternæ salutis, non quia corrigens ipse offensus sit, aut quacunque alia causa iniusta & vana: sed principaliter pro salute animæ eius, propterea Dominus addit, *Frater tuus*, id est, ex charitate fraterna à te dilectus. Secundo circa hanc correctionem considerandus est correctionis modus. Nam triplici modo correctionis, secundum quod opus est, vti quilibet obligatur. Primus est modus amorosus, secundus est modus timorosus, tertius est modus pudorosus. Vel sit triplex correctio, quarum prima potest dici priuata, secunda sociata, tertia diuulgata. Primo inquam obseruādus est in correctione modus amorosus, id est quod cum dulcedine & amore proximus reuocetur à culpa. Et de hoc Dominus subdit: *vade*, scil. cito, *& corripe eum*. Corripere est subito cor de periculo rapere: vt solertiam charitatis ostendat inter te & ipsum solum. Peccator enim quando statim coram aliis increpatur excusare se solet, aut indignari, seu sua crimina defendere. Per talem autem secretam & charitatiuam correctionem parcitur illius confusioni & ostenditur signum manifestissimæ charitatis, ac per consequens talis modus magis est retractiuus à malo, ac magis inductiuus ad bonum. Subditque Dominus. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuū.* Vide quā magnum bonum: quia & Deo & sibi & tibi lucratus eris illum, & per hoc verbum manifestè innuitur, quod intelligit Dominus de mortali, eo quod per abstractionem fratris à venialibus homo minimè lucretur illum,

Prou. 11.

Corrigere. Matth. 18.

Tria considerada in correctione fraterna.

Quomodo quis proximū corrigere teneatur.

Eccles. 11.

cum

Digitized by Google

cum ex venialibus ſolum non maneat anima extra gratiam Dei. Secundo in correctione obſeruandus eſt modus timoroſus. Et de hoc Dominus ſubdit: *Si autẽ te non audierit*, id eſt, ſi tibi effectualiter nõ acquieuerit, *adhibe tecum vnum*, ſcilicet ſi ſuffecerit vnus: *vel duos*, id eſt, ſi vnus ſufficere non videatur, *vt in ore duorum*, ſi ſumpſeris duos, *ſtet omne verbum*. Stet ſcilicet ſecretum, & etiam ſtet in teſtimonium veritatis ſi opus eſſet omne verbum ſcilicet dictum. Tertio in correctione obſeruandus eſt modus pudoroſus. Et de hoc Dominus ſubdit, *Quod ſi non audierit eos*, ſcilicet & te cum illis, *dic eccleſiæ*, id eſt mone eum coram omnibus de eccleſia: vel dic prælato ſuo. Tertio additur correctionis terminus, de quo Dominus ſubdit: *Si autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus*, id eſt ita ſit extra communionem tuam ac ſi Gentilis eſſet, aut ſicut publicus, & ſecularis peccator, ſeu merito à Prælato excommunicandus eſt.

De triplici exemplo bono dando pro animarum ſalute.

Cap. III.

Tertium opus pietatis ſit bona actione.

TErtium ſpiritualis pietatis opus eſt, quod fit operationis affectu, ſcilicet adiuuando animas per bonorum exemplorum incitamenta. Quia enim plus mouent exempla quam verba, mens pia ne animas ſcandalizet, ſed eas lucretur Deo, ſtudet ſemper exempla virtutum monſtrare, mentiſque magno cruciatur dolore, ſi quem aſpexit exempla oſtendere malæ vitæ. Et licet ſemper ſtudeat omnibus cuncta bona exempla præbere, triplex tamen principaliter exhibere conatur. Primum eſt exemplum humilitatis, ſecundum caſtitatis & honeſtatis, tertium charitatis & bonitatis. Primo enim præbet exemplum humilitatis, ſcilicet & patientiæ in aduerſis, vt ſit conſimilis illis, de quibus 2. ad Theſſ. 1. Apoſtolus ait: *Gratias agere debemus Deo pro patientia veſtra & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, pro quo & patimini.* Et ſi iniuſtè patitur, non frangitur, ſed reſpicit in illud exemplar omnium bonitatum. de quo 1. Petr. 2. ſcriptum eſt: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*, qui ſcilicet innocenter & patienter potius & volenter atque alacriter paſſus eſt. Et non tantum ſuis perſecutoribus ex corde pepercit, verum etiam pro ſuis crucifixoribus exorauit. Ex quo clarius patet, quod in hoc humilitatis exemplo includitur remiſſio offen.arum, quod non paruæ pietatis eſt opus, de quo Luc. 6. Dominus ait, *Dimittite & dimittemini*. Et iterum Matthæi ſexto, Orare impetrabiliter nos docuit dicens: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Secundo quidem mens pia ſtudet præbere exemplum caſtitatis & honeſtatis ſuſpecta conſortia & conſuetudines omnino euitans. Nec de illis hypocritis eſt, qui non curant ſcandalizare ſimplicium mentes ſuſpecta conſortia omnino ſectantes & frequentantes & palliolo deuotionis & bonæ intentionis ſeipſos pernicioſe decipientes, ſectari etiam ſtudet mens pia, quod 2. Petr. 2. cap. clauiger æthereus admonet dicens: *Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrahunt de vobis tanquam de malefactoribus ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum in die viſitationis*, id eſt quando illuminati à Deo intelligent veritatem. Tertio quoque mens pietate plena ſtudet præbere exemplum charitatis & bonitatis atque manſuetudinis, cæterarumque virtutum, iuxta Apoſtoli præcepta, qui 1. Timoth. 4. ait, omnem piam animam exhortando: *Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate*. Et de talibus exemplis præceptum dedit Dominus Matth. 5. dicens: *Sic luceat lux veſtra*, id eſt lucida veſtra & exemplaris vita, *coram hominibus, vt videant opera veſtra bona*. Sed ne hoc indebito fine fiat, ſubiungit, *& glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt*. Magni igitur periculi res eſt, ac peſtiferum animarum virus, præbere exemplum malum. Nam ſecundum Apoſtolum 1. Corinth. 15. *Si corrumpunt bonos mores colloquia mala*, quanto magis id efficiunt opera praua? Exempla bona non facilè homines imitantur, mala autem multitudo auida cupiditate ſectatur. Modicus quippe ignis citius inflammat magnam materiam ſiccam, quam magnus modicam humidam. Sic citius corrumpunt modica mala exempla, quam ædificent magna bona. Crudelis igitur fera, & impia vipera in animas Chriſti ſanguine redemptas eſt omnis, qui proximo ſuo ſcandalum præbet. Inter quos maximè connumerandæ ſunt mulieres inconſideratæ & vanæ, quæ quot concupiſcentiarum & vanitatum tam viris quam mulieribus præſtant occaſiones, tot vtique mortibus dignæ ſunt, dicente Domino, Matt. 18. *Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt: expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius*, id eſt mortalis culpa in anima eius: & *demergatur in profundum maris*, id eſt, in profundum inferni. Et iterum, ſexta, quæſtione 1. in cap. ex merito, ſcriptum eſt: Deteriores ſunt, qui vitam moreſque bonorum corrumpunt his qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt: Et in cap. ſunt plurimi, Gregorius ait, Multum damnatorum à damnis temporalium diſtant.

In malũ facile propendimus.

1. Theſſ. 1.
1. Petr. 2.
Luc. 6.
Matth. 6.
2. Petr. 2.
2. Petr. 2.
1. Tim. 4.
1. Cor. 15.
Matth. 18.
Matth. 5.

Articvlvs Tertivs.

De corporali pietate & operibus eius.

Tertia principalis pietas dicitur corporalis & tripliciter fieri poteſt.

TErtia principalis pietas dicitur corporalis, quæ etiam tripliciter fieri poteſt. Primo corde, ſecundo ore, tertio opere.

Corporalis pietas ſit corde.

Cap. I.

Primo pietas ſit corde & habet tres gradus.

PRimo enim corporalis pietas ſit corde, & habet tres gradus. Primus eſt compaſſio, ſecundus condeſcenſio, tertius ſupportatio. Primus eſt compaſſio. quæ maximè haberi debet erga infirmos. Ad eam hortatur beatus Petrus. 1. Petr. 3. dicens, *Eſtote inuicem compatientes, fraternitatis amatores*. Secundus gradus eſt condeſcenſio, & maxime erga debiles. Talis enim condeſcenſio ex compaſſione præcedenti oriri ſolet. Qui vero proximo ſuo compatiens eſt, ei dulciter & faciliter condeſcendit in his videlicet, quæ non ſunt contraria charitati. Et hoc eſt quod Roman. 15. cap. Apoſtolus ait, *Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmiorum ſuſtinere, & non nobis placere*. Tertius gradus ſupportatio dictus eſt, & maximè corporum infirmorum, & ſenio grauatorum. Senectus enim multis infirmitatibus & laboribus & grauaminibus plena eſt. Ad talium ergo ſupportationem hortabatur Apoſtolus Epheſ. 3. cap. dicens. *Supportantes inuicem in charitate*, & iterum Galat. 6. *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*. Verus igitur, magnus & admirabilis eſt fructus huius ſupportationis, quando in eius obſeruantia tota lex Domini adimpletur.

1. Petr. 3.
2.
3.
Rom. 15.
Epheſ. 3.
Galat. 6.

* * *

Digitized by Google

Quod corporalis pietas ore tripliciter fieri potest.

CAP. II.

Secundo corporalis fit ore, consolando afflictos triplici afflictione cruciatos.

SEcundo corporalis pietas fit ore, scilicet consolando afflictos, & maximè qui triplici afflictione cruciantur. Primo afflictione temporali, secundo afflictione corporali, tertio afflictione iudiciali. Primo enim verbis consolandi sunt afflicti afflictione temporali. Tanta enim est vis, & gratia, seu consolatio verbi boni, quod quandoque præstantior est quam subuentio manus. Proinde Eccles. 18. scriptum est: *Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius quam datum.* Secundo sunt consolandi afflicti afflictione corporali. Ad hanc exhortatur Eccles. 7. cap. dicens: *Non desis plorantibus in consolatione*, videlicet suauium verborum, *& lugentibus ambula.* Et sanctissimus Iob. 29. cap. imitationis exemplum dans se ait, *Eram tamen mœrentium consolator.* Tertio quoque consolandi sunt, qui afflicti sunt afflictione iudiciali, sicut sunt carcerati, & corporalibus suppliciis mancipati & condemnati. Exemplum sumamus Tobiæ, qui sicut Tobiæ primo c. scriptum est, *quotidie consolabatur captiuos.* Et primæ Thess. 5. cap. ad hoc exhortatur omnes Apostolus dicens: *Consolamini pusillanimes, suscipite infirmos.* Sæpe quidem non compati afflictis & tribulatis, in augmentum eorum afflictionis est, sicut in amicis Iob per exemplum patet. Propter hoc 16. cap. ait illis, *Consolatores onerosi omnes vos estis.*

Eccles. 18. *Eccles. 7.* *Iob. 29.* *Tob. 1.* *1. Thess. 5.* *Iob. 16.*

De septem operibus misericordiæ corporalis.

CAP. III.

Tertio corporalis pietas fit opere. Septem sunt opera corporalis pietatis.

TErtio corporalis pietas fit opere & subuentione. Septem enim sunt opera corporalis pietatis. Primum est cibare esu ientem. Et ad hoc hortatur Dominus Isa. 58. cap. dicens, *Frange esurienti panem tuum.* Secundum potare sitientem, sicut Roman. 12. Apostolus ait: *Si inimicus tuus sitit, potum da illi.* De his duobus iam dictis Prouerb. 25. scriptum est. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, da ei aquam bibere.* Tertium opus est colligere hospitem. Ad quod Petrus 1. Petr. 4. nos hortatur dicens, *Hospitales inuicem sine murmuratione.* Quartum opus est vestire nudum. Et de hoc Isa. 58. cap. scriptum est: *Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Quintum est visitare infirmum, scilicet illi subueniendo, sicut necesse est. Ad hoc hortatur Eccles. 8. cap. dicens, *Non te pigeat visitare infirmum.* Et vtilitatem huius operis subdit dicens. *Ex hoc enim in dilectione* scil. Dei & proximi *firmaberis.* Sextum est visitare incarceratum: scilicet cum effectu, quod est visitare illum ad subueniendum, ad redimendum, ad liberandum. Proinde Apostolus 10. cap. Heb. quosdam commendabat dicens, *Vinctis compassi estis* scilicet iuxta posse illis per prædicta subueniendo. Ad idem per Isa. 58. Dominus præcepit dicens: *Dissolue colligationes impietatis*, scilicet contractuum impiorum: *solue fasciculos deprimentes*, scil. rapinarum, *dimitte*, scilicet de carcere eos qui confracti sunt, *liberos & omne onus disrumpe*, scilicet non valentibus id portare. Hæc sunt sex illa opera, de quibus tam districtè Dominus rationem in iudicio postulabit, atque per illa donabit gloriam sempiternam dicens, Matth. 25. c. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes eram, & collegistis me: nudus eram, & cooperuistis me: infirmus eram & visitastis me: In carcere eram, & venistis ad me.* Et iterum dicet his qui à sinistris eius erunt: *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui & non dedistis mihi potum: Hospes eram, & non collegistis me: Nudus eram, & non cooperuistis me. Infirmus & in carcere, & non visitastis me.* Septimum misericordiæ opus est mortuos sepelire. De hoc tamen opere pietatis non scribitur supra, quod in iudicio Dominus facturus sit mentionem. Et hoc maximè propter tria. Primo, quia misericordia proximis fit in quantum sunt membra Christi. Mortuus autem in quantum mortuus, non est propriè membrum Christi. Christus autem semper est viuens, sicut Hebr. 7. Apostolus ait. Secundo, quia in scripturis alibi commendatur, sicut Tob. 4. in laudem Tobiæ scriptum est, quod sepeliebat mortuos ex humana pietate, propter quod placuit Deo. Ioseph quoque ab Arimathia & Nicodemus, quia tradiderunt Dominum sepulturæ, Ioan. 19. cap. multipliciter commendantur. Tertio, quia non est indigentia tam aperta. Omnia igitur opera supradicta, vt grata sint Deo, tripliciter fieri debent. Primo humiliter, secundo hilariter, tertio misericorditer. Primo quidem humiliter aspicientes & considerantes in indigente indigentias, quas pro nobis assumpsit Iesus Christus. Memores quoque verbi Domini, qui misericordibus dicet: *Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Secundo fieri debent hilariter, teste Apost. qui 2. Cor. 9. c. ait: *Non ex tristitia, aut ex necessitate*, scilicet hæc opera fiant à vobis, *hilarem enim datorem diligit Deus.* Et iterum Eccles. 35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* Tertio fieri debent misericorditer, iuxta illud Isa. 58. *Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, tunc orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & requiē dabit tibi Dominus Deus tuus semper.* Ex hac igitur pietate tria bona, seu fructus sequuntur homini pio. Primum est liberatio à malo, secundum amplificatio in bono, tertium vero perpetuatio in optimo. Primum est liberatio à malo: vnde 2. Petr. 2. *Nouit Deus pios de tentatione eripere.* Nam tales Deus eripit à malo culpæ, à malo pœnæ, & à malo gehennæ. Secundum autem est amplificatio in bono: proinde Baruch. 5. c. pio cordi Dominus ait: *Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum, pax iustitiæ & honor pietatis.* Per hanc enim pietatem ampliantur bona conscientiæ, crescit fama pietatis, honestatis & iustitiæ. Tertius fructus est perpetuatio in optimo. Vnde 2. Mach. 12. c. de Iuda Machabæo scriptum est, *quod considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionē acceperant, optimam haberent repositam gratiam.* Ista gratia nihil est aliud, nisi sempiterna gloria: quam ex pietate & propter pietatem largiri nobis dignetur piissimus Dominus Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto in Trinitate viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Cur in iudicio nō fit mētio sepulturæ. *Hebr. 7.* *Ioan. 19.* *Opera misericordiæ quomodo Deo grata.* *2. Cor. 9.* *Eccles. 35.* *Isa. 58.* *Ex pietate Christiana. 3. fructus.* *2. Petr. 2.* *Baruch. 5.* *2. Mach. 12.*

Finis Tractatus de Christiana vita.

De octo beatitudinibus Euangelicis.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Christiana perfectione beatitudinum euangelicarum, quique in se habet tres articulos,

Digitized by Google

ticulos, quorum primus continet tria capita, ſecundus tria quoque, & tertius totidem.

Articuli primi, Quod tria oſtendunt dignitatem quæ in octo beatitudinibus continetur,

Cap.1. Quod propter tria aſcendit in montem Ieſus, vt ſcilicet beatitudines prædicaret.

Cap.2. Quod propter tria Ieſus Chriſtus aperuiſſe dicitur beatitudines.

Cap.3. Quod pronuntiaturus beatitudines propter tria dicitur Chriſtus aperuiſſe os ſuum.

Articuli ſecundi, De ſufficientia numeri beatitudinum,& de gradibus earundem,

Cap.1. De quinque gradibus per quos anima perducitur in præſenti vita ad beatitudinis ſtatum.

Cap.2. Quomodo per has beatitudines anima tripliciter aſcendit.

Cap.3. Quomodo anima perficitur per has beatitudines ſecundum triplicem beatitudinem ſuam.

Articuli tertij, Quomodo aliter ſufficientia numeri beatitudinum ad morum vtilitatem.

Cap.1. Quod ſecundum diuerſas opiniones beatitudinis, octo beatitudines à Chriſto conſtituuntur.

Cap.2. Quod perficiendas diuerſas potentias anima ha beatitudines ordinantur.

Cap.3. Ratio vtilitatis, quam conſequuntur iuſti ex beatitudinibus præſentis vitæ.

De excellẽtia & dignitate Beatitudinum Euangelicarum,& de ſufficienti numero & ordine prædictarum.

Sermo IV.

Matth.5. VIDENS *autem Ieſus turbas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et aperiens os ſuum, docebat eos.* Matth.5.c. Admiranda ſunt verba Domini Saluatoris,purgant ſimul & illuminant intellectum, inflammant affectum,roborant & conatum, vt ſolum in anima fulgeat, & id ametur atque opere compleatur, quod ipſa veritas dictat.Tanta denique eſt ſublimitas doctrinæ Chriſti, vt nec dum ad altitudinem eius, quam incultus non politus ſermo decorat, humanus aſcenderit intellectus.Cuſtoditio quoque illius in agenda tota humana vita Rege non indiget,iudicem non requirit, forum cauſarum refugit,nec ponendis tribunalibus locum præſtat. Indeficientem Chriſti poſſident verba virtutem, vt ipſa ſine cæteris bonos atque perfectos mores efficiant, & iam in præſenti vita inter cœlicos ciues inferant hominem limo factum, ad quæ profecto nullis aliis vtique legitur conceſſa poteſtas:Sola ſiquidem eius verba ſcalas habent inuiſibiles gratiæ aſcenſionis in cœlum. Nec ſolum perfectionem & omnem ſufficientiam ad diuinas poſſident theorias: ſed ad quietum etiam vitæ ſtatum pacificumque progreſſum, vt nulla hominum lex pro hac, dum agitur vita,ne ſit ipſis valentior, turbetur etiam ſi aboleretur ab humana mente reſpectus ad ſuperiora tendendi. Sed ad præſens de perfectione animæ iam purgatæ in octo Beatitudinibus agens eam Beatitudinem vocat, vel quia immediatè ad beatitudinem tendit, vel quia animam iam purgatam ſtatim euolare facit in ſtatum beatitudinis ſempiternæ,vel quia dat ſecuritatem vitæ ſine timore. Proinde ante promulgationem beatitudinum prædictarum, in earum laudem Euangeliſta Matthæus propoſita verba præmiſit dicens. *Videns Ieſus turbas*, &c.Et ſequitur, *docebat eos*, ſcilicet octo beatitudines ſequentes. Pro generali tamen intelligentia beatitudinum prædictarum, tria ad præſens de illis conſideremus. Primo doctrinæ dignitatem, ſecundo doctrinæ ſublimitatem,tertio doctrinæ vtilitatem.

Articvlvs primvs.

Quod tria oſtendunt dignitatem, quæ in octo beatitudinibus continetur.

PRimo inquam conſideremus in his beatitudinibus doctrinæ dignitatem. Harum profecto dignitatem doctrinæ tria oſtendunt. Primo ſublimitas, ſecundo auctoritas,tertio profunditas. Nam in aſcenſu montis,ſublimitas:Inſeſſione Doctoris,auctoritas:In apertione oris profunditas denotatur.

Quod propter tria aſcendit in montem Ieſus, vt ſcilicet beatitudines prædicaret.

Cap. I.

PRimo enim in aſcenſu montis ſublimitas indicatur.Ait enim Euangeliſta Matthæus *Videns autem Ieſus turbas,aſcendit in montem:*ſcil.Tabor, ſecundum Hieronymum, vel in alium montem excelſum ad præſignationem alti ſtatus perfectionis.Supra humanam quidem ſcientiam Saluator noſter hominibus loquens audientium animos mira efficacia mouebat, atque auditores primi vt audierant eum referentes ad audiendum in propria voce alios inuitabãt, ita vt ex omnibus finitimis regionibus ad audiendum illum vtriuſque ſexus homines adproperarent. Et coeuntes in vnum,ſinguli de regionibus ſingulis,fecerunt plurimas turbas, quas videns Ieſus aſcendit in montem, vt aſcendentes poſt eum turbam vnam efficerent. Mons montem aſcendit:quia lapis præciſus de monte ſine manibus in tantum creuit, vt efficeretur mons magnus, ad quem profugere poſſent omnes gentes, vt myſticè ponitur Daniel. 2. Montem quidem aſcendit,ad beatitudines prædicandum, maximè propter tria,ſcilicet propter prophetiæ impletionem, propter deſiderij ſubleuationem, & propter ſuorum imitationem. Primo propter prophetiæ impletionem, hoc eſt vt Iſa. prophetiam impleret, de qua in 40.c.ait:*Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas* Secundo propter deſiderij ſubleuationem,vt nouam daturus mundo doctrinam apertè inſinuaret, quod ex ipſa indeuius ad æternæ beatitudinis montem celebratur aſcenſus, & ab imis homines extollere venerat, atque ad alta ſubuehere in æternum. Tertio propter ſuorum imitationem,vt videlicet manifeſtè innueret quod in altitudine virtutum conſiſtere debet, qui iuſtitiam Dei docet. Proinde Gregor. ait: Si in terra eſt animus tuus, vt quid de cœlo loqueris? hæc ille. Forma igitur prærogata eſt iis,qui habent alios docere iuſtitiæ vitam,vt montem aſcendant,altitudinem ſcilicet morũ atque virtutum: vnde idem Gregor.exponens illud Cantic.*Naſus tuus ſicut turris Libani*,ait: Prædicatoris vita ſemper in alto fixa debet permanere, vt more narium diſcernat fœtores vitiorum, odoreſque virtutum.

Daniel.2. *Iſa.40.* *Gregor.* *Gregor. Cantic.7.*

Quod propter tria Ieſus Chriſtus ſedit octo beatitudines pronuntiaturus.

Cap. II.

SEcundo in ſeſſione Doctoris auctoritas demonſtratur, ait enim Euangeliſta: *Et cum ſediſſet,acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.* Fuit enim in Chriſto ſeſſio actus quietationis, expectationis & attractionis. Primo inquam in Chriſto fuit ſeſſio actus quietationis.Etenim docens ſedet,ſedenſque docet,quod pertinet ad dignitatem magiſtri. Sedet, vt quietius doceat in aliorum exemplum. Infunditur citius in corde audientium emiſſa in quiete doctrina,& tenaci memoria capitur, quod in tranquillitate à Doctore

Digitized by Google

profertur. Hæc siquidem corporis sessio, mentis quietem insinuat, ex qua illuminans doctrina procedit. Proinde de illuminando & illuminante Doctore, Thren. 3. scriptum est: *Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se.* In quibus verbis ostendit tria, per quæ homo ascendit ad mentis illuminationem, vt aliis illam dispensęt. Primum est, tranquillitas: secundum, singularitas: tertium, taciturnitas. Primum est tranquillitas, scilicet mentis & corporis. Ait enim, *sedebit*, id est totaliter requiescet: mente quidem ab inutili cogitatu, corpore vero ab inconuenienti motu. Secundum, est singularitas: Vnde ait, *solitarius*, id est ab aliis separatus, exemplo illius, qui factus fuerat *sicut passer solitarius in tecto.* Sic profecto & Moyses ad diuinam visionem & collocutionem ascensus, ab aliis segregatus est. Nec tantum à terrenis turbis, verumetiam à sacerdotibus sanctis, sicut patet Exod. vigesimoquarto. Tertium, est taciturnitas: & de hoc subdit dicens: *Et tacebit*, scilicet ad tempus, quod maximè proficit in docente. Secundo autem sedere, est actus expectationis. Expectat enim nos Deus in infirmitatibus & tarditatibus nostris. Tardi enim sunt homines ad credendum, quæ Christi sunt: Tardi ad intelligendum, quæ vtilia sunt: Tardi ad agendum, quæ necessaria sunt: Tardi ad pœnitentiam, cum reliquerimus iter rectum, cum effudimus animas in peccata. At Dei benignitas, Dei patientia, Christi charitas ad pœnitentiam nos expectat, quærens misereri potius quam vlcisci, vnde ad Romanos secundo, Apostolus ait. *Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.* Hæc benignitas Ezechiel. decimooctauo, cap. ait. *Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat.* Tertio vero sedere, est actus attractionis. *Et cum sedisset*, ait, scilicet ad attrahendum auditores. Ex hoc quidem loco trahitur, quod quando secularibus sermo fit, prædicator communiter stat tanquam inuitans ad prælium: Quando vero religiosis & contemplatiuis, cõmuniter sedet tanquam inuitans ad quietem tranquillam. Sed in signum attractionis ab Euangelista subiungitur: *Et accesserunt ad eum discipuli eius*, scilicet tanquam magis deuoti, tanquam familiarius dilecti, tanquam specialiter aduocati. Illis quidem & consimilibus Propheta ait: *Accedite ad eum & illuminamini: & facies vestræ non confundentur*, quia scilicet non terribilis, sed placabilis est.

Hierem. 3. Thren. 3. Psalm. Exod. 24. Roman. 2. Ezech. 18. Psalm. Eccles. 24.

Quod pronuntiaturus beatitudines propter tria dicitur Christus aperuisse os suum.

Cap. III.

TErtio in apertione oris profunditas indicatur, & de hoc Euangelista subiungit dicens: *& aperiens os suum*, docebat eos. Aperitur thesaurus desiderabilis, reseratur gazophilacium regni cælestis, fons omnium bonorum panditur, indigentes ditantur: Nouus rex, noua lex. Ait enim, *& aperiens os suum*, hoc siquidem ait, vt ostendat doctrinæ eius profunditatem, proprietatem, & exemplaritatem. Primo, vt ostendat doctrinæ eius profunditatem. Nam oris apertio ad humanitatem corporis pertinet. Doctrina vero ad scientiam mentis. Os ex creatione, scientia ex infusione. Os corporeum & visibile: scientia incorporea & inuisibilis? Proinde à patre ad filium humanatum per Prophetam dicitur: *Aperi os tuum, & ego implebo illud.* Tu aperias os carnis, & ego implebo illud scientia diuinitatis, vt non humana, sed diuina loquaris hominibus. Ait ergo, *& aperiens os suum*, scilicet tanquam magna & profunda apertè & clarè docturus, sicut & Ecclesiast. vigesimo quarto, prænunciat dicens, *& in ecclesia altissimi aperiet os suum.* Et per Ezechielem vigesimonono cap. à patre ipsi filio dictum est: *Tibi dabo os apertum in medio eorum, vt sciant, quia ego Dominus.* Secundo, vt ostendat doctrinæ suæ proprietatem. Perdoctè siquidem dictum est, *& aperiens os suum*, ad distinctionem faciendam, quia in veteri lege aperuerat ora prophetarum, vt nulla excusatio valeret hominibus, cum Dei filius eisdem in humanitate more hominum loqueretur. Aliud est enim, cum Rex per suas proprias litteras: aliud cum per suos legatos, & aliud cum per seipsum ore proprio subiectis populis fatur. Tunc nulla est excusatio efficax, nulla tergiuersatio contutans eos qui ex ore Regis audierunt sermonem. Et ipse pater in filio sic humanato dignatus est in plenitudine temporum loqui, sicut ad Hebræos primo c. Apostolus ait, *Multifariè, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio.* Tertio, vt ostendat doctrinæ suæ exemplaritatem, quia docebat eos. Nam qui docturi sunt alios salutarem vitam, exemplo Christi aperire debent os mentis ad suscipiendam cœlestis gratiæ infusionem. Doceant apertè, qui susceperunt occultè: Doceant inquam humanè, qui susceperunt diuinè: Doceant libenter, qui susceperunt silenter: Doceant gaudenter, qui acceperunt grataner. Et qui gratis acceperunt, gratis refundant: Tradant hominibus, quæ illis tradidit Deus, eoque fine quo acceperunt, diffundant: scilicet ne diligantur terrena, sed cœlestia in amorem deueniant. Non quæ videntur, sed quæ non videntur amore incessabili diligantur, vt cum Propheta dicere possit quilibet eorum: *Os meum aperui & attraxi spiritum*, scilicet ad supra dicta annuncianda: *quia mandata tua desiderabam*, scilicet in me & in aliis adimpleri. Proinde *docebat eos.*

Ezech. 29. Hebr. 1. Psal. 118.

Articvlvs Secvndvs.

De sufficientia numeri beatitudinum, & de gradibus earundem.

SEcundo considerabimus in his beatitudinibus doctrinæ sublimitatem. Ad intelligentiam autem dicendorum notandum est, quod sunt duo genera virtutum. Quædam enim sunt communes & humanæ, quemadmodum quatuor cardinales. Quædam sunt excellentes, seu heroicæ, vt dicitur in septimo Ethicorum. Et tales dicuntur quasi diuinæ, vt ibidem dicitur. Et exemplum inducitur de Hectore, qui propter excellentiam virtutis suæ dicebatur quodammodo filius Dei, & non hominis mortalis. Beatitudines autem hæ, de quibus dicturi sumus, maximè heroicæ sunt. Insuper aduertendum est, quod beatitudines septem sunt secundum distinctionem graduum, quamuis secundum essentiam octo sint. Et has Saluator enumerat in capitulo præallegato. Prima est paupertas spiritus, secunda mititas, tertia luctus, quarta esuries iustitiæ, seu iustitia famelica: quinta affectus misericordiæ, sexta cordis munditia, septima pax. Hæ septem perficiunt animam. Octaua est patientia, & hæc animam probat, confirmat, & perfectam in qualibet prædictarum declarat, vel septem perficiunt in statu prosperitatis, octaua in statu aduersitatis, vel septem sunt in agendo, octaua in patiendo, hæ septem beatitudines possunt adaptari septem diebus creationis. Nam prima die *formata est lux.* Et paupertas, atque contemptus omnium sensibilium, est quasi intellectualis lux mentis humanæ. Secunda die *factum est firmamentum in medio aquarum.* Et mititas est quasi firmamentum quia in medio aquarum tribulationum non conturbatur. Tertia die separatæ sunt aquæ à terra, & congregatæ in loçum vnum. Et luctus aquas concupiscentiæ &

Duo genera virtutum.

Beatitudines sunt septem secũdum distinctionem graduum, & octo secundũ essentiam.

Hæ septem aptantur septem diebus creationis.

Digitized by Google

& voluptatis à carne noſtra ſepatat & expellit. Quarta die cœlum luminaribus ornatum eſt. Et iuſtitia vniuerſalis & zelus eius eſt ſicut ſol & luna & ſtellæ, quia eius eſt regere vniuerſa. Quinta die ornauit aërem & aquam volatilibus cœli & piſcibus maris. Et miſericordiæ eſt volare per impetus ventoſitatis aereæ, quantum ad opera miſericordiæ ſpiritualis: Et natare in aquis per compaſſionem afflictionis fraternæ, quantum ad opera miſericordiæ corporalis. Sexta die ornauit terram animalibus & hominibus. Et munditiæ cordis eſt reformare animalitatem noſtram ad imaginem Dei. Septima vero die requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat, atque ſabbatum ſanctificauit. Et pax eſt quies & ſanctificatio humanæ mentis. Circa igitur has beatitudines diſtinguamus triplicem graduum varietatem. Prima varietas eſt gradus purgationis, ſecunda eſt gradus aſcenſionis, tertia eſt gradus perfectionis.

De quinque gradibus, per quos anima perducitur in præſenti vita ad beatitudinis ſtatum.

Cap. I.

Quinque concurrunt ad animam perficiendam.

PRima varietas eſt gradus purgationis. Sunt enim quinque, quæ conſequenter gradatim ſe habent ad animam perficiendam. Primum eſt gratia ſacramentalis, ſecundum eſt virtus, tertium donum, quartum eſt fructus ſpiritus, quintum eſt beatitudo. Primo gratia ſacramentalis ſanat animam, quia ſacramenta ſunt medicinæ & medicamenta contra vitia, ideo purgant ægritudinem. Secundo virtus habilitat potentias ad operandum. Nam habitus ponuntur in potentiis, quæ mox natæ non poſſunt exire in ſuam operationem, ideo virtus purgat defectum potentiæ habilitans eam ad operandum: Nam virtus eſt, quæ recte viuere facit. Tertio donum ordinat in operando, eo quod faciat expedite operari, ideo purgat difficultatem in opere. Quarto fructus delectat poſt opus, vnde purgat tædium & fatigationem ex opere. Proinde hæc quatuor ſunt purgatoria. Quinto autem beatitudo conſeruat in fine operis, & ideo eſt ſtatus & perfectio animi iam purgati. Talis beatitudo ſic definitur. Beatitudo eſt gratia vere ſapienti cognita faciens ad ſuauitatem conſcientiæ, & propinqua iam gloriæ. Primo enim ait, quod beatitudo eſt gratia. Nam præſupponit habitus virtutum & donorum informatos charitate & gratia, vt faciat recte & expedite & lætanter ſuſtinere aduerſa, aggredi ardua, & operari opera perfectionis & ſupererogationis. Secundo ſubdit, vere ſapienti cognita: quia videtur extranea à ſententiis humanæ ſapientiæ. Nam omnes aliæ beatitudines, vel habent miſeriam antecedentem, vel concomitantem, quæ videtur eſſe contraria beatitudini. Vnde Bern. in quodam ſerm. ait: Quid tam abſconditum, quam paupertatem eſſe beatam. Proinde Matth. 11. c. Dominus ait: *Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus*, ſcilicet huius mundi. Non enim poſſunt hæc perfecte ſciri, niſi per aliquam experientiam & guſtum Dei. Tertio addit, faciens ad ſuauitatem conſcientiæ: Beatitudo enim eſt perfectio animi iam purgati præſeruans mentem à remorſu & ſtimulo conſcientiæ, & diſponens ad ſuauitatem vitæ. Quarto ſubditur, propinqua iam gloriæ, quia talis beatitudo eſt viæ, non patriæ, faciens beatum in ſpe, & quodammodo in re, in quadam ſcilicet propinquitate & facilitate veniendi ad Deum, ſicut patebit de paupertate & fortitudine infra ſermone ſequenti, & cap. vlt. & ſermon. 9. art. 1. cap. 3.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Beatitudo definitur.

Matth. 11.

Quomodo per has beatitudines anima triplicitter aſcendit.

Cap. II.

Ad quæ ordinant animam beatitudines.

SEcunda varietas eſt gradus aſcenſionis. Ordinant autem hæ beatitudines animam primo ad inferiora, ſecundo ad paria, tertio ad ſuperiora. Primo enim tres primæ beatitudines, ſcilicet paupertas ſpiritus, mititas, & luctus, ordinant animam ad inferiora. Nam reſpectu boni inferioris, ſcilicet temporalium, ordinat paupertas ſpiritus. Reſpectu mali aut pœnæ interioris ſic ordinat manſuetudo: aut culpæ, ſic ordinat luctus, in quantum ſcilicet pro peccatis à cœleſti patria elongamur. Secundo vero duæ aliæ, ſcilicet eſuries iuſtitiæ & affectus miſericordiæ ordinant ad parem, ſecundum duo præcepta naturalis iuris, quæ ſunt innocentia & beneficentia. Secundum innocentiam eſt eſuries iuſtitiæ, ſecundum beneficentiam eſt affectus miſericordiæ. Tertio vero duæ vltimæ ſcilicet cordis munditia, & pax, ordinant ad ſuperiorem ſcilicet Deum. Nam ſecundum vim apprehenſiuam ordinat corpis munditia, ſecundum vim motiuam ordinat pax. Et ſic prima ordinat aſpectum, ſecunda affectum. Aliter, vel idem, ſecundo modo & melius dici poteſt. Primo enim oportet ab iſtis inferioribus euelli, ſecundo per media aduolare, tertio in ſupremis vniri. Pro primo præmittuntur tres beatitudines, quarum prima ſcil. paupertas ſpiritus, funditus reſecat temporalia, & quæcunque ſuperflua bona. Secunda ſcil. manſuetudo reſecat omnia humana litigia. Tertia, videlicet luctus, reſecat omnia mundana gaudia & ſolatia. Pro ſecundo ſubduntur duæ aliæ. Prima ſcilicet famelica iuſtitia ardentiſſime anhelat ad rectitudinem iuſtitiæ tam in ſe, quam in aliis exercendæ, & zelandæ, ac promouendæ, & defendendæ. Secunda vero, ſcilicet, affectus miſericordiæ, medullitus ſe euiſcerat ad aliorum miſerias & indigentias ſentiendas, ſupportandas, & ſubleuandas, & ad ſupererogationem donorum & beneficiorum tam ſpiritualium, quam corporalium. Pro tertio vero ſequuntur duæ: prima ſcilicet munditia cordis eſt abſterſio ab omni cogitatu, vel ſpecie impediente puram & ſimplicem contemplationem Dei. Secunda ſcilicet pax, eſt ſumma tranquillatio, ſeu ſummum ſilentium omnium actuum impedientium illum, qui dicitur delitioſiſſima ebrietas, & quietiſſima requies, atque ſopor & deiformis ſumma transformatio mentis in Deum, quæ ab Apoſtolo vnitas ſpiritus nominatur. Vnde 1. Cor. 6. c. ait, *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo.*

Paupertas ad quid ordinat.

A terrenis diuellamur.

1. Cor. 6.

Quomodo anima perficitur per has beatitudines ſecundum triplicem potentiam ſuam.

Cap. III.

Vires animæ perficiuntur beatitudine.

TErtia varietas eſt gradus perfectionis: diſtinguuntur autem ſeptem primæ beatitudines in comparatione ad vires animæ. Nam tres primæ ſcilicet paupertas ſpiritus, mititas, & luctus, perficiunt iraſcibilem. Duæ ſecundæ ſcilicet eſuries iuſtitiæ, & affectus miſericordiæ, perficiunt concupiſcibilem. Duæ vltimæ ſcilicet munditia cordis, & pax, perficiunt rationalem. Perficiuntur autem hoc modo: nam primo perficitur iraſcibilis, ſecundo concupiſcibilis, tertio rationalis. Primo enim perficitur iraſcibilis. Primo quantum ad dominium ſuper delectationes, quæ ſunt in diuitiis, delitiis, & magnificentiis, perficit paupertas ſpiritus, id eſt plenaria abdicatio omnium delectabilium. Secundo quantum ad dominium ſuper paſſiones voluntarias, id eſt in quibus reprimendis

Digitized by Google

dis dominium habet ipsa voluntas, sicut sunt ira, inuidia, & consimilia, perficit mansuetudo. Tertio quãtum ad dominium super passiones inuoluntarias, quibus voluntas non plene resistere potest, vt est hebetudo intellectus, difficultas ad bonum, pronitas ad malum, perficit luctus de hoc, quod plene vitari non possunt. Secundo vero perficitur concupiscibilis. Primo quantum ad desideriũ respectu boni perficit esuries iustitiæ. Secundo quantum ad compassionem respectu mali affectus misericordiæ. Tertio autem perficitur rationalis: primo quantum ad puram contemplationem primæ veritatis perficit cordis munditia. Secundo quãtum ad affectuosum amorem summæ bonitatis subiectis omnibus contrariis motibus perficit quietatio pacis. Aliter, vel alio modo. Qui enim vult interius perfici, primo debet exteriora negotia, & sensibilia obiecta relinquere, quod est propriũ paupertatis. Secundo in ipso introitu turbationes interiores sedare, quod est propriũ mititatis. Tertio contractas sordes lauare, & expurgare, quod est proprium luctus, seu doloris pœnitentialis. Quarto oportet virtuali rectificationi potentiarum & actuum totis viribus insistere, quod est proprium vsus iustitiæ. Quinto pinguedinem & dulcorem bonitatis, seu pietatis superinfundere, & imbibere, quod est proprium misericordiæ. Sexto insuper in excelsum diuinæ speculationis totum suum intellectum suspendere & subleuare, quod est proprium munditiæ cordialis, seu mundi cordis. Septimo diuinæ fruitioni affectum suum totaliter incorporare, quod est vltimus finis nostræ mentis, nostrique desiderij, ac per consequens & pax eius. Proinde non immerito sic ordinantur à Christo, quasi septem gradus perfectionis, & ascensionis in Deum.

Qui vult perfici quid agere teneatur.

Articvlvs Tertivs.

Quomodo aliter distinguitur sufficientia numeri beatitudinum ad morum vtilitatem.

TErtio consideremus in his beatitudinibus doctrinæ vtilitatem. Ratio quidem vtilitatis, & etiam sufficientia numeri beatitudinum tripliciter sumi potest. Primo quoad diuersas opiniones, secundo quoad diuersas ordinationes, tertio quoad diuersas remunerationes.

Quod secundum diuersas opiniones beatitudinis, hæ Beatitudines à Christo constituuntur.

Cap. I.

Opiniones varie in quo sita beatitudines.

PRimo quidem ratio vtilitatis & sufficientia huius numeri beatitudinum sumitur quoad diuersas opiniones, quæ de beatitudine fuerunt & sunt. Nam quidam posuerunt beatitudinem suam in vita voluptuosa. Quidam in vita actiua. Quidam in vita contemplatiua. Prima vita scilicet voluptuosa impedit & retrahit à beatitudine vera: secunda vita, videlicet actiua, disponit ad veram beatitudinem: tertia vita scilicet contemplatiua essentialiter in patria, est ipsa vera beatitudo. Primo siquidem sunt aliqui, qui suam beatitudinem ponunt, & quærunt in vita voluptuosa, atque mundana. Et hi tripliciter distinguuntur. Nam quærunt eam quidam in diuitiis, quidam in magnificentiis, quidam in delitiis. Primo enim quidam quærunt beatitudinem in diuitiis, sicut faciunt cupidi & auari. Cupiditas consistit in accipiendo, auaritia in retinendo, & in vtraque plerique suã beatitudinem ponunt. Et tamen vtraque prohibetur, Eccl. 4. vbi dicitur; *Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* De his qui ponunt beatitudinem suam in auaritia, Ezech. 33. c. ait: *Auaritiam sequitur cor eorum, & est eis quasi carmen musicum, quod suaui, dulcique sono canitur.* Talis quidem auaritia magnum impedimentum veræ beatitudini præstat. Proinde Dominus volens à tali impedimento retrahere humanas mentes, pauperibus spiritu regnum cœlorum repromittit, dicens: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Secundo autem sunt quidam, qui beatitudinem quærunt in magnificentiis, quod vt perficiant, inimites & feroces sunt, atque per bella, litigia, & contentiones, violentias & rapinas destruendo aduersarios suos securitatem quærunt. De talibus Iac. 5. c. scriptum est, *Epulati estis super terram, & in luxurijs vestris enutristis corda vestra, in die occisionis adduxistis & occidistis iustum, & non restitit vobis.* Sed quia hæc veræ beatitudini impedimentum, non adiutorum præstant, propterea Dominus ab hoc retrahere volens repromisit mitibus terræ viuentium securam possessionem. Propterea subdit, *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Tertio vero sunt quidam, qui beatitudinem suam ponunt in deliciis, id est in concupiscentiis & delectationibus & affluentiis huius mundi contra labores præsentis vitæ, ignorantes, quod Apost. ad Rom. ait: *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.* Et quod Isa. 40. c. inquit, *Omnis caro*, id est, omnis carnalis vita *fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri, exsiccatum est fœnum & cecidit flos:* quia spiritus Domini insufflauit in eo. At quia talis carnalis vita veræ beatitudini opposita est, ideo volens Dominus huiusmodi homines retrahere à delectationibus præsentis vitæ, lugentibus consolationem promittit dicens: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Secundo vero sunt quidam, qui ponunt beatitudinem suam in vita actiua. Profecto actiuæ vitæ & corporali pro instrumento datur prædicatio morum, lectio scripturæ sacræ, diuinum officium, ecclesiastica sacramenta: sed vocalis oratio excedit omnes alios corporales actus. Hæc tamen plus conueniunt statui religioso, quam statui seculari, cui potius dantur septem opera misericordiæ. Omnia vero supradicta opera vitæ actiuæ ordinant & disponunt ad opera vitæ contemplatiuæ.

Auaritia impedimentum beatitudini consequendæ.

Iacob. 5.

Rom. 8.

Isa. 40.

Actiua ad contemplatiuam vitam dirigenda.

Ab operibus quidem vitæ actiuæ discedunt plerique duobus modis. Primo ab operibus iustitiæ, secundo ab operibus misericordiæ. Primo ab operibus iustitiæ, quia scilicet debita non reddunt, sed rapiunt aliena. Quod per Prophetam Dominus prohibet dicens, Rapinas nolite concupiscere. Vbi non tantum prohibet manum, sed animum. Vnde Prouerb. 24. *Rapinas meditatur mens eorum.* Dicuntur autem rapinæ non solum diuitiæ, quæ rapiuntur, hoc est, quæ per rapinam acquiruntur: sed etiam omnes diuitiæ, quæ rapiunt hominis mentem. Vnde & Matth. 6. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Et Iob. 20. *Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens mea per diuersa rapitur.* Contra autem hoc vitium Dominus promittit esurientibus iustitiam, saturitatem dicens: *Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Secundo discedunt alij ab operibus misericordiæ, ne se immisceant miseriis alienis. Contra tales. Amos 6. c. sic ait: *Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem psalterij, sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti, & nihil compatiebantur super contritione Ioseph.* Propter hoc enim promittit Dominus misericordiam his, qui in misericordia exercentur dicens, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Tertio vero sunt quidam, qui ponunt beatitudinem veram in vita contemplatiua. Ad illam vero tanquam præuia duo disponunt. Primum autem est munditia cordis, secundum est ordinatio pacis. Primum inquam est munditia cordis, & hæc ad visionem

Prou. 24.

Diuitiæ rapinæ dicuntur.

Matt. 6.

Iob. 20.

Amos. 6.

Ad veram contemplationem quæ requirantur.

In quo non consistit beatitudo.

Eccl. 4.

Ezech. 33.

Digitized by Google

visionem Dei disponit. Et de talibus ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Secundum est ordinatio pacis, vel in alio, vel in seipso, cui pro remuneratione promittitur gloria filiationis diuinæ, quæ consistit in perfecta coniunctione ad Deum per sapientiam consummatam. Et de talibus ait: *Beati pacifici, quoniam Filij Dei vocabuntur.* Octaua beatitudo est: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Hæc siquidem beatitudo requirit, quod non solum quis patienter aduersa perferat, cum sibi superueniunt sic, quod secundum legem Dei declinari non possunt, quoniam ad hoc tenentur omnes: verumetiam quod ex feruore diuini amoris illa præoptet desiderio magno, & cum gaudio magno sustineat illa, secundum illud Iac. 1. *Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis.* Et post, *Patientia opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri in nullo deficientes.* Hinc profecto est consummatio perfectionis & charitatis, iuxta illud 1. Ioan. 4. *Perfecta charitas foras mittit timorem*, scilicet tormentorum & mortis.

Iacob. 1.

1. Ioan. 4.

Quod ad perficiendas diuersas potentias animæ, hæ beatitudines ordinantur.

Cap. II.

Secundo autem ratio vtilitatis & sufficientia numeri harum beatitudinum sumitur quoad diuersas ordinationes. Sunt enim hæ beatitudines ordinatæ ad potentias animæ perficiendas. Ad integritatem autem perfectionis tria necessaria requiruntur: primo perfectus recessus à malo, secundo perfectus processus in bono, tertio perfectus status in optimo. Primo inquam requiritur recessus à malo. Malum autem procedit aut ex tumore superbiæ, aut ex rancore malitiæ, aut ex languore concupiscentiæ. Ad perfecte igitur elongandum ab hoc triplici genere mali tres beatitudines necessariæ sunt, quæ quidem delitiose fruuntur oppositis bonis. Primo enim paupertas spiritus elongat à malo tumoris. Secundo vero mititas elongat à malo rancoris. Tertio autem luctus elongat à malo libidinis & à languore concupiscentiæ. Secundo enim ad integritatem perfectionis requiritur perfectus processus in bono. Talis quidem processus in bono attenditur secundum diuinam intentionem, sed iuxta propheticum verbum, *Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas.* Veritas autem pro iustitia hic posita est: propterea secundum istas duas vias duæ beatitudines subiunguntur. Primo enim Deum iustum per esuriem iustitiæ imitamur, secundo autem Deo misericordi per affectum misericordiæ conformamur. Hæ quidem si perfectè complentur in nobis, & eas indeclinabiliter teneamus, ad statum in optimo nos perducunt. Tertio ad integritatem perfectionis requiritur perfectus status in optimo. Et loquor de optimo huius vitæ, quo plene conformamur optimo patriæ. Hoc autem optimum in duobus consistit. Primo in limpida cognitione veri, secundo vero in tranquilla affectione boni. Primo limpida veri cognitio fit per munditiam cordis, quæ ducit ad Deum videndum: secundo tranquilla affectio boni fit per pacem mentis ad perfecte Deo fruendum, quod perfecte adoptat in filium.

Ad integritatem perfectionis tria necessaria.

Paupertas contra tumorem.

Luctus contra concupiscentiam.

Ratio vtilitatis, quam consequuntur iusti ex beatitudinibus præsentis vitæ.

Cap. III.

Tertio vero ratio vtilitatis, & sufficientia numeri beatitudinum sumitur quoad diuersas remunerationes. Et hæc triplici modo distingui potest. Primo autem modo sic. Sicut enim hæ virtutes ascendunt: sic & rationes præmiorum, secundum quandam adaptationem se adinuicem habent. Primo paupertati spiritus dicitur, Ipsorum est regnum cœlorum. Secundo mititati dicitur, quod possidebut terrã. Sed plus est possidere terrã regni cœlorũ, quã simpliciter illam habere. Multa enim habemus, quæ non firmiter & pacifice possidemus. Tertio luctui consolatio promissa est. Sed plus est consolari in regno, quam habere & possidere illud. Plerunque enim multa cum dolore possidere solemus. Quarto famelicæ iustitiæ promittitur saturitas, sed plus est saturari, quam simpliciter consolari: nam saturitas abundantiam consolationis importat. Quinto misericordiæ misericordia promissa est. Et hoc excedit saturitatem, vt scilicet plus accipiat homo à Deo, quam meruerit, vel desiderare potuerit. Sexto munditiæ cordis promittitur visio Dei. Adhuc autem est maius videre Deum, quam misericordiam consequi, sicut maior est, qui non solum in curia prandet, sed etiam faciem Regis videt. Septimo vero paci datur filiatio Dei: hoc autem excedit omnia supradicta: nam summam dignitatem in domo regia filius Regis habet. Vel aliter & secundo modo. Primo enim, quia paupertas omne dominium mundi abdicat, & in voluntaria egestate se locat, ideo merito sibi debetur ius singulare, atque dominium, & vniuersalis possessio, & affluentia regni Dei: quod hoc ideo per regnum cœlorum significatur: tum quia ille est specialior locus manifestationis eius: tum quia mos scripturarum est, atque Doctorum per supereminentiam horum sensibilium nos manu ducere ad concupiscendum supereminentiam intellectualium & diuinorum: tum quia per hoc quòd paupertas statuit hominem extra hunc mundum, & quodammodo extra omnem creaturam. Ideo eo ipso etiam in hac vita quodammodo collocat hominem in regno cœlorum, tanquam in sibi propria mansione. Videmus, enim quod eo ipso, quod aliquis recedit ad vno extremo, eo ipso vadit ad oppositum eius. Proinde quia paupertatis amor totaliter à transitoriis recessit, ideo est in cœlo totaliter collocatus. Secundo autem, quia mites omnia litigia, & omnem iræ turbationem à se abdicant: ideo merito debetur eis securitas & secura perpetuitas possessionis substantiæ immobilis & solidæ, & hominis substentatiuæ, quæ per terram significatur, quæ est immobilis & solida, & nostræ ponderositatis & mobilitatis substentatiua & stabilitiua. Insuper & nostra temporalis substantia consistit in ipsa, & in his, quæ de ea, & in ea nascuntur. Tertio, quia lugens amarè de Dei offensa, & super infectione propria magis ac magis intrat ad sensum gratiæ & veniæ, & ad sensum purgationis propriæ, ideo luctui conuenit participatio consolationis diuinæ, quamuis & per correspondentiam lugenti consolatio debeatur. Quarto, quia sicut panis cor hominis confortat, & est cibus solidus adultorum, sic rectitudo iustitiæ & veritatis omnia regentis est cibus solidus perfectorum, qui præ nimio zelo illius desiderio langueſcunt, atque solicitudine fatigantur, secundum illud Apost. ad Heb. 5. *Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est:* perfectorum autem est solidus cibus eorum, qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Ideo zelatoribus eius merito tam in hac vita, quam in altera competit saturari de ipsa. Quod quidem fit, quando rectitudinem diuinarum legum & iustitiarum, quibus orbis regitur vniuersus, instar bolorum intime transglutiunt & incorporant sibi. Cætera satis patent ex dictis immediate. Tertio modo numerus beatitudinum in futuro correspondentium accipitur

Præmia beatitudinum Euangelicarum.

Visio Dei omnia excedit.

Paupertas collocat hominem in regno cœlorum.

Ad Heb. 5.

Beatitudo futura in

Digitized by Google

quibus consistit.

accipitur hoc modo. Beatitudo enim futura in duobus consistit. Primo quidem consistit in euasione omnis mali. Et hoc tripliciter, quia in euasione omnis mali, aut est mali indigentiæ, aut mali pœnæ, aut mali culpæ. Primo enim ex euasione mali indigentiæ, quod affligit pauperes, erit adeptio regni, propterea Dominus inquit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Secundo autem ex euasione mali pœnæ, quod conturbat mites, est possessio terræ: proinde Dominus ait; *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Tertio ex euasione mali culpæ, quod contristat lugentes, consolatio est, propter hoc Dominus ait. *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Secundo vero beatitudo futura consistit in adeptione omnis boni. Et hoc erit gaudium beatorum, quod quidem habebunt aut ex adeptione beatitudinis creatæ, aut beatitudinis increatæ. Primo ex adeptione beatitudinis creatæ, aut merito iustitiæ, aut merito misericordiæ. Primo enim si merito iustitiæ, erit saturitas iustitiæ: propterea Dominus ait: *Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Secundo vero si merito misericordiæ, erit consecutio misericordiæ. Et de hoc Dominus ait, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Secundo ex adeptione beatitudinis increatæ. Et hoc habebunt aut merito munditiæ, aut merito pacis. Primo enim si merito munditiæ, erit visio Dei; vnde Dominus ait; *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Secundo autem si merito pacis, erit filiatio Dei. Et de hoc Dominus ait: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Vt sic per Dei visionem splendeat imago Dei in aspectu, per filialem vero amorem sit eius similitudo in affectu. Tria prima pertinent ad iracibilem in adeptione libertatis. Et hoc tripliciter; primo, quia respectu plenæ libertatis in spiritu dicitur regnum: secundo, quia respectu plenæ libertatis in corpore dicitur possessio terræ: tertio respectu plenæ libertatis à miseria consolatio nuncupatur. Duo sequentia sunt concupiscibilis in adeptione beatitudinis creatæ, & hoc dupliciter, vt dictum est. Quia primo satietas erit ex condigno per iustitiam; secundo vero supra condignum per misericordiam. Vltima duo sunt rationalis in adeptione beatitudinis increatæ: & hoc dupliciter, vt dictum est. Primo videndo Deum, secundo autem diligendo eum. Quod nobis concedere dignetur beatificator animarum Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto beatitudo est & præmium omnium Beatorum, hîc per gratiam, & in futuro per gloriam, per infinita sæcula sæculorum, Amen.

Triplex malum pœna, culpa, indigentiæ.

Beatitudo adeptio omnis boni.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de prima beatitudine est paupertas spiritus quæ beatitudinem parit, & agitur etiam ibi de multiplici alia paupertate, qui continet tres articulos, quorum primus tria complectitur capita, secundus totidem, tertius vero tria quoque.

Articuli primi, Qui est de triplici paupertate & varia conditione earum,

Cap. 1. Quanta sit excellentia voluntariæ paupertatis, & dominium eius.

Cap. 2. Consolatio pauperum verecundorum.

Cap. 3. De simulata, & hypocritali paupertate, & mendicitate, & quanti criminis sit.

Articuli secundi, Quod tripliciter intelligitur esse pauperem spiritu,

Cap. 1. Quod pauper spiritu est anima sine mundanorum affectione.

Cap. 2. Quod pauper spiritu est, qui nihil boni à se reputat habere.

Cap. 3. Quod vere humilis, pauper spiritu digne meretur dici.

Articuli tertij, Quod triplici ex causa voluntaria paupertas animas in hoc mundo efficit iam beatas,

Cap. 1. Quod voluntaria paupertas homines Angelis conformes facit.

Cap. 2. Quod imitari paupertatem Christi animam in hoc mundo beatam facit.

Cap. 3. Quare prima & vltima beatitudini etiam in præsenti datur regnum cœlorum.

Prima beatitudo est paupertas spiritus, quæ beatitudinem parit, & agitur etiam ibi de multiplici alia paupertate.

Sermo IV.

BEati pauperes spiritu, *quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Matt. 5. c. Fœlix doctrina, quæ à beatitudine initium sumit. Imum in rebus odibile hominibus, despicabile in personis, ante omnia Christus sibi ipsi sit æternæ fœlicitati, & decorauit deforme apparens, non tamen existens. Et merito, quod odibile sit hominibus, Christus beatum dicit, quia quod hominibus displicet, Christo placet: & quod hominibus placet, Christo displicet. Rex quidam duas filias habuit, vnam pulcherrimam, aliam turpissimam. Pulchra appetebatur ab omnibus & honorabatur; turpem vero nullus nedum amare, sed nec videre volebat. Hæc autem amarissimè flebat in conspectu Regis. Cui Rex: Noli flere, inquit, dilectissima filia mea; Nam qui in sponsam duxerit sororem tuam, nihil secum accipiet, nisi pulchritudinem suam: qui vero sponsam acceperit te, dabo illi regnum meum. Mystice autem filia pulchra, est gloriosa seculi vita, diuitiis, delitiis, & magnificentiis plena: Filia vero turpis, paupertas voluntaria est, plena penuriis, plena cruciatibus, plena despectionibus. Tamen voluntariis pauperibus solatium est penuriam pati, cruciatibus fatigari, & ab insensato mundo despici & contemni. Hanc turpem filiam, qui acceperit in vxorem, promittit ei Dominus regnum suum dicens, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* In quibus sacratissimis verbis Dominus quodammodo triplicem paupertatem distinguit. Prima dicitur generalis, secunda dicitur spiritualis, tertia dicitur cœlestialis. Et de hac dicit, Beati pauperes. Et de hac subdit, spiritu. Et de hac subiungit, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Matt. 5.

Similitudo.

Triplex Paupertas.

Articvlvs Primvs.

De triplici paupertate, & varia conditione earum.

PRima paupertas, generalis vocatur, & hanc tangit Dominus dicens, *Beati pauperes.* Aduertendum est tamen, quod triplex est etiam paupertas. Prima dicitur voluntaria, secunda necessaria, tertia simulatoria, seu simulata. Prima laudabilis, secunda tolerabilis, tertia detestabilis. Prima pauperum Christi, secunda pauperum mundi, tertia pauperum diaboli. Prima cum merito, secunda sine merito, tertia cum demerito.

Quauam paupertas laudabilis.

Quanta

Digitized by Google

Quanta ſit excellentia voluntariæ paupertatis, & dominium eius.

Cap. I.

Paupertatis amor magna virtus.

PRima paupertas, eſt voluntaria: profecto non paupertas, ſed paupertatis amor, virtus meretur dici. Voluntas enim, ſicut radix eſt meriti, ſic & ſtabilem perſeuerantiam operatur. Quod neceſſitate fit, cito ſoluitur: quod voluntarie accipitur, perſeuerat. Proinde beatus Franciſcus diuinitus inſpiratus in 6. cap. ſuæ regulæ de paupertate loquens ait: Cui, dilectiſſimi fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſub cœlo in perpetuum habere velitis. Nec inquit, Nihil habeatis: ſed nihil habere velitis, & ad nihil tranſitorium vitioſe afficiamini. Ad hoc 12. q. 1. clericus. & 1. q. 2. ſacerdos. Talis igitur voluntarius pauper nihil temporale ambit, aut diligit, nihil perdere metuit. Cur igitur non eſt beata voluntaria paupertas, cum ipſa de cœlo proueniat, ſit quædam naturæ libertas viuendi, dormiendi, ſtandi, & prodeundi, & conuerſandi, ac quædam ſecuritas & moriendi tranquillitas? Profecto perfectius eſt omnia propter Chriſtum contemnere, quam pauperibus diſtribuenda ſeruare, ſicut patet 12. q. 1. expedit. Expeditus viator cito pergit iter ſuum: Natator nudus liberius tranſit flumen.

Voluntaria paupertas à cœlo eſt.

Encomia veræ paupertatis.

Hæc paupertas repellit æmulorum turbam: nec in manibus ſuſpectorum conſtitutus eſt pauper: omne oſtium eum capit, & vbilibet poteſt reclinare ceruicem, litigare non nouit, latronem non horreſcit, in via per publicam & priuatam gradi poteſt, ciuitates habitare & penetrare deſerta, terrenum iudicem adire non habet, aduocato in ſua cauſa non indiget, libellos recipere aut porrigere vel de calumnia iuramenta præſtare non nouit: nam & ſi aufertur tunica, dabit & pallium, vt rumor forinſecus non inſurgat, & ne propter rem temporalem videatur odiſſe fratrem. Huiuſmodi pauper nihil cum dolore animi perdit, quia nihil cum vitioſo amore poſſedit: odium ad auferentem, ac triſtitiam de amiſſis ſuſtinere non poteſt, quia quod non diligebat, immo quod animo contemnebat, amiſit: cum omnibus habet pacem, quietem in anima, gaudium in conſcientia, liber eſt in operibus ſuis: eius oratio non habet ad quid recuruetur in terris, ſolicitudine nulla tenetur: non oneratur, vt libera volitet: huiuſmodi pauper omnia terrena cuiuſuis poſſeſſionis exiſtant ſuo vendicauit in iure: nam ab omnibus petere vitæ neceſſaria poteſt, qui nihil vendicat ſibi de omnibus in proprium: eius, qui nullam habet, omnis domus eſt ſua, ſi capax extiterit, & omne ſuperfluum eſt, pauperis proprium: non ſiquidem iure legis ſcriptæ, ſed creatæ naturæ. Poteſt enim exigere ab omnibus habentibus naturali iure, qui præter naturam nil nouit habere. Profecto euangelica paupertas eſt propter Chriſtum contemptus omnium terrenorum. Talis paupertas facit hominem dominum omnium contemptorum, Proinde 1. Corinth. 3. contemptor omnium Paulus in Perſona omnium Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum inquit: *Omnia enim veſtra ſunt.* Hæc ſiquidem myſticè ſignificatur per pannum, qui ponitur in eccleſia, in loco vbi euangelium legi debet, qui pannus faſticus, ſeu faſticum nominatur, à faſtu. Qui igitur totum deſpicit mundum, totius mundi dominus eſt, teſte Domino, qui Deuter. 11. cap. ait: *Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit.* Pes ſiquidem in ſcripturis affectum ſignificat. Calcare enim deſpicere eſt. Ille profecto totum mundum pedibus calcat, qui cuncta mundana contemnit. Vnde ex ore Domini, omnium illorum dominus factus eſt. Pro-

Euangelica paupertas cõtemptus omnium terrenorum. 1. *Cor.* 3.

Deut. 11.

inde 2. Corinth. 6. Apoſt. ait: *Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.* 2. *Cor.* 6.

Conſolatio pauperum verecundorum.

Cap. II.

Paupertas neceſſaria. Ioan. 12.

SEcunda autem paupertas dicitur neceſſaria, quæ eſt pauperum huius mundi, de quibus dicitur Ioan. 12. *Pauperes enim ſemper habebitis vobiſcum.* Hæc paupertas eſt ſimplex carentia diuitiarum, nec mala cenſenda eſt, vt dicitur 15. q. 1. illa. Propter hanc autem plurimi ſecretum petunt, deuitant publicum, cognoici nolunt. Cum hac nobilitas graditur ex obliquo, nec ſit gratioſitas prompta, ſed remiſſa. Ob quod videtur hominibus denegata pulchritudo loquendi, & decora conuerſandi moralitas ſæpe retunditur & turpatur. O pauper verecunde, vis ſequi conſilium meum, vltro paupertati occurre, venientem læto animo bipatentibus valuis accipiens, atque amplectens. Prima enim fronte rigidula, ac ſubtriſtis non immerito viatori, atque viro armato exæquata, eo quod celer minaxque ſit aduentus illius. At cum in familiaritatem admiſſa fuerit, & minimè ſumptuoſa, & ſecura, ac facilis hoſpes erit. Crede mihi, aperi illi ocius antequam vectem vi ſubita confringat, atque oſtiis vulſis à cardine victrix introeat, vt reſiſtentibus permoleſta, ſic cedentibus periucunda eſt. Mollius quidem diuitiæ ſubiiſſent, ſed paupertas tutius. Nullæ opes ſunt, quibus non ſit anteponenda ſecuritas. Profecto, vt animo inopi, ac deiecto nullæ deficiunt opes: ſic diuiti, atque erecto nulla non ſufficit paupertas. Nempe ille alieno innititur, hic proprio fidit. Si paupertatem patienter tuleris, ſolito eris humilior, expeditior, atque liberior. Vacui amant incedere, qui iter arduum agunt. Carebis ſolitis opibus, ſimúlque ſolitis moribus, atque furibus, necnon & proteruis ſeruis: iiſque, quibus ſolent abundare diuitiæ, fictis amicitiis, ſequacibus, ac tenacibus paraſitis, totóque grege illo domeſtico arridentium tibi, téque rodentium, atque ridentium. Denique ſi amiſſas opes cum amiſſis tædiis conferas, lucrum voces. Certe, vt ſecuritatem ſileam, humilitatem, ſobrietatem, requiem, modeſtiam, paupertatis comites, ſi nihil boni aliud, illa ſecum affert. et quamquam etiam fallacium gregibus adulantium, & ſeruorum tyrannide ſuperborum liberet, abunde erat caræ, vt non ferenda modo eſſet, ſed optanda, imo etiam neceſſaria pauperies. Profecto, vt audacter teſtimonium perhibeam veritati, nihil inter homines paupertate melius, nihil odibilius. Sed vir ſapiens facit de neceſſitate virtutem, & vbi paupertatis neceſſitas vrget, prudentia liberæ voluntatis acceptet: vel potius, quo melius eſt, hilariter amplexetur. Recole pauper, quod Prouerb. 17. cap. ſcriptum eſt: *Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio.* Et 15. cap. iterum Salomon ait: *Melius eſt parum cum timore Dei, quam theſauri magni & inſatiabiles.* Erat quidam prædiues & valde pecunioſus habitans in nobili domicilio, cui coniunctum erat tuguriolum cuiuſdam pauperis laborantis lanam. Cum autem diues in cubiculo ſuo iaceret, ac præ ſaturitate, ac multiplici ſollicitudine torqueretur, nec dormire poſſet, audiebat pauperem iuxta igniculum ſuum cantantem & laborantem, & cum pueris ſuis lætantẽ, & reliquum noctis in pace dormientem, vſquequo prope diem vxor ſua illum ad laboritium excitaret. Quod audiens diues inuidens lætitiæ ſuæ, cogitauit eum facere participem ſollicitudinum & miſeriarum ſuarum, atque de nocte clam ſurgens aperuit oſtium pauperis, quod non multa diligentia clauſũ erat, burſamque non cum parua pecunia ad oſtij eius cauillam appendit. Quam mane pauper reperiens, cernénſque quod pecunia

Prou. 17.

Securitas diuitijs anteponenda.

Si paupertatẽ patienter tuleris, modeſtior eris.

Diues erudiatur.

Digitized by Google

erat, laborare dimisit, nec domum egrediebatur, timens ne sibi pecunia auferretur. Cœpit denique cõtristari & mœstus esse, atque anxio animo cogitabat, quid de illa faceret, & vnde venisset. Et ne aliquis eam furari posset, abscondit eam in stramine lecti sui. Infirmumque in lumbis se fingens, super eam iacebat vsquequo diligenter quid agere deberet de illa, deliberaret, vt vicini, vel vxor sua nescirent illum inuenisse eam. Dúmque per plures sic torqueretur dies, nec de nocte solito more cãtaret, domum illius diues ingressus est, atque de illo quæsiuit. At cum vxor sua assereret eum in lumbis infirmum, ait illi diues: Noui incantationem, vnde subito curem eum. Et accedens ad illum, secreto ad aurem illi ait: Redde mihi pecuniam meam, quam de tali accepisti loco, alioquin faciam te suspendi. Qui timens restituit pecuniam, & recuperauit in corde iucunditatem: noctéque sequẽti cœpit cantare & iucundari cum pueris, sicut solitus erat. Vide ignorans pauper, quantam lætitiam habere potes, si patienter & iucunde tuleris paupertatem. Nesciunt pauperes, quot & quantis anxietatibus & angustiis pleni sunt diuites huius mundi. Et licet quoque aliquis mundanis diuitiis, delitiis, & magnificentiis ad libitum frueretur: tamen breue est, quod delectat: æternum, quod cruciat. At econtra de paupere patiente. De vtroque autem exemplum patet. Lucæ 16. cap. de diuite Epulone, & Lazaro paupere, & patiente. De hoc enim quidam de sanctis Patribus ait: Nihil reperimus scriptum de Lazaro paupere, quòd aliquam virtutem fecerit, nisi quòd nunquam aduersus diuitem murmurauit, qui nullam ei misericordiam impendebat, sed cum gratiarum actione sustinebat onus paupertatis à Domino sibi inflictum. De diuite vero dictum est: *Homo quidam erat diues.* In hoc diuitiæ: *qui induebatur purpura & bisso.* In hoc magnificentiæ: & *epulabatur quotidie splendidè.* Et in hoc deliciæ demonstrantur. Ecce tria, in quibus consistit tota concupiscentia mundanorum. Hinc Abraham inquit: *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.* Porro pauperibus verecundis discretè, ac prudẽter subuenire opus magnæ pietatis, & charitatis est, exemplo illius Booz, de quo Ruth. 2. legitur, quòd Booz dicit ad Ruth: *Audi filia, ne vadas ad colligendum in alterum agrum, sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, sequere: quando autem hora vescendi venerit, veni huc & comede panem. Mandaui enim pueris meis, vt nemo molestus sit tibi.* Et sequitur: *Præcepit autem Booz messoribus suis, dicens. Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam, & de vestris quoque manipulis proiicite de industria, & remanere permittatis, vt absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.* Et hæc paupertas pœnalem cruciatum annexum habet cum merito, si patienter fertur. Sed quia in multis fragilibus talis paupertas est quandoque causa multorum malorum, si absque patientia fertur: ideo Salomon in persona viri infirmi, ac timentis propter inuoluntariam paupertatem ad impatientiam, & alia multa compelli, Prouerb. 30. cap. ait: *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? & egestate compulsus furer; & periurem nomen Dei mei.* Hæc proprie mendicitas dicta est, secundum Isidorum 10. etymologiarum. Nam mendicus dictus est, quasi minus habens, vnde degat, seu manu dicens necessitatem suam.

Pauper lætatur.

Subuenire pauperibus opus magnæ charitatis. Ruth. 2.

Prou. 30.

De simulata, & hypocritali paupertate, & mendicitate, & quanti criminis sit.

Cap. III.

TErtia paupertas simulata, seu simulatoria, & hypocrita nominatur. Hæc enim habet annexum cruciatum culpabilem, quo torquetur animus pauperis cupidi & auari, iuxta illud Iob. 18. cap. *Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius.* de talibus Propheta ait, *Simul in vnum diues & pauper.* Diues in auaritia, & pauper in substantia. Hanc autem dissuadet Apostolus. 1. Thessal. 4. cap. dicens: *Nullius aliquid desideretis:* glossa, Nedum rogetis, vel tollatis, in quo prohibet propositum cupiditatis alienæ rei & petitionem ex ea venientem, iuxta illud Ephes. 4. *Qui furabatur, iam non furetur.* Magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Quid dicam de quibusdam quæstoribus non necessariorum, importunissimis procuratoribus, qui fratrum pauperum vitam fœdantes, & post se fœtorem scandali relinquentes, conturbant populos indeuotos, & deuotos? Aduertant, se non religiosos, sed apostatas, & sub habitu sanctitatis hypocritas fictos esse, sanctæque religionis reiecisse veritatem, virtutem & meritum, nisi pœniteant, amisisse. Talium siquidem infœlix vita religionem confundit & dissipat, & tam religiosos quàm populum in multis quæstibus, quos propter eorum vitam inordinatam, & intemperatam fieri contingit, grauant. Qui præest, si hoc negligenter, vel vt in officio placeat, vel vt remissus tolerat, non caput, sed turpitudinem operiens cauda, non pastor, sed idolum est. Habet prælatus bonus irrumpere iniquitates: sed plerique non curant de religionis scandalo, dummodo satisfaciant ventri suo. Hi autem, qui quæstuum turpitudines approbant, ventriloqui dici possunt, quia semper pro ventre loquuntur. Et tales Iacob siue in prælatione, siue in subiectione domi simpliciter conuersantem vilificant, Esau venatorem magnificant. Quem & ego magnifico, si ad patris mandatum honestè facit, quod facit: sed caueat, ne propter insolentiam, vel ignorantiam benedictione meritò fraudetur. Non tamen propter paucos vniuersitas sancta culpanda est: non propter Iudam cæteri Apostoli reprehenduntur. Hoc sane dolendum est, quòd sæpe apud homines propter insolentiam aliquorum tota seruorum Dei congregatio blasphematur, & iniustissime vnius stultitia in omnes alios innocentes refunditur. Sed, vt dicitur Matthæi 18. cap. *Væ illi, per quem scandalum venit.* Transiui metas propositi, sed prodest bonis, stultorum vt caueant mala. Prudens ad visam alterius maculam, mundat suam. In his siquidem verbis ordo non multum congruus est, sed vtilitati nullatenus præponendus. Vnde propter digressum non puto verbum, si incidit congruum omittendum, quia verborum ordini debet vtilitas anteponi.

Iob. 18.

1. Thess. 4.

Ephes. 4.

Contra quæstores.

Reprehenditur importuni quæstus.

Arguuntur ventri seruientes.

Matth. 18.

Articvlvs Secvndvs.

Quòd tripliciter intelligitur esse pauperem spiritu.

SEcunda principalis paupertas spiritualis denominatur: Dominus addit spiritu. Propter tria enim dici potest homo pauper *spiritu.* Primo propter affectionem, secundo propter reputationem, tertio propter humiliationem.

Propter tria quis pauper spiritu dicitur.

Quòd

Digitized by Google

Quòd pauper ſpiritu eſt anima ſine mundanorum affectione.

Cap. I.

PRimo enim eſt pauper ſpiritu propter affectionem, id eſt carens ſpiritu, ſcilicet propria voluntate, ſicut pauper pecunia: vt qui voluntatem ſuperioris facit, ſicut Chriſtus, qui dicebat: *Pater non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Nam ſi locupletes veteris teſtamenti Patres in medium proferamus, necnon & multos Sanctos noui teſtaméti, quos nouimus terrenis fulſiſſe diuitiis, & abundaſſe dominiis, diligenter cõſideremus, conſpiciemus aperte, quòd ſancti Patres veteris teſtaméti pauperes fuerũt terrenis. Non enim afficiebantur poſſeſſis, ſed alto animo nihili pendebãt illa, vt etiam omnibus perditis manſiſſent inconturbati. Et hæc eſt paupertas ſpiritu. Profecto & Abel pauper fuit ſpiritu, & quamquam ſibi quædam animalia vendicaſſet, Deo tamen potiora offerebat, vt patet Geneſ. 4. & ſanctus appellatus eſt, quod nec fuiſſet omnino, ſi ſpiritu terrenas diuitias dilexiſſet. *Enoch quoque ambulauit cum Deo, & vltra non apparuit: quia Deus illum tulit*, Geneſ. 5. Porro ſi cum Deo ambulauit, non diuitiis circumſeptus, nec ſtipatus priuatis: non enim ambulat cum Deo, qui terrena ſectatur, ſed qui quærens aliam vitam propter illam, iſtam contemnit. Et ideo tulit eum Deus, quia ipſe terrena non tulerat, neque enim à terrenis attractus erat. Magnus in paupertate Noë, qui præter vſum debitum naturæ nihil vltra conquireret, & iubente Domino per centum annos ſemetipſum, & ſuas impenſas dedit in ratem pro humani generis vtilitate communi, Geneſ. 6. Nec ad priuatos vſus ſuas copias reſeruauit. Adeſt omnino ſanctiſſima paupertas, vbi adeſt & charitas, quæ non priuata communibus, ſed priuatis communia anteponit. Pauper profecto cenſendus eſt, qui ad diuinum imperium cuncta, quæ poſſidet, paratus eſt impendere. Quot enim ante primam mundi ablutionem ad Dei regnum credimus pertinere, pauperes, & peregrinos abſque conſtructione ciuitatum, & magnorum ædificiorum vitam communem peregiſſe aſſerimus. Abraham locuples fuit, Geneſ. 13. & extitit pauper ſpiritu, & peregrinus in terra, qui ſi libens ad ſacrificium filium obtulit, Geneſ. 22. pro quo paterna hæreditas congregatur, ipſam hæreditatem iubente Domino libentius obtuliſſet. Nec odio habebat eam, qui aduenientes recipiebat hoſpitio, vt ex illa conſuetudine Angelos ſuſcipere mereretur, Geneſ. 19. Protinus cæteri patres in hanc conuenere virtutem, vt Iob hoſpitalis, & diues cum egentibus cuncta participans, & omnibus deperditis gratias egit, originem ſuam, & nudum ingreſſum in hanc vmbraticam vitam animo, & ore commemorans, manſit imperturbatus. Iob. 1. & 2. cap. Si vero noui teſtamenti Patres in medium producere conaremur: profecto recolimus, aut liberè omnia contempſiſſe, aut dediſſe pauperibus aliis Chriſti pauperes fieri cupientes: aut velut Dei adminiſtratores, & pij diſtributores omnia poſſediſſe ſine cordis affectione vſu duntaxat corporis cum timore ſuſcepto. Merito ergo Auguſtinus ſuper Pſal. ait: Pauper Dei eſt in animo, non in ſacculo. Et Hugo de clauſtro animæ ait: Sunt enim, qui rebus abundant, ſunt tamen pauperes ſpiritu: & hæc eſt etiam vera paupertas; quia licet affluant diuitiæ, corda tamen nolunt apponere, iuxta propheticum conſilium: *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.*

Plures diuites ſunt pauperes ſpiritu.

Genes. 4.

Genes. 5.

Genes. 6.

Vbi charitas ibi paupertas euangelica.

Gen. 13.

Gen. 22.

Genes. 19.

Auguſtin. Hugo.

Quòd pauper ſpiritu eſt, qui nihil boni à ſe reputat ſe habere.

Cap. II.

SEcundo autem eſt pauper ſpiritu propter reputationem, & de hoc Chryſoſtomus ſuper Matthæum ait, Pauperes ſpiritu, id eſt animo, ſunt qui omnino nihil ſe habere reputant, nec ſeipſos, ſiue corpus, ſiue animam, ſiue membra, ſed omnia commodata habent, & quaſi alienis vtuntur: & ideo non dicit manifeſtè, Beati humiles ſpiritu, vt ſic oſtendat humiles adiutorium Dei ſemper eſſe, ſicut mendicantes. Vnde in Græco habetur, Beati mendici vel egeni, qui ſemper puliant adiutorium Dei, tanquam ex ſeipſis nihil reputantes habere. Hæc ille. Hoc ſiquidem eſt illud nihil, pro quo tales animæ ſaluabuntur. Et de talibus Propheta ait: *Pro nihilo*, ſcilicet talis ſpiritualis paupertatis, *ſaluos facies illos.* Atque de iis, qui pro tali nihilo iam ſunt beati, alibi Propheta inquit *pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem*, id eſt gloriam ſempiternam adepti ſunt. Et iterum Iob. 26. c. ait: *Extendit*, ſcilicet Chriſtus, *Aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper nihilum.* Quid per Aquilonem, qui ventus frigidus eſt, niſi eccleſia de gentibus deſignatur? Hanc autem Chriſtus extendit, id eſt dilatauit, & ædificauit ſuper vacuum paupertatis, tanquam ſuper firmiſſimam petram, & appendit, hoc eſt à terrenis ad cœleſtia eleuauit, & in mundo ſublimauit terram, id eſt Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, qui caro de terra ſunt, ſuper nihilum, ſcilicet antedictum. Vnde. Chryſoſtomus ſuper Matth. homil. 46. de Apoſtolis ait: Non ſigna mirabiles eos fecerunt: Multi enim & dæmones proiicientes, quia iniquitatem operati ſunt, non ſunt facti mirabiles, ſed puniti. Sed quid inquam eſt, quòd eos magnos oſtendit? pecuniarum contemptus, gloriæ deſpectus, ab omnibus vitæ huius negociis erectio: quia ſi non hæc habuiſſent, etſi decem millia mortuorum ſuſcitaſſent, non ſolum nulli profeciſſent, ſed & ſeductores exiſtimati eſſent. Hæc Chryſoſtomus.

Chryſoſt.

Vera paupertas nihil ducere præter animam.

Pſal.

Iob. 26.

Chryſoſtom.

Contemptus diuitiarum mirabiles efficit.

Quòd vere humilis, pauper ſpiritu digne meretur dici.

Cap. III.

TErtio quoque pauper eſt ſpiritu propter humiliationem. Et de hoc Auguſtinus in ſermone Domini in monte ait: Paupertas ſpiritu, dicitur humilitas ſpiritualis, quæ ſpiritum inflantem extenuat, cuius nutrix humilitas eſt, ſecundum gloſſam. Nam ſpiritus ventus nominatur. Quis vero neſciat, ſuperbos & præſumptuoſos inflatos dici tanquam vento diſtentos? Et ideo Beati pauperes ſpiritu, id eſt humiles: proinde Prouerb. 29. ſcriptum eſt: *Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.* Chryſoſtomus quoque in homil. inquit. Sunt enim quidam naturaliter, & ex complexione pauperes, id eſt humiles & virtuoſi, ſed tales non ſunt beati. Vnde Beati pauperes ſpiritu, id eſt illi, qui ex voluntate, & ex electione ſe humiliant. Ideo hic incipit radicitus euellere ſuperbiam, quia hæc fuit radix, & fons malitiæ vniuerſæ, contra quam posuit humilitatem, velut quoddam ſtabile fundamentum: qua ſubiecta, velut quoddam ſtabile fundamentum cum ſtabilitate alia ſuperædificatur. Hac enim deſtructa, pereunt quæcunque congregaueris bona. Et iterum ſecundum Baſilium in cap. 125. regulæ ſuæ. Pauperes ſpiritu, intelliguntur illi, qui non ex alia cauſa pauperes ſunt, niſi propter doctrinam Domini dicentis, Matthæi 19. *Vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Et ſecundum hoc ly

Paupertas ſpiritus humilitas ſpiritualis.

Prouerb. 29. Chryſoſtom.

Superbia radix eſt malitiæ.

Baſil.

Matt. 19.

Digitized by Google

spiritu, sumitur pro voluntate spirituali, & feruida, vt sit sensus, pauperes spiritu, id est pauperes voluntate, seu voluntarij: & hic intellectus literalior est. Ioan. quoque Climachus inquit, Paupertas est sollicitudinum depositio, curæ vitæ præsentis priuatio, itineratio sine impedimento, tristitiæ alienatio, fides mandatorum, fundamentum pacis, munditiæ semita, pauper monachus, mundi Dominus, Deo curam sui credens, & per fidem omnes possidentes seruos. Non loquetur, aut dicet homini de necessitate sua. Venientia vero suscipiet, quasi de manu Domini ad extremam necessitatem. Pauper orator non habet affectum ad aliquid vitiosè: quæ habet, & ei venientia, quasi non existant repræsentans. Recessu superueniente, & anticipante arbitratus est omnia, vt stercora. Si vero in aliquo contristatur, nondum pauper factus est. Et iterum super Matthæ. Chrysostomus ait: Nam sicut cætera vitia deponunt ad inferos, maxime tamen superbia: sic etiam omnes virtutes inducunt in regnum cœlorum, maxime tamen humilitas: quia proprium est, vt qui se humiliat, exaltetur.

Climachus quid paupertas spiritu.

Chrysost.

Articvlvs Tertivs.

Quòd triplici ex causa voluntaria paupertas animas in hoc mundo efficit iam beatas.

Tertio paupertas principalis, cœlestialis denominatur. Et de hac Dominus subdit, Quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Propter tria enim prædictorum pauperum est etiam in præsenti vita regnum cœlorum. Primo propter cœlestialem conformationem, secundo propter cœlestialem imitationem, tertio propter cœlestialem participationem.

Propter tria debetur regnum cœlorum pauperi spiritu.

Quòd voluntaria paupertas Angelis homines conformes facit.

Cap. I.

Primo inquam in præsenti datur pauperibus voluntariis regnum cœlorum propter cœlestialem conformationem. Audacter dixerim hanc paupertatem aliquid simile habere cum cœlestibus rationalibus creaturis, eo quod beata prædicatur in terris. De cœlo paupertas aduenit ad terras, sicut pro nobis factus egenus de cœlis descendit præferens in se ipsius virtutis normam. Cœlestem esse monstrauit, cum non habere neque velle terrena, gerat similitudinem Angelorum. Qui terrena concupiscere, neque possidere nouerunt, Angeli sunt terrestres. Nec minus, quàm virginitas cum Angelis habet aliquid commune paupertas: nam velut Angeli liberi sunt à carne, atque terrenis rebus, hoc in eis dictante ipsa sic creata natura: & homines à carnis concupiscentiis, operante diuina gratia, & terrena despicere facit voluntarie paupertas assumpta. Et si Angeli terrena concupiscere, atque ipsis vti nequeunt: homines vero possunt, & nolùt, & hoc confert hominibus beata paupertas, quod illis contulit creata natura. Beatificatur à Christo in terris voluntaria paupertas, quæ cũ Angelis ante creata fuit: Quoniam nihil eis extitit ex creatione priuatũ: omnia enim communia facta sunt. Qui vero sibi placuerunt in propriis, irremediabiliter corruerunt. Proinde si cœlestis est ipsa, si regnat in Angelis, Matt. 6. cap. orare docuit Christus, *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra.* Vt velut Angeli naturâ pauperes sunt, nihil sibi conquirunt in proprium, nec aliud præterquàm Deum volunt: sic in terra in hominibus plenè fiat. Nam vera & operosa fides sine paupertate non est, quæ magnum fidei testimonium perhibet, cum homines ad se trahit. Ipsa est spei viriditas, cum propter cœlestia, terrena quæque contemnit. Charitas sine ipsa non graditur, cumà visibilibus hominem auellit, vt inuisibilia diligat, & de Deo solum ditari cupiens, pauperem in terris suum constituit possessorem. Dives in mundo, pauper de Deo; pauper de mundo, dives de Deo. Nemo dives de diuinis, atque terrenis simul inclaruit: ex vno diuitem, ex altero pauperem fieri lex æterna compellit. Cum paupertate creata sunt omnia, vt esset ordinata communitas, & omnis excluderetur proprietas. Vnde paupertas priuatio proprietatis existit, quæ si ex spiritu Dei venit, & voluntarie assumatur, habet regnum cœlorum in terris, quia Dominus ait, *Ipsorum est regnum cœlorum.*

Paupertas habet aliquid eorum cum Angelis sicut castitas.

Matt. 6.

Quòd imitari paupertatem Christi, animam in hoc mundo beatam facit.

Cap. II.

Secundo vero in præsenti regnum cœlorum datur pauperibus supradictis propter imitationem, scilicet filij Dei. Est enim euangelica paupertas virtus, qua ex excessu diuini amoris ad imitandum Christum Iesum omnia temporalia abdicantur. Dic ergo, anima mea: Domine mi Iesu, vt hanc temporalium paupertatem posses charitate perpetua desponsare, & omnes perfectionis filios imitatores tuos in ipsa, & ex ipsa, & per ipsam perducere: à summo cœlorum descendere voluisti. Hæc tibi cum tanta fidelitate adhæsit, quòd in matris vtero inchoauit suum obsequium, dum corpus animatum, vt creditur, habuisti omnium minimum. Sed & orientem ex vtero in præsepio sancto recepit, & stabulo, & conuersantem in mundo sic omnibus te priuauit, vt capitis reclinatorio faceret te carere. Sed & fidelissima consocia, dum ad bellum nostræ redemptionis accederes, te fideliter comitata est, & in ipso passionis conflictu indiuiduus armiger astitit, & discipulis recedentibus, & negantibus nomen tuum, ipsa non discessit, sed te nunc cum toto comitatu suorum principum fidelius sociauit. Immo ipsa matre propter altitudinem crucis, quæ tamen te sola tunc fideliter coluit, & affectu anxio tuis passionibus iuncta fuit: Ipsa inquam tali matre te contingere non valente, domina paupertas cum omnibus penuriis suis, tanquam tibi gratissimus domicellus, te fuit strictius amplexata, & tuo cruciatui præcordialius iuncta, propter quod nec sibi vacauit crucem polire, sed rusticano more componere, & ipsos clauos, vt creditur, non sufficienti numero vulneribus fabricauit, nec ipsos exacuit, nec poliuit, sed tres rudes, & asperos & obtusos ad adiuuandum tuum supplicium præparauit. Dum quoque sitis moreris ardore, ipsa fidelis sponsa solicitè affuit, vt nec modicum aquæ posses habere: sed per satellites impios tantæ amaritudinis confecit poculum, quod gustare potius quàm bibere potuisti. In huius igitur sponsæ strictis amplexibus animam emisisti. Sed nec ipsa fidelis sponsa tuis defuit exequiis sepulturæ, nec tibi aliquid in sepulchro, in vnguentis, & linteis habere permisit nisi ab aliis mutuatum. Nec ista sanctissima sponsa tuæ resurrectioni defuit, quia in eius amplexus glorioſe resurgens in sepulchro omne mutuatum, & aduentitium reliquisti. Hanc tecum asportasti ad cœlos mundanis relinquens omnia, quæ sunt mundi. Ad imitandum Christi paupertatem hortatur Bern. dicẽs: Imitemur eum, in quantũ possumus, qui sic dilexit paupertatem, quòd licet in manu eius essent omnes fines terræ, nihil tamen habuit, vbi caput reclinaret. Et alibi idem ait: Homines bonæ voluntatis, qui Christiana pietate diuitias paupertate commutauerunt, vel non habitas tanquàm habitas contempserunt, relinquentes omnia propter Christum, sicut & ipse reliquit omnia propter ipsos: hi

Paupertas sponsa Christi.

Socia Christi paupertas.

Paupertas in cruce socia Christi.

Bernard. Adhortatio ad paupertatem sequendam.

Digitized by Google

hi ſequuntur agnum quocunque ierit. Talibus quidem etiam in præſenti promittit,& tribuit Dominus regnum cœlorum,dicens: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*, ſcilicet etiam in preſenti. Quæ autem ſit hæc beatitudo, declarat Beatus Ambroſius in lib. de officiis, dicens: Dico autem beatam vitam conſiſtere in altitudine ſapientiæ, ſuauitate conſcientiæ, virtutis ſublimitate. Hoc eſt regnum cœlorum, bonum abſconditum. Ad hæc Bernar. ſuper illud Matth. 41. *Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis*, inquit: Quid tam abſconditum bonum, quàm paupertatem eſſe beatam? Hæc abſcondiſti Deus à ſapientibus, & prudentibus huius mundi. Pauperes autem ſpiritu, quodammodo ſunt propinqui beatitudini patriæ. De qua Auguſtinus in Enchiridio inquit: Ille beatus eſt, qui omnia quæ vult habet: nec aliquid vult, quod non decet: pauper ſpiritu, vel in re habet, vel in ſpe.

Ambroſ. Beata vita in quo conſiſtit. Bernar. Matth. 41.

Auguſtin.

Quare primæ, & vltimæ beatitudini etiam in præſenti datur regnum cœlorum.

Cap. III.

TErtio autem etiam in præſenti datur regnum cœlorum pauperibus ſuprà dictis propter cœleſtialem participationem. Duæ ſunt beatitudines, quibus in præſenti regnum cœlorum à Chriſto promiſſum eſt. Prima eſt hæc: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Secunda eſt, ſcilicet octaua & vltima, ſcilicet Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Sex verò intermediis regnum cœlorum promittitur de futuro, vt patet in ſecunda, qua dicitur: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terrã, & in tertia dicitur: Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Et in quarta dicitur: Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur: & ſic de reliquis. Profecto paupertas, & perſecutio temporalis, ſorores ſunt, & eis claues regni cœlorum non tantum promiſſiue ſed poſſeſſiue concedũntur. Huiuſmodi autem ratio eſt, quia Euangelica paupertas nihil habet, quod mundi ſit: Temporalis autem perſecutio poteſt totum mundum ab homine auferre. Sed quia prouidentiſſimus creator, & gubernator nullam creaturam ſine loco fecit, cum paupertas, & perſecutio in mundo locum non habeat, ideo eis poſſeſſoriè ex nunc cælicas ſedes dedit. Proinde de his duabus Auguſt. ait: Dominus Ieſus Chriſtus omnia bona terrena contempſit, vt ea eſſe contemnenda monſtraret: omnia mala terrena, quæ ſuſtinere præcipiebat, ſuſtinuit, vt in iſtis non quæreretur fœlicitas, neć in illis timeretur aduerſitas. Quod autẽ pauperes ſpiritu, iam quodammodo in præſenti beati ſint, clarè cere etiam poteſt, ſi conſiderentur quatuor, quæ paupertas ſpiritu facit conformia ſtatui beatorum. Facit enim impaſſibiles, agiles, ſubtiles, & diuites. Primo facit impaſſibiles, ſcilicet quia non dolent de temporalium amiſſione; immo de hoc gaudent, ſicut patet in illis, de quibus Apoſtolus 10.c. ad Hebr. ait: *Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam*, ſcilicet in cœlis. Secundo facit agiles, ſcilicet ad faciliter ſequendum Chriſtum, ſicut fecerunt Apoſtoli, ſicut patet Matth. 19. dicente Petro ad Ieſum; *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?* Vbi Bern. Bene inquit Petre, & non ad inſipientiam tibi. Aliter enim gigantem ſequi non poteras, qui exultauit ad currendam viam. Tertio facit ſubtiles, ſeu graciles ad intrandum in paradiſum: ſicut econtra diuitibus, ſcilicet auaris, difficile eſt. Vnde Matth. 19. Dominus ait: *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum.* Quarto facit diuites ad emendum regnum cœlorum. Proinde Auguſt. in perſona Domini ait: Vænale habeo, vænale habeo. Quid? regnum cœlorum Quo emitur? Paupertate regnum, vilitate gloria, labore requies, morte vita. Item ſicut egreſſus vitij, eſt ingreſſus virtutis: ſic egreſſus à cupiditate mundi, eſt ingreſſus ad charitatem Dei. Et quia voluntaria paupertas propter amorem Chriſti facit maxime egredi à cupiditate mundi: ideo maxime facit ingredi ad charitatem Dei, in qua conſiſtit completa beatitudo. Quæ de voluntaria paupertate dicimus, etiam ad martyrium adaptari poſſunt. Bern. quoque de vtriſque in quodam ſermone ait: Pauperibus pariter, & martyribus regnum cœlorum promittitur, quia paupertate quidem emitur: ſed in paſſione pro Chriſto abſque omni dilatione percipitur. Et alibi ait: Quid ſibi vult, quod eadem promiſſio facta eſt pauperibus, & martyribus, niſi quia verè genus martyrij eſt voluntaria paupertas? Magna ergo & mirabilis eſt dignitas, & excellentia voluntariæ paupertatis. Vis eam intelligere? Audi, Chryſoſt. in homilia vltima ſuper Matth. ait enim Figuratio & deſcriptio voluntariæ paupertatis. Si quis tibi principatum, & ciuiles poteſtates, & diuitias, & laſciuiam proponeret: deinde paupertatem ponens, electionem daret accipere quodcunque velles: hanc confeſtim raperes, ſi tamen cognoſceres pulchritudinem eius: mihi enim paupertas, puellæ cuidam pulchræ, & ſpecioſæ ſimilis eſſe videtur. Cum hac Helias educatus, raptus eſt, eſt beata illa rapinã: Cum hac Heliſeus claruit: Cum hac Ioannes: Cum hac Apoſtoli omnes. Si etiam ipſam puellæ huius pulchritudinem intueamur: etenim oculus eius eſt purus, & præclarus, nihil habens turbulentum, ſed manſuetus, tranquillus, delectabilis, & ad omnes reſpiciens mitis humilis, nullum odio habens, nullum auertens. Os illi, & lingua ſana eſt, continue gratiarum actione plena, & benedictione, & mitibus verbis, & amicabilibus. Si autem vis etiam proportionem membrorum eius videre, longa eſt & excelſior, quàm ſuperabundantia. Si autem fugiunt eam multi, ne mireris: etenim & alias virtutes fugiunt inſipientes. Sed contumeliis afficitur, ais, pauper à diuitibus. Rurſus mihi inopiæ laudem dicis, quoniam beatus eſt, qui conuicium patitur: ſed hoc ferre admonet inopia. Sed eſurit pauper, ais: & Paulus eſuriebat, & in fame erat. Sed non habet requiem, neque filius hominis habebat, vbi caput ſuum reclinaret. In his expreſſe declarat os aureum, quòd voluntaria rerum inopia non ſolum eſt magnæ precioſitatis, ſed etiam miræ pulchritudinis. Eſt etiam, & quod plus eſt, magnæ opulentiæ & honoris, ſicut prædictus ſanctus ait ſuper Ioan. homilia 47. ait enim: Anima inopis: inopis quidem voluntarij, fulget velut aurum, ſplendet velut margarita fulgens: floreſcit autem vt roſa: non enim eſt illic tinea, non eſt illic fur, non ſolicitudo vitæ huius ac negociorum, ſed ſicut Angelus ita conuerſatur. Vis animæ huius pulchritudinem videre? vis inopiæ diuitias addiſcere? Non ſubiacet dæmonibus, non aſſiſtit Regi, ſed aſſiſtit Deo, non militat cum hominibus, ſed militat cum Angelis: Non habet arcas, aliàs areas, duas, vel tres, vel decem, ſed talem abundantiam, vt hunc mundum vniuerſum nihil eſſe exiſtimet. Non habet theſaurum, ſed cœlum: non indiget ſeruis, magis autem habet ſeruos paſſiones, & cogitationes, quæ Regum dominantur. Regnum autem, & aurum, & omnia talia, quemadmodum puerorum ludibria deridet, & ſicut ludi pilam, hæc omnia exiſtimat eſſe contemptibilia. Habet enim mundum,

Matt. 19.

Auguſt.

Regnum cœlorum emitur paupertate.

Bernard.

Paupertatis encomia.

Chryſoſt.

Paupertas omnibus præponenda.

Duæ ſunt beatitudines, quibus regnum cœlorum promittitur de præſenti.

Paupertas & perſecutio temporalis ſorores ſunt.

Auguſtin. Cur Chriſtus omnia terrena contempſit.

Apoſt. 10.

Bernar.

Paupertas ditiſſima eſt.

Paupertatis potentia.

Digitized by Google

quem neque videre qui in his ludunt, possunt. Quid igitur hoc paupere melius est vnquàm? Pauimentum denique habet cœlum. Si autem pauimentum tale est, excogita tectum. Sed non habet equos & currus: quid autem ei opus est, qui supra nubes vehi debet, & esse cum Christo? Hucusque Ioannes os aureum igniris, fulgidis, ponderosis, & preciosis eloquiis voluntariæ paupertatis admirabilem celsitudinem, pulchritudinem, preciositatémque commendat, vt omnes ad huius paupertatis amorem inflammet. Præterea quòd paupertas faciat hominem iam beatum, etiam ex aliis quatuor patere potest, quæ etiam ad beatitudinem faciunt. Primum libertas, secundum securitas, tertium sanitas, quartum est satietas. Primum inquam est libertas. Nam, vt testatur Apostolus, Rom. 8. cap. *Vanitati*, id est seruituti *subiecta est creatura non volens*. Et sequitur: *Quoniam ipsa creatura liberabitur*, scilicet ex ipsa paupertate à seruitute. Talis quidem beatitudo animam liberam, & expeditam à quatuor facit, scilicet à labore acquirendi, à timore amittendi, à feruore multiplicandi, atque ab amore conseruandi. Secundum est securitas. Proinde Matth. 6. cap. Dominus ait: *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, neque furantur.* Vnde & hanc securitatem promisit Dominus, Matthæi 19. cap. dicens: *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut vxores, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Tertium est sanitas: liberat enim ab auaritia, quæ est infirmitas diuturna, quæ nunquam senescit. Vnde & quidam Sapiens ait, Ad omnem rem sapientiores sumus, cum senescimus, quam ad rem acquirendam. Mortifera. Vnde Lucæ 16. cap. Dominus ait: *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Varia: proinde significatur per multas infirmitates, videlicet per manum aridam, Matthæi 3. Quæ per manus extensionem curata est: quia auaritia per eleemosynarum largitionem curatur. Item significatur per hydropicum, qui semper sitit, Ecclesiast. 5. *Auarus non implebitur pecunia.* Quartum est satietas. Satiat enim animam, & affectum in præsenti vita. Proinde talis beatus dicere potest illud Sapientiæ 7. cap. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.* Quæ bona cum ipsa paupertate spiritus nobis largiri dignetur Dominus pauperum, & pauper pauperum, Filius Dei Iesus, qui pauper in ortu, pauper in victu, atque pauper in vitæ exitu: Sed nunc dives in gloria, & distributor æternarum diuitiarum, cum Patre, & Spiritu sancto regnat per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Paupertas beatitudo.

Rom. 8.

Matth. 6.

Matth. 19. Paupertas securitas.

Luc. 16.

Matt. 3.

Eccl. 5.

Sap. 7.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de secunda beatitudine est mititas, vbi agitur de triplici mititate, & pro qua terra viuentium pro beatitudine danda est, qui sermo complectitur tres articulos & eorum primus habet tria capita, secundus tria quoque, tertius denique tria similiter.

Articuli primi, in quo triplex mansuetudo seu mititas declaratur.

Cap 1. De mititate, seu mansuetudine naturali.

Cap. 2. Quantum reprehensibilis sit insensibilitas & ignauia contra peccata sub specie mititatis.

Cap. 3. De imperturbabili mititate, & quod inuariabilis sit ad prospera & aduersa.

Articuli secundi, de triplici virtute, quam mititas in se comprehendit,

Cap. 1. Quod mititas lenitatem in se comprehendit

Cap. 2. Quod mititas comprehendit in se æquanimitatem.

Cap. 3. Quod mititas in se comprehendit innocentiam.

Articuli tertij, de præmio mititatis, & qua ratione beatificentur, tripliciter demonstratur,

Cap. 1. Quod mititas est quædam beatitudo considerata conditione hominum rabidorum.

Cap. 2. Quod impassibilitas mentis est quedam mititatis beatitudo.

Cap. 3. Quod mitibus triplicis terræ possessio pro beatitudine datur.

Secunda beatitudo est mititas, vbi agitur de triplici mititate, & pro qua terra viuentium pro beatitudine danda est.

Sermo VI.

BEati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Iterum Matthæi cap. 5. Post spiritus paupertatem merito mititas sequi debet. Profecto qui pauper est, multis iniuriis lacessitur: propterea illi, quod sit mitis, & mansuetus, necessarium est. Aduertendum est tamen, quod mititas, & mansuetudo idem sunt in essentia, differunt tamen in efficacia: nam mitis est, qui alium non offendit, mansuetus autem qui tolerat offendentes. Proinde mansuetus dicitur, quasi manu assuetus. Vnde Cassio. super Psalterium ait: Mansueti, quasi manu assueti, id est mala facile sustinentes, non malum pro malo reddentes. Mitis vero est, qui nulla animi accensione turbatur, nec propter aliquam iniuriam, seu damnum commoueri potest, sed in animi bonitate dulciter perseuerat. Et secundum hoc, mitis dicitur in affectu, mansuetus autem in effectu. Ex his patet, quod mansuetudo est animi iam purgati. Insuper dici potest, quod mansuetudo est species fortitudinis, ipsa patientia mediante, ita quod cum patientia idem sit. Attamen mansuetudo, & patientia differunt aliquo modo. Nam patientia est sustinentia corporalium molestiarum: Mansuetudo vero est sustinentia molestarum contumeliarum. Ex his colligi potest, quæ differentia sit inter mititatem, mansuetudinem, & patientiam: nam mititas pertinet ad affectum interiorem, mansuetudo ad effectum exteriorem molestarum contumeliarum, patientia vero ad sustinentiam corporalium molestiarum. Aduertendum est tamen, secundum Nicolaum de Lyra, quòd dupliciter homo se habet ad irascibilis passiones. Primo modo communiter, secundo modo excellenter. Primo modo communiter, quando videlicet sic eas refrænat, quòd non nimis impetuose excedit, tamen aliqualem perturbationem illarum sentit. Secundo modo excellenter, scilicet quòd homo superat huiusmodi passiones, quod perficit mititatis beatitudo, quæ hominem totaliter tranquillum reddit ab irascibilis motibus per totalem subiectionem ad regulam rationis, & diuinæ legis. Hæc virtus suauis est copula, & amabile vinculum, quo homines hominibus, Deo, & Angelis vniuntur. Ad exprimendum igitur virtutem, & perfectionem huius secundæ beatitudinis, Dominus in verbo proposito ait: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Tria igitur circa mititatem ad præsens considerabimus. Primo eius subiectum, secundo eius meritum, tertio eius præmium.

Matt. 5.

Discrimen inter mititatem & mansuetudinem. Cassio.

Mansuetudo & patientia in quo differunt.

Nicol. de Lyra. Quomodo se habet homo ad irascibilis passiones.

ARTICV

Articvlvs Primvs.

In quo triplex mansuetudo seu mititas declaratur.

De subiecto mansuetudinis.

PRimo inquam consideremus mititatis, seu mansuetudinis subiectum. Porro triplicem possumus distinguere mititatem, seu mansuetudinis varietatem, prima est naturæ, secunda est culpæ, tertia est gratiæ. Seu prima est naturalis, secunda criminalis, tertia virtualis.

De mititate, seu mansuetudine naturali.

Cap. I.

Mititas naturalis secũdum complexionem corporis maior aut minor.

PRima quidem mansuetudo, seu mititas, est naturalis, quia ab ipsa natura est: quemadmodum naturalis magnanimitas, naturalis verecundia, naturalis pietas, & consimilia. Talis mititas licet naturaliter hominibus indita sit: tamen malitia, vel bonitate complexionis impeditur, vel adiuuatur. Et hoc manifestum fit per operationem eius, quæ secũdum adiuuamentum, vel impedimentum complexionis, quę à parte corporis est: aut tardior erit, aut rarior, aut frequentior, aut maior. Et licet pærdicta mansuetudo aliæque consimiles virtutes perfectæ fuerint in Adam ante lapsum, & inditæ sint in nobis: nihilominus in nobis multum sunt læsæ, atque depressæ, ac penè omnino consopitæ, atque sepultæ immersione animalitatis, siue originalis corruptionis. Veruntamen exercitio, & consuetudine congruentibus multum eas adiuuari, atque proficere ipso sensu experientiæ manifestum est: nam frequentia operationum, vel augmentantur, vel acquiruntur, vel ingignuntur. Nec est aliqualiter dubitandum, naturaliter mansuetos exercitio eorum, quæ mansuetudinis sunt, in ipsa naturali mansuetudine augeri. Hoc autem fit, secundum quosdam, quia liberatur potentia, & quasi detumulatur, & ita erumpit in opera maiora nullo modo apud se immutata, quemadmodum si homo ligatus diruptis, aut solutis vinculis incipiat ambulare, cum virtus eius gressibilis in nullo mutata est apud se, sed tantummodo liberata. Et similiter est de pietate, & consimilibus aliis. Ab his naturalibus virtutibus, tanquàm à fundamento perfecto, initium sumit, sed exercitio, & consuetudine crescens gratuitis confirmatur.

Quantum reprehensibilis sit insensibilitas, & ignauia contra peccata sub specie mititatis.

Cap. II.

Quanã mansuetudo culpabilis. Psal. Bernar.

SEcunda mititas, seu mansuetudo est criminalis, quæ maxime ex displicendi timore venire solet. Sunt namque plerique, qui sub pallio mansuetudinis, & mititatis insensibiles, atque ignauia pleni fiunt: nec zelum habent diuini honoris, nec animarum salutis, sed quadam falsissima tranquillitate, & pace contra scelera tacent, quando pro loco, & tempore illa redarguere obligantur. Huiusmodi homines licet sic videantur pacifici, & modesti, atque quieti: nihilominus sicut Propheta inquit, *Tange montes, & fumigabunt.* Vnde de talibus Bernardus ait: Sunt quidam mites, scilicet quandiu nihil dicitur, vel agitatur, nisi pro eorum arbitrio: patebit autẽ quam longe sint à vera mansuetudine, si leuis occasio oriatur. Proinde notandum est, quod licet turbulentia vitiosa, seu immoderata cadere non debeat in regulatissimo viro: cadit tamen, & cadere debet in eo turbulentia virtuosa, & pia, si talis est in statu naturæ passibilis & mortalis, cui ex suo statu competit multa pati, & multipliciter compati: nec intelligendum est, quòd omnis turbulentia de se in vitiũ sonet, quia in Christo ex summo Dei zelo, & animarum fuit turbulentia iræ, & indignationis contra cæcitatem, & malitiam Iudæorum, & Pharisæorum Et tamen nullus sanæ mentis dicet turbulẽtiam illam vitiosam fuisse, immo in summo virtuosam. Contra tales igitur insensibiles, & pacificos, immo insensatos, zelans Propheta ait: *Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.* Et alibi idem inquit: *Iniquos odio habui, & abominatus sum.* Ecce quomodo huiusmodi mites iniquos, & abominabiles dicit, Proinde 83. distinctio. in cap. error. Innocentius ait: Error, cui non resistitur, approbatur: & veritas cum minimè defenditur, opprimitur. Negligere quippe cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est quàm fouere: neque caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Et 24. q. 3. cap. vlti. scriptum est: Qui desinit obuiare, cum potest, consentit. Et 86. dist. in cap. culpam, scriptum est: Culpam proculdubio facientis habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Et iterum, Libat Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa: & probat odisse se vitia, qui condemnat errantes, atque omnibus annunciat. Hieremias cap. 51. dicit: *Nolite tacere super iniquitate.* Hæc virtus erat in Moyse, de quo Num. 12. cap. scriptum est: *Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra* Et tamen zelo iustitiæ percutiebat, sicut patet Exo. 32. Merito ergo Ambrosius ait: Beatus, qui & seueritatem & mansuetudinem tenet, vt altero disciplina seruetur, altero innocentia non opprimatur.

Qua turbulẽtia vitiosa.

Psal.

Hiero. 51.

Num. 12.

Exod. 32.

Ambros.

De imperturbabili mititate, & quòd inuariabilis sit ad prospera & aduersa.

Cap. III.

TErtia est mansuetudo seu mititas virtualis: hæc siquidem cum gratia gratum faciente militat & illam gratia charitatis informat atque decorat. Huius quippe virtutis Saluator solus voluit esse magister. Hanc quippe opere & verbo docuit. Opere, quando cum peccatoribus comedit & bibit: quando à Maria Magdalena se tangi & ablui permisit, quando egentibus & infirmis miserationum suarum gratiam exhibuit. Verbo, quando Matt. 11. cap. ait: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Est siquidẽ hæc virtus firma supra petram situati cordis & superexaltati à materiis sensibilium & appetibiliũ rerum, secundum carnem & apparentiam eius. Ipsa quippe est quædam intransmutabilitas animæ in honoribus & in ignominiis similiter se habens non variato animo in his, quæ ad eum indigna seu digna proueniunt taciturnitate, præterquam ad reprehensibilia per omnia possidens, quia ad laudes & contumelias vniformiter se habet. Proinde in persona huiusmodi mitis propheta ait: *Factus sum, sicut homo non audiẽs & non habens in ore suo redargutiones.* Ait enim, *Factus sum, sicut homo non audiens*, scilicet laudes adulatorum. Vnde Hieronym. ait: Si ad patriam tendimus, Syrenæ quidem adulatores sunt, de quibus Isa. 13. c. in fine. *Syrenæ in delubris voluptatis*, id est in domibus Magnatum, qui faciunt se sicut idola adorari: atque de contumeliis Propheta subdit: *Et non habens in ore suo redargutiones*: quasi dicat, Qui me iniustè arguebant, non redarguebam, sed patienter & cum mansuetudine sustinebam, licèt eos redarguere possem: obseruans illud, quod Apostolus ad Rom. 12. cap. ait: *Non vosmetipsos defendentes charissimi*, sed date locum iræ. Iob quoque 3. cap. in fine de seipso ait:

Christus docet mansuetudinem opere & verbo.

Matt. 11.

Psal.

Hierom. Isa. 13.

ad Rom. 12.

Iob. 3.

Digitized by Google

Nonne dissimulaui, nonne silui, nonne quieui; & venit super me indignatio. Ait enim: Dissimulaui, quia exterius impatientiam non ostendi. Silui, quia non reclamaui. Quieui, quia interius turbatus non fui: & venit super me indignatio, quia me excusando eam non repuli.

Articvlvs Secvndvs.

De triplici virtute, quam mititas in se comprehendit,

Mititas triplicem comprehendit virtutem.

Secundo quoque consideremus huius mititatis seu mansuetudinis meritum, secundum sententiam glossæ, Mititas triplicem in se comprehendit virtutem. Primo lenitatem, secundo æquanimitatem, tertio innocentiam siue innocuitatem. Lenitas est quantum ad motum mentis, Æquanimitas quàtum ad insultum hostis, Innocentia quantum ad actum hominis. Et sic excludit triplicem amaritudinem, scilicet rancoris per lenitatem: impatientiæ per æquanimitatem vel longanimitatem: Liuoris per innocentiam & innocuitatem.

Quòd mititas lenitatem in se comprehendat.

Cap. I.

Primo enim mititas comprehendit in se lenitatem. Nam secundum glossam mitis est, quem mentis amaritudo non afficit. Proinde Augustinus ibidem ait: Mites sunt, qui cedunt improbitatibus & non resistunt malo, sed vincunt in bono malum. Hoc enim & Apostolus ad Roman. 12. cap. ait: *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum:* quasi dicat, Si aduersarium tuum non pœnitet, tamen noli vinci à malo, scilicet per impatientiam, sed vince in bono scilicet, mititatis, malum scilicet hominem. Mitas quippe, seu mansuetudo, nobile genus vincendi est. glossa, Bonitate contende contra illum, bona contentio & salubre certamen, vt sis bonus contra malum: nobile est vincere, nobilius vincere in bono, sed nobilissimum vincere in bono, malum: Et Isidorus in soliloquiis, lib. 2. ait: Magna est virtus, si non lædas à quo læsus es. Magna est fortitudo, si etiam læsus remittis. Magna est gloria, si cui potuisti nocere, parcis. Qui enim hanc virtuitem mititatis habet, sui est compos, suique possessor. Qui vero seip um theoria & actu possidere didicerit, amplius triumphator erit, quam si de multis gentibus & ciuitatibus victoriam adeptus esset. Proinde Prou. 16. in fine, Salomon ait; *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.* Amplius dicam, altius nobilius est suiipsius esse possessorem, quam omnium rerum extra positarum esse dominatorem, cum altior & nobilior est animus, cui dominatur quàm omnia corporalia, quæ sunt creata Vnde Aug. super Gen. ad literam. Sicut Deus omnem creaturam, sic anima omnem creaturam corporalem dignitate naturæ præcellit. Insuper in lib. de ciui. Dei inquit: Omni corpori præfertur animæ natura.

Quinam sunt veri mites. Augus. Rom. 12.

Magna virtus si non lædas à quo læsus es.

Prou. 16.

Aug.

Quod mititas comprehendit in se æquanimitatem.

Cap. II.

Secundo quidem mititas comprehendit in se æquanimitatem. Vnde glossa sequitur dicens: Mitis est quem non rancor, vel ira afficit: sed omnia æquanimiter sustinet: vnde & Ambros. super Lucam. Quid enim mihi prodest carere sceleribus, nisi fuero mitis & mansuetus; Mitiga ergo affectum tuum, vt non irascaris: aut certè iratus non pecces. Præclarum est enim motum temperare consilio. Nec minoris virtutis esse videtur cohibere iracundiam, quàm omnino non irasci: cum plurimum istud sit, non irasci sit leuius. Hoc autem scilicet motum iræ cohibere, fortius existimo. Proinde Propheta inquit: *Irascimini & nolite peccare.* Est etenim duplex ira. Vna, quæ fit per vitium: secunda, quæ fit per zelum. Prima inquam est, quæ fit per vitium. Et de hac inquit: *Irascimini & nolite peccare*, id est si primus motus iræ insurgat, nolite peccare, scilicet consentiendo in corde: vel ad effectum perducendo in opere, vel diu retinendo in mente. Quod necessitatis est permittit: quod vero culpæ est, interdicit. Secunda autem ira est, quæ fit per zelum: secundum enim Greg. in 5. moralium, in fine super illud Iob. cap. *Virum stultum interficit iracundia.* Ira per vitium, oculum mentis excæcat: Ira vero per zelum, oculum mentis ad tempus conturbat: quia ex quo saltem rectitudinis æmulatione concutitur ea, quæ nisi trãquillo corde percipi non potest, contemplatio dissipatur. Quia enim inquietudine mentem agitat, eius mox aciem obscurat, vt altiora in commotione non videat, quæ bene prius tranquilla cernebat: sed inde subtilius ad alta reducitur: vnde ad tempus ne videat reuerberatur, alias turbatur. Nam recta æmulatio æterna post paululum ipsi in tranquillitate largius aperit, quæ hic interim per commotionem claudi. Et dat exemplum de collyrio, quod oculum prius turbat, sed post eum clariorem & serenioremon strat. Ex his patet, quod ira per zelum non tollit iudicium practicum, & præcipuè illud, quo regitur zelus ipse & actus eius. Illam vero serenitatem contemplationis, quam habet in tranquillitate illius pacis, quæ exuperat omnem sensum, obfuscat non quoad habitum, sed quoad actum: nec pro omni tempore, immo pro sequenti tempore multum iuuat, pro quanto per zelum illum accenditur charitas & omnis torpor mentis excutitur & radices vitiorum funditus extirpantur, atque plures cogitationum venialium absterguntur: necnon & per ipsum homo Dei gratiam amplius promeretur: & sic per illum mansuetudinis virtus non minuitur, sed augetur & firmius habituatur & solidatur.

Cohibere motum ira magna virtus.

Psal. Duplex ira. Prima per vitium.

Secunda per zelum. Gregor. Iob.

Ira per zelum non tollit iudicium practicum.

Quod mititas in se comprehendit innocentiam.

Cap. III.

Tertio vero mititas cõprehendit in se innocentiã seu innocuitatem. Nam secundum glossam prædictam, Mitis est, qui non irritat, nec irritatur: nec nocet, nec nocere cogitat. Hinc 1. Corinth. 13. Charitas quæ mititatem seu mansuetudinem parit, non irritatur, quia propter iniuriam non prouocatur ad iram, cum vindicandi appetitum non habeat, quinimo vituperationem conuertit in refectionem, & plagas in medicinam. Vnde 3. c. Thren. de huiusmodi mansueto scriptum est: *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.* Et aliud de Iob. in 24. c. ait. *Quis est vir, vt est Iob, qui bibit subsannationẽ, quasi aquam,* id est ita abundanter, vel ita voraciter sicut aqua bibitur à sitibundo, vel ita delectabiliter & quasi cum refrigerio, sicut bibitur aqua tempore magni æstus. In tribus profecto consistit innocentia Christiana & vera. Primo in declinatione mali, secũdo in operatione boni, iuxta propheticum illud, *Declina à malo & fac bonum*, nec hæc sufficiunt ad innocentiam veram: sed tertium ei necessarium est, scilicet mansuetè tolerare aduersa, exemplo Prophetæ, qui de se ait: *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus; cum loquebar illis, impugnabant me gratis*, id est sine

1. Cor. 13.

Thren. 3.

Iob. 24.

In tribus cõsistit Christiana innocentia.

Psal.

Digitized by Google

sine culpa mea. De his tribus per orationem ait Apo-
1. Timot. 1. stolus 1. Timot. 1. *Finis præcepti est charitas*, de corde puro in declinando mala: conscientia bona, scilicet in faciendo bona, & fide non ficta, id est non fictili & fragili in tolerando aduersa. Ad talem innocentiam hortatur Chrysostomus in Homil. dicens: Gaude innocentia & exulta: gaude inquam, quia vbique illæsa es, vbique secura. Si tentaris, proficis: si humiliaris, erigeris: si pugnas, vincis: si occideris, coronaris. Tu in seruitute liberalis: in periculo tuta, in custodia læta: Tibi omnis victoria adiicitur, tibi vniuersa militia subiugatur. Te potentes honorant, suscipiunt principes, magnates exquirunt: etiam illi nonnunquam te desiderant, qui te impugnant: Tibi boni parent, mali inuident, zelant æmuli, inimici succumbunt: Nec vnquam poteris victrix non esse, etiam si tibi inter homines iudex iustus defuerit.

Chrysost. Adhortatio ad innocentiã.

Articvlvs tertivs.

De præmio mititatis, & qua ratione beatificentur, tripliciter demonstratur.

TErtiò insuper consideremus mititatis, seu mansuetudinis præmium. Ait enim Dominus: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Hoc siquidem tripliciter patere potest. Primo per oppositum, secundo per effectum, tertio per fructum.

Quod mititas est quædam beatitudo considerata conditione hominum rabidorum.

Cap. I.

Iracundi infœlices.

PRimo quidem, quòd beati sint mites, patet per oppositum. Ad hoc quidem homines feroces & rabidi mouent bella & lites sequentes, scilicet irascibilis motus, vt quasi deuictis aduersariis securè possint possidere terram. Mititas & rabies in humano corde, miseria est: ergo mititas beatitudo merito dici potest. Proinde his, qui à motibus irascibilis sunt totaliter quietati, pacifica & quieta possessio terræ viuentium à Saluatore nostro promissa est, cum ait: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Verè itaque iam beati sunt mites, qui seipsos possident inuariabili animo, & dominantur sibiipsis velut rebus, quas possident. Ergo in hac vmbratica vita protinus est quædam fœlicitas sub decreto virtutum totum esse hominem ad seipsum & non illectum à concupiscentiis vanis, non sociatum malis. Hæc quidem mititatis virtus maximè præsidentibus conueniens est. Nam, secundum Hieron. super epistolam ad Titum: Nihil est fœdius præceptore furioso, qui cum debeat esse mansuetus & humilis ad omnes, ex diuerso toruo vultu, trementibus labiis, rugata fronte, effrænatis conuiciis facie inter pallorem & ruborem variata, clamore perstrepitat, & errantes non tam ad bonum attrahit, quàm ad malum sua sæuitia præcipitat & compellit.

Fœlix qui virtutes possidet.

Hieron. Nihil fœdius præceptore furioso.

Quod impassibilitis mentas est quædam mititatis beatitudo.

Cap. II.

SEcundo quoque, quòd mites sint beati, patet per effectum. Nam mititas seu mansuetudo hominem impassibilem facit. Quod patet, quia mitis secundum Philosophum, patitur, sed non deducitur, id est læsiones non sentit. Est quippe mititas tanquam culcitra mollis, quæ dura suauiter recipit, & in ea animus leuiter & suauiter requiescit. Proinde Ecclesiast. 14. in principio scriptum est. *Felix, qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua:* Merito ergo Ambrosius super Lucam ait: Cum depo-

Mansuetudo hominẽ impassibilem effecit.

Eccles. 14.

Ambros.

suero omne peccatum, & exuero omnem malitiam, & simplicitate contentus fuero, inops malorum, superest vt mores temperem. Quid enim mihi prodest carere sceleribus, nisi fuero mitis vel mansuetus?

Quod mitibus triplicis terræ possessio pro beatitudine datur.

Cap. III.

TErtio, quod mites sint beati, patet per fructum quia Dominus ait: *Quoniam ipsi possidebunt terram.* Possidebunt profecto triplicem terram. Primo terram, quam terunt, Secundo terram, quam gerunt: Tertio terram, quam quærunt. Hoc est terram mundi, terram corporis sui, & terram superni regni. Primo quidem possidebunt mites terram, quam terunt. Profecto immites homines & feroces terram huius mundi destruunt. Propterea non merentur possidere eam, sed mites, quia terram mundi pacificè regunt. Vnde Eccle. 10. cap. scriptum est: *Sedes ducum superborum destruxit Dominus, & sedere fecit mites pro eis.* Qui enim vult omnes iniurias vindicare, nunquam ditabitur, nec diu regnare poterit etiam in regimine sæculari. Proinde 2. Reg. 22. ait mansuetus Dauid, *Mansuetudo mea multiplicauit me.* Cito quippe ditatur, cui omnia prosperantur: atque plurimum prosperatur, qui regimina mansuetè gubernat, teste Propheta, qui ait: *Intende, prosperè, procede & regna. Propter veritatem, mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.* Ex his patet, quod ad omne regimen, siue temporale, seu spirituale, cæteris paribus, homines mites præferendi sunt, eo quod melius dispositi sunt, ad suscipiendum diuinas inspirationes necessarias ad regimen aliorum, quàm cæteri quicunque regentes, teste Propheta qui ait: *Docebit mites vias suas*, scilicet per quas alios bene regãt. Secundo vero immites & feroces non possidebunt terram proprij corporis, quia destruunt eam, eo quod sensualitatem suam non subiiciunt rationi: Mites autem & mansueti, qui proprij corporis dominium habent, subiiciendo sensualitatem imperio rationis: ideo possidebunt corporis sui terram: vnde Luc. 21. c. Dominus ait. *In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras*, vbi Greg. inquit: Dũ nobis ipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere, quod sumus. Tertio immites & feroces de terra viuentium, id est paradiso excluduntur: Mites autem & quieti pacificè & securè possidebunt Dominum in terra viuentium. Vnde Augustinus ibidem ait Rixentur ergo immites & dimicent pro terrenis & temporalibus rebus: sed beati mites, quoniam ipsi hæreditabunt terram, de qua euelli non poterunt: vnde Propheta ait: *Portio mea Domine, sit in terra viuentium.* De hoc autem etiam alibi Propheta inquit: *Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Ratio huius est, quia secundum Gregorium, Mansuetudo imaginem Dei in nobis seruat, sed ira dissipat. Qui autem imaginem patris non portabit, ad iudicium hæres patris non cognoscetur. Proinde 1. Corinth. 15. cap. Apost. monet: *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis:* hoc autem dico, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. Ergo soli mansueti, qui habent imaginem Dei, hæreditabunt terram illam viuentium, nec vnquam auferetur ab eis: vnde subditur, & *delectabuntur in multitudine pacis.* De qua alibi idem ait: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum*, scilicet in illo beato regno. Et iterum Isa. 32. cap. inquit: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducie, & in requie opulenta.* Hæc tria competunt fidei, spei & charitati, quæ mansuetudinem introducunt.

Mites tripli citer terram possident.

Eccle. 10. Qui non parcit diu regnare nõ potest.

2. Reg. 22.

Psal.

Mitiũ in regimine alijs præferendus.

Luc. 21. Gregor.

Augustin.

Psal.

Gregor. Mansuetudo Dei imaginẽ seruat.

1. Cor. 15.

Isa. 32.

Digitized by Google

cunt. In futuro autem erit pulchritudo pacis, quantum ad dotes corporis: Tabernacula fiduciæ quantum ad dotes animæ: Requies opulenta, quantum ad vtrumque. Quæ nobis ex ipsa desiderabili mititate largiri dignetur mitissimus agnus Dei Dominus Dominus Iesus Christus, qui propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam cum Patre & Spiritu sancto distributor est terræ regni cœlorum per infinita sæcula sæculorum, Amen.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de tertia beatitudine, est luctus cui promittitur consolatio vera, vbi agitur de Christiano luctu, qui continet tres articulos, quorum primus tria, secundus quatuor, tertius tria complectitur capita.

Articuli primi, Quod homo in præsenti vita, tripliciter flere debet pro seipso.

Cap. 1. Quod lugere debet peccator præteritam vitam suam.

Cap. 2. Quod plorare & lachrymari debemus pro incolatu miseriæ præsentis vitæ.

Cap. 3. Quod flere & lugere debemus pro desiderio æternorum.

Articuli secundi, De triplici meritorio luctu qui pro proximo fieri debet,

Cap. 1. Quod flere debemus pro peccatis quibus proximi nostri offendunt Deum.

Cap. 2. Quod plorare debemus pro cæcitate peccantium quæ in mundo regnat.

Cap. 3. De triplici fletu superna compassionis & mortis.

Cap. 4. Pia deploratio pro morte fratris Vincentij, fidelissimi, ac dilectissimi socij mei.

Articuli tertij, De triplici consolatione, quæ à Domino pie lugentibus datur,

Cap. 1. De consolatione, quæ à Domino datur iis qui lugent peccata sua.

Cap. 2. Quanta lætitia & consolatione replentur qui per luctum impetrarunt peccatorum remissionem.

Cap. 3. Quod pie lugentes diuersa beatitudine præmiantur.

Tertia Beatitudo est luctus, cui promittitur consolatio vera, vbi agitur de multiplici luctu bono & malo

Sermo VII.

Matt. 5.

BEati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Iterum Matth. 5. Miro quippe mysterio hæc tertia beatitudo primam sequitur & secundam. Profecto post paupertatem & mundi contemptum, post quietem mentis & mansuetudinem, dum homo sibi ipsi solicitè vacat, nihil inuenit, nec in se nec in aliis, nisi quod flebile est, propterea luget. Aduertendum est autem, secundum Nico. de Lyra quod dupliter homo se habet circa concupiscentiã mundi. Primo modo communiter, secundo modo excellenter. Primo cõmuniter, scilicet cum delectationibus ciborum & venereorum in sensu gustus & tactus. Similiter & melodiarum, spectaculorum atque odorum in sensu auditus, olfactus & visus homo vtitur moderatè, atque reiecat quæ superflua sunt: hæc pertinent ad virtutem temperantiæ: quæ virtus politica est. Secundo autem modo excellenter, cum scilicet homo omnia supradicta à se abdicat & elongat, & luctum in præsenti vita sanctissimis ex causis voluntariè sumit.

Nico. de Lyra.

Homo dupliciter se habet circa mũdi concupiscentiam.

Et hoc, secundum Augu. pertinet ad beatitudinem luctus. Et de hoc Dominus in verbo proposito ait: Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Circa hanc beatitudinem luctus, tria ad præsens consideremus. Primo luctus debitum, secundo luctus meritum, tertio luctus præmium. *Augustin.*

Articvlvs Primvs.

Quod homo in præsenti vita tripliciter flere debet pro seipso.

PRimo enim consideremus luctus debitum. Tenemur enim pro tribus lugere & lachrymari. Primo pro præterita vita, secundo pro præsenti miseria, tertio pro futura lætitia. Primum impetrat remissionem, secundum consolationem, tertium promissorum exhibitionem. *Pro tribus tenemur lugere.*

Quod lugere debet peccator præteritam vitam suam.

Cap. I.

PRimo quidem lugere & plorare debemus, pro præterita vita criminibus plena. Et huiusmodi impetrat peccatorum remissionem. De huiusmodi Isidorus de summo bono ait: Duplicem fletum habere debet omnis peccator in pœnitentia, vel quia bonum per negligentiam non fecit, vel quia malum per audaciam perpetrauit. Et Gregorius super illud Thren. 3. *Diuisiones aquarum deduxit oculus meus*, ait: Diuisas quippe in oculis aquas damus, alias deducimus, cum peccatis singulis dispertitas lachrymas damus. Proinde cum anxio spei desiderio hoc postulabat Propheta dicens: *Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura*, quasi dicat: Spero Domine, quod gratia tua ita cor nostrum immutabit ad compunctionem & fletum, quod in ipso fletu pro peccatis ita delectabimur, sicut in, cibo & potu. Sicut de se Iob. 6. cap. testatur dicens: *Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.* Et addit Propheta dicens: *In mensura*, scilicet, peccatorum: vt quantitas pœnarũ correspondeat quantitati culparum, iuxta illud Isa. 27. *In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabit*, scilicet Deus animam, vel homo conscientiam suam, & Greg. hoc verbum Prophetæ exponens ait: Vniuscuiusque mens tanto pœnitendo compunctionis suæ bibat lachrymas, quanto se meminit iuisse per culpas. Et Basilius in Hexameron ait: Grandia peccata, grandia lamenta desiderant, ita vt pro modo vel mensura culparum, sit modus vel mensura pœnarum. Hilarius quoque exponens hanc beatitudinem ait: Lugentes enim hic dicuntur, non orbitates, aut contumelias, aut damna mœrentes, sed peccata vetera flentes, & Grego. in Homil. inquit: Notandum autem, quòd hanc beatitudinem cum intentione quadam proposuit: ideo non dixit, *Beati qui tristantur, sed beati qui lugent.* Inde enim perfectionis magisterium dedit. Si enim, qui filios vel alios defunctos lugent, secundum illud tempus non desiderant pecuniam, vel gloriam nec conuiciis acuuntur, nec aliqua passione alia capiuntur: multo magis hoc seruare debent, qui lugent peccata sua. Quanto igitur maior fuerit peccatoris fletus, tanto maior & certior sequetur remissio peccatorum, & consolatio mentis, teste Propheta, qui ait: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei* Fluminis quidem impetus est abundantia lachrymarum, sicut alibi idem ait: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* Cum enim impetuosè lachrymæ fluunt, omnes sordes vitiorum abluunt & expurgant. Et hic est impetus, qui lætificat ciuitatem Dei, id est cor cuiuslibet veraciter pœnitentis. Tale siquidem cor, Dei ciuitas nuncupa

Ha lachryma magna sunt virtutes. Isido. Gregor. Thren. 3.

Psal.

Iob. 6.

Isa. 27.

Pœna correspondeat delicto.

Quanto maior fletus tãto certior remissio peccatorum.

Psal.

Psal.

Digitized by Google

Pœnitentis cor Deus inhabitat.

nuncupatur: quia Deus inhabitat illud, & in eo esse debet ciuium vnitas, eo quod omnes cogitationes, affectiones & desideria vnanimiter tendere debent in Deum. Merito ergo Hieronymus in quadam epistola

Hieron. Encomia lachrymarum.

ait: O humilis lachryma, tua est potentia, tuum est regnum: Ante tribunal iudicis non vereris accedere, amicorum tuorum accusatoribus silentium ponis, non est qui te accendere vetet. Si sola intraueris, vacua non redibis: magis crucias Diabolum, quàm infernalis pœna. Quid plura? vincis inuincibilem, superas insuperabilem, ligas omnipotentem. Item Cassiodorus super Psal. ait: Fletus est cibus animarum, corroboratio sensuum, absolutio peccatorum,

Cassio. Fletus cibus animarum.

refectio mentium, lauacrum culparum. Ecce quàm præclarus & efficax est fletus ad culparum ablutionē.

Quod plorare & lachrymari debemus, pro incolatu miseriæ præsentis vitæ.

Cap. II.

SEcundo vero lugere & plorare debemus pro præsenti miseria, & hoc impetrat spiritualiter consolationem. In necessitate factus est nobis luctus non tantum pro peccatis propriis & paternis, verum etiam, quia ipse incolatus noster inuitat nos ad

Quæ ad lachrymas nos prouocent.

lachrymas, necnon & expulsio in turbulentum & inquietissimum locum, vbi omnia peioribus semper conditionibus alternantur. Insuper & ad fletum cogit mortales ipsa ineuitabilis necessitas moriendi, magis incertitudo loci, qui meritis nostris aut demeritis nos expectat, & diiudicationis dies, in quem indeclinatè festinamus omnes, ad fluuium educere lachrymarum angit. Merito Propheta de homine hoc diligenter considerante inquit: *Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quem posuit.* Ait enim ascensiones in corde suo disposuit, id est cōsiderationes supradictas diligenter in corde suo examinauit, in valle lachrymarum, id est in hac valle

Misera hominis vita.

miseriæ. Cum enim homo considerat, quod propter superbiam primi hominis exul factus est in hac misera vita, atque tot & tantas miserias hic in se & à se sentit, magnam habet materiam atque occasionem, immo necessitatem seipsum humiliandi. Vnde Eccle-

Eccles. 10.

siast. 10. *Quid superbis terra & cinis:* Et alibi quidam ait.

Vnde superbit homo, cuius conceptio culpa,
Nasci pœna, labor vita, necesse mori?

A superbia prouocamur.

Profecto conceptio culpa est, sicut Propheta in persona cuiuslibet hominis ait: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Nasci pœna, Gene. 3. *in dolore paries filios tuos.* Labor vita. Gen. 3. *in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Et Iob. 5. cap. *Homo nascitur ad laborem.* Necesse mori. Psal. *Quis est homo qui viuet & non videbit mortem?* Et additur superius à Propheta, *In loco quem posuit,* scilicet ad prædicta considerandum atque plorandum. Vndique igitur nobis existentibus in hac lachrymarum valle materia luctus offertur, vt ascensiones ad optima in corde hominum disponantur, sicut in sequenti capitulo fiet.

Psal. 50. Gen. 3. Ibid. Iob. 5. Psal.

Quod flere & lugere debemus pro desiderio æternorum.

Cap. III.

TErtio quoque lugere & lachrymari debemus pro futura lætitia, exemplo sitientis atque desiderantis Prophetæ, qui de se ait: *Sitiuit anima mea ad Deum, fontem viuum,* scilicet à quo omnia bona fluunt. Et quid sitierit, subiungit dicens, *quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* quasi dicat. Tardè est mihi Domine, quod appaream ante faciem tuam, quia tunc in te satiabor vtique fonte viuo. Vnde alibi ait: *Satiabor, cum apparuerit gloria tua,* id est cum

Psalm.

glorioſus apparebo ante faciem tuam. Notanter autem dicit, *Sitiuit anima mea,* quia ſitis, ex ſalis vſu prouenire ſolet. Sic & ſitire Deum, ex ſale ſapientiæ originem habet. Proinde Eccleſiaſt. 24. ſcriptum eſt. *Qui bibunt me, adhuc ſitient.* Et in ſequenti beatitudine dicit Dominus: *Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Sed qui tantum Deum deſiderat, profecto de incolatu huius miſeriæ & dilatione patriæ frequenter plorat. Vnde Propheta ſubdit: *Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte,* dicens, *dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?* Aperit enim cauſam ſuæ ſitis: Qui enim comedit cibum ſalſum atque amarum, cito ſitit. Vnde & Chriſtus, cui dederunt in eſcam fel: *Sitio,* inquit in paſſione, Ioan. 19.

Sitire Deum ex ſale ſapientiæ prouenit. Eccl. 24.

Psalm.

Ioan. 19.

Lachrymæ quoque ad literam ſaliæ ſunt & amaræ. Ait igitur, *Fuerunt mihi lachryma mea panes,* quaſi dicat, Ego ploraui pro irriguo inferiori & pro irriguo ſuperiori, id eſt pro præſenti miſeria & pro futura lætitia. Quod myſtica narratione deſcribitur Ioſue 15. & Iudic. 1. vbi dicitur, *quòd Axa filia Caleph, ſedens ſuper aſinum ſuſpirauit, Cui dixit pater ſuus: Quid habes? at illa reſpondit: Da mihi benedictionem: Terram, auſtralem & arentem dediſti mihi, iunge & irriguam. Deditque ei pater ſuus irriguum ſuperius & irriguum inferius.* Axa quippe ſuper aſinum ſedet, cum irrationabilibus carnis ſuæ motibus anima præſidet. Quæ ſuſpirans à patre terram irriguam petit, quia à creatore noſtro cum magno gemitu gratia lachrymarum quærenda eſt. Sunt namque nonnulli, qui iam in dono perceperunt liberè pro iuſtitia loqui, oppreſſos tueri, indigentibus poſſeſſa tribuere: ſed adhuc gratiam lachrymarum non habent, hi nimirum terram

Ioſue. 15. Iudic. 1.

Magna eſt lachrymarū gratia.

auſtralem & arentem poſſident, ſed adhuc irrigua indigent. Sed pater illius dedit ei irriguum ſuperius & irriguum inferius, id eſt gratiam lachrymarum pro dilatione patriæ & pro incolatu huius miſeriæ. Et quidem prius irriguum inferius, ac poſt irriguum ſuperius datur: Sed quia lachrymæ pro futura lætitia dignitate præeminent, neceſſe cripturæ fuit vt prius irriguū ſuperius, & poſtea irriguum inferius commemorari deberet. Ait ergo, *Fuerunt mihi lachryma mea panes,* id eſt refectio ſpiritualis, ſicut idem alibi ait, *Quia cinerem tanquam panem manducabam.* Die, ſcilicet quando fit prandium, ac nocte, quando fit cœna, vel die proſperitatis, & nocte aduerſitatis. Has quippe lachrymas malorum opprobria iugiter excitant. Propterea Propheta ſubdit: *Dum dicitur mihi quotidie,* ſcilicet à malis, *vbi eſt Deus tuus?* Quia enim Deū non vident, eum non exiſtimant. O ignorantia cæca, neſcire vbi eſt ille, qui vbique eſt. De talibus Sap. 2. ſcriptum eſt: *Excæcauit illos malitia eorum & neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ. Et ideo dicunt, vbi eſt Deus tuus?* quem quaſi mercedem expectas, nec aliud in hoc ſæculo habere deſideras. Porro de hoc luctu myſticè Propheta ait: *Super flumina Babylonis, illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion,* id eſt gloriæ ſempiternæ. De hoc etiam fletu Bernard. inquit: Qui amat deſiderat, inde irrigatur, inde indulcoratur, inde impinguatur adipe vituli ſaginati: Inde illuminatur, inde potatur fonte dulciſſimo, ſicut in perſona talis animæ Propheta ait, *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.*

Hominū maxima ignorantia.

Sap. 2.

Psalm.

Psalm.

Articvlvs Secvndvs.

De triplici meritorio luctu, qui pro proximo fieri debet.

SEcundo conſideremus luctus meritum. Triplex eſt enim meritorius luctus, qui erga proximū perhibetur. Primus eſt alienæ offenſionis, ſecundus alienæ obſecrationis, tertius alienæ compaſſionis.

Quod

Digitized by Google

Quod flere debemus pro peccatis, quibus proximi nostri offendunt Deum.

Cap. I.

PRimus luctus est alienæ offensionis & culpæ. In illum profecto sensum horum verborum, *Beati qui lugent*, traiicio, qui de diuina offensione procedit, qui cum offensus est Deus inexaudibili, alias inexhausibili pœna defluere debet. Et nihil penitus aliud fletu & amarissimo luctu sit dignum, nisi cum offenditur creator omnium rerum. Profecto qui lachrymis & orationibus placat Deum, & maiorem acceptioremque Deo affectionem habet, & compassionem ad proximum, quam si pro corpore sustentando nostram omnem substantiam donaremus, præsertim si subleuatio ex impenso auxilio subsequatur ad tollendum malum proximi iam prolapsi. Ad hoc hortatur Ioel. 2. cap. dicens: *Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent, Parce Domine*, scilicet indulgendo culpam. *Parce populo tuo*, scilicet remittendo pœnam, *& ne des hereditatem tuam*, id est Christianum populum, *in opprobrium*, scilicet peccatorum & flagellorum. Hinc quoque Bern. ait: Illas enim lachrymas verè in vinum mutari dixerim, quæ fraternæ compassionis affectu in feruore prodeunt charitatis. Pro qua etiam ad horam tuiipsius immemor sobria quadam ebrietate infundens. Ecclesiast. quoque 22. c. mysticè scriptum est: *Supra fatuum*, id est peccatorem inconsideratum *plora, defecit enim sensu*. Sequitur. *Nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui, luctus mortui septem dies, fatui autem & impij omnes dies vita illorum*. Chrysostomus quoque super Matth. ait: Et si qui sua lugent peccata, beati sunt, vt patet: beatiores autem sunt, qui aliena lugent peccata. Qui enim aliena lugent, certum est quòd sua non habent quæ lugeat. Tales quippe conuenit esse omnes Doctores salutis, sicut prædicatores & confessores. Hæ lachrymæ, mysticè signantur Genes. 36. vbi scriptum est, quòd *Anan inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas patris sui*. Anan quippe gratia interpretatur. Ipsa enim in solitudine præsentis vitæ inuenire facit aquas calidas, id est feruentes lachrymas, dum homo considerat vacuitatem bonorum, multitudinem malorum, atque infinitum numerum stultorum, qui per asinas designantur.

Nihil ita dignum lachrymis quam cũ Deus offenditur.

Ioel. 2.

Eccl. 22.

Fœlicissimi qui aliena lugent peccata.

Gen. 36.

Quod plorare debemus pro cæcitate peccantium, quæ in mundo regnat.

Cap. II.

SEcundus luctus est alienæ obcæcationis & impœnitentiæ. De hoc Hierony. super hoc verbo, *Beati qui lugent*, inquit: Luctus enim hic non mortuorum ponitur communi lege naturæ, sed peccatis & vitiis mortuorum, sicut fleuit Samuel Saülem. 1. Reg. 16. & Paulus eos, qui post immunditiam pœnitentiam non egerunt, hoc fletu fleuit Hierem. cap. 9. cum ait: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos*, scilicet in anima filiæ populi mei? *Quis dabit me in solitudinem diuersorum viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? Quia omnes adulteri sunt, & cœtus prænaricatorum, & extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus*. Hoc quidem fletu fleuit Iesus super cæcos habitatores Hierusalem. Proinde Luc. 19. c. scriptum est: *Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam dicens: Si cognouisses*, scilicet mala, *qua* propter peccata tua *ventura sunt super te, qua* & ego video, propter quod & fleo, & tu, supple fleres, quæ modo exultas. Ad hoc Deuteron. 32. *Vinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent*, atque causam, quare ignota eis erant iudicia Dei, quæ erat prosperitas mundi, subiungit dicens: *Et quidem in hac die tua*. Non mea, qua lætaris & gaudes, in qua tibi non mihi viuis, quæ ad pacem tibi. Sed quia talis prosperitas mundanorum oculos claudit, ne videant mala futura super eos, ideo subdit: *Nunc autem*, scilicet in tali prosperitate, *abscondita sunt*, scilicet mala ruinæ super te venturæ ab oculis tuis, quos prædicta prosperitas excæcauit. Hoc est stercus hirũdinis, quod oculos Tobiæ excæcauit, Tob. 2. Atque cladem superuenturam illi prædicens ait: *Quia venient dies in te*, id est contra te, scilicet Romanæ obsidionis: *& circundabunt te inimici tui*, scilicet Romani Principes, *vallo*, per fossatum iactum in circuitu. Tres enim aggeres dicuntur fecisse Romani in circuitu Hierusalem. Et circundabunt te, scilicet per exercitum bellatorum circunquaque dispositum, & coangustabunt te, per machinas & instrumenta vndique, scilicet erecta, & ad terram prosternent te capiendo, & filios tuos, qui in te sunt occidendo & dispergendo, & non relinquent in te lapidem super lapidem, penitus & funditus destruendo. Pro talibus lacrymabatur Apostolus Philip. 3. cum dicebat: *Multi enim ambulant*, scilicet proficiendo in peius, *quos sæpe dicebam vobis*, scilicet cum apud vos eram: *nunc autem*, scilicet cum absens sum, *& flens dico*: scilicet pro illorum obcæcatione, & pro simplicium subuersione *inimicos crucis Christi*: quia videlicet crucis virtutem contemnunt, vel quia crucis imitatores affligunt, aut à crucis imitatione retrahunt, seu cruci contraria faciunt, quorum interitus, id est damnaaio sempiterna: *quorum Deus venter est*, quia illum tanquam Deum colunt & in ventris escis, tanquam in Deo spem ponunt. *Et gloria in confusione eorum*, qui terrena sapiunt. Has quoque lachrymas pro talibus effundebat Propheta, cum dicebat: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt*, scilicet taliter obcæcati, legem tuam.

Prosperitas malorũ oculos obcæcat.

Tob. 2.

Philip. 3.

Psalm.

De triplici fletu supernæ compassionis & mortis.

Cap. III.

TErtius luctus est alienæ compassionis, pietatis & pœnæ. Triplex quidem fletus ex compassione meritoriè in anima esse potest. Primus ex destructione, secundus ex afflictione, tertius ex morte. Primus enim est ex destructione, scilicet terrarum, ciuitatum & patriarum, quæ quidem venire solet ex partialitatibus atque bellis. Vnde & Neemias, 2. cap. de se ait: *Quare non mœreat vultus meus: quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta, & porta eius combusta igni*. Secundus est fletus ex afflictione. Proinde Iob. 30. cap. de se ait: *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi*. Sic & Eliseus, 4. Reg. 8. Fleuit coram Azael, qui nuntius erat Regis Syriæ, cui Azael ait: *Quare Deus meus flet?* At Elisæus respondit: *quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & pragnantes diuides*. Tertius etiam fletus est ex morte: & hic fletus triplex etiam esse potest. Primus, quem parit natura: secundus, quem parit culpa: tertius, quem parit gratia. Primus, quem parit natura: Nam flere de perditis similibus in natura, ipsa natura fauet, quoniam & ipsa similia libenter & aptè similibus sociantur, & amor sic insitus à natura sic agitat, quamobrem dissociatio habet ex natura dolorem, si ex natura sociatio seruauit amorem. Secundus autem est, quem parit culpa, scilicet cum proximus diligitur supra modum, & affectio carnis

Triplex fletus ex compassione meritoriè potest esse in anima.

Neem. 2.

Iob. 30.

4. Reg. 8.

1. Reg. 16.

Hierem. 9.

Luc. 19.

Deut. 32.

Digitized by Google

carnis ſuperat rationem, ex quo de amiſſione charorum ab impatientia anima ſuperatur. Et hoc quidem culpæ atque reprehenſionis acerrimæ notam habet, cum talis fletus, niſi ex amore inordinatè colligato atque iam diſſoluto rei amiſſione ſecuta venire non poſſit, & tantumdem torqueat animum, & fletum inducit, quod amittitur quantum in amore ligabatur. Vnde 13.q.2.c.quam præpoſterum, hunc fletu prohibens Cyprianus ait: Nobis quoque ipſis minimis & extremis reuelatum eſt, vt conteſtarer aſſiduè, & publicè prædicarem, fratres non eſſe lugendos accerſione Domini de ſæculo liberatos, cum ſciamus non amitti, ſed præmitti; recedentes præcedere, vt proficiſcentes, vt nauigantes ſolent. Profectò non perditur ſine impatientiæ luctu, quod ſine inordinato amore non hæſerat, nec ordinato dolore vritur, qui amittit ſine ordinato amore poſſeſſum. Talis ſiquidem luctus plerũque prorumpit in blaſphemias & inſanias fallas, ſicut contingit pleriſque viduis, quæ ex inordinato amore ficto vel vero, quem ad viros ſuos habuiſſe oſtendũt non ſine graui culpa continuè clauiæ morantur in domo, dimiſſis diuinis officiis, ac debita viſitatione eccleſiarum. Tertius eſt luctus, quem gratia parit. Habet enim & gratia fletum, atque dolorem irreprehenſibilem facit, cum nihil amittatur, quod in Deo diligitur: cum & in ipſo nobis ſalua ſint omnia. Nam & ſæpe addita ſpecie pietatis deflemus quoſdam charos, vtiles ad virtutem, ad capienda diuina, & ad cœleſtia documẽta. Quamobrem deploratus eſt Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moyſes, Aaron, Ioſue, Samuël, & Dauid, atque quàm plures ſacerdotes & Prophetæ, necnõ & plurimi iuſti Reges. Inſuper in Machabæis multi bellatores, duces & ſacerdotes in luctum populorũ venerunt. Vnde Geneſ. vlt. ſcriptum eſt, quod, *Ioſeph ruit ſuper faciem mortui patris flens & deoſculatus eſt eum* Et Apoſtolorum Principes apud Vrbem & cæteri, vbi finierunt, multi Archimandritæ, id eſt paſtores Dominicarum ouium, cum deceſſerunt, luctum reliquere relictis. De quarto quoque Ioan. 11. ſcriptum eſt, quod Ieſus, vt vidit Mariam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes, *infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum, dicens, vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei, Domine veni & vide, & lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.* Sed quomodo verificatur de Chriſto illud Iſa. verbum, quod 24.c.de ipſo ait: *Non erit triſtis, neque turbulentus.* Ad hoc dicendum, quod duplex eſt in luctu atque triſtitia error. Primus eſt inſenſibilitatis, ſecundus eſt impatientiæ. Primus inquam eſt inſenſibilitatis, & hic eſt error Stoicorum, qui dixerunt quod nullus ſapiens triſtatur. Sed profectò inhumanum videtur, quod de morte maximè ſancti viri, vel alterius, ſapiens non triſtetur. Secundus eſt error impatientiæ. Et hic eſt illorum omnium, qui in luctu & triſtitia charorum immoderatè excedunt. Ad hos igitur errores eliminandos Dominus triſtari voluit & lugere, vt apertius demonſtraret, quod aliquando poſſumus atque debemus lugere & contriſtari, quod eſt contra Stoicos: Et modum in triſtitia obſeruauit, quod eſt contra impatientes. Proinde primæ ad Theſſalonicenſ. 4.cap. Apoſtolus ait: *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.* Vbi non ſimpliciter dicit, vt non cõtriſtemini: ſed addit, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent: qui ſcilicet nimis vtique contriſtantur, quemadmodum contingebat viduæ, cuius vnicus filius defunctus erat, Lucæ.7. cui Dominus ait, *Noli fiere.* In cuius myſterium Geneſis 26. c. dicunt paſtores Geraræ id eſt Dæmones, *Noſtra eſt aqua*, cil. lachrymarum harum impatientis animæ. Et Eccleſ. 22. ad literam ſcriptum eſt: *Super mortuum plora, quia defecit lux eius.* Et demum ſubdit, *Modicum plora ſuper mortuum.*

Quis fletus prohibetur.

Genes. 50.

Ioan. 11.

Isa. 24.

Duplex error in luctu.

Inhumanum videtur quod de morte ſancti viri quis non triſtetur.

1. Theſſ. 4.

Luc. 7. Gen. 26.

Eccl. 22.

Pia deploratio pro morte fratris Vincentij fideliſſimi, ac dilectiſſimi ſocij mei.

CAP. IV.

CVm de fraterna compaſſione ac pietate ſacras ſcripturas attenta perſcrutatione conſidero, gladium doloris cordi meo acrius infigo, nec lachrymas ſcribendo continere valeo. Vis enim doloris adducit intentionem, & indignatio Domini ebibit ſpiritum meum. Subtracto ſiquidem illo, per quem mea in Domino ſtudia vbicunque libera eſſe ſolebant, ſimul & cor meum dereliquit me. Cuius enim vel ferreum pectus ſuper me non moueatur, ſi nouit incommodum & damnum meum? Reluctor affectui nitens vel inuitus non moueri fruſtra à conditione naturæ vniuerſitatis, debito conditionis vſu, potentis iuſſu, iudicio iuſti, flagello terribilis, Domini voluntate. Pro huiuſmodi quidem exigo à meipſo nõ indulgere multo fletui: nec poſſum imperare triſtitiæ, dum impero lacrymis: ſed ſicut ſcriptum eſt, *Turbatus ſum & non ſum locutus.* At ſuppreſſus dolor altius introrſum radices figit, eo vt ſentio acerbior factus, quo non eſt exire permiſſus, fateor victus ſum. Exeat neceſſe eſt foras, quod intus patior. Exeat ſane per calamum vt ſcientes incommodum meum, dulciori affectu mihi compatiantur. Scitis dilectiſſimi fratres, quam iuſtus ſit dolor meus, quam dolenda plaga mea. Scitis profecto, quam fidus comes deſeruit me in hac via peregrinationis, qua ambulabam: quàm vigil ad curam, quam non ſegnis ad opus, quàm ſuauis ad mores. Quis ita mihi perneceſſarius, cui æque dilectus ego, prima erat amicus religione frater, ſed charitate extitit alter ego. Dolete quæſo, & vicem meam tenete vos, quibus hæc ſunt nota. Infirmus corpore, & grauiter multoties fui, & ille ſemper portabat & gubernabat me. Puſillus corde eram, & confortabat me. Piger & negligens in via Dei eram, & excitabat me. Improuidus & obliuioſus, & commonebat me. Quomodo mihi auulſus es Vincenti mi? Quomodo raptus è manibus homo vnanimis, homo ſecundum cor meum? Amauimus nos in vita, quomodo in morte ſeparati ſumus? Amariſſima ſeparatio, & quam non poſſet omnino efficere, niſi mors. Quando enim me viuus deſereres, omnino opus mortis horrendum diuortium eſt. Quis enim tam ſuaui vinculo mutui noſtri non pepercilſet amoris, niſi totius ſuauitatis inimica mors? Bene mors, quæ vnum rapiendo, duos furioſa peremit. An non mors etiam mihi, immo plus mihi: cui vtique omni morte infelicior vita ſeruata eſt: viuo viuens vt moriar, & hoc dixerim vitam? Quam mitius me priuares, ô auſtera mors vitæ vſu quam fructu. Nam vita ſine fructu grauior mors eſt. Denique duplex malum paratur ligno infructuoſo: ſecuris & ignis. Ergo meis laboribus inuidens elõgaſti à me amicum & proximum, per cuius maxime ſtudium erant ſi quando fructuoſi erant, ipſi labores. Satius proinde mihi fuiſſet periclitari vita, quam tua Vincenti præſentia, qui meorum in Domino ſtudiorum eras ſolicitus incitator, fidelis adiutor & cautus examinator. Cur quæſo, aut amauimus, aut amiſimus nos? Dura conditio, ſed mea miſeranda fortuna, non autem tua. Nam tu, chare frater, ſi charos amiſiſti, chariores (vt credo) iam recepiſti: me vero quænam iam miſerum, atque ſenem conſolatio manet poſt te vnicum ſolatium meum? Per viginti duos annos & vltra in peregrinatione per Italiam placita fuit vtique ſocietas corporum, pro morum concordia, ſed ſolum me diuiſio vulnerauit. Cõmune quod libuit, quod triſte & lugubre meum, in me tranſierunt iræ, in me confirmatus eſt furor. Erat ambobus alterutrum grata præſentia, dulce conſortium, ſuaue colloquium.

Optimi amici officium.

Mors inhumana.

Dolendum de interitu amici ſtudioſi.

Duplex malũ paratur ligno infructuoſo.

Digitized by Google

loquutum. Sed tantas vtriusque delitias ege perdidi: tu mutasti equidem immutatis illis retributio multa: Quanto fœnore gaudiorum, ac benedictionum cumulo cares hodie, (vt credo) nobis charissime. Habes certe pro me tantillo repositam tibi Christi præsentiam, nec dispendium sentis absentiæ à nobis tuæ Angelorum admixtus choris. Non est igitur quod causeris tu de nostra, quasi subtracta tibi præsentia, cui affatim sui suorumque copiam Dominus maiestatis inclusit. At ego pro te quid? Quam vellem scire quidnam sentias nunc de me illo vnico tuo mediis nutante curis destituto scilicet baculo imbecillitatis meæ, si tamen licet ad hæc cogitare de miseriis ingresso abyssum luminis, atque illo pelago æternæ fœlicitatis absorpto. Affectus proinde tuus nō est imminutus, sed immutatus, nec quia Deū vidisti nostri cura te exuisti: Etenim ipsi Deo cura est de nobis. Quod infirmū est, abiecisti: sed non quod pium, *charitas* denique *nunquam excidit*. Non obliuiscaris me in finem: non expedit quidem. Scis vbi versor, vbi iaceam, vbi relinqueris me. Non est qui porrigat manum. Ad omne quod emerserit respicio ad fratrem Vincentium, vt consueueram, & non est. Heu tunc ingemisco miser, sicut homo sine adiutorio. Quem consulam in ambiguis? Cui in aduersis fidā? Quis portabit onera? Quis pericula propulsabit? Nonne vbique gressus meos Vincentij oculi anteibant? Qui nouistis eum, scitis vera esse quæ loquor. Nonne tuum Vincenti pectus curæ meæ notius quam meum ipsius habebant, familiarius incursabant, acriusque vrgebant? Nonne in lingua illa tua placabili & modesta meam à sermonibus sæculi frequentissime acrius vindicabas, amice reddebas quieti? Dominus dederat illi linguam eruditam, vt sciret quando deberet proferre sermonem. Ita denique in prudentia responsorum suorum, & in gratia sibi data desuper domesticis satisfaciebat & exteris. Occurrebat autem aduentantibus, se opponens ne subito meū ocium incursarent, si quibus sane satisfacere non per se nequibat, hos perducebat ad me, cæteros emittebat. O virum industrium, ô amicum fidelem, ô mansuetudo modesta, & amco gerebat morem, & non deerat officiis charitatis. Nec quærebat quæ sua sunt, qui se mediis ingerebat curis, vt ego vacarem. Sperabat enim, sicut erat humillimus, maiorem de mea quiete fructum, quam si vacaret: ipse siquidem plus omnibus laborabat, & minus omnibus accipiebat, ita vt sæpe cum aliis necessaria ministrabat, ipse egeret in pluribus: verbi causa, cibo, vestitu, & loco ad quiescendum. Gratias tibi ago, mi suauissime frater, de omni fructu meorum, si quis est in Domino studiorum, mearum prædicationum, meorum laborum in toto discursu per Italiam tanto tempore frequentato? tibi debeo, si profeci, si profui. Tu occupabaris, & ego tuo beneficio feriatus sedebam mihi, aut prædicationibus populi occupabar. Cur enim securus intus non essem, cum te sciem agentem foris, manum dexteram meam, lumen oculorum meorum, pectus meum & linguam meam? Equidem indefessa manus, oculus simplex, pectus consilij, lingua loquens iudicium; sicut scriptum est, Psal. 36. *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium*, Quot defectus commisissem in prædicationibus meis, nisi sensata sua ratio, & illuminatus spiritus, atque discretio summa me instanter & solicite docuisset? Non cognouit literaturam, sed habuit literarum inuentorem sensum, habuit illuminantem spiritum, iudicium rectum. Fateor me non habuisse in ordine, in verbi Dei doctrina, præter te, alium præceptorem. Tu magister meus, tu Doctor meus, tu doctor & rector meus. Quanta soliditate, veritate, discretione, atque prudentia illa tua humanitate & mansuetudine docebas me, instruebas me, corrigebas me, laborabas pro me, mente inuigilabas pro me, præmonebas me, cautum & circumspectum faciebas me. Si quid horum fuit in me, ex te fuit, à te processit, per te originem & incrementum sumpsit. Profecto hoc fecutus addo, mihi vtilis in omnibus, præ omnibus fuisti, vtilis in paruis & in magnis, in publicis & priuatis, intus & foris. Merito ex eo pendebam totus, qui mihi totum erat. Solum pene reliquerat mihi prouisoris honorem & nomen, sed ille præerat in solicitudine. Merito ergo requiescebat in illo spiritus meus, per quem licebat delectari in Domino, & in scripturis sanctis, prædicare liberius, dictitare frequentius, pausare quietius. Heu sublatus es, & hæc omnia. Tecum omnia pariter abiere, deliciæ & lætitiæ meæ, viuam quoad viuam, in senectute, in amaritudine, viuā in mœrore. Etenim *manus Domini tetigit me*. Me inquam tetigit & percussit, non illum quem ad requiem euocauit. Me inquam occidit, cum illum succidit. Nunquam enim occisum quis dixerit: quē Deus plantauit in vita. Exite lachrymæ: iam aperiantur cataractæ miseri capitis mei, & erumpant fontes aquarum, si forte sufficiant diluere sordes culparum, quibus irā merui. Luctus meus quæso, humano, atque pio pensetur affectu, non vsu, videmus nempe mortuos quotidie plangere mortuos suos: fletum multum, & fructum nullum. Nōn culpamus affectum, nisi cum excedit modum, sed causam. Ille nimirum naturæ est, & eius turbatio peccati pœna, hæc vanitas & peccatum. Etenim ibi sola, ni fallor, plorantur damna gloriæ carnis, vitæ præsentis incommoda & plorandi, qui ita plorant. Nunquid ego sic? Similis mihi affectus, sed altera causa, dissimilisque intentio. Mirabantur profecto multi, qui præsente funere dilecti fratris mei cernebant erumpere lachrymas ab oculis ex medio cordis mei, dissimulabam: sed ignis qui abconsus erat in corde meo, adurebat, & depascebat interiora mea, clausus serpebat latius, sæuiebat acrius, & tandem in lachrymas erumpebat. Nulla profecto mihi querela de omnibus, quæ sunt mundi. In his profecto, quæ Dei sunt, ademptum doleo, fidele auxilium, salutare consilium, Vincentium lugeo. Vincentius est in causa proximus, spiritu vltra 22. annos socius in proposito euangelij verbi Dei. Adhæserat anima mea animæ illius & dilectio vnam fecerat ex duabus. Cum ergo essemus cor vnum & anima vna, hanc meam pariter & ipsius animā pertransiuit gladius, & scindens mediā partē locauit in cœlo, atque aliā partem reliquit in cœno. Ego, ego illa porro misera in luto iacens truncata potiori parte, & dicitur mihi, Ne fleueris? Auulsa sunt viscera mea à me & dicitur mihi, Ne sentiris? Sētio, sentio licet inuitus, quia nec fortitudo lapidis fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Sentio prorsus & doleo, *& dolor meus in conspectu meo semper*. Non sane nos poterit insensibilitatis arguere ille verberans, quomodo illos, de quibus ait Iere. 5. c. *Percussisti eos & non doluerunt*. Non sum fateor insensibilis ad pœnas, Mortem horreo meā etiam & meorū: meus Vincentius erat, meus plane. An non meus, cum fuerit professione filius, solicitudine pater, peregrinatione socius, magisterio Doctor, charitate mater, consors spiritu, intimus affectu? is recessit à me. Sentio, læsus sum & grauiter, ignoscite fratres, & filij vicem dolete paternam. *Miseremini mei saltē vos amici mei*. Non reprehendo iudicium Dei, quo recipit quisque, quod dignum est. Ille coronam, quam meruit: ego quam debeo pœnam. Nunquid quia sentio pœnam, reprehendo sententiam; humanum est illud, hoc impium, humanum inquam & necesse affici erga charos, siue delectabiliter cum præsto sunt, siue cum absunt molestē. Non erit ociosa conuersatio socialis, præsertim inter amicos, & quid effecerit mutuus amor in sibi præsentibus, separationis indicat horror & dolor de inuicem separatis. Plango denique mi Vincenti, & si non super te, propter te tamen, hinc prorsus, hinc afficior grauiter, quia vehementer amo. Et nemo mihi molestus sit dicens, non deberet sic affici, cum

Auctor gratias agit defuncto de acceptis beneficiis.

Psal. 36.

Psal.

Ierem. 5.

Planctus amoris ex affectu nimio erga defunctum.

Inter amicos mutuus amor difficilē separationē efficit.

Digitized by Google

cum benignus Samuël ſuper reprobo Rege, & pius Dauid ſuper filio patricida ſatisfecerint affectioni, non ad iniuriam fidei, non inſuper in ſuggillationem iudicij: *Abſalon fili mi*, ait ſanctus Dauid, *fili mi Abſalon*, & Vincentius pluſquam Abſalon eſt. Saluator quoque videns ciuitatem Hieruſalem, & præuidens ruinam eius, *fleuit ſuper eam*: & ego propriam, & quæ in præſenti eſt, deſolationem non lentiam? plagam meã recentem & grauem non doleam? Ille compatiendo fleuit, & ego patiens non audebo? Profecto ad tumulum Lazari nec flentes arguit, nec à fletu prohibuit: inſuper & cum flentibus fleuit, *& lachrymatus eſt*, inquit, *Ieſus*. Fuerunt enim lacrymæ illæ teſtes naturæ, non indices diffidentiæ. Deinde & prodiit mox ad vocem eius, qui erat mortuus, ne continuo putes fidei præiudicium, dolentis affectum. Sic nec fletus vtique noſter infidelitatis eſt ſignum, ſed conditionis indicium. Nec quia percuſſus ploro arguo ferientem, ſed prouoco pietatem, ſeueritatem flectere ſatago: vnde & verba mea dolore ſunt plena, non tamen & murmure. *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Cãtet tibi miſericordia, quam feciſti cum ſeruo tuo Vincentio. Cantet tibi iudicium, quod portamus, in altero bonus, in altero laudabilis & iuſtus. An ſolum laus bonitatis tibi conuenit? Inſuper & iuſtitiæ: *iuſtus es Domine & rectum iudicium tuum*, Vincentium tu dediſti, Vincentium tu abſtuliſti. Et ſi dolemus ablatum, non tamen obliuiſcimur, quod datus fuit, & gratias agimus, quod habere illum meruimus. *Dominus* igitur illum *dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum* per infinita ſæcula ſeculorum, Amen.

Pſal.

Pſal.118.

Articvlvs Tertivs.

De triplici conſolatione, quæ à Domino pie lugentibus datur.

Triplex conſolatio in præmium datur pie lugentibus.

TErtio autem conſideremus luctus præmium, quia Dominus ait, *Quoniam ipſi conſolabuntur*. Triplex profecto conſolatio in præmium pie lugentibus datur. Prima eſt remiſſionis, ſecunda lætificationis, tertia glorificationis. Et vna alteri gradatim ſuccedit.

De conſolatione, quæ à Domino datur iis, qui lugent peccata ſua,

Cap. I.

Prima cõſolatio. Iudith.8. Gloſſ.

PRimo enim conſolatio eſt remiſſionis, quia propter lachrymas remittuntur peccata, vnde Iudith. 8. *Indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus*, Gloſſa ibid. ait, Lachrymæ pondera vocis habent, quæ, imperant, non ſupplicant. Et iterum Ambr. inquit: Oratio lenit, lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit. Et idẽ ſupra Luc. lib. 19. inquit: Lachrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego: ſed defendi non poteſt, ablui poteſt: lauant lachrymæ delictum, quod pudor eſt confiteri, lachrymæ veniam non poſtulant, & impetrant. Fleuit amarè, vt lachrymæ lauarent delictum. Tu ſimiliter lachrymis dilue culpam. Non inuenio quid dixerit, ſed quod fleuerit. Et Ber. ſuper Can. ait. Lachrymę pœnitentium vicinæ ſunt Angelorum, quia in illis odor vitæ, ſapor gratiæ, guſtus indulgentiæ, ſanitas redeuntis innocentiæ, reconciliationis iucunditas, & ſerenatæ conſcientiæ ſuauitas. Talis luctus eſt irriguum Magdalenæ, quæ, vt dicitur Luc. 7. *Stans retro ſecus pedes Ieſu, lachrymis cœpit rigare pedes eius*. Proinde meruit à Domino audire, *Remittuntur tibi peccata tua*. Luctus eſt myſtice mare æneum, ſiue mare templi, in quo lauabantur ſacerdotes, id eſt animæ peccatorum. 3. Reg. 7. c. Hoc eſt lauatòrium clauſtri ſpiritualis, id eſt animæ Deo dicatæ: in cuius perſona Propheta ait, Pſal. 6. *Lauabo per ſingulas noctes*, &c.

Ambr.

Ber.

Luc.7.

3.Reg.7.

Pſal.6.

Hoc eſt balneum in pomærio Suſannæ, vbi ipſa lauabatur, Dan. 13. Hæc eſt ciſterna Bethleem, cuius aquas deſiderabat Dauid, 2. Reg. 23. Hic eſt fons hortorum dilectæ ſponſæ, & puteus aquarum viuentium, Cant. 4. Hoc eſt natatorium Siloe, vbi cæcus illuminatur, Ioan. 9. cap. Hic eſt fluuius Iordanis, in quo leproſus Naaman mundatur, 4. Reg. 5. Hæc eſt cella vinaria ſponſæ, de qua compunctionis & deuotionis vinum optimum propinatur, Cant. 2. Hoc eſt mare rubrum, in quo Ægyptij, id eſt crimina, & Pharao, id eſt Diabolus, cum toto ſuo exercitu, ſubmerguntur, Exo. 15. Hæ lachrymæ ſunt aquæ, in quibus capita draconis contribulantur. De quibus Propheta ait, Pſal. 73. *Contribulaſti capita draconis*, id eſt vitia Diaboli, *in aquis*, ſcilicet lachrymarum. Hæc eſt probatica piſcina in aqua abluitur hoſtia id eſt, oratio: quæ Domino offerri debet, Ioan. 5. Merito ergo Caſſiod. ſuper illud Pſal. 41. *Fuerunt mihi lachryma mea panes die, ac nocte*, inquit, Fletus, cibus eſt animarum, corroboratio ſenſuum, abſolutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum.

Dan.13. 2.Reg.23. Cant.4. Ioan.9. 4.Reg.5. Cant.2. Exod.15. Pſal.73. Ioan.5. Caſſio. Pſal.41.

Quanta lætitia & conſolatione replentur, qui per luctum impetrarunt peccatorum remiſſionem.

Cap. II.

Secũda cõſolatio. Chryſoſt.

SEcunda conſolatio eſt lætificationis, & hæc oritur ex peccatorum remiſſione, ſecundum enim Chryſoſt. ſuper Matt. ſicut poſt vehementes imbres aër mundus, ac purus efficitur, ita etiam poſt lachrymarum pluuias, ſerenitas mentis ſequitur, atque tranquillitas. Proinde Propheta in perſona gaudentis poſt lachrymas ait, Pſal. 103. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo*, ſcilicet radicatorum, ac per lachrymas oſtenſorum *conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam*. ſcilicet propter illa, quæ per lachrymas conſecutus ſum. Merito ergo Chryſoſt. in quodam ſermone ait: Nemo ad Deum aliquando flens acceſſit: qui non quod poſtulauit acceperit: Nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non impetrauerit. Ipſe enim eſt, qui conſolatur flentes, dolentes curat, pœnitentes informat. Et iterum Propheta inquit, Pſal. 26. *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi*. Et Ierem. 31. Dominus ait: *Conuertam luctum eorum in gaudium & conſolabor eos, & lætificabo à dolore ſuo*. Et Iſa. 40. c. etiam in perſona Domini inquit: *Conſolamini, conſolamini populę meus, dicit Dominus Deus veſter, loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam, quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas eius.*

Pſal.103. Chryſoſt. Pſal.16. Ierem.31. Iſa.40.

Quod pie lugentes diuerſa beatitudine præmiantur.

Cap. III.

Tertia conſolatio. Beatitudo ſumitur tribus modis.

TErtia eſt conſolatio glorificationis, quæ poſt lætificationem à Domino miſericorditer dispenſatur. Sumitur autem glorificatio, ſeu beatitudo tribus modis. Primo large, ſecundo proprie, tertio propriiſſime. Primo modo large, & ſecundum hoc charitas, ſeu gratia gratum faciens, beatitudo dicitur, quia æterna beatitudine facit dignum. Et de hac Propheta inquit, Pſal. 83. *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs, te*, immo quælibet virtus formata, & quodlibet donum Spiritus ſancti, & quilibet fructus ſpiritus poteſt dici beatitudo prædicto modo. Secundo modo proprie & magis ſpecialiter, & ſic beatitudo eſt actus, ſeu perfectio animæ iam purgatæ immediata ad beatitudinem & ſic ſumitur in beatitudine occurrenti. Tertio modo ſumitur propriiſſime, ſcilicet beatitudo præmij, quod duplex eſt ſcilicet increata, quæ Deus eſt: & creata, quæ eſt ſtatus omnium beatorum aggrega-

Pſal.83.

Digitized by Google

tione perfectus. Et de hac Propheta inquit, Psal. 83. *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* De hac etiã intelligi potest, quod Dominus ait: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Talibus lugentibus Isa. vlt. c. Dominus ait: *Lætamini cum Hierusalẽ, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam, gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugebatis super eã, vt sugatis, & repleamini ab vberibus consolationis eius, vt mulgeatis,* id est lac exprimatis, & deliciis assluatis ab omnimoda gloria eius. Et iterum Propheta inquit, Psal. 125. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent*, hîc per gratiam & in futuro per gloriam, quam nobis largiri dignetur lugentium consolator Dominus Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto gaudium est omnium Beatorum per infinita sæcula sæculorum, Amen.

Psal. 83. *Isa vlt.* *Psal. 125.*

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hi Sermo, qui est de quarta beatitudine, est esuries iustitiæ seu famelica iustitia, vbi agitur quomodo anima in præsenti vita, & in gloria saturatur, qui sermo continet tres articulos, quorum vnusquisque complectitur tria capita.

Articuli primi, Quod famelica iustitia ardenter tribuit vnicuique, quod suum est.

Cap. 1. Quod famelica iustitia Dei tribuit tria.

Cap. 2. Quod esuriens iustitiam sibi ipsi etiam tribuit tria.

Cap. 3. Quod esuriens iustitiam proximo suo etiam tribuit tria.

Articuli secundi, Quod tripliciter esurit & sitit etiam in vita præsenti anima bonis spiritualibus saturata.

Cap. 1. Quod rationalis insatiabiliter saturatur per fidem de diuina veritate.

Cap. 2. Quod irascibilis per spem insatiabiliter saturatur de diuina sublimitate.

Cap. 3. Quod concupiscibilis per charitatem insatiabiliter saturatur de diuina bonitate.

Articuli tertij, Quod famelica iustitia in beata vita triplici saturitate insatiabili præmiatur.

Cap. 1. Quod in gloria intellectus insatiabiliter saturatur de visione diuina.

Cap. 2. Quod in gloria insaturabiliter saturatur memoria de securitate diuinæ possessionis.

Cap. 3. Quod in beata vita voluntas humana insaturabiliter satiatur de diuina fruitione.

Quarta Beatitudo est esuries iustitiæ, seu famelica iustitia, vbi agitur quomodo anima in præsenti vita, & in gloria saturatur.

Sermo VIII.

Matt. 5. BEati, *qui esuriunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Iterum vbi supra. Ad quartam Beatitudinem perducti sumus, quæ merito sequitur post prædictas. Qui enim mundana contempsit, moresque suos mansuetudine rexit, atque miserias suas, & alienas luxit, iam esurire & sitire iustitiã potest, quod prius non potuisset. Proinde Amb. super Luc. ait: Postquam delicta fleui, esurire incipio, & sitire iustitiam. Æger quippe non esurit, cum graui morbo laborat. Dupliciter se habet homo ad iustitiæ virtutem. Primo communiter, secundo excellenter. Primo quidem communiter, scilicet cum bene se habet ad proximum in his, quæ habent debiti rationem, vnicuique reddendo, quod sibi iuste debetur, non procrastinando, nec diutius retardando. Et hoc fit per iustitiam, quæ virtus politica est. Secundo vero se habet homo ad iustitiam excellenter, & hoc fit per esuriem iustitiæ, atque sitim, videlicet quando homo debita iustitiæ, cum quodam insolito & feruido desiderio operatur, & operari speculatur subtiliter, quemadmodum esuriens, atque sitiens frequenter comedit, ac bibit, & hoc agere imaginatur. Et de hoc in beatitudine iustitiæ Dominus ait: *Beati, qui esuriunt*, &c. Per hanc enim iustitiam immediate coniungimur Deo, quod non fit per alias virtutes cardinales. Insuper sicut Hier. ait: Non sufficit nobis velle iustitiam, nisi iustitiam faciamus & esuriamus, vt sub hoc exemplo nunquam nos satis iustos, sed semper esurire iustitiæ opera intelligamus. Ratio huius est, secundum Chrysost. Quoniam omne bonum, quod non ex amore ipsius boni, qui est animæ fames, faciunt homines, ingratum est ante Deum. Ideo debemus esurire, & sitire iustitiam. Esuriunt enim iustitiam qui secundum Dei iustitiam desiderant conuersari. Et illi iustitiam sitiunt, quis eius scientiam acquirere cupiunt. Esuries quoque iustitiæ est desiderium summi boni. Sed aduertendum est, secundum Hier. in epistola ad Demetriadem, quod omnes virtutum species vno iustitiæ nomine continentur. Est ergo famelica & sitibunda iustitia omnium virtutum, atque bonorum insatiabilis appetitus. Proinde Bern. in quadam epistola ait: Nunquam iustus arbitratur se comprehendisse; nunquam dicit, satis est: sed semper esurit, sititque iustitiam, ita, vt si semper viueret, semper quantum in se est, iustior esse contenderet, hoc enim Luc. 17. c. docebat Dominus discipulos suos dicens: *Cum hæc omnia feceritis, dicite, serui inutiles sumus.* Esuries quippe animati corporis, est appetitus eorum, quæ possunt secundum naturam sustentare naturam: Esuries autem & sitis animæ rationalis est, deuenire in optimum, atque verum. Cum enim rationali animæ amplior gratia condonatur, in ampliora tendit esuriens, vt etiam impatienter appetat à minimis vitiis liberari, & potioribus virtutibus inhærere, atque pœnis intentatis, & mortem appetere non desistat, & semper subiacet laboribus, quousque obtineat, quod ipsa optat. Tractantes igitur de hac famelica & sitibunda iustitia, triplicem famem & sitim ad præsens consideremus. Prima est fames iustitiæ, secunda est fames gratiæ, tertia est fames gloriæ.

Ambros. *Duplicitur se habet homo ad iustitiæ virtutem.* *Primo communiter.* *Secundo excellenter.* *Hiero.* *Chrysost.* *Hiero.* *Bernard.* *Luc. 17.* *Triplex est fames iustitiæ.*

Articvlvs Primvs.

Quod famelica iustitia ardenter tribuit vnicuique, quod suum est.

PRima est fames & sitis iustitiæ, id est ardens desiderium, atque bene viuendi insatiabilis appetitus. Nam esurire, est de re manducabili meditari. Sic esurire iustitiam est de illa affectuose & assidue meditari. Et talis esuries meliora bonis, & melioribus optima anteponit. Vnde Aug. de vera religione ait: Hæc est perfecta iustitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus. Et Greg. 12. q. 2. c. cum deuotissimam, ait: Summum in rebus est bonum iustitiam colere, ac cuique iura seruare. Talis esuriens iustitiam, tribuit vnicuique, quod suum est. Primo ipsi Deo, secundo sibiipsi, tertio proximo.

Aug. *Gregor.*

Quod famelica iustitia Deo tribuit tria.

Cap. I.

PRimo enim famelica iustitia & sitibunda, Deo tribuit tria. Primo honorem, secundo amorem, tertio timorem. Honorem creatori, amorem redemptori, timorem iudici, quasi initium, medium, & finem

Famelica iustitia tria Deo tribuit scilicet honorẽ, amorẽ, & timorem.

Digitized by Google

finem sine fine à Domino habere recognoscamus, vt quodammodo primum pertineat ad Dei cognitionem, secundum ad Dei dilectionem, tertium ad Dei recordationem. Dei honor. Primo inquam hæc famelica iustitia tribuit Deo honorem, tanquam creatori. Et hic siquidem triplex est. Primus est adoratio, secundus exoratio, tertius est veneratio. Primus enim est adoratio. Est enim adoratio subiectio & humiliatio interior & exterior, qua Deo nos subiectos esse ad perdendum & saluandum plenarie profitemur, Sic & adorabat Dominum propheta, Psal. 30. dicens: *In manibus tuis sortes meæ.* Secundus est exoratio, per exorationem enim ad Deum refugimus inclinandum. Sic faciebat Propheta, cum dicebat, Psal. 38. *Exaudi*, id est efficaciter audi, *orationem meam, & deprecationẽ meam auribus percipe*, id est diligenter attẽde, *lachrymas meas.* Tertius est veneratio, qua ad ipsum Deum & ad sacra eius non nisi decenter, hoc est loti & puri mente, & corpore accedere præsumamus, sicut Isa. 1. præcepit Dominus dicens: *Lauamini, mundi estote*, &c. Dei amor. Secundo vero talis iustitia amorem tribuit redemptori, sicut Deut. 6. omnibus præceptum est: *Diliges Dominum Deum tuum*, &c. id est dulciter, *& ex tota anima tua*, id est prudenter: *& ex tota fortitudine tua*, fortiter proinde Richard. super Canti. hoc idem: & Bern. ait: Disce Christiane à Christo amare Christum, ama dulciter, ama prudenter, ama fortiter: dulciter, ne illectus: prudenter, ne deceptus: fortiter, ne depressus ab amore Domini auertaris. Primo quidem amandus est dulciter: profecto Deum dulciter ille amat, qui eius dulcedinem, carnis & mundi delitiis anteponit. Et ad hoc hortatur Propheta dicens, Psal. 33. *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Secundo vero prudenter Deum ille amat, qui propter Christum proprium sensum relinquit. Vnde 1. Cor. 3. cap. Apostolus ait: *Si quis videtur inter vos esse sapiens in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum.* Tertio enim Deum fortiter amat, qui à propria voluntate se elongat, vt dicat Domino, sicut Matth. 26. Christus Patri pro ipso dicit: *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Dei timor. Tertio quidem hæc iustitia timorem tribuit iudici, cum Propheta dicat, Psalm. 7. *Deus iudex, iustus, fortis.* In quibus verbis ostendit Propheta, quod propter tria talis iudex timendus est. Primo quia infallibilis: secundo, quia inflexibilis: tertio, quia infugibilis. Primo enim, quia erit infallibilis, vnde ait, *Deus iudex*, scilicet erit in iudicio. Deus enim interpretatur videns. Quis enim fallere poterit sapientiam cuncta cernentis? cum *inextinguibile erit lumen eius*, vt dicitur Sapien. 7. cap. Ideo, vt dicitur Isa. 29. *Peribit sapientia à sapientibus*, scilicet in iudicio. Quoniam, vt dicitur Iob. 12. *Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur.* Secũdo, quia inflexibilis: vnde subdit, *Iustus*, quis enim poterit flectere iustitiam eius; Scriptum est enim Prouerb. 6. *Zelus & furor viri*. id est, Christi, *non parcet in die vindictæ*, id est, iudicij, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec accipiet pro redemptione dona plurima. Tertio, quia erit infugibilis, ideo subditur, *fortis.* Nam quod iuste iudicauerit, potenter & fortiter exequetur, nec ab executione poterit impediri. Vnde Iob. 9. cap. inquit: *Deus cuius iræ resistere nemo potest.* E Ioannes Baptista, Matth. 3. cap. ait: *Quis vobis demonstrabit fugere à ventura ira?* scilicet iudicis perturbati. Et iterum Propheta inquit, Psal. 2. *Tunc*, scilicet in die iudicij, *loquetur ad eos in ira sua* dicens: *Surgite mortui, venite ad iudicium.* Quod verbum asperum erit malis, & suaue bonis, *& in furore suo*, scilicet quando cum eis disceptabit dicens: *Esuriui & non dedistis mihi manducare*, &c. Matth. 25. Quod quidem verbum asperum erit malis. Tunc inquam *conturbabit eos*, cum scilicet subdet, *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, Matth. 25. Quod verbum erit horribile malis. Iustus autem, *ab auditione mala non timebit*: quæ erit quando dicetur, *Surgite mortui*: Neque à peiori, quæ erit quando dicetur, *Esuriui*, &c. Neque à pessima, quæ erit quando dicet Dominus, *Discedite à me maledicti in ignem æternum.*

Primo igitur tribuit Deo honorem, qui quidem triplex est.
Primus est adoratio.
Psal. 30.
Secundus est exoratio.
Psal. 38.
Tertius est veneratio.
Isa. 1.
Deut. 6.
Richar. Bern.
Amandus est Deus primò dulciter.
Psal. 33.
Secundo est amãdus prudenter.
Tertio amãdus est fortiter.
Matth. 26.
Psal. 7.
Deus iudex timendus est.
Propter tria.
Primo quia infallibilis.
Sap. 7.
Isa. 29.
Iob. 12.
Secundo quia inflexibilis.
Prou. 6.
Tertio quia infugibilis.
Iob. 9.
Matth. 3.
Psal. 2.
Matth. 25
Matth. 25.

Quod esuriens iustitiam sibiipsi etiam tribuit tria.

Cap. II.

SEcundo hic esuriens & sitiens iustitiam sibiipsi etiam tribuit tria. Primo munditiam, secundo custodiam, tertio disciplinam. Munditiam cordi, custodiam ori, disciplinam corpori. Munditia cordis. Primo enim tribuit munditiam cordis: proinde metuens cordis maculam cum Propheta ad Dominum inquit, Psalm. 18. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.* In quibus verbis à tribus postulat emundari Primo *à delictis*, secundo *ab occultis*, tertio *ab alienis.* Primo *à delictis*, vnde ait, *Delicta quis intelligit?* quasi dicat nullus omnia. Peccatum est in commissis, delictum in omissis. Dei ctum, quasi derelictum bonum. Et hæc intelligere difficilius est. Quod aduertens. Iob. 9. cap. ait: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti:* vbi glossa. *Verebar omnia opera mea*, etiam bona, quia in operibus bonis duo sunt timenda: desidia, & fraus. Desidiam facit timor & amor mundi: Fraudem vero proprius amor sui, dum pro bene actis tacita humani cordis gratia, vel fauoris aura, vel quælibet res exterior desideratur. Ex his patet, quod etiam operando bona homo incidit in delictum, scilicet in omissione, vel diligentiæ debitæ, vel intentionis rectæ. Diligentiæ debitæ, & de hac Ierem. 48. *Maledictus, qui facit opus Domini negligenter*, alias fraudulenter. Intentionis rectæ: vnde Matth. 6. c. Dominus ait: *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Et si bona faciendo homo incidit in delictum, multo amplius bona dimittendo & mala operando. Propterea difficile est & impossibile intelligere ipsa delicta. Secundo postulat emundari *ab occultis*: vnde subdit, *Ab occultis meis munda me Domine.* In his verbis manifeste instruimur, vt oremus pro peccatis nostris oblitis vel ignoratis. De quibus Augustinus ait: Pius Dominus piè pœnitentibus, aliàs petentibus: aut peccata dimittit, aut oblita ad memoriam reducit. Ait enim, *meis*, id est ex me prouenientibus & non ex alio, quo genere diabolus peccatum fecit. Tertio postulat emundari ab alienis dicens: *Et ab alienis parce seruo tuo, Ab alienis* ait, scilicet quæ diaboli, vel hominis suggestione operatus sum. Dicuntur autem aliena primo, quia sunt illius, qui suggerit: secundo efficiuntur illius, cui suggeruntur, si corde consentit, quo genere peccauit Adam. Et de talibus Propheta inquit, Psalm. 124. *Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.* Et subditur, *Parce seruo tuo*, scilicet tu, cui proprium est misereri semper & parcere. Quod vtique Dominus facit in custodiendo, ne labamur: vel lapsis dimittendo peccata, ne damnemur. Custodia oris. Secundo talis famelica iustitia tribuit custodiam ori. Proinde in persona huiusmodi iusti Propheta inquit, Psalm. 38. *Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me.* In quibus sacratissimis verbis triplicem custodiam ori apponendam esse ostendit. Prima est custodia vitæ, secunda est custodia linguæ, tertia est custodia patientiæ. Prima inquam est custodia vitæ: vnde Propheta ait, *Dixi*, id est firmiter in corde proposui, *custodiam*, id est vt custodirem *vias meas*, scilicet cogitationes, locutiones, & operationes. De quibus Ierem. 7. cap. ait: *Bonas facite vias vestras & studia vestra.* Studia quidem hominum,

Sitiens iustitiam sibi ipsi tria tribuit.
Primo munditiã cordis.
Psal. 18.
Iob. 9.
Gloss. 4.
Ierem. 48.
Matth. 6.
August.
Psal. 124.
Secundo tribuit custodiã oris.
Psal. 38.
Custodia oris tripliciter est apponenda.
Prima est custodia vitæ.
Ierem. 7.
Studiũ quid.

Digitized by Google

sunt cogitationes eorum, affectiones, & intentiones, per quas se applicant ad aliquod malum, vel bonum. Est enim studium intenta animi applicatio. Talia quidem tunc fiunt bona, cum diuinæ legi conformantur, & secundum regulas diuini iuris, quæ sunt decem præcepta, diriguntur & regulantur. Secunda autem est custodia linguæ: & de hac subdit, *Vt non delinquam in lingua mea.* Merito enim præmisit custodiam vitæ, custodiæ linguæ: quia nisi diligenter homo custodiat vitam suam, non potest custodire & refrænare linguam suam: quinimmo secundum quod homo labitur in vita, labitur & in lingua, iuxta illud Matth. 12. *Malus homo de malo thesauro cordis profert mala,* scilicet opera, atque verba. Ait ergo, *Vt non delinquam in lingua mea.* Sed ad custodiam linguæ non sufficit custodia vitæ, nisi adsit adiutorium diuinæ gratiæ. Ideo Propheta auxilium à Domino ad hoc alibi postulabat dicens, Psalm. 140. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis.* Custodia quidem oris, est lumen rationis, seu ratio illuminata, cum lingua sit instrumentum rationis. Ostium quoque exposcit, quod possit pro loco & tempore claudi & aperiri, quia Eccl. 3. ait, *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Sed *ostium circunstantiæ*, superaddit. Hæc circunstantia septuplex est. Nam septem sunt diligenter in locutione consideranda. Primo, quis loquitur: secundo, quare loquitur: tertio, quid loquatur, quarto, quibus loquatur: quinto, quando loquatur: sexto, quomodo loquatur: septimo, quantum loquatur. De quibus latius dictum est in tract. de Christiana vita, serm. 1. art. 2. & cap. 2. Difficultatem vero obseruandi omnia supradicta considerans Eccl. in fine 22. cap. inquit: *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam in ipsis, & lingua mea perdat me.* Tertia est custodia patientiæ. Et de hac Propheta subdit: *Posui ori meo custodiam* id est rationem patientem, quasi dicat. Non solum seruaro, sed etiam diligenter seruaui. Et merito, cum Prouerb. 21. cap. scriptum sit: *Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.* Et addens, quod hoc fecit, quando magis arduum & necessarium fuit, inquit: *Cum consisteret peccator aduersum me,* id est diabolus, vel homo insidiator & procurator ad linguæ lapsum. Disciplina corporis. Tertio vero hæc famelica iustitia & sitibunda tribuit disciplinam corpori: secundum enim morales, Disciplina est competens informatio animæ ad id, quod est vtile & honestum. Proinde corpori necessaria est, eo quod à natura corrupta indisciplinatum sit. Vnde disciplina dicitur, quasi discplicina, quia semper displicet carni. Consideremus itaque in carne, vel circa carnem, ad præsens tria. Primo disciplinæ contrarietatem, secundo disciplinæ necessitatem, tertio disciplinæ vtilitatem. Primo inquam consideremus disciplinæ contrarietatem, quia caro semper spiritui & spiritualibus aduersatur: vnde ad Gal. 5. c. Apost. ait: *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem:* hæc enim inuicem aduersantur. Sequitur: *manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuriæ, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia.* Et additur, *qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Prima animæ nostræ euenit sicut socio furis, qui cum fure suspenditur: sic anima damnatur propter societatem carnis. Item caro delicatè nutrita est sicut asinus pinguis, qui recalcitat & proiicit Dominum suum in lutum. Hæc contrarietas carnis contra spiritum vsque ad mortem semper perseuerat in nobis: hinc Propheta ait, Psalm. 15. *Vsque ad noctem*, id est vsque ad mortem, *increpuerunt me renes mei:* hoc est reprehensibilem me ostenderunt meæ concupiscentiæ naturales. Et Hier. ait: Quocunque pergo, me-

Secunda custodia est linguæ.

Matth. 12.

Psalm. 140.

Eccl. 3.

Circunstantia labiorum septuplex est iuxta considerationes loquendi.

Eccl. 22.

Prou. 21.

Tertio tribuit disciplinam corpori.

Disciplina quid.

Iuxta disciplinam tria consideranda sunt.

Primo contrarietas. Galat. 5.

Psalm. 15.

Hier.

cum meum hostem porto. Et quidam versificator inquit.

Pax erit hæc nobis semper, dum vita manebit,
Cum pecore infirmo, quæ solet esse lupo.

Merito ergo Propheta ait, Psal. 37. *Non est sanitas in carne mea.* Quia contra spiritum & virtutes semper à carne pullulant symptomata vitiorum. Nam sicut pili à carne, sic mala desideria ab illa ortum & originem habent, & sicut pili absque læsione præciduntur, sed non sine dolore euelluntur: sic desideria carnis absque periculo possumus temperare, euellere autem non. Pili quoque præcisi iterum oriuntur: sic & desideria carnis, quamuis secentur, iterum renascuntur & pullulant. Secundo consideremus disciplinæ necessitatem. Est quippe necessaria disciplina, vt spiritui contra infirmitatem carnis auxilium præstet. Nam teste Domino, Matt. 26. *Spiritus quidem promptus est,* scilicet semper ad bonum. *Caro autem infirma,* scil. semper inclinans ad malum. Vnde sicut quãto plus de fimo ponitur in ipsa terra, tanto amplius herbæ inutiles crescunt, nisi sarculo extirpentur: Sic quanto magis homo delicatè nutriuerit & impugnauerit carnem suam, tanto magis insurgunt inordinati concupiscentiæ motus, nisi sancta disciplina diligentius excolatur. Sæpe enim sarculo commota terra non permittit pullulare siluestres herbas. In huius mysteriu Hiere. 10. nos admonet dicens, *Nouate vobis nouale.* Dicitur enim hoc nouale, lis; & hæc noualis, lis, in eodem sensu. Et est ager vel terra quæ cultura sæpius innouatur. In quo mystice admonemur quod terram corporis nostri debemus per disciplinã sæpius innouare. Ad hoc Augustinus super Ioan. ait: Spiritus deficit, vbi caro requiescit, vt enim caro mollibus, sic anima duris nutritur. Illam blanda refouent, hanc aspera exercent. Et iterum Chrysostomus super epistolam ad Hebr. ait, Corpori molli reddito necesse est & animam participare ex corporis morbo. Bern. quoque in quodam sermone ait: Cur carnem tuam pretiosis rebus impinguas & adornas, quam post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro, & animam tuam bonis operibus non adornas, quæ Deo & Angelis eius præsentanda est in iudicio? Cur ergo animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? Dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abusio est. Anima quidem & caro sunt quasi duæ situlæ in puteo applicatæ, quarum quando vna ascendit, altera descendit. Sic, quando caro infirmatur, spiritus impinguatur, & econuerso. Vnde 2. Corint. 12. Apost. ait: *Cum infirmor,* scilicet in corpore, *tunc potens sum,* scilicet in mente. Sunt tamen plerique qui fortes sunt ad opera mundi & carnis: debiles vero ad ea, quæ sunt Dei & spiritus. Proinde asinis similantur, qui à parte posteriori sunt fortes, à parte vero anteriori, vbi est crux, debiliores sunt. Tertio consideremus disciplinæ vtilitatem. Sicut enim spiritus carni adhærens conditiones carnis induit, & totus carnalis fit: de quo statu 1. Cor. 2. c. Apost. ait: *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei:* sic econtra spiritus per carnis disciplinam Deo inhærens, sic à Dei spiritu absorbetur: & ita super carnem dominium sumit, vt spiritus etiam carnem ad conditiones suas modo quodam transformet. Et hic status hominis propriè spiritualis denominatur: in quo homo faciliter iudicat præsentia & futura. Propterea Apostolus vbi sup. subiungit dicens: *Spiritualis omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur.* Vnde in persona talium disciplinatorum Propheta iubilando ait, Psalm. 46. *Subiecit populos nobis & gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hæreditatem suam,* ait enim, *Subiecit populos nobis*, id est rationis motus, qui debent regi & foueri in bonum: *& gentes*, id est motus gentiles carnis, *sub pedibus nostris* scilicet vt conculcentur à nobis, iuxta illud, quod Genes. 10. Dominus homini ordinauit dicens: *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Et subditur, *Elegit nobis,*

Psal. 37.

Secundo necessitas.

Matt. 26.

Hiero. 10.

August.

Chrysost.

Bernard.

1. Cor. 12.

Tertio vtilitas.

1. Cor. 2.

Psalm. 46.

Genes. 10.

Digitized by Google

nobis, ſcilicet Deus *hæreditatem ſuam*, id eſt gloriam ſempiternam. Loquitur enim Propheta de Domino, ſicut de bono patre, qui quando fit diuiſio & portio inter filios, dilecto filio & maxime paruulo eligit potiorem partem, nec ſuſtinet quod ille filius eligat, quia faciliter deciperetur. Sic quoque plerique ſunt, qui libentius eligerent in carnis deliciis gaudere, in præſenti vita, quam ſub diſciplina carnem domare, vt demum acquirerent gloriam ſempiternam. Sed pius Dominus eligit nobis, quaſi neſcientibus eligere, *hæreditatem ſuam* ſicut prædictum eſt. Et hoc ſiquidem facit per diſciplinam carnis. Et merito hoc agit: Nam & figulus non poteſt formoſa vaſa operari de terra, niſi prius fuerit bene trita vel cribrata & vndique agitata. Sic nec Deus vult facere vaſa gloriæ de corporibus noſtris, niſi fuerint prius diligenter diſciplinata, propter hæc omnia Propheta in Pſal. 2. ait: *Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Et poteſt eſſe thema in particula huius capituli.

Pſal. 2.

Quod eſuriens iuſtitiæ proximo ſuo etiam tribuit tria.

Cap. III.

Famelica & ſitibunda iuſtitia tria etiam proximo tribuit.

TErtio quoque hæc famelica & ſitibunda iuſtitia tribuit proximo etiam tria, ſcilicet primo obediẽtiam, ſecundo concordiam, tertio beneficentiam. Obedientiam ſuperiori, concordiam pari, beneficentiam inferiori. Ratio autem prædictorum eſt, quia ſecundum

Dion.

Amor habet triplicẽ vim.

ſententiam Dion. de diuinis nominibus, Amor habet triplicem vim ſcilicet eleuatiuam, concordatiuam & inclinatiuam. Primo enim habet vim eleuatiuam, quia eleuat ad ſuperiora: & hæc eſt obedientia ad ſuperiores. Secundo habet vim concordatiuam ad pares. Tertio habet vim inclinatiuam, & hæc eſt beneficentia ad inferiores, vt patenter clareſcat quod omnia hæc tria ex proximi dilectione procedunt & procedere habent. Obedientia ad ſuperiores. Primo quidem tribuit obedientiam ſuperiori, hanc fameſcebat & ad hanc ſitiebat Propheta, cum dicebat, Pſal. 16.

Primo tribuit obedientiam.

Pſal. 16.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, &c. Semitæ profecto ſunt viæ eſurientis atque perfectiſſimæ iuſtitiæ. De quibus Prouerb. 12. in fine Salomon ait: *In ſemita iuſtitiæ vita.* Et 15. c. idem ait. *In abundanti iuſtitia virtus maxima eſt*, iuſtitia ſimplex eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt. Vnde cum quis ſe totum dat Deo, vel potius totum Deo ſe reddit, exponendo ſe pœnitentiæ veræ, adhuc non niſi ſimplicem & communem iuſtitiam implet. Proinde ſi vult perfectus eſſe, & maximam virtutem acquirere, quæ eſt in abundanti & eſurienti iuſtitia, oportet vt ſe non ſolum, cui debet, ſubiiciat ſe: ſed etiam homini propter Deum. Et hoc quidem maxime fit per illam obedientiam ſanctam, de qua 1. Reg. 15. *Melior eſt obedientia, quàm victimæ.* Obedientia enim fit homini propter Deum, cui non debetur: victimæ vero fiunt Deo, cui debentur. Mira ergo obedientiæ virtus eſt admodum Deo grata. Vnde Auguſt. ſuper Pſalm. inquit: Non potuit Deus perfectius demonſtrare, quantum ſit obedientiæ bonum, niſi cum prohibuit ab ea re, quæ non erat mala, ſola ibi obedientia tenuit palmam, ſola ibi inobedientia inuenit pœnam. Sic ergo perficiuntur greſſus, id eſt operationes in ſe mitis Dei, quas maxime ingrediuntur religioſi. Sed quia non ſufficit bonum incipere, niſi quod incœptum eſt conſummetur: ideo ſuppliciter orat dicens, *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis.* Ita videlicet *vt non moueantur veſtigia mea*, ſcilicet à ſemitis iſtis: quia, vt dicit Dominus Luc. 9. in fine: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* Et iterum Matth. 10. cap. inquit: *Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Concordia ad pares. Secundo autem

Prou. 12.

Prou. 15.

1. Reg. 15.

Auguſt.

Luc 9.

Matth. 10.

hæc famelica iuſtitia tribuit concordiam pari, quia cum omnibus æqualibus ſatagit concordare. Hanc concordiam ſcit ſuperna dilectio, & charitatis amor. Vnde Ioan. 13. cap. Dominus ait, *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.* Quod obſeruantes primi conuerſi ad fidem, in omnibus concordes erant. Proinde Act. 10. cap. dictum eſt, *Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna.* Vbi Beda inquit, quod in Græca litera amplius eſt, ſcilicet, Et non erat ſeparatio in eis vlla. Vbi etiam inquit: Qui ſeculum perfectè reliquerant, nequaquam de generis dignitate, alias nobilitate, gloriantes, ſe inuicem præferebant, ſed velut vnius eiuſdem matris viſceribus editi, eodem fraternitatis amore gaudebant. Senſus eſt ergo, quod ſic per fidem & charitatem vnius Dei, & per mutuam charitatem erant ſibi inuicem inuiſcerati, & quaſi vnum cor effecti, vt nulla cauſa ſeparationis derogare poſſet vnitati eorum. Sed quia hoc maximum munus Dei eſt: ideo Propheta inquit, Pſalm. 67. *Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo*, id eſt in eccleſia Dei. Et alibi, Pſalm. 54. *In domo Dei ambulauimus cum conſenſu.* Et iterum ait, Pſalm. 132. *Ecce quam bonum*, &c. Et merito quidem. Nam ſicut Chriſtus inter Sanctos in cœlis habitat per charitatis gloriam: ita inter concordes & vnanimes habitat per charitatis gratiam, Domino atteſtante, qui Matth. 18. cap. ait: *Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Hinc Hilarius ſuper Matth. inquit: In tantum humanæ pacis Chriſtus concordiæ ſtuduit, vt vnitatis merito omnia quæ à Deo precanda ſunt impetranda eſſe confirmet. Eccleſiaſt. quoque 25. cap. ait: *In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier ſibi bene conſentiens*, hanc quidem concordiam & vnitatem generat, nutrit atque conſeruat, ſupportare inuicem in charitate, vt dicitur ad Epheſ. & ad Gal. 6. iterum ait, *Alter alterius onera portate*, ſcilicet humanæ infirmitatis. *Portate & ſic adimplebitis legem Chriſti*, ſcilicet qua Chriſtus nos ſpecialiter ligauit, quia præcipuè legem charitatis inſtituit. Proinde Ioan. 15. inquit: *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* & de lege Chriſti, id eſt de charitate, Deut. 33. myſticè ſcriptum eſt: *In dextera eius*, ſcilicet patris *ignea lex, ailexit populos, quaſi lex Moyſi:* quia extitit lex timoris in ſiniſtra Dei: lex autem euangelica, lex ignea eſt: quia extitit lex amoris, & in dextera Dei manet. De concordia quoque in exemplum noſtrum Iob. 25. c. ſcriptum eſt: *Fecit*, ſcilicet Deus, *concordiam in ſublimibus ſuis*, id eſt ſtabiliſſimo & tranquilliſſimo concordiæ nexu diſpoſuit & colligauit creaturas ſupernas, ſcilicet hierarchias ſpirituum beatorum & cœleſtia corpora. Non enim eſt illi pugna, aut contrarietas inuicem ſe diſſoluens, ac corrumpens, vt myſticè innuatur, quod qui in concordi charitate in præſenti vita non manet, ad ſupernorum concordiam non aſcendet. Beneficentia ad inferiores. Tertio famelica iuſtitia tribuit beneficentiam inferiori. Ad hoc hortatur Apoſtolus 12. cap. ad Roman. dicens, *Qui præeſt, in ſolicitudine eſſe debet.* Aſpice quæſo in macrocoſmo, id eſt in maiori mundo, quanta ſit ſollicitudo ſuperiorum ad inferiora, cum influere ad illa nunquam ceſſent. Nam cœlum influentia ſua omnis generationis & corruptionis atque motus omnibus inferioribus cauſa eſt. Sol influentia ſua vniuerſa illuſtrat, incendit frigida & ad terræ fœcunditatem vapores in aëre leuãs tandem diſſoluit in pluuias, Luna humores in corporibus auget, & oſſa medullis replet, atque mitigat incendia ſolis. Ignis mirabiliter in multis hominibus auxilium præſtat, aër aſpirationem, aqua potum, atque terra alimenta miniſtrat. In microcoſmo: id eſt in minori mundo, qui eſt homo, idem ad litteram contemplare. Nam cor omnibus membris vitam &

Secundo tribuit concordiam.

Ioan. 13.

Actor. 10.

Beda.

Pſal. 67.

Pſal. 54.

Pſal. 132.

Matth. 18.

Hilar.

Eccleſ. 25.

Epheſ. 4.

Galat. 6.

Ioan. 15.

Deut. 33.

Iob. 25.

Tertio tribuit beneficẽtiam.

Rom. 12.

Digitized by Google

motum donat. Pulmo cordis flabellum est. Epar membris omnibus sanguinem purum transmittit: Cerebrum quoque ad cordis vtilitatem per corpus neruos diffundit, atque per eos membris omnibus sensum tribuit: Stomachus appetit cibum, coquit, & digerit, superfluumque emittit, atque quod vnicuique membro vtile est, ordinate distribuit. Si igitur tanta est beneficentiæ sollicitudo maiorum ad minores in maiori & minori mundo: quanta debet esse sollicitudo maiorum ad minores in mystico corpore Iesu Christi: Porro vera charitas fraternalis maxime maiorum ad inferiores, omnes sine deceptione diligit, quos potest Deo lucrifacit, temporalia propter fratres contemnit, decora & exemplaris est in conuersatione, humilis in condescensione, iucunda ad inimicos, benigna ad amicos, discreta in omnibus, socialis cum omnibus, sollicita pro omnibus, minimorum onera portat, atque quod his omnibus maius est, non excidit, sed semper fideliter perseuerat.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quod tripliciter esurit & sitit etiam in vita præsenti anima bonis spiritualibus saturata.

SEcunda principalis fames, est fames gratiæ. Et de hac Dominus subdit, *quoniam ipsi saturabuntur*, scilicet etiam in præsenti vita, qui esuriunt & sitiunt iustitiam. In argumentum profecto inhabitantis gratiæ & virtutis est, quod amplior bonorum gustatorum esuries in anima crescat & inardescat. Nam hoc habet proprium bonitas & sapientia Dei atque virtus, quod post saturitatem iterum atque iterum esuries subsequatur, & iterum sumpta desiderium accendunt, sic & per sapientiam Ecclesiast. vigesimo-
Eccl. 24. quarto dictum est: *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient:* Porro ad hoc glorioſa
Luc. 1. Virgo, Luc. 1. cap. exultando & iubilando de Domino ait: *Esurientes implenit bonis.* Merito enim ait, *Implenit*, id est saturauit, non satiauit, gratiæ quidem bona eo minus sariant, quo amplius replent. Esuries enim hæc, desiderium est. Gratia quidem Dei est animæ cibus, quæ quanto amplius crescit, tanto maius desiderium inardescit. Sed quibus bonis repleuit iustitiam esurientes? Profecto illa esse existimo, de quibus
1. Cor. 2. 1. Corinth. 2. cap. Apostolus ait: *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus:* scilicet in præsenti, *iis qui diligunt illum.* Hoc est manna absconditum, quod promittit Dominus, Apocalyp. secundo, illi, qui iustitiam esu-
Apocal. rit & sitit. Vnde inquit, *Dabo illi manna absconditum.* Manna quippe absconditum est admiranda gratiæ Dei suauitas, communicata iustis, & indignis merito occultata. Sicut enim manna desuperueniens omnem suauitatis saporem in se continebat: sic gratia seu suauitas grata esurientibus iustitiam à Domino communicata inexplicabilem suauitatem præstat, quam soli præfati experiuntur, & ex ea insatiabiliter satiantur.
Tres sunt vires anime esurientis & sitientis iustitiam. Tres quippè animæ vires esurientes & sitientes iustitiam, etiam in vita præsenti donis & bonis cœlestibus saturabuntur. Primo rationalis, secundo irascibilis, tertio concupiscibilis. Hæc saturitas fit per theologicas virtutes: nam iustitia, provt hic sumitur, in se comprehendit fidem, spem & charitatem, quæ nos immediatè coniungunt Deo.

Quod rationalis insatiabiliter saturatur per fidem de diuina veritate.

CAP. I.

PRimo quidem in esuriente & sitiente iustitiam satiatur rationalis. Esurit quippe & sitit in præsenti vita ipsam primam & summam veritatem, cui modo saturitas fidei condonatur. Decem quippe gradibus ascendit per fidem rationalis ad saturitatem primæ, & summæ veritatis. Primus est audire sapientiam fidei. Secundus sedari mente à motibus passionum. Tertius mentem leuare à sensibilibus ad insensibilia. Quartus de insensibilibus seu spiritualibus meditari. Quintus verum à falso discernere. Hæc quinque spectant ad discretionem scientiæ fidei. Sequentes quinque spectant ad adhæsionem ipsius scientiæ fidei. Primus gradus est delectari in vero, secundus perfici mente per veritatem, tertius est quiescere in complacentia eius, quartus admirari eam, quintus credere per fidem illuminatam. De iis tamen latius dicetur in sermon. 7. cap. penultim. Per talem fidem assentitur anima primæ veritati propter se, & supra omnia, & insatiabiliter illi adhæret, quia quanto amplius intellectus de Deo speculatur, amplius illuminatur: ac quanto magis illuminatur, amplius famescit & sitit in Deo, & de Deo illuminari, & sic semper insatiabiliter satiatur. Proinde Augustin. definiens fidem, quantum ad suum obiectum & motiuum principium ait, Fides est illuminatio mentis ad suam veritatem. Et iterum inquit: Fides est res audax & improba perueniens quo non pertingit intelligentia. Ipsa est enim, quæ ascendit super Cherubim, & volat super Seraphim senas alas habentes, & ibi nunquam saturatur saturata.

Decem gradibus ascēdit per fidem ad saturitatem primæ veritatis vis iustitiæ rationalis.

Fides quid secundum Augustin.

Quod irascibilis per spem insatiabiliter saturatur de diuina sublimitate.

CAP. II.

SEcundum autem in esuriente & sitiente iustitiam irascibilis saturatur. Esurit enim & sitit irascibilis diuinam sublimitatem. Cui modo datur prælibatio spei, qua etiam saturata non saturatur, ad hanc esuriem spei hortabatur Propheta dicens, Psalm. 4.
Psalm. 4. *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Sacrificium quippe iustitiæ, quod mysticè super altare igne crematur, est ardens iustitiæ desiderium in altare cordis accensum. Quod quidem tunc sacrificatur, cum per insatiabilia iustitiæ opera, quasi insatiabili igne spe gloriæ anima insaturabiliter saturatur. Propterea subdit, *& sperate in Domino*, scilicet prædicto insatiabili modo. Sunt nanque plerique qui sine bonis operibus, immo cum multis criminibus dicunt se sperare in Domino, quod vtique non est spes, sed præsumptio de misericordia Dei, id est peccatum in Spiritum sanctum. Vnde ad veram & famelicam iustitiam atque spem alibi animam hortatur Propheta dicens, Psalm. 36. *Spera in Do-*
Psal. 36. *mino, & fac bonitatem:* non dicit fac bonum, sed *bonitatem*, quia bonum fieri potest non bono fine. Bonitas autem importat bonum bono fine completum, quod quidem requiritur ad veram spem, cum spes sit certa expectatio ex meritis proueniens: quia si facis bonitatem, iustè in Deo sperare potes. Alibi quoque Propheta ait, Psalm. 31. *Sperantem au-*
Psal. 31. *tem in Domino misericordia circundabit.* Nec inquit sperantem in meritis suis, sed *sperantem in Domino:*
Gregor. quia, sicut Gregor. ait: Vita Sanctorum succumbit, si pietas Dei desit. Hunc ergo misericordia circundabit, quia vndique illum proteget in præsenti. Atque in miram exhortationem prorumpens subdit: *Lætamini in Domino*, non in vobis, *& exultate iusti*, quasi dicat, *Lætamini* interius, *& exultate* exterius *iusti*, id est qui esuritis & sititis iustitiam, *& gloriamini*, id est participationem gloriæ iam susci-
pite: *omnes recti corde*, id est omnes, qui per esurientem iustitiam rectè ad Deum erigitis cor.

Quod

Digitized by Google

Quod concupiſcibilis per charitatem inſatiabiliter ſaturatur de diuina bonitate.

Cap. III.

TErtio inſuper in eſuriente & ſitiente iuſtitiam ſaturatur concupiſcibilis, qua eſurit & ſitit diuinam bonitatem. Cui in præſenti vita datur prælibatio charitatis. Vnde Propheta hanc eſuriem atque ſitim per experientiam ſentiens ad Dominum ait, Pſal. 41. *Quemadmodum deſiderat cervus*, &c. ſecundum enim quod habetur in gloſſis, ceruus caligantibus oculis extrahit ſerpentem ſuis naribus à cauerna, quem cum comederit, protinus currit ad fontem & bibit, ac deinde proiicit cornua, & totus mutatur & innouatur. Sicut ergo ceruus hauſto veneno deſiderat venire ad fontem aquarum, ſic & voluntas iuſti Deum eſuriens & ſitiens, hauſto veneno, id eſt reuocato ad memoriam venenoſo ſæculo, deſiderat venire ad guſtandum inſaturabiliter ſuauitatem Dei. Hoc deſiderium fames & ſitis eſt charitatis. Et quantum tale deſiderium deſiderabile, oſtenditur Prou. 13. vbi Salomon ait: *Lignum vitæ deſiderium veniens.* Talis profecto voluntas quanto amplius deſiderat, tanto deſiderare amplius concupiſcit. Non poteſt deſiderio ſatiari charitas, quæ ſemper deſiderare deſiderat, quemadmodum in perſona talis animæ deſiderantis Propheta inquit, Pſalm. 118. *Concupiuit anima deſiderare.* Profecto anima Deum amans amore ſatiari non poteſt, quia Deus eſt amor, quem qui amat, amorem amat. Qui enim amorem amat, facit circulum, vt apertè clareſcat quod nullus debeat eſſe finis, aut menſura amoris, cum amor ſit infinitus.

Pſal. 41.

Proverb. 13.

Pſalm. 118.

Articvlvs Tertivs.

Quod famelica iuſtitia in beata vita triplici ſaturitate inſatiabili præmiatur.

TErtia & principalis eſt fames gloriæ, ſcilicet quam patientur beati in gloria ſempiterna. Nam verbum ſupra poſitum, quod Eccleſiaſt. 24. c. inquit: *Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient:* non ſolum de ſtatu & ſiti gratiæ, ſed etiam de ſtatu & ſiti gloriæ intelligi poteſt. Sed nunquid beati ſemper deſiderant bibere Dei ſuauitatem, vt ſic per conſequens ſemper ſitiant? Dicendum quod ſitis ſeu eſuries ſumitur duobus modis. Vno modo pro indigentia rei abſentis, ſecundo modo pro complacentia rei præſentis. Primo inquam pro indigentia rei abſentis, & hoc modo ſonat in defectum pœnalem. Vnde eſurire atque ſitire, eſt proprie deſiderium cum quadam anguſtia mentis. Sentit enim anima ſui corporis internam exhauſtionem & conſumptionem, tanquam ſibi pœnalem, & ex hoc naturali impulſu cogitur vehementiſſimè inhiare ad extrinſecum cibum vel potum, quem intra ſe non habet. Et talis eſuries non eſt, nec erit in beatis. Secundo autem modo ſumitur eſuries pro complacentia rei præſentis, ſicut habens cultellum in menſa petenti dicit, ego indigeo, & hoc modo eſt eſuries in beatis. Nam deſiderium diuinæ gloriæ in eis non eſt ad rem abſentem vel diſtantem, ſed potius ad rem intimam & in plena facultate fruendi pro tota in futurum ſempiternitate poſſeſſa: Nec prouenit ex aliqua conſumptione interiori, ſed potius ex optima & ſemper vniformi diſpoſitione, & ideo nihil pœnale habet, ſed ſemper iucundiſſimam ſatietatem, quæ ſatietas non generat faſtidium: & ideo ſemper in vniformi accenſione amantis deſiderium tenet. Ex his clareſcere poteſt, quod quanto beatus in beatitudine gloriosior atque amplius ſaturatus & inebriatus eſt, tanto magis eſurit atque ſitit. Nam quanto plus delectatur in Deo; tanto plus deſiderat in eo & de eo delectari. Proinde Gregor. ait, Quando ad ipſum fontem vitæ venerimus, erit nobis delectabiliter impreſſa ſitis ſimul atque ſatietas: ſed longe erit à nobis neceſſitas, longe à ſatietate faſtidium, quia & ſitientes ſatiabimur, & ſatiati ſitiemus. Et Chryſ. ſuper Matt. etiam ait: Saturabuntur ſcil. largitate remunerantis Dei, quoniam maiora erunt Dei præmia, quàm Sanctorum deſideria. Proinde Dominus ait, Matt. 5. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt*, &c. Ecce quod fames ſimul & ſaturitas erit ibi. Triplicem quidem eſuriem patiuntur animæ beatorum in gloria ſempiterna, dum pleniſſimè ſaturantur. Primo intellectus eſuriem diuinæ viſionis, ſecundo memoria eſuriem diuinæ ſecuritatis, tertio voluntas eſuriem diuinæ dilectionis.

Ecclef. 24.

Sitis vel eſuries ſumitur dupliciter.

Primo pro indigentia rei abſentis

Secundo pro complacentia rei præſentis.

Gregor.

Chryſoſtom.

Matth. 5.

Triplicem eſuriem patiuntur animæ beatorum.

Quod in gloria intellectus inſatiabiliter ſaturatur de viſione diuina.

Cap. I.

PRimo quidem in gloria intellectus patitur eſuriem diuinæ viſionis. Nàm merito fidei datur ei cognitio ſummæ, & infallibilis veritatis. Et hæc cognitio ponit præſentiam rei viſæ cum inſatiabili ſaturitate, ſecundum enim Richard. de Media-villa, in 4. Hæc viſio Dei, eſt quidam habitus luminoſus in intellectu, quo eleuatur ad clare videndum Deum, ſicuti eſt. Vnde 1. Ioan. 3. ſcriptum eſt: *Similes ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt*, id eſt ſuam bonitatem, ſuam maieſtatem, ſuam veritatem, &c. cætera ſimilia. Et 1. Cor. 13. c. Apoſt. ait: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem*, id eſt videmus nunc Deum per ſimilitudinem creaturarum: tunc autem facie ad faciem, id eſt cognitione ad cognitionem. Ad hoc Iob. 33. *Videbunt faciem eius in iubilo*, id eſt in inexpreſſibili gaudio. Et ſubdit Apoſtolus, *Nunc cognoſco ex parte*, id eſt imperfectè: *tunc autem*, ſcil. in gloria, *cognoſcam ſicut & cognitus ſum.* Id eſt perfectè & præſentialiter, ſecundum enim Remigium, ly *ſicut*, non ponitur hic qualitatiue, quia aliter cognoſcet nos Deus, aliter nos Deum: quia cognoſcet nos Deus ſicut Deus, & ſicut ipſum decet: nos autem cognoſcemus eum ſicut creaturæ, & ſicut nos decet. Denique in patria triplex eſt viſio. Prima dicitur meridiana, ſecunda matutina, tertia veſpertina. Meridiana viſio eſt cognoſcere Deum in ſua eſſentia. Matutina autem viſio, eſt cognoſcere omnes creaturas in verbo. Veſpertina vero viſio eſt cognoſcere in ſe omnes creaturas. Et quælibet prædictarum viſionum intellectum inſatiabiliter ſatiabit. Et de iis Propheta inquit, Pſal. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Et iterum alibi ait, Pſalm. 35. *In lumine tuo videbimus lumen*, ſcilicet prædictæ ſaturatæ, & inſatiabilis viſionis.

Quid viſio Dei.

1. Ioan. 3.

1. Corint. 13.

Iob. 33.

In patria triplex eſt viſio.

Pſalm. 16.

Pſalm. 35.

Quod in gloria inſaturabiliter ſaturatur memoria de ſecuritate diuinæ poſſeſſionis.

Cap. II.

SEcundo autem memoria patitur eſuriem diuinæ ſecuritatis: quia merito ſpei datur illi ſecuritas diuinæ poſſeſſionis, qua ſecura ſit in æternum poſſidere Deum, & omnia quæ in eo ſunt. Nam ſecundum Aug. 13. de Trinit. Impoſſibile eſt aliquem eſſe beatum, niſi ſecurus ſit de ſuæ beatitudinis perpetuatione. Nam cum intellectus illuminatus fuerit illa æterna luce, & cognouerit Deum ſummum bonum & omnes creaturas in Deo & in omnibus creaturis Deum perſpexerit, ſecure eum tenebit ſummè charum, & omnes creaturas in eo. Tunc profectò dicere poterit illud Cantic. 3. *Tenui eum, nec dimittam.* Hoc quoque promiſit

Auguſt.

Cant. 3.

Digitized by Google

Ioan. 16. misit Dominus Apostolis suis, Ioan. 16. dicens, *Iterum videbo vos*, scilicet & vos me: *& gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis*. Et hoc gaudium erit fames & sitis diuinæ securitatis. Quanto quoque maius gaudium erit, tanto maior securitas insaturabilis abundabit.

Quod in beata vita voluntas humana insaturabiliter satiatur de diuina fruitione.

Cap. III.

TErtio verò voluntas patitur esuriem diuinæ dilectionis, quia merito charitatis dabitur ei dilectio consummata. Tunc quidem complebitur præceptum de diuina dilectione. Quod considerans Propheta in-
Psalm. 118. quit, Psal. 118. *Omnis consummationis vidi finem*, scilicet in paradiso, *latum mandatum tuum nimis*, id est perfectissimè adimpletur. Et hæc est insaturabilis saturitas quæ semper insatiabilis est, s. diuinæ dilectionis, qua voluntas fruitur summo bono, atque ei perfecto amore inhæret propter seipsum, necnon & omnia creata diligit in Deo, & Deum in omnibus creaturis. Ecce admiranda saturitas, quæ semper insatiabilis erit. Præterea aduertendum est, quod principalius insaturabilis saturitas erit in voluntate quam in intellectu, vel memoria. Ratio huius est, secundum Richard. de Media-villa in quartum, quia sicut inter habitus viæ charitas est principalius donum, secundum Aug. 15. de Trinitate c. 8. ita inter habitus patriæ charitatis donum quod in voluntate consistit, obtinet principatum. Sed in patria nobilior habitus nobiliorem actum habet, ergo perfectè Deum diligere, qui est actus charitatis patriæ nobilissimus animæ actus est. Cum ergo in nobilissimo actu principalissima consistat beatitudo, & diligere sit voluntatis actus, principalius consistit in actu voluntatis, quam
Augustin. intellectus. Vnde Aug. 12. de ciuit. Dei inquit: Tota virtus erit ibi videre, quod amas & summa fœlicitas amare, quod videas. Ibi beata visio in suo fonte bibi-
Iob. 22. tur, vbi charitatis visio clarissimè aperitur. De hoc Iob 22. ait: *Tunc super omnipotentem deliciis affluet*, id est insatiabiliter satiaberis. De hac insaturabili satietate
Psal. 35. voluntatis beatæ Propheta ad Dominum ait, Psal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ*. Ait enim *inebriabuntur ab vbertate domus tuæ*, scil. in vita beata, quæ est domus tua. Ecce insatiabilis saturitas voluntatis, hæc profecto est illa domus, de qua Apo-
2. Corint. 5. stol. 2. Cor. 5. c. in princip. ait: *Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habeamus, domum non manu factam, sed æternam in cœlis*. Hæc inebriatio præfi-
Genes. 43. gurata est Gen. 43. in fine, vbi fratres Ioseph biberunt & inebriati sunt cum eo. Sed & præmittit ante, quod Ioseph dispensatori domus suæ præcepit dicens, *Introduc viros domum & occide victimas, & instrue conuiuium, quia mecum sunt comesturi meridie*. In quibus verbis notari potest & vbertas domus & comedendi ordo & manducandi tempus. Vt mysticè innuatur, quod in abundantia refectio iracibilis, in ordine refectio rationalis, & in tempore, scilicet in meridie, refectio concupiscibilis indicatur. Et licet non faciat mentionem, nisi de inebriatione, tamen in ea comprehendit etiam comestionem propter sumendi facilitatem, quia cibus sumitur quasi potus: Christus enim erit ibi ci-
Cantic. 5. bus & potus, Cant. 5. *Comedite & bibite & inebriamini charissimi*. Et in omnibus his insaturabilis satietas erit in cunctis glorificatis. Vnde autem inebriabuntur, subiungit Propheta dicens, *Et torrente voluptatis tuæ*, id est abundantia & affluentia diuinæ fruitionis *potabis eos*. Torrente autem dicit, propter abundantiam & impetuositatem, non quia transeat. Vnde alibi in Psalm. 45. non torrens, sed fluuius impetuo- Psalm. 45.
sus denominatur, vbi dicitur, *Fluminis impetus*, id est insaturabilis satietas, *lætificat ciuitatem Dei*, id est supernam Hierusalem. Proinde Genes. 2. c. mysticè scri- Genes. 2.
ptum est, quod *fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum*. Nec profecto deficiet torrens iste insaturabiliter satians, quia est fluuius de fonte vitæ procedens, propterea Propheta subdit: *Quoniam apud te, ô Deus, est fons vitæ*, hoc est indefi- Ioan. 14.
ciens vita. Teste Domino, qui Ioan. 14. de se ait, *Ego sum via, veritas, & vita*. Quam nobis largiri dignetur ex famelica iustitia ipsamet vita Dominus Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto esurientes replet æternis bonis per infinita sæcula sæculorum, Amen.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de quinta beatitudine, est affectus misericordiæ, vbi agitur de misericordiæ perfectione & quomodo in præsenti, & in futura gloria præmiatur, quique continet tres articulos, quorum vnusquisque tria continet capita.

Articuli primi, Qui est de perfecta misericordia ac de duodecim miserationibus viri misericordis.

Cap. 1. Quatuor primæ miserationes.
Cap. 2. Quatuor secundæ miserationes.
Cap. 3. Quatuor vltimæ miserationes.

Articuli secundi, Qui est de triplici præmio, quod promittitur viro misericordi & pio.

Cap. 1. Quod homo ad misericordiam allicitur per promissionem gloriæ sempiternæ.
Cap. 2. Quod homini misericordi finalis gratia promittitur & donatur.
Cap. 3. De quadruplici temporali bono quod datur in præsenti viro misericordi.

Articuli tertij, Qui est de triplici varietate misericordiæ qua in gloria præmiabuntur viri misericordes.

Cap. 1. Quod qui exercet misericordiam magnam dando pauperibus bona sua, magna gloria præmiabitur in æterna vita.
Cap. 2. Quod qui in præsenti in maiori misericordia occupatur dispensando pauperibus omnia bona sua, maiori gloria præmiabitur in futuro.
Cap. 3. Quod maxima misericordia est dare se Deo totum per religionis ingressum & pro salute proximi morti tradere corpus suum, & de maximo præmio eorundem.

Quinta beatitudo est affectus misericordiæ, vbi agitur de misericordiæ perfectione, & quomodo in præsenti & in futura gloria præmiatur.

Sermo IX.

BEati misericordes, quoniam ipsi misericordiam con- Matth. 5.
sequentur. Iterum vbi supra. Matth. 5. Iam tempus instat agere de Beatitudine quinta. Et merito hæc sequitur post prædictas. Nam, secundum gloss. ibidem, *Cur nunc agitur post alias beatitudines de misericordia.*
Misericordia de præcedentibus ortum habet: quia si præcesserit humilitas vera, & animus mansuescat, ac suos aliorumque casus fleat & iustitiam esuriat, postea nascitur misericordia pia. Tunc enim alienas miserias facit suas, & pro viribus auxilium præstat: & si iuuandi facultas deest, compassio non deerit. Ratio autem quare misericordia post iustitiam ponitur, est, quia *Misericordia cum iustitia.*
misericordia

Digitized by Google

ricordia ſine iuſtitia ad remiſſionem deſcendit. Iuſtitia vero ſine miſericordia ad crudelitatem aſcendit. Vna vero cum altera ſecundum æquitatem incedit. Vnde gl. ibidem ait: Iuſtitiæ lumen eſt miſericordia, indicándo ſcil. ne nimis procedat: miſericordiæ virtus eſt iuſtitia, roborando, ſcilicet ne minus vileſcat. Tamen miſericordia ſuper iuſtitiam addit: Nam per iuſtitiam reduntur debita, per miſericordiam vero dantur propria. Dupliciter tamen bene ſe habet homo in miſericordia ad proximum ſuum. Primo modo communiter, ſecundo modo affectualiter. Primo inquam modo communiter, & quodam modo humano, ſcilicet per liberalitatem, quæ virtus politica eſt in mediocribus & paruis donis. Secundo modo per magnificentiam in excellentibus & magnis donis. Et hoc modo fit per beatitudinem, quæ miſericordia nominatur, quando ſcilic. quis

Quid miſericordia.

defectum alterius affectualiter accipit quaſi ſuum. De hac miſericordia Ber. ait: Miſericordia affectio eſt, quæ nec voluntate coercetur, nec rationi ſubiicitur, quando non eam quiſque in ſe pertrahit voluntario motu: ſed ipſa pias mentes ad compaſſionem dolentium neceſſario cogit affectum, ita vt etiam ſi peccatum eſſet miſereri, & ſi multum vellem, non poſſem non miſereri. Poteſt quidem ratio vel voluntas affectui effectum ſubtrahere, ſed nunquam ipſum affectum euellere. Et alibi idem ait: iuſtitia meritum quærit, miſericordia miſeriam intuetur: vera miſericordia non iudicat, ſed afficit: non vtitur diſcuſſione occaſione contenta. Non n. expectatur ratio, vbi affectio trahit, vnde miſericors, quaſi miſerum vel miſerans habens cor ſuper aliquem afflictum vel tribulatum. Differt tamen miſericordia à miſeratione. Nam affectualiter bene velle, miſericordiæ eſt: benefacere verò miſerationis. Eſt n.

Quid miſeratio.

miſeratio in ſe actio: ſed miſericordia tantum affectus eſt cordis, quo compellimur vt miſeris ſubueniamus & compatiamur, ſi factis ſuccurrere non valemus: ſed

In quo differt miſericordia à miſeratione.

miſeratio ex opere comprobatur. Et ſecundum Hug. de S. Vict. differt etiam miſericordia & miſeratio, ſicut fons & riuulus. Miſericordia eſt quaſi fons affectu: miſeratio quaſi riuulus effectu. Vnde, ſecundum Aug. in diffinitionibus. Miſericordia eſt animi condolentis affectus, cum additamento beneficij, vt compatiamur proximo, & largiamur de proprio. Et 9. lib. de ciuit. Dei, iterum ait: Miſericordia eſt alienæ miſeriæ in noſtro corde compaſſio, qua vtique ſi poſſumus, ſubuenire, compellimur. In Deo tamen eſt miſerico dia ſine miſeria cordis. Vnde de iis duobus Propheta inquit,

Pſal. 110.

Pſalm. 110. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe.* Item differt miſericordia à pietate. Pietas n. eſt, qua homo communicat proximo bona ſua: & hæc eſt quaſi fluuius inter ripas decurrens. Miſericordia verò eſt, qua homo mala aliena, facit ſua, vt dictum eſt. Et hæc eſt quaſi fluuius inundans & erumpens atque egrediens extra ripas. Et in hoc apparet amicitia vera. Perfecta quidem amicitia erit, ſi hanc miſericordiam feceris inimico amplius quam ſi eam feceris tuo amico. Proinde Luc. ſeptimo. Dominus ait: *Si benefeceritis iis, qui vobis benefaciunt, quæ eſt vobis gratia, ſiquidem & peccatores hoc faciunt?* Porrò mercator conſultè agit, ſi merces ſuas libentius vendit amplius offerenti. Profecto maiorem mercedem accipies miſericordiam faciens inimico, quam ipſi amico. Ad talem miſericordiam hortatur Dominus in verbo propoſito dicens, *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Circa igitur hanc beatitudinem tria ad præſens conſideremus. Primo perfectionem, ſeu commendationem virtualem, ſecundo retributionem temporalem, tertio remunerationem æternalem.

Quid pietas & per quid differt à miſericordia.

Articvlvs Primvs.

De perfecta miſericordia ac de duodecim miſerationibus viri miſericordis.

PRimo inquam de ipſa miſericordia conſideremus commendationem virtualem. Profecto ſi rationem eius & cauſam plenius perſcrutemur, ſumpta miſericordia generaliter in ſua perfectione, includit in ſe quaſi omnium virtutum perfectionem, & non qualemcunque ſed vt redundantem & ſui viſceraliter diffuſiuam atque euiſceratiuam ad omnes. Qui n. perfecte miſericors eſt, ipſe omnium miſerias ſentit, & portat in viſceribus tanquam ſuas. Iniurias omnes facillimè condonat, immo non ſentit aut reputat. Omniumque peccata tanquam ſua deplorat, inceſſanter omnem plenitudinem gratiarum omnibus optat, omnes pro poſſe ſupportat, omnes quoque coadiuuat, omnia communicat, omnium bonis vt ſuis congaudet. Nulli iniuriatur, neminem circumuenit, nihil temporale indebitè cupit, quin potius ad omnem liberalitatem ſemper effuſius eſt. Omnes n. aſpicit, ſicut pater & mater aſpicit filios ſuos. Et hæc poſſunt breuius diſtingui & ordinari, vt quaſi ſint 12. perfectiones miſericordiæ, ſeu 12. ſuauiſſimi fructus eius. Primus dicitur compaſſio, ſecundus condonatio, tertius deploratio, quartus exoptatio. Addantur alij, quatuor. Primus dicitur ſupportatio, ſecundus coadiuuatio, tertius communicatio, quartus congratulatio. Subiungantur vltimi quatuor. Primus eſt nulla offenſio, ſecundus nulla circumuentio, tertius nulla temporalis affectio, quartus paterna & materna dilectio. In iis n. 12. perfectionibus quaſi in 12. miſerationibus, quodammodo omnis perfectio miſericordiæ deſcripta continetur. Ad hanc igitur miſericordiam, quaſi ad omnium virtutum perfectionem hortabatur Tim. Apoſtolus. 1. Tim. 10. c. dicens *Exerce teipſum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus.* Hanc igitur miſericordiæ deſcriptionem diligentius perſcrutantes in triplicem quaternarium diſtinguamus, vbi 12. miſerationes perfecti miſericordis per ordinem deſcribuntur.

Miſericordia in ſe includit aliarum virtutum perfectionem.

Miſericordiæ encomia.

12. miſericordiæ perfectiones.

1. Tim. 10.

Quatuor primæ miſerationes.

Cap. I.

PRo primo quaternario miſerationum, ſeu fructuum miſericordiæ dicamus, quod primus dicitur Compaſſio. Nam qui verè & perfectè miſericors eſt, omnium miſerias ſentit & portat in viſceribus, tanquam ſuas. Quid de ipſo teſtatur Iob 30. c. dicens: *Flebam quondam ſuper eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* q. d. tanquam miſericors flebam, ſcilicet fletu compaſſionis exterioris. Rom. 12. *Flebam cum flentibus, ſuper eo, qui afflictus erat*, ſcilicet afflictione exteriori: *& compatiebatur anima mea*, ſcilicet compaſſione interiori pauperi id eſt indigenti, q. d. Non tantum oſtendebam compaſſionem exteriorem, ſed etiam interiorem, quia ex vehementi affectu compatiebar inopiæ eius. Secundum enim Gregorium ibidem, amplius eſt compaſſio, quàm ipſum datum. Ratio eſt, quia plus eſt dare de ſeipſo, quàm de ſuis. Nam qui compatitur, dat aliquid de ſeipſo, ſcilicet cordis dolorem & compaſſionem. Alia ratio eſt, quia qui non compatitur, etiam quod dat, quodammodo negat. At qui verè compatitur, nunquam quod neceſſarium conſpicit, proximo ſuo denegat, quia non danda manu, dat corde. Secundus dicitur Condonatio, profecto qui perfectè miſericors eſt, omnes iniurias facillimè condonat, imò

Condonatio quid.

non

Digitized by Google

non sentit, aut non reputat. Ad hoc admonet Eccles. 28. c. dicens: *Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* q.d. Relinque, id est, dimitte & indulge iniuriam & rancorem proximo tuo nocenti te, id est tibi. Non dicit de præterito; qui nocuit tibi, sed præsentialiter nocenti te, quia tunc profecto vltionis ira magis ferueſcere solet. Coloſ. 3. *Donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut & Dominus donauit vobis*, scilicet dum in cruce penderet. Et tunc deprecanti tibi pro peccatis tuis scilicet dimittendis tibi peccata soluentur, videlicet sicut cera ad ignem, & glacies & nix ad solem. Et Luc. 6. c. Dominus ait. *Dimittite & dimittemini.* Tertius Deploratio dictus est, quia talis misericors homo omnium peccata tanquam sua deplorat. Ad hoc hortatur Apost. 18. cap. ad Rom. dicens, *Inuicem sentientes.* Felix misericordia, vbi vera conformitas, quia idipsum & conformitatis generalitas, quia inuicem, & vtriusque veritas, quia vtique sentientes, scilicet siue bonum, siue malum, siue prosperitatem, siue aduersitatem, siue gratiam, siue culpam. Quartus Exoptatio nominatur. Quippe verè misericors incessanter omnem plenitudinem gratiarum omnibus optat, eò quod omnem abhorret inuidiam. Proinde firmiter ait illud Sapientiæ 6. *Neque cum inuidia tabescente iter habeo.* Exemplum patet in Moyse, Num. 11. qui cum Iosue ægre ferret, quod Eldab & Medab in populo prophetarent, inquit ad eum. *Quid igitur æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet & det eis Dominus spiritum suum.*

Ecclesi. 28.
Coloſ. 3.
Luc. 6.
Deploratio quid.
Rom. 12.
Exoptatio quid.
Sap. 6.
Num. 11.

Quatuor secundæ miserationes.

Cap. II.

PRo secundo quaternario miserationum dicamus, quòd primus dicitur Supportatio, quia qui perfectus in misericordia est, omnes pro posse supportat, quemadmodum Ephes. 4. præcepit Apostolus dicens, *Supportantes inuicem in charitate*, scilicet quæ omnia suffert, vt dicitur 1. Corinth. 13. Et ad Gal. 6. iterum ait *Alter Alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi*, scilicet qua nos ligauit, quia præcipuè legem charitatis instituit. Vnde Ioan. 15. cap. ipse ait: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Secundus dicitur Coadiuuatio: quia omnes coadiuuat, scilicet in spiritualibus, in temporalibus, in corporalibus. Rationem assignat Apostolus ad Ephes. 4. dicens: *Quoniam sumus inuicem membra* scilicet capitis & corporis Iesu Christi. Nam sicut in humano corpore ex natura membra sibi inuicem auxilium præbent: sic ex misericordiæ gratia miserator aliis mysticis membris adiutorium præstat. Tertius dicitur Communicatio. Nam omnia communicat seruans illud, quod ampla misericordia Saluatoris præcipit, Luc. 7. capite dicens, *Omni petenti te tribue.* Non dicit, quid, sed indistinctè ponit, vt intelligatur subuentio generalis, quasi dicat. Tribue cor, linguam, manum. His enim generaliter modis subuentionis potest proximus indigere. Tribue ergo cor per dilectionem, compassionem, congratulationem. Tribue linguam per instructionem consolationem & orationem. Tribue manum per largitionem, administrationem & defensionem. Item omni petenti te tribue, scilicet rem si habes; compassionem, seu consolationem, si non habes.

Supportatio quid.
Ephes. 4.
1. Cor. 13. Gal. 6.
Ioan. 15.
Coadiuuatio quid. Ephes. 4.
Communicatio quid. Luc. 7.

Quæstio. Si vero quæratur, quomodo hoc esse possit, vel debeat in pauperibus euangelicis, qui nihil habent? Dicendum quod de his quæ ad vsum eorum veniunt, effusissimi debent esse, & de obsequiis corporis sui & de cordiali affectu debent cæteros excellere, & vltra in animarum salute, & in misericordiis piis debent super omne genus hominum abundare. Christus congratulatio nominatur, quia omnium bonis vt suis congaudet, siue sint bona spiritualia, siue corporalia, siue temporalia. De hoc 1. Cor. 12. exemplum ponit Apost. de humano corpore dicens: *Si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.* Ait enim, Si gloriatur, hoc est de bonis lætatur vnum membrum, congaudent, id est, congaudere debent omnia membra, iuxta illud Apost. 12. c. ad Rom. *Gaudete cum gaudentibus.* Hoc autem obseruauerunt Achior & Nabath consobrini Tobiæ, qui venerunt gaudentes, & congratulantes Tobiæ de omnibus bonis quæ circa illum ostenderat Deus; & per septem dies epulantes cum gaudio magno gauisi sunt, scilicet de reditu filij sui, cum prosperitate, vt scribitur Tob. 11. c. Beatus quoque Franciscus dicere solitus erat, quod qui gratulatur de alterius bonis, sicut si essent sua, absque periculo & labore & cum merito magno delectatur de illis bonis.

Quomodo pauperes possunt esse misericordes.
1. Cor. 12.
Rom. 12.
Tob. 11.
B. Franc.

Quatuor vltima miserationes.

Cap. III.

PRo tertio quaternario addamus, quod primus nulla offensio dictus est: quia talis miserator pius nulli iniuriatur, seruans illud quod 2. Cor. 6. cap. præcipit misericors Apost. dicens *Nemini dantes vllam offensionem*, id est, neminem facto vel verbo scandalizetis. Et iterum 1. Cor. 10. inquit, *Sine offensione estote.* Hoc autem merito fieri debet, *quia charitas*, scil. ex qua misericordia formam habet, *non agit perperam*, vt dicitur 1. Cor. 13. Secundus, nulla circumuentio nominatur, quia *neminem circumuenit*, scilicet per astutiam & malitiam pernitiosam, seruans illud quod 1. Thessal. 4. c. præcepit Apost. dicens, *Nemo circumueniat in negotio fratrem suum.* Et 2. Cor. 7. iterum misericors Apostolus de se ait, *Capite nos, neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus.* Tertius, nulla temporalis affectio dictus est, quia nihil temporale indebitè cupit, quia non ad terrena, sed ad cælestia animus eius tendit, cum Apost. ad Hebr. vlt. di. *Non habemus hîc ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus.* Et quicquid de terrenis ad necessitatem fuerit, cum Dei laude sumit. At econtra de mundanis cupidis Propheta in persona Domini ait, Psalm. 30. *Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* In circuitu autem temporalium commorantur cupidi & auari, de quibus Esa. 19. cap. mysticè scriptum est, quod *Dominus miscuit spiritum vertiginis in medio Ægypti.* Et 1. Reg. 25. iterum scriptum est de summo Deo. *Porro inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ*, ait enim *commorantium*, non transeuntium. Misericordes quidem per hunc circulum transeunt, non rotantur, quia de temporalibus tantum necessaria sumunt, dicentes cum Apost. 1. Tim. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* Quartus dici potest paterna & materna dilectio, eo quod omnes aspicit, sicut pater & mater aspicit filios suos, scilicet oculo compassiuo, amoroso & pio. Proinde summo patri talis misericors similatur. Et ad hoc Dominus Luc. 6. hortatur dicens, *Estote misericordes sicut & pater vester misericors est*, qui, vt dicitur Matt. 5. *Solem suum oriri facit super iustos & iniustos.* Hæc quidem duo in exemplum ponit. Primo, quia sunt euidentiora, & quasi radix omnium, quæ in terra nascuntur & nutriuntur. Nam virtus effectiua & conseruatiua eorum, principium habet à Sole & ab eius radio & calore. Humor vero est eorum materia & nutrimentum. Vel dici potest, quod duo sunt principia generationis rerum, scilicet calidum & humidum. Calidum in generatione est loco patris: humidum vero loco matris, & sic ponit solem à quo est fons caloris: & pluuiam

Duo principia generationis rerum.
1. Tbeſſ. 4.
2. Cor. 7.
Hebr. vlt.
Pſal. 30.
Eſa. 19.
1. Reg. 25.
1. Tim. 6.
Luc. 6.
Matt. 5.

Digitized by Google

pluuiam, à qua est fons humoris. Secundo, quia sunt aptiora ad designandum summa beneficia gratiæ Dei, quæ sunt fidei lumen & diffusio seu irrigatio stillicidij spiritualium charismatum, quæ fluunt non solum in bonos, sed etiam in malos, quos Deus ad se conuertit: & omnibus malis, quantum ex se est, continuè impertitur. Et in his omnibus ostendit formam paternæ ac maternæ miserationis & pietatis, quam perfectus miserator exercere debet ad quamlibet creaturam rationalem, vt forma faciendæ misericordiæ in hominibus à diuina exemplariter formaretur. Porro vera misericordia non respicit ad miseri dignitatem, sed indigentiam releuat, agit quod sui iuris est, non quærens quid mereatur, accipiens non in meritum, sed in miserum tendit, non quid possit accipere, sed quid & cui possit impendere intuetur. Solaris enim lux, cum infunditur, non considerat corporum mundas & immundas varias qualitates, sed indifferenter obiecta illuminat eo plus & minus, quo sunt apta receptui. Interrogat diuina misericordia de domibus miserorum, non de gradibus fulcitorum, cum misericordia ad miserum sit, quia qui miser non est, sibi non appetit misereri. Talis quippe misericordia, secundum Chrysost. super Matth. est salutis præsidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum. Hæc est, quæ iustos probat, sanctos roborat, Dei cultores ostentat. Et iterum Leo Papa inquit, Misericordiæ virtus tanta est, vt sine illa cæteræ etiamsi sint, prodesse non possint. Quamuis enim quis fidelis sit & cautus & sobrius & aliis maioribus ornatus insignibus, si misericors tamen non est, misericordiam non meretur.

Chrysostom.

Leo Papa.

Articvlvs Secvndvs.

De triplici præmio, quod promittitur viro misericordi & pio.

Secundo circa hanc misericordiam consideremus promissionem temporalem. Et de hac in Psalm. 40. Propheta inquit, *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum & viuificet eum & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.* In quibus sacratissimis verbis viro misericordi triplex præmium promissum est. Primum est æternale, secundum spirituale, tertium temporale. Primum est promissio gloriæ, secundum est dimissio culpæ, tertium est multiplicatio gratiæ. Propter dignitatem quidem incipit à maximo: deinde subdit quod maius est, & vltimo ponit magnum.

Psalm. 40.

Quod homo ad misericordiam allicitur per promissionem gloriæ sempiternæ.

Cap. I.

Primum præmium, quod ei promittitur, est æternale, id est, promissio gloriæ, & de hoc Propheta ait: *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem.* Egenus, secundum etymologiam, dicitur sine gente vel genere seu extra gentem, quasi sit ab omnibus derelictus. Pauper quoque, secundum etymologiam, dicitur quasi parum potens, vel parum parans, aut parum impetrans, quæ omnia conueniunt illi, qui indiget sibi per misericordiam subueniri. Ait ergo, *Beatus*, scilicet erit, *qui intelligit super egenum & pauperem.* Et notanter ait, *qui intelligit*, id est, ex feruenti affectu misericordiæ & pietatis totus transformatur ad intelligendum ea, quæ egeno & pauperi necessaria sunt. Hæc enim efficit compassio visceralis. Nam, sicut ex præcedentibus patet, maius est per compassionem dare animam, quam pecuniam. Hoc autem insinuat Esa. 58. c. dicens, *Cum effuderis esurienti animam tuam*, id est, affectionem tuam & *afflictam*, scilicet quacunque afflictione, *repleueris*, scilicet quocunque beneficio, *tunc orietur in tenebris lux tua*, qua scilicet intelliges omnes pauperis necessitates. Tali igitur misericordi beatitudo promissa est. Vnde Prouerb. 14. scriptum est, *Qui miseretur pauperi, beatus erit.*

Esa. 58.

Prou. 14.

Quod homini misericordi finalis gratia promittitur & donatur.

Cap. II.

Secundum præmium, quod ei promittitur, est spirituale, id est dimissio culpæ. Et de hoc Propheta subdit, *In die mala liberabit eum Dominus.* Dies enim mala, est dies mortis, scilicet quando homo moritur in mortali culpa, à quo præcauere nos admonens Eccles. 7. c. dicit, *Die malam præcaue*, dicitur enim dies mala, malitia culpæ. Et de hac quoque Sophon. 1. c. inquit, *Dies iræ, dies illa: dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ: dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis: dies tubæ & clangoris.* In hac die mala liberabit Dominus hominem misericordem, quia dabit ei tempus & lumen ad veram contritionem. Vnde Prouerb. 16. capite scriptum est, *Misericordia & veritate redimitur iniquitas.* Vnde Hieron. ad Nepotianum inquit: Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera pietatis exercuit. Habet enim multos intercessores, & impossibile est preces multorum non exaudiri. Merito ergo Dominus Luc. 16. cap. hortatur omnes dicens, *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*, id est, de diuitiis, quæ solent possideri iniquè. *Vt cum defeceritis*, id est, quando tempore mortis, non suffecerint merita vestra ad complementum salutis, *recipiant vos*, id est, receptabiles faciat vos *in æterna tabernacula*, scilicet gloriæ paradisi. At econtra, *Iudicium sine misericordia illi*; scilicet fiet *qui non fecerit misericordiam*, vt dicitur Iac. 2.

Eccles. 7.

Sophon. 1.

Prouerb. 16.

Hieron.

Iacob. 2.

De quadruplici temporali bono, quod datur in præsenti viro misericordi.

Cap. III.

Tertium præmium misericordi viro promissum est temporale, quod est bona præsentis vitæ & multiplicatio gratiæ. Quatuor enim temporales gratiæ promittuntur viro misericordi. Prima est gratia conseruans, secunda gratia viuificans, tertia gratia consummans, quarta gratia liberans. Prima gratia conseruans denominatur. Et de hac Propheta subdit *Dominus conseruet eum*, id est cum aliis, hoc est cum tota familia sua atque cum omnibus bonis suis seruet. Vnde Propheta inquit, Psalm. 144. *Custodit Dominus omnes diligentes se*, scilicet in membris suis. Et Augustin. in regula clericorum ait: Deus, qui inhabitat in vobis, etiam isto modo custodiet eos ex vobis, id est, si ex misericordia alter ex altero sollicitus est. Secunda est gratia viuificans. Et de hac Propheta subdit, *Et viuificet eum*, scilicet misericordem, quia misericordia, sicut supra Apost. ait: 1. Ad Timot. 4. *Promissionem habens vitæ, quæ nunc est.* Tertia est gratia consummans. Et de hac subditur, *Et beatum faciat eum in terra*, id est in præsenti vita. Et hic iam per spem, sicut ad Rom. 8. Apost. ait, *Spe salui facti sumus.* Quarta est gratia liberans, scilicet, à peccatis vel pœnis, quæ insurgunt ex suggestione diaboli. Vnde sequitur, *& non tradat eum in animam inimicorum eius*, id est in voluntatem & desiderium eorum, licet quandoque tradat in manus eorum ad probationem, non tamen tradit in voluntatem eorum, quæ est vt ruat in culpam. Proinde Iob. 1. c. Dominus dæmoni ait, *Ecce vniuersa quæ habet,*

Quatuor temporales gratia viro misericordi promittuntur.

Psal. 144.

Augustin.

1. Tim. 4.

Rom. 8.

Iob. 1. & 2.

Digitized by Google

habet, in manu tua sunt. Et in 2. eiusdem inquit, *Ecce in manu tua est.* Non ait in voluntate. Vnde voluntatem diaboli & membrorum eius deprimens statim subiungit ibi, *Verumtamen animam illius serua.*

Quomodo diabolus deprehendit Deum sibi dare potestatem in Iob.

Quæstio. Quæri autem potest, quomodo diabolus deprehendit, quod Deus concedebat sibi hanc potestatem, & quod sub tali vel tali mensura. Aut quomodo tunc est ei concessa potestas illa, cum prius eam haberet ab initio creationis suæ, cum potestas illa sit idem quod virtus & fortitudo suæ naturæ atque suarum potentiarum naturalium. Certum quippe est, quod per illas, res illius destruxit atque corpus eius percussit. Ad quod dicendum quod potentia diaboli ad multa ligata tenetur, siue per actiones & ministeria Angelorum sanctorum, siue per impressiones in ipsis dæmonibus factas à solo Deo, siue per solam Dei prohibitionem vel voluntatem. Dato enim quod omnes causæ inferiores sufficienter concurrant ad vnum actum producendum, & Deus tamen velit simpliciter & absolutè, quod in illum actum non exeant: credo quod nunquam exire possint in actum illum, quamuis nulla mutatio alia sit facta in eis. Quemadmodum enim leo ligatus faciliter deprehendit relaxationem membrorum suorum à vinculis & remotionem arctationis ab eis: sic & multo facilius sentit diabolus, an sua potestas sit soluta vel ligata. Nam & nos hoc facillimè sentimus de pedibus & manibus nostris. Dicere autem Dei ad Sathan, *Ecce omnia quæ habet in manu tua sunt*: non est aliud quam eum vsque ad talem limitem soluere, & hoc diabolo notum esse ac si Deus per aliquam locutionem hoc sibi dixisset. Quod autem eius potestas à Domino refrænetur, & aliquando vsque ad certam mensuram soluatur, patet non solum ex isto loco, verum etiam ex toto Euangelio, vbi Christus eiiciebat dæmones ab obsessis, & vbi dedit Apostolis suis potestatem calcandi supra omnem virtutem inimici. Et de hoc plenius dixi in quadragesimali de Euangelio æterno, sermone 8. per totum. Ratio etiam hoc docet: quia cum constet, dæmonem velle quod peius potest, si eius potestas esset quoad omnia libera & soluta, ineffabili modo sine omni ordine & mensura subuerteret totum statum inferiorum, cum dicatur Iob. 41. *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei.* Contra quod 1. Corint. 10. Apostol. ait: *Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.*

Iob. 41.
1. Cor. 10.

Articvlvs Tertivs.

De triplici varietate misericordiæ, qua in gloria præmiabuntur viri misericordes.

TErtio circa misericordiam consideremus remunerationem æternalem. Et de hac Dominus ait, *Quoniam ipsi misericordiam consequentur*, id est, gloriam sempiternam, scilicet secundum magnitudinem misericordiæ suæ. Triplex quidem misericordia est. Prima est misericordia magna, secunda est misericordia maior, tertia est misericordia maxima. Prima dat de suis, secunda dat omnia sua, tertia dat semetipsum. Et secundum hanc misericordiam triplicatam triplex gradus gloriæ correspondenter misericordibus exhibetur.

Quod qui exercet misericordiam magnam dando pauperibus de bonis suis magna gloria præmiabitur in æterna vita.

Cap. I.

Ambros.

PRima misericordia est magna, scilicet cum quis dispensat pauperibus de bonis suis. Et de hac Ambrosius in lib. de officiis ait. Beatus planè homo, de cuius domo nunquam vacuo sinu pauper exiuit. Neque enim quisquam magis beatus, quam qui intelligit super pauperis necessitatem, & infirmi atque inopis ærumnam, secundum enim Bern. in serm. de duplici aduentu, sunt quidam misericordes de his, quæ ad ipsos non pertinent, qui scandalizantur, quod non datur hominibus abundanter, sic tamen vt ne ipsi in modico quidem grauentur, qui si misericordes essent, de suo deberent facere misericordiam. Si non possent de terrena substantia, de voluntate bona darent his, qui contra eos fortè peccare videntur: indulgentiam darent, dulce signum, verbum bonum, quod est super datum optimum, vt eorum mentes ad pœnitentiam prouocarent. Denique & his & omnibus, quos in peccato esse cognoscerent, compassionem impenderent & orationem, alioquin misericordia nulla est, & misericordiam consequitur nullam. Hi ergo, qui faciunt misericordiam magnam, similiter & magnam in gloria consequentur misericordiam. Et de hac Isa. 58. cap. scriptum est, *Frange esurienti panem tuum & egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Et additur, *Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te*, scilicet tanquam maturum fructum, non per sinistram intentionem & simulationem acerbum.

Bernard.

Isa. 58.

Quod qui in præsenti in maiori misericordia occupatur dispensando pauperibus omnia bona sua, maiori gloria præmiabitur in futuro.

Cap. II.

SEcunda misericordia est maior, scilicet cum quis dispensat pauperibus omnia bona sua, iuxta consilium Christi, Matth. 19. vbi ait, *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo*, scilicet maius, quam hi, qui de bonis suis pauperibus distribuerunt. Substantia enim huius consilij in duobus consistit, quæ sunt omnium derelictio, & eorum omnium in pauperes pro posse erogatio. Qui enim carnali affectu aliis plusquam pauperibus illa distribuit, vel relinquit, non bene implet hoc consilium. Sub nomine autem pauperum, bene intelligi potest omnis habens indigentiam temporalium, cuius suppletio spectat ad cultum Dei, sicut sunt viri religiosi. Luc. quoque 12. c. iterum ait: *Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum*, id est gloriam sempiternam, maiorem quam prioribus. Et si quod sequitur, faciatis. *Vendite quæ possidetis & date eleemosynam* id est, omnia pauperibus dispensate, hinc Petrus Rau. in quodam sermone ait. Manus pauperis, est gazophylacium Christi, quicquid pauper accipit, Christus acceptat. Da ergo homini pauperi terram, vt accipias cœlum: da minimum, vt accipias regnum: da micam, vt accipias gloriam, da pauperi, vt det tibi, quia quicquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, habebit alter.

Matth. 19.

Sub nomine pauperū intelligitur omnis habens indigentiam temporalium.

Luc. 12.

Petr. Chrysol.

Quod maxima misericordia est dare se Deo totum per religionis ingressum & pro salute proximi morti tradere corpus suum, & de maximo præmio eorundem.

Cap. III.

TErtia misericordia maxima est, scilicet cum homo semetipsum donat. Quod propter duo potest fieri. Primo propter perfectionem religionis, secundo propter perfectionem dilectionis. Primo propter perfectionem religionis, scilicet cum quis religionem assumens se donat Deo. Vnde cum Matth. 19. Do-

Matt. 19.

Digitized by Google

19. Dominus dixisset adolescenti, *Si vis perfectus esse vade*, &c. subdit dicens, *& sequere me*, id est totum teipsum da mihi, sicut & ego me totum tradidi tibi. Quod autem Christus tradiderit semetipsum cuilibet nostrûm, & omnibus nobis, testatur Apostolus ad Ephes. 5. dicens, *Estote imitatores Dei sicut filij charissimi*. Et sequitur, *Tradidit*, scilicet Christus semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo. Oblationem in præcedentibus passionem: & hostiam in acerbissima & amorosissima passione. Ait ergo adolescenti, *& sequere me*, licet enim omnes Christiani sine fideles sequi debeant Christum: hic tamen vltra illam & cum illa agitur de speciali sequela Christi, in qua aliquo modo includitur professio obedientiæ regularis. Ex hoc quidem Euangelij textu quidam argumentati sunt, quod nullus debet ad religionem venire vel induci, nisi prius fuerit exercitatus in obseruantia mandatorum. Sed hoc est erroneum, quia est primo contra exemplum Christi, qui Matth. publicanum subito traxit ad obseruantiam consiliorum. Vnde dicitur Matth. 9. *Vidit Iesus hominem sedentem in teloneo, Matthæum nomine, & ait illi, Sequere me. Et surgens, secutus est eum.* Vbi Chrysost. ait, Disce vocati obedientiam: Neque resistit, neque domum abire rogauit, & suis hoc communicare: humana etiam pericula, quæ ei à Principibus accidere poterant paruipendit, dum scilicet rationes officij imperfectas reliquit, secundum Remigium. Secundo est contra exemplum sanctorum Patrum, qui peccatores ad se venientes mox receperunt ad suas religiones. Tertio quoque est contra rationem, quia quando ad vnum terminum tendunt duæ viæ, sed vna est breuior & rectior atque securior: stultus profecto esset, qui volens incedere per rectiorem, iudicaret primo se debere ire per longiorem antequam procederet per rectiorem, quia talis frustra atque dispendiosè & periculosè prolongaret iter suum. Rursus, quando aliqua duo sic se habent, quod vnum est fulcimentum & custodia alterius, sicut est equus & arma militi pugnanti, & baculus viatori, nauis etiam transuadanti: stultus est, qui iudicat hoc, nonnisi post aliud debere assumi, vtpote quod miles præliari non debet cum equo, nec armatus nisi prius præliatus fuerit pedes atque inermis, & sic de aliis. Sic profecto se habent consilia ad mandata, & obseruantia consiliorum cum mandatis ad solam obseruantiam præceptorum. Huic maximæ misericordiæ religionis maxima misericordia glorificationis parata est, atque misericordissimè condonatur. Quod ecclesiastica sanctione probari potest: Nam sicut patet de pœn. di. 1. §. His auctoritatibus, & extra de voto c. scripturæ, vbi de hoc in glossa quæ incipit, Non enim. Religionem intranti de præteritis culpis non est pœnitentia iniungenda. Ex hoc elici potest, quod si intrans religionem debito modo, statim assumpto habitu moriatur, absque pœna purgatorij in cœlum anima eius euolat. Sed de his plenius dixi in Quadragesimali de Euangelio æterno, serm. 24. artic. in princ. & art. 3. atque art. 8. Secundo quoque maxima misericordia est, cum homo seipsum donat propter perfectionem dilectionis. Nam ponere vitam suam corporalem pro salute animæ proximi, cum imminet manifestum periculum eius salutis, est de necessitate salutis: Si autem non imminet tale periculum, perfectionis consilium est, non præceptum. Ad hoc autem ostendit se fuisse paratum Apostol. cum 2. Corint. 12. c. de se dicebat: *Ego autem libentissime impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris*, id est pro salute animarum vestrarum. Ad hoc August. perfecta charitas hæc est, vt vnusquisque pro fratribus paratus sit etiam mori. Et iterum Phil. 2. *Sed & si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis.* Hæc profecto maxima misericordia est, supra quam nulla reperitur maior, teste Domino, qui Ioan. 15. cap. ait: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt aliquis ponat animam pro amicis suis.* De hoc tamen latius dixi in supradicto Quadragesimali de Euangelio æterno, sermone 7. in 2. & 3. articulo. Huic profecto maximæ misericordiæ, maxima quoque misericordia gloriæ condonatur: quia moriens statim in paradisum euolat, & secundum maximam misericordiam præmiatur. Proinde de misericordia & præmio eius, Luc. 6. c. Dominus ait, *Date*, scilicet hanc misericordiam, & misericordias antedictas, *& dabitur vobis*, mensuram bonam & confertam & cogitatam & super effluentem dabunt in sinum vestrum. Mensura quippe ad litteram tunc bona est, cum est legitima atque magna. Mensura conferta est, quando est bene plena. Nam posset esse mensura legitima atque magna, sed non bene plena. Mensura coagitata est, quando est bene calcata atque hinc inde crullata, vt amplius non possit capere de frumento. Mensura vero supereffluens, quando non est rasilis, sed bene culmata, scilicet postquam fuit etiam coagitata ita, vt hinc inde exterius fluat. In quibus omnibus plenitudo & superabundantia remunerationis misericordiæ in gloria denotatur. Et ad hunc intellectum, verbum hoc quadrupliciter exponi potest. Primus modus. Primo modo notari possunt ibi quatuor, quæ misericordibus promittuntur. Primum est fidelitas, secundum æquitas, tertium largitas, quartum superlargitas. Primo promittitur fidelitas, quia sicut gloria magna misericordibus promissa est, ita & fideliter dabitur eis magna, & in hoc erit mensura bona. Secundo promittitur æquitas, quia quantum erit meritum, tantum erit & præmium, & hoc in genere, hoc est si multum, multum. Et in hoc erit mensura conferta. Tertio promittitur largitas, quia non erit aliquid, nec cogitatio, nec verbum, nec opus, quantumcunque minimum, quod non remuneretur. Et in hoc erit mensura coagitata, vt omnes etiam minutiæ intrent in eam. Quarto promittitur superlargitas, quia omnia supra meritum & supra condignum remunerabuntur. Et in hoc erit mensura supereffluens. Sinus autem, in quo dabitur, est intellectus, qui replebitur summa veritate: Affectus qui replebitur summa bonitate: Memoria, quæ replebitur summa maiestate, quæ omnia cum summa securitate possidebunt misericordes, quod denotatur in sinu, quia de eo quod homo tenet in sinu, securus est. Secundus modus. Secundo modo exponi potest: Nam misericordiæ remunerationis erit mensura bona, quia quod oculus non vidit, & sic erit supra visum. Erit conferta, quia nec auris audiuit. Plura enim potest auris audire quam oculus noster videre, & sic erit supra auditum. Erit coagitata, quia nec in cor hominis ascendit, & sic erit supra cogitatum, qui multo amplius se extendit quàm auditus. Erit supereffluens, quia in his omnibus erit Deus, omnia in omnibus & super omnia excedens sensum hominis & cogitatum. Proinde 1. Corinht. 2. Apostolus ait: *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, qua præparauit Deus his, qui diligunt illum, vt sit Deus omnia in omnibus*, vt dicitur 1. Cor. 15. Tertius modus. Tertio quoque modo exponi potest. Mensura bona est, quia supra meritum. Conferta, quia supra speratum. Coagitata, quia supra desideratum. Supereffluens, quia supra cogitatum. Quartus modus. Quarto modo exponi potest, vt in his omnibus ascensio sit & gradus qui correspondere possunt quatuor misericordibus, de quibus in hoc 3. artic. & tribus capitibus dictum est. Primo enim his, qui distribuunt pauperibus de bonis suis, dabitur gloriæ mensura bona. Secundo his, qui distribuunt pauperi

Quatuor promittuntur misericordibus. Primum fidelitas. Secundum æquitas. Tertium largitas.

Quartum superlargitas.

pauperibus omnia bona sua, dabitur gloriæ mensura conferta. Tertio vero professioni religionis dabitur mensura coagitata. Quarto autem perfectioni dilectionis dabitur mensura superefluens. Verum imitatores Patrum veteris testamenti Abrahæ, Loth, Iob, Dauid, Tobiæ: similiter & noui compassionibus & operibus misericordiæ intendamus, vt misericordiam pro beatitudine consequamur in tempore opportuno, qua omnes in hanc miseram vitam editi indigemus: Quam & fusis lachrymis postulemus, vt eam misericors & miserator Dominus Iesus Christus misericorditer nobis concedat, qui in misericordia glorioſus cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per infinita sæcula sæculorum, Amen.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Sexta beatitudine, est munditia cordis, vbi vera munditia declaratur, sed tantum cordis munditia promittitur visio Dei, qui sermo continet tres articulos & eorum primus tria, secundus tria, tertius totidem complectitur capita.

Articuli 1. De triplici munditia vituperanda vel laudanda,

Cap. 1. De munditia corporali, atque de eius vitioso ornatu.

Cap. 2. Quæ sit munditia superstitiosa atque hypocritalis.

Cap. 3. Quantum placeat Deo vera munditia cordis.

Articuli 2. Quod mundæ tres vires animæ debent esse & à quibus mundandæ sunt,

Cap. 1. Quod vis nostra rationalis à tribus mundanda est.

Cap. 2. Quod vis concupiscibilis à tribus mundari solet.

Cap. 3. Quod vis irascibilis munda esse debet à tribus.

Articuli 3. Quo præmio remuneratur munditia cordis.

Cap. 1. Quod Deus per naturalem rationem cognosci potest, sicut etiam naturales philosophi cognouerunt.

Cap. 2. De decem gradibus fidei per quos intellectus perducitur ad perfectum lumen altissimæ veritatis.

Cap. 3. De præmio quod datur in præsenti vita mundis corde, quod quidem est visio Dei.

Sexta beatitudo est munditia cordis, vbi varia munditia declaratur, sed tantum cordis munditia promittitur visio Dei.

Sermo X.

Matth. 5. BEati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Iterum vbi supra. Conuenienter, secundum glossam sexto loco ponitur munditia cordis, quia die sexto homo conditus est ad imaginem Dei. Hæc quidem in homine obtenebrata est per culpam, sed in mundis corde reformatur per gratiam. Nam imaginem Dei, quam sexta die homo per culpam amisit, Christus sexta ætate per gratiam recuperauit, & mundis corde per gratiam suam infundit. Merito ergo post prædictas quinque Beatitudines sequitur hæc sexta: quia nisi illæ præcedant, mundum cor in homine non creatur. Proinde Ambros. ait: Qui misericordiam defert, misericordiam amittit, nisi mundo corde misereatur. Nam si iactantiam quærit, nullus est misericordiæ fructus. Vnde merito additum est, *Beati mundo corde.* Et iterum Chrys. in Homil. inquit. Quia enim multi miserentur, sed impudica agunt, monstrans quod non sufficit primum scilicet misereri & impudica agere, hoc de munditia apposuit dicens *Beati mundo corde.* Sed aduertendum est, quod dupliciter bene se habet homo in speculatione diuina. Primo scilicet modo communi & humano, secundo modo excellenti atque perfecto. Primo inquam modo communi atque humano scilicet cum per virtutes intellectuales, quæ scientiæ nuncupantur, & potissimè per Metaphysicam, quæ docet proprietates diuinas considerare ex creaturis, intellectus de Deo illuminatur. Hoc maximè docetur 12. Metaphysicæ, vbi ostenditur esse vnum Deum æternum atque purum viuentem vita nobilissima, sempiterna & optima. Sed hoc fit solum considerando Deum ex proprietatibus creaturarum. Secundo autem fit hoc modo excellenti atque perfecto scilicet per beatitudinem, quæ est munditia cordis, per quam mens humana Deo coniungitur, ita quod de occultis atque diuinis supra modum illuminatur, quemadmodum illustrati extiterunt Apostoli, qui absque humano studio de diuinis fuerunt excellentissimè irradiati. Et hoc fit per munditiam cordis. Hanc enim sic definiunt quidam. Munditia cordis est, virtus, qua hominis integritas diuini amoris intuitu obseruatur, & de hac Dominus ait, *Beati mundo corde*, &c. Circa hanc vero munditiam cordis tria considerabimus. Primo munditiæ studium, secundo munditiæ meritum, tertio munditiæ præmium.

Chrysostom.

Dupliciter se habet homo in speculatione diuina.

Articvlvs Primvs.

De triplici munditia vituperanda, vel laudanda.

Studium munditia triplex.

PRimo inquam considerabimus munditiæ studium: triplex namque est munditia, in qua homines student. Prima est munditia corporalis, secunda est munditia hypocritalis, tertia est munditia virtualis vel cordialis.

De munditia corporali, atque de eius vitioso ornatu.

Cap. I.

Prima munditia est corporalis.

PRima est munditia corporalis, & hæc est diuitum mundanorum, atque vanorum, qui tantum attendunt ad munditiam corporalem. Sed non ait Dominus, *Beati mundo corpore*, sed *Beati mundo corde*, De hac munditia corporis, Matt. 12. c. Dominus ait, quod *diabolus inuenit domum conscientia vacantem*, scilicet ab operibus virtutum per mentis incuriam, *scopis mundatam* scilicet, à corporalibus immunditiis per solicitam diligentiam: *& ornatam*, scilicet quadam grauitate morum tantummodo in extrinsecis, maximè per ornatum & apparatum vestimentorum & formositatis apparentiam. Contra vero munditiam talis corporalis ornatus, Bern. in sua apologia inquit: Vanum cor, vanitatis notam corpori libenter ingerit, & exterior superfluitas, interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta, animi mollitiem indicant. Non tantum curarentur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus.

Matt. 12.

Bernard.

Quæ sit munditia superstitiosa, atque hypocritalis.

Cap. II.

Secunda munditia est hypocritalis.

SEcunda est munditia hypocritalis, quæ superstitiosè exteriori puritati inuigilat, interiori neglecta:

Digitized by Google

glecta : imò turpiter deprauata. De qua Dominus,
Matth.23. Matth. 23. ait : *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & paropsidis.* Calix, est vas continens potum: Paropsis, est vas continens cibum, & est vas quadrangulum & quadrilaterum, quasi paribus assidis, id est, lateribus. Vel dicitur paropsis, paropsidis, discus quadrus, à par & obsidia, quod est latus. Vnde Iuuenal.

Qui multa magnaque paropside cœnat.

Tali autem quadrato disco solent manducare Magnates, sicut faciebat Imperator cum Barónibus suis,
Chryso. quando in Italiam venit. Chrysost. enim prædictum verbum exponens ait, Hoc Dominus dicit, quia Iudæi quoties ingressuri erant templum aut sacrificia oblaturi, aut propter dies festos, seipsos & vestimenta sua & vtensilia sua lauabant: & à peccatis nemo seipsum purgabat, cum Deus neque corporis munditiam laudet, neque sordes condemnet. Pone tamen, quod Deus oderit sordes corporum, vestimentorum atque vasorum, quæ necesse est vt ipso sordidentur viu: quanto magis sordes conscientiæ horret, quam si volumus, mundam semper seruamus. Subditque Dominus, *Intus autem*, id est, in corde & occultè, *pleni estis rapina*, id est affectu rerum alienarum. Isa. 3. *Rapina pauperis in domo vestra*, id est in conscientia vestra, *& immunditia*, scil. quoad se per immunditiam diuersorum peccatorum, iuxta illud,
Isa.3. Prou.30. quod Prouerb. 30. scriptum est: *Generatio, quæ sibi munda videtur: & tamen non est lota à sordibus suis*, atque exaggerans ex hoc conscientiam Pharisæorum subdit, *Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis*, id est interiora cordis, vt fiat id, quod deforis est mundum, quasi dicat, Virtualis munditia exteriorum, dependet à virtuali munditia interiorum, scil. tanquam à causa sua formali. Loquitur enim ad similitudinem quorundam, qui exteriorem vasorum superficiem mundant, interiora vero sordescere non aduertunt, aut minime curant.

Quantum placeat Deo vera munditia cordis.

Cap. III.

3. Munditia est cordis. Hier.4. TErtia est munditia virtualis, seu cordialis. Ad hanc munditiam hortatur Dominus Hierem. 4. cap. dicens: *Laua à malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias: Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ.* Malitia quippe à moliendo malum nomen accepit, vt sæpe amplior sit in homine malitia, quàm facultas. Ad amouendam quoque hanc malitiam ab humano
Iacob.1. corde hortatur Iac. 1. cap. dicens: *Abicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.* Quia verbum Dei, quasi speculum maculas cordis monstrat, vt abstergantur. Per immunditiam quippe peccata carnalia principaliter denotantur: Per malitiam vero peccata spiritualia indicantur, & præcipue illa, quæ ex certa malitia, arque ex malignitate
1.Petr.2. fellea oriuntur. Et iterum 1. Petr. 2. cap. admonet Apost. Petrus dicens. *Deponentes*, scil. quasi graue onus, *omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo lac concupiscite*, scil. diuinæ gratiæ, & doctrinæ. *Quod vtique facietis, si tamen gustatis,*
Iob.8. *quoniam dulcis est Dominus.* Et iterum Iob. 8. scriptum est. *Si mundus, & rectus incesseris, statim*, scilicet Dominus *euigilabit ad te.* Deus enim videtur dormire immundis cordibus, de eorum vexationibus quasi non curans, animabus vero mundis, & rectis euigilare dicitur ad tutelam, & ad amicitiam, necnon ad sui cognitionem, & visionem. Proinde Pro-
Prou.22. uerb. 22. cap. scriptum est, *Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum, habebit amicum regem*, scilicet Deum. Profecto nemini sui ipsius tam libens, & libera ostensio fit, quam ei qui sibi vera amicitia copulatur. Secundum enim Bern. super Can-
Bernard. tica: Puritas hæc cordis in duobus consistit, scilicet in inquirendo gloriam Dei, & in vtilitate proximi. In his igitur duobus studere debet, qui cor mundum habere desiderat apud Deum.

Articvlvs Secvndvs.

Quod mundæ tres vires animæ debent esse, & à quibus mundandæ sunt.

SEcundo consideremus munditiæ meritum, vt enim munditia cordis verè meritoria sit, debet esse munda, rationalis, concupiscibilis, atque irascibilis. Debet enim esse munda, primo vis rationalis ab errore male instruente, secundo vis concupiscibilis ab errore male inflammante, tertio vis irascibilis à timore male humiliante.

Quod vis nostra rationalis à tribus mundanda est.

Cap. I.

PRimo quippe debet esse munda vis rationalis ab errore malè instruente. Quod quidem vt fiat, debet homo abstinere à tribus. Primo à duplicitate intentionis, secundo à falsitate opinionis, tertio à prauitate cogitationis. Primo quidem debet homo abstinere à duplicitate intentionis. Proinde Eccle. 1.
Eccles.1. cap. admonet dicens: *Non sis contumax, & incredibilis timori Dei, & ne accesseris ad illum*, id est ad opera eius, *duplici corde.* Et iterum 3. capite ait: *Cor*
Eccle.3. *ingrediens duas vias, non habebit successus*, id est non prosperabitur in via sua. Vnde magnum signum duplicitatis, est inconstantia, atque instabilitas mentis & vitæ. Hinc Iacob. 1. cap. ait: *Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.*
Iacob.1. Tales profecto sunt, sicut qui vult tenere simul duas contrarias vias, aut qui simul vno oculo vult respicere cœlum & altero terram, seu qui duorum dominorum contrariorum fingit se esse amicum, quasi quærens gratiam vtriusque, in quo quodammodo vtrique contrariatur, & quasi contra vtrunque proditor est, atque cum nullo stabiliter manet, sed instar fluctuum maris nunc hac, nunc illac instabiliter circunfertur. Secundo abstinere debet à falsitate opinionis, profecto immunditia cogitationis, & cordis merito dici potest, cum inutilia cogitantur, contra quod
Esa.59. Esa. 59. cap. ait: *Cogitationes eorum, cogitationes inutiles.* Et iterum Micheas 2. cap. inquit: *Væ qui cogitatis inutile.* Inutilis quippe cogitatio est in iis, quæ ad rem non pertinent, vel cogitantis superant facultatem, vt quod corde concipitur, nequit effectui mancipari. Sicut Genes. 9. cap. qui per turrim
Gen.9. vsque ad astra cœli conscendere putauerunt. Et iterum Eccles. 6. ait: *Non te extollas in cogitatione animæ*
Eccle.6. *tuæ velut taurus, ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat*, scilicet stultitia, *& fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo.* Tertio abstinere debet à prauitate cogitationis. Nam, vt scribitur Iob. 5. cap. *Qui dis-*
Iob.5. *sipat cogitationes malignorum, ne possit implere manus eorum quod cœperunt.* Prauæ quippe cogitationes sunt, cum de Dei misericordia, siue iustitia, siue bonitate aliquid cogitatur indignum, aut quod non sit æqua, & semper manus eius potenter extenta, quia de talibus Propheta inquit, Psalm. 72. *Cogi-*
Psal.72. *tauerunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt.* Et cum aduersus proximum cogitatio mala desæuit. Vnde Prouerb. 17. scriptum est:
Prou.17. *Cor iniqui exquirit mala*, scilicet ad infamandum, seu nocendum illi, quem odit, quemadmodum fecerunt impij viri contra Hierem. Prophetam dicentes,

Digitized by Google

Hier.18. Ioan.12. Hierem. 18. *Venite & cogitemus contra Hieremiam cogitationes.* Et vt ſcribitur Ioan. 12. *Cogitauerunt Principes ſacerdotum, vt Lazarum interficerent.* Inſuper ſedule cogitabant, vt morti traderent Chriſtum. Merito ergo ſcribitur, Prouerb. 6. cap. *Cor machinans cogitationes peſſimas, odit Deus.* Et Sapientiæ 1. cap. ratio ponitur, cum dicitur: *Peruerſæ cogitationes ſeparant a Deo*, cor ſcilicet De his tribus, quæ in præſenti cap. dicta ſunt, Eſa. 1. ait: *Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis.* Ait enim, *lauamini*, ſcilicet à duplicitate intentionis, *mundi eſtote*, ſcilicet à falſitate opinionis, *auferte malum cogitationum veſtrarum*, ſcilicet à prauitate cogitationis.

Prou.6. Sap.1. Eſa.1.

Quod vis concupiſcibilis à tribus mundari debet.

Cap. II.

SEcundo vero debet eſſe munda vis concupiſcibilis ab amore male inflammante, quod quidem, vt plene perficiatur homo à tribus abſtinere debet. Primo à terrena affectione, ſecundo ab obſcena delectatione, tertio à nociua operatione. Primo à terrena affectione. Magnæ protinus immunditiæ ſunt quæque terrena cordibus hominum, ſi tranſeunt in affectum, cum ex toto corde ſit datum ſolum de Deo diligendo præceptum. Proinde in affectu cordis hanc munditiam, & ablutionem teneri oportet, vt ſit mundus, atque depuratus ab omni malo ipſe affectus, & à ſordibus omnium terrenorum, quæ profecto ſordes ſunt non ex natura rerum, ſed cum in affectum tranſeunt inuiſibilium animorum: Hinc 1. Ioan. 2. prohibet Apoſtolus quælibet terrena diligi, cum ait, *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt.* Non velut res natura malas, ſed velut animæ ſordes, cui cuncta viſibilia, & corruptibilia comparata ſordeſcunt. Merito ergo Matth. 6. cap. Dominus ait: *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum*, vbi Chryſoſtom. ait: Etſi nihil tibi alterius mali eueniat, non paruam ſuſtinebis iacturam inferioribus affixus, & eorum ſeruus effectus, & à cœleſtibus cadens, & nihil excelſorum cogitare potens. Secundo vero debet homo abſtinere ab obſcena delectatione, id eſt ab iis, quæ niſi turpiter amari non poſſunt neque cogitari ſedule ſine pudore, neque in eis delectari ſine rubore, aut de ipſis loqui ſine obſcenitate, vt merito dicere poſſit illud Tob. 3. c. *Mundam ſeruauit animam meam ab omni concupiſcentia*, ſcilicet mentis & carnis. Hoc profecto merito fieri debet: quia, ſicut Hieronym. ait, Mundus Deus mundo corde conſpicitur. Templum enim Dei non debet, aliàs poteſt eſſe pollutum. Tertio autem abſtinere debet à nociua operatione, vnde Propheta quærit, Pſalm. 23. *Quis aſcendet in montem?* &c. atque reſpondens ſubdit, *Innocens manibus*, &c. Ait enim: *Quis aſcendet in montem Domini?* Per montem enim mentis puritas, & contemplatio cœleſtium denotatur, & merito quærit: *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius?* quaſi pauci ad hunc montem aſcendunt, & pauciores in eo ſtant; quia vt in Pſal. 16. de mundanis dicitur, *Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.* Inſuper ait, *Quis aſcendet?* Vt myſticè exprimatur difficultas aſcendendi, & paucitas aſcendentium, & additur, *Innocens manibus*, id eſt qui opere non peccauit: vel ſi peccauit, per pœnitentiam mundatus eſt, ſecundum enim Auguſt. Innocens eſt, qui nec miſerum fecit, nec miſerum dereliquit. Profecto ille innocens eſt, qui nec aliena rapit, nec ſua indignis tribuit, nec inſuper retinet dignis. Vnde Eccle. in fine 4. cap. ait: *Non ſit porrecta manus ad capiendum, & ad dandum collecta.* Et ſubditur *Et mundo corde.* Nam ſicut Prouerb. 21. cap. ſcriptum eſt: *Qui autem mundus eſt*, ſcilicet corde, *rectum eſt opus eius.*

Matth.6. Chryſoſt. Tob.3. Hieron. Pſal.23. Pſal.16. Auguſt. Eccle.4. Prou.21.

Quod vis iraſcibilis munda eſſe debet à tribus.

Cap. III.

TErtio quoque debet eſſe munda vis iraſcibilis à timore male humiliante. Vis quippe iraſcibilis ex ſui natura habet, vt ſtatim illi ſe aperit diuinæ, ac veræ maieſtatis imperioſa ſublimitas, quod ei ſoli vltimæ honorificentiæ cultu ſeruiendum ſit manifeſte cognoſcit. Nam innatum eſt in nobis timore reuerentiæ ad alta humiliari: ad ſupereminentiſſimæ, ac diuiniſſimæ nobilitatis altitudinem non naturali corruptione, ſed naturali bona inſtitutione, quæ in primis parentibus ante peccatum fuit, maxime nati ſumus, humiliari, & extrema ſeruitute ſubiici. Sed errantes in corruptione, in qua nati ſumus, veſtigia eius loco ipſius amplectimur, atque decepti loco ipſius honorificentiam, atque diuinum cultum impendimus dæmoniis, & non Deo atque aliis, quod horrendum eſt creaturis. Proinde, vt vis ipſa iraſcibilis mundetur, & verè ſit munda in nobis, omnem idololatriam, atque ſuperſtitionem, necnon & omnem erroneum, & vanum cultum deteſtari debemus, tanquam ſummam creatoris iniuriam, & contumeliam abhorrendam: quinimmo ardenti zelo, atque feruore talia corde, ore, & opere perſequi, & horrere. Huiuſmodi ſunt, quæ falſo traxerunt initium ab auguriis, à neomeniis, ab incantationibus, ab obſeruatione dierum, à magicis artibus, à conſtellationibus, à propriatis moribus hominum, à geomantia, ab hydromantia, ab genomantia, à pyromantia, à nigromantia, à membrorum motu, ab hora naſcendi, à cultu luminum, & ſtellarum, à cultu imaginum, à cultu characterum & figurarum, à cultu dæmonum, à cultu temporum, à cultu nominum & verborum, à cultu initiorum & initialium rerum, à cultu inuentarum rerum & inuentionum, à cultu ſomniorum, à cultu ſortium. In hæc omnia & ſimilia inſaniſſimi perditiſſimique homines Dei virtutem & gloriam impiiſſimè tranſtulerunt. Contra quos Apoſtolus ad Rom. 1. cap. ait. *Hi commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & ſeruierunt creaturæ, potius quam creatori, qui eſt benedictus in ſæcula.* Hæc quidem hominum corda horribiliter maculat, ſi eis adhibetur fides, quibus ab animo propulſatis, fidei lumine ipſa corda purificantur, & videtur Deus à cordibus depuratis eſſe, quod eſt, & nos ipſe feciſſe quod iumus.

Innatum eſt nobis ad alta humiliari.

Quomodo iraſcibilis mundari debet.

Rom.1.

Articvlvs Tertivs.

Quo præmio remuneratur munditia cordis.

TErtio conſideremus munditiæ præmium, quod ſiquidem maius eſt, quam præmium beatitudinum præcedentium, ſicut illi qui in curia Regis non ſolum prandent, ſed etiam faciem Regis vident. Magnum igitur in virtutibus eſt hominis interioris munditia, cui in præmium viſio repromittitur ipſa diuina, cum dicitur: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Purgandi ſiquidem ſunt corporei ſenſus ad ſuſceptionem decentium obiectorum. Et quanto nobiliora ſunt ex natura ſuſceptiuis ſenſibus obiecta forinſecis, tanto mundari, atque propenſiores expedit fieri ad ipſam ſuſceptionem: & ſi hoc exigitur in corporeis, multomagis in iis, quæ ſola mente percipiuntur. Inſuper ſi ad ea intelligibilia, quæ ſecundum naturam intellectus proportionabiliter fiunt, opportunitas ſic fieri perſuadet: multo amplius ad ea capeſcenda, quæ non ſecundum naturam fiunt, ſed ſupra naturam, & omnem intellectum naturalem

Maximū eſt mūditia præmium.

Senſus corporei mundandi ſunt.

Digitized by Google

naturalem ſupernaturaliter non fiunt, ſed exiſtunt.

Quis Deus. Deus quippe vnus, immenſus, æternus, immortalis, incorruptibilis, & incomprehenſibilis eſt ipſa mente, ineffabilis verbo, incircunſcriptibilis loco, interminabilis tempore, vincens ac ſuperexcedens omnem intelligentiam noſtram, atque viſionem ſpiritualem, & corporalem. Nam teſte Apoſtolo 1. Tim.

1.Tim.6. 6. *Lucem habitat inacceſſibilem.* Quid igitur eſt, quod ipſe Saluator cordi mundo viſionem huiuſmodi repromittit? Eſtne cor carneum, immo expreſſiori loquendi genere cor caro ad hanc viſionem idoneum? Negauerim quidem, vbi cor hîc diuino verbo expreſſum ipſam ſpiritualem ſubſtantiam animæ intellexerim pro tempore ipſi corpori vnitam in tempore ſeparandam æterne pœnaliter, vel feliciter remunerandam, cui ante viſionem diuinam Saluator indicit mũ-

Triplex viſio. ditiam hanc ſpiritualem. Tali ſiquidem mundo cordi triplex viſio Dei communicatur. Prima harum eſt viſio per naturam, ſecunda eſt viſio per gratiam, tertia viſio per gloriam.

Quod Deus per naturalem rationem cognoſci poteſt, ſicut etiam naturales Philoſophi cognouerunt.

Cap. I.

Cognitio Dei omnibus naturaliter inſita eſt. PRimo enim tali mundo cordi communicatur viſio, & cognitio Dei per naturam, ſecundum enim Boetium, Cognitio Dei omnibus naturaliter inſita eſt. Vnde & hanc Dei cognitionem Philoſophi habuerunt: ſed tamen ſicut tenebantur, non eum glorificauerunt. Proinde Apoſt. ad Rom. cap. 1. ait: *Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius, & diuinitas; ita vt ſint inexcuſabiles: quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt*, ait enim, Quod notum eſt Dei, id eſt quod ductu rationis cognoſcibile eſt de Deo: vt videlicet quod eſt Deus, quod eſt vnus, atque quod omnium rerum principium ſit, manifeſtum eſt illis, id eſt in ſe habent naturalem rationem, per quam hoc cognoſcere poſſunt. Et verè manifeſtum eſt illis: Deus enim illis manifeſtauit, ſcilicet per opera ſua: quia eis non tantum naturalem rationem, per quam cognoſcere poſſent, tribuit, atque cognitionem ſui naturaliter inſeruit: verumetiam exterius per admiranda opera ſua ad ſui cognitionem adiuuit, propterea ſubdit: *Inuiſibilia enim ipſius*, id eſt natura Dei inuiſibilis, omnia creans, & ad eſſe producens intellecta, id eſt intellectuali cognitione, non ſenſuali, vel imaginaria cognita. Deus enim intelligibile lumen eſt, quod ſolo capitur intellectu. Per ea, *quæ facta ſunt*, id eſt per creaturas à Deo factas, *conſpiciuntur à creatura mundi*, id eſt ab ipſa mundi creatione: vel id eſt ab homine, qui anthonomaſticè creatura mundi denominatur, quia cum omni creatura participium habet. Nam, ſecundum

Marc.vlt. Greg. ſuper illud Marc. vltim. *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, homo participium habet, cum qualibet creatura. Participat enim eſſe cum lapidibus, viuere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intel-

Homo cum omnibus creaturis cõmunicat. Pſal.4. ligere cum Angelis. Habet enim homo naturalem rationem, per quam Deum cognoſcere poteſt, ſicut agnus per naturalem inſtinctũm cognoſcit matrem, Pſalm. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen*, &c. Alio quoque modo intelligi poteſt de ſanctiſſimæ Trinitatis diſtinctione, vt dicatur: Inuiſibilia enim Dei, id eſt

Coloſſ.1. Deus pater inuiſibilis dictus eſt. Vnde Coloſſ. 1. cap. Apoſt. ait de ipſo Domino Ieſu Chriſto, quod eſt *imago Dei inuiſibilis*: quia pater nunquam apparuit in ſpecie viſibili, ſicut aliæ perſonæ: ac quodammodo magis diſtat à nobis, quam aliæ perſonæ, quia ipſe à nullo eſt, aliæ vero ab ipſo. Sempiterna quoque virtus eius, id eſt filius, qui *virtus eſt Dei, & Dei ſapientia* 1. Corint. 1. & diuinitas, id eſt Spiritus ſanctus. Iſta inquam intellecta conſpiciuntur ab homine per ea, quæ facta ſunt: à magnitudine enim creaturarum cognoſcitur potentia, quæ appropriatur patri: Ex ſpecioſitate & pulchritudine ſapientia, quæ appropriatur filio: Ex earum vſu, atque vtilitate bonitas, quæ appropriatur Spiritui ſancto. Et ſic per creaturas aliquo modo habetur cognitio ſanctiſſimæ Trinitatis, & hoc quantum ad appropriata, non tamen quantum ad propria. Talem inquam notitiam de Deo habuerunt, ita vt ſint inexcuſabiles, cum ſcil. non poſſint ſe per ignorantiam excuſare. Vnde Auguſt. in gloſſ. ait: Eos ſcriptura inexcuſabiles dicit, quibus nota eſt veritas, & perſeuerat iniquitas. Nam ſicut idem de vera religione ait, habebant Philoſophi ſcholas ſeparatas à populo, in quibus docebant illos, quos colebant, non eſſe veros Deos; & templa communia cum populo, in quibus eis ſicut diis ſacrificabant. Et hoc eſt, quod ſequitur. Quia cum cognouiſſent Deum, ſcilicet per naturalem rationem, non ſicut Deum, ſcilicet vniuerſitatis creatorem glorificauerunt eum, ſcilicet colendo & honorem debitum exhibendo, aut gratias egerunt, ſcilicet de beneficiis eis collatis. Et maxime de ſcientia, quam ſibi non Deo attribuebant.

1.Cor.1.

Per creaturas aliquomodo habetur cognitio Trinitatis.

De decem gradibus fidei, per quos intellectus perducitur ad perfectum lumen altiſſimæ veritatis.

Cap. II.

SEcundo modo cordi communicatur viſio, ſeu cognitio Dei per gratiam, quæ fidei lumen eſt, de quo Apoſt. ad Epheſ. 2. cap. ait: *Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur.* Per decem ſiquidem gradus aſcendit intellectus ad perfectum fidei lumen. Primus gradus eſt ſapientiam fidei audire, iuxta illud Apoſt. ad Rom. 10. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti.* Secundus gradus eſt ſedari mente à motibus paſſionum, quæ ſcilicet ſunt quatuor mundanæ affectiones, ſcilicet ſpes & timor, gaudium & dolor. De quibus Dan. 7. cap. *Quatuor venti cœli pugnabant in mari magno*, id eſt in mundana mente. Tertius mentem leuare à ſenſibilibus ad inſenſibilia exemplo Prophetæ, qui de ſe ait, Pſal. 18. *Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.* Quartus de inſenſibilibus, ſeu ſpiritualibus meditari. Prou. 15. *Mens iuſti meditabitur obedientiam.* Quintus verum à falſo in eis diſcernere. Hic eſt Homo ille ſpiritualis, de quo 1. Cor. Apoſt. ait *Spiritualis omnia iudicat*, ſcilicet iudicanda, id eſt intelligit, & diſcernit. Non tamen omnia, ſecundum Auguſt. quæ continet diuina ſcientia, ſed quæ ad vitam & iuſtitiam ſufficiunt. Prædicti quinque ſpectant ad ſcientiæ fidei diſcretionem. Alij, ſcilicet qui ſequuntur, ſpectant ad ſcientiæ fidei adhæſionem. Primus eſt delectari in vero. Et ad hoc hortatur Dominus, Prouerb. 5. cap. dicens, *In amore eius delectare.* Secundus perfici mente per veritatem, quod prædicatoribus conuenire probatur, de quibus Propheta Pſal. 35. ait, *Et veritas tua*, ô Deus, *vſque ad nubes*, quia ſcilicet ea pleni eſſe debent. Et tales imbrem doctrinæ tunc effundere poſſunt, iuxta illud Eccle. 11. *Si repletæ fuerint nubes imbrem ſuper terram effundent.* Tertius quieſcere in complacentia eius, iuxta illud Apoſtoli. 1. Corint. 13. *Congaudet autem veritati.* Quartus admirari ea, ſicut myſticè ſcriptum eſt, 2. Eſdræ 4. de iis qui dixerunt, *Et veritas magna, & fortior præ omnibus.* Quintus gradus, eſt conſummata fides. Et

Epheſ.2.

Per decem gradus aſcendit intellectus ad perfectũ fidei lumen.

Rom.10.

Dan.7.

Pſal.18.

Prou.15.

1.Cor.2.

Prou.5.

Pſal.35.

Eccl.11.

1.Cor.13.

2.Eſdr.4.

Digitized by Google

huic gradui datur per gratiam ſuam cognitio Dei,
Sap. 1. iuxta illud quod ſcriptum eſt 1. cap. Sapientiæ. *Apparet autem*, ſcilicet Deus *eis qui fidem*, ſcilicet præfatam *habent in illum.*

De præmio quod datur in præſenti vita mundis corde, quod quidem eſt viſio Dei.

Cap. III.

TErtio quoque mundo cordi communicatur cognitio Dei per gloriam, non tamen permanentem, ſed tranſeuntem, ſecundum Bonauent. in illuminationibus ſuis: ſecundum quoque Alex. de Ales in 1. q. 2. A perfectis per perfectam contemplationem poteſt videri Deus, non tamen adeò plene, ſicut poſt hanc vitam. Et hoc eſt, quod Greg. exponens illud
Iob. 28. Iob. 28. *Sapientia abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium*, ait: Quia videri poteſt per quaſdam circunſcriptas imagines, & videri non poteſt per incircunſcriptum lumen æternitatis. A quibuſdam videri non poteſt in hac mortali carne exiſtentibus, tamen inæſtimabili virtute creſcentibus quodam contemplationis
Quomodo Deus hic videri poteſt. acumine æterna Dei claritas videri poteſt. Porro hi ſunt, de quibus in hac Beatitudine Dominus ait, *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* De hoc ad præſens duo exempla, videlicet de Iacob, atque de Apoſt. Paulo ſubiungamus. Primo ponamus exem-
Gen. 32. plum de Iacob, qui Geneſ. 32. ait: *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* ſecundum enim Auguſt. in lib. de Trinitate, facies Dei dicitur forma, in qua *non rapinam arbitratus eſt Chriſtus eſſe ſe æqualem patri*: quam nemo videre poteſt, & viuere. Siue quia poſt hanc vitam videbimus eum facie ad fa-
1. Cor. 13. ciem, ſecundum Apoſt. 1. Cor. 13. cap. Et ſecundum
1. Ioan. 3. Ioan. 1. Ioan. 3. *Nondum apparet quid erimus: ſcimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt.* Quod vtique poſt hanc vitam intelligi voluit, cum mortis debitum ſoluerimus. Siue etiam nunc in quantum Dei ſapientiam, per quam facta ſunt omnia, ſpiritualiter intelligimus. In tantum quippe carnalibus affectibus morimur, vt mortuum hunc nobis mundum reputantes, nos quoque ipſi huic mun-
Gal. vlt. do moriamur & dicamus, quod ad Galat. vlt. Apoſt. ait, *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Hac quidem morte mortuus eſt Iacob, quod myſticè indicatur in eo, quod antequam videret faciem Dei emarcuit neruus fœmoris eius. Per quod myſticè indicatur, quod in eo præceſſit extinctio omnis carnalis & mundani affectus. Secundo autem addamus
2. Cor. 12. exemplum de Apoſt. Paulo, qui 2. Corint. 12. de ſe ait. *Scio hominem in Chriſto, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit, raptum huiuſmodi vſque ad tertium cœlum. Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit, quoniam raptus eſt in paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Circa autem hunc textum tria conſideranda ſunt. Primo conſideremus ipſum raptum, ſecundo tertium cœlum, tertio paradiſum. Primo conſideremus ipſum Pauli raptum, id eſt quid fuerit Pau-
Raptus Pauli. li raptus. Circa quem aduertendum, quod triplex in anima potentia eſt, vegetatiua, ſenſitiua & intellectiua. Vegetatiua eſt, quæ corpus viuificat: & hæc in tali raptu corpus Pauli viuificat. Senſitiua eſt, quæ mouet, atque ſenſificat corpus, & ab iis anima Pauli abſtracta erat: quia nec corpus ſenſum, nec membra habebant motum. Intellectiua autem, qua anima intelligit, atque conſiderat, vſque ad vltimum poſſibilitatis ſuæ eleuata erat, quia ad viſionem diuinæ eſſentiæ, & totius Trinitatis per raptum eleuata fuit, atque ſicut beati in gloria ipſum contemplabatur Deum. Et huiuſmodi vltimus ſtatus
Naturaliter Deum videre nō poſſumus. eſt, ad quem tamen impoſſibile eſt pertingere in præſenti vita, niſi diuina virtute mirabiliter eleuante, & operante. Proinde gloſſ. in 7. cap. de diuinis nominibus, ait: Illi conditæ ſubſtantiæ naturaliter ineſt virtus, per quam poſſit & ſuæ naturæ terminos ſuperare, atque ipſum Deum immediatè per ſeipſum attingere. Hoc enim ſolius eſt miſericordiæ, ſolius gratiæ, ſolius fidei, quæ mentes rectè credentium & piè, quantum datur intelligentium in veritate, quæ Chriſtus eſt, collocat, & in eis veritatem manifeſtat. Tri-
Triplex Viſio. plex viſio, quaſi triplex cœlum. Secundo conſideremus, quid ſit tertium cœlum, ſecundum enim Auguſt. triplex eſt cœlum, ſecundum quod triplex viſio diſtingui poteſt. Prima eſt viſio corporalis, ſecunda imaginaria, tertia vero intellectualis. Prima inquam eſt
1. Viſio corporalis. viſio corporalis, quæ contingit, quando corporaliter quædam munera Dei cernuntur: quæ tamen alij præſentes videre non poſſunt. Et ex hoc talis viſio dicitur cœlum, quia in ea aliquid reuelatur, quod tamen aliquibus abſconditum eſt, ſicut Daniel. 5. Bal-
Daniel. 5. thaſar vidit manum ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ. Et Geneſ. 18. apparuit
Gen. 18. Dominus Abrahæ in ſpecie trium virorum in conuallе Mambræ. Et Exod. 3. Moyſes vidit Dominum in ar-
Exod. 3. denti rubo. Et patres ſæpius ſuſceperunt Angelos viſibiliter apparentes. Ad hanc viſionem experientia quorumlibet ſenſuum referri poteſt, vt auditus, guſtus, odoratus, & tactus, cum viſus pro quolibet ſenſu in ſcriptura ſoleat poni. Vnde Exod. 20. ſcriptum
Exod. 20. eſt, quod *populus videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ.* Vocem quippe & ſonitum buccinæ non viſu, ſed auditu percipere potuerunt. Secunda
Secunda viſio imaginaria. autem eſt viſio imaginaria, & hæc eſt illa, qua homo videt in extaſi, vel in ſomno, non corpora, ſed imagines corporum ex reuelatione diuina, ſicut Act. 10.
Act. 10. Petrus vidit in extaſi poſitus linteum magnum ſubmitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, &c. & Pharao vidit in ſomnis ſeptem vaccas pingues, & ſeptem fœdas: vt ſcribitur Gen. 41. huiuſmodi ſunt viſiones Ezech. & Dan.
Geneſ. 41. atque aliorum Sanctorum noui, & veteris teſtamenti. Poſſunt huiuſmodi viſiones etiam homini ſobrio apparere. Tales viſiones non tantum bonis, ſed etiam malis ſæpius reuelantur. Et licet ſint veræ: tamen quandoque quidam ad veritatem erudiuntur, & quandoque aliqui ab eis deceptoriè deluduntur, ſicut patet Ezech. 13. Vbi Dominus de talibus ait: *Nunquid*
Ezech. 13. *non viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem mendacem locuti eſtis, & dixiſtis? Ait Dominus, cùm ego non ſim locutus.* Hæ viſiones licet etiam veræ ſint, tamen nec ſanctum faciunt, nec ſancta oſtendunt: alioquin Balaam ſanctus eſſet, atque aſina eius, quæ Angelum vidit, necnon Pharao fuiſſet ſanctus, qui in ſomniando vidit præſagia futurorum. Inſuper ſi veræ ſunt, tamen in ſe meritoriæ minime ſunt. Vnde qui multa talia videt, non tamē melior eſt: nec qui eis caret, imperfectior dici poteſt, ſicut etiam de aliis miraculis dicendum eſt. Quam pluribus etiam viſiones huiuſmodi nocuerunt, eo quod in eis inaniter gloriati ſunt. Plerique inſuper arbitrantes ſe viſiones vidiſſe, cum tamen nihil viderint, ſe & alios ſeduxerunt. Inſuper quidā ad quæſtum auaritiæ, ſicut ego expertus ſum, aſtutiſſimè retorſerūt. Nonnulli quoque mendosè finxerunt ſe viſiones vidiſſe, ne aut cæteris haberentur inferiores, ſiue vt honorarentur quaſi homines digni reuelationibus ſecretorum Dei. In quibuſdam quoque huiuſmodi viſiones præludia infaniæ eſſe ſolent, eo quod cerebro confuſo, atque phantaſmatibus obnubilantibus illud, etiam oculorum viſus confunditur, & alteratur, ita vt putent ſibi aliquid veraciter apparere, quod tamen phantaſticum eſt, & falſum. Proinde ſpiritus
Eccl. 34. veritatis, Eccle. 34. admonet dicens: *Sicut parturientis cor tuum phantaſias patitur.* Et ſequitur. *Ne dederis in illis cor tuum.* Quomodo autem animabus virtuoſis, & ſanctis, abſque deceptione appareant viſiones,

Digitized by Google

visiones, dictum est in tractatu de inspirationum discretione, Serm. 3. art. 2. cap. 2. 3. & 4. & de hac etiam materia in tractatu illo plura alia sunt dicta. Tertia vero est visio intellectualis. Talis quippe visio est, quando nec corpus, nec imagines corporum quodammodo videntur, sed interius mentis in incorporeis substantiis mira Dei potentia, & virtute figitur. Et ad hanc visionem Beatus Paulus raptus est, vnde Aug. in q. pe. ad Orosium de raptu Pauli, ait: Ob id raptus fuerat Apost. Paulus in tertium cœlum, id est in intelligibilem visionem, vt Deum non per corpus, non per similitudinem corporis: sed sicut est ipsa veritas, cerneret. Ad hoc profecto peruenerat Paulus, vt Deum sic in ista vita videret, sicut Sancti post hanc vitam videbunt. Sed prius tanquam squammæ ceciderunt ab oculis eius, vt dicitur Act. 9. Per quod mystice denotatur, quod ille qui Deum videre debet, sicuti est, debet habere intellectum ab omni phantasmate depuratum, eo quod ratio naturalis est quædam intelligentia obumbrata. Vnde Aug. super Genes. ad literam ait: Nemo autem videns Deum viuit vita ista, qua moraliter viuitur in istis sensibus corporis, sed nisi in hac vita quisque funditus sensibus moriatur, siue omnino exiens de corpore, siue ita alienatus à carnalibus sensibus, vt merito nesciat, sicut ait Apost. vtrum in corpore, an extra corpus sit, non in illam sustollitur visionem. Abbas quoque Vercellen. super primum capitulum mysticæ Theologiæ ait, quod est quoddam diuinorum velamen, scilicet quando ab omnibus intelligibilibus anima absorpta, vnitur ipsi Deo, & eum videndo non videt, nihil inter se, & Deum habens, nisi quædam diuina ineffabilia velamina, quibus mediantibus nihil aliud quam supersplendens quædam caligo percipitur. Et hic modus nobilissimus est videndi Deum, de quo semper diuinissimus Dionysius mentionem facit, & maxime in lib. de mystica Theologia. Tertiò consideremus ipsum paradisum, scilicet in quem Paulus raptus est, vbi secundum Nic. de Lyra, non narrat Apostolus aliam visionem ab ea, qua se dicit raptum in tertium cœlum, sed eandem prosequitur; & quod prius nominauit tertium cœlum, hic subdendo nominat paradisum. Cœlum enim empyreum, quod est beatorum locus, respectu chrystallini atque syderei tertium cœlum denominatur. Diciturque empyreum à pyr, quod est ignis, propter similitudinem claritatis. Dicitur etiam paradisus à dulcedinis suauitate Et vtrumque Apostolus Paulus expertus est. Propterea primo nominauit ipsum tertium cœlum, & postea paradisum. In quo audiuit arcana verba, id est percepit quasi per verba, arcana ipsius Dei, quia per essentiam vidit Deum, secundum August. ad Paulin. in lib. de videndo Deum. Et ponitur auditus pro visu, & pro quolibet sensu, sicut de visu superius dictum est. Beati igitur mundo corde, qui simplici cordis oculo intendendo in Deum, inter mundana mundi mundum habentes aspectum secreta cœlestia ad Dei gloriam contemplantur, hîc per excellentissimam gratiam, & in futuro per consummatam gloriam, quam nobis misericorditer largiri dignetur ille, qui mundator est cordium, & illustrator est mentium, Dominus Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto omnium Sanctorum est præmium consummatum, per infinita sæcula sæculorum, Amen.

3. Visio intellectiua.

Act. 9. Quid ad videndum Deũ requiritur.

Cœlum empyraũ beatorũ locus.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Septima beatitudine, est pax, vbi agitur de multiplici bono pacis, atque de diuerso genere eius, & quod tria efficiunt filium Dei, qui sermo in se habet tres articulos, quorum vnusquisque tria complectitur capita.

Articuli 1. De triplici dono sanctissimæ pacis, scilicet securitatis, diuersitatis & integritatis.

Cap. 1. Quod in bono pacis secura sunt tria in quibus consistit tota moralis vita.

Cap. 2. De triplici diuerso genere pacis, scilicet temporis, pectoris & aternitatis.

Cap. 3. Quod ex pace cum Deo, cum seipso, cum proximo omnis pax debita integratur.

Articuli 2. Qui est de triplici pace, quam debet acquirere homo vt sit in pacifico mentis statu quasi beatus,

Cap. 1. Qualiter potest anima consequi veram pacem cum carne sua.

Cap. 2. De vero modo acquirendi pacem cum mundo.

Cap. 3. De modo, quo vere cum Diabolo pacem possumus obtinere.

Articuli 3. De fructu pacis & quod tria efficiunt hominem filium Dei,

Cap. 1. Quod formata fides hominem Dei filium facit.

Cap. 2. Quod perfecta charitas & dilectio inimicorum perfectè faciunt filium Dei.

Cap. 3. Quod verè pacifici filij Dei efficiuntur.

Septima Beatitudo est pax, vbi agitur de multiplici bono pacis, atque de diuerso genere eius, & quod tria efficiunt filium Dei.

Sermo IX.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Matt. 5. Iterum Matt. 5. cap. Non etiam sine mysterio, secundum glossam hæc septima Beatitudo in septimo loco ponitur, quia in sabbatho veræ requiei dabitur vera pax sex ætatibus iam transactis. Ambros. etiam super Lucam rationem ponit, quare beatitudo pacis immediatè sequitur beatitudinem sextam, scilicet munditiam cordis dicens. Cũ interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati, ne dissensiones ex affectu tuo procedant, à te pacem incipis, vt aliis pacem feras. Et hoc est, quod sequitur, *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Duplici tamen affectu, secundum Nic. de Lyra potest esse in animo pax. Primo affectu humano, secundo affectu diuino. Primo affectu humano, scilicet cum fit modo communi per naturalem amorem, quando, videlicet homo diligit Deum, sicut principium suum efficiens, atque conseruatiuum, licet præter hæc multa alia diligat. Secundo vero affectu diuino, & hoc per beatitudinem, quæ est pax, excellentius fit. Contingit autem fieri hoc, quando homo totaliter per mentis affectum coniungitur Deo, sicut excellentissimæ bonitati, ita quod extra ipsum nihil aliud quærit, sed in eo pacificatur & quietatur, dicens cum Simeone, Lucæ 2. *Nunc dimittis seruum*, &c. Circa igitur hanc pacem tria ad præsens consideremus. Primo pacis donum, quia *pacifici*: secundo pacis statum, quia *beati*: tertio pacis fructum, *quoniam filij Dei vocabuntur.*

Dupliciter potest esse pax in anima.

Luc. 2.

Articvlvs Primvs.

De triplici dono sanctissimæ pacis, scilicet securitatis, diuersitatis, & integritatis.

PRimo inquam considerabimus pacis donum, quia pacifici. De dono pacis Aug. de ciuitate Dei inquit:

Digitized by Google

Quodnā dōni bonū pacis.

quit: Tale donum est bonum pacis, vt in rebus creatis nihil gratiosius soleat audiri, nihil delectabilius concupisci, & nihil vtilius possideri. In ipso quippe vocabulo pacis, id est, cum hoc nomen pax, ore pronunciatur, copulantur labia, & os quasi quadam ipirituali suauitate dulcescit. At econtra, cum dicitur bellum, os amarescit, & quodammodo laceratur, & laniatur. Hoc quoque donum pacis describens Cassiodorus super Psal. ait, Pax est concordantium in bono animorum ordinata tranquillitas. Seriosius tamen bona huius doni pacis consideremus. Tria sunt maximè bona pacis. Primum est bonum securitatis, secundum est bonum diuersitatis, tertium est bonum integritatis.

Quid pax

Quid in bono pacis secura sunt tria, in quibus consistit tota moralis vita.

Cap. I.

Securitas Primum donum pacis.

PRimum bonum pacis, Securitas nominatur. Profecto non est securitas, vbi non regnat pax, nec veram dicimus pacem securitate carentem. Tria sunt bona, in quibus sistit tota moralis vita, quæ securè possidentur in pace. Primum est bonum honestum, secundum est bonum vtile, tertium est bonum delectabile, seu iucundum. Primum, quod securè possidetur in pace, est bonum honestum, & de hoc Eccle. 25. cap. ait: *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus, Concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes.* Quæ omnia reducunt animas ad bonum honestum per vinculum pacis. Quæ est ista pax, quæ continet in se bonum honestum, nisi concordia cum illis, quibus conuersari contingit, & ex quibus tibi posset prouenire discrimen? Quid est pax, nisi debitus, & inconturbatus ordo naturæ, & modus extractus & necessario in moribus exquisitus? Quid est pax filios Dei constituens, nisi obseruata pactio promissorum, integræ fidei legis eius immaculatæ, ad seipsum, ad bonum honestum, ad virtutes inuisibiles animas conuertentis Secundum autem est bonum vtile, vnde Augustin. in lib. de verbis Domini ait: Pax est securitas mentis, tranquillitas animi, vinculum amoris, consortium charitatis, Hæc est, quæ simultates tollit, rixas compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit extolli. Hanc qui accepit, teneat: qui perdidit, repetat: qui amisit, exquirat: quoniam qui in eadem non fuerit inuentus, à patre abdicabitur, a filio exhæredabitur, nihilominus à Spiritu sancto alienus efficietur, nec ad hæreditatem Domini poterit peruenire, qui testamentum pacis noluerit obseruare. Hæc Augustin. Nec tantum vtilitas spiritualis, sed etiam temporalis secure possidetur ex pace. Nam pax hæc, quæ constituit filiationē diuinā, à pacto seruando denominatur. Fiunt namque inter homines sæpe socialia pacta, fiunt & coniugalia, fiunt & commerciosa, fiunt & mercenaria, fiunt quoque seruilia, & consimilia multa, quibus seruatis manet animorum in amore sinceritas, manet & conuersatio grata, seruit obsequiosa conditio, subiacet sine contradictione subiectus, imperat potior, in amore perdurat societas, sodalitas stabilitur, caret querela coniugium, cōmercia depurantur à fraude: merces redditur dignis, seruilitas in opportunis se ingerit, & nulla personat querela deformis, immo videntur omnia summa ordinatione pacata. Tertium est bonum delectabile, seu iucundum. Nam pacis tempore omnia lætitiam acclamare videntur. Pace quippe commendantur semina terris, & ad segetem maturam deueniunt, & messem: florescunt vineæ, arbores fructus educunt, dum bellicus furor non impedit naturæ processum. Pace natura prodit, & suis splendescit ipsa processibus: tute dormitur in ædibus, & in aruis, securè itineratur in via, latro non timetur insiliens: floret olens virginitas, gaudet castitas pudorosa, lætatur pudicitia coniugalis, cum violentia impudicorum merito pacis arcetur: decorantur artibus ciuitates, armenta pecorum, atque boum modulantibus fistulis liberè ad pascua deducuntur. Pace domesticantur siluæ, plantantur vineæ, ædificantur atque reparciuntur domus, multiplicantur familiæ. Vadunt & redeunt mercatores & merces, seruatur religiosorum quies, ecclesiæ & ecclesiastica officia florent: vigent studia litterarum, frequentantur opera pietatis: honoratur atque fructificat verbum Dei in frequentia populorum, omnibus sua iura reddunturnemo de iniustitia causatur, & tempus omnibus aptum pax optata commendat atque omnia ex pace exultare videntur. Proinde exultans Propheta ait, Psal. 132. *Ecce quam bonum*, &c. scil. bonum, quod est pax & tranquillitas populorum.

Tria sunt bona ad securè possidendum.

Primum est bon. honestū.

Eccle. 25.

Descriptio pacis.

Secundum est bonum v...

Quid pax ex Augustino.

Tertium est bonum delectabile.

Psal. 132.

De triplici diuerso genere pacis, scilicet temporis, pectoris & aeternitatis.

Cap. II.

Secundū pacis bonum.

SEcundum pacis bonum diuersitas nuncupatur: quia sunt diuersa genera pacis. Nam primo est pax temporis, secundo est pax pectoris, tertio est pax æternitatis: siue vna exterior, alia interior, alia superior. Prima bona, secunda melior, tertia vero optima merito dici potest. Prima quippe est pax temporis. Hæc quippe amittitur propter peccata populorum & dominorum. Nam Baruch. 3. cap. cuilibet eorum dicitur: *Si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace superterram.* Talis pax est quandoque falsa, & secundum Hug. in libro de clau. animæ, falsæ pacis tres sunt species. Nam est pax extimata, pax simulata, pax imperata. Dum inter sæculares pacem quærimus, dum discordes ad concordiam reuocamus, extimant sæculares quod intus nos pacem habeamus. Dum in vestimentis ouium foras eximus, & intus quasi lupi rapaces gregem simplicium fratrum lacerādo dispergimus, pacem simulamus, sed non habemus. Dum vero prælati subditis imperant, & eos disciplinæ legibus non coarctant, solummodo pacem docent & non tenent. Extimant pacem sæculares, simulant peruersi claustrales, imperant & non tenent tepidi pastores. Sic igitur extimatur à nescientibus, simulatur à non habentibus imperatur à non tenentibus. Hæc ille: De hac temporis pace, Ioan. 14. Apostolis Christus ait, *Pacem relinquo vobis*, quasi dicat, quantum potestis tenete eam. Nam vt ait Hugo etiam in libro 1. de clau. animæ: Quidam philosophus inquit, quod viro bono quatuor necessaria sunt. Primum, vt omnes sibi amicos faciat: Secundum, vt si non potest amicos facere, non faciat inimicos: Tertium, vt si id non suppetit, discedat: vt si Quartū, quis discedētem persequitur, non vindicet se. Et hæc eadem ponit Apost ad Roman. 12. cap. dicens: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Si hoc non potest fieri, non discordias faciatis. Ideoque addit, *Non vosmetipsos charissimi defendentes.* Tertium vero, vt discedamus, tangit cum subdit, *sed date locum iræ.* Quartum, vt vindictam Deo committamus, tangit, vbi ait, *mihi vindictam & ego retribuam*, scilicet indulgentiam. Porro hanc pacem temporis, quæ est ad mundum frequenter relinquit Deus à malis hominibus perturbandā, non in dispendium, sed in compendium salutis fidelium animarum: vt quanto mundus asperior inhorruerit eis, tanto Deus ab eis possit placabilior inueniri, sicut Christus Ioan. 16. cap. Apost. prædixit dicens, *In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.* Secunda est pax pectoris. Et de hac Ioan. 14. cum dixisset Dominus discipulis suis *Pacem relinquo vobis*, vt dictum est, subiungit dicens, *Pacem meam do vobis.* Hæc est pax mētis, quam

Primo est pax tēporis.

Baruch. 3.

Tres species falsæ pacis.

Ioan. 14.

Viro bono quatuor necessaria sunt

Roman. 12.

Ioan. 16.

Secunda est pax pectoris.

Ioan. 14.

Digitized by Google

quam Christus dat fidelibus, scilicet vt pacificati sint in conscientia coram Deo. Et de hac Bern. serm. 13. super cantica, exponens illud Esa. 42. *Gloriam meam alteri non dabo*, inquit: Quid dabis nobis? Pacem inquit, relinquo vobis, pacem do vobis. Sufficit mihi, grataner suscipio quod relinquis, & relinquo quod retines. Pacem volo, pacem desidero, & nihil amplius. Cui non sufficit pax, non sufficis tu. Tu enim es pax nostra, hoc mihi necessarium, hoc satis est, reconciliari tibi, reconciliari mihi. Adiuro gloriam prorsus, nec sacrilegus inuasor sum gloriæ. Tibi Domine, tibi gloria tua maneat illibata, mecum bene agitur, si habuero pacem. De hac pace pectoris, Cassiodorus super Psal. ait. Pax vera est, concordiam habere cum moribus probis, & litigare cum vitiis. Tertia est pax æternitatis, & de hac Esa. 32. cap. in fine ait: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta.* Hæc tria competunt in præsenti vita, fidei, spei & charitati. Sed in præsentia glorioſa erit pulchritudo pacis, quantum ad dotes corporis: tabernacula fiduciæ quantum ad dotes animæ, & requies opulenta quantum ad vtrumque simul. De hac triplici pace Propheta ait, Psal. 4. in persona iusti, *In pace in idipsum dormiam & requiescam in pace*, scilicet pectoris, dormiam in præsenti, & in futuro requiescam, id est perfectè quiescam in pace æternitatis, quæ est pax in idipsum, id est immutabilis & inuariabilis. Pax vero huius temporis non est in idipsum, quia sæpe mutatur & variatur.

Isa. 42.

Quid vera pax.

Tertia est pax æternitatis. Isa. 32.

Psal. 4.

Pax huius tẽporis variatur.

Quod ex pace cum Deo, cum seipso, & cum proximo omnis pax debita integratur.

Cap. III.

Tertium bonum pacis integritas dici potest, tunc quippe pax integra est, quando homo cum tribus pacificus est. Primo cum Deo, secundo cum seipso, tertio cum proximo. Primo cum Deo. Et de hac ad Philip. 4. ait Apost. *Et pax Dei, quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu Domino nostro.* Ait enim, *Et pax Dei*, interlinearis, id est pax, quæ est Deus. Ad Ephes. 2. *Ipse est pax nostra, quæ exuperat omnem sensum*, id est omnem intellectum creatum, angelicum scilicet & humanum, *custodiat corda vestra*, id est voluntates vestras, *in charitate*, scilicet à mala affectione. Prou. 4. cap. *Omni custodia serua cor tuum, & intelligentias vestras* in fide, ab omni scilicet errore, & hoc *In Christo Iesu*, id est vt nihil extra ipsum appetatis, seu intelligatis. De tali pacifico August. de sermone Domini in monte ait. Sicut enim, quod est in nobis superius scilicet mens vel ratio, debet cæteris inferioribus imperare, ita quod est in nobis superius, scilicet mens vel ratio subiici debet potiori se, scilicet, Deo. Et subdit causam dicens: Neque enim imperare inferioribus potest nisi superioribus subiiciatur. Et hæc est pax, quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis. Secunda vero est pax integra, si homo est pacificus cum seipso. Et de talibus August. de sermone Domini in monte ait: Pacifici in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus comprimentes & rationi subiicientes, carnalesque concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnũ Dei, in quo ita ordinata sunt omnia, vt quod est in homine præcipuum & excellens, imperet cæteris reluctantibus, quæ sunt nobis bestiisque communia. Et in libro retractationum addit: Non tamen cuique prouenire potest, vt lex repugnans legi mentis omnino non sit in membris: sed hoc nunc pacifici agunt dormantes concupiscentias carnis, vt quandoque ad pacem plenissimè veniatur. Hæc ille. Hoc quidem fit, cũ deuictis tentationibus, homo pacificè de seipso triumphat. Et de hoc Apoc. 3. c. in septima ecclesia Dominus ait: *Qui vincit dabo ei sedere in throno meo mecum, sicut & ego vici & sedi cum patre meo in throno eius.* Thronus siquidem est summa pax mentis, quam Christus deuictis omnibus tentationibus adiit. Vnde Propheta ait, *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi.* In hoc throno cum Christo sedet, qui deuictis tentationibus, quæ in actiua vita laboranti occurrunt, spe certa per amorosam contemplationem in Christo quiescit. Proinde ad Ephes. 2. cap. Apostolus ait, *Consedere nos fecit in cœlestibus in Christo.* Hanc quippe quietem & pacem propter victoriam passionum & tentationum meremur. Nemo quippe ad contemplationem sacramentorum Christi idoneus esse potest, nisi tentationibus victor esse noluerit, quis tentationibus tantæ pacis merito compos erit? Vnde & Luc. vlt. Dominus ait, *Oportuit Christum pati & ita intrare in gloriam suam.* Et hoc idem est, quod subditur à Ioanne, *Sicut & ego vici & sedi cum patre meo in throno eius.* Profecto in throno patris Christus sedet, qui carnis & spiritus pace obtenta in clara diuinitatis eius contemplatione lætatur. Vnde ascendit in iubilatione. sicut Propheta ait, Christus in Deo in illa vita, nos in Christo in hac vita quieti sumus. Tertio insuper pax integra est, si homo est pacificus cum proximo. De hac pace Bern. super Cantica ait: Est homo pacatus, qui bona pro bonis reddens quod in se est nemini vult nocere. Est alius patiens, qui non reddens mala pro malis etiam potens est sustinere nocentem. Est etiam pacificus, qui bona pro malis reddens in promptu habet etiam prodesse nocenti. Primus quantum in ipso est pacem habet, secundus pacem tenet, tertius pacem facit. Primus paruulus est & facile scandalizatur, secundus in patientia sua possidet animam suam, tertius multorum animas lucrifacit, Et de tali pacifico August. contra Epistolam Parmeniani ait: Quisquis vel quod potest arguendo corrigit: vel quod non potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus. Ex hoc patet quod pacificus est, qui cum pacem odiẽtibus habet pacem, sicut de se atque de Christo, Propheta ait. Psalm. 119. *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus* &c. Non est enim omnino de pace signum, aut virtus cum pacificis: sed cum inimicis pacis esse pacificum, virtuosum atque laudabile est. Nec pax multorum pro vnius discordia dimittenda est. Proinde Bern. in quadam epistola inquit: Nec timeas cõtra charitatem esse, si vnius scandalum multorum compensaueris pace: melius est enim vt pereat vnus quam vnitas. Nam, vt testatur Cassiodorus super Psal. Nec inueniri potest forma expressior conuersationis angelicæ quam vnitas socialis. Ex his, quæ in hoc cap. dicta sunt patet, quod pacifici sunt qui inuigilant paci reformandæ inter carnem & spiritum: Et qui inuigilant paci conseruandæ proximi ad proximum, proximi ad Deum, & proximi ad seipsum. Iterum pacifici sunt, qui habent pacem cum Deo in omnibus obtemperando. Ad Rom. 15. Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum. Pacifici sunt, qui habent pacem secum motus illicitos refrænando, Iob. 5. *Scies quod pacem habeat tabernaculum tuum.* Pacifici sunt, qui habent pacem cum proximo, concordiam nutriendo. Rom. 12. cap. *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*, sicut superiùs dictum est.

Tertium pacis integritas bonum.

Tunc est pax integra quãdo homo cum tribus pacificus est. Primo cum Deo.

Philip. 4.

Ephes. 2.

Prou. 4.

Qui imperat prius subiiciatur.

Secundo cum seipso.

Apoc. 3.

Luc. vlt.

Tertio cum proximo.

Psalm. 119.

Roman. 5.

Quinam pacificus.

Roman. 12.

Articvlvs Secvndvs.

De triplici pace, quam debet acquirere, homo vt sit in pacifico statu mentis quasi beatus.

Secundo consideremus pacis statum, quia Dominus ait, *Beati pacifici*, scilicet sunt. In tribus profecto consistit animæ pacificus status, quasi quædam beatitudo in præsenti vita. Primo si habet pacem cum carne, secundo si habet pacem cum mundo, tertio si habet pacem cum diabolo. Prima siquidem est à carne exigenda,

Status pacis. In tribus cõsistit pacificus anima status.

Digitized by Google

exigenda, secunda est mundi reiicienda, tertia est à Domino impetranda. Et sic hæc triplex pax animæ est necessaria, vt ascendat ad pacificum statum mentis.

Qualiter potest anima consequi veram pacem cum carne sua.

Cap. I.

Pax animæ cũ ipsa carne.

PRima pax est animæ cum ipsa carne, Et hanc debet homo à carne violenter exigere, non autem ipse carni suæ modo aliquo exhibere, vt fiat, à sola carne pax ista, cum de sui natura semper dum in corpore peregrinamur, ad vitia naturaliter prona sit. Proinde nunquam debet se spiritus subdere contumeliis suis, nunquam eius voluptati parere, nunquam de illius quiete confidere: quinimo semper iugi labore fatiganda, continua abstinentia edomanda, assidua vigilantia obseruanda: donec supplex pacem poscat, pacem promittat, pacem custodiat, desinat rebellare, nesciat concupiscere, sequatur spiritum & omnino recognoscat Dominum esse suum atque experientia & effectu

Psal.72. ad spiritum dicat Propheticum illud. Psalm. 72. *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Tamen sicut in quodam sermone Cæsarius ait: Si pacifica est Deo anima nostra, tunc animæ nostræ subdita erit caro nostra.

De vero modo acquirendi pacem cum mundo.

Cap. II.

Pax cũ mũdo.

SEcunda pax est quam debemus habere cum mundo Et hanc debet iustus à mundo oblatam reiicere.

Pax mundi reicienda.

Hæc autem pax à spiritu quidem solo fieri debet non obtineri à mundo, immo etiam à mundo oblatam despicere necesse est. Nunquam enim verus iustus quærere debet aut velle, quod mundus ei suis oblectamentis deseruiat, quod obsequio suo demulceat, vel suis fauoribus blandiatur: sed debet magnanimus spiritus eius omnia, quæ mundi sunt, illi in faciem proiicere, ipsum despicere, facto contemnere, séque mundo ad omnem iniuriam gratanter exponere, & in

Galat. vlt. mundi opprobriis, iniuriis, & contumeliis gloriari, atque cum Apostolo ad Galat. vlt. decantare: *Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo.* Et in hoc profecto acquiritur pax à iusto cum ipso mundo. Videlicet cum nulla eius prospera concupiscit, nulla eius aduersa pertimescit, cuncta transitoria contemnit & spernit, sicque Dominus mundi pacificè factus

Deuter. 11. est, dicẽte Domino cœtui iustorũ illud Deut. 11. *Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit* Pede calcare, mundum contemnere est, per cuius contemptum dominatio acquiritur mundi. Igitur hi pacifici sunt, qui in seipsis paci huiusmodi faciendæ, reformandæ &

Paci quinque contrariãtur. conseruandæ insistunt. Paci quippe aliorum quinque contrariantur, videlicet bella, lites, tumultus, inquietudines atque molestiæ quæque: hi vero qui pacifici sunt, salua pace & quiete sua bellis sopiendis, litibus dirimendis, tumultibus sedandis, inquietudinibus quietandis, molestiis migandis vacant. Hæc enim sunt

Psal.75. officia filij Dei, iuxta Propheticum illud, Psal. 75. *Ibi confregit potentias, arcuum, scutum, gladium & bellum.*

De modo, quo vere cum Diabolo pacem possumus obtinere.

Cap. III.

Pax à diabolo acquirenda est.

TErtia pax à diabolo acquirenda est. Hanc profecto debet iustus apud Deum precibus obtinere. Hæc siquidem pax, nec à spiritu, nec à Diabolo fieri potest Nam qualem per spiritum diabolus fieri vellet, nunquam debet spiritus consentire: & qualem iusti spiritum probare decet, diabolus in æternum tali non consentiret. Et quidem post geminam pacem, quæ non potest corrumpi à carne, nec valet perturbari à à mundo: diabolus, quia spiritui inferne molestiam Dominus non permittit, ideo ad callida argumenta & occultas insidias se conuertit, & dolis atque decipulis eum circumuenire contendit. Sed debet iusti spiritus contra hunc aduersarium nostrum & per prudentem discretionem semper inuigilare & per feruentem orationem contra ipsum pugnare, atque per gratiæ adeptionem de ipso triumphare in nomine Iesu Christi. His igitur victoriis acquisitis datur humanæ menti ascendere ad illam pacem, quæ secundum Apostolum ad Phil. 4. c. *exuperat omnem sensum.* Et quam Apostolus vocat pacem, à Ioanne Apocal. 8. c. silentium nominatur dicente, *Factum est silentium in cœlo*, quasi media hora. Propheta quoque nominat eam somnum dicens Psal. 4. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.*

Articvlvs Tertivs.

De fructu pacis, & quod tria efficiunt hominem filium Dei.

Fructus pacis. TErtio consideremus pacis fructum, qui à Domino subinfertur cum dicitur, *Quoniam filij Dei vocabuntur.* Tria profecto efficiunt hominem filium Dei, *Tria efficiũt hominẽ filiũ Dei.* Primum fides formata, secundum charitas, tertium pacis concordia.

Quod formata fides hominem Dei filium facit.

Cap. I.

Primum est fides.

PRimum, quod efficit hominem filium Dei, est fides formata & viua. Est profectò fides viua, quidà viuificus radius in humanum intellectum gratis de fonte vitæ descendens. Proinde Propheta in persona talium fidelium ait, Psal. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo.* *Psal. 4.* Vultus siquidem Dei ratio est: quia sicut per vultum homo homini similatur, & homo hominem recognoscit: ita per rationem similes sumus Deo, & ipsum recognoscimus Deum. Lumen autem vultus huiusmodi fides formata est per gratiam gratificantem. Nam sicut moneta informis est, donec imago regis ei per cuneum imprimatur: ita ratio nostra deformis est, donec per gratiam fidei formatæ cœlitus illustretur. Ratio enim est imago recreationis. Prima est ex natura secunda ex gratia. Hoc autem lumen signatum est super nos, scil. filios Dei. Vnde ad tales ad Ephes. 1. *Ephes. 1.* Apostolus ait: *Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ.* Atque in persona talis fidelis Propheta subdit, *Dedisti lætitiam in corde meo,* non extra in vanis. Nam omnis gloria filiæ regis abintus. Talis fides formata filium Dei facit. Proinde Ioan. *Ioan. 1.* 1. c. scriptum est, *Quotquot autem receperunt eum.* scil. per fidem formatam: *dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius.*

Fides formata imago recreationis.

Quod perfecta charitas & dilectio inimicorum perfecte faciunt filium Dei.

Cap. II.

SEcundum vero, quod efficit hominem filium Dei, est charitas perfecta, de qua Matth. 5. Dominus ait: *Matth. 5.* *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* In quibus sacratis verbis ostendit Dominus tria *Tria de charitate perfecta.* de charitate perfecta, quæ efficit hominem filium Dei. Primum est meritum, secundum præmium, tertium est exemplum

Digitized by Google

exemplum. Primo inquam ponit meritum, quod, quidem in tribus consistit. Primo in dilectione seu diligentia contra inimicantes, secundo in beneficentia contra odientes, tertio in oratione feruida contra persequentes & calumniantes. Primo inquam consistit meritum in dilectione seu diligentia contra inimicãtes. Et de hoc, Dominus ait, *Diligite inimicos vestros.* In hoc, secundum glossam consistit latitudo consũmatæ charitatis. Diligite ait, scil. affectu, non vitium, sed naturam. Et hoc triplici ratione: Primo propter Deum, quia omnia quę sunt, diligenda sunt non tãtùm filij, sed etiam canes & vermes & cuncta quæ creata sunt. Secundo propter nos, quia Deus est faber & ipsi sunt mallei seu lima ad amouendum rubiginem peccatorum nostrorum & ad fabricandum nobis coronam in gloria sempiterna. Tertio propter eos, quia filij Dei sunt, licet insani, atque fratres nostri, licet infirmi: propterea maiori charitate diligendi sunt. Nam sicut Bernard. ait: Amare amantem naturæ est: non amantem vero, beneficijs cogere ad amorem perfectionis est Christi. Nomine tamen inimicorum intelligit tam personales hostes, quam generales, qui scilicet odiunt nos propter nationem, vel communem perfectionem. Intelligit quoque per hoc tam inimicos temporales, qui non curant nisi temporaliter nocere nobis, & qui non inimicantur homini, nisi secundum hanc temporalem vitam, quam etiam spirituales, qui scilicet odiunt Deum in nobis, & nos propter Deum, sicut sunt hæretici, & quilibet nostræ fidei persecutores. Vt autem aperte clarescat, quando hæc dilectio inimicorum sit consilium, vel præceptum, aduertendum est, quod duplex est affectus huius dilectionis. Vnus innocentiæ, alius beneficentiæ. Primus est affectus innocentiæ quo nolumus proximo nostro nocere, & sic præceptum est. Non enim optandum est alicui malum per se, scilicet in quantum malum: Per accidens tamen optandum est, scilicet in quantum expediens sit reipublicæ, seu illi. Secundus est beneficentiæ. Et iste aut attenditur quoad spiritualia necessaria ad salutem, & sic est præceptũ. Omnibus enim bonum gratiæ & gloriæ optandum est. Aut quoad temporalia, & sic in articulo necessitatis præceptum est, nisi hoc esset in nocumentum sui, seu alterius. Aut præter articulum necessitatis, & sic non est præceptum de inimicis personæ: sed consilium de inimicis reipublicæ, nec est consilium, nec præceptum. Secundo vero consistit meritum in beneficentia contra odientes. Et de hoc Dominus subdit, *Benefacite*, scilicet effectu, *his qui oderunt vos.* Et hoc tum propter naturæ conformitatem, quia homines sunt, Esaiæ. 58. *Carnem tuam ne despexeris*, tum propter propriam vtilitatem. Chrysost. Si benefeceris inimico, tibi amplius feci sti, tum propter diuinam imitationem. Hier. Noli negare, quod Deus nulli negat. Quando autem hæc beneficentia sit consilium, vel præceptum, distinguendum est, sicut supra distinctum est de inimicorum dilectione. Tertio autem consistit meritum præcepti huiusmodi in oratione feruida contra persequentes & calumniantes. Et de hoc Dominus addit, *Et orate pro persequentibus*, scilicet aperte & facto, vt puta fugando de loco ad locum, & *calumniantibus vos*, scilicet verbo & per apparentem iustitiam, sed tamen occultam malitiam. Si etiam quæratur, si talis oratio sit præceptum, vel consilium. Dicenndum, quod orare in generali pro talibus id est non excludere eos à communibus orationibus, est præceptum: orare vero pro eis in speciali, perfectionis consilium est. Secundo vero ponit Dominus præmium, quod quidem maximum est, Vnde subdit, *Vt sitis filij patris vestri.* Nõ natura sed imitatione & gratia, quasi dicat. Iam estis in spe, satagite vt sitis in re, si cumulantur merita, cumulabuntur & præmia ab eo, qui in cœlis est. Aduertendum est autem, quod quia iste amor & dilectio inimicorum est actus notabiliter arduus, atque difficilis: ideo dicens, *vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est*, ostendit in his verbis huius actus simul sublimitatem & formalem & finalem. Primo quidem formalis sublimitas est perfecta participatio diuinæ conformitatis, seu perfecta imitatio diuinæ naturæ, quæ vtique est charitas summa & pura, teste Ioan. qui 1. can. iuæ 4. cap. ait *Deus charitas est.* Hæc participatio & imitatio per nomen filij, qui dicitur à filos, quod est amor optime designatur. Secundo autem sublimitas finalis est, vt homo à Deo, vt filius in honorem erigatur & sublimetur: & quasi in omnibus iura filij obtineat in paterna hæreditate, hoc ipsum ideo ad septimam beatitudinem, scilicet pacificorum apposuit, quia quod quis perfectissimè diligat maximos inimicos, fieri non potest sine ineffabili exuberantia diuinæ pacis. Merito ergo Chrysost. ait, Carnales filij non sunt culpabiles, si eorum facies non sunt similes patribus, quia non est in eorum potestate corpus proprium figurare, sed spirituales nisi Deo similes fuerint, eorũ culpa est, qui patris similitudinem perdiderunt. *Fecit n. Deus hominem ad imaginẽ & similitudinem suam.* Tertio autẽ ponit Dominus exemplum dicẽs: *Qui solem suũ oriri facit super bonos & malos & pluere*, &c. Hæc enim duo in exemplum ponit maxime propter duo. Primo quia sunt euidentiora, & quasi radix omnium, quæ in terra nascuntur & nutriuntur. Nam virtus effectiua & conseruatio eorum, principium habet à sole & ab eius radio & calore. Humor vero est materia eorum & nutrimentum. Secundo quia sunt aptiora ad designandũ summa & communiora beneficia gratiæ Dei, quæ scilicet sunt Missio Christi in mundum, qui est sol animarum nostrarum: & diffusio, seu irrigatio stillicidij spiritualium charismatum & donorum, quæ quidem fluunt non tantùm in bonos, sed etiam in malos, quos Deus ad se conuertit, atque omnibus malis saltem offerendo, quantum est ex se, exhibet & ostendit. Potest insuper dici, quod duo sunt principia generationis mundanarum rerum, scil. calidum & humidum. Calidum quippe in generatione est loco patris, & humidum loco matris: & sic posuit solem, in quo est fons caloris: & pluuiã, in qua est fons humoris. Vt mystice designaret sublimitatem Dei & vniuersalem beneficẽtiam eius in vniuersum orbem. Rabanus vero hoc exponit de sole iustitiæ, & pluuia salutaris doctrinæ.

Primum. *Secundum.* *Tertium.* *Quinã nomine inimicorũ intelligãtur.* *Duplex affectus dilectionis inimici.* *Isa. 58.* *Quæstio. Solutio.* *Dilectio inimicorum satis ardua.* *1. Ioan. 4.* *Gene. 2.* *Primo.* *Secundo.* *Duo principia generationis rerum mundanarũ.*

Quod vere pacifici, filij Dei efficiuntur.

Cap. III.

TErtium vero, cui datur in præmium filiatio Dei, est pacis concordia. Et de hoc Dominus in hac septima Beatitudine dicit: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*, quod verbum exponens Chrysost. in homilia inquit: Pacifici, qui nec odiunt, nec litigant, sed litigantes concordant, rectè filij Dei vocantur: quia vnigeniti hoc est opus, congregare diuersa & pacificare contraria præliantia. Talis quippe filiatio Dei ad Deum similationem importat. Nam ipsius Dei propriũ est seipso frui, ac quiescere in se ipso. Merito ergo, qui prædicto modo pacifici sunt, filij Dei denominantur. Profecto tales pacifici beati erunt, ex quo merebuntur fieri filij Dei: nam erunt Deo similes, cum Deo gaudentes, & ipsius hæredes. Primo, quia erunt Deo similes. vnde 1. Ioan. 3. scriptum est: *Charissimi nunc sumus filij Dei, & nondum apparuit nobis, quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est.* Secundo quia erunt cum Deo gaudentes. Proinde Matthæi 9. Dominus ait: *Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus?* Tertio, quia erunt ipsius Dei hæredes, sicut testatur Apostol. Roman. 8. *Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Hæredes siquidem

Tertiũ quod hominẽ filiũ Dei facit est pacis concordia. *Tales pacificẽ erunt filij Dei.* *1. Ioan. 3.* *Tales erunt cũ Deo gaudentes.* *Matth. 9.* *Erunt hæredes ipsius Dei.* *Rom. 8.*

Digitized by Google

Hæredes filij Dei ab Apoſto. in mũdo. Secundo à malis in iudicio. Sapient. 5. Matth. 25. Tertio à Chriſto in præmio.

Dei vocabuntur ab Apoſtolo in mundo, à malis in iudicio, à Chriſto in præmio. Primo vocabuntur filij Dei ab Apoſtolo, ſicut teſtatur Apoſtolus. 1. Theſſ. 5. c. dicens: *Omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij Dei.* id eſt Dei, qui noſtra eſt dies. Secundo à malis in iudicio, ſicut Sap. 5. c. ſcriptum eſt, quod impij in iudicio dicent, *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei.* Tertio à Chriſto in præmio. Vnde Matth. 25. c. dicet Dominus: *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Vide igitur exceſſum huius ſeptimæ beatitudinis ad omnes alias præcedentes. Nam ſecundum gloſſ. maximam dignitatem pacifici habent, ſicut qui filius Regis dicitur, in domo regia ſummus eſt. Nam inter omnia præcedentia maximum iudicatur vocari filius Regis: Inter quos, nos connumerare dignetur vnigenitus filius Dei Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto omnes pacificos effecit Dei filios, per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de octaua beatitudine, eſt patientia in quo agitur de martyrio & perſecutione iuſtorum, ad quæ hilariter ſuſtinendum hortatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſermo includit tres articulos, quorum primus continet tria capita, ſecundus totidem, tertius vero quatuor.

Articuli primi, Quod tria requiruntur, vt quilibet martyr fiat.

Cap. 1. Triplicem perſecutionem iuſtus quilibet pati poteſt.

Cap. 2. Quod propter triplicem iuſtitiam patitur quilibet homo iuſtus.

Cap. 3. Quod primæ & vltimæ beatitudini propter tria in præſenti poſſeſſori promittitur regnum cœlorum.

Articuli ſecundi, Quod ad triplicem ſuſtinentiam Dominus Ieſus Chriſtus hortatur iuſtos.

Cap. 1. Quod in maledictionibus quaſi in beatitudine iuſti gloriari debent.

Cap. 2. De perſecutionibus perferendis & quando & quare fugiendæ ſunt.

Cap. 3. De ferendis detractionibus & quod detractiones Apoſtoli perpeſſi ſunt.

Articuli Tertij, Quod in tribulationibus quas patimur vt meritoriæ ſint tria concurrere debent.

Cap. 1. Quod gaudenter maledictiones & detractiones pati debemus, ſi mendaciter imponantur.

Cap. 2. Quod propter iuſtam cauſam debent quilibet iuſti aduerſitates pati.

Cap. 3. Quod intus gaudere & extra exultare debemus, maxime quia patimur propter Chriſtum.

Cap. 4. Breuis declaratio beatitudinum præmiſſarum. Sequitur Epilogus omnium prædictorum.

Octaua Beatitudo eſt Patientia, in qua agitur de martyrio & perſecutione iuſtorum, ad quæ hilariter ſuſtinendum hortatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

Sermo XII.

Octaua beatitudo eſt Patientia.

BEati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me, gaudete in illa die & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Iterum Matth. 5. Porro poſtquam homo aduerſus ſeipſum factus eſt ſæuus, incurrens pœnam iuſſione Dei contempta, factum eſt, vt in alios ſeueritas hominis deſæuiret, vt etiam inferretur innocentibus perſecutio, pateretur manſuetudo moleſtiam, iacturãm iuſtus iniuſte toleraret, atque ſpreta Dei iuſtitia non eſſet tutela bonis ab improbis ſuper terram & iniquitate hominibus dominante neceſſarium factum eſt, vt perſecutio inter homines orta vexaret. Quæ cum, euitari non poſſent vrente, atque regnante malitia oportuit ſtatum patientiæ interponi & præmuniri iuſtitia, quæ cum ad eſt in agonibus variis nominum, omnem paſſionem efficit glorioſam. Proinde Saluator noſter octauam Beatitudinem patiendam ſtatuens ſubdit: *Beati, qui perſecutionem*, &c. Igitur determinata Beatitudine, diſtincta in ſeptẽ beatitudinibus iam prædictis penes agere, in hac octaua determinatur penes ipſum pati. Nam ſicut patriæ beatitudo diſtinguitur penes auream, atque aureolam: ſic beatitudo viæ, quæ eſt imago quædã & ſimilitudo illius. Porro præcedentibus beatitudinibus, quæ conſiſtunt in perfectione actionis, reſpondet præmium aureæ. Huic vero quæ conſiſtit in perfectione paſſionis præmium aureolæ, quæ hic per regnum myſtice denotatur. Præterea ſicut ad perfectionem pertinet bene agere: ita etiam mala pati. Secundum enim Aug. hæc octaua Beatitudo eſt probatiua & conſummatiua priorum, ita quod primæ ſeptem hominem perficiunt, ſed octaua glorificat, & perfectum demonſtrat: quia tunc aperte tam ſibi, quam aliis apparet homo perfectus in qualibet præmiſſarum, quando pro qualibet illarum conſeruãda, atque propaganda ſubit homo promptiſſime mortem & omne genus confuſionis & pœnæ. Et vere vſquequo homo certus eſt, ad plenum hanc promptitudinem ſe habere certificari non poteſt, quod in illis perfectus ſit. Conſtat autem quod experientia huius actus certiſſimè tam ſibi, quam aliis hoc oſtendit. Dupliciter tamen ad patientiam bene ſe habet homo. Primo per fortitudinem, ſecundo per beatitudinem. Primo per fortitudinem, vt puta quando imminente paſſione & tribulatione homo à virtutibus non diſcedit, licet ſuſtineat aduerſa cum diſplicentia & dolore. Et hoc fit per fortitudinem, quæ virtus politica eſt. Secundo vero bene ſe habet homo ad patientiam per beatitudinem, quod quidem excellentius fit, quam per virtutem moralem: Nam talis patientia huiuſmodi beatitudinis, eſt quædam fortitudo diuina, videlicet cum ſuſtinet homo non tantum patienter, ſed etiam & lætanter, ſicut & martyres faciebant, qui quanto acerbioribus tormentis cruciabãtur, tanto amplius in Domino lætabantur. Vnde Actor. 5. de Apoſtolis ſcriptum eſt, *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Eſt igitur hæc octaua Beatitudo quædam manifeſtatio & confirmatio ſeptem præcedentium. Ex hoc enim quod aliquis eſt firmatus in paupertate ſpiritus & mititate & aliis ſequentibus, prouenit quod ab his bonis propter nullam perſecutionem recedit. Ex quo ſequitur, ſecundum Thom. quod omnia beatitudinum præmia ſibi debentur. Chryſoſt. vero in homil. cauſam reddit, quare perſecutionis beatitudo immediate ſequitur beatitudinem pacis dicens. Poſita pacificorum beatitudine, ne aliquis exiſtimaret, quod ſemper pacem quærere bonum ſit, ſubdit dicens, *Beati qui perſecutionem patiuntur*, &c. Circa igitur hanc beatitudinem triplicem doctrinam dat nobis Dominus Ieſus Chriſtus. Primo doctrinam generalem, ſecundo doctrinam ſpecialem: tertio doctrinam ſingularem.

* * *

Vnde perſecutio orta.

Ad perfectionem pertinet bene agere ſicut & mala pati.

Dupliciter ad patientiã bene ſe habet homo.

Fortitudo virtus politica.

Actor. 3.

De hac beatitudine triplicem doctrinam dat nobis Dominus.

AATICV

Digitized by Google

Articvlvs Primvs.

Quod tria requiruntur, vt quilibet martyr fiat

Prima doctrina est generalis exhortans ad martyrium.

PRimo enim dat Dominus de beatitudine hanc doctrinã generalem ad martyriũ exhortantem. Porro tria sunt, quæ martyrem efficiunt. Pœna, causa, & perseuerantia: seu supplicium, motiuum, & præmiũ. Primum est pœna, seu supplicium. Et de hoc dicit, *Beati, qui persecutionem patiuntur.* Secundum est causa, seu motiuum: & de hoc subdit, *propter iustitiã.* Tertium est perseuerantia, siue præmium, & de hoc addit, *quoniam ipsorum est regnum cælorum*, Et potest esse thema cum de hoc solo art. fieret sermo.

Tria sũt quæ martyrẽ efficiunt.

Triplicẽ persecutionem iustus quilibet pati potest.

Cap. I.

Primum est pœna.

PRimum quippe, quod martyrem facit, est pœna, seu supplicium, ait enim, *Beati, qui persecutionem patiuntur.* Triplicem enim persecutionem iustus quilibet pati potest. Primam in substantia, secundã in fama, tertiam in persona. Prima quidem in substantia, sc. cũ quis sustinet hilariter priuari substantia temporali, atq; prædationes. Et de hoc Apost. ad Heb. 10. cap. commendabat quosdam, cum ait: *Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.* Et iterum Prou. 12. c. scriptum est: *Qui negligit damnum propter amicum, iustus est.* Multo amplius iustus esse probatur, cum quis propter inimicum hoc idem facit. Secundo pati potest iustus persecutionum in fama, quod maxime per contumeliam fit, secundum enim magistrum Alex. de Ales in 2. q. 43. Contumelia est peccatum ex improperio sermonis manifesto tendens in proximi nocumentum. Tunc quippe maxime patientia necessaria est. Nam, vt Chrysostom. ait: Non est aliquid contumelia molestius, & quod maxime potest mordere hominis animam. Nam sicut idem inquit, Inimicitiæ tempore ira accensa & anima ardente, quod minimum est, magnum apparet: & quod non valde iniuriosum est, onerosum esse videtur: occisionem enim peperit & ciuitates integras euertit. Sicut. n. amicitia existente, quæ onerosa sunt, fiunt leuia: ita etiam inimicitia subiacẽte quæ parua sunt fiunt importabilia. Ad hoc quidem, remedium tribuit Chrysost. dicens: Cum conuitiatus fuerit aliquis: intellige quo supplicio torquetur, & non solum non habebis iram, sed & lachrymas emittes. Aduersus autem febricitantem nullus exacuitur, neque aduersus inflammatum, sed miseretur omnium taliũ. Sic contingit de illo, qui contumeliam infert, compatiendum est ei tanquã febricitanti. Tertio pati potest iustus persecutionem in persona. Et de talibus ad Hebr. 11. c. Apost. ait: *Aly ludibria & verbera experti sunt, insuper & vincula & carceres: Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus*, & cætera, quæ sunt ibi. Et ad Rom. 8. cap. Apost. feruore huius beatitudinis inflammatus ait: *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* sicut scriptum est, *Quoniam propter te mortificamur tota die, extimati sumus sicut oues occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.*

Quilibet iustus triplicẽ persecutionẽ patitur.

Prima in substantia. Heb. 10.

Prouer. 12.

Secunda in fama.

Quid contumelia.

Nihil contumeliã molestius.

Tertio in persona. Heb. 11.

Rom. 8.

Quod propter triplicem iustitiam patitur quilibet homo iustus.

Cap. II.

Secundum quod martyres facit est causa.

SEcundum quidem, quod martyrem facit, est causa, seu motiuum. Et de hoc Dominus subdit. *propter iustitiam.* Non enim tantum dixit, *qui patiuntur* sed addidit, *propter iustitiam.* Triplex est iustitia propter quam patitur iustus. Prima est iustitia fidelitatis, secunda est iustitia moralitatis, tertia est iustitia charitatis. Prima inquam est iustitia fidelitatis. De qua Ro. 3. Apost. ait: *Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis.* Et iterum 5. c. inquit, *Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum per Iesum Christum Dominũ nostrũ*, Et ad Galat. 3. *Ex fide iustificat gentes Deus.* Et paulo superius ait: *Abraham credidit Deo & reputatum est illi ad iustitiam.* Propter hanc enim fidelitatis iustitiam inconcusse tenendam, hi qui cœperunt in exordio nascentis ecclesiæ persecutiones sæuissimas passi sunt vt sanguis immensurabilis funderetur factatus Deo furore Dæmonum, & terroribus tyrannorum. Atque vt nil deesset in pœnis, ac tormentis, & moriendi varietate quin iustificati per fidem in suis persecutionibus paterentur. Hac igitur causa proposita, scil. iustitia fidei secure in omni agone certatur, & intrepide ictus bellorum excipiuntur. Congressio quæritur vt patientia ferro, fuste, scorpionibus, fame, siti, exilio, carcere, vinculis, tunsionibus, flagellis, flagris, omni genere verborum, iniuriis, cõuiciis approbetur. Vnde & martyres libẽtissime mortem sustinuerunt, ne desererent fidẽ, & vilem æstimauerunt omnem corporis pœnam propter fidei sanctæ iustitiam. Secunda est iustitia moralitatis, propter quã etiam patitur iustus hic post credita ea, quæ sunt agenda complectitur, pro qua pati, ne deseratur, necesse est, & illa segregari non potest, quæ ne committatur, quod nefas est, sponte suscipitur. Omnis quippe virtus iustitia est, cum ex ipsa caueatur iniustum, & illi placeatur, cui seruire omnis iustitia persuadet. Non igitur tantum beati, qui bene operantur: sed magis beati sunt, qui persecutionem patiuntur propter iustitiã, non propter scelera, vt malefici, hæretici, latrones, & homicidæ. 1. Pet. 4. *Nemo vestrũ patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor:* sed propter iustitiã sc. faciendã, defendendam, promouendã, conseruandã, atque annunciandam. Tertia est iustitia charitatis, Sicut. n. Iac. 1. c. ait, *Patientia opus perfectũ habet.* Ex eo quidem patientia opus dicitur habere perfectum, quia per ipsum Dei, & proximi dilectio vera examinatur: & an, & quanta insit, cognoscitur manifeste. Consueuerunt ocio marcere virtutes, nec de ipsis haberi potest inhærentia certa, nisi cum oppositis habuerint quandoque congressum. Sed nulla patientia, vbi nulla iniuria, nulla contumelia, nulla tribulatio irrogatur. Sed cum aderunt hostiliter oppugnantia & aduersantia mentem pariter, atque sensum, tunc patientia claresce facit dilectionem, qua proximum diligere credebamus, cũ seuerè, atque inhumane tractati seruãtes amorem, odiũ propulsamus, non attẽdentes iram, atque malitiam, sed creatam naturam, ac etiam illam, quæ nobis offertur gratiam: non considerantes, quod irrogatur, sed quod iubetur: non magni pendendo mala, quæ irrogat homo sæuus, sed quæ promittit piissimus Deus, non quod nos patimur, sed quod pro nobis passus est inter homines homo factus. Similiter etiã, quanta charitate Christo iungamur, mõstrat patiẽtia in aduersis ne seiũgamur. Proinde Ap. 8. c. ad Ro. ait: *Certus sum. n. quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neq; instãtia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neq; creatura alia poterit nos, separare à charitate Dei, qua est in Christo Iesu Domino nostro.* Ecce vnde patientia opus perfectũ haber, quia vtriusque præcepti tenet incõcussè perfectionem. Nihil profecto iustius est, quam sic agere ne quis separetur à Christo. Iuste impenduntur sponte opes & ingerit se patientia, cum inuite tolluntur. Animo imperturbato cũcta pericula tolerantur, mors in desiderio sit. Acerbe mori computatur in lucrum, vitã perdere superexcedens est bonũ, ne iustitia charitatis per impatientiam in anima auertatur: vnde Christus, ab ipsa separatus abscedat.

Rom. 3. Triplex iustitia propter quam patitur iustus.

Prima est iustitia fidelitatis. Gal. 3.

Secunda est iustitia moralitatis.

1. Petr. 4.

Tertia est iustitia charitatis. Iacob. 1.

Rom. 8.

Digitized by Google

Dicam amplius. Non eſt quippe perſecutio ſolum attendenda in illatis corporaliter pœnis, & in his malis, quæ poſſunt lingua proferri, ſed iuſtis pati à charitatis iuſtitiæ diſſimiles hominum mores etiam nullis illatis, aut dictis aduerſis magna profecto perſecutio eſt. Cruciatus eſt quippe amatori Dei ſibi videre, quod diſplicet, & diuinam habet offenſam. Non n. poteſt verus Dei cultor abſq; perſecutione tranſire, videns quippiã maieſtati diuinæ ingratum. Amor ad dilectum iniurias dilecti ſuas profecto perſecutiones facit, etiã ſi eſſet ipſe circumquaque pacatus. Et diligens proximũ vt ſeipſum, in animo perſecutionẽ patitur, cum ipſum videt affligi manens ipſe non tactus. Et amator honeſti, fortiter animo cruciatur ex omni turpi, quod agitur, etiam ſi non obligetur ad actus. Sicut de ſeipſo Proph. inquit, Pſ. 118. *Vidi prauaricantes & tabeſcebam*, id eſt pro ipſis dolui, *quia eloquia tua, non cuſtodierunt*. Et ibidem idem ait: *Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei*. Profecto præuaricatores legis Dei etiam intactis corporibus & imperturbatis rebus, tacitis verbis, necnon forte impenſis obſequiis perſecutores validi ſunt amicorum Dei & dilectorum iuſtitiæ charitatis, quæ perſecutio etiam propter iuſtitiam eſt ferenda, vt ſemper diligamus proximum cum odio vitiorum ſuorum.

Pſalm. 118.

Quod primæ & vltimæ beatitudini propter tria in præſenti poſſeſſoriè promittitur regnum cœlorum.

Cap. III.

Tertiũ, quod martyrẽ facit eſt perſeuerantia.

TErtium vero, quod martyrem facit, eſt perſeuerantia, ſeu præmium, aut perſeuerantiæ præmium, propterea Dominus ſubdit: *Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*. Supra enim ſerm. ſecundo. cap. vlt. Poſitæ ſunt rationes, quare voluntaria paupertas & perſecutio temporalis ſorores ſunt, & quod eis claues regni cœlorum non tantum promiſſorie, ſed etiam poſſeſſorie conceduntur. Sed ad præſens tres alias rationes ſuperaddamus. Poſſeſſorie quidem promittitur primæ & vltimæ beatitudini regnum cœlorum. Primo propter affectionem, ſecundo propter afflictionem, tertio propter comprehenſionem. Primo propter affectionem, nam ſicut per paupertatem per viam abdicationis omnium mundanorum exit homo quaſi de hoc mundo, vt ſe ſtatuat in altiori ſæculo, ſeu regno: ſic per ſufferentiam martyrij exit homo mentaliter & corporaliter de hoc mundo, ac de ſua corporali vita, vt vadat ad altius ſæculum, ſeu regnum. Et ad hoc Matth. 10. cap. hortatur Dominus dicens: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem non poſſunt occidere, ſed potius eum timete, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam*. Signanter autem perſecutionem propter iuſtitiam prædixit, cum prohibuit timorem humanum imponens diuinum. Et ne crederent homines in perſecutionibus à diuina prouidentia derelinqui per comparationẽ minimorum, quanta factori noſtro ſit cura de nobis, aperte monſtrauit cum ſubdit: *Nonne duo paſſeres aſſe vaneunt, & vnus ex illis nõ cadet ſuper teram ſine patre veſtro*. Et ſequitur: *Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos*. Secundo propter afflictionem, voluntaria quippe paupertas quoddam genus martyrij eſt, quia extra à mundi punctionibus laceratur, & intus à multis vexationibus ſtimulatur, ne voluntarius pauper quaſi in luto mundi delitiis, diuitiis, & magnificentiis requieſcat. In huius myſterium pungitur paupertas præfata intra ſpinarum ſepem veſtibus multipliciter laceratis, ſicut patet in conuentu Aſſiſij, in capella, quæ ſita eſt ſuper altare beati Franciſci. In martyrio quoque corpus affligitur vſque ad mortem. In vtroque igitur vincere animum neceſſe eſt, ſcilicet quoad delectabilia huius mundi, & gloriam eius. Proinde gloſſ. inquit, *Qui gloriam cœli optat, opprobrium & ſupplicium non timet in terra*. Et ſubdit: *Quantum quis de laude hominum lætatur, tantum de opprobrio contriſtatur, quem laus extollit, vituperatio deprimit*. Vbi quis quærit tantum gratiam apud Deum, non timet confundi in conſpectu hominum. Tertio propter comprehenſionem. Nam ſub nomine regni omnia alia præmia comprehenduntur: quod quidem primæ beatitudini tanquam radici & fundamento & habitaculo ſequentium virtutum primaria ratione adſcribitur huic, tanquam fini, ſeu termino omnium, & tanquam illi, qui de facto introducit ad regnum cœlorum.

Poſſeſſoriè promittitur vltimæ beatitudini regnũ cœlorum propter tria.

Matt. 10.

Paupertas quoddam genus martyrij eſt.

Articvlvs Secvndvs.

Quod ad triplicem ſuſtinentiam Dominus Ieſus Chriſtus hortatur iuſtos, atque perfectos.

Secunda doctrina circa hã beatitudinẽ eſt ſpecialis.

SEcundo autem circa hanc beatitudinem tribuit nobis Dominus doctrinam ſpecialem. Nam cum prius in præcedentibus beatudinibus in tertia perſona Dominus loqueretur, tamen in explicatione, ſeu expoſitione huius octauæ beatitudinis conuertit ſermonẽ ad diſcipulos ſuos, dicens: *Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos*. Quod & fecit forſitan propter exceſſiuam difficultatem iſtius, propter quam ſpeciali perſuaſione indiget. Proinde conuertitur ad perfectos, vt animaret, atque armaret, quos ſicut agnos inter lupos miſſurus erat, ſicut Luc. 10. ipſe dixit. Ad triplicem ſuſtinentiam ſpecialiter hortatur Dominus diſcipulos ſuos, & quoſcunque perfectos. Primo ad ſuſtinendum maledictiones, ſecundo ad ſuſtinendum perſecutiones, tertio ad ſuſtinendum detractiones. Impij enim tripliciter perſequuntur bonos. Primo enim maledicunt præſentibus, ſecundo de loco ad locum fugant perſecutionibus, tertio detrahuntiam fugatis & abſentibus.

Luc. 10.

Ad triplicem ſuſtinentiam ſpecialiter hortatur Dominus diſcipulos ſuos, & quoſcunque perfectos.

Quod in maledictionibus quaſi in beatitudine iuſti gloriari debent.

Cap. I.

Primo hortatur ad ſuſtinendum maledictiones.

PRimo enim hortatur eos ad ſuſtinendum maledictiones. Propheta inquit: *Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines*, ſcilicet carnales & infideles, gloſſ. id eſt ex odio in faciem contumelias dixerint. Graue quidem ſit ab hominibus maledici, præſertim ab his quibus nõ inimicandi, ſed amicandi cauſa perſtruitur. Proinde Pſal. inquit, Pſal. 55. *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Tu vero homo vnanimus dux meus & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos*. Apoſtoli quidem, atque diſcipuli Domini amorem omnium ex præcepto eis impoſito merito vendicabant, qui mittebantur omnium nunciare ſalutem, dirigere in melius vagos hominum mores, omnes infirmitates depellere, dæmones effugare, ordinare terrena, perſuadere diuina, nullius cauſa quæſtus, nullius ambitionis & inanis gloriæ, aut terrenæ delectationis intuitu, & ſic eos ſæue in multorum maximè tyrannorum odium deuenire diuina prouidentia diſponebat. Porro omnibus benedicere miſſi erant, atque benefacere, maledictiones & conuitia peraplius ſuſcepturi, quorum ibant procurare ſalutẽ, & in viã dirigere ſalutarẽ. Præuiderat. n. eos Saluator noſter in prima perſecutionum acie poſitos de nouo naſcentis eccleſiæ velut duces belli Chriſtiani populi cum dæmonibus & mundi principibus certaturos, non alia cauſa belli ſuppoſita, niſi noua fide incarnati verbi omnium cauſam agentis, dum pateretur in cruce, qua fide idololatria propellenda erat, dæmones effugandi, tyranni ſubiiciendi, mores renouandi, noua ſacrificia, ſacramenta potiora

Pſal. 55.

Digitized by Google

potiora condenda, pœnitentia prædicanda, mirabilia innumera facienda, venia danda conuersis, beatitudo in superis promittenda.

De persecutionibus perferendis, & quando & quare fugiendæ sunt.

Cap. II.

Secundo ad sustinendum persecutiones.

Secundo hortatur eos ad sustinendum persecutiones, dicens, *& persecuti vos fuerint.* Cum enim fugat quis fugientem hostiliter, persecutio nominatur. Hanc & Apostoli perpessi sunt cæterique consimiles & fugientes à fugantibus de terris ad terras, de prouinciis ad prouincias, de Iudææ regione ad insulas & regna gentium transmigrarent. Sic & monefecerat

Matth. 10. Matth. 10. cap. ipse Saluator dicens: *Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam*, scil. vt amplius nomen vestrum diuulgetur, & vestra prædicatio audiatur, prouideatur infirmitati vestræ, atque hostibus vestris parcatur. Interlinearis. Non debetis semper resistere, sed ad tempus fugere, vt aliis possitis prodesse.

Genes. 27. 1. Reg. 19. Sic fugit Iacob à facie Esau, Genes. 27. sic Dauid à Saul. 1. Reg. 19. sic Helias à Iezabel. 3. Reg. 19. sic Paulus à Damasco. 2. Cor. 11.

De supportandis detractionibus, & quot detractiones Apostoli perpessi sunt.

Cap. III.

Tertio ad sustinendas detractiones.

Tertio hortatur ad sustinendum detractiones. Et de hoc Dominus subdit, *Et dixerint omne malum aduersum vos*, id est, omnia genera verborum malignãtium, secundum gloss. De his detractionibus. 2. Cor. 6.

2. Cor. 6. Apostolus ait: *Per arma iustitiæ*, scilicet pertransimus, *à dextris*, scilicet prosperitatis, ne eleuemur: *& à sinistris*, scilicet aduersitatis, ne frangamur *per gloriam*, scilicet cum honoramur: *& ignobilitatem*, scilicet cum vituperamur, *Per infamiã & bonam famam*, quia à quibusdam dicebantur magi & deceptores, & à quibusdam veritatis prædicatores. Et ad hoc idem subdit, *Vt seductores*, scilicet reputati sumus, *& veraces*, scilicet ab aliis æstimamur, *sicut ignoti*, id est à Deo reprobati, scilicet reputati sumus à malis, *& cogniti*, id est à Deo approbati & domestici, scilicet reputati sumus à bonis, *quasi morientes*, id est morti corporali expositi, & periculis. *Et ecce viuimus*, scilicet corporaliter & spiritualiter: *vt castigati*, scilicet flagellis & pressuris, vt à prædicatione cessaremus, & non mortificati, quia scilicet non desistimus à prædicatione, quasi dicat: Licèt à Deo per flagella castigemur, tamen per eum à morte eripimur, vt prædicationi vacare possimus, *quasi tristes*, scilicet in persecutionibus reputatione malorum, *semper autem gaudentes*, quia per Spiritum sanctum maiorem recipimus consolationem, *sicut egentes*, scilicet victum & vestitum ab aliis mendicantes: *multos autem locupletantes*, scilicet spiritualibus bonis. Vnde Sybilla Erythrea de Apostolis ait: In paupertate seminabunt diuitias tanquàm nihil habentes, scilicet temporalis aut spiritualis boni, in reputatione malorum, & omnia possidentes, quia non sibiipsis viuebant, sed Christo omnia autem erant subiecta Christo Matth. vlt. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, ait Dominus.* Propter quod Apostoli omnia reputabant esse sibi subiecta. In cuius signum obediebant eis ad nutum etiam insensibiles creaturæ.

Matth. vlt.

Articvlvs Tertivs.

Quod in tribulationibus quas patimur, vt meritoriæ sint, tria concurrere debent.

Tertio circa hanc beatitudinem tribuit nobis Dominus doctrinam singularem dicens, Mentientes propter me, gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. In quibus sacratis verbis, manifeste ostendit, quod ea, quæ dicuntur contra nos, debent, habere hæc tria. Primo, quod sint mendacia falsa, secundo, quod sit causa iusta, tertio quod sit lætitia magna.

tudinem tribuit nobis Dominus doctrinam singularem, ea quæ dicuntur cõtra nos debent habere hæc tria.

Quod gaudenter maledictiones & detractiones pati debemus, si mendaciter imponantur.

Cap. I.

Primo quod sint mendacia falsa.

Primo inquam debent esse mendacia falsa. Propterea inquit, *Mentientes.* Oportet enim secundum Chrysost. ad hoc quod beatitudo hæc competat nobis, quod malum, quod de nobis dicitur, non sit in nobis, & quod propter odium Christi id dicatur de nobis. Christum autem intellige tam in se, quam etiam in membris suis, & quam in virtutibus ab eo præceptis, atque consultis. Ioannes enim in patiendo pro reprehensione adulterij, atque pro castitatis zelo, dici potest passus propter ipsum Christum. Dupliciter tamen mentitur homo. Primo, simulatione bonæ vitæ, secundo, verbo mendacis loquelæ, Primum quidem mendacium includit secundum. Creditur enim mendaci loquelæ propter apparentiam bonæ vitæ. Proinde 2. Corint. 11. c. Apostolus *periculum in falsis fratribus* enumerat inter pericula grauiora. Et Apocal. 2. cap. Angelo primæ Ecclesiæ de falsis fratribus dictum est: *Et tentasti eos, qui dicunt se Apostolos esse, & non sunt: & inuenisti eos mendaces.* Ad litteram tempore illo in ecclesia emergere cœperunt, qui plus de nomine, quam de bonæ vitæ veritate curabant. Et tales Angelus id est Episcopus Ecclesiæ primæ inuenit mendaces tam opere, quam sermone. Vnde non tantum tunc, sed etiam nunc lumen discretionis necessarium est, vt vtrũque mendacium detegatur. Quod autem multi pseudo-Apostoli in Ecclesia tunc surrexerint, ex Epistolis Pauli patet. Nam crebro & acriter inuehit contra eos. Fingebant enim se à magnis Apostolis missos, sed pro quæstu prædicabant, & pro gloria temporali.

Dupliciter mentitur homo.

2. Cor. 11. Apocal. 2.

Quod propter iustam causam debent quilibet iusti aduersitates pati.

Cap. II.

Secũda quod sit causa iusta.

Secundo quod sit causa iusta. Et de hoc subdit *Propter me*, quasi dicat. Non propter accusationem peccatorum, sicut mentiuntur fures; non propter lucrum terrenorum, sicut mentiuntur cupidi: non propter fauorem hominum, sicut faciunt vanaglorioси: sed quod perfectissimum est, propter verbum Dei. sicut Apocalip. 6. c. scriptum est: *Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbũ Dei, & propter testimonium quod habebant.* Quantumcunque enim iusti ab impiis patiantur, patientia tamen & meritum eorum minus est, & inferius merito patientiæ Regis Martyrum, qui Dei filius est in assumpta humanitate, propterea Ioan. ait, *Vidi subtus altare animas interfectorum.* Sicut enim tota congregatio Sanctorum digne dicitur Dei templum, ad quorum quosdam 1. Cor. 6. Apost. ait: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Sic merito altare dicitur humanitas Christi, quæ cæteris Sanctis in cœlo celsior est. Altare enim ab altitudine nominatur. Animæ quippe omnium electorum sub hoc altari sunt, quantum ad meritum & gloriæ præmium, quæ hoc ipso vno homine omnes inferiores sunt: vt non solum de hominibus, sed etiam de Angelis, ad Ephes. 1. Apost. audeat dicere, *Quod* scil. *constituit eum pater ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius.* Sed ne credatur omnes interfectorum animas, eo quod

Apocal. 6.

1. Cor. 6. Vnde altare dicitur.

Ephes. 1.

Digitized by Google

interfectæ ſint, hoc priuilegio gaudere, vt participes ſint meritorum & gloriæ Chriſti, merito ſuperaddit. Propter verbum Dei & propter teſtimonium quod habebant. Non enim qui patiuntur, vt fures, adulteri, & homicidæ, ſicut prædictum eſt: ſed propter verbum Dei, quod prædicant, & propter teſtimonium, quod in Chriſtianis operibus oſtendebant, id eſt propter doctrinam & vitam Chriſtianam paſſi hanc gloriam merito conſequantur. Proinde 1. Petr. 2. ſcriptum

1. Petr. 2. eſt: *Si bene facientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum.*

Quod intus gaudere & extra exultare debemus, maxime quia patimur propter Chriſtum.

Cap. III.

Tertio quod ſit lætitia magna. Tria ad lætitiam inducẽtia Dominus manifeſtat.

TErtio, quod ſit lætitia magna. Et de hoc Dominus ſubdit: *Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* In quibus ſacratis verbis tria ad lætitiam inducentia Dominus manifeſtat. Primum eſt triumphale gaudium, ſecundum exhilarans ſignum, tertium eſt ſuperabundans præmium. Primum eſt triumphale gaudium, dum dicit, *Gaudete*, ſcilicet interius in corde. Aduertendum eſt autem, quod cum duo Saluator ad ſuſtinenda mala in cauſa ſubiiceret, ſcilicet ſemetipſum & gaudium ſupernorum: vnum cum ſuperius ait, *propter me:* alterum cum adiecit: *Gaudete & exultate in illa die, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* Primum virtutis, ſecundum beatitudinis fuit. Amplius propter primum, quam propter ſecundum mala paſſos Apoſtolos legi-

Actor. 5. mus fuiſſe gauiſos. Nam vt dicitur Actor. 5. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Vt magis lætarentur mala pati propter Chriſtum, quam propter promiſſa regna cœlorum. Optimi enim militis eſt, non ob rem, ſed propter Regem in bello pugnare. Secundum eſt, exhilarans ſignum. Et de hoc ſubdit, *Et exultate*, ſcilicet exterius, id eſt quaſi præ gaudio extra ſaltate, quod eſt ſignum latentis lætitiæ, quæ ſuperabundat in corde. In illa die ſcilic. tribulationum. Et ad hoc hortatur Propheta dicens, *Exultate Deo adiutori noſtro.* Tertium eſt ſuperabundans præmium. Et de hoc ſubdit, *quoniam merces veſtra*, ecce ſufficientia iuxta meritum, *copioſa eſt*, ecce affluentia ſupra condignum, *in cœlis*, ecce indeficientia vltra terminum. In cœlis inquit, non huius viſibilis mundi, ſecundum Auguſt. ſed in ſpiritualibus firmamentis, vbi habitat ſempiterna iuſtitia. Vel ad literam eſt in cœlis ex parte ſubiecti, ſcilicet ex parte beatorum, qui localiter eſt in cœlis.

Breuis declaratio beatitudinum præmiſſarum.

Breuis declaratio beatitudinum.

BEati pauperes ſpiritu. Hi ſunt humiles corde, qui nec habent quod perdant, nec ſperant aliquid quod poſſit amitti: quia nec à proximo expetunt honorem, nec à Deo expectant præmium. *Beati mites*, qui vilipendunt ſe verbis, geſtis, & factis, vt vilipendantur ab omnibus terrena contemnendo & nullum iudicando. *Beati qui lugent* mala commiſſa & bona omiſſa offendendo Deum, & proximum, & ſeipſum, deformando ſe ab imagine & ſimilitudine Dei, qui plorant, quod amiſerunt Deum, ſed magis plorant, quod Deus amiſit eos. *Beati, qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiam*, qui regnum mentis eſuriunt reformare quantum ad corpus, & ſitiunt quantum ad animam, vt Deo reddatur honor, proximo amor, & ſibi verecundia, atque abiectio. *Beati miſericordes*, qui in omnibus miſeriis transformati per amorem ita compatiuntur, vt magis deſiderent eas pati quam compati, mala eorum reputando ſua. *Beati mundo corde*, qui mundi à ſorde peccati transformati in omnibus aliorum malis compatiendo, ſimplici oculo in Deum intentendo, inter mundana mundi mundum habent aſpectum, *Beati pacifici*, qui reconciliati Deo, ſibi, & proximo habent pacem cum Deo, omnia ſua iudicia diligendo, conſcientiæ ſuæ obediendo, & cum Deo proximum amplectendo. *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam*, qui parati ſunt omnia mala præſentia & futura propter honorem & amorem Dei, & amorem proximi, & odium ſui, iuſtinere diligendo iuſtitiam Dei.

Sequitur Epilogus omnium prædictorum.

ECce ſub quot modis diuerſis ſignificandis ad agendam meritoriam vitam Saluator noſter homines animauit & monſtrauit, quanta eſt diuerſitas agendorum: ſed omnium horum finis eſt regnum cœlorum. Nam voluntaria paupertas finem habet regnum cœlorum. Mititas terram hæreditabit, ſed illam regni cœlorum. Lugentes conſolabuntur, ſed in regno cœlorum. Eſurientes iuſtitiam ſaturabuntur, ſed in regno cœlorum. Miſericordes miſericordiam conſequentur, cum intrabunt in regnum cœlorum, Mundi corde Deum videbunt, intuitiuè in regno cœlorum. Pacifici Dei filij vocabuntur & erunt, ſed in regno cœlorum. Perſecutionem patientes propter iuſtitiam gaudebunt in regno cœlorum. Demum ſecundo directus ſpecialiter ad Apoſtolos poſt omnia tolerata & ſuperata pericula promittit regnum cœlorum. Quod nobis per ſanctiſſimam paſſionem ſuam & crucem largiri dignetur exemplar omnis patientiæ, Dominus Ieſus Chriſtus. cui cum Patre & Spiritu ſancto eſt benedictio & claritas & ſapientia & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo in ſæcula ſæculorum. Amen.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de ſumma perfectione euangelica obedientia, atque de obedientia cuiuſcunque religionis, continet tres articulos, quorum primus quatuor capita, alter tria, tertius denique ſeptem.

Articuli primi, De perfectionibus obedientiæ quæ Euangelica nuncupatur,

Cap. 1. Quod obedientia Euangelica primatum tenet in abdicando omne quod ſubiicitur hominis poteſtati.

Cap. 2. Quod obedientia Euangelica primatum tenet in vniendo regularem ſtatum.

Cap. 3. Quod obedientia Euangelica primatum tenet in promouendo ad bonum.

Cap. 4. Quod obedientia Euangelica primatum tenet in præſeruando à multis periculis atque malis,

Articuli ſecundi, De duodecim quæ faciunt obedientiam eſſe ſuauem atque ad perferendum leuem.

Cap. 1. De primis quatuor ſuauitatibus obedientiæ ſanctæ.

Cap. 2. De quatuor aliis ſuauitatibus obedientiæ ſanctæ.

Cap. 3. De vltimis quatuor ſuauitatibus obedientiæ ſanctæ.

Articuli tertij, De ſcala, ſanctæ obedientiæ & de ſeptem gradibus eius.

Cap. 1. Quod libenter ſubditus obedire debet Prælato ſuo.

Cap. 2. Quantum gratum ſit Deo ſimpliciter obedire.

Cap. 3. Quod hilaritas in obediendo obedientiam reddit gratam.

Cap. 4. Quod velociter obedientia debet exhiberi.

Cap. 5. Quod viriliter & magnanimiter debet obedienti exhiberi.

Cap. 6. De humilitate quæ in obedientia ſeruari debet.

Cap. 7. Quod perſeueranti obedientia datur gloria ſempiterna.

De

Digitized by Google

De Christiana perfectione Euangelicæ obedientiæ, atque de obedientia cuiuscunque religionis.

Sermo XIII.

Matth. 11. Triplex sapientia huius mundi. 1. Ioan. 2.

TOLLITE *iugum meum super vos.* Matth. 11. Triplex quippe est sapientia huius mundi: videlicet superbia, luxuria, & auaritia, de quibus 1. Ioan. 2. cap. ait: *Omne, quod est in mundo*, id est omne, quod mundi sapientiam sapit, *concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ.* Conualescit enim superbia per mundi magnificentias, luxuria per delitias, auaritia per diuitias. Tandem ex magnificentiis oriuntur vana, ex delitiis fœda, ex diuitiis impia. Quod intelligens vera sapientia Dei Christus, tria admirandæ sapientiæ consilia dedit, in quibus consistit totum studium sapientiæ spiritualis in schola sanctæ religionis, quæ opposita sunt sapientiæ mundi. Primum est consilium obedientiæ contra mundi superbiam, secundum castitatis contra mundi luxuriam, tertium paupertatis contra mundi auaritiam. Per obedientiam anima subiicitur Deo, per castitatem caro spiritui subiugatur, per paupertatem verò corpori nostro subiicitur totus mundus, sicut Deuteronom. 11. cap. promisit Dominus dicens: *Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit.* Calcare quippe, despicere est. Qui ergo totum despicit mundum, totius mundi Dominus est. De obedientia quidem Matth. 16. ait: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* De castitate Matth. 19. iterum Dominus inquit: *Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum.* De paupertate etiam Matth. 19. Dominus ait: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me.* Inter hæc autem tria vota præstantius, atque perfectius est votum obedientiæ, quàm alia duo, si sumatur in culmine suo: quod probari potest triplici ratione. Primò propter oblationem, secundò propter comprehensionem, tertiò propter appropinquationem. Primò inquam propter oblationem. Nam per votum obedientiæ homo aliquid maius offert Deo, scilicet ipsam voluntatem, quæ potior est, quàm proprium corpus, quod homo Deo per continentiam offert: Et quàm res exteriores, quas offert homo Deo per votum paupertatis. Vnde id, quod per obedientiam fit, magis gratum est Deo, quàm id, quod fit per propriam voluntatem. Secundò propter comprehensionem: quia votum obedientiæ continet sub se alia duo vota: sed non econuerso. Nam religiosus licèt teneatur ex voto seruare continentiam, & paupertatem: tamen hæc sub obedientia comprehenduntur, ad quam multa alia pertinere probantur præter continentiam, & paupertatem. Tertiò propter approximationem. Nam obedientiæ votum propriè se extendit ad actus propinquos fini religionis. Quanto enim aliquid propinquius est fini, tanto melius est. Et inde etiam est, quod votum obedientiæ est essentialius religioni. Nam si absque obedientiæ voto aliquis continentiam, & voluntariam paupertatem etiam ex voto seruet: non propter hoc pertinet ad religionis perfectionem, quæ præfertur etiam ipsi virginitati obseruatæ ex voto: vnde August. ait in libr. de virginitate: Nemo quantum puto, ausus fuit virginitatem præferre monasterio. Meritò igitur summa sapientia Dei Christus in verbo proposito ad votum obedientiæ nos hortatur, cum ait: *Tollite iugum meum super vos.* In quibus sacratissimis verbis tria per ordinem contemplemur. Primo consilium perfectissimum: quia dicit, *Tollite.* Secundò obiectum suauissimum: quia inquit, *iugum meum.* Tertiò subiectum conuenientissimum, quia subdit, *super vos.*

Deut. 11.

Matth. 16.

Matth. 19.

Matth. 19.

Votum obedientiæ præstantissimum propter tria.

Articvlvs Primvs.

De perfectione obedientiæ, quæ euangelica nuncupatur.

Circa obedientiam consurit perfectissimū.

PRimo contemplemur circa obedientiam, & maximè euangelicam, consilium perfectissimum, quia exhortatur Dominus dicens: *Tollite*, scilicet voluntariè à principio obedientiæ statum, quasi dicat: Non impono vobis, vt asinis, seu bobus: sed vos, vt homines tollite vobis, si vultis. Dominus quippe filios vult habere, non seruos. Proinde in ædificio tabernaculi, Exod. 25. ait Dominus Moysi: *Ab omni homine, qui offeret vltroneus, accipietis.* Et 15. q. 2. in cap. non est. Ambros. in lib. de bona vita, inquit: Voluntarium sibi militem eligit Christus, voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur, id est acquirit, seu mercatur. Ex hoc patet, quàm impiè agunt, qui inuitos filios, siue filias in monasteriis ponunt, seu potius incarcerant, contra illud, quod Propheta ait: *Voluntarie sacrificabo tibi.* Et 20. q. 3. in cap. præsens dicitur: Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit: quod autem non diligit, facilè contemnit. Nullum ergo bonum, nisi voluntarium: sicut & integritas corporis res est voti, non præcepti, vt dicitur 32. q. 1. in cap. integritas. Sciens igitur Dominus obedientiam perfectissimam esse, ad eam voluntariè, & feruenter assumendam hortatur, dicens: *Tollite*, scilicet obedientiam sanctam. Quatuor quidem perfectiones habet in se obedientia sancta, maximè quæ euangelica est: propter quas talis obedientia voluntariè assumenda est. Primò autem est in summo abdicatiua & separatiua, secundò est in summo vnitiua, tertiò est in summo promotiua, quartò est in summo præseruatiua.

Exod. 25.

Reprehenditur cogentes religionem ingredi.

Euangelica obedientia quatuor perfectiones habet.

Quod obedientia euangelica, primatum tenet in abdicando omne, quod subiicitur hominis potestati.

Cap. I.

PRimo quidem euangelica obedientia est in summo abdicatiua, seu separatiua. Ipsa siquidem principatum tenet in abdicando, & separando omne, quod est sub hominis potestate. Nam cum nullius rei possessores, aut domini simus, nisi per facultatem, & vsum libertatis nostræ, istam abdicare à se, quantum nobis possibile, & licitum est, est abdicare provt possibile est omnia, quorum esse possumus possessores, aut Deum. Primò cum nihil in nobis sit carius, intimius, altius, & maius propria libertate, ac facultate vsus eius: abdicare hanc à se, provt est possibile, tanto est perfectius, & altius quanto ista præponderat omnibus aliis abdicabilibus nostris. Amplius, quanto aliquid magis naturaliter diligitur, tanto propter Deum perfectius abdicatur: nihil enim nobis amabilius est libertate propriæ voluntatis. Per hanc homo est Dominus aliorum, per hanc potest omnibus aliis vti & frui, per hanc homo in suis actionibus dominatur. Nihil etiam est, quòd homo naturali affectu refugiat amplius, quàm priuari propria libertate. Et hanc propter Deum homo sponte in euangelicæ obedientiæ voto abdicat, & quantum fas est, illa se priuat. Meritò ergo 1. Regum 15. cap. scriptum est: *Melior est obedientia quàm victimæ*: rationem huius reddit Gregor. in vlt. Moral. dicens: Obedientia victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur.

Principatus obedientia.

Nihil amabilius libertate.

Digitized by Google

Quod obedientia euangelica primatum tenet in vniendo regularem statum.

Cap. II.

Per obedientiam pluriũ vnio,

SEcundo autem obedientia euangelica est in summo vnitiua. Tenet si quidem principatum in connectendo regularem statum, & societatem quorumcunque insimul conuiuentium. Per hanc enim maximè vniuntur omnes professores eius fortissima, & indissolubili coniunctione, tanquam membra sub capite vno. Vnde sine ea non potest in aliquo esse sublimitas, & singularis vnitas gregis, & capitis sui: & ita nec optimum regiminis genus, nec etiam regni. Nam secundum Aristot. in Politicis: Illud est, in quo est dominium regale, & monarchicum. Vniuntur etiam per hanc diuersæ, & diuersorum voluntates ad vnam, scilicet ad voluntatem superioris: & ideo per hanc cessant dissensiones, & omnes instabiles vagationes, si verè obedientia obseruatur. Per hanc enim omnes se aspiciunt, tanquam fratres, secundum Propheticum verbum: *Vnius moris in domo:* quia per hanc quasi sensibiliter dicunt se filios vnius patris. Per hanc omnis religio fit vnum corpus, vnus spiritus, seu vna voluntas, & vna fraternitas. Sine hac enim nunquam fieri potest vna immobilis societas, seu religio aggregata ex multis. Proinde religio illa, quæ summè est vna, vnum habet generale caput super omnibus præsidens ordinariè, & immediatè. Sicut enim Apostoli tenebantur obedire Christo, & post eius mortem Petro: sic omnes Minores vni generali Ministro. Et ideo in eorum regula præcipitur, quòd omnes sic familiariter debeant se habere adinuicem, ac si omnes essent de eodem speciali collegio, & conuentu. Vnde in hac sola potest in plenitudine effundi illa iucunditas Spiritus sancti effusi super professores huius obedientiæ in die Pentecostes, De quo cantat Daniel: *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum, sicut vnguentum,* &c.

Quod obedientia euangelica primatum tenet in promouendo in bonum.

Cap. III.

Paupertas ad bonũ impellit tripliciter,

TErtiò verò hæc obedientia est in summo promotiua. Nam tenet principatum in promouendo, & in impellendo, atque in mouendo ad bonum. Et hoc triplici modo. Primò per suum habituale propositum, secundò per prælatorum adiutorium, tertiò per confratrum suffragium. Primò inquam per suum habituale propositum scilicet & per suorum actuum tam interiorum, quam exteriorum exercitium, qui quidem sunt multum humiliatiui, & omnis propriæ voluntatis suæ mortificatiui, & abnegatiui, & sunt Deo, & eius vsibus, & seruitiis, sui mancipatiui, & dedicatiui. Nullum enim præcedentium consiliorum, ita directè, aut completè dedicat hominem seruitio Dei, ac sequelæ Christi, sicut obedientiæ votum. Vnde in plerisque locis vbi in vocatione discipulorum Christus *dicit, sequere me:* vel vbi post verba illa: *Vade, & vende omnia, quæ habes,* subdit, *veni & sequere me:* specialiter intelligitur huius obedientiæ votum. Secundo mouet ad bonum per prælatorum multiplex adiutorium. Subditi enim prælatorum imperio, exhortationi, & documento, correptioni, & flagello tam secreto quam publico, & suæ sanctitatis inducto exemplo excitantur, instigantur, & quasi coguntur, arduam præceptorum, & consiliorum, & omnium regularium statutorum viam tenere. Vnde videmus, quod ab vno capite manat in membra sensus, & motus, & vitalis pulchritudinis ornatus: sic ab imperio, & discreto regimine prælatorum manat in omnia membra religionis ordinata commissio, & executio officiorũ, & omnium actuum virtuosorum. Tertio per confratrum suffragiũ: habet enim, secundum Eccle. 4. c. emolumentum societatis suæ: *si vnus ceciderit, ab altero fulcietur, & si tepuerit, ab altero calefiet.* Et tanto magis, quanto magis hæc societas per huius regulæ obedientiam est immobiliter vnita. Vnde hic potissimè adimpletur illud quod Prou. 18. scriptum est, *Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma.* *Eccle. 4.* *Prou. 18.*

Quòd obedientia Euangelica primatum tenet in præseruando à multis periculis. atque malis.

Cap. IV.

Obedientia à multis malis præseruat.

QVarta Euangelica obedientia est in summo præseruatiua: habet enim primatum & principatum in præseruando à multis periculis, atque malis. Nam per coerctionem obedientiæ præseruatur homo ab instabilitate, & leuitate, vagatione, atque discursu, si frater obediens esse cupit: vnde manifestum inobedientiæ signum est instabilitas, vagatio, & discursus. Præterea religionum capitula, visitationes, & solertia prælatorum, peruigilantia, & custodia omnium fratrum, & sociorum oculatus zelus, non solum præseruant hominem à prædictis: sed etiam sic instigant ad omnis virtutis exercitium, quod non solum non libet male agere: sed nec etiam licet retrocedere, aut tepescere, vel otiari. Præseruat etiam valde directe à proprio amore sui, & sic à principali radice omnis iniquitatis: secundum enim August. de ciuitate Dei: Ciuitas Diaboli inchoat ab amore sui, & terminatur in contemptum Dei. Ciuitas verò Dei inchoat à contemptu sui, & terminatur in amorem Dei. Præseruat etiam ab omni indebita, seu distractiua sollicitudine sui, & omnium suorum actuũ, tanquam subdens, & committens hominem totaliter curæ, & regimini prælatorum suorum. Præseruat etiam ab incentiuo vitiorum. Non enim ita faciliter tentatur quis de illis, super quæ tam superiores quam socij inuigilant, & quorum perpetrationem statim sequitur pœna, atque infamia, sicut de illis, in quibus nullum horum timetur, & dæmones non ita faciliter tentant tales, sicut alios. Proinde Bern. ait, quod vbi non timetur reprehensor, facilius accedit tentator, atq; facilius perpetratur iniquitas. De limitibus huius obediẽtię in sequenti serm. dicetur, & quod sint tres, & nõ plures, nec pauciores, & quare. Si quis autẽ vellet plenius intueri: quomodo obedientia valet ad omnis virtutis arduam perfectionem, & ad omnis mali tutam præseruationem, inspiciat modum probandi, qui in illa quæstione de paupertate habitus est: & per consimiles æquiualentes modos poterit ad propositum formare multiplices rationes, ac per hoc multipliciores ostendere obedientiæ vtilitates, quæ ego causa breuitatis omitto. Si autem quæratur, an obedientia maxima sit virtutum: dicendum, secundum D. Thom. secunda secundæ q. 14. art. 3. quod sicut peccatum consistit in hoc, quod homo contempto Deo, commutabilibus bonis inhæret: ita meritum virtuosi actus consistit econtrario in hoc quod homo contẽptis creatis bonis, inhæret Deo. Finis autem potior est iis, quæ sunt ad finem. Si ergo bona creata propter hoc contemnantur, v Deo inhæreatur: maior est laus virtutis ex hoc, quod Deo inhæret, quam ex hoc quod bona terrena contemnit. Et ideo illæ virtutes, quibus Deo secundum se inhæretur, scil. theologicæ, virtutibus moralibus potiores sunt, quibus aliquid terrenum contemnitur, vt Deo inhæreatur. Inter autem virtutes morales tanto aliqua potior est, quanto magis aliquid contemnit, vt Deo inhæreat. Sunt autem tria genera bonorum humanorum, quæ homo contemnere potest propter Deum, quorum infimum sunt exteriora bona, medium autem sunt bona animæ, inter quæ quodam *Ciuitas Dei à contemptu sui incipit.* *Ad quid valet obediẽtia.* *Tria genera bonorum humanorũ quæ homo propter.*

Digitized by Google

Deum poteſt contemnere. quodammodo principium eſt voluntas, in quantum, ſcil. per voluntatem homo omnibus aliis bonis vtitur. Et ideo per ſe loquendo laudabilior eſt obedientiæ virtus, quæ propter Deum contemnit propriam voluntatem, quam aliæ virtutes morales, quæ propter Deum aliqua alia bona contemnunt. Vnde Greg. in vlt. Moral. ait, quod obedientia iure victimæ præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero propria voluntas mactatur: vnde etiam quæcunque alia virtutum opera, ex hoc meritoria ſunt apud Deum, quod ſint vt obediatur voluntati diuinæ. Nam ſi quis etiam martyrium ſuſtineret, vel omnia ſua pauperibus erogaret, niſi hæc ordinaret ad impletionem diuinæ voluntatis, quod directè ad obedientiam pertinet, meritoria eſſe non poſſent, ſicut nec ſi fierent ſine charitate, quæ ſine obedientia non *1. Ioan. 2.* poteſt eſſe: dicitur enim 1. Ioan. 2. *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt: qui autem ſeruat verba eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.* Et hoc ideo eſt: quia amicitia facit idem velle, & nolle. Hæc ille.

Articvlvs Secvndvs.

De duodecim, quæ faciunt obedientiam eſſe ſuauem, atque ad portandum leuem.

SEcundo circa obedientiam contemplemur obiectum ſuauiſſimum. Et de hoc Dominus ait: Iugum meum, quod eſt obedientia, maximè Euangelica propter Deum. Non inquit: Iugum propriæ voluntatis, quod non eſt leue, & ſimplex, ſed graue, & multiplex: quia ſinguli corporei ſenſus per propriam voluntatem animæ iugum ſuum imponunt. *Luc. 14.* Proinde Luc. 14. in perſona talis animæ ait: *Iuga boum emi quinque.* Hoc eſt ſenſuum curioſitatè non ſine magno labore acquiſiui mihi, ſcil. varia inueſtigando, & in eis delectando. Sicut enim iugum ceruicem premit, ſic corporalis ſenſus comprimit rationem: hinc Aug. ait: Cum exterior ſenſus carnis bono ſuo vtitur, interior mentis ſenſus obdormit. Et iterum Iſaac in libro de vita contemplatiua, inquit: Cum mens à ſenſibus exterioribus trahitur, cum eis comedit cibum beſtiarum: cum vero ſenſus trahuntur à mente, cum ea cibum comedunt Angelorum. Quod autem graue ſit *Iob. 7.* iugum propriæ voluntatis, Iob. 7. c. declarat, dicens: *Poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis.* Vnde Bern. ait: Nullum mihi importabilius onus meipſo, nulla ſarcina grauior eſt, factus ſum mihimetipſi talentum plumbi, & reſedit iniquitas *Zach. 5.* ſuper illud Zach. 5. Iugum igitur Domini aſſumamus: quia ad illud tollendum ante verba thematis noſtri, *Matth. 11.* Matth. 11. ipſe hortatur, cum ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos.* Quod exponens Chryſ. ait: Non autem dicit, Venite ille, & ille: ſed omnes qui in ſollicitudinibus, qui in triſtitiis, qui in peccatis eſtis: Non vt expectem noxas: ſed vt ſoluam peccata. Venite, non quia indigeo veſtra gloria: ſed quia volo veſtram ſalutem. Vnde etiam dicit: *Et ego reficiam vos.* Non dicit ſaluando ſolum: ſed quod multo amplius erat, *reficiam vos*, id eſt in omni quiete conſtituam: Vnde ſequitur: *Et diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Duodecim enim ſunt, quæ *Duodecim ſunt quæ leuem reddunt obedientiam.* ſuaue faciunt, & leue obedientiæ iugum, quæ duodecim ſuauitates decipiunt. Primæ quatuor pertinent ad incipientes. Prima eſt exemplatio, ſecunda humiliatio, tertia ſeparatio, quarta dilectio. Secundæ quatuor pertinent ad proficientes. Prima eſt ſubleuatio, ſecunda æmulatio, tertia dominatio, quarta diſcretio. Tertiæ quatuor pertinent ad perfectiones. Prima eſt p omiſſio, ſecunda vnctio, tertia aſſuefactio, quarta eſt deportatio.

De primis quatuor ſuauitatibus obedientiæ ſanctæ.

Cap. I.

PRimæ quatuor ſuauitates pertinent ad incipientes.

Prima ſuauitas.

PRima quippe ſuauitas obedientiæ, ſcil. ab affectu, eſt Exemplatio, videlicet obedientiſſimi filij Dei Ieſu Chriſti. Nam antequam aſſumeret ſtatum prælati, atque magiſtri, parentibus ſubditus erat: vt patet 2. c. Lucæ: Poſtmodum autem *factus eſt obediens* *Luc. 2.* *vſque ad mortem: mortem autem crucis*, ſicut patet Phil. *Phil. 2.* 2. *Et didicit ex iis, quæ paſſus eſt, obedientiam*, prout habetur Hebr. 5. In tantum, quod vbique oſtendit *Hebr. 5.* ſe velle obedire patri etiam contra inſtinctum naturalis voluntatis ſuæ. Vnde Matth. 26. c. in tempore *Matth. 26.* paſſionis ait: *Pater non ſicut ego volo: ſed ſicut tu:* propter quod Hebr. 10. Apoſt. introducit eum dicen- *Hebr. 10.* tem: *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam voluntatem tuam Deus.* Et ad Rom. 15. ait: *Dico enim,* *Rom. 15.* *Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis*, tanquam voluntariè ſubiectum, & obedientem legi Moyſi etiam quoad multa cerimonialia eius, eo quod perfectè amauit, & obſeruauit ſubiectionis ſtatum. Quod probat Apoſtolus Hebr. 5. c. dicens: *Nec quiſquam ſu-* *Hebr. 5.* *mit ſibi honorem: ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron: ſic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum, filius meus es tu ego hodie genui te.* Vnde ſicut dicitur Ioan. 6. quando *Ioan. 6.* voluerunt eum facere Regem fugit. Et Luc. 22. ait: *Luc. 22.* *Ego autem in medio veſtrûm ſum, ſicut qui miniſtrat.* Et iterum Matth. 20. cap. ait: *Filius hominis non venit* *Matt. 20.* *miniſtrare.* Hoc etiam eſt, in quo ſe Dominus voluit imitari. Matt. 11. dicens: *Diſcedite à me: quia* *Matt. 11.* *mitis ſum, & humilis corde.* Et Ioan. 12. in cœna vl- *Ioan. 12.* tima inquit: *Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis*: & Matth. 16. *Matt. 16.* ait: *Si quis vult venire poſt me: abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Et Luc. 14. c. in- *Luc. 14.* quit: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem, & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus.* In his verbis hoc conſilium obedientiæ exemplo oſtendit, & aliis obſeruandum dedit. Nam docendo abnegare ſe, & odiſſe animam ſuam, quæ in ſcripturis ſæpe ponitur pro propria voluntate, ſatis hoc conſilium docet. Vnde ex concluſione, quam in fine ſui infert dicit: *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciauerit omnibus, quæ poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ex his verbis apertè innuit, quod renunciatione omnium poſſeſſorum vult intelligi, & includi renunciationem propriæ voluntatis quæ fit per huiuſmodi obedientiæ conſilium, atque votum. Nec immerito, cum propria voluntas ſit præcipuum inter poſſeſſa, & illud per quod omnia poſſidentur. Generaliter autem vbicunque Chriſtus verbo, vel opere laudat, & docet humilitatem Euangelicam, & eius ſtatum, ſatis hoc conſilium docet: & ne quid ſolemnitatis huic conſilio deſit, etiam Virgo, quæ vbique ſingulariter profitetur ſe eſſe ancillam Dei, Ioan. 2. c. *Ioan. 2.* conſuluit miniſtris nuptiarum, dicens: *Quodcunque dixerit vobis, facite.* In quo ſi fiat vis in verbo, valde expreſſe hoc conſilium docet, & eſt vltimum verbum *In abnegatione propriæ voluntatis maxima perfectio eſt.* quod Beata Virgo dixiſſe refertur. Vt per hoc myſticè innuatur, quod in hoc conſilio eſt conſummatio omnis perfectionis.

Secunda ſuauitas.

SEcunda ſuauitas obedientiæ eſt Humiliatio: quia humilitas ſuauiter ad obedientiam diſponit. Vnde

ad

Digitized by Google

Phil. 2. ad Philippen. 2. volens Apost. ostendere obedientiam Christi, eius præmisit humilitatem, dicens: *Humiliauit semetipsum factus obediens*, &c. Et August. 14. de ciuitate Dei ait: Obedientia, nisi humilium esse non potest. Humilitas enim vacuitas est proprij sensus, & voliti, ideo alienum sensum, & volitum recipit quasi vacua à suo. Et ex hoc fit homo obediens Deo, & cuilibet, cui necesse est ei, & vtile obedire. At econtra superbus retinens suum proprium sensum non recipit alienum, nec alterius volitum: Proinde Prouerb. 26. cap. Salomon ait: Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit insipiens. Cibus profectò nimis sale conspersus quasi perditus est. Facilius sal cibo apponitur, quam subtrahatur. Sic qui ad religionem accedit, si sal proprij sensus in eo nimis abundat, omnino religioni ineptus est. Facilius quippe homo simplex fit bonus religiosus, quam qui est sapiens in oculis suis: Vnde Bern. ad Fratres de Monte Dei. Superbia quamuis sibi prudens videatur, dimittenda est sibi, & abigenda est. Si enim admittitur superbus, prima die, qua incipit habitare, incipit leges dare. Nimium verò stultus discere non potest leges, quas inuenit in spirituali vita. Docet itaque Eccles. in c. 19. dicens: *Melior est homo, qui minuitur sapientia & indiget sensu in timore Dei: quam qui abundat sensu, & transgreditur legem altissimi.* Timor quidem pericula pensat, etiam quæ sunt ob defectus suos scrutatur: & inuenit indigere se sensu. Et sic timor humilitatem in animam introducit: humilitas vero videns sibi non sufficere sensum suum, alieno sensui acquiescit, nec vult amplius illum habere ducem, qui in tot foueas illum olim præcipitauit, scilicet proprium sensum. Si vero stultus est, & sibiipsi sapiens esse videtur, omnino indisciplinabilis est. Et tunc vtendum est consilio Salomonis, qui Prou. 26. cap. ait: *Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur*: secundum enim Gregor. in Moral. Sola obedientia virtus est, quæ cæteras virtutes menti inserit, insertasque custodit. Solent enim arbores agrestes inseri duobus ramusculis alicuius arboris nobilis, & ex hoc arbor, quæ erat prius agrestis producit flores, fructus, & folia, secundum naturam arboris nobilis, de qua ramusculi sunt assumpti. Sic obedientia alienam voluntatem, & sensum consumit, atque cordi eius, qui obedientiam promittit inserit, & iam cor illud si in obedientia perseuerat, secundum voluntatem, & sensum sui superioris iam operatur. Vnde dicitur obedire, id est contra proprium sensum, & voluntatem adire.

Obedientia humilium est.

Prouerb. 26.

Eccles. 19.

Timor necessarius.

Prou. 26.

Encomium obedientiæ.

Tertia suauitas.

Quid perfectus obediens efficere tenetur.

TErtia suauitas obedientiæ sanctæ, Separatio nominatur: vt autem obedientia sit suauis, expedit ei qui perfectè vult obedire, quod voluntatem suam separet ab omni affectione terrena, totamque eam recolligat, atque paret, totamque præparet ad mandatum sui superioris. Si enim alicui affectioni terrenæ: vtputa locorum, amicitiarum, maximè mulierum, sub specie deuotionum, & confessionum adhæsit cauillationibus, excusationibus secularium, precibus amicorum, vel parentum infestationibus, murmurationibus, detractionibus, atque aliis innumerabilibus modis conabitur effugere obedientiam prælatorum. Porrò corium adhærens inflexibili ligno, sicut contingit in scutis, quæ de arbore fici fieri solent, flecti non potest, nisi ab ipso euellatur ligno, & separetur. Verus ergo obediens, ita ab omni vitiosa affectione segregatus est, quod corde, ore, & opere prælato dicere potest propheticum illud: *Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.* Et iterum Deo dicere valet: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Bern. Paratum ad sublimia, paratum ad humilia, paratum ad omnia.

Psalm.

Quarta suauitas.

QVarta suauitas, Dilectio dici potest. Cum enim calor diuinæ dilectionis in anima feruet, facilè ad omnem obedientiam inclinatur, sicut & calefacta cera de facili flecti potest. Durissima quoque metalla liquescunt igne, atque infusa facillime suscipiunt formam. Sic etiam cor humanum cum igne diuini amoris incensum est, paret faciliter imperanti: Proinde Leuit. 6. c. mystice scriptum est: *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna mane per singulos dies.* Quid per altare, in quo ignis ardere debet, nisi humanum cor: quod vtique altare dicitur, quasi alta res, in quo ignem diuini amoris feruere necesse est: quod quidem, vt fiat, sacerdos, id est intellectus rationalis, quotidie subiicere debet ligna, hoc est recolere omni die sublimia Dei beneficia: vtputa creationis, redemptionis, religionis, & quæcunque alia dona sibi diuinitus collata. Hoc autem tunc fit mane: cum mente sobria, & quieta talia beneficia recoluntur, & in Dei amore anima inflammatur. Talis siquidem amor in corde humano feruens, ad omnem obedientiam feruere facit. Ob hanc causam Dominus Luc. 12. c. ait: *Ignem veni mittere in terram,* id est in cor terrenum, atque terrenis affectionatum! *& quid volo, nisi vt ardeat?* Hunc siquidem ignem tunc misit in terram, cum pro nobis factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: quotidie igitur recogitandus est talis obedientiæ pro nobis amor: vt erubescamus prælato, qui loco est Christi, inobedientes fieri, quando ille pro nobis obediens dignatus est mori. Denique, secundum Bern. Credentibus nihil impossibile, nihil amantibus difficile, nihil asperum mitibus, nihil humilibus arduum reperitur, quibus gratia fert auxilium, & obediendi deuotio lenit imperium.

Deum diligenti nihil difficile.

Cor humanum altare dicitur.

Luc. 12.

De quatuor aliis suauitatibus obedientiæ sanctæ.

CAP. I.

SEcundo subdamus alias quatuor obedientiæ suauitates, quæ pertinent ad proficientes.

Prima suauitas.

PRima suauitas dicitur subleuatio: licet enim obedientia sub onere ponat, Deus tamen à superioribus onus leuat. Largitur enim nobis in voluntate feruorem, in facultate vigorem & in obedientiæ executione amorem. Ipse est, qui vt dicitur Phil. 2. *Operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate.* Et tamen nobis tribuit ad meritum id, quod vtique suum est donum: sicut de Abraham Gen. 15. cap. scriptum est: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.*

Phil. 2.

Gen. 15.

Secunda suauitas.

SEcunda suauitas æmulatio dicta est. Multum profectò dulcorat nobis obedientiæ iugum præcedentium Sanctorum, atque præsentium iustorum obedientia prompta, cum mens transit in æmulatione eorum. Considera stupendam obedientiam Abrahæ in immolatione filij sui Isaac. Gen. 22. De qua dixi latius in sermone de Abraham. Considera insuper vltra ea, quæ in hoc art. & c. 1. dicta sunt de obedientia Christi, quod obedientiam ostendit in mundo veniens, in mundo manens, & de mundo transiens. Primo in mundo veniens. Vnde Ioan. sexto ipse ait: *Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius, qui misit me.* Secundo in mundo manens. Ioan. 4. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me.* Et iterum cap. 5. *Non quæro voluntatem meam: sed voluntatem eius, qui misit me.*

Gen. 22.

Christi obedientia eximia.

Ioan. 6.

Ioan. 4.

Ioan. 14.

Digitized by Google

me. Tertio de mundo transiens: Vnde Ioan. 14.cap. ipse ait: *Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio,* Et de hoc Bern. ait: Mementote fratres, ne perderet obedientiam, perdidit vitam. Et in signum, quod obediendo mandato patris, mortem sustinuit, *inclinato capite emisit spiritum*, Ioan. 19. De aliis quoque martyribus, qui pro seruanda obedientia certauerunt vsque ad mortem, ad Hebr. 11. cap. Apost. ait: *Obturauerunt ora leonum*, scilicet obedientiæ virtute: *extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij: conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij distenti sunt non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt: Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis: Egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, & in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ.* Sequitur in 12. cap. Ideoque & nos tantam habentes inpositam nubem testium, id est multitudinem martyrum obedientium vsque ad mortem, deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.

Ioan. 19.

Hebr. 11.

Tertia suauitas.

Obediens omnia sibi comparat. 1. Cor. 3.

TErtia suauitas dominatio nominatur. Nam sicut Augustinus super prædicto verbo thematis ait: Qui huic iugo subditur, cuncta habet subiecta. Proinde 1. Cor. 3. de se & omnibus aliis obedientibus inquit: *Omnia vestra sunt.* Quod exponens Aug. in gloss. 33. q. 7. cap. quod autem in fine ait: Scriptum est enim, scilicet per Apostolum. *Omnia vestra sunt*, id est ad seruiendum vobis data: *vos autem Christi, Christus autem Dei*, scilicet patris. Ratio autem, quare obediens talis omnibus dominatur, est, quia seipsum vicit, subdens se homini propter Deum. Vnde Prou. 16.c.scriptum est: *Melior est, qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.* Multi quidem vrbes, & regna sibi subiugauerunt: qui tamen non sunt dominati animo suo. Nam, sicut Seneca, ait; Qui semetipsum vincit, contra omnia fortis est. Dum igitur homo per obedientiam se in homine subiicit Deo, meritò omnia subiecta sunt ei.

Prou. 16.

Quarta suauitas.

In imperante discretio requiritur.

QVarta suauitas est discretio, scilicet imperantis. Seneca quidem ait: Remissius imperanti melius paretur. Et Greg. in vlt. Moral. ait: Sciendum est, quod nunquam per obedientiam malum fieri: aliquando autem debet per obedientiam bonum, quod agitur, intermitti. Neque enim mala in paradiso arbor extitit, quam Deus hominem contingere interdixit: sed vt melius per obedientiæ meritum homo bene conditus crescceret, dignum fuerat, vt hunc etiam à bono opere prohiberet: quatenus tanto verius hoc, quod ageret virtus esset, quanto & à bono cessans auctori suo se subditum humilius exhiberet. Sed notandum, quod illic dicitur, scil.Gen. 2. *Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas.* Et addit Gregor. Qui ab vnoquoque bono etiam subiectos vetat, necesse est, vt multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si omnibus operibus penitus repulsa ieiunat. Omnes autem paradisi arbores ad esum Dominus concessit, cum ab vna prohibuit: vt creaturam suam, quam nolebat extingui, sed prouehi: tanto facilius ab vna restringeret, quanto ad cunctas latius relaxaret. Nam 3. Regum 12. *Populus inobediens factus est propter grauue imperium Roboam.* 7. q. 1. denique, facit ad hoc 26. q. 6. alligant. 45. dist. cum beatus. Vnde & Dominus non præcepit Petro, vt nauem à terra subduceret: sed rogauit: vt patet Luc. 5. c. In hoc confunditur superbia prælatorum mortificantium subditos suos, qui tanquam Domini imperiosè præcipiunt, & per obedientiam mandant, & vix aut nunquam rogant, cum profecto gladius sit in manu furiosi, præceptum præceps in ore prælati, contra quos Ezech. 34. scriptum est: Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Contra hoc etiam est, quod scribitur 45.dist. in cap. licet vbi dicitur: Licet plerunque accidant sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda: plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quam seueritas: plus exhortatio quam comminatio: plus charitas quam potestas: cum nemo nostrûm sine reprehensione, aut sine peccato viuat. Et idem ea. dist. 5. facit etiam ad hoc 95. dist. in c. esto. 11.q.3.rogo, Et hoc est contra prælatos illos, qui pro leui causa præcipitanter fulminant excommunicationis sententias, aliasque censuras in subditos suos, contra iura 11. q. 3. nemo. & cap. nullus sacerdotum, extra de senten. excommunic. satis. & eod. tit. cum medicinalis, lib.6. Nam, sicut Seneca inquit: Generosus est animus, & imperanti naturaliter recalcitrans facilius ducimur, quam trahamur. Obedientia enim vera, & pura, quæ debet imponi, charitatem respicit, non timorem. Vnde 1. Pet. 1. cap. scriptum est: Animas vestras castigantes in obedientia charitatis, fraternitatis amore. Vnde merito quidam ait:

Ne grauus sint in suo imperio Prælati.

Plus erga corrigendos agit beneuolentia quam seueritas.

1. Pet. 1.

Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore nullus erit.

De vltimis quatuor suauitatibus sanctæ obedientiæ.

CAP. III.

TErtio superaddamus quatuor vltimas obedientiæ suauitates.

Prima suauitas.

PRima est promissio: quia ex obedientia gloria æterna nobis promissa est. Proinde 2. Cor. 4. c. Apostolus ait; *Id, quod in præsenti est momentaneum & leue, tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis, quæ videntur: sed quæ non videntur: quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna.* Merito ergo sicut inobedientia clauem paradisi amisit, sic & illam obedientia recuperauit. Vnde Matth. 16. *Tibi dabo claues regni cœlorum*, ait Dominus Simoni, qui obediens interpretatur. Vnde. verè obedienti iam clauis regni cœlorum parata est, sicut Apoc. 3. mysticè scriptum est. *Hæc dicit, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.* Dauid, qui manu fortis interpretatur: verus obediens est, qui nouit inobedientiam declinare, & obedientiam operari. Clauem quidem Dauid habet Christus, qui gratiæ plenitudinem habuit ad omnem inobedientiam fugiendam, & ad omnem obedientiam Deo patri exhibendam. Hanc ergo gratiam, cuius ipse plenitudinem solus habet, cæteris aliis per partes dispensat: propterea subditur, qui aperit, scilicet paradisum: & nemo claudit: quod dicit, quantum ad implentes obedientiam. Quibus enim ipse portam paradisi aperit, eos nemo ab ea excludere potest: quibus vero claudit, vtputa inobedientibus, & rebellibus, nemo profecto aperit.

2. Cor. 4.

Inobedientia cœlum clausit. Matt. 6.

Apoc. 3.

Obedientiæ meritum.

Secunda suauitas.

SEcunda suauitas est vnctio. Magna quippe est suauitas vnctionis in obedientia, & in adimpletione mandatorum Dei. Vnde in persona talis obedientis Propheta ait: *In via testimoniorum tuorum delectatus sum.* Et iterum, *In custodiendis illis retributio multa.* Vbi

Aug.

Digitized by Google

Eccl. 23. Auguſt. inquit: Non ait pro cuſtodiendis, quia non tantum pro eis reddetur præmium: ſed hic in eorum cuſtodia magnum eſt gaudium. Proinde Eccleſ. 23. ſcriptum eſt: *Nihil dulcius, quam reſpicere in mandata Domini.* Vnctio hæc, ſicut Bern. ait: Andream fecit amplecti crucem gaudenter, Laurentium irridere carnificem, Stephanum pro lapidantibus flectere genua in oratione, & Apoſtolos gaudere in tribulatione. Pſalm. *In tribulatione dilatauſti mihi.*

Pſalm.

Tertia ſuauitas.

TErtia ſuauitas eſt aſſuefactio. Equus enim aſſeſſore circunuolutionibus aſſuetus, ad voluntatem illius facilius flecti poteſt. Aſſuefit autem circunuolutionibus ipſis, & diſcretis mortificationibus propriæ voluntatis. Et de hoc Prou. 21. cap. ſcriptum eſt: *Equus paratur ad diem belli, Dominus autem ſalutem tribuit.* Equus quippe domitus religioſus eſt, cui appoſitum eſt obedientiæ frænum. De talibus autem Zach. 10. ſcriptum eſt: *Poſuit eos quaſi equos gloriæ ſuæ in bello.* Operatur enim Deus per obedientiam in viro religioſo ſalutifera, & glorioſa: vnde meritò equus gloriæ dici poteſt. Talis ſiquidem equus per aſſuefactionem ad obedientiam fideliter parandus eſt ſecundum voluntatem ſeſſoris ſui, id eſt prælati, loco Chriſti, nunc ad dexteram proſperitatis, nunc ad ſiniſtram aduerſitatis. Aliter in die belli profectò ſuccumbet, quando ei aliquid graue præcipietur. Religioſus quippe qui in ſua voluntate nutritur, omnino deſtruetur. Studeat ergo ſubditus, quod ſemper prælato dicere poſſit propheticum illud: *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* In vita Beati Giliberti dicitur: Præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit: nec à ſubiectis obedientiam imploret, qui eam prælatis exhibere non nouit. In cuius myſterium Matth. 16. Simonem, qui interpretatur obediens, Dominus aliis Apoſtolis præfecit, dicens vt dictum eſt: *Tibi dabo claues regni cœlorum.*

Zach. 10.

Obediens equus gloria Dei dici poteſt.

Qui neſcit obedire non imperet.

Matt. 16.

Quarta ſuauitas.

QVarta ſuauitas eſt deportatio. Nam tripliciter obedientes progrediuntur ad regna cœlorum. Primo equitando, ſecundo nauigando, tertio vero volitando. Primi ſunt incipientes, ſecundi proficientes, tertij ſunt perfecti. Primo enim incipiens progreditur equitando: quia innititur alieno ſenſui, & alienæ voluntati, quaſi pedibus alienis. Proinde velocius currit, eo quod pedes quibus innititur, velociores ſunt quam proprij. Vnde Apoc. 6. cap. myſticè ſcriptum eſt: *Et vidi, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, habebat arcum, ſcilicet in manu ſua, & data eſt ei corona.* Equus quidem bellis aptiſſimus, prælatus eſt, aptus ad pugnandum viriliter in bello ſpirituali pro ſubditis ſuis. Huius equi aſcenſor, ſubditus eius eſt, quem ipſe pedibus, & laboribus ſuis ad paradiſum portat. Vterque igitur albus, eſt tam aſcenſor, quam equus per ſanctæ puritatis, & conuerſationis candorem. Dicitur, quod ipſe aſcenſor habebat arcum. Arcus ſiquidem bonum eſt opus virtute obedientiæ operatum. Sicut enim in arcu duo ſunt, ſcilicet lignum, & corda, & per cordam quæ leuis eſt, flectitur rigor ligni: ſic & corpus flecti debet ad obedientiæ opus iuxta imperium præcipientis, licet quandoque ei difficile ſit. Huius arcus ſagittæ ſunt in obediendo feruida, & ardentia deſideria. De quibus Propheta ait: *Sagittæ potentis*, id eſt obedientis, qui ſeipſum vincere poteſt: *acutæ cum carbonibus deſolatoriis.* His ſagittis pugnat obediens verus per affectiones paupertatis contra mundum, per affectiones caſtitatis contra carnem, atque per affectiones obedientiæ contra diabolum. Sed quoniam obedientiæ opus ſine præmio eſſe non debet, ideo ſubditur *Et data eſt ei corona.* Et poteſt illud ei referri ad equum, & aſcenſorem. Equus profectò, id eſt prælatus, coronam gloriæ meretur, quia bene præcipit, atque regit: ſubditus quoque coronam meretur, quia bene obedit. Vtique coronam acquirunt gloriæ ſempiternæ, quæ in corona, quæ ſignum eſt gloriæ, & finem in circuitu non habet, ſignificatur. Secundo proficiens progreditur ad cæleſtia regna nauigando. Nam obedientia nauis eſt, qua obediens nauigat per hoc mare magnum, & ſpatioſum præſentis vitæ, vt perueniat ad portum ſalutis æternæ. Obedientia igitur eſt nauis illa, de qua Prouerb. vlt. dictum eſt: *Facta eſt*, ſcilicet obedientia, *quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum.* Inſtitor enim mercator eſt: non tamen ille qui vendit, ſed ille qui emit: quia ſcil. mercibus emendis inſtat. Talis eſt obediens ſollicitus, & deuotus, qui, ſcil. continuè omni die, omni hora, omni tempore inſtat: vt emat gloriam regni cœlorum. In hac ſiquidem obedientiæ naui inſtitor, id eſt obediens, de longè, id eſt ad portum ſempiternæ vitæ portat panem ſuum, id eſt, lucrum obedientis vitæ ſuæ. Nam ſicut qui eſt in naui, comedendo, bibendo, dormiendo, & quieſcendo progreditur, quia mouetur alieno motu: ſic verus obediens in religione ad literam comedendo, bibendo, dormiendo, & quieſcendo, & alia bona opera operando meretur. Hic eſt panis, qui in obedientiæ naui ad æternam vitam portat, quem quotidie à Domino poſtulamus, cum dicimus, Matth. 6. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Tertio quoque perfectus progreditur ad cœleſtia regna volando: ſi tamen obedientia habet duas alas, ſcil. caſtitatem, & voluntariam paupertatem. Vnde Apocal. 12. myſticè ſcriptum eſt: *Et data ſunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum, in locum ſuum.* Magna quippe aquila, quæ cœlos aſcendendo penetrauit, Chriſtus eſt: Nam altioris volatus & purioris contuitus inter cæteras aues eſt ipſe Chriſtus. Sic & ipſe aſcendendo volauit ſuper Cherubin, & Solem in rota, id eſt patrem in æternitate, ſolus videlicet, ſine quo nullus videre poterit: *cum nemo nouerit patrem, niſi filius*, &c. vt dicitur Matth. 11. Huius magnæ aquilæ, videlicet magni contemplatoris Dei patris, ſcil. Chriſti, duæ ſunt alæ ſcil. caſtitas, & paupertas. Caſtitas enim magna eſt ala, quæ hominem expedit ab illa delectatione, qua difficillimum eſt hominem bene vti, & à fortiſſima occaſione peccandi, ſcilicet à muliere, per quam diabolus Adam deuicit. Geneſ. 3. Paupertas quoque magna ala eſt, ſecundum Bern. qua tamen citò volatur ad cœlum. Nam in aliis beatitudinibus, quæ ſequuntur, promiſſio futuro tempore indicatur: paupertati verò non tam promittitur, quam etiam in præſenti donatur, dicente Domino, Matt. 5. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt* ſcilicet etiam in præſenti, *regnum cœlorum.* Has duas alas Chriſtus aquila magna in ſe habuit, quia caſtitatem, & paupertatem vſque ad mortem ſeruauit. Eædem quoque veræ obedientiæ alæ à Chriſto obedienti dantur, vt volet in deſertum, in locum ſuum. Locus quippe proprius animæ obedientis cœlum empyreum eſt: quia ad illud eſt creata. Hic enim locus deſertum dicitur, eo quod à peccatoribus Angelis derelictus eſt, ſicut Beatus Iudas de ipſis Angelis ait: *Qui non ſeruauerunt ſuum principatum: ſed dereliquerunt ſuum domicilium in iudicio magni Dei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.* De his alis, atque volatu Propheta in perſona perfectè obedientis ait: *Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ? & volabo, ſcilicet per obedientiam, & requieſcam* videlicet in gloria ſempiterna.

Tripliciter obediens tendit ad regna cœlorum.

Apoc. 6.

Obedientia eſt nauis.

Prou. vlt.

Verus obediens in omnibus meretur.

Obediens quaſi volans cœlum conſcendit.

Apoc. 12.

Matth. 11.

Caſtitas ala eſt qua quis ad cœlum euehitur.

Matth. 5.

6. Iudicari.

Pſalm.

ARTICV

Digitized by Google

ARTICVLVS TERTIVS.

De scala sanctæ obedientiæ, & de septem gradibus eius.

TErtio circa obedientiam contemplemur subiectum conuenientissimum, quia Dominus ait: Super vos, scil. qui assumpturi estis, vel assumpsistis iam obedientiæ statum, secundum enim Augustinum. Oportebat vt homo sub Domino positus ab aliquo prohiberetur: vt esset ei virtus obedientia merendi: sed quia per inobedientiam ligni vetiti de paradiso expulsus fuit, necesse est vt in eum per obedientiam reuertatur. Proinde Gen. 28. in scala Iacob mysticè demonstratur: vbi dicitur. *Vidit Iacob in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ.* Hæc est scala obedientiæ, qua obedientes religiosi ascendunt in cœlum, sicut Dominus Matthæi 19. cap. ait: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, scilicet sanctæ religionis. Hanc scalam vidit Iacob dormiens in itinere lapide supposito capiti: secundum enim Augustin. in itinere dormire, est in via huius seculi ab impedimento secularium actionum quiescere. Et secundum glossam, Caput ponit in lapide, qui Christo inhæret mente. Quia igitur Basilius, Augustinus, Benedictus, atque Franciscus, qui approbatas regulas, & religiones instituerunt, Christo adhæserunt corde, & à curis huius seculi quieuerunt, spiritualiter viderunt visionem hanc. Hos quatuor institutores religionum futuros præuidit Daniel. tertio capite, dicens: *Species quarti*, qui fuit Beatus Franciscus, *similis filio hominis*, id est Christo, est. In hac igitur scala quatuor mysteria insinuantur. Primum mysterium est intentionis rectæ, secundum conuersationis sanctæ, tertium operationis, seu actionis Euangelicæ, quartum amplexationis diuinæ. Primum mysterium est intentionis rectæ: quia Iacob vidit scalam stantem super terram, scilicet & ad cœlum erectam. In quo rectitudo intentionis mysticè denotatur, quam videlicet habere debent hi, qui viam obedientiæ sanctæ assumere quærunt. Nam qui in relinquendo mundum, terrenam intentionem habent, scala erecta non stat: sed potius in terra iacet. Proinde Ecclesiast. 4. admonet dicens, *Custodi pedem tuum*, id est intentionem, & affectionem tuam, *ingrediendo domum Dei.* Secundum mysterium est conuersationis sanctæ: quia cacumen illius tangebat cœlum. In quo mysticè denotatur, quòd conuersatio religiosorum debet esse cœlestis, & sancta. Vel potius, quia immediatus transitus est in morte à via perfectæ obedientiæ in ipsum cœlum. Nam secundum Bernard. de cella itur ad cœlum: nihil enim vel parum perfectè obedientes morantur in purgatorio. Nam ipsa religio, si seruatur professio, fornax, & purgatorium est, in quo depurantur, atque depurgantur veri religiosi, sicut Sapient. 3. capite scriptum est: *Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore, scilicet transitus de hoc mundo, erit respectus illorum*, scilicet rectus ad visionem Dei, in quo consistit gloria consummata. De hoc purgatorio. 27. q. 1. cap. impudicas: & Ecclesiast. 27. *Vasa figuli probat fornax*, id est religio sancta. Tertium mysterium est operationis, seu actionis Angelicæ: quia vidit Iacob per hanc scalam Angelos ascendentes, & descendentes. In quo mysticè denotatur, quòd via obedientiæ angelica via est. Siue enim ascendat obediens per lectionem, orationem, & meditationem, seu contemplationem Deo assistendo, sicut Angeli, qui semper vident faciem patris, Matth. 18. siue descendat per administrationem, fratribus & populis seruiendo, iuxta illud: *Facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos, ignem vrentem*: in vtroque opere mysterium Angelorum exercent, & Dei voluntatem adimplent. Ad hoc extra de renunciatio. in c. nisi. 36. dist. c. vlti. Quartum mysterium est amplexationis diuinæ: quia Dominus erat innixus scalæ: Vt mysticè innuatur, quòd paratus est Dominus apertis brachiis suscipere, & amplexari animam obedientis, ascendentem in cœlum, sicut pia mater paruulum ad se currentem dulciter amplexatur. In cuius persona Propheta ait: *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.* Et iterum Cant. 2. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Et iterum Prophetа inquit: *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me*, scilicet per obedientiæ viam: & cum gloria, scilicet, tandem suscepisti me. O quantum inflammare deberet eos, qui in statu obedientiæ sunt, ad viriliter ascendendum spes, & desiderium contemplandi gloriam illius magni Dei, qui ipsi scalæ innixus est, exemplo expugnantium ciuitatem, vel castrum, quibus si promittatur, quod primo, qui intrauerit, dabuntur mille aurei: secundo quingenti: tertio centum: desiderium tanti lucri ita inflammat eos, quod aliqui ascendunt per scalas in lapidum defensionem, tenentes clypeos supra se. Alij ascendunt per lanceas, non timentes lapidum ictus, alij modis mirabilibus. Quanto magis spes, & desiderium æternorum debet inflammare seruos Dei ad ascensum scalæ obedientiæ sanctæ, omnes superando aduersitates; atque obedientiæ difficultates, vt verificetur, quod Matth. 11. c. scriptum est: *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Porrò violenti sunt sibi, qui abnegantes propriam voluntatem, seipsos cogunt aliis obedire. Fœlix talis coactio, quæ cœlestis regni acquisitio est. Huius scalæ obedientiæ duo latera sunt, scilicet castitas sancta, & voluntaria paupertas, seu abnegatio propriæ voluntatis, & proprij sensus. Septem quoque sunt eius gradus, secundum Bernar. per quos verus obediens ascendit in cœlum. Primus est obedire libenter, secundus obedire simpliciter, tertius obedire hilariter, quartus obedire velociter, quintus obedire viriliter, sextus obedire humiliter, septimus est obedire perseueranter.

Gen. 28.

Obedientia scala gloriæ. Matt. 19.

Dan. 3.

Obediens rectam habeat intentionem.

Eccles. 4.

Sap. 3.

Eccl. 27.

Via obedientiæ Angelicæ.

Matth. 18.

Psalm. Cant. 2.

Matt. 11.

Quòd libenter subditus obedire debet prælato suo.

CAP. I.

PRimus gradus est obedire libenter. Hunc gradum non potest ascendere, secundum Bernar. qui præcipientis, non suam fecerit voluntatem. Libenter quippe obediebat, quod Ioan. 4. dicebat: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* Augustin. quoque 4. confess. inquit: Optimus tuus minister est, qui non magis intuetur à te audire, quod ipse voluerit: sed potius hoc velle, quod à te audierit. Et iterum Bernar. ait: Quisquis occultè satagit: vt quod vult, ei prælatus iniungat, ipse se seducit, si fortè sibi quasi de obedientia blandiatur. Neque enim in ea re ipse prælato, sed magis ei prælatus obedit. Paratum se ostendere debet subditus prælato suo, sicut Paulus Domino, Actuum 9. cum ait: *Domine, quid me vis facere?* Et 1. Regum 3. *Loquere Domine? quia audit seruus tuus*; & Esa. 6. *Ecce ego, mitte me.* Et Prou. 15. *Responsio mollis frangit iram.* Quod verbum exponens Sanctus Antonius de Padua ait: Responsio mollis humilis subditi, frangit iram superbi prælati. Et Prouerb. 25. Patientia, scilicet subditi lenitur princeps, id est prælatus. Et lingua mollis, scilicet veri obedientis, confringet duritiam, scilicet aufferi prælati. Ecclesiast. 4. *Ne coneris contra ictum fluminis*, id est contra voluntatem prælati: *sed humilia ei caput tuum.* Et iterum Ecclesiast. 6. *Lingua eucharis*, id est bonæ gratiæ, *in bono homine*, id est in bono subdito abundabit. Vt dicat cum Iob. 14. cap. *Vocabis*

Ioan. 4.

Act. 9. 1. Reg. 3. Esa. 6. Prou. 15.

Prou. 25.

Eccl. 4.

Eccles. 6.

Iob. 14.

Digitized by Google

me, & ego respondebo tibi. Respondet profectò, qui sibi præcipienti ex animo obedit, secundum Sanctum Antonium: nec dubium, secundum Bernar. in sermonibus, quin ampliorem gratiam mereatur, qui obedientem se exhibet ante mandatum. Requirit namque Dominus voluntarias oblationes. Vnde Exod. 35. ait Moyses: *Omnis voluntarius, & prono animo offerat primitias Domino.* Coacta enim seruitia Deo placere non possunt. 20.q.3.præsens. Contra quosdam religiosos rusticanæ, & quodammodo asininæ conditionis, qui nisi coacti obedire non possunt. Perfectioris quoque charitatis obedientia est, cum grauia præcipiuntur. Hinc & Apostolus Actuum 21. audacter, inquit: *Ego enim non solum alligari; sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu Christi.* Leuior tamen obedientia iudicatur, quando grauiora præcepta iniuncta sunt, atque illa grauior cum faciliora præcipiuntur, cum contemptus huiusmodi ex vltima radice superbiæ originem sumant. Vnde Bernar. in libro de prædestinatione & dispensatione ait: In obediendi ratione hæc generalis regula tenetur: vt difficilioribus quibuscunque agendis obedientia gratior, quàm præuaricatio grauior iudicetur, & in facilioribus minusque onerosis contemptus damnabilior, quàm actus commendabilior æstimetur. Proinde Augustinus 14. de ciuitate Dei, inquit: In paradiso tanto maior inobedientia fuit, quanto id, quod præceptum est, nullius difficultatis fuit. Vbi enim magna est inobedientiæ pœna proposita, & res facilis à creatore imperata: nam quis satis explicet, quantum malum sit non obedire facili, & tantæ potestatis imperio, & tanto terrenti supplicio.

Exod. 35.

Perfectior obedientia quænam Act. 21.

In difficilioribus obedientia gratior.

Quantum gratum sit Deo simpliciter obedire.

Cap. II.

SEcundus gradus est obedire simpliciter. Multos enim videmus, secundum Bernard. post præcipientis imperium multas facere quæstiones, sæpius ingeminare: vnde hoc venit, quis hoc inuenit consilium. Inde murmuratio, excusatio, simulatio impossibilitatis, aduocatio amicorum. Contra quos Propheta ait: *In auditu auris obediuit mihi.* Vt ostendat vno eodemque momento processisse, & imperantis imperium, & obsequium obsequentis. Ad obedientiæ simplicitatem pertinere videtur non iudicare, quid vel quare præcipiatur. Vnde Bernar. in lib. de consideratione: Omnibus nobis maximè in conuersionis initio, nulla magis virtus nobis necessaria est, quàm simplicitas humilis, & grauitas verecunda. Et idem ad Fratres de Monte Dei: Perfecta obedientia, maximè in incipiente, indiscreta est, hoc est non discernere, quid vel quare præcipiatur: sed ad hoc tantum niti; vt fideliter, & humiliter fiat, quod à maiore præcipitur. Idem quoque de nouitio loquens ait: Stultus fiat, vt sit sapiens, & hoc omnis eius sit discretio: vt in hoc nulla sit discretio: hæc omnis eius sapientia; vt in hac parte nulla ei sit. Et in sermonibus idem ait: Rara auis in terra discretio, ideo discretionis lucrum fratres in vobis suppleat obedientiæ virtus: vt nihi plus, nihil minus, nihil aliter, quàm imperatum sit, faciatis. Vnde Deuteronom. 13. cap. scriptum est: *Quod præcipio tibi, hoc tantum facie Domino, nec addas quicquam, nec minuas.* Iulius Cæsar cum in perdomandis hostibus quinque annorum spatium sibi permissum terminum pertransisset, licet gloriosè triumphasset: honor tamen sibi debitus denegatus est, nec vrbem ingredi permissus est, eo quòd vltra terminum sibi præfixum moram traxisset. Augustin. quoque 5. de ciuitate Dei, cap. 18. refert de Torquato, qui filium, non quia contra patriam, sed etiam pro patria pugnabat: tamen quia contra imperium suum hoc fecisset, occidit, ne plus mali in exemplo imperij contempti, quàm gloria occisi hostis esset: secundum etiam leges, si quis extra aciem contra præceptum ducis etiam fortiter pugnauerit, & vicerit: tamen punitur; quia contra præceptum fecit, ff. de re milit. l. 3. §. in bello. Et notatur 23.q.5. relegantes. in glossa 1. Perfectè obediens se debet habere ad prælatum, sicut iumentum ad dominum suum, vt dicere possit Propheticum illud: *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Et iterum: *Qui deducis velut ouem Ioseph.* Hæc est simplicitas illa, quæ tantum desiderabatur à sanctis Patribus in discipulis suis. Proinde in principio non præcipiebant eis congrua, & discreta. Vnde in vitis Patrum ait cuidam abbati Pastori: Seniores non loquuntur ab initio patribus, vel fratribus recta, sed magis distorta: & si viderint, quòd ea quæ torta sint faciant, iam non loquuntur eis, nisi quod expedit agnoscentes: quia in omnibus obedientes sunt. Debent enim inferiores audire mandata superiorum, & prælatorum, quasi eis à Deo præciperentur. Proinde Luc. 10. cap. Dominus ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.* Ad hoc 28. dist. in nouo. Vnde sicut non discernerent, si aliquid à Deo eis præciperetur: sed humiliter id adimplerent: sic discretare non debent de mandatis prælati. Vnde Bernar. ait: Non te moueat magistri impetus, indiscreta potestas: sed memento, quia non est potestas nisi à Deo: & qui potestati resistit, Deo resistit. 11.q.3. qui resistit. 23.q.1. quid culpatur. Coloss. 3. *Serui, obedite per omnia dominis.* Et sequitur: *Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus.*

Psalm.

Obedientia simplicitas.

Nouitius stultus sit vt sit sapiens.

Deut. 13.

Obedientia mira subiectio.

Luc. 10.

Coloss. 3.

Quòd hilaritas in obediendo obedientiam reddit gratam.

Cap. III.

TErtius gradus obedientiæ est obedire hilariter. 2. Corinth. 9. *Hilarem enim datorem diligit Deus:* extra de donatio. cap. 1. Vnde Bernar. ait: Serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus, multum colorant obedientiam obsequentis. Nubilosa corporis compositio, & facies tenebri tristitiæ obfuscata, ab animo recessisse, sinceram & iucundam obedientiam manifestat, & signat. Vnde 41. distint. in cap. clericus: Sicut ergo Augustin. ait: Incompositio enim corporis, qualitatem indicat mentis. Quis enim libenter imperat homini tristitiam efflanti? Ecclesiast. 35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* Cauere debet à murmurationibus, iuxta illud Apostoli Philippen. 2. *Omnia autem facite sine murmurationibus.* Qui enim cum murmure obediunt, felle Dominum pascunt. Psal. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Cibus enim Christi est obedientia opere adimpleta. Vnde Ioan. 4. ipse ait: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* Potus autem eius est obedientia cordis, quam Dominus profectò sitit: Fel igitur Christo in escam datur, cum fit murmuratio oris: acetum quoque ei ministratur in potum, cum fit murmuratio cordis. Obedientia talium, obedientia dæmoniorum est. Proinde Luc. 4. scriptum est, quòd ad præceptum Christi, *exibant dæmonia à multis, clamantia, & dicentia, quia tu es Filus Dei*: qui licèt obediebant, tamen obedientes non sunt. Hi sunt similes Simoni Cyrenæo, de quo Matthæi 27. scriptum est, quòd *inuenerunt hominem Cyrenæum, Simonem nomine, & hunc angariauerunt.* Sic isti crucem obedienter portant, & crucis meritum non acquirunt: quia scilicet inuiti faciunt multaque sui angaria, & prælatorum tristitia, & melancholia obedientia taliter qualiter impletur: quod hodie in multis religiosis hoc esse manifesta experientia docet. Tales etiam sunt, vt lapides magni, qui moueri non possunt sine offensione mouentis. Proinde Ecclesiast. 10. cap. ait: *Qui transfert lapides, affligetur in eis.* Ad literam hodie,

2. Cor. 9.

Qua obedientiam spectant.

Eccl. 35.

Philip. 2.

Murmurationis vitanda.

Cibus Christi obedientia. 1. Ioan. 4.

Luc. 4.

Obedientia dæmonum qua. Matt. 27.

Eccles. 10.

Digitized by Google

hodie, si prælatus transfert de loco consolabili fratrem ad alium locum non sibi consolabilem, afflictionem, & persecutionem recipiet à fratre translato. Et addit: *Qui scindit ligna*, id est vnitam societatem aliquorum, seu fratrum, & aliquarum deuotarum, *vulneratur ab eis*, scilicet blasphemiis, murmurationibus, detractionibus, & infamiis. Huiusmodi insuper sunt: vt rota currus non solum in hoc, quia pro defectu vnctionis murmurant: sed etiam quia vnus alterum præcedere recusat. Non faciam hoc, ait vnus, nisi etiam idem ille fecerit. Et de talibus Eccles. 33. ait: *Præcordia fatui, quasi rota carri.* Vnde Ioan. 21. cap. cum dixisset Dominus Petro, *sequere me*: & ille dixisset de Ioanne, *Hic autem quid? Ait illi Dominus. Quid ad te? tu me sequere.* Tales etiam sunt sicut imagines, quæ in ædificiis columnas sustentant, miram tristitiam in facie prætendentes. Sed prælatus, cuius subditi cum tristitia, & murmure parent, similis est illi, qui habet omnia membra infirma, quæ necesse habet mouere, & nullum mouere potest sine magno labore, & in magna miseria est. Prælatus huiusmodi imperat illi, & ille affligitur, & tristatur, & ipse cum eo: similiter etiam imperat alteri, & ille etiam contristatur, & ipse cum eo: & sic qui obsequi debuerunt, offendunt. Sed de talibus Hebr. 13. Apostolus ait: *Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis.*

Eccl. 33. Ioan. 21. Obedientis tristitia cui comparatur. Hebr. 13.

Quòd velociter debet obedientia exhiberi.

Cap. IV.

QVartus gradus est obedire velociter. Luc. 19. cap. à Domino dictum est Zachæo: *Festinans descende*, qui statim velociter obediuit. Vnde & statim subditur velocis obedientiæ remuneratio, cum Dominus subdit: *Hodie salus huic domui facta est.* Matth. etiam 4. cap. De Petro, & Andrea à Domino vocatis dictum est: *At illi relictis retibus, secuti sunt eum.* Et subditur de Iacobo, & Ioanne: *Illi statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.* Cantic. 5. *Manus illius tornatiles.* Manus opera signant, quæ tunc tornatiles sunt, cum ex obedientia opera velociter fiunt. Principibus quippe admodum gratum est, cum præcepta eorum velociter adimplentur. Proinde Prou. 22. cap. scriptum est: *Vidisti virum velocem in opere suo, coram regibus stabit:* extra de regul. iur. in c. mora. lib 6. Marianum Rauennatem Episcopum reprehendit Greg. quòd statim iniunctis sibi non obediuit. Et de hoc reprehenditur Episcopus Sipontinus. 27. q. 1. c. si quis ibi. Et statim non solum, &c. Et Sergius defensor, ea q. & causa, in c. si homo. ibi. Omni excusatione postposita. Et de hoc etiam. 18. q. 2. pridem. Gelasius reprehendit Castorem Episcopum.

Luc. 19. Matt. 4. Cant. 5. Prou. 22.

Quòd viriliter, & magnanimiter debet obedientia exhiberi.

Cap. V.

QVintus gradus est obedire viriliter. Vnde Bernar. Manum tuam misisti ad fortia: agendum est tibi instanter, & constanter obediendum: neque inter asperitatem verborum tam regalis semita relinquenda. Et loquitur de semita obedientiæ. Hanc semitam Christus etiam pro morte ignominiosa non reliquit. Vnde Philippen. 2. *Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Berna. Mementote fratres, quòd Christus ne perderet obedientiam, perdidit vitam. Et iterum ad Fratres in monte Dei ait: Putas obedientiæ fructum, cum subditus audit obedientiam, quam multis exquisierat votis, cum ei præcipitur quod redoleat dignitatem, è contrario meritum assignari illi obedientiæ, quæ terreat animum audientis, grauis ad audiendum, grauior ad implendum, grauissima ad tenendum. Ad hoc facit 19. dist. in memoriam, in princip. & 100. dist. contra morem, in princip. Proinde Prou. 21. Salomon ait: *Vir obediens loquitur victoriam.* Vincit enim verus obediens omnia membra corporis sui exterius, & voluntatem suam interius. Vnde Bernar. Verus obediens mandatum non procrastinat: sed parat aures auditui, oculos visui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & se totum intra se recolligit: vt ex toto mandatum peragat imperantis. Et in sermone de conuersione Sancti Pauli ait: Multorum profectò hodie pusillanimitas, & peruersitas exigit, vt ab eis quæri oporteat, quid vis vt faciam tibi? non ipsi quærant, Domine quid me vis facere? considerare necessariò habet minister, & vicarius Christi, quid sibi præcipi velint, non ipsi considerant, quæ voluntas sit præceptoris. Discernunt, & diiudicant eligentes, in quibus obediant imperanti: immo in quibus præceptorem suum ipsorum obedire necesse sit voluntati. Non est eorum obedientia plena, non in omnibus parati sunt obsequi, non per omnia sequi proposuerunt eum, qui non suam: sed patris venit facere voluntatem.

Constanter obediendum. Philip. 2. Prou. 21. Verus obediens mandatum non procrastinat.

De humilitate, quæ in obedientia seruari debet.

Cap. VI.

SExtus gradus est obedire humiliter. Vnde. Bernar. Magna virtus humilitas, sine cuius obtentu virtus fortitudinis non solum virtus non fit, sed etiam in superbiam erumpit. Et ad talem obedientiæ humilitatem inducens Dominus discipulos suos, Luc. 17. cap. ait: *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.* Nam secundum rei veritatem non prouenit Deo vtilitas de operibus nostris, sed nobis. Insuper ex nostris bonis operibus non fit maior, sicut nec sine eis fit minor. In tali gradu Propheta erat, cum ad Deum ait, *Bonorum meorum non indiges.*

Luc. 17. Deus ex operibus nostris non fit maior.

Quòd perseueranti obedientiæ datur gloria sempiterna.

Cap. VII.

SEptimus gradus est obedire perseueranter. Perseuerantia enim, secundum Bern. singularis est filia summi regis. Et iterum: Quid curere prodest, & ante metam cursus deficere? *Sic currite, vt comprehendatis.* 1. Corinth. 9. Et de pœnit. distint. 3. Incassum, Gregor. in Mora. ait: Incassum quippe bonum agitur, si ante vitæ terminum deseratur, quia frustra velociter currit, qui priusquam ad metas perueniat, deficit. Et de hoc etiam legitur, & notatur extra de renuncia. cap. 1. Omnes quippe virtutes sine perseuerantia pugnare contra vitia possunt, sine verò perseuerantia vincere non possunt. Vnde soli in virtutibus perseueranti tribuuntur regna cœlorum. Proinde Matt. 10. c. Dominus ait: *Qui autem perseuerauerit vsque in finem, saluus erit.*

1. Cor. 9. Perseuerantia necessitas.

QVADRAGESIMALE
ANTEHAC NON
IMPRESSVM.

Feria Quart. Cinerum.

De pugna Spirituali.

Sermo I.

DIXIT *Iesus discipulis suis. Cum ieiunatis*, &c. Matth. Quamuis tota vita nostra dum sumus in via, sit continua pugna, iuxta illud Iob. 7. *Militia est vita hominis*

Matth. 6.

Digitized by Google

hominis ſuper terram; tempore tamen Quadrageſimali in maiori bello poſiti ſumus: vnde Bernar. in ſerm. hodierno ait: hodierno die dilectiſſimi ſacrum tempus Quadrageſimale ingreſſuri, tempus eſt totius militiæ Chriſtianæ, & ratio eſt: quia hoſtis noſter bonis operibus inimicus, tanto magis nos impugnare ſatagit, quanto plus bonis operibus nos inſiſtere proſpicit: vnde Gregor. 4. Moral. cap. 20. Omnes, inquit, qui ea quæ mundi ſunt mente calcant, & ea quæ Dei ſunt plena intentione deſiderant: Diabolum contra ſe ſuſcitant: quia eius malitiam inſtigatione ſuæ conuerſationis inflammant: Quia hoc tempore plus ſolito impugnamur ab hoſte, ideo magis egemus arte pugnandi. Neceſſitatem huius artis tria probant, Mundana exempla, Sanctorum dicta, & inimici noſtri Malitia.

Artem pugnandi tria probant.

Primò, exempla patent: nam quotidie videmus, quòd multa bella vincuntur ſagacitate, & peritia: vnde Romani, & Lacedæmones videntes artem pugnandi, eſſe neceſſariam, eam ſuos iuuenes docuerunt, attente conſiderantes, ne impetu, vel caſu, piuſquam ſagacitate, & arte pugnarent: Annibal princeps, & Dux Carthaginenſium, volens Italiam inuadere propter bellum, quod cum Rom. habebat, ſumpſit vnum de Lacedæmonia huius artis peritum, cuius conſilio multorum exercitus vicit, quamuis numero, & virtute eis minor eſſet. Cantopi exemplo hoc exemplum etiam patet, qui Carthag. contra Rom. magnum adiutorium præſtitit; non quidem virtute, ſed arte: Nam eos docuit qualiter in Rom. exercitum irruerent, de quo regulam ceperunt, & de ipſo ſagaciter triumphauerunt. Refert Valerius Maximus in 2. lib. quod Poſthumus Tribunus, in Latino bello Conſul, habens vnicum, qui prouocatus à Gemino Metio duce Tuſculanorum ad dimicandum ignarus de cendit, qui vt fortis gloriolam victoriam, & ſpecioſa ſpolia reportaret; quem pater arripere fecit, & in modum hoſtiæ mactari iuſſit: ſanctius eſſe iudicans patrem forti filio, quàm pœnam militari diſciplina carere: vnde Vegetius in lib. de re militari dicit, in omni prælio non tam multitudo, & virtus, quàm ars, & exercitium ſolet parare, vel tribuere victorias. De Dauid 1. Reg. 19. legitur, quòd quia prudenter ſe habebat, conſtitutus eſt à Rege Saul ſuper vitos belli.

1. Reg. 19.

Iud. 3.

De hoc probant Sanctorum dicta. In lib. Iudicum 3. cap. dicitur, quòd Dominus dereliquit quaſdam gentes contrarias populo ſuo, & noluit eas diſperdere: vt erudiret in eis Iſrael, & omnes, qui non nouerant bella Chananæorum; & poſtea diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus, & haberent conſuetudinem præliandi. Eccl. 9. ſimiliter habetur: *Hanc quoque ſub Sole vidi ſapientiam, & probaui maximam: Ciuitas parua, & pauci in ea viri; venit contra eos Rex magnus, & vallauit eos, extruxítque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio; inuentúſque in ea vir pauper, & ſapiens, & liberauit eam ciuitatem per ſapientiam ſuã.* Vnde Prou. 24. *Vir ſapiens fortis eſt, vir doctus, & robuſtus, & validus*: quia cum diſpoſitione *initur bellum, & erit ſalus vbi multa conſilia ſunt.*

Eccl. 9.

Prou. 24.

Tertiò, ipſam artem bellandi nobis vtilem probat noſtri inimici malitia; Nam quanto inimicus eſt ſubtilis, tanto plus cautela contra ipſum eſt vtilis: Sed inimicus noſter diabolus eſt maxime aſtutus, Gen. 3. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus*; ideo contra ipſum valde attenti eſſe debemus. Vnde 1. Pet. 5. dicitur: *Fratres ſobrij eſtote, & vigilate; quia aduerſarius veſter diabolus, tanquàm leo rugiens*, &c. Patet igitur quomodo ars bellandi ſit nobis neceſſaria, vnde Sancta mater Eccleſia, ipſa nobis tradit per omnia Euangelia, qualia in hodierno tamen Euangelio de ipſa tria dicit.

Genes. 3.

1. Petr. 5.

Primum de eius principio effectiuo, ſecundum de eius actu operatiuo, tertium de eius fine operatiuo: propter primum habetur à quo fit, propter ſecundum circa quæ fit, propter tertium ad quid fit. Primum habetur in principio Euangelij, *dixit Ieſus diſcipulis ſuis*, ſecundum ibi, *cum ieiunatis*, &c. tertium ibi, *vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit.*

Primò ponitur huius artis principium effectiuum, *dixit Ieſus*; vbi ſciendum, quòd huius artis Doctor tria debet habere, ſummam ſapientiam, perfectam experientiam, & maximam beneuolentiam. Primò debet habere ſummam ſapientiam: quia ſapientis eſt omnia cognoſcere, vt dicit Philoſophus in 1. Meth. Ita huius artis Doctor debet omnes circunſtantias belli ſcire: nam qui errat in vno puncto, perdit totum: quia ibi poteſt conſiſtere victoria, & perditio, & poſt conflictum non valet pœnitudo. Secundò debet habere perfectam experientiam, nulla enim ars poteſt doceri à non experto: vnde eſt Proverb. *Medicus ignorans non ſanat, ſed vulnerat*: maxime Doctor huius artis debet eſſe bene expertus: quia multa credit homo facere, vel euadere, quæ non poteſt. Vnde Eccleſiaſtici, 34. *Vir expertus, & qui multa didicit aperiet intellectum*; ad hoc valet exemplum Alexandri: Quando antiqui milites, qui fuerant cum patre ſuo, volebant diſcedere ab eo, dicentes ſe vlterius præliorum anguſtias ferre non poſſe, quibus ipſe reſpondit, magis eligi ſenum grauitatem, quàm iuuenum confidentiam; ſe autem agunt cum conſilio titubantes, & experientia facit eos victores. Tertiò debent habere fideliſſimam beneuolentiam, vnde non vnum pro alio doceat, ſicut multi proditores duces, & conſiliarij faciunt; hic cadit exemplum Cuſi, & Achitofelis, 2. Regum, cap. 7. Hæc omnia perfecte in Chriſto noſtro duce, & magiſtro fuere, hic vero nos docet artem pugnandi. Pſal. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*: primo ſapientia in cognoſcendo, Daniel. 3. *Domine tu noſti omnia, antequàm fierent*, & Ioan. 16. *nunc ſcimus quia ſcis omnia*: ſecundò experientia in operando, Act. 1. *cœpit Jeſus facere, & poſtea docere*: vnde cum mundo pugnauit; iuxta illud Ioan. 5. *Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.* Et cum diabolo, vnde Auguſt. in lib. de agone Chriſtiano. Multi dicunt quoniam poſſum vincere diabolum, quem non videmus: ſed habemus magiſtrum Chriſtum, qui nobis in ſeipſo monſtrare dignatus eſt, quomodo inuiſibilis hoſtis vincatur. Tertiò beneuolentiam in conſulendo: *quia fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis*, ait Pſalm. & Num. 13. *Non Deus eſt homo, vt mutetur, neque vt filius hominis, vt mentiatur*: Dixit ergo, & non faciet, locutus eſt, & non eueniet? quaſi dicat, non. Hoc ergo eſt principium effectiuum huius belli: Quod dixit Euangelium: *Dixit Ieſus diſcipulis ſuis.* Sequitur, *cum ieiunatis*, vbi ponitur de arte bellica, quoad actum operatiuum, circa quod ſciendum, quòd ſicut eſt triplex pugna temporalis, videlicet ciuilis, campeſtris, & naualis; ſic eſt triplex pugna ſpiritualis, ſcilicet cum carne, quæ eſt ciuilis; cum diabolo, quæ eſt campeſtris; & cum mundo, quæ poteſt dici naualis: Primum bellum vincitur per abſtinentiam, hic de ieiunij virtute: ſecundum per rectam conſcientiam: tertium per conculcationem auaritiæ. Propter primum dicitur 1. Corinth. 12. *Egoſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans*, &c. vnde B. Auguſt. in regula carnem veſtram domate ieiuniis, & abſtinentia eſcæ, & potus, quam valetudo promittit: Hoc autem debet fieri per regulam æternam non mundanam: vnde ait Dominus: Cum ieiunatis, &c. Propter ſecundum Gregor. in 1. Moral. c. 41. Ad hoc inquit pugnat diabolus, & inſidiatur, vt hoc, quod rectum coram hominibus agitur, ante conſpectũ æterni iudicis vitietur; & in bono opere intentionem polluit: vt quod in actione ſequitur, eo purum & mundum

Huius artis pugnandi Doctor tria habeat.

Prou.

Eccl. 34.

2. Reg. 7.

Tres conditiones Magiſtri in Chriſto.

Pſalm.

Dan. 3.

Ioan. 16.

Act. 1.

Ioan. 5.

Pſalm.

Num. 13.

Triplex pugna. Spiritualis.

1. Cor. 12.

Intentio neceſſaria.

Digitized by Google

mundum non exeat, quo hoc ab origine perturbat. Vincitur ergo, quando bonum quod fit, recta conscientia operatur, vnde sequitur: *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua:* Quod sic intelligitur secundum Augustinum in Homilia, Vnge caput tuum, id est lætifica Christum, qui est caput omnium fidelium; Et faciem tuam laua, id est conscientiam purga, & rectifica.

Propter tertium August. dicit: Mundus vincitur, cum eius cupiditas non amatur, sed spernitur, & ad bonum cœlestis patriæ insudatur: vnde sequitur; *Nolite thesaurizare vobis thesauros in cœlo*, &c.

Sequitur, *vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit:* vbi ponitur de pugna spirituali, quoad finem desideratiuum: quia finis huius pugnæ debet esse vita æterna: Quia vbi est thesaurus tuus, ibi debet esse & cor tuum; ne perdamus eum per carnem inficiantem, per diabolum decipientem, & per mundum deficientem: Et possumus dicere, quòd vita æterna, thesaurus omnium diuitiarum est; *quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit*, &c. Et thesaurus sapientiarum: quia nunc cognoscimus ex parte, tunc autem sicut & cogniti sumus. 1. Corinth. 12. Est & thesaurus delitiarum: quia omne bonum ibi habetur, & nullum malum timetur; quicquid desiderabitur aderit: Et omne quod erit ibi summus Deus, & summum bonum erit, & quod est omnino fœlicissimum, ita semper fore credendum: vt August. dicit: Hic ponamus auctoritatem Augusti. de summo bono, & de fœlicitate æterna. Concedat nobis Deus sic cum nostris inimicis pugnare: vt tantum thesaurum non possimus perdere: sed acquirere, quod propter suam magnam misericordiam faciat, qui est benedictus in sæcula, Amen.

Finis pugnæ vita æterna.

1. *Cor.* 12.

Feria Quinta Ciner.

De qua patria, & de qua arte sunt meliores pugnatores.

Sermo II.

Matt. 9. VM *introisset Iesus Capharnaum*, &c. Matth. 9. Heri diximus, quam sit vtilis doctrina pugnandi, & cum quibus pugnare debemus: Hodie dicemus de qua patria, & de qua arte sunt meliores pugnatores. Meliores pugnatores primo in temporalibus, secundo in spiritualibus, tertio hæc notantur in Euangelium. Quoad primum dicenda sunt duo, primo de qua patria, secundo de qua arte.

Qui non apti pugna. Propter primum sciendum est, quòd secundum Vegetium in lib. de re mil. De parte Orientali non sunt boni pugnatores; & ratio huius est, quia propter nimium calorem solis habent modicum de sanguine, & ideo sunt timidi: quia illud modicum, quod habent, timent perdere: propter quod ad pugnandum non sunt apti. Secundo nec de parte Occidentali sunt boni, quia valde abundant sanguine, & ideo sunt nimis audaces, & minus sagaces: sed de medio sunt meliores, quia non deficiunt valde in sanguine, ideo non sunt nimis timidi; nec valde abundant, ideo non sunt vltra modum prompti: Et illi sunt omnes, qui habitant in regionibus inter Occidentem, & Septentrionem illius partis, quæ dicitur Europa: vt sunt Britones, Gallici, Germanici, Dasterniti, Theotonici, qui appropinquant Galliam & Italiam, Constantinopolitani, Christiani, & omnes Italici, & horum medij sunt meliores, scilicet Romani, vnde nunquàm fuit natio, quæ præesset toti orbi sicut Romani.

Causam conditionis Secundum videndum est, de qua arte sunt meliores pugnatores, vbi sciendum secundum eundem Vegetium, quia de robustiori exercitio, vt sunt fabri ferrarij, malleatores, macellarij; venatores vrsorum, & ceruorum: sed non de arte delicatiori, vt sunt sutores, barbitonsores, piscatores? Et ratio huius est, quia illi sunt assueti in maiore labore, & ideo non timent percutere, & arma portare; isti autem non tangunt nisi acum, rasorium, accipitrem, vel hamum, & nulla est conuenientia inter acum, & lanceam, retem, & loricam. Habemus ergo duo; de qua patria, & de qua arte sunt meliores bellatores in pugna temporali.

debēt esse fortiores milites.

Secundò videndum est hoc in pugna spirituali. Hic cadit exemplum de Dauid, quia interfecit leonem & vrsum, non timuit percutere Goliam. 1. Reg. 17. Vnce sciendum, quòd per Orientales intelliguntur homines, qui sunt sensibiles & voluptuosi: quia à sensu oritur cognitio, qui non sunt boni in pugna spirituali, quia nimis dediti mundo timent perdere, & dimittere, quæ habent propter Deum: Ideo sunt timidi; sicut illi, *qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt*, Luc. 8. Et ista sunt signa Orientalium nationum, puta Æthiopum: Et quòd sol circuit super capita eorum, sunt nigri, in crinibus crispi, in cute aperi, in omnibus membris tenues. seu macilenti. Ita illi mundani, quia sunt nigri propter remorsum conscientiæ, Baruch. 3. *Nigra sunt facies eorum à fumo, qui in domo sunt*, id est conscientia perturbata: Crispi capiti propter appetitū auaritiæ, Amos 9. *Auaritia est in capite omnium*: aperi propter dolum inuidiæ: *nequam est oculus inuidi.* Eccles. 7. Macilenti in cute propter insaturitatem miseriæ, & similantur illis bobus, vel vaccis visis à Pharaone in somnis dum putaret se stare super fluuium, quæ emergebant de fluuio fœdæ, confectæque macie, & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus, id est in mundi principio, vel delitiis, Gen. 41. Et isti non sunt boni in pugna.

1. *Reg.* 17. *Luc.* 8. *Baruch.* 3. *Amos.* 9 *Eccles.* 7. *Gene.* 41.

Sed nec illi de Occidente, id est qui intellectu sunt curiosi, quia in intellectu terminatur cognitio; Eo quòd sunt nimis prompti, & in se confidentes, & ideo labuntur in errores, & traduntur in reprobum sensum; *Qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Rom. 1. Et isti habent illa signa Occidentalium nationum, quia sunt in corde alti siue elati, & in prole fœcundi, in facie pulchri, in comestione intemperati: Ita isti sapientes mundi sunt alti in mente propter sapientiam Iob. 11. *Vir vanus erigitur in superbiam*; fœcundi in prole propter lasciuiam, Amos 6. *Dormitis in lectulis ebuneis, & lasciuitis in stratis vestris*, in facie pulchri propter vanā gloriā: *vana est pulchritudo*, Prou. vlt. in comestione intemperati propter gulam, *quia Deus eorū venter est, & gloria in confusione*, vnde Psal. Neque ab Oriēte, neque ab Occidente, &c. sunt boni pugnatores. Isti non sunt boni pugnatores. Erunt ergo boni pugnatores illi, qui sunt in medio: quia virtus consistit in medio, & isti non sunt timidi, sicut Orientales, quia non timent propter Dominum pati, nec sunt de se nimis præsumptuosi, sicut Occidentales: quia Deum timent vt filij, & retinent ista signa media, scilicet gentium de Europa: quia ita in animis, sicut in corporalibus habent temperantiam; non enim sunt furiosi nec remissi, sed sunt liberales, magnanimi, nolunt communiter subiici, sed omnes esse liberi. Ita debent milites Christi, quia non furiosi propter iram, nec remissi propter acidiam, sed liberales propter charitatem; Et magnanimi propter fidem, & spem, & volunt esse liberi propter sanctitatem: quia vir sanctus iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur, 1. Cor. 2. Et propter hoc Apost. admonet dicens Ephes. 4. *Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut Christus donauit nobis. Estote imitatores sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos.*

Rom. 1. *Iob.* 11. *Amos.* 6. *Prou. vlt.* *Virtus in medio.* 1. *Cor.* 2. *Ephes.* 4.

Digitized by Google

Secundò videndum est de quo exercitio sunt meliores pugnatores,& vt dicebam, de exercitio robustiori.

Religiosi pugnæ spirituali aptissimi.

Isti proprij sunt religiosi, qui magis sunt apti ad spirituale bellum, quàm mundani, quia ipsi quotidie sunt in exercitio pœnitentiæ, possunt enim dici malleatores propter pœnitentiam;venatores aprorum,& vriorum propter peccatorum conscientiam : quia in omni die venantur,& confitentur propria peccata:Homines autem seculares sunt delicati, ignorant enim cilicium,silentium,ieiunium, disciplinam & vigilias;rarò confitentur, & ideo non sunt ita boni exercitio spirituali; non tamen est dicendum, quòd de secularibus non sint aliqui boni, & de religiosis aliqui mali ; sed quoad statum , in quo magis sunt apti ad spiritualem pugnam religiosi,quàm seculares.

Habemus ergo de qua patria sunt meliores bellatores,quia de medio terræ, eo quòd esse debeant sollici-

Rom.12. ti sine pigritia, Rom.12. *Solliciti non pigri*; humiles

1.Petr.5. sine superbia, *quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* 1.Pet.5. Confidentes de Dei misericordia,& erubescentes de propria culpa,quia Deus iustus,& misericors est: iustus inquam pœnitere nolentibus, sed misericors confidentibus de misericordia, & erubescentibus de propria culpa. Habemus ergo de

1.Reg.1. exercitio eum,quia de obedientia.1.Reg.1. *Melior est obedientia, quàm victima.*

Tertiò videndum est quomodo hæc omnia notantur in Euangelio hodierno : in quo fit mentio de vno Centurione, qui cum introisset Iesus Capharnaum, *accessit ad eum rogans,& dicens, Domine,puer meus iacet in domo*, &c.

In illo Centurione notari possunt ea quæ dicta sunt:nam fuit sollicitus sine pigritia : *quia accessit ad eum* , secundus humilis sine superbia, *quia rogans eum:* tertius securus de Dei misericordia, *quia dixit , Domine,puer meus iacet in domo,* &c. quartus confessus culpam, *Domine non sum dignus, vt intres*, &c. quintus in obedientia,*nam. Et ego homo sum sub potestate constitutus:*sicut sunt viri religiosi,quia sub obedientia prælati sunt positi,quæ maximi est meriti:vnde fertur,quòd

Obedientia magni meriti.

quidam monachus dixit S.Machario, Pater Abbas volo solus in deserto facere pœnitentiam, cui respondit, crede mihi, maioris meriti est subiici Abbati, & ei humiliter obedire,quàm in deserto solitarie viuere.Vnde videatis,quanta sit virtus sanctæ obedientiæ.Duo parua exempla de vitis Patrum referam.

Hortatur ibi,quòd quidam miles renuntians seculo cum filio suo vnico, perrexit ad monasterium , & promissa obedientia Abbati viuebat sanctè , quem Abbas probare volens si verus esset obediens; die qua Clibanus monasterij incendebatur , vocauit eum, dixitque sibi si diligeret verè filium,quod per obedientiam proiiceret eum in Clibanum,qui statim obediuit,& factus est ignis puero sicut ros,& illæsus exiuit.

Fertur etiam,quòd Abbas quidam volens cuiusdam fratris obedientiam probare,plantauit lignum aridum, vocauitque fratrem,& præcepit ei, vt tamdiu irrigaret lignum quousque produceret fructus. Distabat autem aqua multùm à monasterio,quod fecit ille per tres annos,& lignum viride factum est, & attulit dulcissimos fructus, quos Abbas colligens cunctis fratribus dedit, dicens , fratres comedite fructus sanctæ obedientiæ. Hic cadit exemplum de Abraham, qui voluit immolare filium suum propter obedientiam.

Quisnam verè miles Christianus.

Concludamus ergo, quod miles Christi debet esse sollicitus sine pigritia , humilis sine superbia; confidens de misericordia Dei , erubescens de culpa : & subiectus , & constitutus in obedientia : Hoc si habebis ; curabitur puer tuus , id est anima tua ; Et mereberis recumbere cum Abraham , Isaac , & Iacob in regno cœlorum , quod nobis præstare , & concedere dignetur Dominus noster , qui est benedictus in sæcula. Amen.

Feria sexta Cinerum.

Quomodo in persona agnoscuntur boni pugnatores.

Sermo III.

Matth.5. AVDISTIS , *quia dictum est antiquis*, &c. Matth. 5. Diximus heri de qua patria , & de qua arte bellatores sunt eligendi. Verum quia omnes homines eiusdem patriæ , seu artis non sunt æqualiter fortes,congruum est videre in quo possunt cognosci viri bellatores. Hodie igitur videbimus signa boni pugnatoris. Attendite.

Quinque signa veri pugnatoris.

Vegetius in lib.2.de mili.ponit quinque signa,quæ requiruntur ad verum pugnatorem. Primum pectus latum , secundum caput erectum , tertium carnem duram & neruosam,quartum vocem virilem, quintum corpus liberum,& in nullo monstruosum.

Primum.

Primum debet habere pectus latum , quod indicat robustum , & fortem , sicut videmus in animalibus,quod ea,quæ sunt in pectore lata, sunt fortiora vt leones,& vrsi.

Secundum.

Secundum debet habere caput erectum,quia indicat cordatum , & securum , quod in bello est maximè necessarium. Vnde scribitur Deuter.20. *Si quis homo formidolosus fuerit , & corde pauidus non exeat ad prælium , sed reuertatur in domum suam , ne pauere faciat corda fratrum suorum.*

Deut.20.

Tertium.

Tertium debet habere neruosa membra, & non carnosa : quia nerui sunt fortiores carnibus: Caro etiam debet esse dura & non mollis : quia vt dicunt sapientes , mollities in carne hominis indicat bonum intellectum : durities autem robustum animum, quod quidem in bello est valde necessarium.

Quartum.

Quartum debet habere vocem virilem : quia vir muliebris , vel effœminatus non est aptus ad pugnam: Legitur enim antiquis in historiis , quòd Rex Sardiniæ nomine Pollio ita erat deditus mulieribus , vel muliebribus , vt non loqueretur cumsuis Baronibus, nec cum aliquo , sed respondebat , & præcipiebat per schedulas , à mulieribus recedere nolens ; Quidam autem Dux exercitus sui , cum ei diu seruisset, iuit ad eum, quem Rex honorare volens , præcepit ipsum ad se intrare; Dux ille astutus in bellis videns Regem sicut mulierem , spreuit eum , & ausus est ipsum inuadere ; Rex autem timens fugit : Et quia non credebat manus Ducis posse euadere , se in certo loco cum toto thesauro suo in domo sua claudens combussit.

Quintum.

Quintum debet habere corpus liberum , in nullo monstruosum , non minutum in aliquo membro : diminutio enim membri cuiuslibet habet impedire pugnantem : vnde consueuerunt cum capiunt aliquem ipsum in aliquo membro mutilare , vt in bello vlterius non possit pugnare : legitur primo Regum 11. quod Naas Dux Ammonitarum obsedit ciuitatem Iabes , & ciues Iabes voluerunt cum Naas fœderare : *qui dixit eis , in hoc volo vos fœderatos , vt omnium vestrum oculos dextros eruam* , hoc autem faciebat , ne populus posset pugnare : quia pars sinistro in bello tegebatur clypeo,dextra verò erat cæca : Ita quod boni pugnatores esse non poterant.

1.Reg.11.

Quæ in bene pugnante debet esse statura.

Statura autem non tam debet esse alta , magisque virilis , bene formata : multi enim homines parui vincunt magnos:Ita quod magnitudo non arguit bonum tyronem.Magnus erat Golias, & Dauid minor:verum ille Gigas interfectus est à Dauid. In historia Alexandri legitur , quòd Porus Rex Indorum cum eo pugnare volens , habuit in suo exercitu 13. millia currus.

300. Ele

Digitized by Google

300. Elephantes, in quorum quolibet turris lignea erat, in qua triginta homines existebant: vnde exercitus Alexandri perditus est: & plus propter animalia, quàm propter homines: Ipse autem ascendens equum, nomine Bucefali dixit, cum Poro Rege volo dimicare: Porus autem spreuit eum propter corporis paruitatem, quia Alexander erat trium cubitorum, Porus autem quinque, sed ignorabat virtutem, & audaciam in corpusculo latentem, in pugna tamen positi ambo: primo Porus Alexãdrum percussit, & quasi semiuiuum dimisit: at Alexander tumens vires facto impetu, complicatis brachiis tam fortiter Porum percussit, quòd statim interfecit, quo mortuo de toto exercitu triumphauit.

Concludamus ergo hæc omnia dicendo, quod bellator debet habere hæc quinque: pectus latum, caput erectum, carnem duram, & omne membrum neruosum: vocem virilem, corpus perfectum, & non monstruosum.

Applicatio. Et sicut ista debent esse in pugnatore temporali, ita eo modo debent esse in spirituali.

In pugnante spirituali quinque debẽt esse signa. 1. Ioan. 5. 1. Ioan. 4. Primò debet habere pectus latum propter dilectionem charitatis, vt omnes diligat. Ioan. 15. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Vnde 1. Ioan. 4. *Si Deus dilexit mundum, & nos debemus inuicem diligere.* Ista autem dilectio debet esse lata, & vsque ad inimicos diffusa. Psalm. *Latum mandatum tuum nimis:* vbi Augustinus, Latum est mandatum charitatis, quia omnes debent diligi: sed est nimis, quia non solum amici, sed etiam inimici sunt diligendi. Vnde Rom. 12. & Prouerb. 15. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi:* Et maximè à fidelibus Christianis hoc debet seruari: Cum reperiamus antiquos paganos suis inimicis beneficia præstitisse. Narrat Valerius Maximus in lib. 5. quod Lucius Paulus audiens Persarum Regem ad se victum, & vinctum adduci, quem habuerat semper infestum, occurrit ei decoratus ornamentis Romani Imperij curuatumque ad genua procumbentem dextera manu leuauit, græco sermone ad spem salutis exhortatus est, in tabernaculum suum introduxit, & in mensa cum filio eum sedere fecit, dicens, quod sicut egregium est hostem abigere, ita laudabile est infœlici misereri: hæc de causa Dominus noster dixit nobis, tanquam suis militibus. *Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui vos oderunt*, &c.

Charitas latissima. Psalm. *Rom. 12. Prou. 15.*

Secundum. Secundò debet habere caput rectum propter considerationem Deitatis, vt semper ad Deum attendat. *Colos. 4.* Colos. 4. *Omne quodcunque facitis in verbo, vel in opere: in nomine Domini facite.* Vnde August. in libro exhortationis ad Bonifacium dicit in omnibus actis, & operationibus suis placens Deo, ne studeas facere aliud, nisi ad ædificationem animæ, & in omni opere, quod cogitas facere, primo cogita Deum, & si est secundum eum perfice illud, si vero aduersus amputa illum ab anima tua: Et in omni oratione, & obsecratione Domini voluntatem, & non tuam deprecare fieri.

Tertium. Tertiò debet habere carnem duram, & membra neruosa propter perseuerantiam stabilitatis. *Eccl. 5.* Ecclesiastici. 5. *Esto firmus in via Dei*, maximè autem hæc firmitas, & stabilitas in hac spirituali pugna est necessaria: Ideo Apocalyp. 2. *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ*; figuratur hoc Iudic. 15. vbi dicitur quòd Samson in Ethan, cum maxilla asini interfecit mille Philisthæos: Samson fortis interpretatur, Ethan stabilitas: Philisthiim ruina, interfecit ergo vir fortis in stabilitate cum osse, & non cum carne Philisthæos, id est suos aduersarios, qui irruerunt in nos: vt essent causæ nostræ ruinæ.

Apoc. 2. Iud. 15.

Exemplũ de Sãsone, quod cum osse non cum carne.

Quartum. Quartò debet habere vocem virilem propter euitationem pompositatis, & curiositatis: viri enim non sunt ita pomposi, & curiosi, sicut mulieres; Et in omni opere bono, maxime pompa, & vana gloria debet vitari: vnde Dominus noster in Euangelio hodierno dicit Matth. 5. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis.* Hic potest adaptari historia Regis Ezechiæ, qui ostendit omnia bona regni sui. *Matth. 5.*

Quintum. Quintò debet habere corpus perfectum propter intentionem perfectibilitatis: vt ea, quæ facit, non nisi bona intentione faciat: quia intentio cuiuslibet rei nomen imponit: Ideo non nisi intentione bona faciat, videlicet acquirendi Regnum Dei, & Deo placendi: vnde Isidorus in libro de sinonymis dicit, quicquid agis, pro futura age mercede æternæ remunerationis.

Isti enim mercedem non hîc: sed in futuro recipiunt: futura merces non præsens promittitur Sanctis: non est hîc spectandum, quod alibi debetur. Patet ergo, quod milites Christi habere debent dilectionem charitatis, considerationem Deitatis, perseuerantiam stabilitatis, vitationem pompositatis, & intentionem perfectibilitatis.

Hæc quinque notantur in Euangelio hodierno, in quo primo ponitur dilectio charitatis; *Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum*, &c. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros*, &c. tanta debet esse charitas: vt vsque ad inimicos se extendat.

Secundò ponitur consideratio Deitatis, cum dicitur, *vt sitis Filij Patris vestri*; hoc debet considerari, *vt Filij Dei nominemur, & simus.* Tertiò ponitur perseuerantia stabilitatis, cum additur: *Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*; Perfectio enim est stabilitas: quia immobilis perseuerans dat cuncta moueri, Iacob. 1. *apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio:* Ita, & nos quantum possumus, ipso adiuuante stabiles esse debemus. Quartò ponitur vitatio pompositatis cum adiungitur, *Cum facis eleemosynam, noli ante te tuba canere*; hoc autem faciunt pomposi, & vanaglorioſi, quod nos facere non debemus. Quintò intentio perfectibilitatis ponitur, cum dicitur, *Te autem faciente eleemosynam*, &c. *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Hac intentione debemus facere bona opera: vt Deus solus videat, & retribuat vitam æternam. Amen. *Iacob. 1.*

Sabbato Cinerum.

Quòd pugnatores debent exercitio instrui, & præmio allici.

Sermo IV.

QVM *sero esset*, &c. Diximus heri de quinque conditionibus bellatorum: Hodie dicendum est primo de bellatorum exercitio, secundo de dubio ab ipsis remouendo, tertio de præmio quod promittitur. Attendite.

Primò sciendum, quòd bellatores oportet multos sufferre labores; & ideo exercitandi sunt prius ad aliqua difficilia: vt in ipso prælio facilius portent angustias præliorum: vnde narrat Frontinus, quòd Cyrus Rex Persarum volens suum populum ducere in exercitu per tres dies in excidenda sylua fatigauit; deinde optimis epulis refecit; dicens in pugna sic fortiter laborate, & remunerabo copiosè habita victoria. Idem refert, quod Sylla aduersus Archelaum pugnans, peioribus militibus vtebatur, opere eos fatigando per exercitium; qui postea in pugna facti sunt cæteris meliores. *Exerceant se pugnantes in arduis.*

Secundò notandum, quòd quia interdum aliqua mira stupenda apparent in exercitu, quibus cor populi aliquando potest timore concuti. Ideo est necessariũ populum tunc remouere à dubio, cum talia eueniunt, & ipsa potius ad bonum interpretari. Vnde recitat Frontinus, *Milites non concutiũtur.*

Digitized by Google

nus, quod Epaminundas Thebanus cum contra Lacedæmones exercitum duceret, posuit in hasta sua insulam, quam ventus eleuãs depulit in sepulchrum cuiusdam Lacedæmonij, de quo turbati milites, dixit eis, Nolite trepidare: quia hoc significat Lacedæmoniorum interitum. Idem refert, quòd Sulpitius Gallus videns milites stupefactos propter eclypsim Lunæ, dixit; hoc signum est interitus inimicorum: Narrat etiam, quòd Olabus Athenienſis cum nauigaret ad pugnam, subito existente pugna excidit fulgur ante nauem, de quo perterriti milites, dixit, Estote securi, Maximus Deus Iuppiter voluit naui nostræ ostendere lumen suum.

Exemplum pro præmio militari.

Tertiò sciendũ, quod omnis labor optat præmium, propterea debent milites præmio allici, & induci, vt libentius pugnent. Alexander, qui bene remunerabat fidelissimos, & probos milites semper habebat, & 1. Reg. 17. legitur, quod quia Rex Saul promisit Dauid dare filiam suam in vxorem interfecit Goliam Philistæum: Habemus ergo, quod milites debent exercitio fatigari, ab omni dubio remoueri, & præmio allici.

1. Reg. 17.

Applicatio. Apoc. 3. Hebr. 12.

Ista tria obseruat Dux noster ille inuincibilis Christus suis militibus, primò fatigat in angustiis, Apoc. 3. *Ego quos amo, corrigo & castigo:* vnde Hebr. 12. *quem diligit Deus corrigit & castigat, & flagellat omnem filium, quem recipit:* vnde signum diuinæ prædestinationis videtur in præsenti vita affligi, & improsperа, & aduersa pati: Nam mundus suos amatores per aliquod tempus prosperos facit: Amicos verò Christi tribulationibus affligit: vnde dicit Saluator, Ioan. 15. *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum est diligeret: quia vero de mũdo non estis: sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus; & sicut electi est signum hic pati, ita damnati est indicium prospere mori.* Vnde August. in soli. loquens Domino dicit: Tu consolatio sempiterna, quæ solis illis retribuis, qui consolationem huius mundi pro tua consolatione dimittunt: nam qui hic consolantur, indigni tua consolatione habentur; Et qui hic contristantur, à te consolantur: nam dignum est, vt amittat te, qui in alio magis consolari eligit, quàm in te; nemo enim potest in vtroque solatio consolari, nec potest quis in futuro gaudere: sed vnum necesse est, vt perdat, qui alterum voluerit possidere. Hic valet exemplum B. Ambros. qui Romam pergens in quadam villa Tusciæ, in domo cuiusdam magni diuitis hospitatus interrogauit eum de suo statu, & sollicite requisiuit, cui ille respondit, status meus Domine semper fuit fœlix. Ecce diuitiis infinitis ego abundo, & seruos, & famulos quamplures habeo, copiosam filiorũ, & nepotum turbam possideo; omnia semper ad votum habui, nec vsquam aliquid aduersum, vel triste accidit. Quod audiés vir Sanctus obstupuit, & his qui secum erant dixit: Surgite, & fugiamus: quia in loco isto non est Deus. Cum fugeret, & aliquantulum esset progressus, subito terra se aperuit, & illum cum domo, & familia deglutiuit: Quod cernens ipse dixit; Videte fratres, quod misericors Deus parcit cui hic aduersa tribuit, & verè irascitur cui prospera elargitur: Adhuc ibi remanet fouea, quæ huius facti perhibet scientiam.

Signum prædestinationis in vita affligi.

Ioan. 15.

Nullus in vtroque sæculo potest habere consolationem.

Cœlestis fœlicitas periculosa.

Secundò, in dubiis assecurat, quamuis enim suos amicos affligi permittit, non tamẽ eos derelinquit: sed adiuuat, hoc potest dici assecurare in dubiis: quia suos seruos non deserit in angustiis, 2. Corint. 1. *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra,* & 1. Cor. 10. *fidelis Deus, qui non permittit vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere:* super hæc verba dicit B. August. Deus est fidelis in promissis: suos tentari, & affligi super illud quod possint portare non sinit: sed in tentatione dat virtutis augmentum: Et quia diabolo tentandi dat licentiam, tentatis dat resistendi potentiam: Vnde semper in tribulationibus consolatur: Hic cadit exemplum Isaiæ Prophetæ. Sanctus ille Propheta reprehendens Manassen Regem, super idolorum adoratione, iussus est extra portam duci & serra lignea secari: Qui cum angustiaretur siti, & à carnificibus potum aquæ non valeret impetrare, cum tamen iuxta fontem esset, iussus est sic acerbe mori: Nõ est oblitus sui Dominus: sed per Angelum in os eius misit aquam de sublimi videntibus cunctis. Quod sine dubio suæ mortis refrigerium fuit.

2. Cor. 1.

1. Cor. 10.

Tertiò præmiis remunerat Hebræ. 11. *quod inquirentibus se remunerator sit,* ideo Sapient. 5. dicit, *Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum,* & ibidem: *reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum:* Hic posset recitari historia de Achior: quæ habetur Iudith. 5. & 6. vbi dictum est sibi, *Deus, cuius virtutem prædicasti, ipse remunerator tuus sit,* quod patuit Iudith. 11.

Heb. 11. Sap. 5.

Iudith. 5.

Patet ergo quomodo Christus suos milites fatigat in angustiis: Assecurat in dubiis, & remunerat in præmiis: Hæc tria ostendit eum fecisse historia Euangelij.

In qua primo ponitur, quod suos discipulos in angustia fatigat cum præmittitur: *cum esset sero, erat nauis in medio maris, & erat ei ventus contrarius: & discipuli laborantes in remigando:* vbi dicit Beda in Homil. Quod more discipulorum adhuc Ecclesia patitur fluctuationem, in tantum vt fideles dicant illud prius, vt quid Domine recessisti longè, despicis in tribulatione, & milites Christi, persecutiones, & aduersitates in isto mundo oportet pati, sicut discipuli in naui.

Secundo ponitur, quod ipsos sua præsentia assecurat, cum additur, *circa quartam vigiliam noctis venit ad eos,* &c. Vbi dicit Beda: Quòd non omni tempore permittit eos tentari, siue tribulari, sed sicut pius pater in periculis ostendit se adiuuare, & potest dici, quod de tribus assecurauit eos Christus. Primo, quod esset saluator & liberator suorum fidelium: quia venit ad eos. Secundo, quod esset homo absque grauamine peccatorum: quia ambulauit super aquas: vbi dicit Beda: Quod in hoc ostendit se habere corpus leue, & à grauamine peccatorum alienum. Tertio, quod esset Deus elementorum, *quia ascendit in nauiculam, & cessauit ventus,* &c.

Dei præsentia efficax.

Tertio ponitur, quod eis sua præmia ostendit, cum post ponitur, *& percurrentes,* &c. Nam præmium, quod homo consequatur Christo, est sanitas peccatorum, quæ tribuitur per gratiam, & sanitas corporum quæ datur in gloria: Quia corpus glorificatum nullum persentiet defectum: quia *corruptibile hoc induet incorruptionem.* 1. Cor. 15. quod nobis præstare dignetur idem Dominus, Amen.

1. Cor. 15.

Dominica I. in Quadr.

De loco apto ad pugnandum.

Sermo V.

DVCTVS *est Iesus,* &c. Inter cætera necessaria ad pugnam committendam videtur esse locus, in quo exercitus conseruari, & hostis offendi possit: hic locus ostenderetur hodie: Attendite.

Locus pugnæ quatuor habere debet. Primus locus debet esse tutus, vt ab hoste non possit inuadi: Vnde non debet esse prope montem, seu inter montes: ne supersit hostis. Nam exercitus est pene victus, cui aduersarius dignoscitur imminere, & desuper iacula acrius iaciuntur: Vnde narrat Frontinus, quod Cæsar aduersus Pharnacem filium Mitridatis dimicaturus posuit in colle aciẽ: Qui incipiens primo pugnare, cum pila emissa in subiectos hostes deuicit: refert autẽ quod Lucullus aduersus

Locus pugnæ quatuor habet necessaria. Primum.

Digitized by Google

aduersus Mitridatem, & Tigranem Principes apud Irriganos in Armenia maiori volens dimicare, accepit collem eminentem, & exinde descendens in hostes, ex aduerso eos deicit: Aduertendum est autem, quod si casu accidit, quod locus sit in planitie, debet attendi, ne possit inundari à vicino flumine, vel lacu: Narrat etiam Frontinus, quod Metellus in Hispania, in castra hostium humili loco posita: fluuium ex superiori parte immisit, & subita inundatione turbatos hostes per dispositos insidiatores occidit. Sed cur quærimus antiqua? Cum adhuc vigeat memoria Regis Francorum, quando à Saracenis quamuis non debellatus: tamen ex inundatione aquarum victus exijt.

Secundum. Secundo locus debet esse sanus: vt exercitus moram contrahendo melius conseruetur: vnde debet attendi, ne malo aëre inficiantur: Bonitas autem aëris in hoc cognoscitur, quando non inficitur fœdis odoribus, vaporibus, fumis, nebulis: Non est vicinus aquis putentibus, mortuis, & paludibus: Non priuatur vento septentrionali, nec multum expositus australi: Non est propinquus locis sulphureis, operatis, & metallicis: Non hieme multum algidus: Nec æstate feruens, cuius habitatores habent vocem claram, colorem viuidum, & visum bonum, auditum sanum Hæc sunt signa boni aëris secundum medicos: vnde quàm sit periculosum in malo aëre figere campum: Patet in Alexandro, de quo legitur, quod transactis siluis in die venit in maximam vallem: vbi propter intolerabile frigus, & niues magnas? Ignes fecit accendi, mortui sunt tamen quingenti: Venit posthæc pluuia magna, nubes, & obscuritates, ita quod turbatus est exercitus: & peribat totus, si cito non fuisset motus.

Tertium. Tertio, debet esse in cibo copiosus: Nihil sic debilitat exercitum, sicut penuria victualiũ. Ita quod copia ciborum saltem debet esse: Attendi autem debet, quòd sint sani cibi & non mali, sicut sunt carnes animalium morticinorum: fructus: vt poma, melones, & his similia: quæ talia vt medicorum tradit sententia, malorum humorum, & sanguinis sunt generatiua.

Quartum. Quarto debet esse potus vberosus: saltem in aqua, tam propter homines, quàm propter animalia: Aqua tamen debet esse sana: quæ in hoc potest cognosci si est clara, leuis, & subtilis: carens odore, colore, & sapore: eius incolæ ea vtentes non sint vitiati in colore, nec in faucibus stomachi, & pulmonis: valde enim periculosum est mala aqua vti: Nunquam legitur infirmasse Alexandrum, non dicendo mortem, nisi quando peruenit ad fluuium nomine Otteansi, ex eius aqua lauans sibi faciem, statim cœpit febricitari & dolere: Cuius infirmitas, totum exercitum, qui erat ducentorum millia millium conturbauit, sed arte medici sui, qui dicebatur Philippus, liberatus est: debet aqua similiter custodiri, si est bona, ne possit venenari.

Patet ergo, quòd quatuor debent considerari ad conseruationem exercitus in loco, vbi debet situari, scilicet quòd sit tutus, sanus, copiosus in cibo, & vberosus potu.

Quatuor ad pugnam spiritualem sunt necessaria. Ista suo modo debent esse in pugna spirituali, quia debet eligi locus tutus, qui est Ecclesia: Cibus sanus, qui est sacra scriptura, aër bonus est humilitas: potus congruus est charitas.

Zach. 14. Primò locus tutus est Ecclesia, Zach. 14. *Sedebit Hierusalem secura*, & hoc merito, quia primo à superiori mente non potest superari, id est ab aliquo superbo tyranno extirpari, vel expugnari non potest.

Isa. 2. Isaiæ 2. *erit mons domus Domini præparatus in vertice montium:* Vnde dicit Christus, quod Ecclesia oppugnari potest, expugnari non potest: tela mittuntur: sed murus non perforatur, machina præparatur: sed turris Dauidica non colliditur: secundo sedet secura, quia ab aliquo fluuio non potest inundari, id est erroribus summergi, vel suffocari. Cant. 8. *Nec flumina obruent illam*, id est hæreses Ecclesiam non obruent: & ratio est, quia Ecclesia errare non potest; tutus est ergo ille locus, quo ei non nocet nec tyrannus, nec hæreticus: vnde extra istum locum non est salus. Augustinus contra Donatistas: extra Ecclesiam, & virtutes fieri possunt, & sacramenta dari possunt, sed non saluari possunt. *Cant. 8.*

Secundo cibus sanus est sacra scriptura. Igitur cibus mentis est sermo Dei, Eccles. 16. *Cibabit illum pane vitæ, & intellectus*: & iste cibus non est terrenorum fructuum, id est mundanarum scientiarum, quæ inflant, & non ædificant. 1. Cor. 8. *Scientia inflat*, scil. humana, & ideo sapientes eius, qui ea nutriuntur, à Deo reprobantur. Isa. 44. *Conuertam sapientes retrorsum, & scientiam stultam faciam:* Sacra autem scriptura, cibus est melior, quia nutrit & ædificat, non tumefacit, nec inflat, & potest dici quod ipsa est cibus suauis, & placens, Psal. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua*, &c. est cibus vtilis; defendens: *Parasti in conspectu meo mensam aduersus omnes, qui tribulant me*: est cibus luminis & docens: Psal. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Hic potest adaptari historia Ionathæ, quia comedit mel, & aperti sunt oculi eius, 1. Reg. 14. *Scriptura sacra cibus mentis.* *Eccles. 16.* *1. Cor. 8.* *Isa. 44.* *Scriptura cibus suauis.* *Psal.* *Cibus docti.* *1. Reg. 14.*

Tertiò aër est humilitas, Iob. 22. *Qui humiliatus fuerit in gloria*; Bonus aër est in futuro, & gratia in præsenti, Iacob. 1. Humilibus autem dat gratiam, & iste aër non est vicinus montibus, id est ambitionibus, vnde habitator huius aëris habet vocem claram id est interrogationem, & responsionem benignam, non raucam, non superbam, colorem viuidum, id est apparentiam placidam, visum bonum, & auditum sanum, id est intellectum verum, Prouerb. 12. *Vbi humilitas, ibi sapientia:* Hic cadit exemplum de Heliseo Propheta, quando cum pallio Heliæ transire Iordanem non potuit: sed quia Deum magistri sui humiliter inuocauit, miro modo transiuit. 4. Reg. 2. *Iob. 22.* *Humilitatis encomium.* *Prou. 12.* *4. Reg. 2.*

Quartò potus congruus est charitas, Cant. 2. *Introduxit Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.* Hæc virtus cella vinaria dicitur, quia amor inebriat: vt Deum plus quam se ipsum diligat, & mundum superet, ac spernat: Hic potus plenè satiat. Quia qui diligit Deum, quia Deus charitas est, & qui habet Deum, totum mundum possidet: Sed potus, vel amor mundi, non sic: quia nunquàm satiat, sed semper plus habendo, plus cruciat desiderando: Vnde potest figurari in illa aqua, quæ egressa est de petra, quando Moyses virga percussit, Num. 20. Petra est Christus, qui pro nobis virga Crucis percussus, duo præcepta charitatis dedit: *Diliges*, inquit, *Deum & proximum*, & sic egressa est aqua largissima, id est charitas, quæ potest dici aqua sana & congrua. Eo quòd est leuis propter facilitatem: facile est diligere: *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue:* est subtilis propter mundi contemptum, & caret colore mundanæ carnalitatis: quam non assimilatur amori carnali, & caret odore infamiæ noxialis, & sapore terrenę sollicitudinis: Ideo vtetes ista aqua sunt viuidi in colore per gratiam: Non vitiati in faucibus propter blasphemiam, nec in stomacho, vel in pulmonibus propter inuidiam, & inimicitiam, omnia hæc patent in Epistola 1. ad Corint. 13. *Charitas benigna est, charitas non inflat, non est ambitiosa, non irritatur, non agit perperam*, & quæ ibi ponuntur. *Cant. 2.* *Amor inebriat.* *Amor sæculi non satiat.* *Num. 2.* *1. Cor. 13.*

Et sic patet, quomodo in spirituali pugna debet eligi locus tutus, qui est Ecclesia, cibus sanus sacra scriptura: aër bonus, qui est humilitas, & potus congruus, qui est charitas.

Hæc quatuor Dux noster, & magister, voluit nos in seipso docere, vt patere potest in Euangelio hodierno in pugna, quam commisit cum Diabolo.

Primò

Digitized by Google

Primò ponitur locus tutus: *Ductus est Iesus in desertum*: per hunc desertum intelligitur Ecclesia, quæ à malis est deserta: & assimilatur deserto per quod trasierunt filij Israël: quia sicut ibi illis pluit manna: Ita hic datur sanctissima Eucharistia. Ibi data est lex, & hic datur Euangelium: per illud transierunt 40. annis: & in isto ieiunatur 40. diebus, quomodo Ecclesia assimiletur deserto, potes videre in Alexandro, & in S. Bernardo, applica, *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens innixa super dilectum suum.*

Secundò ponitur cibus sanus: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo*, &c. Cibus iste est sacra scriptura, quæ procedit de ore Dei, *Ego ex ore altissimi prodij primogenita, Ecclesiast.* 24. Iste est bonus cibus, quo Dominus noster contra diabolum vsus est: Ideo semper dixit, *scriptum est* in illis tribus tentationibus, sacram adducens scripturam.

Eccl. 24.

Tertiò ponitur bonus aër scriptum est enim. *Non tentabis Dominum*: Diabolus tentauit Christum per superbiam, & ipse adhibuit humilitatem: *dicens non tentabis Dominum Deum tuum.* Non tentare Dominum est signum humilitatis, vt homo de se non præsumat, & debet facere sicut Christus fecit: qui ad suggestionem Diaboli, noluit se de pinnaculo templi præcipitare.

Non tentare Dominum signum humilitatis.

Quartò ponitur potus congruus: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies*: charitas vult soli Deo seruire, & pro temporalibus à Dei cultu non recedere sicut fecit Christus. Nam promiserat ei diabolus omnia regna mundi, si adoraret eũ: qui noluit adorare, nisi solum Deum. Vnde quantum profit hæc charitas, patet: quia statim recessit diabolus, & venerunt Angeli, & ministrabant ei: Rogemus ergo Dominum, vt in hoc loco tuto nos conducat, & conseruet, sic cibemur, sit aër bonus, & potus, vt vincentes cum ipso in cœlo triumphemus, & cum sanctis Angelis, Amen.

Feria secunda Post I. Domin. Quadr.

Quid debet habere pugnator bonus.

Sermo VI.

Quas conditiones habere debeat pugnator bonus.

¶ *Vm venerit filius hominis*, &c. Hodie dilectissimi intendimus dicere: quas conditiones vir pugnator habere debet: quæ quidem sunt sex.

Prima sit, defectus vita sustinere debet.

Primò defectus vitæ sustinere debet: Vnde de Scipione Africano, qui fuit expertus in bello, narrat Frõtinus, quod in exercitu plurimum sine pane, & veste esse solebat: valde fuit commendatus Alexander, quod eo transeunte per deserta Africæ, grauissima itinera, cũ totus exercitus angustiaretur siti, Miles quidam nomine Zephilus modicam aquam inueniens in cauitate petræ, in galea attulit sibi, cui dixit: ego solus nutriar sine vobis? & si vos omnes peribitis, quid ergo viuere volo: & coram se aquam iussit effundi. Plus profuit exemplo temperantiæ, quàm profuisset communitati, vel comestione, & potatione.

Secũda, se & alios protegere.

Secundo se, & alios protegere. Nam cum finis militiæ sit victoria vt dicit Philosophus in Ethicis, oportet bellantem se, & alios scire protegere, ne possit vulnerari, sed triumphare. Quare semper Alexander primus, pro defensione sui exercitus pugnabat: eiusdem etiam est fama, quando interfecit basiliscum. Vale. in 3. lib. di. quod Iulius in exercitu cum suam aciem vinci videret, cuidam militi timidè depugnanti scutum detraxit: eóque protectus acerrime pugnare cœpit, quo exemplo fortitudinem, per totum exercitum diffudit, & se, & suos defendit.

Tertia, incõmode & in quiete iacere.

Tertio incommode, & inquiete iacere. Nam cum in exercitu propter insidiantem aduersarium oporteat hominem esse sollicitum. Non suauiter & commode debet iacere: Narrat Frontinus de Annibale, super nudam humum tectus sacco quiescebat. Prædictus Auctor refert de Antonio, qui apud forum Gallorum sciens Dausam consulem quiescere, per insidias eum aggreditur nocte, confudit eius exercitum, ac ipsum vulnerauit: qui infra paucos dies expirauit, & obiit.

Quarta, mẽbra celeriter mouere.

Quartò membra celeriter mouere: nam qui non subito mouetur, facile percutitur: quia ictus ad eum potest dirigi: refert Vale. num. 3. lib. quod Miles quidam Cato nomine, in aduersariorum aciem decurrens, gladius de vagina sibi cecidit, quod aduertens postquàm ad suos rediit, veritus ignominiam: constanti animo iterum ad inimicos reuertitur, & gladium retuperat: quo facto perterriti hostes, præterito die supplices pacem petentes miserunt.

Quinta miles non debet fugere.

Quinto miles non debet fugere. Pro communi enim bono debet timere mortem: nec sanguinis vereri effusionem, vt acriter perçutiat, & de acie non recedat. Vnde Val. lib. 3. di. quod Iulius in pugna cum videret signiferum fugere: eum apprehendit, dicens, quo vadis? illic sunt cum quibus pugnamus, pluribúsque militibus hic, vnde vinci paratos vincere docuit: Alexander contra Darium iturus transiens Euphratem, pontem, quem cum difficultate fecerat, destruxit, Cõturbari milites dicebant: si vincemur quomodo fugiemus? quibus dixit, ideo feci pontem destrui, vt pugnam agamus non fugam, quod si perdimus, omnes simul moriamur.

Sexta, arma portare debet.

Sexto pondera. Portare debet miles armorum pondera; & etiam aliquando pro exercitu, ille Scipio Africanus, qui sua prudentia Romam liberauit ab Africa, & Africam deuicit, vt legitur, semper in exercitu erat armatus, Salucius dixit. Tria sunt necessaria in bello; ars, vires, & arma. Patet ergo quot sunt necessaria pugnatori in bello; defectus victus sustinere, se & alios protegere, incommode iacere, membra celeriter mouere, non fugere, nec timere mortem, arma deferre, Hæc etiam sex miles Christi debet suo modo habere, quæ possunt dici sex opera misericordiæ.

Tria necessaria in bello, ars, vires & arma.

Hæc sex præcedẽtia Christi miles portare debet suo modo, quæ possunt dici sex opera misericordiæ. Tob. 4.

Nam primo defectus victus sustinere debet in proximi gubernatione. Non enim omnia debet comedere & bibere: sed pauperi erogare, & de multo dare multum, & de pauco paucum, & pati penuriam cum suo proximo. Tob. 4. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si parum autem, libenter impartiri stude.* Ideo iustificabat se Iob. 22. Cum dicebat: *si comedi buccellam panis solus, & non comedit pupillus ex ea.* Vnde pepercit Iosue Gabaonitis, quia pauperes videbantur. Vide historiam Iosue.

Iob. 22.

Secundò ergo, debet se, & alios protegere in nudi cooperitione: Vestimentum enim est protectio corporis. Vnde diuites sicut se protegunt bene induendo, ita nudos pauperes debent protegere, & induere, Isa. 19. *Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.*, quod quàm sit reprehensibile diuitibus, pauperes, & nudos non vestire, ipse Apost. Iac. in Epistola sua, cap. 5. *Agite nunc diuites, plorate vlulantes*, &c.

Iac. 5.

Tertiò incommode debet iacere, quod fit in peregrini receptione, sicut enim vestire nudum: ita recipere peregrinum est opus misericordiæ. Hebr. 13. *Hospitalitatem nolite obliuisci*, per hanc enim placuerunt quidem, Angelis hospitio receptis: Raab, quæ recepit homines Iosue sola euasit de Hierico: vide histo. Iosuë 2. vnde Iob. 31. *Foris non remansit peregrinus, & ostium meum viatori patuit.*

Hebr. 13. Iosue 2. Iob. 31.

Quartò, membra mouere celeriter in infirmi visitatione, Ecclesiast. 7. *non te pigeat visitare infirmum, ex hoc enim in dilectione firmaberis.* Reprehendit enim Dominus non visitantes, Hiere. 4. *Vos dispersistis gregem*

Eccli. 7. Hier. 4.

Digitized by Google

gregem meum, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos: Ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam peccatorum veſtrorum. Quantum ergo bonum ſit viſitare infirmos: Patet in Ioas Rege Iſrael, quia viſitauit Heliæum infirmum tribus vicibus, percuſſit ſuum inimicum, ſcilicet Syriam: legatur hiſto. 4. Reg. 13. 4. Reg. 13.

Quintò non debet fugere, nec timere mortem, vel abhorrere ſanguinis effuſionem in captiuorum, & afflictorum conſolatione, Iac. 5. *Religio munda, & immaculata apud Deum & patrem, hæc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum.* Vnde in laudem Tobiæ legitur cap. 2. quod pergebat per omnes, qui in captiuitate erant, & monita ſalutis dabat eis: Dolebat autem Abimelech, Æthiops, quod Hieremias, qui fuerat miſſus in lacu, vbi non erat aqua, ſed lutum & procurauit apud Regem, vt extraheret Hieremiam, vt habetur Hierem. 38. Vnde in figura inimicorum ſcribitur, Exod. 4. *Facta ſunt tenebræ per vniuerſam terram Ægypti, & nemo vidit fratrem ſuum* ſcilicet tenebræ mentis, ecce autem fratres, & proximos nolunt videre in tribulationibus. Iac. 5. Tob. 2. Hiere. 38. Exod. 4.

Sextò pondera portare in mortuorum ſepelitione: debitum eſt naturæ ſepelire mortuos: vnde Apoſtolus, plus fideles debent facere in ſignum naturalis legis, & naturalis pietatis: inuenimus ipſos paganos, & barbaros etiam ſuis inimicis ſepulturæ beneficia præſtitiſſe: Nam vt recitat Vale. lib. 5. Annibal cum apud cauſationes deuiciſſet Æmilium Paulum Conſulem, corpus eius diligenter fecit inquiri, honorificè tradi ſepulturæ, Idem cum viciſſet Marcellum, dicam inimicum, videns eum mortuum, fleuit: & ſericis, ac aureis veſtimentis indutum militari more ſepeliuit, quid ergo mirum, ſi hoc faciunt Chriſtiani? Eccleſ. 28. *Super mortos produc lacrymas, & ne deſpicias ſepulturam illius.* Eccl. 28.

Patet ergo, quod Chriſti miles debet habere ſex, quæ ſunt ſex opera miſericordiæ, ſuſtinere defectus victus, id eſt famelicos cibare: ſe & alios protegere, id eſt nudos veſtire; incommode iacere, id eſt hoſpitari peregrinos; membra celeriter mouere, id eſt, infirmos viſitare: Non fugere, nec timere mortem: ſiue non abhorrere ſanguinis effuſionem, id eſt non abhorrere captiuos, & afflictos conſolari: Portare pondera, & arma, id eſt dare mortuis ſepulturam.

Hæc ſunt, quæ requiret Dominus in finali iudicio; vt dicitur in Euangelio in quo ſex ponuntur. Primo iudicis præſentia timoroſa: *cum venerit filius hominis:* ſecundo miniſtrorum obedientia obſequioſa, *& omnes Angeli eius cum eo:* tertio iudicandorum congregatio copioſa: *& congregabuntur ante eum omnes gentes:* quarto ab inuicem ſeparatio miraculoſa, *& ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis:* quinto meritorum examinatio infallibilis: tunc dicet Rex his, quod *eſurini*, &c ſexto ſententiæ executio irretractabilis *Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam*, Amen.

Feria tertia poſt I. Dominicam Quadr.

Quot conditiones debent habere Principes.

Sermo VII.

Principes militū debēt habere quinque conditiones.

VM introiſſet Ieſus Hieroſolymam, &c. Quia heri diximus de militibus & quæ in ipſis requirantur: Hodie dicendum eſt de conditionibus, quas debent habere Principes militum: & poſſumus aſſignare quinque conditiones.

Primo veritatis locutio: turpe eſt in principe mentiri: Vnde in eo ſemper debet eſſe verus ſermo. Maioris periculi eſt mendacium in ore Principis, quàm aliorum. Vnde Ariſtoteles in lib. de ſecr. ſecret. Ad Alexandrum dicit, quod hæc fuit deſtructio Hebigeorum, & Syrorum: quia Reges eorum erant mendaces, & quæ promittebant, non obſeruabant: ſed ſicut turpe eſt non obſeruare promiſſum ita laudabile eſt adimplere: Ideo de fidelitate cuiuſdam Principis dicam. Narrat Valerius lib. 1. quod Attilius Regulus, magna, & multa bella pro ciuitate Romana exercuit, ac vicit: tandem à Carthaginenſibus per inſidias Haſdrubalis, & Cantopi, Lacedæmonij ducis captus eſt. Cum Carthaginenſes vellent eum cum Romanis amputare caput: miſerunt legatos Romam cum hoc Regulo, credentes adhuc eum fideliter laborare pro ſua liberatione: accepto tamen prius iuramento, quod ad carcerem rediret, ſi hoc obtinere non poſſet: At ipſe fidelis ciuitati Romæ, cum hoc eis non expedire cerneret, coram ſenatu concionatus eſt, vt poſtulata non facerent: cúmque Romani eum tenere vellent, quamuis occidendum ſe ſciret, ne tamen iuramentum infringeret, Carthaginem rediit, & crudeliter mortem acccepit. Nam in dolio ſtrictus miſſus: clauis vndique acutiſſimis perforato & pleno, acerbè vitam finiuit.

Secundò debet eſſe reuerentiæ debitæ exhibitio, vt miles Principi, & Princeps Regi, & Rex Deo reuerentiam exhibeat. Recitat Valer. in 10. lib. quòd Decius Imperator filium Decium ſuum nomine Imperiali diademate voluit inſigniri, quod renuit filius dicens. Vereor ne ſi fiam Imperator, deficiam eſſe filius. Malo enim non eſſe Imperator, & humilis filius, quàm Imperator, & filius indeuotus: in exercitu tamen reuerentia neceſſaria.

Tertiò, Nam ſi vnus alteri nolet aſſentire, conflictus, & perditio non deeſſet. Iuſtitiæ obſeruatio. In exercitu enim eſt iuſtitia neceſſaria, puniantur delinquentes, qui perturbant alios: Vnde narrat Frontinus quod Cæſar, cum vna legio ſeditionem, & tumultū faceret in exercitu, ſtatim duces ſeditionis ſecuri percuti iuſſit, & totam legionem illam ab exercitu exemit, & ſtipendio priuauit: Per eandem totius exercitus precem eam reſtituit, & optimos milites de ipſa, & de aliis, pro iuſtitia habuit.

Quartò pietatis oſtenſio: Nam cum milites vident ſuum Ducem miſericordem, & pium: plus diligunt ipſum. Narratur enim de Alexandro, cum Hyemali tempore duceret exercitum: ſedens ad ignem inter ſuos milites aſpexit quendam, quaſi ex frigore mortuum: qui eum iuſſit in ſuo loco poni, & eius miniſter voluit eſſe: Et ridendo ait, Gratia tibi eſt habere ſeruum Imperatorem, quod opus fecit à toto ſuo exercitu plus diligi, & amari.

Quintò rumorum ſedatio. Multum debet Dux attendere, ne rumores & diſſenſiones inſurgant, quæ ſine damno eſſe non poſſunt, ſed quia in multitudine videtur impoſſibile, quod non oriantur: debet Dux eſſe attentus, vt citius compeſcantur: Vnde recitat Frontinus, quod cum legiones Romanorum pernicioſa ſeditione furerent: ſtatim Sylla fecit annunciari, hoſtes adeſſe, & omnes ad arma concurrere, qui arma tollentes, & vexilla attendentes: ſagacitate tali, ſedata eſt ſeditio: & ſic patent ſupradicta quinque, veritas, reuerentia, iuſtitia, pietas, rumorum ſedatio.

Spiritualiter miles Chriſti debet habere iſtas quinque conditiones.

Ita ſpiritualiter, miles Chriſti debet habere in ſeipſo iſta quinque.

Nam primò debet eſſe verus in verbo: quia *os quod mentitur, occidit animam ſuam*, Sap. 5. Sed etiam corpus occidit mendacium, vt patet exemplo Ananiæ, & Saphiræ, qui fraudauerunt & mentiti ſunt de pretio agri. Actuum. 5. Sap. 5. Act. 5.

Secundo debet eſſe reuerens Deo, Deuteron. 6. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Vnde quàm grate recipiat Deus honorem & adorationem ab homine: Deut. 6.

Digitized by Google

homine: Patere potest in Samuele, qui cum pro populo offerret holocaustum Deo: Philistæi iniecerunt manum contra Israël, & Deus intonuit fragore mano in die illo super Philistæos, & exterruit cæsique sunt à filiis Israël. legatur historia. 1. Reg. 7.

1. Reg. 7.

Tertiò debet esse rectus in iudicio. Psal. *Rectè iudicate filij hominum*, vnde quoniam bonum sit iudiciũ rectum patet, Num. 23. Quando Phinees perfodit virum cum muliere Madianitide, licet essent magni, & nobiles, meritum iustitiæ ostenditur, Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei: dedit illi scientiam Sanctorum.*

Psal. Num. 23. Sap. 10.

Quartò debet esse promptus in beneficio, Matth. 5. *Estote misericordes, sicut & Pater vester cœlestis misericors est.* Magnum pietatis exemplum habemus, Paralip. 29. De filiis Israël: Qui cum cepissent de viris Iuda ducenta millia mulierum, ac puerorum, pepercerunt eis, & vestitos, atque refectos ad propria remiserunt.

Matth. 5. Paral. 29.

Quintò debet esse cautus in colloquio, vt in respondendo non inducat, sed errores remoueat, Eccles. 6. *Si est tibi sensus, responde proximo tuo: sin autem sit manus tua super os tuum, ne capiaris in sermone indisciplinato, & confundaris.* Propter hoc multum loqui nõ est bonum iuxta illud: in multiloquio non deerit peccatum. Vnde in Eua patet, quantum noceat incauta locutio, quæ totum genus humanum tali damnauit supplicio. Gen. 3.

Eccl. 6. Gen. 3.

Hæc quinque notantur in Euangelio hodierno. Nã primo veritatis locutio in responsione populi. *Cum introisset Iesus Hierosolymam commota est vniuersa ciuitas dicens: quis est hic: hic est Iesus*, &c. secundo reuerentiæ exhibitio in templi ingressione, *& intrauit Iesus in templum*: tertiò iustitiæ executio, in vendentium eiectione, & cathedrarum euersione, *& eiecit vendentes, & ementes*, &c. quarto misericordiæ impensio in infirmorum curatione: *Accesserunt ad eum cæci*, &c. quinto, rumorum sedatio in eius responsione, *videntes autem Principes*, &c.

De primo dicit Chrysost. 4. Hoc erat proprium boni filij, vt veniens, ad domum curreret patris, & illi honorem redderet, qui genuit eum, & tu imitator Christi factus, cum in aliquam ingressus fueris ciuitatem, ante omnem actum ad Ecclesiam curras. De secundo dixit Christus: *Puta* inquit, *quod ipsi laudabant quem nesciebant, sed Spiritus sanctus in eos ingressus veritatis verba fundebat.* De tertio. nam iustum erat, vt in loco, vbi adorabatur Deus, non esset forum. De quarto, *accesserunt*, &c. Vbi dicit Glossa quod semper Christus se ostendit benignum humano generi spiritualiter, & corporaliter: Nam sicut corporaliter illuminabat, sic spiritualiter in eis lumen fidei irradiabat, curauitque claudos, vt claudicantes in fide, currerent ad Christũ. De sexto, *videntes autem Principes*, &c. Quorum sacerdotum admirationem, vel potius turbationem, Christus sedauit dupliciter. Primo per Prophetæ responsionem. Nunquam legistis, *ex ore infantium*, &c. Secundò per corporalem absentationem. Vbi Christus dicit, quod hoc fecit, vt recedendo compesceret, quos respondendo non conuerteret. Quia malitia excitatur sermonibus: malum enim hominem, melius locum dando, potes vincere, quàm respondendo. Nam si contemnis irritabilem rationem placare, & illum non placas, & te ipsum subuertis: Rogemus ergo Dominum, vt hæc quinque in nobis sint, &c. Amen.

Chrys. Gloss.

Feria quarta Post I. Dominicam Quadr.

De quatuor conditionibus, quæ debent esse in milite.

Sermo VIII.

ACCESSERVNT *ad Iesum Scribæ, & Pharisæi,* Matth. 13. Vt ratio probat, & sensus demonstrat, multa requiruntur ad vnum construendum: Ita est in homine bellicoso: quia multæ conditiones particulares requiruntur in ipso, vt sit aptus ab bellum. Vnde præter quæ in alis diebus diximus, adhuc hodie de quatuor huius modi conditionibus prædicabimus, quæ debent esse in milite. Matth. 13.

In milite quatuor debent esse conditiones.

Primò debet esse in milite recta pugnandi intentio vt nonnisi bona intentione pugnet, scilicet propter Reipublicæ bonum, & propter habendam pacem, & quietem: vt dixit Philosophus: Quia non bellamus, vt bellum, sed vt pacem habeamus: vnde in laudem Scipionis Africani, narrat Valerius libro 5. quod cum Romani conflicti essent apud Cannas ab Annibale. Ita defecit eorum virtus: quòd resistere non audebant, nec poterant: vnde in manus hostis se tradere disponebãt: Prædictus autem Princeps hoc viso, accepit gladium, & cunctis minatus est mortem: ab omnibus accepit iuramentum, vt nullus se traderet hosti, sed pugnaret: & ipse caput pugnantium se fecit, & per subterraneos meatus vsque ad mare vadens cum paucis in parua naui iuit in Siciliam, & deinde in Africam, vbi belligerans Annibalem, à Romanis partibus recedere, & ad suæ patriæ defensionem ire coëgit.

Primò recta pugnandi intentio.

Secundò congrua laboris exercitatio: vnde continue homo sit in laboris exercitio: Quia bellum, non nisi laborando perficitur: vnde recitat Valer. lib. 3. quod Annibal Capuam obsederat: in qua Romanus erat exercitus: manualis pugna nulla erat: sed solum alter extra, alter intra, quasi quiescens manebat, Quod aduertens Vibius quidam nomine præfectus, vnicum cohortis vexillum inter omnes hostes proiecit: vt suos milites ab otio excitaret: Dixitque eis, vt proprium vexillum repeterent, & se, & suos pugnare compellit. Quod videns alter tribunus nomine Valerius Falccus: Dixit suis pro aliorum videnda victoria huc non venimus: Ego semper optaui, aut habere speciosam mortem, aut victoriam fœlicem: Ego igitur solus pugnare paratus sum: quod audiens Pandamus Centurio vexillum similiter proiecit, & inter hostes sedit: & sic factum est quod tres totum exercitum ab ocio excitarent: & aduersarium qui eos clausos retinebat, fugere compellerent.

Secundò congrua laboris exercitatio.

Tertiò fortis, & stabilis perseuerantia: Nam sicut non prodest velociter currere, & antequàm attingat terminum, deficere: sic non potest fortiter, pugnare, & non triumphare: si autem incœperit, & non perseuerauerit pugnare, nec speret quis triumphare: Non enim ad fugiendum: sed ad pugnandum debet homo aciem intrare: Vnde in supradicto libro dicit. Valer. quod Spartanius contra Persas in crure venit claudicans reprehensus à quodam suo amico, cur Claudus ad pugnam veniret: Respondit, non veni fugere, sed pugnare: & ille dixit: sagittæ Persarum tot sunt, quod Solem obscurant: Respondit: melius est; quia in vmbra, & non in Sole pugnabimus: Cúmque muri excelsi, & lati ciuitatis, quam caperet, ostenderentur sibi ac diceretur: si crederet mulieres habere obuiam: Respondit ita, si nos homines sumus.

Tertiò stabilis perseuerãtia.

Quartò, benigna, & liberalis affectio: vt voluntariè, &

Quartò benigna affectio.

Digitized by Google

& non coactè pugnet: Nam delectatio perficit opus, & violentia retrahitur animus: Cum enim miles ſua ſponte pugnat: robuſtius ſe habet: patet hoc exemplo Romanorum antiquorum: Qui voluntariè, & pro amplificando imperio pugnantes, mundum totum ſuæ ciuitati ſubiugarunt, & ſic patet quòd in milite debent eſſe quatuor, ſcilicet recta intentio: congrua laboris excitatio: habilis perſeueratio, & liberalis affectio, vel voluntaria.

Spiritualiter iſta quatuor debẽt eſſe in milite Chriſti.

Primò debet habere intentionem rectam ad pacem animi habendam: Non enim debet cum carne, vel cum mundo pugnare propter gloriam hominum: ſed propter Deum: vnde præcipit Chriſtus Matth. *6. Cum ieiunatis nolite fieri*, &c. *vt appareant hominibus ieiunates*, figura ponitur. 2. Reg. 24. Quando Abſalon miſit pro Ioab, vt ad ſe veniret, qui noluit: vnde præcepit ſeruis ſuis comburere ſegetem eius; qui cum reclamaret de damno: Dixit ſe hoc feciſſe, vt interpellaret pro eo ad Regem: quod fecit; Abſalon hic ſignificat animam Ioab vero corpus, comburit ſegetem Ioab, Abſalon, quando anima ſubtrahit carni ſuperfluitatem cibi, vnde propter hoc venit Ioab. Quia caro animæ obedit, & ipſa anima preces fundit ad Chriſtum pro carne: propter hoc igitur facienda eſt pugna cum carne, vt mereamur videre faciem Chriſti.

Matt. 6. 2. Reg. 24.

Secundò debet habere perſonam robuſtam, & exercitatam in labore pœnitentiæ, Ioan. 2. *Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum.* Vnde in hodierna Prophetia legitur: quòd præcepit Dominus Moyſi, Exod. 25. quòd aſcenderet in montem: vt daret ſibi tabulas legis: Moyſes Chriſtianum figurat, Cui præcepit Chriſtus quòd ad eum aſcendat: quia vult omnes ſaluos fieri: ſed aſcendit per montem, id eſt pœnitentiam. Cuius iter difficile eſt, Moyſes aſcendit in ieiunio quadragenario, & tu Chriſtiane quadraginta diebus ieiunare debes.

Ioan. 2. Exod. 25.

Tertiò debet firmam perſeuerantiam habere: Vnde qui incipiunt, & non perficiunt: vt dicitur 1. Petri 5. ſunt *ſicut canis, qui reuerſus eſt ad vomitum*: vnde in hodierna Prophetia ſcribitur 3. Reg. 20. quòd Helias, qui fidelis dici poteſt, fugiendo Iezabel, id eſt Diabolum perſeuerat in fortitudine pœnitentiæ, vſque quo perueniat ad montẽ Dei: vnde ſignanter ponitur ibi panis ſubcineritius propter aſperitatem, & aqua propter afflictionem.

1. Petr. 5. 3. Reg. 20.

Quartò debet habere voluntatem ſpontaneam: quia coacta ſeruitia Deo non placent, hic cadit figura 4. Reg. 3. quòd Rex Iſraël, & Iuda euntes contra Moab ambulantesque per deſertum ſeptem dierum cœperunt deficere propter penuriam aquæ: ſed conſilio Eliſei fecerunt in terra foſſas, & foſſæ habuerunt aquam, & vicerunt Moab; quid per duos Reges intelliges, niſi corpus & animam, quæ vadunt contra diabolum? Sed in aſperitate pœnitentiæ deficit aqua delectationis: tunc in terra debet facere foſſas, id eſt in terra cordis fodiendo faciat foſſas voluntariæ obedientiæ: tunc implebitur aqua ſpiritualis conſolationis, & vincet hoſtem: lege hiſtoriam.

Coacta obſequia Deo non placent. 4. Reg. 3.

Hæc quatuor vir pugnator debet habere, quæ ſunt in Euangelio hodierno, primò ponitur pœnitentiæ fructus *ſignum non dabitur ei*, &c. ſecundò pacis affectus: *Regina auſtri*, &c, tertiò ponitur labor aſſiduus, *Cum autem immundus ſpiritus*, quartò dilectionis affectus, *adhuc eo loquente*, &c.

Circa primum, *ſignum non dabitur ei niſi Iona*: nam petentibus ſignum nullum datur niſi Ionæ. Iſte Ionas quemlibet fidelem ſignificat, qui interpretatur columba, *Eſtote ſimplices ſicut columbæ*, Ioan. 12. iſte Ionas in tempeſtate maris proiicitur in ventre ceti, vbi ſtetit tribus diebus: quia fidelis in tempeſtate mundi debet ſe coarctare in pœnitentia, quæ habet tres partes, ſcil. contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, poſt tres dies venit in terram ſolidam, id eſt ad requiem æternam, Ideo dicitur, *ſic erit filius hominis*, id eſt ipſe homo Chriſtianus, qui talis erit.

Ioan. 12.

Sequitur *Regina auſtri*: nam ſicut iſta venit à finibus terræ, audire ſapientiam Salomonis, qui interpretatur pacificus: ſic quilibet fidelis debet laborare: vt videat Chriſtum in ſuo pacifico Regno, hic debet eſſe finis noſtri laboris.

Sequitur, *cum autem immundus ſpiritus*, &c. hæc autem dixit Ieſus de Iudæis, qui recipientes legem, expulerunt Diabolum: ſed ſpreta lege diabolus reuertitur ad eos, velut ad locum ſuum: Ad noſtram ergo dicitur doctrinã: vt poſtquàm benefaciẽdo expulimus diabolũ, perſeuerare debemus, ne ad nos reuertatur iterum. *Perſeuerãtia neceſſaria.*

Sequitur, *adhuc eo loquente*, &c. nam qui appellauit fratres voluntatem patris ſui facientes, magnum oſtendit dilectionis profectum habere, ſcilicet acquirere Chriſtum pro fratre: rogemus Dominum, Amen.

FERIA QVINTA POST I. DOminicam in Quadrageſima.

Quomodo milites debent ſcire permutare caſtra, ſiue campum.

Sermo IX.

EGreſſus Ieſus ſecèſſit in partes Tyri & Sidonis. Matt. 15. inter cętera neceſſaria in opere bellico eſt ſcire permutare caſtra, ſeu campum: nam in permutatione caſtrorum multoties cõſueuit exercitus offendi ab hoſtibus, & ideo sũma cautela eſt adhibenda: vt taliter moueãtur caſtra, ne patiantur iacturã, & dicimus quòd cõtra mutationem caſtrorum, quatuor ſunt attendenda. *Matth. 15.*

Primò, quòd ab hoſtibus neſciatur: nam vt dictũ eſt in ipſa mutatione hoſtis poteſt multũ offendere: Ideo hoc debet fieri ipſo ignorante: vnde narrat Frontinus, quod Darius vt falleret Scythas, in ſuo diceſſu canes, & aſinos ligatos in caſtris reliquit, quos cum latrantes hoſtis audiret, Darium remanere credidit: Item refert de Spartano, qui cum à Varilio proconſule præcluſus eſſet; palis fixis erecta cadauera adornata veſte, atque armis, vana imagine deluſo hoſte exercitum ſuum noctis ſilentio eduxit. *In mutatione caſtrorũ quatuor ſunt neceſſaria. Primò quod ab hoſtibus neſciatur.*

Secundò, quòd impediens remoueatur, ita debet eſſe intentus, & alia præparare: vt dato quòd hoſtis aduertat, minime tamen offendat: vnde Frontinus refert, quòd Haymo ab hoſtibus clauſus, locum præuidens ad fugiendum aggreſtibus plenum incidit: & cum hoſtis cætera loca teneret, ipſe per flammam, cum ſuis omnibus ſcutis ora tegentibus, euaſit hoſte vidente: Idem dicit, quòd de Spartano de quo facta fuit mentio, cum deinde eſſet obſeſſus ea parte, qua erat mons, & in omni cuſtoditus ab hoſtibus: ex vimine ſylueſtri catenas fecit, per quas dimiſſus non ſolum euaſit, verum etiam inopinate partem hoſtium ſic triuit: vt de eis ſeptuaginta octo interimeret. *Secũdò quod impediens remoueatur.*

Tertiò: quòd celeriter agatur: nam cum cito quis velociter fugit, non ita capitur, vel offenditur: narrat prædictus Auctor, quòd Cimitius conſul in Liguria dimiſſo per anguſtias exercitu, cum iam omnibus aduerſaretur, de induſtria cuiuſdam militis Numidas nomine, ad augendum ſui contemptum labi equos per ludibriũ fecit: Ad quod vidẽdum laxatis ordinibus, barbari in ſpectaculum ſunt reſoluti: quod vt aduertit cũ ſuis paulatim ſuccedẽtib⁹, additis calcaribus per medias hoſtiũ ſtationes eruperũt, veniẽtéque in arctos agros neceſſe fuit. Liguribus ordinem exercitus permutare. *Tertiò quod celeriter agatur.*

Quartò, quòd viriliter perficiatur: nam in ipſo motu multum conſueuerunt terrere armis, & rumore, ac dicere turpia, & opprobrioſa: ideo opus eſt audacia, & fortitudine, ne per hoc dimittatur, quin melioratio *Quartò quod viriliter perficiatur.*

Digitized by Google

campi aſſequatur: vnde Alexander prohibente Poro Rege Indorum traiici exercitum per flumen hiidapen aduerſus aquam ſtatim præcurrere iuſſit ſuos, quod videntes Barbari, audaciam militum diffugerunt.

Patet itaque, quòd in remotione campi debent eſſe quatuor, ſcilicet quòd ab hoſtibus neſciatur, quòd impediens remoueatur, quòd celeriter moueatur, & viriliter perficiatur.

Hæc quatuor, ſpiritualiter loquendo requiruntur in nobis: nam dum ſumus in peccato ſumus in malo campo, ideo oportet campum malum nos permutare: quatuor ergo debemus facere.

Hiere. 9. Apoc. 18. Primò campum mouere, quòd eſt ſeparationem à peccatoribus, Hiere. 9. *recede de medio Babylonis.* Apocalyp. 18. *exite de Babylone populo meus, ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius accipiatis*, Babylon confuſio interpretatur, ſignificat peccatum, ſiue peccatores, de quorum conſortio ſeparari debemus, ne participates in culpa, participemus in pœna: vnde Num. 6. præcepit Moyſes filiis Iſraël: vt ſepararentur à tabernaculis Chore, Dathan, & Abiron, dicens *recedite à tabernaculis ipſorum impiorum hominum & nolite tangere, quæ ad illos pertinent, ne participetis in peccatis eorum*, legatur hiſtoria.

Babylon confuſio.

Num. 6.

Secundò debemus impedimenta deponere, hoc eſt vitia deponere, quæ ſunt duo principaliter ad præſens ſcilicet acedia, & vana gloria: primò acedia, quia non ſufficit mala non agere, ſed ſtudeat bonis operibus inſudare: vt dicit Gregorius, & dicit, non ſufficit à peccatoribus ſeparari, niſi bonũ operetur: vnde Rom. 12. *fugientes malum, adherentes bono*, ſecundo vana gloria eſt deponenda, vt de bono, quod facimus, non ſuperbiamus: ſed potius humiliemur, iuxta illud, *quanto maior es* ſupple in virtute, *humiliate in omnibus*, in figura huius præcepit Dominus Ioſue: vt currus hoſtiũ combureret, & equos ſubneruaret, nec vllas reliquias poſt ſe relinqueret: Ioſue 11. per currum grauitas acediæ, & per equorũ pulchritudinẽ vana gloria intelligitur: vtrumque iſtorũ remouere debemus in via noſtra.

Rom. 12.

Ioſue. 11.

Tertiò debemus velociter currere, ſcilicet ad pœnitentiam, & Chriſti miſericordiam: vnde Hieronymus, in epiſtola ſua, ille laudatur, ille prædicatur Beatus, qui cum cœperit cogitare, non ſolum non facit ſed etiam interficit cogitatus, & allidit eos ad Petram, Petra autẽ erat Chriſtus: vnde Iudicum penult. ſcribitur quòd fugati filij Beniamin, multi mortui ſunt, ſcilicet viginti quinque millia: Pauci qui remanſerunt, fugerunt per deſertum vſque dum venirent ad Petram Remon: qui vltra non ſunt fugati, filij Benjamin omnes ſumus, id eſt doloris: quia cum dolore naſcimur, nutrimur, & morimur, perſequuntur nos inimici noſtri, debemus fugere per deſertum pœnitentiæ vſque dum veniamus ad petram Remon, id eſt Chriſtum. Remon interpretatur celſitudo.

Iudic. penult.

Quartò debemus audaciter perſeuerare, quamuis enim aſpera ſit pœnitentia, non tamen debemus deſerere ipſam: quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, Rom. 9. vnde quanto magis deſpicimur, tanto magis debemus: agere pœnitentiam: Et pulchrum exemplum ponit Gregorius in libro Dialog. narrat enim quendam fuiſſe Anconæ, nomine Conſtantius, in Eccleſia Sancti Stephani eiuſdem ciuitatis manſionarij functus officio ſeruiebat, cuius ſanctitatis opinio ſeſe ad notitiam hominum dilatauerat: nam quodam die dum in lampadibus oleum deeſſet, ipſas lampades impleuit aqua, quæ arſit, vt oleum: magna ſanctitas mutat naturam elementorum: ſed maior fuit ex humilitate: nam cum quidam Ruſticus de longinquo ad eum veniſſet cauſa videndi, inuenit eum lampades reficere, erat autem pauper, & deſpectus: at ille interrogando quis eſſet, didicit eum eſſe, qui lampades reficeret, qui deſpiciens eum dixit, ego grandem hominem credi-

Rom. 9.

Humilitas à ſanctis maxime colenda.

di: Iſte autem de homine nihil habet, quem vt Conſtantius audiuit mox lampades deferens in amplexum eius venit, & deoſculans eum dixit, tu ſolus in me oculos apertos habuiſti; Ex qua re, vt dixit Gregorius: Penſandum eſt, cuius apud Deum humilitatis fuerit, qui deſpicientem ſe Ruſticum magis adamauit, ſic debent vere pœnitentes facere, quod propter deſpectiones hominum bonum non deſerant: poſſet etiam hic adduci hiſtoria de Dauid, quando ſaltauit coram arca, & vilipenſus eſt ab vxore ſua. 1. Reg. 6. Patet ergo, quòd peccata debemus relinquere, vitia deponere, pœnitentiam agere, conſtanter perſeuerare.

1. Reg. 6.

Hæc quatuor per ordinem notantur in Euangelio hodierno ad commendationem mulieris Cananææ.

Primò ponitur vtilis peccatorum derelictio, *egreſſa de finibus illis*: ſecundò ponitur commendabilis vitiorum remotio, *Domine miſerere mei*: tertiò immutabilis perſeuerantia, *Ieſus reſpondit, non eſt bonum ſumere panem filiorum*, &c. vel Ieſus non reſpondit verbum: quartò ponitur deſiderabilis impetratio: *Mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.*

Circa primum egreſſa de finibus illis, Cam, vnde denominatur Cananæa, filius fuit Noë, qui maledictus à patre, factus aliorum ſeruus, ſignificat peccatores, qui ſunt ſerui peccati, à quibus exemplo huius mulieris debemus recedere: ſequitur Domine miſerere mei, dictum fuit duo eſſe vitia impedientia noſtrã viam, ſcil. acedia, & vana gloria, quæ duo remouit à ſe hæc fœmina, vanã gloriã: quia non erubuit confiteri ſuã culpã, dicens: *Domine miſerere mei, filia mea male à dæmonio vexatur*. Secundò acediam: quia non deſtitit clamare, & ſi Dominus non reſponderit ei verbum, dixerunt diſcipuli *dimitte ea; quia clamat poſt nos*, ſequitur, *Ieſus reſpondit, non eſt bonum ſumere panem*, &c. à Chriſto appellatur canis, & quaſi ſpreta non deſtitit preces fundere, & ſe amplius humiliare, & dicere: etiam Domine: *nã, & catelli comedunt de micis, quæ cadunt*, &c. Sequitur, *ô mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis*: Concedat nobis Dominus iſtam mulierẽ imitari, Amẽ.

Peccator ſeruus peccati.

Feria ſexta Poſt I. Dominicam Quadr.

Quæ ſunt illa, quæ parant victoriam, & procuranda ſunt ante pugnam.

Sermo X.

Ioan. 5.

Erat dies feſtus Iudæorum, &c. Ioan. 5. In omni pugna, ſex conſueuerunt victoriam parare.

Sex victoriã parant.

Primò aptus locus.

Primò aptus locus, de quo dictum eſt ſuperius, quod ad obtinendam virtutem multum confert, vnde in hoc debet attendere Dux, vt meliorem locum accipiat. Narrat Valer. lib. 5. quòd Annibal apud Cannas cum cognoſceret flumen, quod hodie dicitur Oſidus, vltra naturam aliorum fluminum, magnum ventum mane mittere, qui arenam, & puluerem commouebat: ita conſtituit ſuum exercitum vt ventus ille Romanis in ora, ſibi à tergo percuteret, quibus incommodis illam memorabilem obtinuit victoriam: quia vt dicitur, tres modios annulorũ aureorũ Carthagini remiſit, vt oſtenderet, quanta fuerit multitudo interfecta popularium, ſi tanta fuit nobilium.

Secundò congruũ tempus.

Secundò congruum tempus, debet enim ſemper tẽpus eligi: in quo exercitus ſit magis aptus ad pugnam, quàm hoſtes: vnde Frõtinus dicit: quod Imperator Veſpaſianus cũ in exercitu contra Iudæos eſſet prope Hieruſalem, antequàm ciuitatem obſideret, per octo dies fecit

Digitized by Google

fecit quasi in campestri pugna positus, qui cum cognouisset Iudæos die sabbathi nihil velle agere, tunc ipse aggreditur eos, & vicit, & quos fugauit in Hierusalem inclusit, & non inde de obsidione recessit, donec omnes exterminauit.

Tertiò populi multitudo.

Tertiò plurimus populus: multitudo enim multum facit ad victoriam, vt dicit Petrus 2. Politic. Sicut maius pondus magis trahit: vnde recitat Frontinus, quod Venturius Princeps cum in exercitu contra Regem Parthorum esset, haberétque maiorem populum, sed expectabat de Cappadocia Sagittarios. erat itaque Rex Parthorum vltra flumẽ Euphratẽ, & ipse citra: sed Parthi pontem faciebant ad transeundum, timuit iste, & inuestigauit si aliquis proditor esset, reperit, quod erat quidam Farneus, nomine Cirestes, hic omnia reuelabat aduersariis, quem ipse vocauit, & suum secretum consiliarium fecit, & quicquid timebat optare se fingebat, & econuerso, timebat autem, ne Parthi transirent, antequàm Sagittarij venirent, & hoc finxit se optare. Dixitque illi: Gaudeo, quod Parthi transeant, quia ascendam super istum montem, & solum cum lapidibus me defendam: sed si non transirent hac, sed magis superius irent, veniréntque post me, & perderem, hoc ille statim retulit, quod facientes Parthi ambulauerunt per 40. dies inter montes, sicut ille dixerat. Interim venerunt Sagittarij venturi, & occurrit illis fugatis, & cum æquali numero esset, vicit, & Parthorum Regem interfecit.

Quartò corporis fortitudo.

Quartò forte corpus, nam fortitudo corporalis maximè facit ad victoriam, & plus faciunt pauci fortes, quàm, multi debiles: legitur enim quod Darius volens terrere Alexandrum ex multitudine populi, misit sibi manticam plenam seminibus papauerum: dicens in Epistola: Significamus tibi per hæc grana papaueris multitudinẽ nostri exercitus: quia sicut ipsa numerari non possunt, ita noster populus. Alexander autem, accepit de seminibus illius, & comedens dixit, video sunt multi homines illi, sed molles, & remisit sibi modica grana piperis, dicens. Pro sementibus papaueris misimus tibi piper: vt cognoscas, quod multitudo papaueris huiusmodi, pauciſſimi piperis acumine subiugabitur.

Quintò sagax animus.

Quintò sagax animus, non sufficit fortitudo, nisi sit prudentia, refert Valer. lib. 7. quod Metellus Consul in Hispania, cum aduersus Celtiberos Vrbẽ Trebiã obsideret, & nulla vi capere posset, vsus est astutia, nã obsidione recedens: modo in vna parte, modo in alia cœpit currere, & aduersarij ipsum sequebantur. Interrogatur à quodã amico, quare sic discurreret, & in nulla parte staret? Respondit, si mea tunica sciret: eam protinus cõburerem, quod euenit: nam cum totam prouinciam errore implicaret, vt nullus sciret, vbi castra figere deberet, statim Trebiam petiit, & inopinate expugnans cœpit.

Armorum habitus.

Sextò armorum habitus: satis homo posset etiam sagax, & fortis, quod si inermis nunquàm vinceret. Vnde narrat idem Valerius. lib. eodem, quod Scipio ex Sicilia, nolens inuadere Africam, habere volebat trecentos equites Romanos, quos habebat pedites, & inermes: & cum subito non posset habere arma, præcepit trecentos iuuenes nobiliſſimos, de Insula armari, & eos sequi equites in Africam, qui propter breuitatem temporis, & belli periculum rogabant eum ab hoc desistere, qui dixit se tale habere præceptum à Senatoribus: verumtamen ob amorem ipsorum non curare solum quod darent arma, & equos illis Romanis peditibus: patet ergo, quod, quod ad habendam victoriã, sex sunt necessaria locus aptus, congruum tẽpus, plurimus populus, forte corpus, sagax animus, & amorũ habitus.

Spiritualiter, ita suo modo debet esse iusta lex in spirituali pugna.

Rom. 8.

Primo locus, qui est anima: vnde Rom. 8. *Si secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis*, ideo scriptum est. Nemo cum vxore sua pergit ad bellum, id est cum carne. Hierony. in Epist. ad Eustochium.

Secundò tempus, id est homo debet esse in gratia Dei. 1. Cor. 5. *Hortamur vos, ne in vanum gratiam Dei recipiatis*, &c. Et sequitur: *ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis.* *1. Cor. 5.*

Tertiò multi populi, id est, multitudo Angelorum, semper enim virum bonum comitantur Angeli: vnde Psal. *Angelis suis mandauit de te*, &c. Experimenta multa sunt de Angelorum custodia, & comitia, vt Psal. in historia sancti Bartholomæi Apost. quem Angeli non sinebant fatigari, exemplum secundum, de Beda presbytero: hic etiam posset adaptari factum Eliæi, quando dixit, *plures sunt nobiscum, quàm cũ illis* 1. Reg. 6. *Angeli viriũ ustum comitantur.* *1. Reg. 6.*

Quartò fortitudo, scilicet spes, Augusti. ad Heremitas: Quomodo fugimus ad tenendam propositam spem, quam habemus tutam ac firmam, tanquàm ancoram fidei nostræ. Psal. *In Domino speraui, non timebo quid faciat mihi homo.* *Psal.*

Quintò sagacitas, id est fides, quia sine sapientia, & sagacitate, impossibile est obtinere victoriam temporalem: ita nec sine fide spirituali potest haberi victoria, *sine fide impossibile est placere Deo.* Iac. 1. hoc est, quod dixit Iosaphat. 2. Paralip. 2. *In medio populi congregati, credite in Domino nostro, & securi eritis.* *Iacob. 1. 2. Paral. 2.*

Sextò arma sunt necessaria, scilicet sacramenta, quibus inimici non valent resistere, vnde legitur in figura Iudith. 7. quod post mortem Holofernis exierunt filij Israël, à quibus fugatus est exercitus inimicorum, filij Israël sunt fideles, qui armati Sacramentis Ecclesiæ fugant aduersarios, vnde quilibet fidelis, hæc arma semper habere debet, maximè in morte, exemplo Beati Patris Augusti. qui quantucumnque sanctus foret, voluit tum in fine sumere Eucharistiam. *Sacramenta, arma sunt necessaria. Iudith. 7.*

Et sic habemus illa sex, quæ conferunt victoriam, quibus ante Christi aduentum eramus priuati, & eorũ oppositis aggrauati, sed ipse veniens omnia nobis cõtulit, & contraria remouit, vt patet in miraculo, quod hodie ipse fecit de languido, vbi ostenditur, quod ante Christi aduentum, humana natura multis defectibus erat grauata, & principaliter in sex, quæ ponuntur in sex prædictis. *Sex nobis cõferunt victoriam spiritualem.*

Primum.

Primo locus, in quo debebamus quiescere, non erat in anima, sed in carne: vnde erat piscina quinque porticus habens: secundo tempus, tempus non erat in gratia, sed in lege, quia die sabbati: tertio multitudo erat in paucitate, nam dixit ille: Domine hominem non habeo: quarto fortitudo erat in debilitate, quia 38. annos habens in infirmitatibus: quinto prudentia, & sagacitas erat in simplicitate, quia nesciebat, quid faceret: sexto armatura erat in nuditate, quia pauper, in grabato solus iacebat.

Circa primum: vnde erat piscina, per piscinam corpus intelligitur, quod more piscinæ ventis, & vnda contrarietur: qninque porticus, quinque sensus pleni infirmis, quia quilibet sensus pluribus infirmitatibus erat infectus.

Secundum.

Sequitur secundum in die sabbati: sabbatum præcipiebatur in lege, in quo nullus debebat operari: quia tempore legis, nullum opus erat perfectum.

Tertium.

Sequitur tertium: Domine, hominem non habeo, nã antea Angeli non ita ministrabant hominibus. Cuius opera promittebant se operari, quod postea non.

Quartum.

Sequitur quartum, 38. annos habens in infirmitate sua: numerus iste, vt sancti dicunt, est imperfectus, & significabat, quod tota vita nostra erat imperfecta, & mala: De quinto nihil reperitur hic.

Sextum.

Sequitur sextum: pauper in grabato: ecce quomodo genus humanum erat afflictum, sed veniens Christus sua pietate liberauit eum, Primo de loco, qui cum videtur, recederet, secundo de tempore, quia in die festo, quod significat tempus gratiæ, tertio de solitudine, quia associauit eum reliquæ turbæ, quarto de debilita

Digitized by Google

debilitate, quia curauit eum ab infirmitate: quinto à simplicitate, quia fecit se ab ipso in templo cognosci, sexto de nuditate, quia vestiuit eum sanctitate, dicens, *vade & amplius noli peccare.* Rogemus ergo ipsum, vt similiter nos adiuuet, Amen.

Quantum ad arma dico, quod sunt sacramenta, quibus armamur, & fortificamur, quæ sacramenta fluxerunt à Christo, qui est piscina habens quinque porticus, id est quinque plagas.

Sabbatho Post I. Dominicam Quadr.

Qui sunt bellatores meliores: rustici, an nobiles

Sermo XI.

Matt. 17. ASsumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, &c. Matth. 17. Consueuit quæstio quædam de pugnatoribus poni, qui sunt meliores ad bellum, rustici, vel vrbani; sed ad processum huius quæstionis sic est agendum. Primo ostendere aptitudinem rusticorum, quam habent ad pugnam: secundo bonitatem nobilium, quæ consueuit inducere victoriam: tertio determinare dubium propter diuersorum materiam.

Rustici bello idonei & qua de causa. Propter primum sciendum, quod rustici multum videntur ad pugnam apti: nam aptitudo pugnatorum vt ostensa fuit superius, est in bello sufferre victus parcitatem, quietis asperitatem, vigoris stabilitatem, membrorum mobilitatem, mortis impauiditatem; hæc omnia habent rustici melius, quàm nobiles: quia defectum victus melius sufferunt; cum plurimum grosso pane, & aqua vescantur: quietis asperitatem, cum in campis, & male dormiant, vigoris stabilitatem, cum duriores, & robustiores appareant; membrorum mobilitatem, quia quotidie arando, & incidendo laborant: mortis impauiditatem, quia modicum de vita curant: ponderum assiduitatem, quia lapides, ligna, & multa alia portant; propter hæc omnia, maximè videntur apti ad pugnam, vnde Vegetius dixit: miramur posse dubitari aptiorem armis, etiam rusticam plebem.

Duo in pugna maximè necessaria. Propter secundum sciendum, quod in pugna duo sunt necessaria, scilicet abhorrere fugam, & habere prouidentiam, hæc duo magis sunt in nobilibus: qui cum ipsi optant honorari, ne vilipendantur, abhorrent fugere: vnde recitat Phil. 3. Ethic. quod hæc fecit Hectorem audacem, dicebat enim, si de pugna fugiam, Palamedes mihi redargutionem ponet: sic Diomedes factus est strenuus: quia dicebat, si in bello terga vertã Hector cum concionabitur cum Troianis dicet, à me deuictus est Diomedes, prudentia etiam, & astutia maximè est opportuna, nam aliquando plus facit vna astutia, quàm fortitudo magna, & habere homines nobiliores, seu sagaciores. Vnde Romani semper meliores Principes mittebant ad pugnandum contra hostes, ideo obtinuerunt Monarchiam in toto mundo & hoc propter bellatorum prudentiam, & bellandi experientiam: nam, vt dicit Vegetius, Quid potuisset exercitus Romanorum aduersus multitudinem Hispanorum, contra dolos Afrorum, & prudentiam Græcorum: nisi prius fuissent exercitati in armis, & magis habuissent bellandi industriam? nam industriam, & exercitium armorum, magis habent, nobiliores, quàm rusticales: ergo magis sunt apti ad pugnam.

Duplex bellũ equestre & pedestre. Propter tertium est dicendum, quod hanc quæstionem oportet soluere propter diuersam materiam: nam duplex est bellum, scilicet equestre, & pedestre: in bello equestri nobiles sunt meliores rusticis, & quàmuis aliquando non sint ita fortes, equus tamen supplet defectum fortitudinis, in pedestri autem pugna rustici sunt meliores, quia melius sufferunt labores, omnes tamen optime pugnant. Vnde Vale. lib. 2. refert, quod cum Fuluius fractus Capuã obsideret, & equites Romani, nullo modo Capuanis possent æquari, de concilio Centurij nomine Nemi, Rustici pedites iuuenes tamen, & leues cum equitibus mixti sunt, qui cum telis, & amplis gladiis equos inimicorum vulnerauerunt: vnde Capuani resistere non potuere, & ideo Romani obtinuerunt, & de eis glorioſissimam victoriam habuerunt.

Spiritualiter loquendo, & moraliter, per ista duo genera pugnatorum intelligo duo genera Catholicorum nam aliqui sunt actiui, aliqui contemplatiui: actiui assimilantur laborantibus, & contemplatiui nobilibus. *Actiui & cõtẽplatiui milites.*

Primò actiui assimilantur laborantibus, quia quotidie exercitantur in laboribus corporalibus, & operibus misericordiæ: nam pascunt famelicos, potant sitibundos, vestiunt nudos, recipiunt peregrinos, visitant infirmos, & redimunt captiuos: omnia hæc sunt opera practica, & ex istis ostenditur sapientis consiliũ Eccl. 9. *Quodcunque potest manus tua, incessanter operare*, & Apostoli exemplo. 1. Corint. 10. *Vsque in hanc diem esurimus, & sitimus, colaphis cædimur, & laboramus manibus nostris*, 2. Tim. 1. *Inter nos gratis non manducamus panem ab aliquo, sed in labore, & fatigatione, nocte & die laborantes*: & isti cum adiutorio diuinæ gratiæ, carnis vitia superant, quod figuratur in illis tribus pueris missis in fornace ignis, sicut legitur in Prophetia hodierna: nam actiui sunt in fornace corporis: vbi est vitiorum flamma, sed cum diuino adiutorio significato per Angelum, illæsi conseruantur. Eccl. 9. 1. Cor. 10. 2. Timo. 1.

Secundo cõtemplatiui assimilantur nobilibus, quorum est more nobilium præcipere, & ordinare, & mundanis negotiis se non implicant; Iethro ita consuluit Moysi: quia erat contemplatiuus, & cum Deo loquebatur, vt terrenis negotiis populi, stulto labore non deseruiret, sed solum in his, quæ ad Deum pertinebant præesset. Exod. 19. vide: vnde supra 8. *Videbar fortis in bello, intrans domum meam quiescebam.* Hæc duo genera hominum veniunt ad constructionem ciuitatis Dei, quod figuratum est Hier. 4. vbi dicitur, *quod pars populi faciebat opus, & pars alia custodiebat, & cum armis descendebat.* Per facientes opera, intelliguntur actiui, & per facientes custodiam, contemplatiui. Ambo isti ædificant Hierusalem, illi manibus operando, isti orationibus custodiendo, & munitionibus ordinando. *Contẽplatiui assimilantur nobilibus.* Exod. 19. Hier. 4.

Ista duo requirũtur in pugna spirituali, quia istis duobus ostendit Dominus gloriam suam, sicut patet in hodierno Euang. vbi fit mẽtio de transfiguratione facta in monte, vbi in corpore glorificato apparet in Euang.

Primo ponitur assumptio, cum dicitur, *assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem*: secundo ponitur contemplatiuorum apparitio, *& ecce apparuerunt eis Moyses, & Helias, loquentes cum Iesu, & ecce nubes lucida obumbrauit eos*: tertio ponitur totius Trinitatis expressa notificatio, *& vox Patris intonuit*: quarto ponitur humanæ fragilitatis demonstratio, *audientes ceciderunt*: quinto ponitur visionis celandæ admonitio, *& descendentibus illis præcepit.*

Circa primum, assumpsit Petrum, Iacobum & Ioannem: illi Apostoli assumpti actiuos significant, & sunt tres ad significandum tres status in Ecclesia, scilicet coniugatorum, per Petrum, continentium per Iacobum, & virginum per Ioannem: sequitur secundum apparuerunt Moyses & Helias, isti significant contemplatiuos, quia ambo non corporaliter, sed spiritualiter viuebant: quia Moyses facie ad faciem cum Deo locutus est, & legem ab ipso recepit, ipsamque populo docuit, Helias etiam in montem Dei Oreb ascendit, vbi sibi Deus locutus est, & Sacerdotes, & Regem reprehendit, & admonuit, vt patet 3. Reg. 17. Sequitur tertium, nubes, Filius apparuit in carne, Pater in voce, & Spiritus sanctus in nube: sequitur quartum: Audientes ceciderunt: quia vt dicit Chrysosto. *Iacobus, Petrus & Ioannes quos designant.* 3. Reg. 17.

Humana

Digitized by Google

Humana fragilitas aſpectam maioris gloriam ſuſtinere non valet, & quia nubes operuit eos, vocem Patris audierunt: quos tandem tangens Chriſtus fugauit ab eis timorem: ſequitur quintum, & deſcendentibus illis de monte præcepit nemini dixeritis, ſecundũ Gloſſam: quia populo promulgata iſta viſio paſſionẽ impediuiſſet, vel quia tanta gloria prius viſa, & poſtmodum paſſione oſtenſa, ſcandalum generaſſet. Concedat nobis Dominus, actiuos, & contemplatiuos eſſe: vt ad montem cœleſtem peruenire valeamus, & gloriam Dei videre, & frui poſſimus, Amen.

DOMINICA II. IN QVADR.

In quibus debent inſtrui pugnatores, & quid Dux exercitus facere debeat.

Sermo XII.

Matt. 17. *Aſſumpſit Ieſus Petrum*, &c. Matth. 17. Euangeliũ iſtud heri, & hodie in Eccleſia legitur, & ideo bis prædicatur de eo, heri prædicauimus exponentes illud per actiuos, & contemplatiuos, qui ſignificantur per nobiles, & laboratores: hodie dicimus in quibus debent etiam eſſe inſtructi pugnatores, & quando dux aut magiſter equitum debent exercitum ducere.

In quinque debent eſſe inſtructi bellatores.

Primo ſciendum, quod in quinque debent eſſe inſtructi bellatores: primo in lapidum proiectione cum manibus, & funda: nam aliquando aduerſariorum impetus melius lapidibus, quàm aliis armis prohibetur. Vnde Vegetius narrat, quod funda primo inuenta eſt, in quadam inſula maris, quia homines illi non poterãt pyratarum impetum inhibere, niſi cum lapidibus: vnde omnes aſſuefaciebant cum funda lapides proiicere, in tantum vt matres non darent paruulis cibum, niſi prius cum funda bene, & directè proiiciebant.

Secundò debent inſtrui in clauarum, & plumbatarum percuſſione: occurrit enim in pugna, quod vna pars immiſceatur cum alia, ita quod manualibus alterum percutiat, & oporteat militem inſtructum etiam ad percutiendum cum enſe, & gladio, claua, & aliis armis: vnde narrat Vegetius, quod Romani ad omnes iſtos actus aſſuefiebant in campo Martio: vbi figebantur pali, & iuuenes contra illos palos, vel contra hoſtem ibant, & modo percutiebant in ſummitate, & modo in medio, & ita faciebant actus cum clypeo, & palis, ac ſi in exercitu eſſent, & ita inſtruebantur tempore pacis, & ab ipſa iuuentute, vt tempore belli in pugna optime ſe haberent.

Tertiò debent inſtrui in ſagittarum, & iaculorum emiſſione: nam ſiue ſagittas emittere, & iacula, & lanceas proiicere, maxima eſt vtilitas, tam in defenſione ſua, quàm in offenſione inimicorum: vnde Scipio cum auxilio ſagittariorum vicit Africanos: ſemper enim prima acies erat ex ſagittariis, qui ita debilitabant hoſtes, quòd reſiſtere non poterant.

Quartò oportet inſtrui in aquarum natatione; multoties enim expedit flumina magna tranſire, vbi oportet ſcire natare: vnde Romani ad hoc prouidentes, ſemper ſuos iuuenes natare faciebant in Tyberi, & etiam equos, vt tam equi, quàm homines, & tam equites, quàm pedites natare ſcirent. Refert Valerius lib. 3. quòd Etruſci venerunt Romã cum exercitu valde magno, qui verſus pontem, vt tranſirent Tyberim properabant: deſtructa erat Roma, ſi pontem tranſibant, & nullus reſiſtere poterat: ſed quidam Horacius nomine, armatus exiuit, & in capite pontis reſiſtit, donec ſui pontem diruerent, ac deinde in Tyberim ſe proiecit: qui ita bene natauit, quòd altitudine non conquaſſatus, nec armorũ pondere preſſus, nec ſagittis quæ vndique mittebantur, illæſus ad ſuos natando reuerſus eſt: vnde dicit Valerius, non tantũ anima, quã natando commendandus fuit, & dicere poterant Etruſci, Romanos vicimus, & ab Horatio victi ſumus.

Quintò in equorum aſcenſione, multum expedit militibus equos ſcire aſcendere, & in eis ſedere; occurrit enim aliquando hoſtibus preſſura: niſi feſtinanter equos valeant aſcẽdere: quare Romani faciebant equos ligneos paruulis ſuis, in quibus equitare docebant eos. Prima probitas Alexandri iſta fuit: quia equitauit vnume quum, quem nullus equitare poterat, nomine Bucefalus, cuius ſubſidio à multis periculis extitit liberatus. Patent igitur ea, quæ debent facere milites.

Propter primum ſciendum; quòd duo debent facere Principes, dum ducunt exercitum: Primò eos confortare, ne timeant: Secundò monere vt fideles exiſtant.

Primum eſt neceſſarium pro tanto: quia occurrit aliquando nouitas, qua tenetur exercitus: vnde decet tunc Principem dum talia eueniunt; timorem à militibus remouere: vnde recitat Frontinus, quod Paris, dum in exercitu ſuo eſſet, fulgur cecidit: ergo territi milites, vocauit omnes, & coram eis de lapide cũ ferro faciliter ignem excuſſit, dicens, non ergo miremini ſi nubes ſimul colliſæ emittunt ignem. Agachas Syracuſanus in exercitu contra Carthaginenſes, cum milites mirarentur de eclypſi Lunæ, dixit: hæc pertinet ad curſum naturæ, non ad noſtrum propoſitum: Epaminundas in exercitu contra Lacedæmonios: quia cecidit ſcamnum in quo ſedebat, dicebant milites malum eſſe ſignum, qui dixit; immo hoc eſt ſignum, quòd prohibemur ſedere, dum debemus pugnare. Sempronius conſul in exercitu ſuo contra Picientes, vel Picenos facto terræ motu vtrumque turbauit exercitũ, qui confortans ſuos dixit, hoc eſt ſignum victoriæ: & ſtatim in aciem hoſtium irruit, & vicit: omnia hæc Frontinus. Secundò debet præcipere, vt fideles exiſtãt, vt non reuelent ſecreta: multũ malũ facit reuelatio ſecretorũ, & habet non parum impedire in ſuo negotio: vnde Carthaginenſes cũ viderent Alexandrũ multum exaltari, & reſiſtere non poſſent ſibi, miſerunt Amilcharẽ ſpeculatorẽ: vt ſimulato exilio veniret in amicitiam Alexandri, quod fecit ille, & omnia ſecreta ſua retulit ſuis: quare Alexander non modicum impeditus fuit.

Hæc omnia ſpiritualiter. & moraliter intelligenda ſunt,

Et primò quidem dictum eſt de pugnatoribus: quod quinque debent ſcire facere: quæ ſignificant quinque perfectiones, quas debet habere fidelis Chriſtianus.

Quas perfectiones debẽt habere Chriſtiani.

Primò lapides proiicere, id eſt diuitias dimittere, quæ lapidibus aſſimilantur ex grauitate, vnde quàm ſint graues oſtendit Apoſtolus, 1. Timo. 6. *qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt in interitum, & perditionem:* quod autem hæc grauia debeant milites Chriſti proiicere, patet Luc. 14. *qui non renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

1. *Timo.* 6.

Luc. 14.

Secundò cum gladio, vel enſe pugnare, id eſt carnis vitia extirpare, Ezec. 5. *Fili hominis ſume tibi gladium acutum, & radentem pilos*, id eſt peccata, vnde in figura legitur Cantic. 3. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuũ propter timores nocturnos:* Salomon quilibet fidelis dici poteſt, qui pacificè viuere cupit: cuius lectum, ſcilicet conſcientiæ cuſtodiunt armati, id eſt virtutes, vel ſacramenta, quæ ſunt arma noſtra, & vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum: hoc eſt principaliter ad carnis vitia extirpanda.

Ezech. 5. *Cant.* 3.

Sacramenta ſunt arma noſtra.

Tertiò ſagittas emittere, id eſt verba doctrinæ docere: vnde ille Iſaïas, qui ad prædicandum miſſus erat, dicebat, Iſai. 49. *poſuit me quaſi ſagittam electam:* vnde in figura prædicatoris dicit. 1. Reg. 21. *tres ſagittas mittam contra eum:* Iſtæ tres ſagittæ ſignificant tria quæ debet facere prædicator, ſcilicet punire culpas, comminari

Iſa. 49. 1. *Reg.* 21.

Digitized by Google

comminari pœnas, & allicere per promiſſiones.

Pſal. Quartò flumina tranſire, id eſt mundum relinquere, Pſal. *ſuper flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus*, &c. Id eſt ſuper fluxum mundanæ vanitatis ſtetimus: dum hic veximus, & fleuimus præ multis angustiis, & doloribus, ideo iſta flumina debemus tranſire,

Iſa.47. Iſaiæ 47. *deſcende, & ſede in puluere filia Babylonis, & tranſi flumina.*

Apoc.19. Quintò equos aſcendere, id eſt virtuosè viuere, Apocalyp. 19. *Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eũ vocabatur verax, & fidelis*, ſuper quæ verba dicit Gregor. equus quippe albus eſt vniuſcuiuſque animę ſanctę corpus: quod bene nouit ab illicitis continentiæ fræno reſtringere, & curſu charitatis impulſu, in exercitatione boni operis relaxare: equitis vero nomine animam ſancti virí exprimit, quæ iumentum corporis bene ſubditum regit.

Quinque habeant milites Chriſti. Patet primo, quòd quinque debent milites Chriſti habere, ſcilicet diuitias proiicere, carnis vitia extirpare, verba doctrinæ docere, mundum relinquere, & virtuosè viuere.

Hoc faciendo Chriſtus ſuam gloriam oſtendit, vt patet in Euangelio hodierno, vbi ponuntur duo, primò bonorum militum exempla ſequenda: ſecundò Chriſti doctrina diligenda, ſurgite & nolite timere.

Primò ponit militum Chriſti exempla ſequenda: iſti ſunt quinque, ſcilicet Petrus, Iacobus, Ioannes, Moyſes, & Helias: in his ſunt illa quinque, proiicere lapides, id eſt diuitias in Petro, qui dixit, Matth. 8. *Ecce nos reliquimus omnia*, &c. Cum gladio pugnare, id eſt extirpatio vitiorum fuit in Iacobo: Iacobus interpretatur ſupplantator, & luctator: admonitio doctrinæ verborum, quod eſt ſagittam emittere, in Ioanne: ipſe enim in Euangelio, & in Epiſtolis, ſagittat hæreticos, & admonet Catholicos tranſire flumina, id eſt mundum relinquere, in Moyſe: quia tranſiuit mare rubrum: equum aſcendere, id eſt operatio virtutum, in Helia: quia ipſe aſcendit in curru igneo, vbi erant equi ignei: vt patet 4. Reg.

Matth.8.

Secundò doctrina Chriſti noſtri ducis diligẽda: quæ vt dictum eſt ſupra, eſt duplex, confortare milites, ne timeant: quod: fecit cũdixit: Surgite nolite timere, ſecundò monere, & præcipere; vt fideles exiſtant, & ipſe præcepit eis dicens; nemini dixeritis viſionem hanc; &c. hoc autem dixit: In noſtram doctrinam, vt bonum, quod ſcimus, vel facimus, non debemus reuelare, & mundi gloriam quærere: quia poſtquàm Chriſtus reſurrexit: manifeſtabit, & retribuet pro eis vitam æternam, Amen.

FERIA SECVNDA POST II. Dominicam Quadrageſimæ.

De tempore ad pugnam conueniente.

Sermo XIII.

Hebr.8. *EGo vado, & quæretis me*, Hebr. 8. Quia omnia tempus habent, & bellum ſuum tempus habere debet, idcirco de tempore ad pugnam conuenienti eſt hodie dicendum. Vnde ſciendum eſt, quòd tempus hoc non debet eſſe ventoſum, non obſcurum, Sol oculos non debet percutere, ſed tergum, exercitus non debet eſſe fame, vel ſiti grauatus: quatuor ergò in tempore debent attendi: Ventus, Aër, Sol, Exercitus.

Quatuor in tempore attẽdenda. Primò ventus, quòd non percutiat ora pugnantium habet enim reſiſtere pugnatoribus, quando ante percutit: non enim eſt ſimilis ratio in publicis bellatoribus, & furibus, vel latronibus, qui more lupi, contra ventum vadunt, ne ſentiantur: quia ventus tranſportat odorem, & ſonitum motus eorum.

Secundò aër, ne ſi obſcurus: quia in obſcuritate faciliter ponuntur inſidiæ: vnde recitat Frontinus, quòd Annibal in exercitu contra Fuluium, ſciens eius caſtra male munita, & nimium confidere; vno mane in aurora cum eſſet tempus obſcurum, à duplici parte aggreditur caſtra Fuluij, & Fuluius vnam partem vincens, ignorans aliam: eum Annibal inſequitur: & eius caſtra ſunt capta, & ante ac retro habens pugnam, cum octo millibus fortiſſimorum militum periit. Idem dicit, quod gener Pompeij fugans Mithridatem, tempus nocturnum elegit: vt plus infeſtaret fugientem, & ſic ſuos conſtituit quod lumen Lunæ ſibi retro, & Mithridatem ante percuteret.

Tertiò Sol, ne radij eius oculos reuerberet: quia multum offendit pugnantem: vnde narrat Frontinus quòd manu aduerſus Cimbros Theutonicos, conſtituta die pugnaturus: quoſdam milites cibatus iam bene ante caſtra collocauit: vt per aliquantulum ſpacij aduerſarios ludicro modo propugnarent, donec Sol non recte eum reſpiceret, deinde ordinata acie aduerſoque Sole pugnans vicit.

Quartò exercitus non debet fameſcere, vel ſitire: quia redditur debilis valde; vnde dicebat Cæſar, quòd ſi fieri poterat, melius fame, quàm ferro hoſtis vincendus erit: vnde refert Frontinus, quòd Phicrates Athenienſis, ſciens horam qua hoſtis veſcebatur, ante illam horam ſuos veſci fecit: deinde præcepit contra hoſtem ire: & infeſtando non permiſit ipſum comedere tota die, deinde reducens exercitum in armis, retinuit & celeriter paſcere fecit, hoſtis verò cum fameſceret, ad cibum capiendum feſtinabat, quem ipſe iterum aggreditur & vicit: idem dicit, quòd Scipio Africanus in Hiſpaniis cognoſcens Aſdrubalem Pœnorum ducem ieiuno exercitu proceſſiſſe in aciem, præcepit ſuis vſque in horam ſeptimam quieſceret comedere, cumque hoſtes præ nimia ſiti, ſecundò armis tanta hora fatigati, caſtra repetere cœpiſſent, ſubito dux exercitum commiſſo prælio vicit.

Ergo ſic patet, quòd tempus ad pugnam debet eſſe quietum, & non ventoſum, nec obſcurum, Sol non reuerberet oculos, & exercitus non debet fameſcere.

Quæ in pugna ſpirituali neceſſaria. Iſta ſpiritualiter debent eſſe in pugna ſpirituali: quia miles Chriſti non debet pugnare cum vento, id eſt cum animo odioſo: ſed quieto, & beneuolo, non tempore obſcuro, id eſt cupido: ſed claro, & charitatiuo, non tempore quo oculi obcœcantur infidelitate, non tempore famis, vel ſitis ignorantiæ.

Primò non debet pugnare cum animo odioſo: nam ſicut ventus eſt aëris turbatiuus; & in mari tempeſtatis concitatiuus, ſic eſt odium. Prouerb. 10. *Odiũ ſuſcitat rixas*, & ibidem 5. *vir iracundus prouocat rixas & ſicut ventus perturbat, & obnubilat aërem, ſic odium mentem*, 1. Ioan. 2. *qui odit fratrem ſuum, in tenebris ambulat, & neſcit quo vadit*: quia tenebræ obcœcauerunt oculos eius: vnde vir odio plenus, non poteſt eſſe miles Chriſti: quia ſine dilectione opera noſtra non ſunt accepta, 1. Corint. 13. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt: quia charitas benigna eſt*: vnde Iob. 1. in figura' ſcribitur: *quia venit ventus à parte deſerti*, id eſt odiũ à parte inferni: quia à bonis deſeritur: & cõcuſſit quatuor angulos domus, id eſt quatuor virtutes Cardinales: nam odium fugat temperantiam, debilitat fortitudinem, deſerit prudentiam, & expellit iuſtitiam: vnde corruit domus, & opprimit omnes filios: quia damnatur anima, & pereunt omnia bona opera.

Prouerb.10. 1.Ioan.2. *Odiũ obcæcat* 1.Cor.13. Iob.16. *Odium ex inferno.*

Secundò non debet pugnare tempore obſcuro, id eſt animo cupido: ſed liberali & claro, dicitur enim cupiditas tempus obſcurum, pro tanto: quia eſt aptum ad malum, & non ad bonum, eo quòd *radix omnium malorum eſt cupiditas*, 1. Timoth. 2. & ſicut cœco non prodeſt

Cupiditas mentem obtenebrat. Auaro non prodeſt auru.

Digitized by Google

prodest lumen, sic auaro non prodest aurum, Eccle-
Eccles.14. siastici 14. viro cupido, & tenaci sine ratione, non
est substantia, & ideo miles Christi cupidus esse non
Iud.7. potest, figura habetur Iudicum 7. vbi legitur de Ge-
deone, quòd pars illa populi, quæ curuatis genibus
bibit, non fuit ducta ad bellum, significans quòd illi,
qui toto animo proni sunt ad mundum, non sunt apti
ad spirituale bellum: sed illi, qui tantum necessitatem,
& non superfluitatem volunt: vnde dixit Sapiens,
Prou.30. Prouerb. 30. & Tobiæ. 3. *diuitias, & paupertates non de-*
Tob.3. *deris mihi: sed tantum victui meo tribue necessaria.*

Tertiò Sol non debet esse ante oculos, id est er-
rore, vel infidelitate cœcari: nam error potest Soli,
qui oculos percutit, assimilari: eo quòd hæreticus
putat se clarè videre, & intelligere: sed lumen istud
Lumen hæreticorum obcœcat. obcœcat, & non illuminat: vnde de isto Sole scribi-
tur Isaiæ 28. *Confundetur Sol, cum regnauerit Dominus*
Isa.28. *exercituum, in monte Sion, & in Hierusalem, & in con-*
spectu seruorum suorum fuerit glorificatus, tunc enim con-
fundetur, &c. error, & infidelitas: quando Dominus re-
gnabit, id est iudicabit: quia tunc apparebit, quod hæ-
retici malè senserunt de fide, qui vsque in illum diem,
in suo sensu perdurant, & isti non possunt esse Christi
milites: quia displicet sibi infidelis, Ecclesiast. 5. &
ad Hebræos, *sine fide impossibile est placere Deo*: vnde in
4.Reg.23. figura habetur 4. Reg. 23. quòd Rex Iosias combussit
currus Solis igne, Iosias interpretatur voluntas diuina,
& hic est Christus, qui fecit voluntatem patris sui, qui
currus Solis, id est animas hæreticorum, quæ sunt
currus, & sedes infidelitatis, mittit in gehennam.

Quartò non debet pugnare cum fame, & siti, id
1.Cor.14. est cum ignorantia Christi: quia ignorans ignora-
bitur, 1. Corinth. 14. sicut enim fame, & siti debili-
tatur corpus, ita ignorantia debilitatur anima. Eccle-
Eccl.8. siastici. *Multa est hominis afflictio*: quia ignorat, & non
1.Reg.21. sunt boni milites. Figura est 1. Reg. 21. quod Dauid
fugiens solus venit ad Abimelech sacerdotem, qui di-
xit, pueros dimisi huc, & illuc, nunc si habes panes, da
mihi: nam secum duxerat eos: quia famescebant, id est
veritatem ignorabant. Ergo sic patet, quòd miles Chri-
sti non debet pugnare tempore ventoso, id est animo
odioso: non tempore obscuro, id est corde cupido, non
cum Sole oculos verberante, id est cum infidelitate,
nec cum fame, & siti ignorantiæ: & quia Iudæi hæc
non habebant; sed in his omnibus deficiebant: ideo in
hodierno Euangelio de his quatuor reprehendit eos
Christus.

Primò de animo odioso, cum dicit, *ego vado, & quæ-*
retis me, id est odio, secundum Augustinum, & *ideo*
in peccato vestro moriemini, & quo ego vado, vos non po-
testis venire.

Secundò de appetitu cupido, secundum Augusti-
num in homiliis: solum terrena cupitis, & desideratis,
ideò moriemini in peccatis vestris, scilicet cupiditatis.

Tertiò de infidelitate, cum ait: *Si enim non crediderit-*
is, quia ego sum, scilicet Deus & homo, *moriemini in*
peccato vestro, scilicet incredulitatis.

Quartò de ignorantia veritatis: dicebant enim, *tu*
quis es? vbi Christus ostendit se verum Deum, dicens:
Principium qui & loquor vobis: hominis filius: *quia*
multa habeo de vobis loqui, & iudicare: sed qui misit me
verax est: nam secundum quod homo habet iudicare:
quia *pater non iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit*
Ioan.5. *filio*, Ioan. 5. Secundum autem, quòd homo, misit eum
pater: quia secundum quod Deus, est vbique totus;
ostendit se insuper passurum; *quia cum exaltaueritis fi-*
lium hominis, scilicet in cruce; *tunc cognoscetis quia ego*
sum, & omnia ista Iudæi ignorabant.

Rogemus ergo ipsum, vt nobis det suam gratiam,
qua simus benevoli, & non odiosi: liberales, & non
cupidi: fideles, & non increduli; vel hæretici: scien-
tes, & non ignorantes; vt non moriamur more Iudæorũ
in peccatis; sed viuamus in sæcula sæculorum, Amen.

FERIA TERTIA POST II. Dominicam Quadragesimæ.

Quomodo acies debet esse ordinata per diuersos officiales.

Sermo XIV.

Super cathedram Moysi sederunt, &c. Matth. 23. *Matt.23.*
Antiquitus in exercitibus ordinatis erant sex
genera personarum; Primò erat dux exercitus, & dici-
tur dux, quia omnium Dominus erat, & ad ipsum om- *In exercitu sex genera personarum.*
nes recurrebant; secundò erant præpositi, & præfecti
particulares, vtputa millenarij, qui præerant mille; cen-
turiones, centum; quinquagenarij, quinquaginta, &
decani, decem; millenarij habebant semper vexilla,
& centuriones; sed quinquagenarij non semper ha-
bebant; tamen in capite habebant signum, quo recog-
noscebantur à cæteris, tertiò, erant consiliarij, semper
enim dux, & princeps consiliarios habent, cum fa-
cienda practicant; quartò erant quidam præfecti, qui
more Iudicum habebant punire delinquentes? quintò
erant milites omnes æquales ordinati, & diuisi sub
suis centurionibus; sextò erant magistri exercitus po-
siti super vi ctualibus, & necessariis pro exercitu; vn-
de emebant arma, & conseruabant; figebant papilio-
nes, ordinabant campum, & curam habebant de in-
firmis.

Ad primos, qui erant duces, spectabat prælio aua-
ritiam abhorrere, & faciebant (vt dicit Valerius)
patriæ rem, & non suam augere, & magis pauperes
in diuite, quàm diuites in paupere Imperio versari
malebant; vnde refert ipse Valerius in 4. lib. quòd
Marcus Curtius, obsidens Beneuentum, qui dicebā-
tur tunc Samnium; miserunt Beneuentani ei magnum
pondus auri: sciebant enim eum esse pauperem; quia
non nisi ligneis vasis vtebatur, & ideo crediderunt
ipsum diuitem velle fieri; Qui dixit eis, reportate
vestra vestris; & dicite eis, Marcum Curtium magis
velle locupletibus imperare, quàm diuitem esse, &
mementote me, nec acie vinci, nec pecunia posse cor-
rumpi.

Ad secundos, qui erant centuriones, spectabat
milites instruere, & eos animare: quare super pri-
mos, vel semper primo incipiebant; vnde refert
Frontinus, quòd Sylla aduersus Ardelaum, cum vide-
ret tempus aptum ad bellum, accepto gladio prius
cucurrit in hostes suos, dicens, si quis de me peteret; di-
catis me solum pugnare, cuius rei pudore vniuersi se-
cuti sunt eum, idem dicit, quòd Iulius cum audiret
suos milites, equos non habere paratos, ipse equum di-
mittens pedester inimicorum aciem aggressus est,
quem secuti sunt milites, & vicit.

Ad tertios spectabat consilia bona dare, non ad Du-
cis complacentiam, sed ad bonum Reipublicæ perti-
nentia: vnde Augustinus ad Bonifacium, eligit sibi
consiliarios socios, Deum timentes, veritatem aman-
tes: sæpe enim adulatores, blanda facie decipiunt ani-
mos audientium se, & perpetuæ mortis laqueis interi-
munt: vnde ad ædificationem debet patere, vel pare-
re, non ad destructionem: ideo non omnis amicus con-
siliarius esse poterit, dicente scriptura, amici tibi sint
multi, consiliarius vnus.

Ad quartos hoc est, eos qui erant vice iudicum spe-
ctabat iustè, & directè iudicare: antiquitus enim acriter
puniebantur, non rectè iudicantes: vnde narrat Valer.
lib. 6. quòd Cambises Rex Persarum, quendam iudicem
viuum excoriari fecit: quia male suum æmulum iudica-
uit: cuius filium supra tribunal pelle patris coopertum
sedere fecit, dicens time pœnam, & fuge culpam.

Digitized by Google

Ad quintos, scilicet milites, spectabat esse humiles, non multum loquentes, abstinentes, & temperatos: vnde recitat Frontinus, quod Marcus Scaurus in suo exercitu, ita temperatos milites habuit, quod stans die tota cum eius exercitu sub arbore pomis plena, nullus militum tetigit eam: quæ, posteriori die, intactis fructibus reperta est.

Ad sextos, scilicet magistros, qui erant super opera & victualia: spectabat esse expertos, & legales: vnde nonnisi bene experti, & legales, tali officio fungebantur, sic erat ordinati officiales in exercitibus ordinatis.

In Ecclesia diuersi sunt status.

Et ita spiritualiter sancta mater Ecclesia, quæ est *terribilis, vt castrorum acies ordinata*, habet diuersos status suorum fidelium: nam aliqui sunt prælati, qui significantur per duces, aliqui prædicatores, qui repræsentantur per Centuriones, aliqui regulares, qui repræsentantur per Consules, aliqui pœnitentiarij, qui significantur per Iudices, aliqui sunt sæculares: ex quibus aliqui sunt nobiles, qui repræsentantur per milites, alij artifices, alij mercatores.

Primi sunt prælati.

Primi sunt prælati, qui assimilantur Principibus: nam sicut illi Principes abhorrebant auaritiam, ita debent & prælati: vnde Esa. *Quis ex vobis, habitabit* supple in prælatura, *qui prohibet auaritiam ex calumnia, excutit manum suam ab omni munere*: Et ratio est: quia vir iustus erigit terram, & vir auarus destruit eam, Prouerb. 29. & ideo dictum fuit Moysi, Exod. 18. *Prouide ex omni plebe viros, qui oderint auaritiam.*

Prou. 29. Exod. 18.

Secundi sunt prædicatores.

Secundi sunt prædicatores, qui figurantur per Centuriones: quia sicut illi debebant instruere milites, ita isti populum, & sicut illi primo incipiebant præliari, ita isti primo debent facere, & postea docere: Vnde Beda, qui viam veritatis aliis ostendere cupit, cautissime attendere debet, ne aliter viuat quàm docet.

Tertij sunt pœnitentiarij. Leuit. 2.

Tertij sunt pœnitentiarij, qui comparantur iudicibus, sicut enim iudices rectè iudicare debent, ac isti discreti, & prouidi pœnitentias imponere: vnde præcepit Dominus, Leuit. 2. Quòd in omni sacrificio debet sal offerri, significans, quod in omni opere sacerdotis debet esse discretio: vnde Matth. 9. dicit. Habete sal inter vos, & in vobis, *& vos estis sal terræ*, &c.

Discretio in omni opere sacerdoti necessaria. Quarti sunt regulares.

Matt. 5.

Quarti sunt regulares, qui comparantur Consulibus: quia sicut illi, non ad placendum homini, sed ad commune bonum, dare debent consilium: sic isti, non vt placeant hominibus, sed vt placeant Deo facere debent bonum, Matt. 5. *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.*

Quinto sunt nobiles. 1. Petr. 2.

Quintò sunt nobiles, qui more illorum militum debent esse humiles paruitatem victus sufferentes, & ab omnibus carnalitatibus abstinentes, 1. Pet. 2. *Abstinete vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam.*

Sexto sunt artifices. Matt. 19.

Sextò sunt artifices, qui debent in suis artibus esse sufficientes, & mercatores debent per omnia esse fideles, & veraces, Matt. 19. *Veritatem loquimini vnusquisque cum proximo suo*, ecce quomodo debet esse ordinata Ecclesia Dei.

Sed aliter hominum negligentia, & diaboli malitia fecit, vt patet in hodierno Euangelio; Nam primo prælati facti sunt auari: *quia super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi*: secundo prædicatores facti sunt mali: quia *dicunt & non faciunt*: tertio pœnitentiarij facti sunt indiscreti, quia *imponunt onera grauia, & importabilia*: quarto regulares facti sunt hypocritæ: quia *aliqua faciunt, vt videantur ab hominibus aliqui*: quinto nobiles in multis vitiis sunt implicati & in sumptu vestimentorum: sexto artifices non curant scire, sed sciri, nec videre, sed videri, & vocari ab hominibu Rabbi; mercatores modo cupiunt fraudare, & mentiri, diligunt salutationes in foro, hoc spectat ad mercatores.

Humilitas maxima.

Ecce videtis quomodo acies Christi est inordinata: sed nunquid ad hæc omnia Christus caput nostrum non posuit remedium? certè: immo ad omnia ista vulnera vnam perfectissimam adhibuit medicinam, scilicet *humilitatem, omnis qui se humiliat exaltabitur*, &c. *& generalis medicina.*

Rogemus ergo Dominum, vt tribuat nobis humilitatem, Amen.

FERIA QVARTA POST II. Dominicam Quadragesimæ.

Quomodo exercitus debeat ire, stare, & ferire.

Sermo XV.

Ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim, &c. Matt. 20. Proposui hodie vobis tria dicere: primo quomodo exercitus debeat procedere: secundo quomodo exercitus debeat stare: tertio quomodo exercitus debeat ferire. *Matt. 20.*

Quomodo se debet gerere exercitus.

Propter primum sciendum, quod dum exercitus vadit, debet attendi, ne insidiæ fiant in itinere, quæ si fiunt, vel sunt manifestandæ. Est imponendum militibus, vt cauti existant: & victoria promittenda, ne timeant: vnde de his cautelis Frontinus ponit multa exempla: Narrat enim, quòd Fuluius ducens exercitum supra Lucanos, præsciuit Lucanos in insidiis esse: qui debiliorem legionem cum sarcinis primo misit, & fortissimam ad dexteram, & sinistram diuidens misit, quod cum hostis prædationi intenderet: per vtraque latera irruens, eos occidit, idem Fuluius exercitum ducens, & hostis premens tergum peruenit ad Fluuium, in cuius ripis abscondit vnam legionem, ac hostis paucitate visa acrius insequitur, sed ipse occupans eum in medio totum prostrauit: refert etiam, quod Phierates dum in Thraciam equitaret, sciuit hostem habere obuiam, & ipse præmisit sarcinas cum debiliori exercitu, remanens ipse cum fortiori, vnde hostes circa prædam fatigatos, & intentos inueniens, & inuadens vicit.

Propter secundum, scilicet quomodo milites in exercitu stare debeant, dicendum, quod minus rara sit acies quam larga & spaciosa, quia quando est nimium rara, facilius rumpitur: vnde Frontinus dicit, quòd Rasides Dux Lacedæmoniorum, in exercitu contra ciuitatem Amphypolim, cum multitudo Atheniensium maior sua esset, & non nisi per ipsos transire posset: noua sagacitate vsus, se cum suis compressit, vt & longum coronæ ambitum, & destrueret hostilem frequentiam: & ideo, quia rarissimi existebant, & obstabant erupit: verumtamen non debet tam arctari, ne brachia possint mouere, & percutere: quando enim homines sunt nimis stricti, ad percutiendum impediuntur, non enim debet teneri extremum; vnde antiquitus in mille passibus ponebantur 1666. homines, debet enim tres pedes de spatio, pro quolibet.

Duo modi percutiendi.

Propter tertium, quomodo debent ferire, est sciendum, quòd duo sunt modi percutiendi, videlicet cæsim, & punctim, de istis debet melior eligi, & videtur, quòd sit punctim, quia percutiendo cæsim, multa arma oportet incidere: quod punctim non est, nisi quantum est acumen lanceæ, vel cultelli, percutiendo etiam cæsim, oportet magnam plagam facere, & multum de ossibus, & de carne incidere ad hoc, quod plaga sit mortalis, sed percutiendo punctim, potest sufficere plaga vnius vnciæ, alia ratio est: quia percutiendo cæsim, plus laboratur, & hostis potest melius se defendere: quia plus valet præuidere, sed percutiendo punctim, non est labor: nisi tenere lanceam, & impingere, & hostis non potest ita se defendere: est etiam alia ratio: quia percutiendo cæsim homo eleuando brachium, potest plus offendi ab hoste cordato, & sub brachiis, & in pectore, vbi fiunt mortales plagæ, sed percutiendo punctim non potest lædi, imò ipse lædit. Patet ergo, quomodo exercitus debeat ire, stare, & ferire.

Spiritua

Digitized by Google

Sæculum via est. Hebr. 11.

Spiritualiter loquendo, mundus iſte poteſt dici, via per quam imus, quia tranſeuntes quaſi, & non perpetualiter, & permanenter hic viuamus, Hebr. 11. *Non habemus hic permanentem ciuitatem; ſed futuram inquirimus*, poteſt dici campus, in quo pugnamus. Vnde Bernardus: Dum (inquit) fratres, in hoc mundo ſumus, quaſi in campo certaminis poſiti ſumus: videndum eſt ergo, quomodo ſpiritualiter debemus ambulare, ſtare, & percutere.

Ephes. 5.

Prudentia vtiliſſima eſt.

Primo debemus ambulare cum prudentia, Epheſ. 5. *Videte fratres, quomodo cautè ambuletis*, & propter inimicorum noſtrorum inſidias, nobis eſt neceſſaria prudentia: Inimici autem ſunt tres, ſcilicet caro quæ inficit, diabolus qui decipit, & mundus qui affligit: de carne ad Gal. 5. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*: de diabolo 1. Pet. 5. *Tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret*: de mundo Ioan. 13. *In mundo preſſuram habebitis.*

Memoria paſſionis Chriſti remedium optimum contra plurima.

Contra omnia iſta, vnum eſt reſpiciendum, & nos tanquam prudentes, illud debemus accipere, & hoc eſt memoria paſſionis Chriſti, quæ eſt contra concupiſcentias carnis: vnde Apoſtolus Chriſto in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini. Hoc figuratur Exodi, in virga Moyſi, in qua percuſſus eſt fluuius Ægypti, id eſt carnalis voluptas, & aqua vertitur in ſanguinem: quia delectationes, maximè fiunt in abominatione, & moriuntur piſces, id eſt carnales delectationes, liberat à tentationibus diaboli, quod

Num. 21.

figuratur Num. 21. In ſerpente, ad quem aſpicientes filij Iſrael, ſanabantur à morſu ſerpentium, & in virga, quam miſerunt in aquis Marath, quæ erant amaræ: quia paſſio Chriſti liberat à tentationibus dæmonum, & dulces facit afflictiones huius mundi: Vnde propter hæc omnia, dicit B. Hier. Reſpice Chriſtum crucifixum: & contra omnes languores inuenies remedium, ſi infirmaris cogita, quia languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, ſi detractionem, & contumeliam patiaris: non de eo dictum eſt. In Beelzebub, principe dæmoniorum eiicit dæmonia: ſic erga omnem pœnam, in Chriſto inuenies medicinam.

1. Cor. 10.

Secundò debemus ſtare cum conſtantia, 1. Cor. 10. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat*: vbi dicendum, quòd ſicut in exercitu temporali non debent ſtare homines nimis ſparſi, nec nimis ſtricti: ita in ſpirituali, non debent milites Chriſti, nimis in temporalibus ſe diffundere: nec vltra poſſibilitatem ſe affligere, & reſtringere: quia periculoſum eſt vtrumque.

Eccleſ. 11. Diuitiæ periculoſæ. Pſalm.

Primo periculoſum eſt in temporalibus, nimis ſe dilatare, quia faciliter poteſt ſe rumpere, Eccleſ. 11. *Fili mi, ne in multis ſint actus tui, & ſi dines fueris, non eris immunis à delicto*, vnde in Pſalm. dicitur: *Quod peccatores, quia obtinuerunt diuitias*: ideo *tenuit eos ſuperbia, & prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum.*

Secundo nimis ſe affligere, & reſtringere vltra poſſibilitatem eſt etiam periculoſum: quia vt dicit Gregor. ſupra Ezechielem, nimis delicate carnem paſcere, eſt hoſtem nutrire: ſed vitium eſt ciuem interficere:

Rom. 12.

vnde Apoſt. Rom. 12. *Rationabile obſequium veſtrum*: & Bernardus, qui modo vixerit vt homo, viuet vt beſtia: honor religioſi eſt vita diſcreta: vnde in abſtinentia; & pœnitentia diſcretio eſt obſeruanda: multos vidimus dementatos propter nimiam abſtinentiam: vnde B. Auguſt. ita ſcripſit in regula: Carnem veſtram domate ieiuniis & abſtinentia eſcæ & potus: quantum valetudo permittit: patet ergo, quomodo in noſtra pugna nos debemus ſtare non nimis ſtricti, nec nimis ſparſi.

2. Cor. 11.

Tertio debemus ferire cum audacia. 2. Cor. 11. *Rogo autem vos per illam confidentiam, quam exiſtimo videre*, &c. Iſtud autem audacter peruertere, eſt punctim diabolum vulnerare: ex oppoſito ſibi, ſcilicet ex

Pro multis

humilitate, nulla enim virtute tantum offenditur; quia vt dicit Vgo de S. Vict. Si ieiunas: hoc ipſe non metuit: quia nunquam cibum ſumit, ſi vigilas non timet: quia nunquam ſomnum capit: ſi caſtitatem ſeruas, hoc non timet, quia nunquam fœminam cognouit, ſed ſi humilitatem ſeruas, hoc vehementer expaueſcit: quia hoc obſeruas in terris, quod ipſe in cœlo obſeruare contempſit: vnde legitur in vitis Patrum, quod diabolus apparuit ſancto Machario cum falce in manu, circundans eum, quaſi acriter percuſſurus, & tanquam non valens eum percutere, doloroſa voce dixit: quid eſt, quod te non poſſum vincere? Certè quod nec abſtinentia, nec continentia, ſed ſola humilitas tua me vincit, & vlulans diſceſſit: & ſic patet, quomodo debemus ire, & ſtare, & ferire.

virtutibus humilitatem exoſam habet diabolus.

Hæc proponit Chriſtus in Euang. & primo quomodo debemus ire: cum dicit, *Ecce aſcendimus Hieroſolymam*, &c. Secundo quomodo debemus ſtare: cum addit, *tunc acceſſit ad eum mater*, &c. Tertio quomodo debemus ferire, *tunc indignati ſunt*, &c.

Circa primum. Vis ergo aſcendere Hieroſolymam, id eſt cœleſtem intrare aulam? memento quomodo Chriſtus fuit traditus per diſcipuli auaritiam, illuſus, flagellatus, conſputus per ſacerdotum inuidiam, crucifixus per Pilati nequitiam, ſed reſurrexit tertia die per ſuam potentiam: hoc habendo in memoria, non timebis inſidias carnalis concupiſcentiæ, nec diabolicæ nequitiæ, nec mundanæ malitiæ: ſequitur, *tunc acceſſit mater filiorum Zebedæi: dic, vt ſedeant hi duo filij vnus à dextris, & alius à ſiniſtris*, &c. Vis tu ſtare ad dexteram, id eſt in gloria in cœlo: & non ad ſiniſtram, id eſt ſine gratia in hac vita, bibe calicem, quem bibit Chriſtus: ſic ipſe dixit *poteſtis bibere calicem*, &c. In iſta ergo vita ſtare debemus bibendo amaritudines & paſſiones; ſequitur de tertio, *tunc indignati ſunt*, &c. *ſcitis quia principes: non ſic erit inter vos*, &c. Hic ponit directè modum percutiendi diabolum, ſcil. cum humilitate, *quia qui maior eſt veſtrum, erit veſter miniſter*, &c. Vis ergo ferire diabolum: non ſis ſicut Principes mundi, qui quanto màiores ſunt, tanto ſunt etiam ſuperbiores, ſed ſis ſicut Chriſtus, qui cum maior eſſet ſeruiebat: *ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare*, &c. qui cum eſſet Deus ſublimis, *factus eſt homo humilis, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis*, &c. Rogemus ergo Dominum, vt ſic faciat, nos ire, ſtare, & ferire, vt vincentes coronemur in cœlis, Amen.

Humilitate vincitur diabolus.

FERIA QVINTA POST II. Dominicam Quadrageſimæ.

De generibus militum, qui ducebantur ad exercitum.

Sermo XVI.

Luc. 18.

HOmo quidam erat dives, &c. Luc. 18. In exercitibus antiquorum, quinque genera militum ducebantur.

Primo quidam vocabantur, velites, qui erant iuuenes leuis armaturæ, quos hodie latini vocant infantes: iſti erant agiles, & primo mouebant bellum.

In exercitu quinque genera militum.

Secundo erant excubitores, qui die, & nocte cuſtodiebant exercitum, inter ſe tamen diuiſi, ne nimis vigiliarum labore grauarentur: maxime enim cura erat antiquitus, vt cuſtodibus exercituum, tanquam eis vti ſit valde neceſſarium: Nam Frontinus recitat: propter hoc Claudius Imperator vicit Cimbros, ipſe enim exiſtens in exercitu, contra eos iuſſit, quadam nocte

eorum

Digitized by Google

eorum castra inopinatè aggredi: deinde fugere, quod continuans per plures noctes, fatigabat non modicum hostes: cogens eos omni nocte esse sollicitos: tandem simulauit totalem recessum, de quo gaudentes Cimbri, & facti securi: male se custodiunt, Claudius verò eorum castra aggreditur subito, & vicit eos, atque confudit.

Tertio erant deserui, vt enim dicit Isid. quod nunquam seruis promissum est ad militiam admitti, sed postquam Romani ab Annibale apud Cannas fuerunt deuicti: vt perditam militiam recuperarent: omnes seruos fecerunt liberos, & ita eis militare concessum est, vnde tales milites dicebantur deserui, id est, non serui, sed desinentes esse serui.

Quarto erant alares, qui per modum alaris aciem protegebant, & isti à tota acie erant separati, & inordinate habebant percutere hostes, discurrebant enim per campum, & illuc diuertebant, vbi videbant esse necessarium.

Quinto erant vexillatores, qui velis, & flammis vtebantur: erant ex hoc ab omnibus aliis separati, & sic patet, quod sunt quinque genera militum spiritualiter loquendo, ita debet esse in bello spirituali: quia,

Primo debent esse pauperes, qui significãtur per illos agiles & leues, qui non premuntur grauitate terrenorũ, sicut enim graue pondus impedit, volentem velociter currere, sic terrena omnia grauant Christi militem, qui cum diabolo vult pugnare. Hoc figuratum est in
1. Reg. 18. Dauid. 1. Reg. 18. qui volens cum Philistæo pugnare: indutus armis Saul, non valebat incedere, sed ea abiiciens, baculum, & peram solum sumpsit, & liberè vadens vicit: hic Dauid fidelis est, cum diabolo pugnans, sed oneratus armis Saul, id est terrenis, non potest pergere: sed cum abiicit, & baculum Crucis accipit, & peram, id est memoriam quinque vulnerum Christi induit, prima percussione vicit.

Secundo sunt excubitores, id est stabiles, qui significantur per custodes, sicut enim illi, sic & Christi
1. Cor. 15. milites debent esse stabiles, & non vagi. 1. Cor. 15. *Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere bono*, vnde quam sit vtile non
Gen. 34. vagari, & damnosum moueri: figuratum est Genes. 34. vbi scribitur, quod *egressa est Dina, vt videret mulieres regionis illius, quam cum vidisset Sichem filius Emor Princeps terræ illius adamauit, & rapuit, & dormiuit cum ea: opprimens illa virginem conglutinata est anima eius cum ea: tristemque blanditiis liniuit*, Dina, vt alienigenas mulieres videat, egreditur, quando mens hominis sua facta negligens alienas actiones curans, extra ordinem proprium vagatur, quam Sichem opprimit, quia inuentam in curis exterioribus diabolus corrumpit, & conglutinatur anima eius cum ea: quia initam sibi per iniquitatem respicit, & quia de bono perdito cogitur flere, & impius corruptor securitatem vanam elargitur, tristemque blanditiis curat delinire.

Tertio pœnitentes, qui significantur per illos, qui serui fuerant, sed vlterius non erant; ita isti relictis peccatis, quorum premebantur seruitute admittuntur Christi militiæ. Rom. 5. *Liberati à peccato, serui*
Rom. 5. *autem facti Deo*; figura huius potest esse Iacob: de quo
Gen. 29. Gen. 29. scribitur, quod recedens Laban, cui seruierat, in ipso itinere Angelum Dei vidit, & cum eo luctans, Israel nomen accepit, hic Iacob est quilibet fidelis, qui recedendo à peccati seruitute, associatur angelicæ aciei: nomenque recipit diuinæ visionis, Israel videns Deum.

Quartò sunt contemplatiui, qui studio scripturarum insistunt, & figurantur per illos, qui aciem protegunt & subueniunt, scilicet alares, sic isti in omnibus tribulationibus, in ipsa scriptura consolationem reperiunt, quia *quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam, & consolationem scripturarum, spem habeamus*, Rom. 14. Vnde in figu-
Rom. 14. ra huius scribitur 1. Reg. 18. Quod spiritus malus, qui
1. Reg. 18. inuaserat Saul, recedebat, cum Dauid Cytharam pulsabat: spiritus malus inuadens Saul, potest dici quælibet afflictio, vel tribulatio affligens Christianum, sed pulsante Cythara, & loquente scriptura, mitigatur molestia per exempla aliorum vita.

Quintò sunt charitatiui, qui significantur per illos, qui vexilla portabant, quia vexillum, & signum militis Christi est charitas, Ioan. 13. *In hoc, cognoscent homines, quod discipuli mei estis: si dilectionem habueritis adinuicem, & ipsa charitas* loquitur Cant. 8. *Pone me, vt signaculum super cor tuum*, figura potest esse Mach. 4. vbi dicitur, quod *ostenderunt Elephantibus sanguinem vuæ, vt acuerent eos ad prælium*, id est dederunt signum charitatis feruentis, & facti sunt prompti ad spirituale bellum.

Signum militis Christi est charitas. Ioan. 13. Cant. 8. Mac. 4.

Et sic patet, quales debent esse milites Christi: quia debent esse leues, non grauati pondere terrenorum, custodes, & stabiles, non vagantes in vanitatibus mundanorum, liberi & non subiecti vilitatibus peccatorum, prouidi in meditatione sacrarum scripturarum, consignati signo charitatis.

Quales debent esse Christi milites.

Omnia ista, quam sint damnosa non habentibus, & fructuosa seruantibus, patet in Euangelio hodierno; vbi fit mentio de diuite, & paupere: vt per diuitem intelligas malum, per pauperem autem bonum: & primo ponitur eorum diuersa conditio: secundo diuersa eorum remuneratio.

Propter primum dicit de homine malo, quod terrenis aggrauatur: *quia erat dives*, secundo vanitate relaxatur, *quia induebatur purpura, & bysso*: tertio vitiis carnis famulabatur: *epulabatur quotidiè splendidè*: quarto charitate expoliatur: quia *de micis mensæ non dabat*.

Sed de milite Christi contrarium loquitur: nam non grauatur terrenis: quia *mendicus*, non vagatur in vanis: quia *canes lingebant vulnera eius*, id est verba sacræ scripturæ mitigabant eius afflictiones, non priuatur signo charitatis: quia dicitur *Lazarus* & interpretatur à Deo auxiliatus, & significat charitatiuum, cui auxiliatur Deus.

Quam diuersus exitus pauperis & diuitis.

Secundò ponitur istorum duorum diuersa remuneratio: nam Lazarus, qui non grauatur pondere terrenorum, portatur ad cœlum: quia non delectatur vanitate mundanorum, gaudet gloria beatorum: quia non sequitur carnale desiderium, colitur in Abrahæ sinu.

Diues verò pondere pressus, sepelitur in inferno, vanæ gloriæ deditus, patitur tormentum: gulæ seruus, sentit cruciatum: petit guttam aquæ, & non accipit: quia cupidus de suo non dedit aliis, nec pauperem petentem exaudiuit, nec ipse exaudiri meruit. Rogemus Dominum, vt det nobis gratiam, quod habeamus has quinque conditiones, ne cum diuite & Epulone sepeliamur in inferno: sed cum Lazaro à sanctis Angelis, in sinum Abrahæ, id est in cœlum deportemur, Amen.

Vana gloria dediti tormentum.

FERIA SEXTA POST II. Dominicam Quadragesimæ.

De numero militum, de custodibus, & sui & castrorum.

Sermo XVII.

HOmo quidam pater familias plantauit vineam, &c. Matt. 21. Matt. 21. Apud antiquos in exercitibus, quatuor ordinatè fiebant: primo signatorum numerus: secundo

Digitized by Google

do signorum cultus: tertio castrorum ambitus: quarto buccinarum actus.

In exercitu quatuor ordinate debent fieri.

Dico ad primum, est sciendum, quod Romani habebant legionem, de qua constituebant duplicem aciem, & dicebatur legio ab eligendo: quia erant electi, & quod dicimus legionem; Macedones dicunt Phalangem, & Gallici cateruam, in qua legione secundum Isidor. lib. 9. erant sex millia hominum: Vegetius autem videtur dicere, quod erant 6666. & adhuc plures erant apud Romanos: quia vt vincerent addebant 1330. erant autem secundum Isidorum decem cohortes, & 200. turmæ, in turma erant triginta equites de qualibet centuria: vna cohors habebat 500. milites: Romani tamen primam cohortem faciebant maiorem, & nobiliorem cæteris; vnde habebat mille centum, & quinquaginta pedites bene armatos, & equites mille trecentos, reliquæ vero æquales erant; fiebant autem de legione duæ acies.

Vexilla antiquitus in honore erant.

Quo ad secundum, scilicet cultum signorum, sciendum quod ipsa vexilla, in maxima habebantur reuerentia, & conseruabantur diligenti custodia, & pro eorum defensione milites se exponebant morti: vnde recitat Frontinus, quòd Suinis Trullus adolescens, aduersus Sabinos cum vincere nequiret, vexillum accepit: & in hostes proiecit, cuius repetendi gratia sic Romani pugnauerunt, vt etiam signum victoriæ reportarent: summa enim alacritate, ad illud repetendum incubuerunt: dicitur autem vexillum, à bello; quasi bellum: vt dicit Isidor. lib. 18. Etymologiarum: Ponit etiam ibi, quod sub Romulo, loco vexilli, milites habuerunt fasciculos fæni.

Quoad tertium, scilicet castrorum ambitum est dicendum, quod castrum locus est, in quo locatur exercitus: & dicuntur castra quasi casta, secundum Isidorum lib. 9. quia nunquam mulier debebat intra esse: extra autem prædictum locum, non licebat vagari; vnde dicit Frontinus, quod Scipio Africanus omnium qui recesserant dexteram manum, præscindi iussit.

Castra quasi casta & quare.

Quo ad quartum buccinantium actus, est sciendum quòd buccinatores erant, qui signa belli dabant, & dicitur buccina, quasi vociua, à voce; vt dicitur Isid. lib. 19. de qua Frontinus: Buccina cogebat præsto ad arma. Illo enim signo equitabant milites: vnde refert Frontinus, quod Lucius Crassus, ita respondit cuidam interroganti, quo tempore mouerentur castra: times igitur ne audias buccinam, vel tubam. Et ita patet pugnatorum numerus, signorum cultus, castrorum ambitus, & buccinantium actus.

Spiritualiter loquendo, per illum numerum pugnatorum, intelligitur legis præceptorum ordinatio, per cultum vero signorum, vel vexillorum accipitur hominis ratio; per ambitum castrorum sumitur voluntatis operatio, & per actum buccinarum colligitur sanctitatis admonitio.

Decem decalogi præcepta quid denotant & contra quid muniant.

Primo legis præceptorum ordinatio, intelligitur per pugnatorum numerum: nam sicut in vna legione ponebantur decem cohortes; ita decem fuerunt præcepta diuinæ legis, & sicut de omnibus militibus fiebant duæ acies, sic de ipsis præceptis fuerunt scriptæ duæ tabulæ; & sicut de illis militibus contra omnes hostes muniebantur exercitus: Ita in spirituali bello, ipsis munitur Christianus: nam per primum præceptum armatur contra infidelitatem, quia non adorabis Deum alienum: secundo contra loquacitatem, quia non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: tertio contra superbiam & ambitionem: quia memento vt diem sabbathi sanctifices: quarto contra impietatem: quia honora patrem tuum, & matrem tuam: quinto contra crudelitatem, quia non occides: sexto contra libidinem, quia non mœchaberis: septimo contra falsitatem, quia non falsum testimonium dices: octauo contra rapacitatem: quia non furtum facies: nono contra cogitatus malignitates, quia non concupisces vxorem proximi tui: decimò contra cupiditatem; quia non concupisces rem proximi tui: Ecce quoniam cum istis decem præceptis, velut cum decem cohortibus contra omnes aduersarios defendimur, & munimur: in huius figuram, præcepit Dominus Exod. 24. Quod in tabernaculo fierent decem cortinæ: quid tabernaculum nisi anima, quæ est, & esse debet habitaculum Dei: sed istud tabernaculum decem cortinis ornatur, & ipsa anima decem præceptis aduersus omne malum ornauit vitam.

Exod. 24.

Animi Dei tabernaculum.

Secundo hominis ratio accipitur, per signorum & vexillorum cultum: nam sicut ipsum vexillum erat ad quod militès debebant attendere & ipsum sequi: sic ratio est, secundum quam viuere debemus. Vnde Aug. 1. soliloq. dicit: Ratio est in mente, sicut oculus in corpore: sicut etiam per vexillum vna gens, vel exercitus, & pars vna ab alia distinguitur: sic per rationem homo ab omnibus separatur: vnde Augustin. 1. de lib. arbit. sola, inquit, ratione separamur à cæteris: nam non solum cum animalibus, sed etiam cum arboribus multa habemus communia: vt alimentum corporis sumere, crescere, germinare, & vigere arboribus tributum esse videmus: videre autem, & audire, & olfactum, & gustum, atque tactum, sentire corporalia posse bestias acrius pleraque, quam nos cernimus, & fatemur. Adde vires, atque valentiam, firmitatemque membrorum, celeritates, facillimosque corporis motus, quibusdam æquamur, & à nonnullis vincimur: sola enim ratione à cunctis discernimur, & cunctorum dominamur: vnde de ipsa ratione locutus est Propheta in Psalm. dicens. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, & de ea potest intelligi illud Cant. 8. *Pone me, vt signaculum super cor tuum.*

Ratio nos ab aliis animalibus separat.

Psalm.

Cant. 8.

Tertio voluntatis operatio, sumitur per castrorum ambitum: quia sicut intra ipsa homo poterat semper morari: sic voluntas non potest ab aliquo auferri: vnde Seneca dicit: Errat Dominus, si putat totum hominem in seruitutem descendere: Pars enim eius exempta est, corpora obnoxia sunt Dominis: mens autem, & voluntas adeo libera, & vaga est, vt nec ab hoc carcere cui inclusa est, teneri possit: ideo Tullius in Rhetorica sua ait, quod in omni re volentem spectari oportet: vnde de his qui voluntate seruiebant Deo: scribitur, Multa sunt castra Domini fortia nimis, & facientia verbum eius.

Quarto admonitio sanctitatis, colligitur per buccinantium actum: nam sicut ipsorum sonitu mouetur exercitus, sic Sanctorum admonitionibus, verbis, & prædicationibus mouetur homo, & incitatur ad bonum opus: vnde Isa. 68. præcipitur prædicatori: *clama ne cesses, & quasi tuba exalta vocem tuam*, &c. vnde præcepit Dominus Numer. 10. Duas tubas fieri: quibus vsus est Iosue, cum committeret bellum & quando cœpit Hierico: vnde dicitur de septem tubis: Iosue 6. vtraque historia potest adaptari hic, per tubas Sanctorum admonitiones debent intelligi: quibus debemus vti tempore belli: quia in continuis pugnis vitæ præsentis; oportet nos Sanctorum admonitionibus credere, & obedire: Habemus ergo, quòd per milites legionis, intelliguntur præcepta legis, per vexilla Ducis, dominium rationis, locus in castris arbitrium voluntatis, & per sonantes tubas, admonitiones sanctitatis.

Sanctorum admonitionibus mouemur. Isa. 68.

Num. 10.

Iosue 6.

Hæc quatuor ostendit Christus animæ humanæ fecisse, quorum male præstitum beneficium recognouit, & ideo in præsenti Euangelio tria ponuntur: primò circa animam sollicita benignitas, *homo quidam*: secundò animæ peruersa malignitas *cum tempus fructuum*: tertiò rigida æquitas, *malos malè perdet.*

Benignitas Christi erga animam.

Primò ponitur sollicita benignitas Christi erga animam, quæ apparet in eius creatione: quia *homo quidam plantauit vineam*, per vineam, animam: per hominem quendam, Deus intelligitur, qui animam planta

Digitized by Google

plantauit, quando eam ad ſuam imaginem creauit: ſecundo apparet in eius protectione: *quia ſepem circundedit ei*: Per ſepem intelligitur lex diuina, qua anima humana, vt ſuperius patuit, ſtat circundata, & defenſa: tertio apparet Chriſti benignitas in animæ dignificatione: quia *ædificauit in ea turrim*: Per turrim intelligitur ratio, quæ more turris altius eminet, & longius apparet: inde homo per limina reſpicere valet: quartò prædicta benignitas apparet in eius exemptione: quia *fodit in ea torcular*, Per torcular voluntas libera, in qua generatur affectio, & inde exit omnis bona, & mala operatio: quia omne bonum debet eſſe voluntarium, & etiam omne peccatum, ſolum voluntarium eſt puniendum.

Protectio Chriſti.

Ecce apparet Chriſti benignitas erga animam: quia eam ſingulariter creauit. Præceptis legis muniuit: Ratione ornauit, & libera voluntate dotauit, collocauit eam agricolis: id eſt ſenſibus corporis, & peregrè profectus eſt: quia eam liberam arbitrio dimittit.

Anima malignitas.

Secundo ponitur animæ peruerſa malignitas, cum tempus fructuum venit: *tunc aduenit tempus fructuum*, quando homo eſt in ætate ad bene operandum, & tunc Deus quærit fructum de iſta vinea: ſed ecce malignitas eius, quia Deus mittit nuncios, id eſt naturales ratiocinationes, quando ratio indicat, & dictat bene agere: ſed homo verberat iſtos nuncios, quando ipſam naturalem cogitationem occultat. Ad hæc Deus mittit alios nuncios, id eſt occultas inſpirationes: & iſtos occidit, quando bonos cogitatus, non ſolum non ſequitur, ſed interimit: adhuc Deus mittit alios nuncios ſcil. monita Sanctorum, verba prædicatorum: ſed iſtos lapidibus opprimit, quando non obedit: ſed etiam contradicit. Ad vltimum mittit filium proprium: qui vita, & doctrina debet venerari, & imitari: ſed peruerſa malignitas ipſum extra proiicit: quia eius doctrinam per contemptum proiicit, & in quantum in ſe eſt, ipſum occidit, cum non ſibi, ſed ſuo inimico diabolo, ſcil. peccato obedit.

Malorum punitio.

Tertio ponitur rigida æquitas: *quia malos male perdet*, &c. ſic facientibus gratiam ſuam tribuet qui de ea fructum reddent: qui ergo ceciderit ſuper hunc lapidem, confringetur; id eſt quicunque credens in Chriſtum peccauerit, damnabitur, & ſuper quem ceciderit comminuet eum, id eſt quem fidelem inuenerit ſimiliter ipſum iudicabit; & quænam eſt cauſa, quare fructus non reddimus: Reſpondeo, quia hæc vinea eſt exterminata: *exterminauit eam aper de ſylua*, &c. iſta ſunt peccata, & diabolus; & quomodo exterminauit Diabolus? reſpondeo: quia aper ingreſſus eſt, id eſt diabolus ex eo, quod non erat ſeps, id eſt præceptorum obſeruantia, non turris, id eſt ratio: ſed ſenſualitas vigebat, non torcular bonæ voluntatis: His debebat reſiſtere contra hunc aprum, & ferum, & pugnare noluit, & non fuit buccina: quia verbum Dei audire nolumus: hac buccina, & tuba fugatur aper: hac ergo de cauſa vineam exterminauit, &c. & fructus hæc vinea non reddere poteſt, & illa reddit: de qua Moyſes: vua eorum, vua fellis, &c. ex eo, quod hæc vinea Domini Sabaoth, facta eſt vinea Sodomorum, & de ſuburbanis Gomorrhæ: Rogemus ergo Dominum: vt præcepta ſeruemus, ne ſeps diripiatur, conſeruetur turris: vt ſimus viuentes ſecundum rationem, & bonam habeamus voluntatem: & verbum Dei, quo tanquam buccina fugatur aper, & ferus diabolus, audiamus aure, & ſeruemus in corde: vt ſic ſimus vinea Domini Sabaoth, & afferamus fructum bonum, & reddamus Domino noſtro, non cadamus ſuper hunc lapidem: nec lapis ſuper nos, ne ſic perdat nos malè: ſed potius nos conſeruet, adiuuet, & ſaluet, Amen.

Verbo Dei fugatur diabolus.

* * *

SABBATHO POST II. DOminicam Quadrageſimæ.

Quomodo poſt conflictus poſſit homo reſurgere.

Sermo XVIII.

HOmo quidam habuit duos filios, &c. Luc. 15. Quia ſcribitur 2. Reg. 15. quod varij ſunt euentus belli: & ideo occurrit aliquando, quod non ſemper homo vincat: ſed ſuccumbat: propter hoc neceſſarium eſt videre, quomodo poſt conflictum homo poſſit reſurgere: & circa hoc tria videnda ſunt: primo propter quæ homo debellatur: ſecundo quomodo propter conflictum vilipendatur, tertio quomodo ad ſtatum priſtinum reſurgat: attendite.

Luc. 15. 2. Reg. 15.

Varij euentus belli.

Propter primum ſciendum, quod quamuis multa aſſignari poſſint: Duo tamen videntur conflictum inducere: primo diſiunctio animorum: nulla enim eſt ita priuatio, qua debilitari poſſit exercitus; ſicut inter milites diſſenſio; & hæc maximè caueri debet in exercitu: vnde ſagaces hoſtes, ſolent circa tempus pugnæ in aliorum exercitu diſſeminare diſcordias, quas ſi adeſſe in ſuo exercitu dux nouerit: mox toto conatu diſſoluere ſtudeat: omnis virtus vnita fortior eſt ipſa diuiſa: vnde refert Valerius lib. 7. quod Sertorius dux Luxicanorum, cum contra Romanos eſſet in exercitu, & ſui milites contra Romanos, omnes pugnare vellent: ipſe duos equos, vnum fortiſſimum, & alterum infirmum adduci fecit, & duos iuuenes habuit, quorum alter fortis: alter vero debilis erat. Præcepitque forti: vt caudam infirmi equi totam ſimul euelleret; debili verò, vt fortiſſimi equi caudam paulatim, & per partes caperet: At vir fortis, cum toto conatu ſimul caudam debilis equi euellere non potuit, ſed feſſus, & laſſus remanſit: debilis vero fortiſſimi equi caudam, quam paulatim, & per partes carpebat, totam euulſit, nec fatigatus remanſit: tunc Sertorius ſuis militibus dixit: Romanorum fortitudinem & cuiuſlibet multitudinis vnitæ, per hoc exemplum vobis oſtendi: nam ſi ſimul omnes vnitos aggredi volueritis, inſuperabiles erunt: ſi vero per partes, & diuiſim cum eis dimicaueritis, ſine dubio victoriam obtinebitis.

Diſſenſio in exercitu pernicies maxima.

Secundo armorum priuatio: nam ſine armis, nec alios expugnare, nec defendere poterit: vnde narrat Frontinus, quod Marcus Antonius, fugiens de Mutina, erat inermis cum omnibus ſuis, timuitque ne inimici hoc videntes, ipſum acrius inſequerentur: propter quod arborum cortices ſuis militibus pro ſcutis dedit, & alia arma ſe de ſigno habere ſimulauit.

Propter ſecundum, ſciendum, quod viri debellati in conflictu in magno opprobrio remanebant: nam ſi ad manus inimicorum veniebant, quod eſſent captiui, efficiebantur in perpetuum ſerui: quia ideo dicebantur ſerui, id eſt ſeruati, qui cum potuiſſent interfici ſeruabantur, & iure belli ſerui efficiebantur: ſi verò euadebant, vlterius militare non debebant, nec in aliquo officio Reipublicæ eſſe poterãt, vnde qui victi erant, præ rubore Romam redire non audebant, magis autem alibi habitationem eligebant: vnde in antiquis hiſtoriis multas ciuitates per hunc modum legimus fuiſſe conditas: quia victi milites, Romam redire verentes, ædificabant eas: ſic ciuitatis Vrbini conſtructio fuit: nam duæ legiones militiæ Romanorum apud Rauennas deuictæ ſunt, quarum milites Romam redire nolentes, in altis montibus Vrbium ædificarunt, & inde dicitur Vrbium, ab vrbe, & binum: ab vrbe Roma, quæ anthonomaſticè dicitur vrbs, & bene, à bina legione.

Virtus in opprobrio eſt.

Propter tertium, ſcilicet, quare ad ſtatum priſtinum reuertatur: ſciendum eſt, quod ſumma ſapientia,

Digitized by Google

Constantia animi laudatur.

tia, & constantia est habenda, ne frangatur animus propter amissum bellum: sed statim vires, quas valet refirmare; vnde Romani, post Cannensem conflictum, conati sunt pristinam militiam reparare: Ideo omnes, seruos liberauerunt, & omnia in communi posuerunt, & immediatè Africam à qua debilitati, vel debellati erant expugnare tentarunt: vnde Frontinus, in laudem Martij equitis Romani refert, quod ipse præfuit reliquiis exercitus, qui in Hispania deuictus erat, & ipse cum paucis euadens, occultè prope castra inimicorum stetit, & media nocte aggreditur hostem ex vna parte castrorum; & breuissimo interuallo facto, confortatus cum suis modico cibo, partem alteram aggreditur: hostis vero gaudio victoriæ dissolutus, & incompositus erat: vnde adueniens Martius, non restitit: quia timore confusus quid ageret ignorauit, ideo Martius eos vicit, & pristinam aciem reparauit.

Et sic habemus illa tria: scilicet quare homo debellatur: quomodo post conflictum despiciatur, & quomodo in pristinum restituatur.

Consentiens diabolo vincitur.

Spiritualiter loquendo: dum homo consentit diabolo vincitur, ab eo victus possidetur iure tyrannico: sed postea pœnitens liberatur à tali dominio: videndum est ergo primo, quomodo homo à dæmone vincitur: secundo quomodo possidetur cum opprobrio: tertio quomodo solo verbo liberatur.

Separatio à Deo & gratia priuatio hominem victum efficiunt. Psalm. Ephes. 6.

Propter primum, sciendum, quod sicut in temporalibus duo inducunt conflictum, scilicet disiunctio animorum, & priuatio armorum: sic in spiritualibus, separatio à Deo & expoliatio gratiæ eius facit hominem vinci: Propter primum dicit Psalm. *Ecce qui elongant se à te, peribunt:* propter secundum Apostolus, Ephes. 6. admonet dicens, *Induite vos armaturam Dei vt possitis resistere:* nam quando homo expoliatus est armis spiritualibus, & separatur à Deo, facillime perdit suum dominium; figura eius patet in hodierna Prophetia, quæ est de Iacob Esau pro venatione separatur longe à patre, & vestimenta sua dimisit domi: Ideo perdidit patris benedictionem, & primogeniti iurisdictionem, significans eos qui à Deo recedunt, & spiritualia dona, quæ sunt animæ vestimenta dimittunt: vnde à Deo non benedicuntur, & aliorum serui efficiuntur.

Victus à diabolo repletur omni opprobrio.

Propter secundum sciendum est, quod homo victus à Diabolo repletur omni opprobrio: Nam ligatus manet in naturalibus: expoliatus in spiritualibus, & carceri mancipatur in pœnalitatibus: ad cuius probationem, vt breuius discurramus, sufficit solum historia Sansonis, quæ habetur Iud. 16. de quo legitur, quòd deceptus per vxorem, capitur à Philistæis, quem ligant, expoliant, obcæcant, & carcerant: hic peccatorem figurat, qui consentiendo carnali concupiscentiæ capitur à dæmonibus, à quibus omnia mala prædicta sustinere cogitur.

Confessio liberat à seruitute. Isa. 53.

Propter tertium, quomodo, scilicet liberat solo verbo: dicendum, quòd sola confessione peccatorum, & pœnitudine, per Dei misericordiam ab omnibus his malis liberatur; Vnde Isa. 53. *Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris:* multorum exemplis patet Dei clementia in peccatoribus, in Manasse, de quo vide historiam 2. Paralip. 33.

Hæc tria ostenduntur in hodierno Euangelio, vbi fit mentio de filio prodigo, qui recessit à patre, cum parte substantiæ suæ, & secundum prædicta in tres partes diuiditur.

Primo ponitur, quomodo à Deo separatur, & bonis operibus spoliatur; cum dicitur: *Abiit in regionem longinquam:* ecce separatio à Deo: *consumpsit* totam substantiam suam: ecce bonorum expoliatio.

Secundo subditur, quomodo viuit in opprobrio: *facta est fames*, &c. magnum erat dedecus esse seruum: porcorum custodem: & fame deficere.

Tertio ponitur, quomodo sola confessione in gratiam reuertitur: *vadam ad patrem meum, & dicam. Pater peccaui*, &c. vbi ponitur restitutio omnium gratiarum: nam per stolam primam, est restitutio innocentiæ: Per calceamenta affectus iustitiæ: per annulum reconciliatio amicitiæ. Per vitulum saginatum, digna susceptio sacramenti Eucharistiæ; Rogemus ergo Dominum, Amen.

Confessione in gratiam reuertitur.

DOMINICA TERTIA IN Quadragesima.

Quomodo acies debent ordinari.

Sermo XIX.

Erat Iesus eiiciens dæmonium, &c. Luc. 12. Inter omnia necessaria duci, illi est scire acies ordinare: ideo de ipsis aciebus proposui hodie prædicare: Attendite.

Pro hoc sciendum est: quod antiqui Duces belli, cum ducebant exercitum, diuertebant in aliquo campo, & suos milites ordinabant, ac si instaret bellum, vt ipsi postmodum, tempore opportuno, scirent ordinem standi, & pugnandi: fiebant autem acies quinque modis, sicut necessitas suadebat. Primo erat in figura rotunda: secundo erat cuneus: tertio erat forfex: quarto erat serra: quinto erat globus.

Acies quinque modis fieri potest.

Primo erant in figura rotunda bene condensati: hoc autem faciebant, quando propter paucitatem pugnare non poterant: vnde per illum modum ordinabant se, ne ab hostibus possent separari ab inuicem, vel frangi: & modo dicitur, & dicebatur talis forma, nodus: quia propter difficultatem vix poterat solui, ita erant bene condensi, & resistentes, non autem ipsi pugnabant: sed pugnantibus resistebant.

Secundo erat cuneus: quando ipsi milites, inimicorum aciem frangere volebant, vnde ordinabatur ex delectissimis militibus acies, quæ in principio erat angusta: Deinde paulatim ampla: dicebatur cuneus: quia in vnum, omnes coniunguntur, vel quia ad modum cunei aciem scindebant.

Tertio erat forfex: quando hostes nolebant diuidere, sed concludere: vnde eligebantur fortissimi milites, & ordinabantur in modum forficis, & quando hostis percutiebat, isti se aperiebant, & hostem in se recipiebant, & recludebant: fit autem hæc acies aliquando modo triangulari, & quando hostis percutit in vno triangulo: se aperit, & clauditur, & vocatur forfex propter similitudinem, quam habet cum illo instrumento: quia sicut forfices aperiuntur, & claudntur, & quod clauditur scinditur. Ita hi milites recipiendo hostes se aperiunt, & claudunt: & quod inducitur, sine venia, & pietate perdunt.

Quarto serra: quando enim vtraque pars communi concordia, & pari pacto publicè & ordinatè ad inuicem præliantur: ordinabant se milites, & pedites in locum secundum numerum ipsorum, & stabant ante frontem inimicorum: & vocabatur acies ista, serra: quia in modum serræ erat.

Quinto erat globus, quando milites abundabant, eligebantur aliqui. Ex quibus vna acies ab aliis separata fiebat, quæ in ipso prælio, inordinatè inimicorum aciem molestabat. Hæc per campum discurrebat, & vbi necessarium erat, illuc diuertebant.

Christus Dominus pugnare & vincere docuit quinque modis.

Spiritualiter loquendo: istæ quinque formæ præliantium acierum, quinque numeros significat spiritualium bellatorum: quia in spirituali pugna, omnibus suis modis pugnauit Christus & vicit: Ac per hæc nos pugnare, & vincere docuit.

Primo cum constantia, secundo cum sapientia, tertio

Digitized by Google

cum iustitia, quarto cum potentia, quinto cum prouidentia.

Primo pugnauit cum constantia.

Primo ergo pugnatur cum resistentia, siue constantia: quando tentationibus non consentit, & iste modus assimilatur nodo: quia sicut illo nodo milites nihil aliud agunt, nisi quod se defendunt: sic Christus non consentiendo diaboli tentationibus, nil aliud egit, quàm quòd se ostendit inuisibilem: sicut fuit in deserto post ieiunium: vbi Christus permisit se tentari, sed non superari: Cuius exemplo docemur non frangi aduersitatibus, non consentire suggestionibus, & tentationibus non assentire: Exemplum autem huius constantiæ habemus 2. Machab. 8. de septem fratribus: vbi dicitur. *Post hæc tertius illuditur, & linguam postulanti citò protulit, & manus constanter extendit*: Et infra his verbis *constanter effecti, pro patriis legibus mori voluerunt.*

2. Mach. 8.

Secundo pugnauit cum sapientia.

Secundò pugnauit cum sapientia: quando mundi gloriam non quæsiuit, & modus iste assimilatur fortici: quia sicut illo modo milites suscipiunt inimicorum aciem, & eam concludendo interimunt, similiter hic quando de bono quod agitur, laus humana, non cupitur: immo quod plus est, ipsa oblata despicitur: isto modo pugnauit Christus in patibulo crucis: vnde dicitur Hebr. 15. *Qui proposito sibi gaudio vel gloria, sustinuit crucem, confusione contempta*: Et verè tunc sapienter egit: quando diabolum bene concluſit. Nam diuinitatem in humanitate abscondit, quam diabolus non cognoscens, ipsum aggredi non timuit: sed ibi mortem suam inuenit: vbi alterius vitam auferre credidit: fit captiuus eius, quem suam prædam esse ferebat: huius figura habetur, Exod. 4. vbi legitur, quod Pharao, vsque ad mare rubrum persequitur Israel. Sed in ipso mari Pharao summergitur, & Israel liberatur: Pharao dici potest, qui Christum vsque ad mare rubrum, scilicet vsque ad mortem, & crucem persequitur, sed in ipso maris transitu, diabolus summergitur: quia in morte Christi ipse deuincitur, Christus autem liberatur: quia tertia die resurrexit à mortuis.

Hebr. 15.

Exod. 4.

Tertio pugnauit cum iustitia.

Tertiò pugnauit cum iustitia, quando suum populum de captiuitate liberauit, & iste fuit modus ferræ: quia sicut nisi nulla fraude, nulla proditione facta: pars quælibet stat manifesta, & illa quæ vincit, iustè victoriam obtinuit: sic hoc modo pugnauit in verbo: vbi aduenies, non se occultauit, sicut in cruce: Immo ostendit se esse quod erat, & de eo interrogantibus vera respondere fecerat per Prophetam, cum dictum est: *quis est iste Rex gloriæ? Respondit, Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio*: tunc iustè, quod suum erat reaccepit, & ipsum diabolum religauit. Hoc dixit Psal. *Fecisti iudicium meum, & causam meam, sedens super thronum, qui iudicas iustitiam*: quod etiam fuit figuratum in Dauid, 1. Reg. De quo ibi legitur, *quòd persecutus est Amalechites, qui abstulerant sibi vxores, & filios: vnde transiens flumen inuenit discumbentes, & lætantes super prædam; at ipse commisso prælio, pugnauit à vespere, vsque ad vesperum alterum alterius diei, & interfecit eos, & prædam accepit: Nihilque quod suum erat perdidit*: Dauid est Christus, qui insequitur Amalech, id est diabolum: qui suos fideles acceperat: sed transacto flumine mortis inuenit in campo, scilicet inferni: vbi ipsum, & suos lætantes, commisso bello iustitiæ, eos vicit, & suam prædam accepit: quia sanctos Patres liberauit: nihilque perdidit: quia nullum suum fidelè ibi dimisit.

Psalm.

Psalm.

1. Reg. 30.

Quarto pugnauit cum potentia.

Quartò pugnauit cum potentia: quando potenter vndique expulit aduersarium, & similatur iste modus cuneo: quia sicut ille miles audacter in hostem prosiluit: sic ipse potenter diabolum expugnauit: & hoc modo expugnauit post ascensionem, quando dato Spiritu sancto, discipulos tanquàm probos milites, per totum mundum misit, & diabolum expulit: & suam fidem introduxit: hoc fuit figuratum in Ios. qui de terra promissionis alienum populum expulit: sic Christus de mundo membra inimici abiecit, & suam gentem introduxit: Et sicut ille cum duodecim tribubus hæc fecit: sic Christus cum duodecim Apostolis, hæc obtinuit: vnde in Psal. dicitur. *Eiecisti gentes*, &c.

Psalm.

Quinto pugnauit cum prudentia.

Quinto pugnauit cum prouidentia, quando totum mundum regit: & assimilatur globo, quia sicut milites illi vbicunque vident necessarium, illuc diuertunt: sic Christus vbicunque est opportunum, illuc succurrit: & hoc modo pugnat quotidie pro nobis in mundo: quando à tentationibus diaboli defendit, & sibi resistendi nobis gratiam tribuit, Sapient. 12. *Non est alius Deus quam tu*: quia tibi cura est de omnibus, & 1. Pet. 5. *Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis*: vnde dixit Hierem. 4. *Deus noster pugnat pro nobis, & nos ipsi faciemus opus.*

Sap. 12.

1. Petr. 5.

Ierem. 4.

Et sic patet quomodo Christus pugnauit constanter, sapienter, æquiter, fortiter, & prouidenter: constanter, dum vixit in mundo: sapienter, quia obiit in patibulo: æquiter, quoniam descendit in limbum: fortiter postquàm ascendit in cœlum: prudenter, siue prouidenter dum quotidie conseruat vniuersum.

Hæc omnia ostenduntur in Euangel. hodierno: Primo ponitur quomodo constanter, *erat Iesus eiiciens dæmonium*, &c. secundo sapienter: *cum vidit eorum cogitationes*, ait: *omne regnum*, &c. tertio æquiter, cum ait: *si in digito Dei eiicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei*: quarto quomodo fortiter, cum ait: *cum fortis armatus custodit atrium suum*, &c. quinto quomodo prudenter assiduè pugnat: cum dicitur: *Adhuc eo loquente, mulier extollens vocem.*

Dæmonis potestas.

Circa primum, erat Iesus eiiciens dæmonium: Nam in hoc verbo: Erat, notatur constantia: quia est verbum substantiuum, & quantum profuit nobis sua constantia, patet: quia dæmon fecerat nos cæcos ad credendum: surdos ad audiendum, & obediendum: mutos ad laudandum, & suos seruos ad possidendum: sed veniens Christus pro nobis constanter pugnans, de seruis fecit liberos: cum eiecisset dæmonium: De inobedientibus subiectos, cum reddidit auditum: De mutis laudatores: quia locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ.

Sequitur secundum, *Iesu vt cognouit cogitationes eorum*: Nam magnæ sapientiæ est cognoscere cogitationes: & cordi, & non voci respondere.

Digitus Dei Spiritus sanctus.

Sequitur tertium, *si in digito Dei eiicio dæmonia*: Per digitum Dei intelligitur Spiritus sanctus: quia sicut in digito maior distinctio apparet, quàm in alio membro: ita secundum Spiritum sanctum, est donorum diuisio: Eiicit ergo in digito Dei, & propter hoc cum iustitia iuxta illud Isai. 13. *Ponam super eum spiritum meum, & iudicium proferet.*

Isaiæ 13.

Sequitur quartum, *cum fortis armatus*: Fortem armatum vocat diabolum cuius arma sunt peccata, & cuius atrium orbis terrarum: sed Christus fortior eo, arma eius abstulit, cum peccatores ad fidem conuertit, & spolia tulit: cum animas de eius manibus liberauit: vnde subdit, quàm vtile sit ipsum sequi, & damnosum sibi non credere, cum dicit: *qui non est mecum contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit*: quia non est cum Christo, ideo damnatus: & qui cum Christo non colligit bona merita congregando: spargit, quia in vanum, & frustra laborat: sed quia non sufficit bona incipere, nisi vsque ad finem perseueratur: ideo dicit, quam malum sit, peccatum iterare: cum ait, cum immundus spiritus, &c.

Sine Christi gratia nihil possumus.

Sequitur quintum, *adhuc eo loquente, mulier extollens vocem de turba dixit*: *Beatus venter*, &c. *Beati, qui audiunt*, &c. magna est prudentia, & prouidentia, quia solum suam doctrinam facere, & custodire est beatum esse: Hoc nobis ipse concedat: qui est benedictus in sæcula, Amen.

FERIA

Digitized by Google

FERIA SECVNDA POST III. Dominicam in Quadrageſima.

De armis pugnatorum.

Sermo XX.

Luc.4. *Quanta audiuimus à te facta in Capharnaum*, &c. Luc. 4. Quia adhuc ſingularis mentio de armis facta non fuit: ideo de eis rationandum eſt. Attendite.

Arma defenſiua ſiue offenſiua. Vbi ſcire debetis, quod armorum genera, tam equitum, quàm peditum, quamuis ſint diuerſa, ad duo tamen genera reducuntur: ſicut dicit Iſidor. 18. lib. Etymolog. Primo ſunt defenſiua, ſecundo offenſiua.

Cain quibus armis fratrem interemit. Primo arma offenſiua, quibus nocemus aliis, vt ſunt cultelli, lanceæ, & his ſimilia, quæ omnia offenſiua dicuntur, etiam lapides, & ligneæ clauæ: vnde Cain: non gladio neque lancea, quia nondum fuerant adinuenta: ſed ligno, vel lapidibus eum interemit.

Secundò defenſiua, quibus nos ipſos defendimus, & tegimus, vt ſunt galeæ, ſcuta, loricæ, & his ſimilia. Nam ſicut ſine aliquo homo non poteſt offendere: quia non habet dentes, vel cornua, vel vngulas ſicut alia animalia: Ita cum aliquo alio oportet ſe defendere: vnde narrat Frontinus, quod parato pugnare volens, ſcuto carens, quod eſt defenſiuum vimines accepit, & de eis ſcutum fecit, quod corio cooperuit. De Hercule legitur, qui pugnaturus cum ſerpente, leonem prius interfecit: quia ipſe nudus erat: leonis corio ad vnum brachium inuoluto, altera manu claua lignea præmunitus, ad tam terribile bellum iuit, & vicit.

Arma offenſiua opera virtuoſa. Spiritualiter loquendo, per arma offenſiua intelliguntur opera virtuoſa, & per defenſiua Eccleſiaſtica ſacramenta.

1.Cor.10. Primò arma offenſiua ſunt opera virtuoſa, quia vt dicitur 1. Corinth. 10. *arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia*: vnde Auguſt. in lib. ad Bonifacium comitem, loquens de milite terreno, & ſpirituali, dicit: Miles terrenus, contra hoſtem viſibilem, carnalibus vtitur armis: ſed militis ſpiritualis, eſt aduerſus diabolum colluctatio cum armis ſpiritualibus, ille contra inimicum ſuum lanceas, & ſagittas emittit: iſte verò contra ſuum inimicum humilitatem, & ſalubria verba dirigit; & quia inter cætera opera humilitatis, & ſalutis verba, eſt oratio: Ideo ſolum de ipſa oratione, tanquàm de offenſiuo munimine dicam, de qua Matth. 9.

Matth.9. 2.Mach.5. dixit Dominus, *hoc genus dæmoniorum non expellitur, niſi in oratione*, in figura huius legitur. 2. Mach. 5. *Exclamauerunt*, ſcilicet *in oratione*, & *fugauerunt caſtra Timothei*, id eſt diaboli, & propter hoc etiam legitur

Exod.15. Exod. 15. quod pugnaturus Ioſue contra Amalech, *Aſcendit Moyſes in montem: & ſicut ipſe eleuabat manus, ita vincebat Ioſue: ſtatim autem quod manus declinaſſet, Mox præualebat Amalech.* Hoc ſignificatur, quòd oratio Moyſi vincere faciebat; de quo dicit Chryſoſt. quia

Vis orationis. aſcendit Moyſes in montem, non armis, ſed precibus pugnaturus, & infra perſeuerante prece perſeuerans victoria roborabatur, vbi multa dicit, hic adaptabilia, vide Sermonem Sancti Ioannis Chryſoſt. in Dominica tertia Quadrageſimæ; Exemplum autem ſatis mirum, & pulchrum de virtute orationis, habetur in Vitis Patrum, vbi legitur, quod quidam Sanctus monachus, nomine Thima, quod Abbas erat monaſterij ciuitatis Romæ; Hic habuit fratrem, Ima nomine, qui miles erat, & in illo bello in quo Rex Eltrunus mortuus eſt, iſte ad mortem vulneratus eſt, qui cùm die, & nocte inter occiſorum corpora iacuiſſet, tandem reſumpto ſpiritu reſurrexit, & ſua vulnera, vt potuit alligauit: qui captus ab hoſtibus exercitus ad comitem Eldiredi Regis ductus; Interrogatuſque negauit ſe militem eſſe, ſin-

gens ſe de ruſticorum numero, portantium victualia pro exercitu, quem comes ille curari fecit, ſed ne fugeret, ligari fecit; Mox autem vt ligabatur ſoluebatur, *Mira virtus orationis.* frater enim ſuus, qui inuenerat vnum corpus ſuo ſimile, quòd ſepeliri fecit, credebat penitus ipſum mortuum eſſe, qui omni die pro eo Miſſas, & orationes dicebat, & propter orationes eius ligari non poterat, interrogatur à comite, ſi verba diceret, vel ſcripta haberet, quòd ligari non poterat; Reſpondit ſe nihil horum facere, ſolùm autem inquiens habeo fratrem monachum, qui me credit mortuum, & ideò pro me orat; credo quòd ſua oratio, me ligari non ſinat, tunc comes ſecreto eum interrogans, promiſit ſe nihil mali facturum, & diceret quis eſſet: Ille autem ſe fuiſſe miniſtrum, & militem, interpretis Regis, qui comes, per verba tua, & mores, ſemper credidi te eſſe nobilem: tu autem dignus es morte, quia in ipſo prælio omnes fratres mei, & cognati mortui ſunt; quia verò promiſi, non te interficiam; vendidit eum in Lundonia, cuidam Freſoni, qui nec ab illo ligari potuit: tunc ille iuramento accepto, vt rediret, dimiſit eum, vt pretium quo ſe redimeret apportaret, qui veniens ad quendam cui ſeruierat, poſtulauit ſubſidium, quo accepto reuertitur, ſicut promiſerat: & ſe redimens ad propriam reuerſus, narrauit fratri ſuo omnia, quæ acciderant ſibi, & cognouit frater eo reuelante, quòd maxime illa hora ſoluebantur vincula, quando orationem faciebat.

Arma defenſiua ſunt Sacramenta. Epheſ.6. Secundò, arma defenſiua, ſunt ſacramenta, de quibus ait Apoſtolus Epheſ. 6. *Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malâ*; ſed de his ſacramentis omnibus non dicam: ſed ſolum de duobus, de Baptiſmo, & Euchariſtia: De Euchariſtia verò, quomodo ſit

Dan. 6. defenſiua, patet Danielis 6. vbi in figura ſcribitur, quòd Daniel in lacu, vbi erant ſeptem leones mittitur: Angelus autem Domini, tulit Abacuc, qui prandium fecerat meſſoribus, & portauit eum in Babylonem ad Danielem, qui prandio paſtus ſuſtentatur, & à leonibus non deuoratur: Daniel quilibet fidelis dici poteſt, qui eſt in Babylone, id eſt in hoc mundo, & lacu, id eſt corpore, vbi ſunt ſeptem leones, ſcilicet ſeptem vitia mortalia: ſed Chriſtus qui prandium dat *Euchariſtiæ virtus.* meſſoribus, id eſt Sanctis, qui cum exultatione recolligunt, quod cum dolore ſeminauerunt, apportant nobis prædictum cibum: iuxta illud: *Panem Angelorum manducauit homo*, quo cibo confortati, in virtute eius viuimus, & ab omni vitio illæſi manemus: Bene ergo dicit Pſalm. *Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus omnes qui tribulant me.*

Pſalm. *Pſalm.*

De ſecundo, id eſt de Baptiſmo in figura ſcribitur Num. 19. vbi dicitur, *quòd quicunque tangebat morticinium aliquod, & aqua expiationis non lauabatur, peribat anima eius de populo ſuo*: Aqua iſta; Baptiſmum figurabat, de qua lauari debebat, quicunque morticinium tangebat, id eſt omnis anima in corpore mortali degens: tunc enim poteſt dici, quòd homo morticinium tangat, quando anima in mortali corpore venit à Deo creata: & ideo ſi non lauatur iſta aqua, perit, & damnatur: quia niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei, Ioan. 3. & *Ioan.3.* ſic patent ſpiritualia arma, quæ inter cætera ſunt, Oratio, Baptiſmus, & Euchariſtia.

Num.19. *Baptiſmi neceſſitas.*

Hæc tria commendantur ab ore Chriſti, in hodierno Euangel. Nam cum Phariſæi peterent, cur in patria propria non faceret miracula, ſicut in aliena: reſpondit, quia *nemo Propheta eſt acceptus in patria ſua*: deinde deſcendit ad tria prædicta.

Primò de oratione, quando mentionem facit de fame, quæ erat ſuper terram, &c. nam oratione Heliæ, Non pluit tanto tempore, de quo dicitur Iacob. 5. Helias homo erat, qui orauit, & non pluit *Iacob.5.* annis tribus, & menſibus ſex. Magna eſt ergo vir- *Vis orationis.* tus orationis, quando cum ea cœlum clauditur, & aperitur.

Digitized by Google

Secundò de Eucharistia, quando mentionem facit de vidua, quæ erat in Sarepta Sidoniorum. Nam vt narratur 3. Reg. 29. *vidua illa colligebat duo ligna, vt faceret panem pro se, & pro suo filio*; Hæc mulier est ecclesia, quæ ante Aduentum Christi erat vidua; & extra ciuitatis portam erat expulsa: sed veniens Christus collegit duo ligna, quæ sunt duæ partes crucis, scilicet stipes, & tranuersale, quasi duo ligna, in quibus igne passionis fuit decoctus ille panis, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. 3. Reg. 29.

Tertiò de Baptismo; In Naaman Syro, qui lauit septies in Iordane, & mundatus est à lepra. Hæc lotio Baptismum significat, qui ab omni culpæ macula mundat, sed septies debet fieri ad destruendum septem vitia capitalia; & sic patet sensus Euangelij. Quia tunc Pharisæi habebant odio veritatem, Christum voluerunt de monte præcipitare, qui ab eis, ipso nolente, non potuit offendi: sed transiens per medium illorum ibat. Rogemus ergo ipsum, &c. vt maneat nobiscum, &c.

FERIA TERTIA POST III. Dominicam Quadragesimæ.

Quomodo deuictos hostes debemus consumere, & in potestate nostra submittere.

Sermo XXI.

Matth. 18. *Respiciens Iesus in discipulos*, &c. Matth. 18. Satis vsque hodie diximus de præliis, quomodo committantur, & quando fiant: hodie prædicabo, quomodo post victoriam hostes debent consumi, seu hostium reliquiæ, in potestatem subiici; Attendite.

Quomodo cum deuictis hostibus nos debemus habere.

Ad hoc faciendum, tria possumus dicere, quæ sunt facienda. Primum non eos ad desperationem inducere; secundò proprium exercitum in vnione seruare; tertiò cum ipsis hostibus vti liberalitate.

Primò non debet eos ad desperationem inducere: Nam homo desperatus, pro modico ducens vitam; acrius se morti opponit, & robustius se defendit. Inducitur autem ad desperationem, quando via euadendi sibi occluditur: vnde narrat Frontinus quòd Pirrus, Epirotarum Rex: cum ciuitatem quandam cœpisset, clausisque portis; ex vltima necessitate, dimicantes fortius inclusos, euertisset locum, illis fugam dedit, & facilius ciuitatem obtinuit, idem dicit, quod Themistocles, victo Xerse, volentes sui milites pontem rumpere; vnde poterant fugere prohibuit dicens: Melius esse, eum de Europa expelli; quàm cogi ex desperatione pugnare; Misit etiam aliquos, qui sibi dicerent, in quo periculo erant, nisi fugam maturaret; Dicit etiam, quòd Agesilaus Lacedæmonius aduersus Thebanos, cum eos expugnaret intellexit, quòd quia totaliter clausi erant, ex desperatione fortius dimicabant; vnde aperta Thebanis ad euadendum via. Rursus versus fugientes contraxit aciem, & sine suorum iactura occidit aduersos.

Secundò debet proprium exercitum in vnitate seruare, non spargere, sicut multi improuidi Capitanei facere consueuerunt, qui statim habita victoria resoluuntur lætitia, deserunt castrorum custodiam, & non intendunt, nisi ad prædam; & rationabiliter debent culpari cum non modicum periculum inde consueuit oriri: vnde refert Frontinus, quòd Vontodius victus à Parthis, se abscondens, cognouit eos alacres esse propter successum victoriæ, at ipse dissimulatione motus, se continet, & per insuspecta loca inopinatè aggreditur eos, quos reperiens, securitate resolutos, & non se custodientes, vicit, & ipsorum prouinciam Labienum, scilicet, obtinuit.

Tertiò debet cum ipsis hostibus liberalitate vti, & non nimis contra eos crudelis existere: vnde narrat Valerius in 5. lib. quòd Rex Armeniæ, nomine Tigranes, cum multo tempore populo Romano fuisset infestus, tandem bello victus, à consule Pompeio, productusque coram ipso: Non passus est eum in terra iacere, sed leuans eum, Dextera coronam suo capiti reposuit, & in pristinum statum restituit; æquum, & pulchrum iudicans conuincere reges, & facere, & propter hoc totam Armeniam subiecit Romæ.

Quomodo Christianus se gerere debet contra aduersarios.

Hæc tria debet suo modo facere Christianus contra inimicos suos: quia primo non debet eos præcludere, hoc est publicè, & manifestè confundere; secundò vnitè stare, id est à charitate non recedere; tertiò vti liberalitate, id est semper competit parcere.

Prouer. 25.

Primò non debet manifestè confundere: nam cum homo apertè confunditur reprehensione, non ita emendatur: vnde debet reprehensio esse discreta, id est districta, non publica & opprobriosa: vnde Prou. 29. *quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgium cito; Ne postea cum dehoneſtaueris amicum tuum, emendare non possis*: quomodo pulchrè reprehendit quidam Propheta Achab Regem Israel, proponendo sibi similitudinem, per quam cognouit errorem suum. 3. Reg. 20.

Fraterna charitas non deferenda. 1. Ioan. 3.

Secundò, seruare debet vnitatem, id est à charitate non recedere: statim enim cum fraterna charitas deseritur, à Deo receditur 1. Ioan. 3. *Qui non habet charitatem, ex Deo non est*: vnde Moyses à charitate recedere nolens, Deo pro populo orans, dixit: *Aut dimitte eis noxam hanc, aut dele me de libro quem scripsisti*, magna dilectio fuit petere amissionem diuinæ gloriæ pro populi dilectione.

Inimicis parendum.

Tertiò debet semper parcere: quia sicut parcimus inimicis nostris, ita Deus parcet nobis: vnde August. super illud: Dimitte nobis debita nostra, sicut &c. Dicit, sic inquit, in nobis debita dimitti postulamus, secundum quòd, & ipsi debitoribus nostris dimittimus, scientes impetrari non posse, quod pro peccatis petimus, Nisi & ipsi erga peccatores nostros pia fecerimus; Ideo ipse Saluator dixit: In qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis: Exemplum huius dilectionis, & peccatorum remissionis habetur Act. 7. in Beato Stephano: Qui pro suis orans lapidatoribus dixit: *Ne statuas illis hoc peccatum*, &c. *Actor. 7.*

Hæc tria expresse ponuntur in Euangelio hodierno: in quo primò ponitur, quòd non manifeste reprehendendo debemus hominem confundere, cum dicit: *Si peccauerit in te*, &c. secundo, quòd non debemus à charitate recedere, cum addit: *Amen dico vobis, si duo ex vobis consenserint*: tertiò, quòd debemus parcere, & dimittere, cum additur dixit ei Simon Petrus, *quoties peccabit, & ego dimittam*, &c.

Proximi confusio non quærenda.

De primò si peccauerit, vade *& corripe inter te, & ipsum solum*: Noluit proximi confusionem, quia cum sit inter te, & peccantem solum: nulla est confusio.

De secundò cum dicit, *si duo ex vobis consenserint*: Non dicit, si vnus ab aliis separatus, & corde diuisus, sed duo, vel tres: Ad demonstrandum, quòd in charitate (quæ minus, quàm inter duos haberi, non potest) viuere debemus, & quod petimus (sic faciendo) obtinebimus: Ponitur in parte ista de authoritate sacerdotum, cum dicitur: *Quodcunque ligaueritis*, &c. Hoc fortè pro tanto hic ponitur: quia si vnitas, & concordia in omnibus debet reperiri, maximè in sacerdotibus debet inueniri: Quibus tanta potestas datur in terris, vt cœlum possint aperire.

Vnitas in omnibus sed maxime in sacerdotibus.

De tertio dicit ei Simon: *Domine quoties*, &c. vbi dicit Chrysost. Petrus se magnum dicere putauit: sed quid amator hominum responderit, videamus: *Non* (inquit) *dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies*, &c. sed in literalem intellectum, septuagies septies, id est quadringentis nonaginta vicibus, ac si diceret, vt Hieronymus exponit, Toties fratri tuo peccanti dimittas, quoties ille peccare potest, vel secundum Chryso

Toties condonandum quoties possumus.

Digitized by Google

Chryſoſtom. Per ſeptuagies. Non debemus intelligere numerum determinatum: vt aliquo determinato numero peccatorum remiſſio concludi intelligatur, ſed continuè, & ſemper talis remiſſio fienda ſit, ſignificatur: Rogemus ergo Dominum: vt det nobis hanc charitatem, Amen.

FERIA QVARTA POST III. Dominicam Quadrageſimæ.

Quid agendum eſt poſt victoriam, ne vlterius inſurgat pugna.

Sermo XXII.

Matth. 11. *Accesserunt ad Ieſum*, &c. Matth. 11. Peracta pugna, & obtenta victoria, munienda eſt Reſpublica, ne vlterius propter culpam oriatur diuiſio: Hæc autem munitio principaliter videtur conſiſtere, in bonarum legum inſtitutione, & ipſarum inuiolabili obſeruatione: quandiu populus bonæ legis obſeruator extitit, tunc ad pacem tenendam ſe muniuit: Antiquitus autem fiebant leges ordinantes homines ad tria: primò ad Deum, ſecundo ad proximum, tertiò ad ſeipsũ.

Leges ad quid ordinantur.

Primò ad Deum: Præcipiebatur primo de diuino cultu; quamuis enim pagani verum Deum non cognoſcerent, illos tamen falſos Deos quos colebant, maximè reuerebantur. Nam vt recitat Valerius in 1. lib. Romani, vt ampliarent Deorum cultum, Decem filios maiorum principum de ſenatus conſilio acceperunt, & eos ad percipiendam ſacrorum diſciplinam tradiderunt, vt Deorum cultus non ſolum conſeruaretur, ſed amplificaretur ſacerdotum numero. Narrat alibi, quod ſub Publio Cornelio, & Fabio Pamphilio conſulibus in agro Luci Petilij ſcribæ: ab aratore terræ, Ianculo nomine, repertæ ſunt duæ arcæ lapideæ, in quarum vna ſcriptum erat corpus ibi eſſe Numæ Pompilij; in alia vero libri reconditi: qua aperta, reperti ſunt 7. libri latini de iure pontificum, & cultu Deorum, & totidem libri græci, de diſciplina ſapientiæ, vnde latinos cum ſumma diligentia conſeruauerunt, græcos verò, quia ex aliqua parte ad diſſoluendam religionem Deorum pertinere videbantur, Prætor Vrbanus authoritate ſenatus coram populo cremauit. Nolebant enim aliquam ſcientiam in vrbe doceri, qua animi hominum à Deorum cultu poſſent reuocari. Ita quod ſcientiam, Dei cultui poſtponebant. Vtinam hodie pro vno vero Deo, homines ſimiliter facerent.

Etiam pagani religiosè ſuos Deos colebant.

Scientia Dei cultui poſtponenda.

Secundo præcipiebatur de dilectione ad proximum, omnes enim vnanimes debebant viuere, & vnus alteri ſubuenire: maxime parentibus. Vnde refert Valer. 2. lib. Quòd Athenis erat ſtatutum, vt ingratus filius hæreditatis iure priuaretur. Ponit etiam in 5. lib. pulchrum exemplum. Narrat enim, quòd Romæ, quædam mulier, capitali crimine damnata per prætorem apud tribunal ſuum: qui tradidit necandam in carcere: qua accepta qui cuſtodiæ carceris præerat, miſericordia motus, non ſtatim ſtrangulauit eam: volebat enim fame mori: qui aditum præbuit filiæ eius ad eam, & prius diligentiſſimè perſcrutabatur ipſam, an aliquid victus referret; Poſt plures autem dies, cœpit intra ſe quærere, & dubitare quomodo per tantum tempus mulier illa inedia non erat conſumpta, quid nam eſſet, quod ſuſtentabatur non cibata, ignorabant enim vnde caperet cibum: vnde cœpit, & interrogauit filiam, & aduertit, quod illa ſuo vbere famem matris, lactis ſubſidio leniebat, quo modo tam admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo ad triumuirum, & à triumuiro ad Prætorem, & à Prætore ad Senatum prolata: Remiſſionem pœnæ mulieri impetrauit. Nam inaudita nouitas, animos hominum inclinauit ad veniam.

Mira filia in matrem charitas.

Tertiò præcipiebatur: de modo viuendi quoad ſeipſum. Nam qui ſeipſum bene non regit, malè cum familia, & ciuibus viuit. Vnde antiquitus fiebant leges, qualiter homo viuere deberet. Recitat enim Valerius lib. 2. quod antiqui in cibis erant temperati. Et luxurioſas epulas, vinique abundantiam immoderatum veneris vſum, tanquam ſanitati corporis inimica, maxime fugiebant: ibi etiam dicit, quod vini vſus omnibus Romanis fœminis ignotus fuit, ne in aliquod dedecus prolaberentur.

Vini vſus Romanis mulieribus ignotus.

Spiritualiter loquendo. Hæc tria ſimiliter debet obſeruare quilibet Chriſtianus: quia circa Deum humilitatis obedientiam, circa parentes pietatis clementiam, circa ſeipſum puritatis munditiam.

Primò circa Deum humilitatis obedientiam, eius mandata obſeruando: & ratio poteſt eſſe triplex; prima propter vniuerſalem dignitatem: quia licet ſint multi domini per participationem, eſſentialiter tamen non eſt niſi vnus Dominus Dominorum, Sap. 1. *Audite, qui continetis multitudinem in populis. Quoniam data eſt vobis poteſtas à Domino, & virtus ab altiſſimo*: quia igitur eſt vniuerſaliter Dominus omnium, ſibi in omnibus obedire debemus: ſecunda propter promiſſorum dignitatem: quia maius præmium nobis promittit. Nam Mahometus, promiſit Saracenis flumen lactis, & mellis, ſi ſibi obedirent: in veteri teſtamento Deus promiſit terram promiſſionis & bona temporalia, ſed nobis in nouo teſtamento Deus promittit Angelorum gloriam. *Eritis*, inquit, *ſicut Angeli Dei in cœlo.* Igitur propter maius promiſsũ magis ſibi debemus obedire: tertio propter beneficiorum largitatem: quia multa immo omnia, quæ habemus bona, ſunt ab eo, Actor. 18. in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus: Et Iacob. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum*: propter hæc omnia tenemur Deo obedire.

Cur Deo obedientia debetur.

Sapient. 1.

Iacob. 1.

Secundò circa parentes pietatis clementiam. Et hoc ſimiliter propter tria: primo vt legem impleamus. Nam ille qui diligit proximum, legem impleuit: multo magis ille qui parentes diligit: ſecundo vt beneficium temporale acquiramus, Vnde Deuteron. 6. dicitur. *Honora patrem tuum*, &c. *vt ſis longæuus ſuper terram*: longitudo dierum, maximum eſt temporale bonum: tertio, ne ingratitudinis vitium incurramus. Nam ſi ille eſt ingratus, qui parua beneficia non recognoſcit, multo magis ille qui maxima: ſed paterna beneficia ſunt incomparabilia: & ſecundum Philoph. ſententiam, nunquàm poteſt reddi æquiualens. Ergo filius non recognoſcens, eſt maximè ingratus. Propter hæc tria, pietatem parentibus impendere debemus.

In parentes ſimus pij.

Deut. 6.

Parentibus æquiualens non poſſumus reddere.

Tertiò circa nos puritatis munditia. Nam homo tenetur ſeipſum facere bonum, quod bonum conſiſtit in puritate, & munditia cordis, vt non cogitet niſi bonum, quia *peruerſæ cogitationes ſeparant animam à Deo.* Sapien. 1. Secundo conſiſtit in puritate, & munditia oris: *quia corrumpunt bonos mores colloquia mala.* 1. Cor. 15. Tertio conſiſtit in puritate, & munditia operis, vt non operemur niſi bonum: quia qui mala egerunt, ibunt in ignem æternum, qui vero bona in vitam æternam. Athanaſius in ſymbolo.

Sapient. 1.

1. Corint. 15.

Patet ergo, quomodo homo debet eſſe ordinatus ad Deum per obedientiam, ad proximum per clementiam, ad ſeipſum per munditiam. Hæc tria notantur in Euangelio.

Primò primum. Nam cum Scribæ, & Phariſæi dixerunt ad Ieſum. *Quare diſcipuli tui tranſgr. tradit.* &c. *Reſpondit: & vos, quare tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram?* Ecce apertè patet, quod magis Deo, quam hominibus tenemur obedire, & plus eſt reprehenſibile ſibi non obedire, quàm alteri.

Secundò ſecundum, cum dicit. Nam Deus dixit. *Honora patrem tuum*, &c. Iſte honor vt dicit Hieron. non tantum conſiſtit in ſalutationibus, & extrinſecis

Honor patris in quo conſiſtit.

Digitized by Google

honoribus, sed in munerum oblationibus, & subuentionibus. Et quia isti hunc honorem non faciebant parentibus reprehendūtur. Dicebant enim Pharisæi, quod illa quæ filij debebant parentibus, offerrēt Deo, qui erat verus pater. Et quia oblatio Dei debet præponi parentum muneribus, sub pietatis specie, impietatem docebant. Et parentes, quæ Deo consecrata, & oblata cernebant, ne sacrilegij crimen incurrerent, declinantes, egestate conficiebantur: & ita fiebat, vt oblatio filiorum, sub occasione templi, & Dei in sacerdotū lucra cederet, vel potest aliter exponi. Munus quodcunque ex me est, & mihi & sibi proderit, vt dicit Hier. Quia dicebant Pharisæi filiis, ita dicatis parentibus vestris. Quodcunque donum oblaturus eram Deo, in tuos consumo cibos, tibique prodest, ô pater, & mater, vt illi timentes accipere, quod videbant mancipatum Deo, magis vellent inopem vitam ducere, quàm de consecratis comedere. Ambæ tamen expositiones hæ sunt. Hier. in Homil. Patet ergo: quomodo isti reprehenduntur, qui pietatem, & clementiam, circa parentes non habebant.

Tertiò ponitur tertium, scilicet de munditia, & puritate, quam homo debet in se seruare, cum ait: *Non omne quod intrat in os coinquinat hominem*, &c. Tota pars ista tendit in vnam sententiam, scilicet puritas, & munditia, & sanctitas hominis non est in parcitate ciborum, sed in cogitationibus bonis, & locutionibus veris, & in operibus iustis. Vnde dicit quod *cogitationes malæ, blasphemiæ, furta, adulteria, & homicidia, ista sunt, quæ coinquinant hominem*, id est faciunt eum malum, & peccatorem, cogitationes, dicit propter cor, Blasphemiæ, propter os, & furta propter opera. Rogemus ergo Dominum, vt sic simus ordinati ad Deum, proximum, & nos ipsos, vt digni simus vita æterna, Amen.

In quo vera sanctitas consistit.

FERIA QVARTA POST III. Dominicam Quadragesimæ.

Quales debent esse ciues, ne expugnabiles reddantur.

Sermo XXIII.

Luc. 4. *Vrgens Iesus de synagoga, venit in domum Simonis*, &c. Luc. 4. Satis diximus de bello campestri. A modo dicamus de obsidionibus, quomodo scilicet obsidentur ciuitates, & castra. Et quomodo etiam defenduntur: multa tamen supra diximus de ipsis bellatoribus, quæ hic possent adaptari: sed non intendimus illa replicare, sed solum aliqua ponere, quæ faciunt ad præsentem materiam.

Quinque sunt quæ inexpugnabiles reddunt bellatores.

Et primo de ciuibus, quales debent esse ciues, vt inexpugnabiles existant, etiam præter ea, quæ dicta sunt supra, Quinque conditiones assignare possumus, quæ eos inexpugnabiles reddunt, scilicet humilitas, liberalitas, benignitas, æquitas, & veritas. Quodlibet istorum est necessarium.

Primo humilitas.

Vbi multitudo dominorum ibi confusio.

1. Mach. 1.

Primò humilitas, ne vnus alteri præesse velit: statim enim cum volunt omnes fieri Domini, difficile est, quod possint resistere: quia vbi multitudo dominorum ibi confusio: oportet ergo, quod omnes obediant vni, & vnus non velit præesse alteri. Nam vt Homerus videtur dicere, destructio Troiæ fuit superbia ciuium. Et teste Lucano: desolatio Romanorum, fuit pluralitas dominorum. Similiter legitur. 1. Mac. 1. Quòd post mortem Alexandri, qui erat Dominus vnus omnium, multi posuerunt sibi diademata. Ideo multiplicata sunt mala in terra: quare hodie desolatur Italia, nisi quia, vnus ciuis tyrannus efficitur, & contra alium dominium exercet. Nulla ciuitas est ita magna, habens multos dominos, quæ non sit destructa.

Secundò liberalitas.

Secundò liberalitas, ne cupiditati, & auaritiæ intendant. Nam hoc modo fiunt proditiones: quia ciues cupidi, & auari, præponētes bonum priuatum bono communi, corrumpuntur pretio, & pecunia: vnde narrat Frontinus, quod Annibal apud Areto, quæ præsidio Romanorum, Duci Iulio tenebatur, Eonium quendam Tarentinum, ad proditionem pecunia corrupit: hic sagacitate vsus, sæpe enim ille extra ciuitatem ibat, sub occasione venandi, qui captam prædam duci portabat. Et cum sæpius hoc faceret, & ideo non obseruaretur, quadam nocte Annibal venatorum habitu suos milites cum comitibus illius commiscuit, qui cum onusti venatione referti essent: & non suspecti à custodibus intromissi, protinus ipsos custodes interfecerunt, & porta fracta admissus Annibal cum toto exercitu, omnes Romanos interfecit, præter eos, qui ad arcem fugerunt: Lisimacus, (vt ipse author refert) Rex Macedonum cum expugnaret Ephesios, & illi in auxilio habebant quendam Archiperatam nomine Andronem: quem Lisimachus pecunia corrupit. Et ipse fortissimos Macedonum in sua naui manibus ligauit, & quasi captiuos hostes Ephesum portauit, qui est gaudio receptus, acceptis ex arce armis cum illis captiuis vrbem Lisimacho tradidit.

Tertiò benignitas.

Tertio benignitas, vt mens alteri subueniat, & non immisericordes inter se existant: Nihil sic ciues in amore copulat, sicut si diues pauperi, & sanus debili subueniat: Nam in necessitate omnia debent esse communia, & impium multum est, nobilem abundare de publico, vbi plebeius fame deficit fatigatus: vnde de quodam consule Romano, qui vocabatur Gunnus, recitat Frontinus, quòd ipse pugnauit contra Fabinos, vel Sabinos, & vicit eos, qui post victoriam parari prandium fecit, & comestibilia omnibus diuisit, & æqualem portionem cum omnibus accepit dicens, sibi tantum debere sufficere, sicut aliis: At ipso comedente venit quidam miles, qui portionem non receperat, & ipse suam diuisit, & mediam illi dedit: & hoc opus ita clarum fecit, vt semper milites iecū libentissimè militarēt.

Quartò æquitas.

Quartò æquitas, ne iustitia odio vel amore peruertatur: Multum enim iustitia habet conseruare ciuitates, tempore pugnæ, & tempore pacis: vnde apud veteres magna erat obseruatio iustitiæ, vnde narrat Valerius lib. 6. quòd Felangus, vrbem Locrensium regens, statuit vt qui in adulterio caperetur, ambobus oculis priuaretur, factum est vt caperetur filius eius, quem ipse damnauit secundum legem quam condidit, ac tota ciuitas, in honorem patris pro adolescentulo rogauit, qui nullo modo parcere voluit: Ad vltimum precibus populi deuictus, sui prius deinde filij oculo vsum videndi vtrisque reliquit, & suam legem seruauit.

Quinto veritas.

3. Reg. 31.

Quintò veritas: Nam cum ciues oporteat esse fideles, decet eos in verbis esse veraces: nullo modo commendari debent, qui ad inuicem loquuntur; quia vnus alteri cum debeat credere, non potest nisi decipiatur. Hic posset adaptari historia 3. Reg. 31. quando spiritus mendax in ore omnium Prophetarum, decepit Achab vt iret ad pugnam, in qua ipse ad mortem percussus est.

Ephes. 4. *Prou. 18.* *Matth. 18.* *Sap. 17.*

Spiritualiter loquendo, ciuitas est Ecclesia, ciues sunt fideles; propterea hæc quinque debent habere, primò debent esse humiles sine superbia; Quia *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, Iac. 4. Ideo dicitur 1. Pet. 5. *Humiliamini sub potenti manu Dei*: secundò liberales sine auaritia: quia *auari non possidebunt regnum Dei*, Ephes. 4. Ideò ibidem cap. 5. dicitur. *Omnis auaritia, quæ est idolorum seruitus non nominetur in vobis*: tertiò benigni sine duritia: quia qui mentis est duræ, corruit in malum. Prouerb. 18. Ideo Matth. 8. dicitur: *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est*: quartò iusti sine nequitia: quia cum sit timenda nequitia, data est in omnem condemnationem, Sapient. 17. *Ideo diligite iustitiam vos, qui iudicatis terram:*

Digitized by Google

terram: Sap. 1. quintò veri ſine fallacia: quia lingua fallax non amat veritatem, Prouerb. 16. Ideo Zach. 8. dicitur *loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo*, & quamuis iſta quinque in omnibus debeant reperiri: in aliquibus tamen aliqua ſingulariter debent inueniri, ſicut humilitas in religioſis: nulla enim virtus ita eſt neceſſaria, ſicut humilitas: quia tota ipſorum perfectio eſt obedientia, quæ ſine humilitate eſſe non poteſt: liberalitas in prælatis. Deteſtanda eſt in eis auaritia, vnde dictum eſt Moyſi, Exod. 18. Elige tibi viros potentes, Deum timentes, & qui oderint auaritiam: vnde non permiſit Deus filios Samuëlis regnare: quia declinauerunt ad auaritiam, & acceperunt munera, & peruerterunt iudicium, 1. Reg. 18. Benignitas in diuitibus. Ideo enim Deus diuitibus præbuit diuitias, vt ipſi pauperibus ſubueniant: vnde Beda: Quare Deus ſitit in paupere: vt tu non ſis ebrius in peccatis: quare fameſcit? vt paſcas eum de tuo labore quare nudus apparet? vt tua veſtimenta ſuperflua non corrumpantur à tinea: ſed induatur Deus ex eis in paupere: vt reponat coram Angelis ſuis. Quare hoſpes, & & peregrinus apparet? vt ſuſcipias enm: & ipſe te recipiat in æterna tabernacula: Æquitas in nobilibus: Militiæ enim ordinatæ ſunt ad defenſionem Reipublicæ, vnde ipſi nobiles, & potentes, viduas, & pupillos tenentur protegere. Exemplum dedit ille tyrannus Imperator, qui cum iret ad pælium, occurrit ei vna vidua petens iuſtitiam, qui dixit, me reuertente ſatisfaciam: & illa, ſi non reuerſus fueris, quis me vindicabit? Reſpondit ille, qui poſt me imperabit: quæ dixit: quid tibi proderit? Et ipſe ſtatim de equo deſcendit, & fecit, quod vidua petiit: veritas in Doctoribus. Abuſio eſſet, ſi ipſi, qui vera dicere debent, falſa proferrent: Patet igiter quales debent eſſent Chriſtiani fideles, qui ſunt Eccleſiæ ciues: quæ omnia in hodierno Euangelio in ſe oſtendit feciſſe Dominus, & nos docet facere.

Prouerb. 16. Zach. 8.

Nulla virtus ita neceſſaria videtur in religioſis ſicut humilitas.

1. Reg. 18.

In doctoribus maxime veritas neceſſaria eſt.

Primò humilitatem ſequendam: quia *intrauit in domum Simonis*: vbi dicit Chryſoſt. quod ideo intrare voluit: vt nos erudiret ſuperbiam euitare: dum Dei filius tuguria piſcatorum non dedignatur intrare: ſecundò auaritiam deteſtandam cum ſubditur, *ſocrus autem Simonis*, &c. Per mulierem iſtam, intelligitur anima, quæ patitur febrem, id eſt cupiditatis ardorem: Nam vt dicit Ambroſius in homilia: Non eſt minor calor amoris terrenorum, quàm febris membrorum: & ſicut febris naturaliter dat ſitim, grauat caput: ſic cupiditas inſatiabilis eſt, & ſemper ſad terram deprimit, quam expellit: nos eam expellere docens: tertiò miſericordiam impendendam, ibi, *cum autem Sol occidiſſet, quotquot habebant infirmos*, &c. nam ſicut Chriſtus compatiendo ſic nos debemus in neceſſitatibus proximis ſubuenire: quartò iuſtitiam laudandam: *Exibant autem dæmonia*, &c. quia, ſicut Chriſtus liberauit obſeſſos à dæmonibus, ſic potentes violenter, & iniuſtè oppreſſos liberare debent: ſed poſſetis hic dubitare, vtrum dæmonia cognouerint Chriſtum; dicẽdum quod cognouerunt quantum oportuit: oportuit autem, vt ipſum Deum eſſe ſuſpicarentur: quatenus eum timerent, & hominem ſemper eſſe crederent, ne eius paſſionem impedirent: quintò, doctrinam imitandam, vel veritatem in doctrina, *Erat enim prædicans in ſynagogis Galilæa* Gloſſa, tota Chriſti prædicatio non niſi veritas erat: ſicut ipſe eſt via, veritas & vita: Noſtra ergo doctrina debet eſſe vera.

Rogemus ergo Dominum, vt hæc quinque nos habere poſſimus, &c. Amen.

* * *

FERIA SEXTA POST III. DOminicam in Quadrageſima.

Qualis debet eſſe Dux Ciuitatis.

Sermo XXIV.

VENIT *Ieſus in ciuitatem Samariæ.* Ioan. 5. Heri diximus de ciuibus, hodie dicemus de Duce, ſeu Rectore ciuitatis: vbi dicemus, quod quatuor conditiones debet habere: ſcilicet primo cum ciuibus conformitatem, ſecundo in cuſtodiendo ſollicitudinem, tertio in videndo dignitatem, quarto in loquendo vtilitatem.

Ioan. 5.

Rector ciuitatis quas debet habere conditiones.

Primo cum ciuibus debet habere conformitatem, & ſimilitudinem: Nam ipſe Dux debet complacere ciuibus, vt plus ametur, quàm timeatur: Amor autem generatur ex conformitate morum: ſimilitudo enim, & morum conformitas cauſat dilectionem, ſicut videmus, quòd omne ſimile, appetit ſuum ſimile, tam in hominibus, quàm in animalibus: vnde Dux debet eſſe conformis ciuibus, vt ab eis ametur: ſemper enim ciues libenter Ducem volunt: quem eis conformem eſſe ſciunt: vnde legitur in hiſtoria Alexandri, quòd poſt mortem Darij, ipſe conceſſit Perſis, vt ſibi Dominum eligerent, & ipſe cum concederet eis vltro non elegerunt aliquem de exercitu Alexandri: ſed potius quendam ſenem compatriotam, cui nomen erat Duritius.

Rector plus ametur quã timeatur.

Secundò in cuſtodiendo eos debet habere ſollicitudinem: Ad hoc enim efficitur Dux, vt ciues cuſtodiat & ſeruet: vnde ſua intentio ad ſalutem populi debet eſſe, vnde Valerius lib. 3. refert, quòd Fabius maximus, cum Romani poſt Cannenſe prælium, vel Carthaginenſe deſtructi eſſent quaſi, ipſe contra Annibalem nunquàm in campum exiit, ſolum tranſitu alia munire ſtuduit, dum verò obuiam inimicos haberet claudere, & fruſtra: Pugnandi intentione decepit, timens ne ſui caſu ruerent: vnde plus profuit Romæ in non dimicando, quam ſi pugnaſſet: & quia bene populum cuſtodiuit, & eorum ſalutem procurauit, Saluator appellatus fuit.

Rector ſues cum ſollicitudine cuſtodiat.

Tertiò in videndo debet habere excellentem dignitatem: Decet enim eum digniorem toto populo apparere: vt ſemper eum populus imitetur videndo: quia nimia familiaritas parit contemptum: vnde quidã raro in populo apparebant, vt ſemper digniores, & mirabiliores apparerent, ſicut recitat Philoſophus in libro de ſecretis ſecretorum ad Alexandrum, quod Rex Indorum, ſemel in anno tantum coram populo apparebat, cum regali apparatu, & armato exercitu, & vulgus ſtabat aliquantulum à remotis: nobiles verò circa ipſum, & in ipſa die, dona dabat: Reos de carceribus liberabat, multa pia opera exercebat, & omnes conſolabatur.

Rector toto populo dignior appareat.

Quartò in loquendo debet habere vtilitatem. Non enim eſt pulchrum in Domino, verba vana & ſtulta loqui: vnde ſemper vtilia debet dicere, & ſua verba ſententioſa debent eſſe; vnde Zenocrates cuidam loquaci dixit, ſtulti autem pluſquàm loquaces: os enim vnum à natura accepimus, aures vero duas: Idem cum inter male loquentes intereſſet, interrogatus cur ſolus taceret? Reſpondit, aliquando me pœnituit dixiſſe, tacuiſſe vero nunquàm: Patent iſta quatuor, quæ Dux debet habere.

Rector in ſermone ſuauitatis.

Spiritualiter hæc perfectiſſime habuit Chriſtus in ſe, qui eſt totius eccleſiæ, & omnium fidelium Dux.

Nam primo habuit cum fidelibus ſimilitudinem, & conformitatem: quia *in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Philipp. 2. vnde figuratus eſt in Moyſe, Exod. 30. Qui ex conſortio ſermonis

Phil. 2. Exod. 30.

Digitized by Google

Dei resplenduit facies eius, vnde filij Israël respicere non poterant, & ipse vt respicere possent velauit faciē: Moyses Christus est, qui propter diuinitatem à mortalibus intueri non potest, sed ipse velauit eam, quando sumpsit naturam humanam, quia *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius,* &c. Ioan. 1.

Ioan. 1.

Secundo circa nimiam salutem habuit sollicitudinem, quia quicquid egit dum fuit in mundo, ad nostram salutem fecit; vnde figurari potest in Gedeone, Iudic. 7. qui pugnauit contra Madian pro Israël: & signum victoriæ petiit inuenire, & ductus est in aream & quando in vare pluebat, & quando in vellere, vide historiam. Gedeon Christus est, qui fortissimus virorum fuit, sicut Gedeon, Psal. *Neque est fortis, sicut Deus noster.* Hic pugnauit pro Israël contra Madian, id est pro humano genere contra diabolum; signum eius fuit in vellere, id est in virgine; quia non in alia, quàm in ea conceptus est, quæ etiam ab omni pluuia vitiorū munda fuit, quia nullus hominum præter eam fuit vnquam sine culpa: vnde Anselmus, decuit matrem Dei ea puritate nitere, vel lucere, qua sub cœlo maior nequit intelligi.

Iudic. 7.

Psalm.

Tertiò habuit in se dignitatem, quia in omnibus operibus suis se mirabilem ostendit, vnde alios in admirationem induxit: omnes enim faciebat admirari, quādo aquam conuertit in vinum solo verbo: sanabat omnem infirmum, resuscitabat mortuos, expellebat dæmones, illuminabat cæcos, cibabat famelicos, omnia ista digniorem, & mirabiliorem eum faciebant, de quo Psal. *Tu es Deus, qui facis mirabilia magna solus:* redditur mirabilis, dum incarnatur, nascitur, viuit, moritur, resurgit, & ascendit in cœlum: mirabilis in vita, in moribus, in verbis, & in operibus.

Psalm.

Quartò in loquendo habuit vtilitatem: Vnde dixit Petrus, Ioan. 6. *Domine verba vitæ æternæ habes*: & ipse dixit: *verba quæ ego loquor, spiritus & vita sunt:* Inde potest figurari in Salomone, qui fuit sapientior cunctis regibus, cui dictum est, 3. Reg. 8. *Beati sunt serui tui, & beati viri tui, qui assistunt tibi semper, vt audiant sapientiam tuam:* Sic patet, quomodo Christus habuit illa, quæ bonus Dux debet habere, & hæc ostenduntur in Euangelio.

3. Reg 8.

Et primò ponitur, quomodo cum suis fidelibus voluit habere similitudinem: cum dicitur: *venit in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar*, &c. vbi erat fons: *Iesus fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem.* Et in ista parte ponitur triplex conformitas, seu similitudo quam Christus voluit habere nobiscum. Primo quoad locum, quia sedebat super puteum. Per puteum intelligitur obscuritas, calamitas, & miseria huius mundi, in qua Christus sicut & nos fuit; secunda quoad tēpus: quia hora sexta. Per sextam, sexta ætas intelligitur. Nam in sexta ætate Christus venit; tertia quoad corpus, quia fatigatur ex itinere: fatigatio enim corporis passio est, vnde ipse sicut & nos corpore fatigari voluit. Et post fatigationem non in lecto, nec in throno voluit quiescere & pausare, sed solum super terram sedere, & nos docere humiles esse debere. Dum ipse sic voluit se humiliare. Hinc Paul. ad Hebr. *Debuit per omnia fratribus assimilari.*

Triplicè habuit nobiscū Christus cōformitatem.

Quanta fuit Christi sollicitudo, vt fatigaretur ex itinere, labor offendit sollicitudinem.

Secundo ponitur, quantam circa vestram salutem habuit sollicitudinem: Cum additur, *venit mulier de Samaria haurire aquam*, Mulier ista figurat, vel significat nostram naturam, quæ de ciuitate egressa venit ad puteum, id est de paradiso expulsa venit in miserabilem mundum. Et venit haurire aquam, id est fluxibilia, terrena. Et inuenit Christum, & petit bibere, qui sitit eius conuersionem ad fidem: sed quia nulla est conuenientia. Bene potest mirari natura humana, quod sic Christus fuerit sollicitus ad saluandum eam: vnde dixit: *si scires donum Dei, & quis est qui tibi petit bibere, petisses forsitan ab eo, & dedisset tibi aquam, &c.* Quasi dicat: si scires gratiam, quam facio tibi, non propter merita tua, sed propter misericordiam meam. Tu non expectares inuitari, sed ante peteres, quam proferret, quia dedisset tibi aquam viuam id est cœlestem gloriam.

Mira in humana naturā Christi misericordia.

Sed quia Christus vt homo, & non vt Deus hominibus apparuit: ideo videbatur impossibile, quod dicebat: Ideo dicit ei mulier, *Domine neque in quo haurias habes: puteus altus est.* Ad litteram enim tunc Iudæi dicebant, non habet hauritorium, quia malus est, & maior patribus nostris non est, qui dederunt nobis istam aquam, de qua ipsi & pecora eorum biberunt. Per aquam scripturam intelligebant, quam Prophetæ, & patres eorum scripserunt: & ipsi pecorum more ignorātes, erant tantum carnaliter intelligentes: vnde de Christo dicebāt, *Nō est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit,* sed Christus non lacessitus iniuria, semper sollicitus ad salutem nostram, semper ad amorem cœlestium nos prouocat: vnde dixit, omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum, &c. Nunquam enim temporalia satiant, nisi spiritualia: & ideo audita spiritualium dignitate, homo allicitur: vnde dicit mulier. *Domine da mihi hanc aquam:* sed quia spiritualia, spiritualibus, & non carnalibus, vel temporalibus dantur, ideo dicit. *Vade, voca virum*, id est animam tuam, vel spiritum tuum: quia spiritus vir corporis esse debet, sed pretio spiritus perdidit dominium, Vnde caro dicitur: quia caret viro: Ideo verum dicit: *virum non habeo, quinque viros habuisti*, id est quinque corporis sensus, quia solum secundum carnem viximus, & quamuis aliquando ratione vteremur, non tamen cum charitate: ideo nec ipsa ratio, tunc vir erat carnis: & quia homo cognoscens culpam suam, confitetur eam, petit doceri: quomodo possit Deo placere: ideo subdit. *Domine vt video Propheta es tu. Patres nostri adorauerunt in monte hoc*, &c. Sicut enim erat contentio, verum in monte illo, vel in Hierusalem deberet Deus adorari. Ita ad hoc posset dubitari, vtrum spiritualiter, vel corporaliter debeat Deus adorari. Et quia spiritualiter. Ideo dicit Iesus. *Mulier crede mihi*, &c. Deus spiritus, ideo oportet eum nos in spiritu adorare, & pro spiritu & pro carne: quia tales adoratores Deus petit, & talibus Christus se patefacit: vnde mulier dixit: *scio quia Messias venit.* Et Dominus respondit, *ego sum.*

Nec iniuria Christi Domini à salute nobis tribuenda reuocant.

Tertiò ponitur, quomodo in conuersando ostendit dignitatem, cum subiungitur. *Et continuo venerunt discipuli. Et mirabantur, quod cum muliere loqueretur:* hanc magnificentiā ostēdit in discipulorū admiratione, quia admirabantur discipuli, &c. Et nō admiratur homo nisi de magnis: admiratio etiam fuit in ciuiū cōmotione: magnum fuit, ciues vnius mulieris verbo facere de ciuitate ad se venire: vnde exierunt vii, &c. ostendit etiam in sui corporis sustentatione: & magnum, & mirabile est sine cibo sustentari: cum enim dicerent discipuli: *Rabbi manduca; & ipse dixit, cibum habeo manducare quem vos nescitis*, &c. Et quis nam esset eius cibus, ait, *meus cibus est, vt faciam voluntatem*, &c. id est, vt gentes conuertam, & suscipiam: & ostendit Samaritanos ad se videre regiones venientes pro salute: ostendit etiam dignitatem in magna remuneratione. Magnificè remunerare magnæ est dignitatis, & excellentiæ. Vnde dixit eis. *Hominem ne vos dicitis*, &c. Magna fuit discipulorum remuneratio. quia collegerunt, quæ non seminauerant, seminauerunt Patriarchæ, & Prophetæ, quando laborauerunt, vt viderent Christum: & nullus vidit, sicut Angeli. Hinc alibi dixit: *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis: multi reges & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt & audire quæ vos auditis, & non audierunt.*

Christus in conuersando ostendit dignitatem.

Cibus Christi nostra conuersio.

Digitized by Google

dierunt. Alij igitur laborauerunt, & vos in labores eorum surrexistis.

Viditas sermonū Christi Domini.

Quartò ponitur, quomodo in loquendo ostendit vtilitatem, cum dicitur, *ex ciuitate ergo illa multi crediderunt in eum*, &c. Magna fuit vtilitas sic loqui, & prædicare, vt ad se conuerteret tot viros de illa ciuitate. Rogemus ergo Dominum, vt det nobis suam aquam, vt nos ad se conuertat, vt verè in ipsum credamus, vt credentes in eum salui fiamus, Amen.

SABBATHO POST III. DOminicam Quadragesimæ.

De Duce, & Rectore Ciuitatis.

Sermo XXV.

Ioan.8.

PERREXIT *Iesus in monte Oliueti*, Ioan.8. Quamuis heri dixerimus de conditionibus Ducis ciuitatis: tamen quia multa requiruntur, ad perfectum vnius ciuitatis. Ideo adhuc hodie de ipso prædicabimus. Et tria dicemus, quæ debet habere. Primo in admonendo perfectam scientiam: secundo in dominando, propriæ conditionis reminiscentiam: tertio in iudicando discretam iustitiam. Attendite.

Tria requiruntur in rectore ciuitatis.

Perfecta scientia in admonendo.

Primò in admonendo perfectam scientiam, quamuis enim omnes homines non possint esse Philosophi, debet tamen Dux ciuitatis scire ea, quæ debet præcipere, & quæ debeant ciues facere: vnde Philosophus dicit, quod oportet. Dominum scire, quæ debet præcipere, & quæ seruus facere Debet etiam Dux scire, quomodo se debent custodire ciues, quomodo conseruabit eos. Vnde sapientes viri conantur scire omnia, quæ debent facere, & quando à se hoc non possunt, aliorum vtuntur cōsilio: vnde legimus, quod Alexāder Aristotelis cōsilio se regebat. Idem etiam Atheniēsibus ita scripsit. Præcipimus vobis, vt nobis decē Philosophos dirigatis cum quibus cupimus nostrum negotiū exercere. Nihil aliud præcipimus vobis, nisi vt nos tanquàm reges, & dominos teneatis. Et Valerius lib. 8. refert, quod Procrassus, cum in Asiam ad Aristonicum regem debellandum, Consul iuisset, græcam linguam conatus est addiscere, vt per seipsum militibus, & hominibus illius patriæ posset dicere omne, quod vellet. De Ciro rege dicitur, quod omniū militū nomina scire voluit, & singulos per singula nominauit. & vocauit.

Reminiscētia propriæ conditionis.

Secundo in dominando, debet habere propriæ conditionis reminiscentiam, consueuit enim dominium, homines superbos efficere: vnde decet omnem principem propriæ conditionis recordari. Ne vltra quàm debet, possit extolli. Vnde legitur in libro Alexandri Quod Rex Darius fecerat sibi thronum de auro, & per 7. gradus ascendebatur ad eum. Primus gradus erat de amethysto, secundus de smaragdo, tertius de topazio, quartus de granato: quintus de adamante, sextus de auro, septimus de luto: vbi dicitur, quod non sine causa erant sic ordinati gradus. Nam primus ex amethysto: quia lapis ille fortitudinem, & fumositatem vini habet reprimere, nec sinit aliquem se gerentem de sua memoria immutari, vel inimicari, vel dememorari. Et regem decet perfecti sensus esse, & nunquàm occasione imperitiæ, decidat in sinistrum, secundus ex smaragdo, quia lapis ille clarificat visum & eum conseruat illæsum, & Regem decet visum cordis habere acutum, vt quæ videnda sunt videat, & sapienter discernat, tertius ex topazio, qui est lapis tantæ claritatis, vt si quis figuram suam imaginaretur in eo videbit caput deorsum, & pedes sursum, & regem decet sua nouissima considerare, & dignitate non extolli, sed humiliari: quartus ex granato, qui omnes alios lapides rubore præcellit: & sic rex debet verecundia esse rubicundus, vt vltra licita non agat: quintus ex adamante, qui est durissimus: sic rex constans debet esse in iustitia, nullo modo ab ipsa deuiet: sextus ex auro, quod præcellit omne metallum: sic Rex omnes debet excellere sua virtute: sed septimus ex luto, vt cum homo fuerit ad regalem celsitudinem sublimatus, recordetur se ex terra creatum, & in terra reuersurum, ac per hoc, suæ conditionis memor existat.

In iudicando discreta iustitia.

Tertiò in iudicando, debet habere discretam iustitiam. Dico, vt puniat punienda, parcat parcenda, dissimulet dissimulanda. Non enim debet esse nimis rigidus, vt exasperentur ciues, nec nimis benignus, vt non corrigantur delinquentes. Vnde de discreta iustitia videbimus, si exemplum Valerij proponamus. Narrat enim in 6. quòd inter Albanos, & Romanos facta est pugna: in qua de vtriusque concordia, electi sunt quatuor de vtraque parte, & qui quatuor vinceret, totius exercitus victor esset. Romani elegerunt suos: Albani vero elegerunt de exulibus Romanorum: qui fortiter præliantes tres de Romanis occiderunt: vno tantum de eis mortuo. Remansit autem vnus de Romanis, qui vocabatur Horacius, hic pugnans fortiter, tres illos occidit: vnde sua fortitudine Albani victi sunt. Et senatores fecerunt Horacio triumphum: cum autem in triumpho duceretur venit soror sua amarè plorans, quia desponsata erat vni illorum trium, quos ipse interfecerat: dedignatus, gladio cum quo vicerat, fororem suam interfecit. Senatores hoc dissimulantes tunc: non dimiserunt, quin honorificè more solito triumphum peragerent, quo peracto die sequenti, damnauerunt eum pœna capitali; cuius pater audiens filium debere mori. Mox vsque ad ventris medium se exuit, & cum fletu ad Senatores intrauit. Ostēditque eis vulnerum cicatrices, quæ pro Roma susceperat: Et dicere cœpit iniustum esse patrem, qui tanta mala pro Roma tulerat vnico orbari filio, quamuis iustè damnatus esset, & ipse nunquam meritum aliquod postulauerat, solum hoc petebat: vnde Senatores pietate moti, reddiderunt filium patri: ecce in hoc exemplo apparet discretæ iustitiæ seruatio, nam quia ille vicerat, fecerunt sibi triumphum, quia vero sororem interfecerat, damnauerunt eum morte reum: & quia pater iustè petiit præmium, dimiserunt filium.

Prælatus habeat lumen sapienter.

Spiritualiter loquendo. Hæc tria debent esse in omnibus prælatis, principibus, dominis, & sacerdotibus. Nam primo debet habere lumen sapientiæ, in docendo: nam prælatus, & sacerdos debet esse magister populi, & princeps, & dominus sui populi. Ad magistrum pertinet scire docere, Sapient. 6. *Diligite lumen sapientiæ, qui præestis in populis*: & 1. quæst. 1. habetur, vilissimus reputandus est: ni ipse præcellat scientia, qui est honore præstantior: vnde in ipsorum figura legitur. 1. Eidr. 2. Quòd Esdras, obtulit ad ædificationem templi aurum, argentum. & vestes sacerdotales: Esdras princeps patrum interpretatur, sacerdos quilibet, ac Dominus princeps dici potest, qui debet offerre aurum, id est sapientiam luminosam, argentum id est eloquentiam sonorosam, & vestes, id est opera virtuosa.

Sapient. 6.

1. Esdr. 2.

Suarum sit memor culparum. Eccles. 5.

Secundò debēt habere suarum culparum reminiscētiam seipsos considerando, & humiliando, Eccl. 3. *Quanto maior es humilia te in omnibus*: vnde quā sit vtile seipsum considerare, & se cognoscere ostendit Bernard. dicens. Aude te cognoscere: nam melius est si te cognoscas, quàm si te neglecto cognosceres cursus syderum, complexiones hominum, animālium naturam virtutes lapidum, & herbarum. Et omnium cœlestium & terrestrium haberes scientiam: redde te ipsum tibi: statue te ante te, tanquam alium, & temetipsum plāge: istam considerationem habebat Dauid, cum dicebat. 2. Reg. 7. *Quis sum ego Domine Deus, quia adduxisti me hucusque?*

Sit in prælato iustitia discretio.

Tertiò debet habere discretionem iustitiæ, in iudicando: vnde sacerdos non debet esse seruus, sed crimina miseri

Digitized by Google

Matt. 18. misericorditer relaxare : vnde Matth. 18. Cum Petrus peteret à Domino. Si dimitteret vsque septies. Respõsum est : *non solum vsque septies, sed vsque septuagies septies.* Ideo scribitur 5. quæst. 8. Melius est rationem dare propter misericordiam, quàm propter crudelitatem: vbi est pater filio largus eius dispensator tenax esse nõ debet : & si Deus est benignus, vt quid sacerdos vult esse austerus ? Non tamen sic debet esse pius, vt occasionem tribuat delinquendi : vnde non solum debet misericorditer parcere: sed etiam ne vlterius peccet admonere, in figura huius legitur. Quod in arca erant tabulæ legis, virga, & manna, hoc significat quod in pectore prælati & sacerdotis, debent esse tabulæ legis, vt sancta præcepta obseruet, & aliis obseruanda præcipiat : virga, vt corrigat. Manna, vt dulce variè paret.

Hæc tria ostenduntur haberi in hoc Euangelio, in quo similiter monemur nos ipsa obseruare : nam primo ponitur quomodo ostendit suam sapientiam esse luminosam: *quia docebat in templo :* exemplum dans sacerdotibus, vt in Ecclesiâ populum doceant, & admoneant : & seculares laici audiant : non verba vana, & ociosa dicant.

Secundo quomodo ostendit humilitatem virtuosam *quia inclinauit se, & digito scribebat in terra.* Docens nos inclinari per humilitatem, & in terra scribere per propriæ fragilitatis recordationem. Glossa : tunc bene in terra scribitur, cum propria peccata ad memoriam reuocantur.

Tertiò quando ostendit iustitiam gloriosam : *quia qui sine peccato est vestrùm : primus mittat lapidem in eã* & ostendit iustitiam, & primo in accusantes, eam dixit: *Qui sine peccato est vestrum:* admonens quòd homo peccator prius se debet corrigere, quàm alium condemnare : secundo in accusatum, cum dixit : *mulier, vbi sunt qui te accusabant ?* & sibi ostendit misericordiam & iustitiam: misericordiam quidem: quia pepercit, non condemnauit dicens, *nec ego te condemnauo:* Iustitiam vero: quia vlterius peccare prohibuit, dicens: *amplius noli peccare.* Rogemus ergo Dominum, &c.

DOMINICA IV. IN QVADR.

De constructione Ciuitatis.

Sermo XXVI.

Ioan. 6. ABIIT *Iesus trans mare Galilææ.* Ioan. 6. Quia in toto officio fit mentio de Sancta Ecclesia, ideo congruum est prædicare de ipsa : sed quia sub figura ciuitatis Hierusalem, & bis proponitur, ideo prius videndum est qualis debet esse ciuitas, vt ab hostibus inexpugnabilis existat, propter quod scire debetis, quod fortitudo ciuitatis in tribus consistere videtur : primo in loci bonitate : secundo in necessariorum vbertate: tertio in ædificiorum munitate.

Fortitudo ciuitatis in tribus consistit. in bonitate loci.

Primò in bonitate loci : cum enim ciuitas est situata in loco alto naturaliter forti, vbi est aër bonus & sanus, & nostri obsessi præeminent, & altius obsidentibus manent, magis est inexpugnabilis, debet ergo esse in monte.

In necessariorum vbertate.

Secundò in necessariorum vbertate: nihil sic deuincit obsessos, sicut carentia, & penuria rerum : consueuerunt enim obsessos ad penuriam, & inopiam reddere, sicut Frontinus narrat de Annibale. Is enim cum regionem copia rerum abundantem obsideret, dissimulauit pacem, & petiit ab eis, vt eorum cibis accepto pretio suus exercitus sustentaretur, quod cum impetrasset exhausto oppidatorum frumento ipsorum vrbẽ aggreditur, & causa alimenti, destitutam superauit. Idẽ aduersus Imeros fecit, vnde ciuitas abundare debet, quia propter rerum inopiam multa inhumana fiunt. Recitat Vale. lib. 7. Quòd Cassilinaces obsessi ab Annibale propter ciborum penuriam, coacti sunt corrigias & corios de cuti euellere, & feruosa in aqua resolutos manducare : Cretenses à Metello obsessi, suam & iumentorum vrinam bibere coacti sunt. Numantini à Scipione circumdati, cum omnia quæ famem contrahere poterant consumpsissent, ad vltimum humana corpora, coguntur manducare. Nam capta ciuitate inuenti sunt multi, hominum membra portantes, quibus nutriri deberent.

In ædificiorũ munitate.

Tertiò fortitudo ciuitatis, est in ædificiorum munitate. Magnum enim munimentum est, vbi sunt ædificia bona, vt sunt turres, & muri, & portæ, in his ædificiis multum consistit fortitudo ciuitatis ; narrat enim Iosephus 18. lib. 6. quod ciuitas Hierusalem obsessa multo tempore se tenuit; quia bonis muris erat circundata : Troiani etiam per decem annos fuerunt obsessi, & bene se defenderunt propter muros, & turres, & nunquàm ciuitas illorum fuisset capta, nisi fuissent proditione decepti ; patet quòd in his tribus est fortitudo ciuitatis, scilicet in loco munito vbertate necessariorum, & bonis ædificiis.

Spiritualiter loquendo, omnia ista habet sancta mater Ecclesia, primò est in loco altissimo, secundò in nutrimento abundantissima, tertiò in ædificio fortissima.

Ecclesia ciuitas fortissima propter tria. Galat. 4.

Primò est in loco altissimo, vnde in epistola dicitur, ad Galat. 4. *Illa quæ sursum est Hierusalem libera est,* & Isaiæ. *Erit mons domus Domini in vertice montium.* Benè est altissima, quando in vertice montium est præparata, & situata ; sed debes scire, quòd mons propter puritatem aëris est sanitatis cõseruatiuus, propter eminentiam altitudinis multorum ostensiuus, & propter situm fortitudinis defensiuus : sic sancta Ecclesia sanitatis conseruatiua, per gratiæ infusiones, Isaiæ 53. *Lætificabo eos in domo orationis meæ,* vnde dictum est Loth, Genes. decimonono. *salua te ipsum in monte,* id est in ecclesia, quia extra ipsam non erit animæ salus: vt dicit Augustinus: Secundò est multorum & mirabiliũ ostensiua, propter sacramentorum celebrationem, & ipsorum collationem : vnde dictum est Moysi à Deo, Exod. 19. *Ascende ad me in monte, & ostendam tibi omne bonum.* Tertiò est defensiua per diuinam tuitionem Psalm. *Vnam petij à Domino hanc requiram, vt inhabitẽ in domo Domini.* Quare, *quia abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me :* vnde 3. Reg. 21. dixerunt serui regis Syriæ : *Dij montium sunt dij eorum, ideo superauerunt nos, sed fugiamus contra eos in campestribus, & obtinebimus :* Dominus enim in monte ecclesia, non valet nos offendere : quia obediendo sibi non possumus non bene agere, sed in campestribus, id est in voluntatibus carnalibus deuincimur. Patet ergo quòd ecclesia est altissima.

Ecclesia sanitatis conseruatiua. Isa. 53. Gen. 19.

Exod. 19.

3. Reg. 21.

Secundò est in nutrimento abundantissima, sapiens de ecclesia loquens ait : Prouerb. 2. *Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum : & posuit mensam:* sapientia est Dei filius, qui dicitur sapientia patris: ædificauit ecclesiam domum suam, in qua posuit mensam, scilicet altare, vbi est vinum sui sanguinis, & panis pretiosi corporis, & hic cibus est maximæ dignitatis : quia panem Angelorum manducauit homo, est delectabilis Cant. 2. *Sub vmbra illius, quem desideraui sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Sapient. 19. *Panem de cœlo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem,* & est satiatiuus, Ioan. 6. *Ego sum panis vitæ : qui venit ad me non esuriet, vet qui manducat me viuet propter me :* illis tribus carent temporalia, primo non sunt dignitatis: quia terrena : non delectabilitatis : quia vanitatibus plena. Eccles. primo: *cumque me conuertissem ad omnia quæ fecerunt manus meæ, cognoui, quod in omnibus esset vanitas, & afflictio spiritus.*

Cantic. 2. Sapient. 19. Ioan. 6.

Ecclesia fortissima. Isa. 26.

Tertiò est in ædificio fortissima : quia murus eius inexpugnabilis, Isa. 26. *Vrbs fortitudinis nostræ Sion:*

ponetur

Digitized by Google

Psalm. *ponetur in ea murus, & antemurale,* & Psal. *Circundate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius:* portæ vero eius possunt dici Apostoli, qui nobis tanquàm portæ ingressum posuerunt in eam: vnde canit sancta ecclesia in hymno: Vos cælum verbo clauditis, foréque eius soluitis, & hæ portæ non fuerunt de ligno putribili, & molli: sed de duro, & forti: quia Apostoli electi sunt nobiles, sed rustici: Non Imperatores: sed piscatores, non secundum mundum sapientes: sed sicut columbę simplices. 2. Corinth. 1. *Videte vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: nam quæ stulta sunt mundi elegit Deus vt confundat fortia, & contemptibilia elegit, vt non glorietur omnis caro in cõspectu eius.*

2. Cor. 1.

Patet ergo, quòd ecclesia est in loco altissimo, in cido abundantissima, & in ædificio fortissima.

Hæc omnia habentur etiam manifesta, vt in fia, Apocalyp. 12. vbi scribitur, quòd in monte magno, & alto vidit ciuitatem sanctam Hierusalem: ecce alta locatio, & habebat portas duodecim, ecce ædificiorum munitio, & erat ibi lignum vitæ, ecce nutrimenti abundantia: lege figuram.

Apoc. 12.

Ista tria, quæ dicuntur de ecclesia ostendit Christus in Euangelio hodierno, in quo tria ponuntur, primò situs eminentia: quia post transitum maris *subiit in montem:* secundò victus sufficientia, quia de quinque panibus, & duobus piscibus satiauit turbam, primo ponit, ipsius ecclesiæ portarum numerum, quia duodecim Apostoli.

De primo dicit, *Ascendit in montem:* Nec significatur, quòd deserere debemus mundum, qui tanquàm mare est procellosus: Debemus ascendere montem, in quo est ecclesia ad obediendum, & obseruanda eius præcepta.

Christus quo. modo satiat omnes.

De secundo, de quinque panibus: & hoc significat quod Christus suo corpore, quod habuit quinque plagas, & duas naturas, scilicet diuinam, & humanam; satiauit omnes homines, &c.

De tertio, quia duodecim Apostoli, qui panem salutaris doctrinæ, conseruantes toti mundo communicarunt: nobis portæ facti sunt regni cœlestis, ad quos nos perducat ipse Dominus. Amen.

FERIA SECVNDA POST IV. Dominicam Quadragesimæ.

Propter quæ obsessi perdunt propria culpa.

Sermo XXVII.

Ioan. 2. PROPE *erat pascha Iudæorum,* &c. Ioan. 2. Hodie proposui videre propter quæ obsessi propria culpa perdunt, & hoc videtur principaliter propter tria.

Propter quæ obsessi ruinã patiũtur.

Propter niniam securitatem.

Primo nimia securitas facit pigros, ecclesiæ enim ciues sunt securi, ad custodiendum efficiuntur pigri: vnde sagaces hostes ipsos obsessos reddunt securos, vt propter securitatem efficiantur pigri, & non se custodientes facilius possint vinci, vnde Frontinus dicit, quòd Formio dux Athenienſium, venientibus ad se legatis Calcidentium, quos desolatus fuerat, benignè, & pacificè recepit, & ea nocte, qua ipsi legati recessuri erant ab eo, dixit eis: fortè mihi missæ sunt literæ à meis, vt debeant repatriare, & fingens se recedere, dimisit legatos, qui redeuntes dicunt omnia executa, & recessisse Formionem versus Athenas: tunc Calcidenses audientes à suis legatis remissis benignè responsum, & obsidentium recessum, remisse custodiebant ciuitatem, quam Formio subito, & inopinatè rediens cepit.

Propter niniam simplicitatem.

Secundo nimia simplicitas facit incautos: cum enim ciues sunt simplices, facillimè consueuerunt vinci: obsidentes enim aliquando fingunt fugam, vt possint obsessos educere extra, & tunc in cauti ciues sperãtes vincere vincuntur: Frontinus recitat de Annibale, quod cùm ipse obsideret Hyeremiam, castra sua capi de industria passus est, iubens recedere suis, tanquàm præualeat hostis, quo euentu Hyrematis ita deceptis, vt gaudio impulsi relicta vrbe procurrerent ad Punicam vallem: Annibal vero vacuã vrbem, per eos, quos in insidiis posuerat, ob hanc causam cepit: Idem dicit, quod Hyrcanus cum Setrobigenses vincere vellet, vsus est ista cautela: nam dispositis suis militibus in insidiis paucos misit, qui caperent pecora Setrobigensium, & de illa vindicandi causa cum festinanter percurrissent, simulantésque fugam illi prædatores ad insidias deducti, vel insidiis decepti capti sunt.

Tertia propter niniam timiditatem.

Tertiò, nimia timiditas reddit inrobustos, dum enim homines nimis timent, nunquam fortes esse possunt: vnde multi propter timorem se reddunt, qui optimè se defendere possent: vnde Frontinus narrat, quod Cyrus Rex Persarum, incluso Sardinibus Creso, cui mons erat, & nullum præbebat accessum, malos nauium, sic altos, vt mons erat posuit erectos, imponens eis simulachra hominum armata in personæ habitu, & ipsa de nocte apposuit monti: Postea diluculo ex altera parte obsessos aggreditur, cum quo orto Sole simulachra illa habentia speciem armatorum, apparuissent: oppidani opinantes à tergo vrbem captamesse, in fugam versi sunt & ciuitatem Cyrus cepit.

Spiritualiter loquendo, dæmones obsident mediãte corpore animas: quas conantur capere, & destruere; vnde inter cætera tria sunt vitia, quibus consueuerunt animam damnare,

Propter tria anima damnantur.

Primo propter pigritiã in bono opere, cũ enim quis piger est ad bene operandũ, facilius à diabolo vincitur, Eccl. 33. Multa mala docuit otiositas, & Bern. omniũ tẽtationũ, & malarũ cogitationũ sentina est. Vnde Prou. 24. *Per agrum pigri transiui, & per vineam hominis stulti, & ecce totum repleuerunt vrtica, & operuerunt superficiem eius spinæ, & macerie destructa replent: vrtica,* id est malæ cogitationes; & spinæ, & commissiones peccatorum iniquæ: sed macerie lapidum est destructa: id est virtutum amatura: vnde diabolo patet aditus, & via, qui dicit Ezech. 37. *Ascendam ad terram sine muro, & veniam ad quiescentes, habitantesque secure:* terra sine muro potest dici anima sine virtutis propugnaculo quam diabolus cito capit: vnde in figura scribitur 2. 2. Reg. 8. quod dormiens Isbosseth à filiis Saũlis percussus est à duobus latronibus, & capite truncatus, per Isbosseth intelligitur piger, qui ad bonum faciendum dormiens est, Prouerb. 26. *sicut ostium vertitur in cardine, sic piger in lectulo suo,* qui latrones, id est dæmones occidunt, & eius caput auferunt, quia animam perdunt.

Propter pigritiam. Prou. 24. Ezech. 37. 2. Reg. 8. Prou. 26.

Secundo diabolus hominem vincit propter confidentiam, quam habet in prosperitate, sicut enim hostes fingunt fugam, & ponunt insidias: ita diabolus fingit recedere ab anima cum eam non tentat de luxuria, sed ponit insidias, & tentat de superbia aliquando, & gula: vnde propter hanc malitiam eius, nunquã homo debet de seipso confidere, Prou. 27. *Qui confidit in corde suo, stultus est:* Ideo Hier. nunquid tu fortior es Sansone, nunquid sanctior Dauid, nunquid sapientior Salomone, de te ergo non confidas, nisi de Deo.

Secundo propter confidentiam. Prou. 27.

Tertiò vincit propter nimiam tristitiam in aduersitate; quia cum homo nimis timet, & dolet de aduersis, faciliter vincitur: vnde sicut timere Deum est bonum, ita timere amissionem temporalium est malũ, Ideo Christus dicit, Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex: vendite quæ possidetis, & date eleemosynam:* vnde Augustinus in libro de eleemosyna, dicit: Quod homo non debet timere facere eleemosynam, ne deueniat ad paupertatem, vbi sic ait: Metuis eleemosynam facere, ne

Propter niniam tristitiam. Luc. 12.

patrocinio,

Digitized by Google

patrocinio, vel patrimonio tuo ad inopiam redigaris? Esto in hac parte intrepidus, esto securus, finiri non potest, si in vsus pauperum impenditur, & vnum opus cœleste celebratur. Nec hoc de meo refero: sed de sanctarum scripturarum fide, & diuinæ pietatis authoritate promitto: Loquitur per Salomonem Christus, & ait: qui dat pauperibus nunquam indigebit, qui autem auertit oculum suum, in magna inopia erit.

Et sic patent illa tria, propter quæ homo à Diabolo vincitur, scilicet propter timorem corporum, & securitatem, quæ tria debemus à nobis expellere, quod docuit nos Christus in hodierno Euangelio, cum expulit de templo vendentes oues, & boues, & columbas: per boues intelliguntur pigri, qui graues sunt ad currendum in via Dei, per oues nimis securi, oues enim securæ ad occisionem ducuntur, per columbas timidi, columba enim multum timet accipitrem, in tantum, vt aliquando non audeat fugere, cum ipsum videt, & sine resistentia ad deuorandum se præbet,

Ezech. 1. Ezech. 2. Erunt in montibus, quasi columbæ conualliũ omnes trepidi, & in figura peccatoris scribit Osee

Osee 7. 7. *Ephraim quasi columba seducta non habens cor:* vnde isti tres expelluntur per Christum de templo Dei, & vita æterna: & nos Christi exemplo expellere debemus de templo cordis nostri pigritiam, confidentiam, & timiditatem malam, quod ipse nobis concedat, Amen.

FERIA TERTIA POST IV. Dominicam Quadragesimæ.

De malitiis, & cautelis, quas habent obsidentes contra obsessos.

Sermo XXVIII.

Ioan. 7. IAM *die festo mediante:* &c. Ioan. 7. Hodie dicemus, quas cautelas habent obsidentes ad subiugandum sibi obsessos: & possumus dicere, quod sunt tres: primo fallere per proditionem, secundo auferre victus sustentationem, tertio inducere mortis pauorem. Attendite.

Quas industrias obsidentes obsessos superant.

Primo fallũt per proditionem. De primo fallere per proditionem, cùm enim ciuitas fortis est: & expugnari non potest: tunc obsidẽtes proditionem ordinant, vt quod non possunt viribus obtinere, obtineant deceptionibus: quæ proditiones dupliciter fiunt, aliquando enim fiunt per ipsos obsessos, corrumpendo aliquos ipsorum, aliquãdo autem per ipsos obsidentes simulantes velle bonum pacis, & intendunt malum falsitatis.

De primo non pono exẽplũ, quia omni die patet: sed de secundo: narrat enim Frontinus, quod Alchiuadens dux Athenienſium cum Aggectius obsideret, quæ erat ciuibus munitissima petiit ab illis ciuibus consilium de conferendis vtrique parti, & permiserunt eum in locum consultationis intra vrbem diu differere, & dum diutius peroratur, Athenienses ab eo dispositi vrbem capiunt Argentinis in consilio occupatis: Troia enim, vt narrat historia, simulantibus obsidentibus ludum equo suscepto ligneo equitibus pleno, dum risum quærit, luctum inuenit.

2. Auferunt victus necessaria. Secundo auferre victus sustentationem. Multum conantur obsidentes ne victu abundent obsessi, & ne eis aliunde portentur obseruant, vnde recitat Frontinus: Quod Fabius Maximus vastata Campania tempore sementis se absentauit, vt sic frumento, quod, erat vastationi residuum satoribus consumpto rediens acrius terreret, & subiugaret, quod factum est. Antigonus aduersus Athenas idem fecit: vnde semper in mense Maio consueuerunt obsidiones fieri: quia tunc arbores, & tritica possunt magis destruere.

3. Inducunt mortis timorem. Tertio inducere mortis pauorem: multæ ciuitates ex falso timore proditæ sunt: vnde refert Frontinus, quod Pelopidas Theatinus duo oppida simul oppugnans, non ita longo spatio distantia quod eodem tempore de vno ad alterum mouebat exercitum, præcepitque vt ex opposito ab aliis castris venirẽt primo octo equites coronati notabili alacritate, velut victoriam nunciantes: ad eius similitudinem veriorem, præcepit syluam quæ in medio erat, incidi, vt præberet speciem vrbis ardentis: deinde eorum causa de suis in modum captiuorum iussit perduci, qua assueratione vel simulatione perterriti, qui obsidebantur cum suos socios crederent, defecerunt, & hosti se tradiderunt.

Spiritualiter loquendo hæc tria mala, quæ faciunt obsidentes, conantur facere nobis dæmones.

Dæmones ut proditorie decipiunt. Primo fallunt per proditionem, quia vitia sua virtutis specie occultant: sicut enim illi obsidentes simulabant bonum agere, & capiebant ciuitatem, sic dæmones occultant vitia sub colore virtutum, & nos faciunt labi in ipsorum laqueum, vt verbi gratia, colorat gulam sub specie largitatis dicens, si male & parum comedis, dicent homines te esse auarum, & times tua expendere: sed si bene viuis, & delicatè, dicent te largum & bonum, quia scis vti tuo bono: Ad auaritiam vero sub specie abstinentiæ suadet dicens, si vis tuũ comedere, & aliis dare, gulosus, & prodigus reputaberis: dicetur enim te non aliud agere, nisi comedere; sed si quod habes conseruas, & aliis non distribuas, temperatum, & sapientem te dicent homines, etiam si penuria sit futura ignoras, melius est habere quam quærere: ad vanam gloriam vero superbia persuadet proponendo bona, dicens, tu es melior omnibus in scientia, in diuitiis, virtutibus, in sanctitate, & in omnibus, ostendas ergo te esse, quod es vt appretieris, quàm volueris, prædica te ipsum vt virtutes quas habes, homines cognoscant, & te videant, prædica, & sic isto velamine perdit animam: Ideo dixit Eua, Gen. 3. *Serpsẽ decepit me,* de hoc figura habetur 2. Reg. 2. de Ioab, quando occidit Amasam in via osculans, & accepto gladio occidit: hic diabolum figurat, qui osculatur, & blanditur cum bonum te facere dicit, & malum est, quod facis: & ipse accepto gladio te percutit, quia sub specie virtutis per gladium vitij animam occidit.

Gen. 3. *2. Reg. 2.*

Anima vita charitas. Secundo auferunt vitæ sustentationem, cum nos charitatem dimittere sollicitant, & ipsum Deum, qui est vita animæ, August. sicut corpus sine anima mortuum est, ita anima sine charitate mortua est, & istam faciunt nos dimittere, cum odium pro dilectione faciunt recompensare: cum enim aliquis alieno benefacit à quo non diligitur, sed odio habetur: tunc ipse dæmon instat, vt charitatem, & dilectionem homo in odium vertat: sed fidelis Christianus non debet propter hoc charitatem dimittere, sed eam tenere, vnde exemplum habemus charitatis in Dauid erga Saulem, à quo cum persequeretur iniuste, pluries potuit illum occidere, sed noluit: immo cum eius audiuit mortem, fleuit, & suum interfectorem morte puniuit lege historiam 1. Reg. 24. & 26.

1. Reg. 24. & 26.

Tertiò inducunt mortis pauorem cum ex timore malo ad loquendum falsum inclinant, cum enim aliquis veritatem loquitur, & pro ipsa veritate odio habetur, statim diabolus persuadet dimittere veritatem, & loqui falsitatem sed seruus Christi non propter timorem aliquem debet tacere verum: sed quanto plus asserit verum maius meretur præmium, Eccles. 3. *Pro anima tua non confundaris dicere verum: est confusio adducens peccatum,* historia hic cadit 3. Reg. vlt. de Michæa, qui non tacuit veritatem quamuis fuerit in carcere sustentatus pane angustiæ, & aqua tribulationis. Hæc tria quæ nobis nostri aduersarij faciunt, & quomodo in his nos habere debemus, possunt in hodierno Euangelio comprehendi.

Eccles. 3. *3. Reg. vlt.*

Primo ponitur, quando contra proditionẽ elationis, &

Digitized by Google

& ſuperbiæ Chriſtus vſus eſt humilitate, cum dicit, *quod mirabantur Iudæi*, ſecundo quando contra odium inimicitiæ vſus eſt charitate, cum additur, *quid me quæritis interficere?* tertio ponitur quando contra falſitatem vſus eſt veritate, cum ſubditur: *Dicebantur quidam ex Hieroſolymis.*

Primo ergo ponitur, quod mirabantur Iudæi, quod literas ſciebat, cum non didiciſſet, & hoc non ſine gloria erat: ſed ne caperetur vana gloria, vſus eſt humilitate. cum dixit, *mea doctrina non eſt mea: ſed eius qui miſit me*: Ecce vt ſuam virtutem non ſibi tribuerit, ſed patri, ſuper quæ verba, dicit B. Auguſtin. in Hom Si ille qui cum patre eſt vnum, Æqualis patri, Deus de Deo, Deus apud Deum, coæternus immortalis, pariter ſine tempore, pariter creator, & diſpenſator tamen, quia venit in tempore, & formam ſerui accepit humanam, inuentus vt homo, quærit gloriam patris, & non ſuam. Quid tu homo facere debes, qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris: quando aliquid mali facis, Dei calumnias meditaris? intende tibi, creatura es, agnoſce creatorem: ſeruus es, ne contemnas: Dominum adeptus es, ſed non meritis tuis, quære gloriam eius à quo habes & gloriã; eius gloriam quæſiuit qui eſt ab illo vnicus natus: quia qui quærit gloriam eius, qui miſit illum, hic verax eſt & iniuſtitia in illo non eſt, & ſequitur ſecundum, *quid me quæritis interficere?* Iudæi enim quærebant Chriſtum occidere, & ipſe ſanabat infirmos eorũ vnde mentionem facit de paralytico, quem ſanauerat in piſcina, at quia ipſe die ſabbathi ſanauit eum, Iudæi maledicebant eum, ipſis tamen non reddit odium, ſed amorem, & charitatem: Et ſequitur tertium: *dicebat ego quidem*, &c. nam falſa erat opinio Iudæorum de Chriſto vt patet in textu, ipſe iuſtum errorem deſtruxit, & veritatem dixit: *Clamabat ergo Ieſus dicens*, rogemus ergo ipſum, vt nobis tribuat ſe imitari in charitate, in humilitate, & veritate, Amen.

Deo omnia tribuenda.

Male Iudæi de Chriſto ſentiunt.

FERIA QVARTA POST IV. Dominicam Quadrageſimæ.

Quid agendum eſt ciuibus obſeſſis in ciuitate debili.

Sermo XXIX.

PRæteriens Ieſus, &c. Quia non omnes ciuitates ſunt poſitæ in loco naturaliter forti, & propter repentinum aggreſſum hoſtium non poſſunt ſe munire: ideo congruum eſt videre, qui talibus ciuitatibus ſit agendum, & tria debet facere.

Dux ciuitatis ſit benemo.

Primo bonum ducem eligere. Nam bonitate Ducis conſeruatur exercitus, & bonitate Capitanei defenditur ciuitas: capitaneus maxime debet eſſe benevolus, & fidelis, vt ſuorum ſalutem velut propriam procuret: vnde infidelis capitaneus, non ſolum ciuitatem male munitam, ſed etiam fortem habet deſtruere, quod eſt primum exemplum Vale. in lib. 7. Narrat enim, quod Tarquinius cum Gabinos nulla vi capere poſſet, filium ſuum, Sextum Tarquinium virgis cæſum, tamen ad hoſtes fugere fecit, qui incuſata patris ſæuitia perſuaſit gentibus, vt odio ſuo aduerſus patrem vterentur, & dux ipſorum electus eſt, qui patri indicauit per nuncium, qualiter omnia in ſua poteſtate haberet, & præciperet quidnam fieri vellet, ſed pater nuntio nihil reſpondit: ſolum duxit eum in hortum, & baculo quem in manu habebat, maxima, & altiſſima capita papauerum, excuſſit, quod factum nuncius filio retulit: qui intelligens patrem ſuum, ſtatim maiores Gabinorum ex illo expulit, & morte conſumpſit, & ſic vrbem opulentam bonis viris ciuibus, patri tradidit: quo exemplo patet, quod Capitaneus debet eſſe fidelis: ſecundo debet arma defenſiua aſſumere, ſi enim obſeſſi ſemper præcipiuntur eſſe armati, quanto magis illi, qui loco beneficij ſunt priuati. Vnde Neemiæ 8. ſcribitur, quod reædificantes Hieruſalem, audientes aduerſarios contra ſe venire, vna manu faciebant opus, & altera tenebant gladium, &c. tertio debent intrepidè perſeuerare, conſtantia enim in omnibus eſt commendanda, & maxime vbi eſt magis neceſſaria: vnde ciues non debent timere perterreri, ſed conſtanter perſeuerare. Narrat enim Frontinus: quòd Mithridates cum obſideret caſtrum nouum Buzitum captiuos ciuſdem quos ceperat produxit oſtenditque obſeſſis. exiſtimans miſeratione ſuorum compellere eos ad redditum. At illi patienter ferentes captiuorum mortem Romanis fidem ſeruauerunt: vnde ſemper ciues debent eſſe conſtantes: ſed quantum valeat intrepido conſtantia male munitis ciuitatibus, patet exemplum Frontini: recitat enim, quod Numantini obſeſſi: nec vallo munierant ciuitatem ideo, ſed continuerunt, quod cum Pompilius fiducialiter, aggrederetur, ipſi promuro reſtiterunt, & exercitum Pompilij fugauerunt. *Neem. 8.* *Conſtantia maximè cõmendanda.*

Spiritualiter loquendo dum ſumus in hoc mundo, ſumus poſiti in malo loco, debemus ergo fidelem Capitaneum eligere, qui eſt Chriſtus, arma arripere, & hic poteſt dici baptiſmus: conſtanter perſeuerare, & hic eſt fructus. *Tribus debemus munire ſpiritualiter.*

Primo ergo debemus Chriſtum in noſtrum capitaneum eligere: quia ipſe eſt fideliſſimus, Pſal. *Fidelis Deus in omnibus verbis ſuis*, &c. Nullus enim poteſt eſſe ita benevolus, & fidelis, ſicut ipſe, cuius benevolentia patere poteſt per precis modum: magnum eſt enim, ſi quis pro amico liberando porrigit preces, verum maius ſi det argentum, ſed maximum ſi tradat ſemetipſum: ſed ecce inauditum, & inſolitũ, atque naturæ contrarium pro inimico à quo grauiter offenſus eſt ſuſtinere non ſolum verba, & improperia, pœnas varias, & verbera: ſed vtiliſſimæ mortis ſententia humiliauit ſemetipſum: *qui pro nobis factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Philip. 2. Vnde figuratum eſt in hoc Geneſ. 9. vbi ſcribitur, *quod plantauit vineam, & bibens vinum inebriatus eſt. Iacuitque diſcoopertus in tabernaculo:* hoc Chriſtus eſt, *qui plantauit vineam*, id eſt humanam naturam condidit, Hier. 2. *Plantauite vineam meam electam:* de vino eius vineæ inebriatus eſt, quando nimis eam dilexit, vnde ſterit diſcoopertus in tabernaculo, id eſt nudus in patibulo. *Chriſtus nobis fideliſſimus. Pſal.* *Philip. 2.* *Gen. 9.* *Hier. 2.*

Secundo debemus baptiſmum ſumere, vel confeſſionem ſacramentalem, & accipere tanquam armaturam defenſiuam: vnde Act. 2. Cum dictum eſſet Petro, quid faciemus? Reſpondit, *pœnitemini igitur, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu*: ſed quam ſit magnæ efficaciæ hæc armatura, patet in figura Ioſue 2. vbi legitur, quod filij Iſrael volentes terram promiſſionis intrare, tranſierunt Iordanem, & in ipſo tranſitu arca teſtamenti ſterit in medio & ſacerdotes cum ea, totaque aqua inferior decurrit in mare, ſuperior vero intumuit valde, & elegerunt de ipſo flumine 12. Lapides: lege hiſtoriam, hæc ſpiritualiter loquendo ſcripſit, quod nos volentes tranſire terram promiſſionis, & Dei gloriam habere, oportet per flumen tranſire, id eſt per baptiſmum tranſire, quia niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, &c. vel ſi confeſſione ſacramentali: debemus tranſire flumen, id eſt confeſſionem, quæ eſt flumen, quia ibi debet eſſe flumen lachrymarum, Pſal. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.* ſed in hoc tranſitu arca Dei debet ſtare in medio: quia mediante Eccleſia & ſacerdotibus, & ſecundum formam aſſignatam ab Eccleſia, debet quis baptizari, & confiteri: aquæ inferiores decurrunt ad mare, quia *Confeſſio ſacramentalis armaturæ defenſiua. Act. 2.* *Ioſue. 2.* *Vt ad terrã promiſſionis perueniat per baptiſmum tranſeundũ.* *Pſal.*

Digitized by Google

omnia peccata ante commissa delentur, sed superiores aquæ intumescunt: quia bona, quæ postmodum fiunt fructificant: eliguntur 12. lapides, quia 12. sunt articuli fidei, in quibus velut in firmissimis lapidibus fundatur fides nostra.

Tertio debemus constanter perseuerare, quia in ipsa perseuerantia est fructus. Apoc. 2. *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ:* debemus autem constanter perseuerare, vt nulla tentatione, nulla aduersitate moueamur à Dei seruitute. Eccle. 2. *Fili si accesseris ad Dei seruitutem, prepara animam tuam ad tentationem,* & ideo Iob dicebat 27. *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea: & iustificationem meam, quam cœpi tenere non deseram.*

Apoc. 2.

Eccle. 2.

Iob 27.

Hæc tria, quæ nos debemus appetere in præsenti vita, perfectè comprehendi possunt in hodierno Euangelio, veruntamen sicut dicit Augustinus in Homil. Ita est prolixa lectio Euang. quam si vniuersam pertractare conamur pro sui dignitate, sicut vellemus singula verba considerantes: non sufficeret dies. Breuiter ergo oportet exponere: quia nimis longum esset singulis verbis immorari: dicamus ergo breuiter, quod illa tria prædicta notantur: primo Christi boni capitis electio in humiliatione: secundo baptismi & confessionis assumptio in piscina & latrone: tertio constantiæ fortitudo in sui ad ad Iudæos reprehensione.

Mira Christi Domini benignitas.

Primo lutum enim illud, quod est pilo & puluere factum significat Christum, qui diuinitate, & humanitate constitit. Quod lutum super oculos debemus ponere, quia ipsum tanquam nostrum lumen debemus respicere, & ipsum periculis velut caput habere: quanta autem sit huius capitis bonitas, & beneuolentia, & fidelitas ostendit in Euangelio: cum ponit se ad respiciendum. Cum respondit Apost. interrogantibus: *quis peccauit: & ait, neque hic, neque parentes,* &c. *sed vt manifestetur:* hanc venit ipse ostendere: vnde ait, quamdiu sum in mundo, lux sum mundi, me oportet operari opera eius qui misit me, quanta est Saluatoris benignitas, vt non rogatus fecerit lutum, oculos liniuerit, & illum cæcum illuminauerit? Ille cæcus, qui sedebat secus viam ciuitatis Hierico, rogabat, vt visum reciperet, & clamabat, Iesu fili Dauid miserere mei. Domine, fac vt videam; Respondit interrogans quid peteret: hic autem non rogatus linit, & illuminat, &c. De secundo per illam lotionem intelligitur baptismus, vel sacramentalis cõfessio: sicut enim ille recepit visionem sic in baptismo fidem, vel sacramentali confessione gratiam recepit homo, quæ est lumen, quo Deum videmus, &c. De tertio in confessione huius cæci, qui ita constanter fidem dicitur confessus coram Iudæis: *ille homo, qui dicitur Iesus* fecit lutum, &c. Confitetur Christi sanctitatem: cum ait, hunc scimus: quia Deus peccatores non exaudit, à sæculo non est auditum, quod quis illuminauerit oculos cæci nati, toties repetit hanc confessionem, & ille dicit prophera est: nam timet fieri extra synagogã, venit denique in templum, inuenit Christum, ibi eum adorat. Ecce quanta fuit constantia huius cæci nati, cuius exemplum nos imitari debemus eligere Christum in caput, & solum ad ipsum respicere, sicut fratres Iephtæ elegerunt ipsum in principem, & Ducẽ bellicontra suum tyrannum, qui volebat sibi oculos eruere: sic diabolus conatur nos excæcare, & oculos dextros eruere: commocemus ergo Christum in nostrum Ducem, & ip um ante oculos nostros ponamus, & in ipsum respiciamus aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum: secundo lauemur in Siloe, qui dicitur missus, id est in baptismo, & sacramentali pœnitentia: tertio in bono concepto, & incepto constanter perseuerare, vt mereamur in ipso, & per ipsum regnare ipso præstante. Qui est benedictus in sæcula, Amen.

Christi sanctitas.

FERIA QVINTA POST IV. Dominicam Quadragesimæ.

De crudelitate, quam exercent hostes in obsessos capta ciuitate,

Sermo XXX.

Erat *Iesus in ciuitatem,* &c. Luc. 7. Ad alliciendum ciues, ad sufferendum obsidiones, ne fraudent eorum mentes in ipsa obsidionis angustia, quæ hostis habita victoria consueuit inferre, scire debemus: cum enim ciues sciunt suum inimicum, nimis esse crudelem: non libenter in eius manibus se volunt committere. Immo potius aliquando permittunt se fame mori, & consumi, quam velint paciſci: & ideo Frontinus dicit, quòd Epaminundas Dux Thebanorum aduersus Lacedæmonios dimicaturus, vt sui milites non solum iuribus, sed affectibus pugnarẽt: dixit in publico ordinatum est apud Lacedæmones, si vincerent, omnes virilis sexus interficere, mulieres autem & liberos eorum seruos facere, & Thebas diruere: quo dicto ita animati sunt Thebani, vt primo ictu Lacedæmones expugnarent: & ideo fideles Christiani vt sint fortes in bello cõtra diabolum in præsenti sermone dicam quam sit seruile eius dominium, vt hoc scito non consentias ei.

Luc. 7.

Pro quo sciendum est: quod in temporalibus sęui hostes malè pertractant deuictos in duobus, primum est ipsos debilitare: secundũ de ciuitate propria expellere.

In quibus hostium crudelitas consistit.

Primò eos debilitare, ne vlterius rebellare valeant, bonis omnibus expoliant: aliquando etiam ipsos minuunt in mẽbris corporis, ne apti sint ad bellum, sicut Naas Princeps Ammonitarum volebat eruere oculos dextros, vt scribitur. 1. Reg. 2. Aliquando etiam ipsos occidunt. Narrat enim Valerius lib. 9. quod Silla quatuor legiones contrariæ partis, quæ sibi non obedierant in campo Martio occidi iussit. idem etiam de ciuitate Prænestina quinque millia sub spe salutis se reddentes ei, & ciuitatem dimittentes sibi, nõ longe ab ipsa terra in campo fecit eos interimi: secundo de ciuitate expellebant, hoc multorum exemplis probari posset: quia multas ciuitates destruxerunt Romani, expellentes earum ciues & multarum adhuc viget memoria, quæ destructæ eo tempore à Romanis extiterunt. Alexander, vt retitat Frontinus, cum deuicit Asiam, omnes nobiles secum duxit, nec aliquem remanere permisit.

1. Reg. 2.

Spiritualiter loquendo, hæc duo mala faciunt sæui hostes, scilicet diaboli: quia hominem sibi consentientem, primo bonis omnibus exuit, ac in anima occidit: secundo ipsum de bonorum congregatione, quasi de honorabili ciuitate expellit,

Dæmonis in nos crudelitas.

Primo bonis operibus exuit: bona enim hominis, vel sunt naturalia, vel gratuita: naturalia, vt bona corporis, gratuita vero, vt bona mentis: hæc omnia ipse accipit. Primo bona corporis: cum enim aliquis sibi consentit in gula, vel in lasciuia, statim exuit, & debilitat corpoream naturam: vnde generat infirmitates, vnde corrumpuntur humores: vnde minuuntur vitæ dies, vsi & superfluo cibo, & potu, & coïtu: vnde Augustus. ad Bonifacium. Escæ, inquit, nimiæ, non solum animas, sed etiam corpora lædunt, & ad infirmitatem perducunt, solet enim per nimiam ciborum auiditatem, & poculi intẽperantiam frangi stomachi fortitudo: necnon, & abundantiã sanguinis, & colorem, & plurimas ægritudines escarum largitate oriri: cum etiam aliquis sibi consentit in acedia, vel tristitia: statim deficcat carnem, & ossa. Prou. 17. *Spiritus tristis deficcat ossa,* & cum aliquis sibi

Gula maxime nocua. Prou. 17.

Digitized by Google

Inuidia pestifera.

sibi assentit in inuidia: statim ipsum conturbat in felicitate aliena: vnde Basilius: Sicut rubigo ferrum, sic inuidia animam, in qua nascitur, corrumpit: & sic accipit bona corporis: secundo priuat bonis gratuitis, quæ sunt virtutes: nam cum aliquis consentit in superbia, priuat eum humilitate; cum consentit in ira, priuat eum benignitate, & mansuetudine: & cum in auaritia, priuat charitate, & largitate, & cum in vana gloria, priuat magnanimitate: sed postquam accepit bona corporis, & bona mentis, quid aliud agit: nisi quod corpus, & animam occidit: sicut factum fuit de seruis Dauid, qui missi sunt ad Regem Amon, quos ille remisit rasa media eorum barba, & incisis tunicis, vsque ad crura: hæc significant, quod qui diabolo consentit ipse radit sibi barbam, id est aufert virtutum insignia. Barba est signum sexus virilis, & vir à virtute dicitur. Et incidit tunicas, id est, aufert corporis valetudinem: & fortitudinem, quæ congruè per tunicas possunt figurari: quia sicut tunica corpus, sic corpus animam tegit, & defendit.

Dæmon hominē sibi cōsentientē de bonorum societate expellit.

Secundo diabolus hominem sibi consentientem, de bonorum societate expellit. Nam qui puritatem innocentiæ sua suggestione non custodiunt, expellit eos de societate Angelorum, & qui fidelitatem obedientiæ non seruant, expellit eos de societate Patriarcharum, & qui claritatem sapientiæ spernunt, expellit eos de societate Prophetarum, & qui paupertatē indigentiæ vilipendunt, expellit eos de societate Apostolorum. Et qui soliditatem patientiæ in aduersis non custodiunt, expellit eos de societate Martyrum, & qui austeritatem pœnitentiæ facere nolunt, expellit eos de societate Virginum. Ecce quomodo miseri homines consentiendo diabolo, priuantur omni bono consortio. Nonne ipse primos parentes expulit de paradiso propter gulam? Nonne Dathan, & Abiron eiecit de mundo propter superbiam? Nonne Salomonem de sapientium consortio emisit propter lasciuiam? Nonne Iudam de Apostolorum collegio propter auaritiam & sic multorum exemplis, & rationibus patet, quam malum sit assentiri diabolo: & ideo fideles Christiani nunquam deberent permittere vinci: verum propter suam malitiam, & nostram imperitiam multos ex nostris vincit: ideo Christus sicut Deus misericors pater, & pius, prædam de manibus eius conatur auferre cum hominem liberat à morte animæ, & reuiuificat vita gratiæ: & hæc omnia patent in Euang. hodierno: in quo hæc duo notantur, scilicet diaboli crudelitas, & Christi pia benignitas.

Primo ponitur impia crudelitas, & hæc erat duplex: quia primo interfecerat: secundo extra ciuitatem miserat. Declara, quinam sint portitores, moraliter: propter primum dicitur: *Ecce defunctus*: propter secundum dicitur *efferebatur*, id est extra ciuitatem portabatur, duo mala erant: quia defunctus, id est, mortuus, & quia efferebatur, id est, extra ciuitatem portabatur, *misericordia motus est, & dixit noli flere.*

Benignitas Christi duplex.

Secundo ponitur Christi pia benignitas: & hæc est duplex, opposita diabolo. Nam Diabolus occidit, Christus viuificat: moraliter declara Euangelium: iste de ciuitate expulit: Christus matri reddidit: primū ibi tetigit loculum, & ait. *Adolescens tibi dico, surge: & statim resedit*: secundum ibi: & *reddidit illum matri suæ.* Rogemus ergo ipsum, vt nobis gratiam tribuat, vt à peccati morte liberemur, & ad vitam perducat æternam, Amen.

FERIA SEXTA POST IV. Dominicam Quadragesimæ.

Sermo XXXI.

Ioan. 11.

ERAT *quidam languens Lazarus*, &c. Ioan. 11, Inter cætera, quæ ciuitates habent expugnare, sunt ædificia, quæ fiunt ad muros diruendos, quæ sunt quatuor, scilicet cuniculus, aries, testudo, & turris lignaria.

Instrumenta ad expugnandas ciuitates.

Primum est cuniculus, & hoc est quando foditur sub terra, & sunt cuniculi meatus subterranei, instar cauernarum, quas instrumēta eiusdem nominis efficiunt: ita fodiunt homines, & perueniunt ad fundamenta murorum, quæ hoc ingenio dirimunt: vnde: obsessi de hoc valde timere consueuerunt: Narrat enim Frontinus, quod cum Philosophus Cinacinum castellum nulla vi capere posset, & terram ante ipsius muros egisset: simulauit agi cuniculum, castellanique subruptos se extimentes, & se dederunt.

Primum est cuniculus.

Secundum aries, & hæc est quædam trabs: eius caput vestitur ferro, & cum illo propulsatur murus, & dicitur aries: quia fronte durissima elidit murum ad similitudinem arietis animalis, qui retrocedit, deinde acrius ferit: hæc autem vt recitat Vitruuius 10. lib. architecturæ: primum Carthaginenses pugnaturi Godes, contra cuiusdam castelli muros cogitaueruntcū enim non haberent ferramenta, quibus demoliri possent murum, accepto ligno, terrentes, quòd manibus summitatem muri propulsando lapides cœperunt excutere, & sic diruerunt totum: Deinde faber quidam lignarius Tirius nomine Pepias, ingenio suo statuit malum maius in terra fixum, & ex eo alterum malum transuersum suspendit, & inde ducendo, & repellendo gradinatorū muros euertit, & sic arietis principiū fuit.

Secundum est aries.

Tertium est testudo, & modo dicitur felis, & dicitur testudo: quia ad modum testudinis facta est, & dicitur felis ad similitudinem illius animalis, quod planè, & cū deceptione murem de muro attrahit: Ita hic lapides de muro tolluntur: fit enim istud ædificium de lignis incoriatis, & ferratis, & intus stant homines, & portantur ad murum, & illi qui sunt intus cum picconibus perforant murum.

Tertiū est testudo.

Quartum est turris lignaria, quæ modo dicitur castrum lignorum, & fit istud tantæ altitudinis, quod supereminet muris, & turribus aliquando, & ibi sunt homines, qui cum obsessis mutabiliter præliantur: ista sunt quatuor ædificia principaliora, quæ fiunt ad violentam captionem castrorum, & ciuitatum: Præter machinas, siue trabuccos, qui ita sunt communes, quod non indigent speciali mentione.

Quartum est turris lignaria.

Contra illa quatuor, quatuor remedia inueniuntur: Nam primo contra cuniculum est facere foueam aliam, & exire illis, qui faciunt obuiam: contra arietem est dimittere vbi percutit, aliquid molle: vt culcitræ & sacci pleni lana, & huiusmodi: contra feles est facere alium murum, & statim reparare destructum: vnde fortiores sunt ciuitates, quæ duos habent muros: vltimo contra castrum lignorum, & comburere perditionem si fieri potest, & satricare, vel sagittare contra ipsum ignem & alia huiusmodi: sed & melius est ordinare remedium vt locus per quem transit, sit mollis, & humidus, ne rotæ vehi possint: vnde recitat Vitruuius, vbi supra, quod Rex Demetrius cum filio Epimachi Athenienſis architecti, fecit fieri contra castrum altitudinis pedum centum viginti quinque, & latitudinis sexaginta: tunc in ea ciuitate monebat Diegnetus architectus, qui iussit perfodi murum in ea parte, versus quam accedere debebat: & omnes priuatè aquam immundam per fenestram, quam fecerat, & canales progredientes effunderent: cum autem quantitas magna aquæ ibi fusa fuisset nocte: Postero die Heliopus princeps Demetrij, accedens cum illo castro, antequam appropinquasset muro, stetit in humida voragine facta, nec progredi inde potuit: Itaque Demetrius se confusum videns, ab obsidione recessit: fecerat enim lacum subterraneum aqua plenum, super quem, cum moles illa veniſſet, statim terra cessit, & deceptis hostibus: turrem Diegnetus cepit: & in ciuitatem ducens, populo sibi congratulanti dedit.

Contraria remedia ad illa instrumenta.

Digitized by Google

In sensu spirituali quanã sint illa quatuor instrumenta.

Spiritualiter loquendo, quatuor ædificia significant quatuor peccata, quibus diabolus obsidens animam, velut ciuitatem quandam, capit & destruit: & hæc sunt: Peccatum cogitationis, & locutionis, peccatum operationis, & peccatum obstinationis.

Primum est peccatum cogitationis, quod assimilatur cuniculo: quia sicut illo modo occultè, & absconsè subuertitur murus: sic per cogitationes malas occultè quodammodo subuertitur, & destruitur virtus: vnde Ecclesiast. 2. *Cor fatui, quasi vas confractum.* & Sapient. 1. *Peruersæ cogitationes separant animam à Deo:* Ideo dicitur Cant. 2. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliũtur vineas*: Nam per vulpes paruas malæ cogitationes intelligi possunt, quæ paruæ sunt consideratione: sed sunt vulpes dolo, & fraude, & demoliuntur vineam, & destruunt animam.

Eccles. 2. Sapient. 1. Cant. 2.

Secundum peccatum est locutionis, quod assimilatur arieti: nam sicut aries retrocedit, vt postea acrius feriat: sic lingua retrouadit, quia ad malignum animũ retrocedit, deinde ferit: quia venenosa verba dicit, & lapides de muro excutit, quando omne malum, quod cogitauit refert, quasi singula verba, quæ dicit, sint lapides, quos de ædificio tollit: & sicut illud facit in muro fenestram, sic mala lingua pandit omnia secreta, vnde Prouerb. 25. *Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui in loquendo non potest cohibere spiritum suum:* super quæ verba dicit Greg. in Pastorali: Quia, inquit, murum silentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis, primo si per verba extra semetipsam eiicit, apertam aduersario ostendit quam tanto ille sine labore ruperat, quanto & ipsa, quæ vincitur contra semetipsam per multiloquium pugnat: per ipsam enim seminantur stimuli, oriuntur rixæ, accenduntur faces odiorum, pax extinguit concordiam: vnde bene per Salomonem dicit: *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: qui linguam non refrenat, concordiam dissipat.*

Prouerb. 25.

Gregor.

Tertium est peccatum operationis, quod assimilatur testudini, vel feli: nam sicut illud ædificium citius destruit murum, sic peccatum opere completum spiritualis fabricę est destructiuum, Iac. 3. *Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem.*

Iacob. 3.

Quartum est peccatum obstinationis, quod assimilatur castro: quia sicut illud cum difficultate tollitur, eo quod eminet muro. Ita obstinatio, & induratio ad malum, vnde Bern. quid est cor durum? ipsum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, nec minis cadit: sed flagellis induratur, ingratum est ad beneficia, infidele ad consilia, sæuum ad iudicia: irreuerendum ad turpia, & ita pauidum ad pericula.

Bernard.

Ista quatuor vitia debent destrui sequentibus remediis.

Ista quatuor vitia, velut quatuor ædificia destruere habent (vt patet) totam fabricam spiritualem animæ.

Sed habent quatuor remedia, quæ assimilantur cautelis, quæ fiunt contra illa ingenia: Nam contra malas cogitationes est contritio: sicut enim contra cuniculum est facere aliam foueam, & exire obuiam, sic contritio contra malas cogitationes exit: quia illæ instigant ad malum, ista ad bonum: illæ gaudent de malo cogitato, ista dolet: quia contritio est gratuita de peccatis propriis, cordis afflictio, secundo contra malas locutiones, est confessio, sicut enim contra arietem est opponere contra mollia, sic confessio oris, & sacramentalis est contra malas locutiones: quia illæ superbæ, ista humilis, illæ destruunt, ista reparat, illæ feriunt, & dirimunt alienum. Ista in se recipit ictum, id est increpationes, verecundias, instructiones, siue institutiones, & narrationes culpæ. Psal. *Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino & tu remisisti impietatem,* &c. tertio contra malas operationes est satisfactio, & bonorum operatio: sicut enim contra gattum est facere alium murum, & statim reparare destructum, sic satisfactio est emendare malum perpetratum: quarto contra peccatum obstinationis, & indurationis est humiliatio, & spontaneæ voluntatis obtemperatio: sicut enim contra castrum lignorum est, locum vnde transire debet humidum, & mollem facere, sic humiliatio est contra obstinationem ab anima, & sic habemus duo: primum est, quæ peccata destruunt spirituale ædificium animæ: secundum est, quæ remedia habent liberare.

Contritio quid.

Psalm.

Hæc omnia notantur in historia Euangelica, in qua narratur de Lazaro resuscitato per Christum: dicatur historia: Hic Lazarus significat hominem peccatorem mortuum in peccatis, per quatuor dies, quatuor dies intelliguntur: vt primus dies sit peccatum cogitationis, secundus scilicet dies sit peccatum locutionis, tertius peccatum operationis, quartus peccatum obstinationis, in quo fœtet: quia postquam homo male cogitat, male loquitur, male operatur, & obstinatus constitit, nimis abominabilem se facit.

Lazarus significat peccatorem.

Sed resuscitatur per Christum: quia de morte surgit ad vitam per gratiam: vbi occurrunt quatuor contraria prædictis. Nam primo turbauit semetipsum, *infremuit spiritu*, in quo notatur contritio, quæ opponitur peccato cogitationis, secundo petiit de loco vbi positus erat: in quo notatur confessio sacramentalis, quæ opponitur peccato locutionis: tertio *lachrymatus est* in quo notatur satisfactio, quæ opponitur peccato operationis: quarto iubet tolli lapidem, in quo noatur remotio obstinationis, & indurationis.

Si igitur vis resurgere à peccato, habeas contritionem cordis, confessionem oris, satisfactionem operis, & remoueas lapidem obstinationis, & indurationis, & sic resurges à mortuis. Rogemus ergo Deum, vt hæc nobis concedat, Amen.

SABBATHO POST IV. DOMINICAM siue Passionis.

Propter quæ aliquæ ciuitates ab hostibus inopinatè capiuntur.

Sermo XXXII.

Ioan. 8. Capiuntur ciuitates ab hostibus propter tria.

EGo *sum lux mundi*, & cætera. Ioan 8. Propter tria inuenimus ciuitates ab hostibus fuisse captas: primo propter insuspectę partis aggressionem, secundò propter fluuij deriuationem, tertio propter auxiliorum destitutionem.

Primo propter insuspectæ partis aggressionem, sunt enim aliquæ ciuitates, quæ in vna parte sunt fortissimæ, ita quod ciues non timent ex illa parte posse capi, nec in hanc hostes velle irrumpere, propter quod partem quasi satis tutam non bene custodiunt: sagaces hostes hoc scientes, per illam partem occultè tamen consueuerunt aggredi: vnde refert Frontinus, quòd Tullius Marcus cum oppugnaret castellũ in monte saxeo situm, ordinauit nocte: vt per saxa montis miles quidam leuis armaturæ conscenderet, qui cum peruenisset ad summum cum adiutorio funiũ, centum homines traxit, qui omnes erumpentes in castrũ, & ipse Marcus acrius pugnans, qui erant in castello, videntes se à tergo capi, & ante impugnari, se & castrũ dederunt: similiter dicit, quod Scipio Africanus apud Carthaginem volens capere ipsam, per aquæductum intrauit, vnde tota ciuitatis aqua exibat, & quia locus ille insuspectus erat, inde ingressus vrbem cepit.

Secundo capitur ciuitas propter fluuij deriuationẽ: sũt enim aliquæ ciuitates in planitiẽ situatæ, quæ propter loci situationem facillimè inundantur à flumine: vnde legitur, quod Alexander hoc fecit Babyloniæ: ordinauit enim vt ille fluuius magnus Euphrates totus

Digitized by Google

totus mutato alueo cum fossa, & aggere, per medium ciuitatis iret: Frontinus tamen dicit, quod medietas illius fluminis, per medium ciuitatis ante ibat, & ipse eis obtulit per prædictum modum, & per illum locum, vnde prius flumen intrabat: ipse ingressus est ciuitatem, & cepit eam: vtrumque verum esse potuit.

Tertio capitur aliqua ciuitas propter auxiliorum destitutionem, cum enim ciuitas non abundat pugnatoribus eam defendentibus, facillimè deuincitur: vnde refert Frontinus, quod Cornelius Rufinus, consul Romanorum, cum multo tempore Carthoniam obsedisset, & nulla vi capere posset propter multos Lucanos in auxilium existentes: at ipse simulauit recessum, & vni captiuo pecunia corrupto persuasit, vt diceret ciuibus eum recessisse, id verum esse: Carthonienses arbitrati, dimiserunt auxilia, & destituit pro pugnatoribus inopinatè: & inualidi capti sunt.

Quid per illa tria in sensu spirituali intelligatur.

Spiritualiter loquendo, per hæc tria intelliguntur tria vitia, quę damnant animam, primum est vitium elationis superbiæ, secundum est vitium cainalis concupiscentiæ, tertium est vitium temporalis auaritiæ.

Primum vitium elationis superbiæ, cum enim homo de seipso nimis confidit, & de se pluspuam debeat, præsumit & maiorem se credit quam sit, in superbiam eleuatur: vnde ea parte qua se reputat securum per diaboli insidias debellatur: vnde habetur figura 2. Reg. 16. de Absalon, qui superbia eleuatus patrem de regno expulit, & ad huc ipsum de mundo per mortē expellere proposuit: sed ipso pugnante deuictus fuit, & per crines ad quercum suspensus fuit, & equus huius sibi deficiens fugit: Hic hominem superbum significat, qui contra Deum quasi contra patrem pugnat, quando non eius voluntatem, sed propriam facit: sed ecce quòd in pugna fugit: Quia ad vltimam vitam venit, vt de hoc mundo exeat, sed per crines ad quercum suspenditur, quando pro ipsa vana gloria damnatur, vel pro ipsa superbia, quæ per crines capitis potest figurari, quæ hominem capitosum, vt ita loquar, efficit, & equus fugit, & euadit: quia mundanæ diuitiæ, quæ sibi causa erant superbiæ, non secum vadunt: sed hic remanent, iuxta illud Psal. *Homo cum interierit, non sumet omnia, noque descendet cum eo gloria eius:* vnde cum tribus lanceis vulnerant: vt vna lancea sit dimissio terrenorum, secunda dimissio supernorum, tertia damnatio infernorum.

2. Reg. 16.

Psalm.

Secundum est vitium carnalis concupiscentiæ, quæ inundationi aquarum assimilatur quia habet animam perdere, Naum 2. *Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum est:* per portas fluuiorum, intelliguntur incendia, luxuriæ, & libidines, quæ apertæ dicuntur, quando executioni mandatur, & tunc dirumpitur templum, id est anima, quæ debet esse templum Dei, Psal. *Nunquid in fluminibus iratus es Domine?* hoc est in luxuriosis; exemplum siue figura huius habetur 2. Reg. 2. de Dauid, quando per luxuriæ vitium adulterium commisit, & homicidium: vide historiam, in qua patet quomodo carnalis concupiscentia, quasi magna aqua inundauit eum: sed pœnitentia deleuit delictum, vnde dicitur in Psal. *Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.*

Naum. 2.

Psal.

Psal.

Tertium est vitium temporalis auaritiæ, quæ assimilatur destitutioni auxiliorum, eo quod cupiditas auaritiæ priuat omni bono, & inducit omne malum, 1. Tim. 6. *Omnium malorum radix est cupiditas:* De hoc est figura Iosue 2. In Achor, qui furatus virgam, & pallium de anathemate Hiericho, qui lapidatus est à populo: hic figurat quemlibet auarum, & cupidum, qui de bonis temporalibus anathematizatis amicis Dei indebitè accipit, vel vt supersit aliis, vel vt sibi solum prosit: propter primum accepit virgam, qua impotatur Dominus, propter secundum accepit pallium, quo intelligitur proprium desiderium, propter hoc Dominus efficitur auarus: vnde separatur à populo: quia *omnis auarus regnum Dei non possidebit*, Ephes. 1. & sic patent tria, quæ perdunt animam.

1. Tim. 6.

Iosue 2.

Ephes. 1.

Hæc tria notantur in Euangelio in verbis, quæ Christus dixit ad Iudæos, & primo contra superbos, quando dixit, *Ego sum lux mundi*, secundum contra luxuriosos, & carnales cum dicit: *Vos secundum carnem iudicatis*, tertio contra auaros, & temporales, cum ait: *hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio*, &c. de primo *Ego sum lux mundi:* nam Christus humilis lux est, & qui sequuntur eum, in luce sunt: superbi vero lux esse credunt, sed non sunt: & ideo non Christum, sed seipsos sequuntur: vnde in tenebris ignorantiæ sunt, ideo dixit: *vos autem nescitis vnde veni*, &c. De secundo, *vos secundum carnem*, &c. secundum carnem iudicare est secundum carnalem concupiscentiam viuere, & operari, quod proprie luxuriosos tangit, eo quod solum carnaliter viuunt, &c. De tertio, *hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio*, &c. Nam gazophylacium erat locus in templo, in quo pecunia congregabatur, & conseruabatur, & ipsi auari non nisi congregant pecunias, & conseruant: non autem largiuntur, & pauperibus donant: vnde contra eos prædicat Christus: Rogemus ergo, ne hæc tria vitia in nobis sint: ne anima ab ostibus capiatur, Amen.

Patent ista omnia per euangelium.

DOMINICA DE PASSIONE.

De bello nauali, & primo de nauta, & de naui

Sermo XXXIII.

DICEBAT *Iesus turbis Iudæorum*, &c. Quia hodie incipit officiū de passione Christi, quæ quidem passio in cruce fuit, & ipsa nauis nostræ salutis extitit, quæ pretium quo redēpti sumus portauit, & nos omnes ad salutis portum perduxit: vnde in hymno ita dicimus: *Sola digna tu fuisti ferre sęcli pretium, atque portum præparare nauta mundo naufrago:* propter hoc ergo passionem Domini prædicare volentes, opus est de cruce facere mentionem, in qua Christus velut in naui nauta fuit: verum quia de spirituali pugna huc vsque prædicauimus: quomodo figuratur etiam & in bello nauali: sed in hodierna prædicatione dicimus, quales debent esse Domini nauis, & qualis debet etiam esse nauis in temporalibus: secundo quomodo similis fuit Christus, & ipsa crux, tertio quomodo hæc notantur hodierno Euangelio. Attendite.

Primo ergo dicendum est de nauclero, siue clero: nauclerus interpretatur dominica nauis, vt dixit Isid. lib. 19. Ethymol. Nam nonne eius sortes sunt omnes nautæ: quia omnibus habet præcipere. Dicamus quod quinque debet habere, primo fidelitatē in operatione, secundo veritatem in locutione, tertio humilitatem in auditione, quarto sollicitudinem in gubernatione, quinto experientiam in nauigatione.

Qualis debet nauis in spiritualibus. Isidor.

Primo debet esse fidelis in operatione, vt operetur fideliter: nam omnem artificem decet esse fidelem, & specialiter illum, qui maiori periculo subiacet, vt pro sua legalitate ab omni infortunio retribuente Deo liber euadat: sed quia in ipsis nautis fidelitas deficit semper homines suspicantur de eis: vnde narrat Frontinus; quod Alceras Lacedæmonius volens contra Thebanos occultè, & inopinatè ire, de nullo nauta confisus. Ipse suam galeam gubernare voluit, & inimicorum naues capiens, aliis gubernandas tradidit.

Frontin.

Secundo debet esse verax in locutione. Magnæ laudis est, vt homo cui credere oportet, non nisi vera dicat, quod tamen in nautis non est: immo ipsi pro nihilo habent magna cæteris hominibus falsa proferre, & suis verbis, & factis alios decipere: vnde refert

Digitized by Google

Frontin. fert Frontinus: quod Hipicrates Athenienſium Dux, vt hoſtium naues falleret, ſuam nauem habitu hoſtium inſtruxit, & ad eos velut ad amicos vadens, ipſos fefellit, & decipiens cepit.

Tertio debet eſſe humilis in auditione, vt humiliter audiat verba aliorum, vnus enim homo non poteſt cognoſcere: vnde nauis gubernator non debet de ſe ſolum confidere, & aliis non credere: quia in puncto euenit, quo minor eo plus ipſo cognoſcere poteſt: exemplum huiuſmodi habetur, Act. De Paulo, quando nautis dedit conſilium non nauigare, qui ſibi nolentes credere, non in modico periculo fuerunt: vnde ipſe poſtmodum dixit, oportebat me audire, & non lucrifacere iniuriam hanc, & iacturam, Quarto debet eſſe ſollicitus in gubernatione. Nam cum aliorum vita ſibi ſit commiſſa: maxime debet eſſe ſollicitus ne aliquo improuiſo euentu, ſua imprudentia, ſe & alios perdat. Nam vt di. Vegetius, in aliis rebus, ſi quid erratū eſt, poteſt poſtmodum corrigi. Defectus vero prę-

Veget. liorū, & nauis gubernationis emendationem nō recipiunt, ſed ſtatim pœna erroris ſequitur: quia in prœliis, vel homo perdit, vel turpiter fugit. In marinis vero periculis, vel nauis perit cum nautis, vel labor creſcit eis: vnde bellorum, & maris caſus irremediabiles ſunt. Quinto debet eſſe expertus in nauigatione, omnis enim ars bene expertū ſuū authoré requirit: &

Iſidor. maxime Naualis, vt di. Iſid. lib. 9. Etymol. quia nauis dicitur, eo quod gnarum, id eſt prudentem, & ſapientem, peritum & ſtrenuum requirit rectorem, qui continere, & gubernare nouit propter maritima pericula, & caſus: vnde eſt illud Salomonis: *& intelligens gubernacula continebit*: & ſic primum, qualis debet eſſe nauis gubernator.

Secundo dicendum eſt de naui: & primo de eius forma: ſecundo de eius materia: forma nauis eſt, quod in extremitatibus ſit ſtricta, & in medio aperta, & hoc non ſine cauſa: nam omnis pars anterior eſt ſtricta, & acuta, vt ſcindat melius vndas: & poſterior, vt ſuſcipiat fluctus cū minori periculo: pars anterior nauis vocatur proa: quia prior: poſterior vero puppis, quaſi poſt hæc inſit. Materia autem nauis eſt lignum durum: vnde fit de quercu magis quam de aliis. alia enim vel ſunt nimis ponderoſa, vt pinus, vel nux, vel cito putribilia, vel curuabilia, vt Abies, Populus, & Caſtanea: quercina vero ſunt meliora, ſi ſunt bono tempore inciſa: vnde ſecundum Vegetium tempore Martij, & Aprilis, in quo humor abundat in arboribus, non eſt bonum incidere ſed tempore Iulij, & Aug. & etiam de menſe Decembri: quia tunc humor deſiccatur, eſt bonum incidere: rurſus non ſtatim inciſis eſt fabricanda nauis, ſed debēt fieri tabulæ, & facere deſiccari. Nam ſi fieret ex lignis viridibus, quando humor non eſt deſiccatus contrahuntur, curuantur, & faciunt rimas, quod eſt valde periculoſum, patet ergo de temporali nauta, & naui.

Chriſtus in cruce velut nauta in naui gubernauit noſtram ſalutem. Spiritualiter loquendo: videndum eſt quomodo hæc fuerunt in Chriſto, qui in crucis ligno, velut nauta in naui gubernauit ſalutem noſtram: & poſſumus dicere, quod perfectiſſime in ſe habuit illa quinque. Nam primo in opere fideliſſimus: ſecundo in ſermone veriſſimus: tertio in conuerſatione humiliſſimus: quarto in gubernatione ſollicitiſſimus: quinto in doctrina expertiſſimus.

Pſalm. Primo in opere eſt fideliſſimus. Pſal. *Fidelis Deus in omnibus viis ſuis*: & poteſt dici, quod ipſe fuit fidelis in promiſſis obſeruando, in commiſſis diſpenſando, & in ſociando. Nam ea, *quæ promiſit fideliter ſeruauit*. Gen. 21. Impleuit Ioan. 13. *Quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam*: eſt fidelis in diſpenſando, 1. Cor. *Iam queritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur*, & eſt fidelis in aſſociando, Ioan. 14. *Ecce vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*, huius figura fuit Geneſ. 29. 30. 31. In Iac, qui perueniens ad Laban, ſeruiuit ſibi, ſicut promiſerat pro ambabus filiabus ſuis 14. annis, cuſtodiuitque pecora ſua. Nam Iacob Chriſtus eſt, qui ad Laban venit, quando in mundum deſcendit, & carnem humanam aſſumpſit, duas vxores aſſumpſit, id eſt duas naturas, vt anima ſignificetur per Rachelem, & corpus per Liam: ſeruiuitque annis 7. diebus 7. ſeptimana circulariter perficitur, ac etiam ſibi commiſſum fideliter conſeruat, quod ſuum eſt ab alieno, ſine fraude diſpenſat, & à ſuis vxoribus nunquam ſe ſeparat, &c. ſecundo in ſermone veriſſimus: vnde Act. 22. Sibi dictum fuit: *Act. 22.* *Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & pro veritate odio habitus es.* Ioan. 7. *Ioan. 7.* *Quid me quæritis interficere hominem qui veritatem loquitur?* vnde figuratur in Achior, Iudith. 5. qui pro- *Iudith. 5.* pter veritatem, quam locutus eſt, Holofernes præcepit eum occidi: vnde ſerui Holofernis ligauerunt eum ad arborem manibus, & pedibus, Achior interpretatur *Figura.* lumen. Chriſtus lux eſt vera. Ideo hic propter veritatem præcipitur ab Holoferne ligari ad arborem, & Chriſtus ligatus eſt in cruce manibus, & pedibus, clauis, & non funibus, &c. Tertio fuit in conuerſatione humilis. Nam de humili matre genitus, in humili ciuitate nutritus, in omnibuſque humiliter conuerſatus: vnde nūquam temporale dominium voluit, ſed recuſauit: vt patet Ioan. 6. vbi dicitur, quod turbæ ſatiatæ in mon- *Ioan. 6.* te, voluerūt ipſum regem facere: qui cum cognouiſſet, quod venturi eſſent, vt caperent eum, & facerēt eū regem, *fugit iterum in montem ipſe ſolus*: ſuper quod verbum dicit Greg. in paſtorali. Quis, inquit, principa- *Greg.* ri hominibus, tam ſine culpa potuiſſet, quam idem, qui hos nimirum regeret quos creauerat? ſed quia idcirco in mundo apparuit, vt non ſolum per paſſionem redimeret, verumetiam per conuerſationem doceret, exemplum humilitatis ſe ſequentibus præbens, rex fieri noluit, & ad crucis patibulum ſponte conuenit &c. Quarto eſt in gubernatione ſollicitus, ſibi enim cura eſt de omnibus, Sap. 12. *Magna enim eſt* *Sap. 12.* *ſibi ſollicitudo de nobis*, omnia enim ad noſtram vtilitatem condidit: & vltimo quos condidit, ſua morte redemit: vnde ipſe intelligitur per illum Samaritanum, de quo dicitur Lucæ 10. Qui inueniens vulnera- *Luc. 10.* tum, compaſſus eſt, & imponens eum ſuper iumentū ſuum, vulnera alligauit, fundens oleum & vinum, protulitque duos denarios pro curatione. Vulneratus ille ſignificat genus humanum, qui de Hieruſalem deſcendit in latrones, id eſt, dæmones, qui eum vulnerauerunt in naturalibus, & expoliauerunt in gratuitis: Samaritanus interpretatur cuſtos, & hic eſt Chriſtus, cui dicimus, Sis præſul ad cuſtodiam: hic inueniens humanam naturam, ſic ſauciatam, impoſuit ſuper iumentum ſuum, quando peccata tulit fuditque oleum, & vinum, quando miſericordia, & iuſtitia nos ſanauit: protulit duos denarios, quando duplicem ſubſtantiam, in cruce, & morte, pro nobis dedit, &c. Quinto eſt doctrina expertiſſima: quia quicquid docuit prius fecit, Act. 1. *Cœpit Ieſus fa-* *Act. 1.* *cere, & poſtea docere: fuit vir potens in opere & ſermone.* Vnde ſua doctrina eſt ſalutaris, Pſalm. *Pſalm.* *Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum*, Lucæ 11. *Beati qui audiunt verbum Dei,* *Luc. 11.* *& cuſtodiunt illud*. Et ſic patet quod fuit &, eſt, bonus nauclerus.

Secundò, dicendum eſt de naui eius, quia fuit crux Quæ ad litteram formam nauis habuit, & materiam: nam crux velut nauis in capite, & in pede ſtricta fuit, & in medio, vbi brachia expandit, ampla: materia etiam de forti ligno fuit, quia vt dicitur de cedro, quod eſt lignum durabile multum: hæc tamen non fuerunt ſine cauſa: nam quia Chriſtus fuit homo & Deus: Crux eius, talis formæ eſſe debuit propter humanitatem: quia in ligno humanitas paſſa eſt, & non diuinitas, quia impaſſibilis eſt: Nauis figura fuit Gen. 22. Vbi *Gen. 22.*

dicendum

Gen. 21. Ioan. 13. 1. Cor.

Ioan. 14. Gen. 29. 30. 31.

Digitized by Google

dicendum est ad Abraham, quod offerret Isaac, quem diligebat. Abraham interpretatur pater excelsus: Significat Deum patrem, de quo Psalm. *Excelsus Dominus super omnes gentes*, Isaac risus interpretatur, & est Christus, qui est gaudium nostrum: strauit asinum, & super sedit duos famulos, id est sacramenta veteris legis, tanquam brutum animal, quæ ad perfectum neminem adduxerunt: duo famuli, duo populi, qui procul dimissi: quia tunc carnaliter sapiebant: vadit pater, & filius, qui portat ligna, quia ipse portauit crucem, pater ignem scilicet passionis, & gladium, qui potestatem habuit ponendi animam suam: sed Isaac non moritur: quia diuinitas immortalis est. Aries vero, id est humanitas immolatur, qui adhærebat cornibus crucis, & erat inter spinas, propter spineam coronam, vel propter Iudæorum perfidiam. Ecce patet, humanitatem in cruce fuisse passam, &c. Secundo, vt significaret diuinitatem æternam, fuit crux de ligno durabili, quia ipse Christus secundum diuinitatem semper fuit, est, & erit. Vnde dixit Moysi, Exod. 3. *Ego sum, qui sum*: quasi dicat, ego sum ita, quod semper fui: quod non possunt dicere cælestia, & sum ita, quod semper ero, quod non possunt dicere terrestria: patet ergo, quod Christus fuit in opere fidelissimus, in doctrina sapientissimus, in sermone verissimus, in conuersatione humillimus, in gubernatione sollicitissimus, in humanitate mortuus, & diuinitate perpetuus.

Hæc omnia notantur in Euang. hodierno. Nam primo fidelis in opere: vnde dixit. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* scilicet infidelitatis? quasi dicat, nullus ex eis, & vincas cum iudicaris: secundo verax in sermone: vnde addit, *si enim veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.* tertio humilis in conuersatione, quod Iudæi non erant: quia Dei verba audire nolebant: vnde subditur: *qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea*, &c. Et Iudæi dixerunt, *nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes?* ipse autem humilis respondit, *ego dæmonium non habeo*, &c. Quarto sollicitus in gubernatione. Vnde fuit appellatus Samaritanus, quod ipse non negauit: quia Samaritanus dictus est: interpretatur enim custos, & ipse custos noster est: quia non desinit gubernare, quos dignatus est creare: vt dicit Aug. &c. Quinto in doctrina sapientissimus. Vnde subiungit: *si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum*: sapientissimi doctoris est, talia docere, quæ à morte habent liberare. Sexto vt homo mortuus est in cruce, ideo adiecit, *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est*: tunc vidit Abraham, quando filium suum obtulit, vt dictum est: tunc vidit in spiritu, & præcognouit mortem Christi, quæ sibi sine gaudio non fuit: secundo vt Deus est æternus in diuinitate: vnde sequitur. *Antequam Abraham fieret, ego sum*, hoc secundum quod Deus dixit: Sed quia Iudæi odio habebant veritatem, voluerunt ipsum lapidare: sed quia nondum venerat hora eius, nec tali morte præordinauerat mori: *abscondit se, & exiuit de templo*. Rogemus Deum, ne nos simus sicut Iudæi, sed Christi veri imitatores, fideles in opere, veri in sermone, humiles in conuersatione, sapientes in doctrina, & gubernatione solliciti: non tollamus lapides obstinationis, nec Christum lapidemus, vt sic saluemur, & periclitemur: amplectamur crucem, maneamus in hac naui sanctæ crucis, cum nauta nostro Christo, hîc mortificemur, & perseueranter maneamus: vt tandem ad portum salutis peruenire possimus,

Amen.

Psalm. *Exod. 3.* *Hæc omnia colliguntur ex Euangelio.* *August.*

FERIA SECVNDA POST DOminicam de Passione.

De velis, & remis: & vbi fuit inuenta nauis.

Sermo XXXIV.

MIserunt Principes, & Pharisæi, ministros, &c. Ioan. 2. In his naualibus bellis quædam considerantur ex parte nauis, quædam ex parte nautarum: ex parte nauis ipsa velut nauigatio, quæ debet abundare velis, & remis, sed ex parte nauigantium ipsa vitæ sustentatio: quatuor ergo dicenda sunt de eis: primo de velorum necessitate, secundo de remorum congruitate, tertio de nauis inuentione, quarto de victualium portatione. Attendite. *Ioan. 2.*

Primo de velis dicendum, quia vt patet, tempore venti nauem ducunt: vnde à volatu dicitur velum, quia ipso, nauis quasi volat secundum Isid. lib. 19. vnde Poëta: velorum pandimus alta, ipsa tamen vela, non sine funibus seruiunt: vnde refert Frontinus, quod Carthaginienſens duces habentes vela & nauim, carebant funibus, & non potentes illo tempore tunc habere, de crinibus mulierum fecerunt; idem fecerunt & Rhodij, & Massilienses. *Isidor.*

Secundò de remis, vbi dicendum, quod remus seruit in nauibus non altis: & tempore quo ventus non est, vel si est non competit: vnde remus dicitur secundum Isidorum à remouendis & destituendis fluctibus, &c. tertio de nauis inuentione: sciendum quod nauis est inuenta: primo & principaliter, vt de vna parte transiret ad alia: Vnde Isid. dicit, quod Lydij primam nauem fecerunt submergere, quod incerta petentes, peruium mare vsibus humanis fecerunt: voluerunt enim aliam partem orbis videre, quæ eis opposita visa erat, & inaccessibilis maris pelago. Narrat etiam Frontinus, quod Cæcilius, quia vsu nauium, quibus elephantes transportarent deficiebat iunxit dolia, constructuit tabulatis, ac per ea positos periculosum fretum transmisit &c. quarto de victualium portatione, dicendum quod maxime in mari oportet habere victus copiam, cum non sine manuali labore nauta viuere queat: propter frequentem motum ventorum, & fluctuum: si ergo deficit victus, quomodo poterit esse labor necessarius? vnde cum periculo non paruo est nauigare sine victualibus, occurrit aliquando, vt ad terram non possint cum volunt nautæ reddere, aer etiam marinus appetitum edendi excitat; vt experientia nautarum, & piscatorum probat: plus ergo ibi, quàm in terra abundare oportet. *Isidor.* *Frontin.*

Spiritualiter loquendo, in hoc mundo sumus quasi in mari magno: volentes ergo ad portum optatæ patriæ cælestis peruenire, oportet cum velo temperantiæ in prosperis, & cum remo patientiæ in aduersis existendo in naui fidei, & crucis, quæ est Ecclesia, habendo Dei gratiam, quasi necessarium animæ victum, peruenire. *Sumus quasi in mari in hoc mundo.*

Primo cum velo temperantiæ in prosperis, sicut enim nautæ velo in tempore, & vento prospero: ita in ipsis prosperis debemus temperantia vti, & in ipsis non superbire: vnde Apost. 1. Tim. 6. *Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter, ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi bonum fundamentum in futurum, vt apprehendant veram vitam*: diuitiæ enim possunt, & debent esse ad opera virtuosa bene vtentibus, sed multoties sunt causa peccati male vtentibus. Saul antequam Rex esset, *1. Tim. 6.*

Digitized by Google

bonus fuit, sed postquam regnum habuit, Dei mandatum præteriuit. 1. Reg. 15. *Plus nocuit Salomoni rerum copia, quam profuit sapientia.* 3. Reg. 9. *Et ideo in ipsis prosperis, temperantia debent vti,* &c. Secundo debemus cum remo patientiæ nauigare in aduersis: sicut enim temperantia est necessaria in prosperis, ne superbiamus: ita in aduersis patientia, ne deficiamus. Hebr. 10. *Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem*, de hoc figura est Ezech. 43. Vbi dicitur, quod *in altari fossa debet esse: quia si non esset fossa, sacrificium, quod in eo reperiebatur, aura superueniens spargebat:* altare Dei, est anima iusti, quæ quot bona facit, tot sacrificia super se, ante oculos Dei ponit: fossa altaris est patientia, quæ dum mentem ad aduersa toleranda humiliat, quasi fouea hæc imposita demonstrat: fossa in altari est, vt impositum sacrificium aura non dispergat, id est vir iustus patientiam custodiat, ne commotus vento aduerso, hoc, quod bene operatus est perdat: quæ fossa debet esse vnius cubiti, & in ipsa patientia vnitatem dilectionis debet seruare. Tertio debemus esse in naui Ecclesiæ: nam nisi in ea saluari possumus, extra namque Ecclesiam, non est salus: vnde Ecclesia figuratur. Ezech. 27. vbi dicitur de Tyro, *per modum nauis ipsa sita est in corde maris: constructa est de tabulis Sanir, malus de cedro Libani, remi de quercu basan: sedilia ex arbore Indica, velum de byssо, transtra de Ægypto, remiges sunt Sydonij, & Aradij, negotiatores Persæ Lydij & Lybes.* Tyrus interpretatur tribulatio, & significat præsentem Ecclesiam, quæ in mundo tribulationes, & angustias patitur: vnde potest dici, quod sita sit in corde maris: *constructa est de tabulis abietis de Sanir*, id est de fidelibus. Sanir nouitatem tollens, & ipsa aqua Baptismi renouans: malum, & arbor de cedro Libani, id est de Christo, Libanus candidus; & Christus est candor lucis æternæ. Ipse est arbor nauis: quia ipse ducit remos de quercu. Basan, id est Apostoli, quia omnia primo duxerant, & nauigauerant: Basan pinguedo, & ipsi pinguedinem spiritus receperunt: sedilia ex arbore, id est, martyribus: quia suis passionibus sedilia nobis stabilitatis fecerunt & ex ebore: quia fortes extiterunt. Remiges sunt Sydonij, & Aradij, i. confessores, & virgines, Sydonij, commoti: & ipsi Confessores in commotione pœnitentiæ, sicut Aradij deponunt consilium, & virgines carnale consilium nubendi deponunt, & spirituale continendi statuunt: velum de byssо, id est sacra Scriptura, quæ plena flatu Spiritus sancti hos deducit: negotiatores sunt Persæ, Lydij, & Lybes, id est omnes fideles, qui in tres gradus distinguuntur, scilicet continentes, coniugati, & virgines.

1. Reg. 15. 3. Reg. 9. Hebr. 10. Ezech. 43. Ezech. 27.

Quarto victus in hac naui necessarius est, diuina gratia, qua omnes pascimur, & nutrimur, 1. Corinth. 5. *Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, & ibidem 15. *Gratia Dei sum id quod sum*: vnde sine ea sicuti sine cibo viuere non possumus: vnde Act. 22. Scribitur, quod *Paulus rogauit omnes sumere cibum, qui in naui fuerunt ex tempestate fatigati:* super quæ verba dicit Beda, quod nullus huius seculi tempestates euadit, nisi patienter vescatur, & sic patet, quod velum nostrum est temperantia in prosperis. Remus est patientia in aduersis: nauis est Ecclesia: victus est diuina gratia: sine illis nullus venit ad patriam.

1. Cor. 5. & 15. Act. 22. Beda.

Hæc ex Euangelio colliguntur.

Hæc quatuor moderatio sunt, & ideo ipse perfectè habuit, vt potest notari in Euang. hodierno. Nam *miserunt Principes, & Pharisæi ministros qui caperent eum, qui dixit eis, modicum tempus vobiscum sum*: & primo dixit, quod de hoc mari tempestuoso ad portum quietis ibat, quod sine temperantia, & prudentia non fuit, cum dicit, *vado ad eum, qui me misit*, &c. Secundo ostendit, quia Iudæi illa non habebant, quo ibat, ire non poterant: vnde subdit: *quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire*, &c. Tertio quod Iudæi vera dixerunt de Ecclesia Christi spargenda per mundum, & reuocatura gentes, cum additur, *dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos. Numquid iturus est in dispersionem gentium, quia dicit*, &c. Verum enim dixerunt, quod ipse in dispersionem gentium iret: hoc est in gentes sparsas per mundum debebat ire, & eas non occidere, sed docere, &c. Quarto in nouissimo autem die magno, &c. *Si quis sitit*, id est appetit, & diligit gratiam: *flumina de ventre eius*, id est, Abundantia in mente eius *fluent aqua viua*, id est redundabit diuina gratia, quod exponens ait: *hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant*, &c. Rogemus Dominum, vt hanc aquam donet. Amen.

FERIA TERTIA POST DOminicam de Passione.

De tempestatibus, & bonitate nautarum.

Sermo XXXV.

AMbulauit Iesus in Galilæam, &c. Ioan. 2. In marino bello aliquid est considerandum ex parte loci qui est mare, & aliquid ex parte nautarum; qui sint nautæ: ex parte maris attendendum est, quod non sit tempestas, nec iuxta terram, & sint scopuli, committatur pugna: ex parte vero nautarum attendendum est, quod sint magnanimi, & quod sint experti: quatuor ergo debent considerari, primo debet esse temporis serenitas, secundo maris profunditas, tertio nautarum magnificentia, quarto ipsorum experientia.

Ioan. 2.

Quæ sint necessaria ad nauigandum.

Primo debet esse temporis serenitas, vt mare non sit turbatum: nam tempore tempestatis non solum pugnare, verumetiam se gubernare est difficile: sunt enim interdum tempestates validæ, quæ ipsos nautas aliquando de naui eruunt, sicut recitat Valerius lib. 1. quod in quadam naui de Tyro tempestatis tempore, cum quidam de nautis aquam de sentina hauriret, fluctus quidam de naui eum proiecit, & alter fluctus subito veniens ipsum in naui reposuit, & ita in eodem tempore felix, & infortunatus extitit: vnde semper homines cum præsciunt tempestates, nullo modo nauigare volunt. Vnde in eodem libro narrat Valerius, quod Simonides Poëta nauigans, cum ad littus nauim applicasset, vidit inhumatum hominis corpus iacere, quod præcepit sepeliri, & de nocte apparuit sibi in somnis, cuius fuerat corpus, gratiasque referens dixit, quod nullo modo sequenti die nauigaret, qui contra voluntatem nautarum in terra remansit, & ipso vidente tempestas excreuit, cognouitque quod melius somno, quam nautis credere fuit: quia vitam euasit: vnde ipse totam illam historiam ad futurorum memoriam metro scripsit, & dictauit.

Temporis serenitas.

Valer.

Secundo debet esse maris profunditas, si enim ad terram propellitur, sine remo frangitur: sunt etiam in mari scopuli, quod si non sunt sub aqua, multum periculosum est nauigare per ipsos: vnde posset adaptari historia de Ænea, quando venit in Italiam, quod inter Corsicam, & Sardiniam inuenit scopulos; vbi pars nauium periit, hoc recitat Virgilius, &c.

Maris profunditas.

Tertio debet esse nautarum magnificentia: vt officiales nauis, sic sint armati, compti non sint, homines inexperti, non vili genere nati, qui velut mercenarij fugiant. & se, & alios confundant, qui non sunt minoris momenti, & pretij, & verecundius vitam præferunt vtilitati: vnde Valerius lib. 3. quod in bello illo, in quo cuius vsus non contemptus opera sua, littoribus Oceani claudere Britanniæ insulæ iniecit manus, cum quatuor commilitonibus naui transuectus in scopulum vicinum insulæ, quæ à multis hostibus tenebatur, postquam æstus suo regressu spatium, quo insula, & scopulus diuidebatur respexit, in vadum facile

Nautarum magnificentia.

Valer.

Digitized by Google

facile transmeabile ingenti barbarorum multitudine affluente, cæteris reuersis ad littus per nauigium solum tenens firmissimum gradum vndique venientibus telis, & ab omni parte nitentibus ad fugam quinque militum diurno prælio subsecuta pila vna hostium corporibus adegit: ad vltimum susceptо gladio, quemlibet audacissimum modo impulsum vrbanis, modo mucronis ictu depellens, hinc Romanis in Britannicis oculis, dum viderentur incredibili spectaculo fuit: postquam autem ira, & pudor fecit conari cuncta fessus stragula fratrum traiectus, & saxi pondere ora concussus galea iam discussa, ictibus, & scuto crebris foraminibus assumpto, profundo se dedit, ac duabus loricis onustus inter vndas, quas hostium sanguine transierat euasit, visoque Imperatore, cunctis non admissis: sed bene impensis, cum laudem mereretur, veniam petiit, magnus prælio: sed maior disciplina, memoria militaris.

Nautarum experientia. Frontin.

Quarto debet esse nautarum experientia, ad victoriam facit in omni bello, & principaliter in nauali: vnde in vltimo libro, & in fine narrat Frontinus, quod Camon dux Athenienſium propter maris experientiam vicit nauigium Persarum apud Cyprum, & milites suorum captiuorum armis induit, & in ipsis nauibus inimicorum nauigauit ad hostes reliquos in Pamphiliam ad flumen Curimedona: at Persæ nauigij, & nautarum habitus cognoscentes putantes esse suos non se custodientes, victi sunt in terra, & mari.

In nauigatione spirituali quæ sint necessaria.

Spiritualiter loquendo quatuor debent esse in quolibet Christiano, primo tranquillitas pacis, secundo profunditas charitatis, tertio liberalitas voluntatis, quarto perplexitas aduersitatis.

1. Pacis tranquillitas. Augus. Rom. 12. Prou. 12.

Primo debet esse pacis tranquillitas, quæ serenitati comparatur: ipsa enim secundum Augustinum est tranquillitas mentis, serenitas cordis, Rom. 12. *Cum omnibus pacem habentes*: vnde sibi opponitur ira, quæ est irrationabilis perturbatio mentis. Ideo Prou. 12. dicitur: *Vir iracundus prouocat rixas*: vnde ipsos iracundos, quantum possumus, fugere debemus, & si non omnino valemus vitare, non aperta exprobratione, ne magis ira crescat: sed occulta quadam cautela reuerendo, procedendo debemus ferire, cuius figura habetur 2. Reg. 2. de Abner. quando dixit ad Asael: *Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terra, qui audire contempsit: percussitque eum Abner aduersa hasta in inguine, & mortuus est*, Asael iracundos significat, qui tanto sunt fugiendi, quanto insania rapiuntur; Abner, patris lucerna interpretatur, & significat Doctores, qui contra irascentem dissimulant verborum iacula reddere, quasi prosequentem volunt ferire: sed cum iracundus se non mitigat, & magis sequitur: *Vir sapiens se in furore non erigit: sed tranquillitatem ostendit: quædam tamen subtiliter proferitur ex obliquo, vnde iracundiam feriat: vnde non recta; sed transuersa hasta transforauit.* Recte percutere, est apertè increpare, & respondere, aduersa verò hasta, obliquè, & tranquillè tangere, & quasi parcendo superare, & Asael cadit: quia iracundus dum parci sibi sentit, & responsione rationis tranquillæ tangitur, ab ira, qua erigebatur, cadit, &c. secundo debet esse charitatis profunditas, quæ comparatur profunditati maris: quia sicut alta aqua cooperit scopulos, ita charitas peccata. Prou. 1. *Vniuersa delicta operit charitas rationis prima*, cap. 3. *super omnia charitatem habete, hæc autem charitas non debet habere scopulos*: scopulus est quando homo ostendit amicum diligere, & eum propter aliquid diligit: vnde scopulos sub modica aqua abscondit: quia sub pauca dilectione, non proximi, sed sui bonum intendit: de hoc figura est Iudic. 4. quando Iabel dixit Siſaræ, *intra ad me Domine mi, postea cooperiens interfecit eum*, sic mala charitas facit diligere, ostendit quos mori cupit, dum mala committere facit: vt amicus confisus agat quod animam occidit, & ipse qui diligere simulat, priuatum bonum acquirat, talis charitas velut scopulus est, &c. tertiò debet esse liberalitas voluntatis: vt homo liberè, & spontaneè faciat bonum, quod debet non propter laudem hominum, sed propter Deum: & hæc est proprie magnificentia, non propter fauorem, vel gloriam hominum agere: vt dicit Philosophus 4. & hic vnde ad Galat. 6. *Non simus inanis gloriæ cupidi.* & Aug. in libro de conflictu vitiorum si (inquit) aliquid boni agis, non pro transitoriis: sed pro æternis honoribus age, occulta quod agis inquantum vales, quòd si ex toto non vales, sit in animo occultandi voluntas, & non erit de ostentatione vlla temeritas, nec criminis erit aliquando manifestare, quid vis occultatum habere, &c. Quartò debet esse perplexitas in aduersis: nam sicut bonus miles esse non potest, qui ictus ab alio non recepit, & nauta qui tempestatem passus non est, sic bonus Christianus, nisi aduersis probatus sit: vnde Zachar. 13. *Vram eos, sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum.* Prouerb. 18. *Sicut in igne probatur argentum, & aurum in camino, ita corda probat Deus*, prodest enim aduersis probari: quia melius homo valet se, & Deum cognoscere: huius figura habetur Num. 22. de Balaam, qui per asinam Angelum vidit, quem ipse non videbat, per Balaam anima, per asinam caro intelligitur: quia plerumque molestiis caro tacta indicat animæ Deum quem ipsa carni præsidens non videbat, ita vt anxietate spiritus proficere in hoc mundo cupiens, quasi iter impediat, dum inuisibilem, qui sibi obuiat innotescit: vnde per Petrum dicitur, correptionem habuit, sine vexamine subiugale mutum, quod in hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ insipientiam: insanus enim homo à subiugali muto corripitur, quando supra omnia, humilitatem, quam tenere debet, ab afflicta carne memorat. Patet ergo, quod debemus tranquillitatem pacis habere, & proximorum verecundiam fugere, profunditatem charitatis habere, liberam & spontaneam voluntatem & probitatem in aduersis.

Galat. 6. Augus. Zach. 13. Prou. 18. Num. 22.

Hæc quatuor notantur in hodierno Euangelio, Christi exemplo & primo ponitur iracundos, & odiosos cum dicitur, *ambulabat Iesus in Galilæam*, secundo cupidos non audiuit, & cupiditatem spreuit videre: *dixerunt autem ad eum*, &c. Omnia hæc dicebant fratres eius consobrini, vt ipsi lucrarentur ratione sui, quibus respondit, *Tempus meum nondum aduenit*, scilicet eundi ad passionem, tempus autem vestrum ad cupiditatem semper est paratum: *non potest mundus odisse vos, me autem odit*, &c. tertio ponitur, quòd vanam gloriam fugit, & vitauit, dum dicitur: *Hæc cum audisset*, &c. vbi Alchimius occultè ascendit: quia fauorem hominum non quærit, & non pompis stipantium Scribarum delectatur: quarto ponitur, quòd aduersitates, & æmulationes passus fuit, cum dicitur: *Iudæi ergo quærebant*, &c. Passus est inimicitias: quia *quærebant eum Iudæi interficere*, & passus est detractiones: quia quidam dicebant, quòd erat bonus, alij dicebant, non: sed seducit turbas: vbi dicit August. quòd hoc quod dictum est à Deo, valet ad consolationem, de quocunque dictum fuerit Christiano, & quidem si seducere est decipere, nec Christus seductor, nec quisque debet esse seductor Christianus. Rogemus ergo, vt nobis cõcedat gratiam istarum quatuor conditionum. Amen.

Augus.

FERIA QVARTA POST DOminicam de Passione.

De portu, & de insidiis, & sagacitate nautarum.

Sermo XXXVI.

Ioan. 4.

Facta sunt encænia in Hierosolymis, &c. Ioan. 4. Propter quatuor à maritimis, seu à naualibus bellis

Digitized by Google

Homines propter quatuor à naualibus bellis liberè euadunt. Frontinus.

bellis homines libere euadunt: quia vel propter boni portus inhabitationem, vel propter pugnantium sagacem operationem, primò propter boni portus inhabitationem, cum enim homines bonum portum teneant, nec de marinis periculis, nec de hostium nauibus timent: vnde multum affectant homines bonum portum habere: narrat enim Frontinus, quòd Alexander Lacedæmonius: vt Morentiam portum caperet, pro suis nauibus collocandis, qui portus proximus est Athenis, ideo ab Athenienſibus tenebatur: vnde Athenienſium portum oppugnare cœpit, concurrentibusque Athenienſibus ab ea parte, qua ductibus anguſtiſſimis influit mare, milites suos clam ad littus egredi iuſſit, & subiectis totis, fœlicius naues ad portum prædictum deduxit: sed sicut bonus portus cum desiderio acquiritur, ita malus cum labore, & ingenio dimittitur: vnde idem refert, quòd Duelus conſul portum Siracuſanum temere intrauit: at illi ad ingreſſum cathenam obiecerunt, ne egredi poſſet, & ipſe videns se clauſum, omnes in puppim retulit, & magna vi remigantium leuatam proram ſuper cathenam poſuit, & omnes in prora ire fecit, & ſuper cathenam viam naui dedit, &c. Secundò euaditur propter inſidiarum præcognitionem, fiunt enim in mari inſidiæ, ſicut in terra: vnde opus est eas præcognoſcere: quia alias non ſine periculo pugnatur: vnde Frontinus, quod Alcibiades dux Athenienſium in bellando aduerſus Nundorum, ducem Lacedæmoniorum, cum ampliſſimum exercitum, & plures naues haberet, poſuit in terra plures homines, & naues poſt quoddam promontorium occultauit, & ipſe cum paucis pugnans dolo fugit, & inſequentem hoſtem in inſidias deduxit, poſtea vincens fugientes ad terram, per eos quos poſuerat in terra occidit, dicit etiam quòd Thodus habens ducentas naues: vt hoſtium naues eliceret ad bellum, præcepit ſuis: vt paucarum nauium malas eligeret, eaſque primo ire fecit: hoſtes verò à longè videntes numerum arborum, & ex eo naues arbitrantes, obtulerunt ſe certamini, & à pluribus occupati, ſuperati ſunt, &c. Tertio euadit propter boni ducis gubernationem, ſicut in campeſtri bello propter bonum ducem liberatur exercitus à periculo, ſic & in nauali, immo magis: quia plus valet vna bona audacia in mari, quàm in terra: vnde narrat Frontinus, quòd Portius pugnans in naui, in hoſtium nauim ſe iactauit, turbatiſque hoſtibus ſuis exſtitit victor, &c. Quarto euadit propter pugnantium ſagacem operationem: in cunctis præliis plus valet aſtutia, quàm potentia: vnde recitat Frontinus, quòd Timotheus Dux Athenienſium aduerſus Lacedæmones nauali acie pugnaturus, cum eorum naues procederent ad pugnã, ipſi ex velociſſimis nauibus xx. præmiſit, vt omni arte validoque flexu eluderet hoſtem, deinde cum aliis ipſe ſuperueniens, fatigatos hoſtes deuicit. Alcibiades, de quo ſupra fuit facta mentio, nauali prælio pugnaturus conſtituit malos nauium in quodam promontorio, & præcepit his, quos ibi reliquit, vt cum commiſſum bellum viderent, vela panderent: quo facto conſecutus est victoriam: nam hoſtis credens alias naues in auxilium eorum venire, fugere cœpit, & perdidit.

Spiritualiter loquendo, tutus portus est Eccleſia, inſidiæ ſunt vana gloria, Dux bonus est Chriſtus, qui ſagaciter pugnat est operatio ſpiritus.

Primò portus tutus est Eccleſia, extra quam non est ſalus: vnde figuratur Geneſ. 6. in arca Noe, quæ fuit facta de lignis læuigatis, id est quadratis, & conglutinatis, longitudo erat trecentorum cubitorum, latitudo quadraginta, altitudo triginta, & in cubito conſummata est feneſtra: ex cunctis animantibus fuerunt ibi, ſecundum Aug. lib. de ciuitate Dei. Diſpoſitio corporis humani, nam erat arca illa, ſepties longa, quàm alta, & decies longa, quàm groſſa, ſecundum quem modum est proportionatum corpus humanum bene diſpoſitum, & est inferius ampla, & ſuperius ſtricta: quia multi ſunt vocati, pauci verò electi, & multos hic tolerat quos ſuperius à ſe repellens damnat, manſiones multæ in arca, membra diuerſa in Eccleſia: oſtium est ex latere: quia ad Eccleſiam homo intrat per ſacramenta, quæ virtutem habuerunt, & emanauerunt ex latere Chriſti pendentis in cruce: de omni genere animalium ibi erant, quia omnes recipit Deus, & de omni genere, & de omni ſtatu & ſexu, aquis diluuij omnes peribant præter iſtos: quia extra Eccleſiam ſalus inueniri, & haberi non poteſt: ſecundo inſidiæ, quæ nobis fiunt, poſſunt dici, quod est vana gloria, quæ inſidiatur bene agentibus, ſub ſpecie ſanctitatis: quia vt dicit Aug. Vitium est bonis operibus ſuperbire malum, & de proximo ſemper inſidiatur elatio: quia impoſſibile est, vt laudabiliter viuentes laus humana non capiat, niſi vt ſcriptum est, qui gloriatur, in Domino glorietur: vnde Gregor. in moralibus, quaſi quidam quippe latrunculus est appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, vt ex occultis educto gladio vita gradientium trucidetur. Tertiò, Dux bonus est Chriſtus, Iſa. 15. Dux fuiſti in mari populo tuo, quem redemiſti: vnde de eius ducatu figuratur. 1. Reg. 11. in Saul, qui volens liberare ciuitatem Iabis boues ſuos in fruſta incidit: hoc facere cunctis minatur: niſi poſtero die ad Iordanem aggregentur, qui omnes congregati ſunt, & ipſe diuidens in tres partes ſubito Oriente ſole irruit ſuper hoſtes, & vicit: vnde totus populus eum regem appellauit. Saul Chriſtus, quia de eo dici poteſt, quod fuit ei ſimilis. Hic ciuitatem obſeſſam, id est humanum genus in maligno poſitum liberat, quando boues, id est Apoſtolos triturantes in agro Domini, qui mundum ſparſit, omneſque congregauit ad Iordanem, id est ad lauacrum Baptiſmi: & oriente ſole, id est ipſo apparente, per fidem in mente diuiſit populum in tres partes fidelium, & cum ipſis vicit diabolum: hoc facit, quia poſt victoriam gratias agimus, ſibi dicentes, liberaſti nos de affligentibus nos, & odientes nos confudiſti.

Quartò ſagax pugna est operatio ſpiritus, & bona, quia ſicut arma militiæ Chriſtianæ, non ſunt carnalia, ſic pugna noſtra non debet eſſe carnalis, ſed ſpiritualis: & ideo per operationes ſpirituales, & non carnales: vnde Apoſt. 1. Corinth. 18. *Ego ſic pugno, non quaſi aërem verberans, ſed caſtigo corpus meum:* vnde de hac ſpirituali pugna, figura est Iudic. 7. Quòd Gedeon pugnare volens contra Madianitas & Amalech, ipſi ſuis in manibus tenebant lapides, & cum turbis ſonabant, & lagenas complectebantur, & cum aliis armis non pugnabant: hoc ſignificat, quod in ſpirituali pugna, quæ est contra diabolum, est quaſi contra Amalech, qui interpretatur populus labens, & ipſe labi feſtinans tanquàm leo rugiens, circuit, quærens, quem deuoret. Portare debemus lapides, id est exempla bonorum operum oſtendere, ſonare tubis, id est verba ſanctæ doctrinæ dicere, complecti, & ſtringere lagenas, id est corpora propria per pœnitentiam macerare: his armis, & non aliis, vincimus diabolum: patent ergo iſta quatuor in ſpirituali pugna, ſcilicet portus tutus, inſidiæ, dux bonus, ſagax pugna.

Hæc quatuor poſſunt notari in Euangelio hodierno: primò Eccleſiæ quieta habitatio, cum dicitur *facta ſunt encænia*, &c. Secundò ponitur inſidiarum vitatio, cum dicitur: *circundederunt eum Iudæi*, &c. Tertiò, Chriſti boni Ducis operatio, cum dicitur, *oues meæ*, &c. Quartò ponitur pugnandi modi demonſtratio, cum dicitur *ſuſtulerunt ergo lapides*, &c.

De primo facta ſunt encœnia: encœnia erat feſtiuitas dedicationis templi, quæ tempore Macchabæorum facta est. Hæc ſignificat, quod fidelis Chriſtianus poſtquàm dedicatus, & renouatus Deo per Baptiſmum

Digitized by Google

mum dum esset hiems, id est tempestuosum seculum habitat in templo, & in porticu Salomonis, id est in Ecclesia pacifici regis æterni.

De secundo *circundederunt*, &c. vbi dicit August. quod non veritatem desiderabant, sed calumniam præparabant: tentare, & non obedire volebant, quibus Christus dixit: *opera, quæ ego facio*, &c. Huius exemplo docemur in insidiis, & tentationibus vanæ gloriæ non credere, vel assentiri, sed semper bona opera facere, vt testimonium sint in conscientia nostra.

De tertio, *oues meæ*, &c. Per oues intelliguntur fideles, quos ipse tanquàm bonus dux ad vitam æternam ducit: vnde August. Bona pascua vita æterna, vbi nulla herba arescit, & totum virescit.

De quarto, *sustulerunt ergo lapides*, &c. vsque in finem Euangelij hoc significat, quod contra nos lapidare volentes, id est dæmones, bona opera facere debemus, & filios Dei nominari, & esse non verbo tantum, sed facto. Rogemus ergo Dominum, &c.

FERIA QVINTA POST DOminicam de Passione.

De modis, & cautelis, quibus committitur nauale bellum.

Sermo XXXVII.

Luc. 7. *Rogabat Iesum*, &c. Luc. 7. Nauale bellum magni periculi est, propter multa, quibus marini hostes alios impugnare solent, & inter cætera ad præsens dicemus octo, & primum ignis, quod incendiarium vocant: secundum est, quoddam ferrum ad modum falcis curuatum bene incidens: tertium est, habere amplas sagittas, cum quibus scinduntur vela hostium: quartum est, habere vasa plena calce, & proiicere in naues: quintum est habere vncos ferreos fortes: sextum est, habere quoddam lignum longum, ex vtraque parte ferratum: septimum est, habere vasa plena molli sapone, quod appellant saracenicum: octauum est, nauem hostium perforare: hæc sunt videnda. Attendite.

Primum est ignis, quem incendiarium vocant: habent enim multa vasa plena pice, sulfure, & resina, & oleo, quæ omnia cum stuppa ex multis partibus in nauim proiiciunt, & tunc durum bellum agunt, ne extinguere valeant: vnde narrat Frontinus, quod Eustipio hoc fecit, & vicit: multum n. ignis nauim debellare facit, quomodocunque fiat: vnde vt Frontinus refert, Cassius oneratas naues ad alios vsus, vt aduersarium confligeret, non timuit perdere: sed eas accensit, & opportuno vento inter naues hostium misit, & incendio eas consumpsit: Secundum est habere quoddam ferrum curuatum ad modum falcis bene incidens, quod applicatum ad funes, quibus vela sustentantur incidit, & ipsis incisis vela ab arbore cadunt, & sic subtrahitur nautis, ne pugnare possint: quia per amissionem velorum redditur nauis pigrior & quasi inutilis ad pugnandum. Tertium est, habere amplas sagittas, cum quibus scinduntur vela hostium: nam velis perforatis non valentibus retinere ventum, non tantum nautæ possunt impetum facere, sed nec redire si volunt. Quartum est habere vasa plena calce puluerizata, & proiicere in naues: obcæcantur enim oculi nautarum, nec vident quando alios offendant, & se defendunt. Quintum est habere vncos ferreos fortes, & cum vident se esse prope hostes, cum illis vncis capiuntur eorum naues, & non permittunt eas recedere. Sextum est, habere quoddam lignum longum, ex vtraque parte ferratum, quod suspendunt ad arborem cum funibus, vt possit deprimi, & eleuari, & cum isto percutiunt tam nautas, quàm nauim sicut ariete percutitur murus ciuitatis obsessæ. Septimum est habere vasa plena molli sapone, quod appellant saracenicum, & ista proiicere, quæ franguntur, & loca nauis faciunt lubrica, ne nautæ discurrere, & ambulare possint, multa proiiciuntur in naui tempore belli, vnde narrat Frontinus, quòd Annibal dixit Antiocho Regi, vt vasa plena saponis in naues hostium faceret iaculari, quorum metu perterriti nautæ non auderent pugnare, idem fecit Brusias. Octauum est hostium nauim perforare: sunt enim quidam nautæ, qui diu sub aqua cum penetrali in multis locis nauim perforant: vnde aqua ingreditur, & nauis submergitur, & istud est maioris periculi, quàm omnia supradicta. Istis cautelis agitur in nauali bello.

Spiritualiter loquendo, octo sunt vitia, quæ damnant animam, scilicet superbia, vana gloria, ira, gula, luxuria, acedia, auaritia, inuidia.

Primò superbia, quæ assimilatur igni incendiario, quia sicut ignis alta perit, sic superbia. Psalm. *Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper*, ideo Tob. 4. *Superbiam nunquam in tuo sensu, aut verbo dominari permittas, ab ipsa enim initium sumpsit omnis perditio*: vnde de ea ait Gregor. in pastorali; occasio quippe perditionis nostræ facta est superbia diaboli: Argumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas Dei: hostis enim noster, inter omnia conditus, super omnia videri voluit elatus. Redemptor autem magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est paruus: dicatur humilibus: quia se dum deiiciunt, ad Dei similitudinem ascendunt: dicatur superbis: quia dum se erigunt in apostatæ Angeli mutationem cadunt. Per istam damnatus est Nabuchodonosor. Daniel. 5. Tob. 4. Gregor. Dan. 5.

Secundo vana gloria assimilatur illi ferro, quod incidit velorum funes: nam sicut illud cadere facit velum, quo nauis vadit: sic vana gloria bonum facit perdere, quo anima se debet saluare, Prouerb. 19. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo*; vnde Augustin. vel ad heremitas, initium sine prouidentia finis eius pœnitentia, per istam damnatur Arphaxat Rex Medorum, quia *gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui*, Iudith. 1. &c. Prou. 19. Augustin.

Tertiò inuidia, quæ assimilatur illis amplis sagittis, quibus scinduntur vela hostium: quia inuidia venit, ex amplitudine, & fœlicitate aliena: vnde August. in quodam sermone; inuidia est odium fœlicitatis alienæ. Inuidia enim aliorum prosperitas aduersa, & aliena aduersitas, prosperitas iudicatur: hi aliena gratulatione tristantur, & in aliena tristitia gratulantur: isti suas aliena paupertate diuitias, & suam paupertatem in alienis diuitiis metiuntur: vnde ipse in lib. de conflictu vitiorum, ait: caue ne dum aliis locum celsitudinis inuides, illum imiteris, de quo scriptum retines, inuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui de parte illius sunt, per istam damnatus est Cain. Gen. 4. August. Genes. 4.

Quartò ira, quæ assimilatur calci puluerizatæ: quia sicut illa cæcat oculos corporis: sic ista oculos mentis: vnde Gregor. lib. 5. Moral. quanta sit iracundiæ culpa pensemus, per quam dum mansuetudo amittitur, supernæ imaginis similitudo vitiatur: per iram sapientia perditur, vt quid, quoue ordine agendum sit, omnino nesciatur: per iram vita amittitur. Per iram sapientia terminari videtur, per iram iustitia relinquitur, per iram gratia vitæ socialis perditur, per iram concordia rumpitur, per iram lux veritatis extinguitur, & Spiritus sancti splendor excluditur: nam iræ stimulis accensus, cor ei palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur noti, ore quidem clamorem format, sed sensus, quid loquatur ignorat, per istam damnatus est Achitophel: quia suum consilium non acceptum vidit, *suspendit se laqueo*, 2. Reg. 17. Gregor. 2. Reg. 17.

Quintò

Quintò acedia, assimilatur vncis nauium detinentibus, & *acedia tenet hominem immobilem ad bonum,*
Prou. 19. *pigritudo immittit soporem*, vt dicitur Prouerb. 19. &
Bernard. Bernard. in quadam Epistola: acedia est quidam languor: cum legere non licet, orare non delectat, meditationes sollicitæ non sequuntur: est enim quidam animi torpor, quo quis negligit bona inchoare, aut fastidit perficere, hæc fuit causa damnationis Sodomæ,
Ezech. 16. Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas sororis tuæ, Sodomæ, saturitas panis, & otium.*

Sextò est gula, quæ assimilatur illi ligno, quo percutitur nauis: quia ipsa gula quodammodo lignorum fluctibus, vel ictibus anima & corpus corrumpitur: vnde
Hierem. 52. de Hier. 52. *Nabuzardan Princeps cocorum destruxit muros Hierusalem.* Princeps Cocorum, est venter: cui magna cura obsequium à Cocis impenditur, vt delectabiliter cibis impleatur, muri autem Hierusalem sunt virtutes animæ, ad desiderium supernæ pacis eleuatæ, *Cocorum* ergo *Principes muros Hierusalem destruxit*: quia venter dum gulâ resoluitur virtus animæ destruitur, per gulam fuit damnatus Adam, Gen. 3. & Esau
Genes. 3. Gen. 27. perdidit primogenituram, Gen. 27.

Septimò est luxuria, quæ assimilatur saponi molli: quia sicut lubricum illud homines cadere facit, sic luxuria, Hierem. 23. *Via illorum quasi lubricum in tenebris*: inde Apost. 1. Cor. 6. *Fugite fornicationem*, & quare? *quia neque adulteri, neque fornicarij regnum Dei possidebunt*: vnde August. in libro de conflictu vitiorum ait. O quam parua est concubitus hora, qua perditur vita futura: quod ergo emolumentum affert corpori, quodue tribuit lucrum, quæ tam citò perducit ad tartarum? per istam Salomon peccauit. 3. Reg. 2.

Octauò auaritia, quæ assimilatur in naui factis foraminibus, nam sicut inde ingreditur aqua quæ submergit nauem, sic auaritia congregat terrena, quæ habet damnare animam, Abac. 2. *Væ qui congregant auaritiæ malum domui suæ, vt in excelso sit modus eius*: & subdit, *cogitasti confusionem domui suæ*, propter istam damnatus est Iudas: contra tamen omnia ista est pœnitentia hominis, & misericordia creatoris, qui condonat omnia peccata.

Et hoc patet in Euangelica historia, qui de pœnitentia Magdalenæ tractat, ac etiam de misericordia Saluatoris: ista est Maria illa, vt dicit Gregor. de qua scribit Marcus, quod fuerunt eiecta 7. dæmonia: in ista tamen sua conuersione septem operata est, contraria vitiis.

Primò contra superbiæ eleuationem, humiliauit se ad pedes eius, *stans retro secus pedes eius*: secundo contra vanæ gloriæ ostentationem, non apparendo ante faciem aliorum, dum dicitur *stans retro*: tertio contra acediæ torporem, non ociosè morando, sed *lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis tersit*: quarto contra iræ turbationem, non loquendo aliqua: sed *osculabatur pedes eius*: vnde cum reliquis comedentibus non comedebat: sed ieiunabat, plorabat, orabat, veniam suorum peccatorum petebat: & septimo contra auaritiæ desiderium charitatis dilectionem, *quoniam dilexit multum*, & ideo *dimissa sunt ei peccata multa*: & misericordia Saluatoris ostenditur, cum dicitur, *vade in pace, fides tua te saluam fecit.* Rogemus ergo Christum Dominum, vt nobis donet hæc septem, vt denique nobis omnia peccata dimittat, & digni simus audire verba, quæ fuerunt dicta Magdalenæ, *fides tua te saluam fecit, vade in pace.* Amen.

* * *

FERIA SEXTA POST III. DOminicam de Passione.

Quod fuit principium bellandi, & quid mali hostes intendunt.

Sermo XXXVIII.

Collegerunt Pontifices, & Pharisæi consilium. Ioan. 10. Ioan. 10. De omni bellorum genere prædicauimus, ideo de nullo speciali bello dicam, sed solum in communi loquendo, tria dicenda sunt: primo quare iniusta bella fiant: secundo quid mali homines intendunt: tertio quid verè sapientes facere consueuerunt. Attendite.

Propter primum est sciendum, quod duplex est causa iniustæ pugnæ, scilicet cupiditas, & inuidia: vnde propter cupiditatem, primus homo, qui cœpit pugnare publicè, & ordinato exercitu fuit Ninus Rex Assyriorum, de quo dicit Isidor. lib. 18. Etymol. & Isidor. Orosius in 1. lib. Chronicarum, quod ipse non propriis finibus contentus, humanæ societatis fœdus rumpens exercitum ducere, alienare, vastare, liberos populos trucidare, & sibi subiicere cupit vniuersamque Asiam, vsque ad Lybiæ fines noua tunc seruitute perturbauit: hic studuit orbem in mutuo sanguine alterna cæde fœdare: ipse Zoroastem Brachmanorum Regem, magicæ artis repertorem, pugna oppressum interfecit. Ipse verò cum oppugnaret vrbem, sagitta periit: secunda causa iniusti belli est inuidia, & hoc patet exemplo Romuli, & Remi, qui fuerunt constructores Romæ, quorum alter Romulus, scilicet inuidia motus, & vt nomen ciuitatis Romæ ascriberet sibi soli, fratrem suum Remulum interfecit.

Propter secundum, quid mali hostes intendant: sciendum, quòd solum principalem intendunt interficere: quia eo interempto, triumphant de toto exercitu: vnde cum Alexander esset in exercitu contra Darium, Darius promisit cuidam suo militi dare filiam in vxorem, & magnam partem regni, si Alexandrum interficeret: qui indutus armis, & habitu militum Alexandri, in nocte exercitum eius intrauit, & in acie stans post: Alexandrum ausus est percutere, quem Alexander capi fecit, & credens eum esse Macedonem, increpauit dicens, quid tibi frater feci, quòd sic facere voluisti? & ipse dixit, se esse militem Darij, & ad Darij præceptum hoc fecisse. Interrogauit Alexander milites suos, quid illi facere deberet: qui omnes dixerunt eum debere mori, & ipse ait, immo laudem meretur, & præmium: qui præceptum sui domini voluit implere: nonne faceretis pro me simile? vnde remisit eum honorificè.

Propter tertium, scilicet, quid viri sapientes in pugnis facere consueuerunt: dicendum, quòd principaliter duo; primo locum tutum eligere: secundo fidelem sociorum copiam inuenire: primo scilicet, de loco tuto: patet exemplo Isocratis Athenien sis, de quo narrat Frontinus, quòd cum ipse in campestribus castra Frontin. haberet, explorauit aduersarios de monte venire, qui in castris multos ignes fieri fecit: simulans multitudinem ibi esse, & aliquos milites obuiam aduersariis ire fecit, vt impedimento essent ne citò venirent & ipse ad tutum locum confugit, &c. Secundum est bonam societatem eligere: vnde Valerius in 3. lib. refert, quòd Valer. Spartanus cum trecentis militibus apud Thermophilas contra Xerxem, totius Asiæ Regem, per mare, & terram videbatur dominari: bonos & probos, ac fideles milites habuit. Nam ad prælium adhortatus suos dixit, prandete viri commilitones, tanquàm apud infe-os cœnaturi, qui omnes adhortati prænunciata morte, promissa

Digitized by Google

promissa victoria fuit, ipsum regem debellauit, quamuis ipse vulneratus fuerit: vnde suo sanguine victoriam hostibus scripsit, sicque cum honorabili triumpho ad patriam rediens obiit.

Spiritualiter loquendo, hostis noster diabolus est: videndum est ergo, primò quare pugnatur: secundò quid intendit: tertiò quid nobis agere expediat.

Hostis noster diabolus. Propter primum dicendum, quod mouent ipsum ad pugnandum duo, scilicet inuidia, & cupiditas, quia videt nos illum locum debere habitare, de quo ipse meruit expelli: vnde Sapient. 2. *Inuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum*: secundò cupiditas: quia totum suum bonum videtur sibi esse nostra damnatio: vnde nunquàm satiatur homines perdere, & damnare: vnde Prou. 3. *inter insatiabilia primo ponitur infernus*, quod tam de loco, quàm de eius domino, intelligitur: propter hæc duo, August. in lib. ad Bonifacium Comitem, sic ait, diabolus est aduersarius generis humani, inuentor mortis, superbiæ institutor, radix malitiæ, scelerum caput, princeps omnium vitiorum, persuasor etiam turpium voluntatum: hic enim primum illum hominem Adam patrem omnium nostrûm cum intueretur, videretque eum hominem ex luto terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compositum, charitate circundatum, immortalitate vestitum, æmulus, atque inuidus tantam beatitudinem hominem terrenum accepisse: quam ipse dum esset Angelus, per superbiam cognoscit amisisse, inuidit statim insatiabilis homicida, & primum parentem nostrum, nos, nostrosque parentes, tantis, ac talibus bonis expoliauit, insuper & peremit.

Propter secundum autem dicendum est, quod non aliud intendit, nisi Christi fidem, & charitatem in nobis occidere, tanquàm ex principe nostræ militiæ: huius figura fuit 2. Reg. 10. vbi dicitur, quòd *Ioab obsedit Abelam, & viri qui secum erant conabantur demoliri muros ciuitatis, locuta est mulier, & petiit cur hoc faceret, qui respondit, quòd Sibam volebat, & illa promisit caput Siba per murum proiicere, quod cum fecisset, recessit Ioab ab obsidione.* Ioab obsidens ciuitatem, est diabolus impugnans hominem, mulier loquens est caro dolens, quæ tunc caput hominis per murum proiicit, cum fides Christi, quæ est caput animæ, quæ debet esse homo, & vir respectu carnis, proiicitur, id est dimittitur, tunc diabolus quiescit: quia nihil aliud nisi animam quærit, Gen. 14. *Animas da mihi, cætera tolle tibi*: vnde Leo Papa in sermone quodam, ostendens, quòd diabolus cum multa malitia conabatur animam damnare, solum corrumpendo fidem, non desinit hostis antiquus transfigurare se in Angelum lucis, deceptionis laqueos vbique protendere: vt qua via, quo modo fidem credentium corrumpat, instat: nouit enim cui attribuat æstus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui apponat incitamenta luxuriæ, & cui infundat virus inuidiæ nouit, quem mœrore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione seducat: omnium discutit consuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi quærit causas nocendi, vbi quemquam viderit studiosius occupari.

Propter tertium, scilicet quid nobis expediat: dicendum, quod duo facere debemus, scil. ab ecclesia non recedere, & sanctorum comitatu muniri, quod per orationes, & bonas operationes acquiritur, quod figuratum est 4. Reg. 6. vbi dicitur: quòd *rex Syriæ misit exercitum suum, vt caperet Eliseum Prophetam, qui circundederunt ciuitatem: famulus Elisæi timuit, & ipse eum confortauit: & cum oraſſet, mons apparuit plenus equorum, & curruum circa eum.* Per Regem Siræ diabolus intelligitur, qui ciuitatem obsedit, vt prophetam capiat, id est vt animam fide illuminatam perdat, famulus timet, id est corpus, quod famulari animæ tenetur. Expauescit iuxta illud, spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, oratque Elisæus, & sibi aduenit cæ-

lestis exercitus, quia per orationem iuuatur anima ab Angelo, & liberatur à diabolo.

Hæc tria comprehendi possunt in hodierno Euangelio, in quo narratur Principum Sacerdotum malignum consilium aduersus Christum. Primò ponitur causa, quare hoc agebant, & hæc erat duplex, scilicet inuidia: cum dicit, *quid facimus*, secunda cupiditas, cum dicunt: *si dimittimus eum sic*: secundo quid intendebant, scilicet Christum solummodo occidere, qui est caput omnium fidelium, cum dicitur; *vnus autem ex eis, qui erat pontifex*, dixit: *vos nescitis quia expedit vobis, vt vnus moriatur*, &c. Tertio ponitur, quid fideles Christi agere debeant, exemplo sui, cum dicitur: *Iesus autem non palam ibat in Ephrem*, &c.

De primò, scilicet de causa duplici, inuidia, & cupiditate: de inuidia dicitur, quid facimus: *quia hic homo multa signa facit? Inuidebant enim operibus, & miraculis eius*: de cupiditate, cum addunt, *si dimittimus eum sic, venient Romani*, & timebant perdere, quæ habebant, & ita cupiditate hæc dicebant.

De secundò, *vnus autem ex eis, qui erat Pontifex anni illius, nomine Cayphas*, dixit, *expedit, vt vnus moriatur*, &c. Quamuis veritatem diceret: quia Iesus erat moriturus pro populo, & non tantum pro gentibus, sed vt dispersos congregaret, & mors sua fuit valde vtilis, immo necessaria: *non* tamen *à se hæc dixit Cayphas, sed à Spiritu sancto dicebat*: quia voluntatem non sanctam, sed malam habebat: & ita diabolus solum vnum hominem, id est animam tuam vult occidere, quam occidit, cum fidem Christi deserere, & quasi Christum in anima occidere facit.

De tertiò, *Iesus autem non palam ambulabat in Ephrem*, &c. Hic ponuntur illa duo, *quæ debemus facere*, scilicet ad ecclesiam concurrere, cum dicitur, *abiit in regionem iuxta desertum, qui vocatur Ephrem*: per quam intelligitur Ecclesia, quæ est fertilis in gratia: secundo bonam societatem habere, cum dicitur, *& ibi morabatur cum discipulis*: & nos suo exemplo, cum sanctis, qui discipuli eius sunt per orationem manere debemus in hac vita, per gratiam, & in futuro per gloriam. Rogemus ergo Dominum, vt nobis hoc concedat. Amen.

SABBATHO PALMARVM.

Recapitulantur omnia bella.

Sermo XXXIX.

Cogitauerunt autem Principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent. Quia sapientis est omnia scire: decet omnem bellandi modum videre, cum bella sint diuersa, diuersosque duces requirant: videndum est quid sit agendum in bello obsessiuo, in bello campestri, & in bello nauali: vt hic prædicatio omnium prædictarum, sit breue compendium: & dicere possumus, quòd in bello obsessiuo opportuna est sollicita custodia: in campestri magna audacia, & in nauali experta prudentia. Attendite.

Primò in bello obsessiuo opportuna, & sollicita custodia, quamuis in omni bello, omnis debet esse fortis: in defensione tamen ciuitatis, vel castri sollicitudo plus est necessaria, quia vt plurimum magis sagacitate vincuntur ciuitates, quàm fortitudine: Vnde magna debet esse cautela, qua obuietur hostium cautelis. Vnde narrat Valerius libro nono, quòd Semiramis Regina Assyriorum, quæ fuit vxor Nini, & successit sibi in dominio, cum more dominarum circa cultum cupitum occupata esset annunciatum est sibi: quod Babylonia sibi rebellauerat, quæ statim cuncta dimittens, cum maiorum pars capillorum dissoluta esset, protinus cucurrit ad eam expugnandam, nec *Valer.*

Digitized by Google

prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam vrbem in suam potestatem redegit: vnde Babyloniæ posita est in illo habitu statua, quæ ad vltionem exigendam tanta celeritate, & sollicitudine fuit.

Secundò in campestri bello est necessaria audacia, nam ibi in æquali loco, homo stat cum inimico suo, si fugit vincitur, manu ad manum, bellare cogitur: cum ipse ab aduersario cuspide cultelli pectore propulsatur: vnde refert Frontinus, quod Philippus contra Scythas, quorum erat maxima multitudo, timens, ne sui fugerent, fidelissimos equites posuit post tergum suorum, præcepitque, vt nullum fugere permitterent, & penitus volentes fugere trucidarentur, quo promulgato milites potius ab hostibus, quàm ab amicis mori eligentes, victor fuit. *Frontin.*

Tertiò in nauali est necessaria experta prudentia: quia non ad voluntatem hominis tempora perseuerant: subito mutatur ventus, intumescunt fluctus: Audacia non valet: quia non contra hostem est pugna, sed experientia requiritur, vt homo in talibus sit prudens, & expertus: vnde 2. Reg. 9. scribitur, quòd Salomon fecit nauem magnam, posuit in ea seruos Iram Regis Tyri, qui erant gnari, & experti: de suis neminem legitur posuisse. *2. Reg. 9.*

Spiritualiter loquendo, pugna carnis est quasi ciuilis: cum diabolo campestris, cum mundo naualis. Primum bellum perficitur per carnalium desideriorum deiectionem: secundum per superbiæ depressionem, & tertium per auaritiæ detestationem.

Primò bellum carnis perficitur per carnalium desideriorum deiectionem. Cum carnis desideria non perficiuntur; vnde Apostolus 2. Corinth. 10. *In carne ambulantes: non secundum carnem ambulamus*: quantæ autem vtilitatis sit, ostendit idem Apostolus, Rom. 8. 2. Corinth. 10. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis,* hoc autem patet in figura 4. Reg. 6. vbi dicitur, quod *Rex Syriæ obsedit Samariam: Intus erat Rex, & Eliseus propheta, facta est in ciuitate magna penuria, quædam mulier conquesta regi, quòd filium comederat eius vicina, quæ suum nolebat filium occidere: turbatur Rex contra Eliseum, qui prædicit magnam abundantiam postero die*: Samaria totus homo est, Rex est voluntas quæ dominatur, propheta vero intellectus, qui speculatur, obsidetur à Rege Assyriorum cum tentatur, & impugnatur à dæmone: mulier clamans est caro, quæ filium dicitur comedisse, cum suum desiderium non valet, & ex nimia suggestione voluntas contra intellectum, qui consulit bonum, turbatur; quia carni, non spiritui vult obedire: spiritus autem illuminatur, gratia prædicit abundantiam postero die, id est post hanc vitam, in æterna gloria, si sit perseuerans homo in sancto proposito: viri leprosi, quatuor sunt affectiones carnis sicut sunt quatuor elementa, ex quibus componitur corpus, vt dicatur, quod prima affectio sit circa terrena; secunda circa lasciuia: tertia circa curiosa: quarta circa præsumptuosa, hæ dicuntur leprosi: quia totum hominem inficiunt, manent extra portam, cum homo non recipit eos: qui egrediuntur ad castra inimicorum, penitus volunt agere quæ non decent, sed ipsa castra inimicorum erant confusa per sonitum, quem fecerat Dominus audiri: quia Deus liberat hominem de manibus inimici: cum sonitum mortis corporalis facit audiri, tunc ditatur ciuitas, cum confunduntur obsidentes: quia beatificatur anima bona, sua constantia: vir qui non credit, non gustauit, quia caro, siue corpus illam vitam non intrauit pro tunc. *1. Cor. 10.* *Rom. 8.* *2. Cor. 10.* *4. Reg. 6.*

Secundò bellum est contra diabolum, & vincitur per superbiæ depressionem, Psalm. *Humiliatus sum, & liberauit me*: hæc autem audacia debet fieri, vt non vetecundetur homo humiliari nec timeat hic minorari, vt possit apud Deum exaltari: hoc autem fecit Dauid, cum arcam Domini, in domum suam duxit, sicut legitur 2. Reg. 6. *Lusit ante arcam: quod videns vxor despexit eum, atque reprehendit*, quia repugnat legi mentis, mens vero bona carnis despectionem, vel subiectionem despicit, & humilis oculis fit: vnde Dominus dat ei Regem ab omnibus inimicis suis: quia de aduersario humani generis victoriam tribuit: quia humilibus dat gratiam 1. Pet. 5. *2. Reg. 6.* *1. Pet. 5.*

Tertiò bellum contra mundum vincitur per auaritiæ detestationem, hoc autem cum prudentia fit sicut nauale bellum, in quo secundum tempus mutat velum, ita in bello contra mundum, secundum necessitatem, & congruitatem auaritiam detestatur: non enim debet se tantum paupertate arctari, vt non habeat vnde viuat: vnde Salomon Prouerb. 30. ait, *diuitias, & paupertates ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria*, verumtamen vt dicit Augustinus in regula. Melius est minus egere, quàm plus habere: de auaritia verò, quòd sit detestanda, figura est Zachariæ 5. vbi dicitur; quod *vidit amphoram, & massa plumbi in os eius, duaque mulieres habentes alas milui eleuauerunt eam inter terram, & cœlum, & portauerunt in terram Senaar*: Amphora, quæ habet os apertum est cupiditas: duæ mulieris alæ sunt duo vitia, communicantes, vel comitantes eam, scilicet iniusta acceptio rerum, & immoderata retentio earum: qua eam eleuant inter cœlum, & terram: non ducunt ad cœlum: quia *auari regnum Dei non possidebunt* 1. Corinth. 6. *Nec in terra dimittunt, quia viro cupido, & tenaci, sine ratione est substantia*, Ecclesiast. 40. *Sed portatur in terram Senaar*, quæ interpretatur dolor dentium, id est ad locum illum, vbi est dolor, & stridor dentium. *Prou. 30.* *Augustin.* *Zach. 5.* *1. Cor. 6.* *Eccl. 40.*

Hæc tria possunt comprehendi in hodierno Euangelio, non vt singula verba exponamus sed solum aliqua accipiamus: primo ponitur, quomodo carnis desideriis non obediuit, & alios simile facere docuit, cum dicitur, *venit Iesus ad se*, &c. Secundò quomodo mundum spreuit, & alios spernere demonstrauit: cum dicitur, *erant autem quidam gentiles*, &c. vsque ibi, *ego si exaltatus fuero à terra*: tertiò quomodo non solum superbiam suppressit, sed humilitatem habuit: quia pro nobis in cruce exaltari voluit, *& si exaltatus*, &c.

Primò quod *inuenit Iesus asellum, & sedit super eum*: sedere super asellum est carni dominari, & non permittere ipsam dominari: Lazarum de monumento vocauit, id est aliorum mentes ad lucem veritatis eduxit, quem Principes Sacerdotum volebant interficere, id est dæmones damnare, sed nihil possunt perficere: intrans vero Hierusalem, quando cœlum ascendit, & ab Angelorum turba honoratur, si vis ergo ad cœlestem patriam intrare, & cum honore suscipi, suscita animam à culpa, & domineris carni, non obediendo sibi, sed spiritui.

Secundò *erant autem quidam gentiles*, &c. Quia cum gentiles vellent sibi loqui, clarificando se dixit, & addidit, nisi granum frumenti, &c. Vt Augustinus dicit, ipse erat granum frumenti mortificandum per Iudæos, & multiplicandum per populos: mori ergo voluit, vt mors non timeretur: vnde dixit: *qui odit animam suam in hoc mundo*: istud sic intelligitur, *qui amat animam suam*, id est vitam corporalem *in hoc mundo, perdet eam in alia vita*: quia non ibit ad vitam æternam, sed ad damnationem æternam: & econtra, qui non amat hic viuere, viuet in vita æterna, & quia hæc faciunt, hi sunt sui serui, & ministri: ideo subdit: *si quis mihi ministrat, me sequatur*, id est, qui vult esse seruus & minister, *me sequatur*, in hoc, & in aliis, & vbi ipse est: ibi & ipse erit, sed vt ostenderet veram humanitatem habere, dixit: nunc anima mea turbata est super mortem corporalem: secundum, quod homo sum, non secundum quod Deus clamauit ad patrem, vt clarificaret eum in hoc mundo in hominibus supple: vnde audita est *Augustin.*

Digitized by Google

vox, de qua admiratæ ſunt turbæ, & Chriſtus dixit, quòd non propter ſe, ſed propter turbam vox venerat: quia ea voce non indigebat: eo quod idem, quod Deus erat, ſed vt homines audientes crederent, & credentes diabolum expellerent: vnde dixit: *Nunc iudicium eſt mundi, nunc Princeps mundi huius eiicietur foras*: principem mundi diabolum vocat, qui extra mundum eiiciebatur, id eſt extra homines, qui erant in mundo *& ſi ego exaltatus fuero à terra*, &c. Quia pro nobis in cruce exaltari voluit: ſed quia turbæ non intelligebant verba ſua, dixit, modicum lumen in vobis eſt, & admonet, dum ipſum, qui eſt lumen verum, habent, in bonis operibus ambulent, vt ſic faciendo vitam æternam habeant: ad quam nos conducat Dominus Amen.

DOMINICA PALMARVM.

De triumphis, qui fiebant victoribus.

Sermo XL.

Matth. 21. *Vm appropinquaſſet Ieſus ad montem Olineti*, &c. Matth. 21. Quia finis belli eſt victoria, & victoriæ præmium eſt triumphus, & hodie Chriſtus intrauit in Hieruſalem, cum diabolo pugnaturus, & de eo triumphaturus: ideo hodie, & de ipſis triumphis, qui fiebant victoribus dicam; ſed quia triumphi non ſine cauſa fiebant, ideo prius videndum eſt, quid erat triumphus, ſecunda cur fiebat triumphus. Attendite.

Iſidor. Propter primum ſciendum, ſecundum Iſidorum, lib. 18. Etymolog. triumphus eſt exultatio de victoria: ponebatur enim victor, & ducebatur in curru, & coronabatur corona palmea aurea, & hoc ſi in conflictu viciſſet: quia palma ſtimulos habet: ſi verò ſine conflictu fugientem hoſtem proſtraſſet coronabatur laurea: quia hæc arbor ſine ſpinis eſt, & induebatur purpura palmata: & in manu portabat ſceptrum, ſcilicet baculum, qui vocabatur Scipio, & in eius ſummitate erat aquila, quæ colore rubeo ſuperliniebatur, ſtabat autem carnifex iuxta eum: quia ipſum alapa percutiebat: hæc autem rationabiliter fiebant: nam ideo dicitur triumphus: quia triplici iudicio terminabatur, ſiue definiebatur. Nam primo lux ſpectabat ad ducem totius exercitus: ſecundo ad ſenatum: tertio ad populum: ponebatur autem in quadriga, quia antiqui duces ſic inire bellum ſolebant: coronabatur autem, vt excellens honor eſſet: purpura verò induebatur, quia triumphantes toga vtebantur, baculus appellabatur Scipio, vt imitaretur Scipionem victoriosum virum. Ipſe etiam baculus, quo homo nititur, vocatur Scipio, & Cornelius Scipio dictus eſt: quia pater eius cum eſſet cæcus, in foro eius brachiis innixus ambulabat, aquila verò ſedebat ob indicium, quòd per victoriam ad ſupernam magnitudinem peruenisſet, & colore rubeo ſuperliniebatur: quaſi immitteret diuini ignis effigiem, & à carnifice contingebatur, vt ad tantum faſtigium veniens, mediocritatis humanæ naturæ memoraretur, & ſic fiebat triumphus.

Quid ſit triumphus & cur fiebat.

Quare dicatur triumphus.

Quomodo fiebat triumphus antiquitus.

Cur fiebat triumphus. Propter ſecundum, ſcilicet cur triumphus fiebat: ſciendum quòd ad hoc fiebat, vt allicerentur corda hominum ad bene pugnandum pro communi bono, ne autem ex nimio deſiderio prædictus honor indebitè peteretur, aut procuraretur: ordinatum eſt, vt Victor cum bona ſapientia, & iuſtitia victoriam reportaret, quod ſi aliquod iſtorum deficeret, non triumpharet.

Frontin. Valer. Primò cum palma, vt potentet vinceret: vnde refert Frontinus, & Valerius, lib. 2. Ordinatum fuit vt nullus triumpharet, niſi quinque millia hoſtium vna acie cecidiſſent: ſed quia Lucius, Darius, & Fabius tribuni mentiti ſunt de prædicto numero, & ne prædicto honore priuarentur, ſtatutum eſt, vt quicunque per literas falſum numerum interfectorum nunciaret, ipſo triumpho priuaretur: vnde ſtatim cum victores Romani reuertebantur, diligens inquiſitio de hoc fiebat: ordinatum eſt etiam, vt pro augendo imperio, non pro recuperando triumpharetur: vnde recitat Valerius. Fuluius, qui Capuam cœpit, & Opprimus, qui Fragellanos ad deditionem compulit, triumphos petentes non obtinuerunt, quamuis quilibet opere fuerit magnificus: tantum enim intereſt, an adiicias aliquid ac ſubtractum reſtituas, quantum diſtat beneficij initium ad iniuriæ finem: hæc tamen lex in Scipione, qui recuperauit Hiſpaniam, & Marcello Siracuſam tam præclaris ducibus, obſeruata eſt.

Secundò cum ſapientia, vt ſic victoria eſſet de morte inimicorum, ne caſus eſſet etiam ciuium Romanorum: quia vt ibi dicit Valerius, ſicut neceſſariæ ita lugubres æſtimatæ ſunt victoriæ, quæ non externo, ſed domeſtico ſanguine fiunt: vnde non dabatur triumphus, ſi magna pars exercitus periiſſet. *Valer.*

Tertiò cum iuſtitia, quia vt dicit Iſidorus, vbi ſupra, Victoria dicitur à vi, quia à virtute eſt acquiſita, nam illa quæ non virtuosè acquiritur non eſt dicenda victoria. Turpis enim eſt (vt ait) dolo acquiſita victoria: vnde ordinatum erat (vt Valerius ait) vt ſemper diis inuocatis pugnaretur iuſteque vincentes, non prius arma deponerent, quàm ad Deorum (ſi aderat) templum recurrerent: tanquam Deorũ patrocinio viciſſent. *Iſidor.* *Valer.*

Spiritualiter loquendo, dicendum eſt quod Chriſtus, hodie Hieruſalem ingreditur cum diabolo pugnaturus in cruce, & triumphaturus per paſſionem: videndum eſt ergo, qualis triumphus ſibi debetur: ſecundo qualiter ipſe miretur.

Propter primum eſt ſciendum, quòd triumphus Chriſto eſt exhibitus in curru, & ſede beatorum in purpura & veſte virtutum in virga, ſceptro regali iuſtitiæ, & in corona, & diademate naturæ: primo in curru, & ſede beatorum, anima enim iuſti ſedes eſt ſapientiæ, huius figura ponitur Iſaiæ ſexto vbi dicitur. Quod ipſe *vidit Dominum ſuper ſolium excelſum, & eleuatum: & duo Seraphin ſtabant ſex alæ vni & ſex alæ alteri*, & non ceſſabant dicere *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus*: per ſolium excelſum, & eleuatum natura Angelica, vel humana intelligitur, quia humana ad cœleſtem gloriam eleuata proficit, & Angelica non cadens cum aliis, inde eleuata dicitur: vnde in gratia fuit confirmata, templum enim hoc eſt, quod ſolium, quia æternus Rex ibi habitat, vbi ſedet, duo Seraphin ſunt facti de duobus teſtamentis, ſcilicet inter omnes ſunt habentes duodecim alas: quia illi de veteri teſtamento habuerunt duodecim Patriarchas, & nos de nouo habemus duodecim Apoſtolos: ſex & alæ ſunt, tamen pro quolibet propter ſex ordines, vt ſunt Patriarchæ, & Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, & virgines: Clamant *Sanctus, Sanctus, Sanctus*: propter confeſſionem Trinitatis, vel propter ſanctitatem cordis, oris, & operis, &c. Secundò Chriſti triumphus eſt in purpura, & veſte virtutum, Ezechiel. 29. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, perfectus decore in deliciis paradiſi Dei fuiſti, omnis lapis pretioſus operimẽtum tuum*, nam Dei filius eſt ſignaculum ſimilitudinis: quia filius patris plenus ſapientia: quia creator orbis omnia in ſapientia fecit, perfectus decore ratione ſanctitatis: quia ſine macula peccati, in deliciis paradiſi Dei fuit: quia in ſinu patris, orationis lapis pretioſus operimentum eius: quia decorus plenitudine omnis virtutis, Eccleſiaſtic. 40. *Veſtiri eum in conſummatione virtutis*, huius figura fuit, Apocalyp. 1. Vbi dicitur, quod *vidit in medio ſeptem candelabrorum aureorum*, id eſt in medio Eccleſiæ, *ſimilem filio hominis*, id eſt Chriſtum Deum & hominem, *veſtitum podere*: poder eſt veſtis, in qua antiquorum Patrum facta ſcripta erant, & ipſe habuit perfectionem omnium Sanctorum: *Ezech. 29.* *Eccl. 40.* *Apoc. 1.*

Digitized by Google

zona aurea est virginalis continentia: septem virtutes, vel septem dona Spiritus sancti, &c.

Tertium est in virga, & in sceptro regalis iustitia, quia *iustus Dominus iustitiam dilexit*, Psalm. Et alibi. *Virga æquitatis, virga regni tui, dilexisti iustitiam:* de hac virga est figura, Exod. vbi dicitur, quòd *virga Moysi deuorauit virgam Magorum Ægypti:* virga ista, iustitiam Christi significat, quæ alias deuorat, cum malos per tormenta sauciat. Quartò est in corona, & diademate humanæ naturæ, Christus enim nostram naturam tantum dilexit, quòd eam assumens nunquam dimisit, & quamuis esset vilis respectu diuinitatis, ipse tamen suam coronam deputauit. Ideo Cant. 3. dicitur. *egredimini, & videte filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius:* Salomon Christus est, diadema humanitas, qua coronauit eum mater sua: quia à matre sumpsit humanitatem, in die desponsationis, id est in die conceptionis: quia tunc desponsauit, & copulauit inseparabiliter humanitatem, hoc figuratur Apoc. 10. Vbi legitur, quod *vidit alterum Angelum descendentem de cœlo, amictum lumine, & iris in capite eius, & facies eius sicut sol, & pedes eius tanquam columna ignis:* Angelus iste Christus, qui de cœlo descendit, & ascendit amictus lumine, & velatus carne: iris in capite est Deitas & humanitas: nam iris generatur ex reuerberatione solis in nube. Vnde habet duos colores principales, scilicet igneum, & aqueum, hæc significant duas naturas, vt per ignem Deitas, per nubem, vel aquam humanitas, facies vt sol ratione gloriæ, pedes vt ignis ratione charitatis, quam ad homines habuit, &c. Ecce triumphus Christi, qui est in sede beatorum, in veste virtutum, in virga iustitiæ, & corona humanæ naturæ. Meretur autem hunc honorem: quia pugnauit, & vicit cum virtuali potentia, cum mirabili sapientia, & cum rationabili iustitia, hæc ratione breuitatis dimitto ad præsens, alibi dicam: hæc tamen omnia possunt comprehendi in Euangelio hodierno, in quo primo ponitur de eius sede: quia *sedit super asinam*, per quam intelliguntur humiles, & vere obedientes: *super quem requiescam, nisi super humilem*, &c. Secundo de eius vestimentorum decoratione: quia posuerunt vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt, *& alij sternebant vestimenta sua in via*: hoc significat, quod Christus est super omnes virtutes aliorum: quia habet omnia, vt supradictum est. Tertiò de eius virga, & dominatione: quia *cædebant ramos de arboribus*: hoc significat, quòd omnis potestas Christo subiicitur. Quartò de eius coronatione, cum *clamabant, Osanna*, quod interpretatur Saluator, ipse humanam naturam sumpsit, & *in nomine Domini venit, vt saluaret populum suum à peccatis eorum.* Rogemus ergo Dominum, &c.

Psalm. Psalm. Exod. 7. Cant. 3. Apoc. 10. Triumphus Christi.

FERIA SECVNDA MAIORIS hebdomadæ.

Sermo XLI.

Ante sex dies paschæ, &c. Quia tota ista hebdomada Passio Christi nobis reducitur ad memoriam, & prædicatio debet conformari cum officio, quod celebratur: idcirco non vlterius vobis bella proponam, nec mundana, & læta exempla adducam. Tempus enim est fletus, & non risus: quia passio illius recolitur, quem tota mundi machina fleuit, de hac tamen passione hoc ordine prædicabo, primò dicã de ea, quoad eius temporis congruitatem: secundò quoad eius figuræ veritatem: tertiò quoad eius auctorum malignitatẽ: quarto quoad patientis bonitatem: quintò quoad eius acerbitatem: sextò quoad eius vtilitatem. De istis sex omni die dicam vnum, hodie ergo nobis dicendum est de passione, quoad eius temporis congruitatem, vbi sex sunt declaranda, & consideranda: primò cur voluit pati in tali ætate mundi: secundò cur in tali ætate viri: tertiò cur in tali mense anni: quartò cur in tali hora diei: quintò cur in talibus signis cœli: sextò cur sub talibus dominis mundi. Attendite.

Ioan. 13. De Passione Domini quoad temporis congruitatem. De Passione Domini hæc concio incipit hoc ordine.

Primò dico, quòd dicendum est cur Christus voluit pati in tali ætate mundi, vbi sciendum est, quod sex sunt mundi ætates: prima ab Adam vsque ad Noe: secunda à Noe vsque ad Abraham: tertia ab Abraham vsque ad Moysem: quarta à Moyse vsque ad Dauid: quinta à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis: sexta vsque ad Christum, in qualibet singulare vitium regnauit: nam in prima regnauit luxuria, quod peccatum Deus puniuit per diluuium: in secunda regnauit superbia, quod Deus puniuit per diuisionem linguarum, Gen. 11. In tertia regnauit inuidia, vt in Esau contra Iacob, & fratribus contra Ioseph, quem Deus puniuit per exilium: quia omnes illi in Ægypto, quæ erat aliena regio, peregrini fuerunt, & ibi mortui: in quarta regnauit gula, quia *sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere*, vt patet, Exod. 33. quem Deus puniuit per gladium: quia occisi sunt 24. millia hominum. Exod. 34. In quinta regnauit cupiditas, & auaritia, vt patuit 2. Reg. 24. Quando Dauid fecit numerare populum, quem Deus puniuit per pestilentiam & mortem, & dicitur ibidem. Nam mortui sunt 7. millia virorum. In sexta regnauit ira, vt patet Hierem. 34. in rege Sedechia, *qui fecit malum in conspectu Domini*, & verba Hieremiæ prophetæ noluit audire: immo libros, quos scripserat Hieremias, ipse ira repletus, combussit, & Hieremiam captiuauit: sed hoc peccatum Deus puniuit per carcerem, & transmigrationem, vt patet Hierem. 39. & 25. quia ergo in qualibet ætate regnauit singulare vitium, & peccatum: Congruum fuit, vt in fine omnium veniret Christus, & sua morte hæc, & alia tolleret: nam tulit peccatum luxuriæ, quia de Virgine natus, virgo est mortuus: peccatum superbiæ: quia *humiliauit semetipsum vsque ad mortem* peccatum inuidiæ: quia pro suis seruis mori voluit: peccatum gulæ, quia in escam fel habuit, & in potum acetum: peccatum auaritiæ, quia totum sanguinem fudit: & tulit peccatum iræ, quia *tanquam mansuetus ductus est ad occisionem, & victimam: Coram se tondente obmutuit & aperuit os suum*, Isa. 53.

Cur Christus voluit pati in tali ætate mundi. Gen. 11. Exod. 33. Exod. 34. 2. Reg. 24. Hier. 34. Hier. 39. & 25. Isa. 53.

Secundò videndum est cur pati voluit in tali ætate viri: vbi scire debetis, quòd sex sunt ætates hominis: prima est infantia, vsque ad septennium, & dicitur infantia: quia infans non potest fari, & loqui: secunda est pueritia vsque ad decimumquartum annum, & dicitur pueritia à puritate, quia purus est puer: tertia est adolescentia, quæ secundum aliquos vadit vsque ad 28. annum, & dicitur adolescens, id est ad gignendum, & augendum: quarta est iuuentus firmissima omnium, & vadit vsque ad quinquagesimum annum, & dicitur iuuentus, quia iuuare potest: quinta est senectus, & hæc est à quinquagesimo, vsque ad septuagesimum annum, & dicitur senex, à sensuum diminutione, quia iam incipit sensus minui corporis, & animæ: sexta est decrepitas, quæ nullo termino finitur: istæ sunt ætates hominis. Christus autem in meliori ætate mori voluit, scilicet iuuentute: quia hæc ætas, vt sensu patet, minus habet de defectibus corporalibus, quam aliqua alia: & decuit Christum in ætate perfecta, & non defectuosa mori. Vnde Cant. 1. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus*: alia ratio est, vt dicitur, primus homo Adam tali ætate fuit factus, & creatus à Deo, & in tali ætate ipse peccauit, & ideo Christus in tali ætate mori voluit, & debuit.

Cur pati Christus voluit in tali ætate viri. Cant. 1.

Tertiò videndum est, cur in tali tempore anni, quod est initium totius anni, & mẽsis Martij, & dies Veneris: quia

Cur in tali tempore.

Digitized by Google

quia ipse Christus fuit primus, qui mori pro salute generis humani voluit: ipse est primus sanctorum, quia sanctus sanctorum, & omnium salutem, & sanctitatem fuit initians. Alia ratio, quia Adam tali die istius mensis peccauit, & ideo Christus secundus Adam, tali mense, & tali die, pro peccato eius mori voluit, & debuit. Potest & alia ratio assignari, & est talis: in isto enim mense crescunt humores, & ebullit sanguis in corpore, & ideo ad lasciuiam magis pronus est homo, & propter hoc congruum fuit tali mense pati, quando plus ad peccandum proni sunt homines: quia ipse perpetrata peccata delere, & alia perpetranda prohibere debebat, quod melius, quàm sua passione fieri non potuit. Potest & alia ratio assignari, cum in tali tempore sanguis ebulliat: vt totum versaret, & effunderet pro nobis sanguinem, & nihil in eo remaneret, quia ipso bulliente de facili emittitur, sed cur in die festo? Rationem duplicem assignat S. Augustinus. Prima, vt manifesto implerentur effectu, quæ diu facta fuerant, figurata occulto mysterio: omnia miracula ferè in die festo facta sunt. Secunda, vt immolato vero agno, cessaret immolatio sacrificiorum legalium: & veniente sacerdotio Christi, cessaret sacerdotium Leuiticum; iuxta illud, *cum venerit sanctus sanctorum cessabit deuotio vestra.*

Cur tali hora diei.

Quartò videndum est, cur tali hora diei: in sexta enim hora diei crucifixus est, quamuis inter Euangelistas videatur diuersitas, quia Marcus dicit, quod hora tertia, Matth. autem quod hora sexta, quam contrarietatem soluit Augustinus libro tertio de consensu Euangelistarum, dicens, quòd Christus crucifixus est hora tertia lingua Iudæorum, quando clamabant; *Crucifige, crucifige eum:* sed hora sexta manibus militum, & dicit, magis videndum est necationem Christi fuisse linguam Iudæorum, quam militum manus: sed cur tali hora? vt euidentior esset mors sua, & etiam dicit, quod tali hora peccauit Adam: & ideo Christus, qui pro illo peccato satisfecit, vt hora pœnæ respõderet horæ culpæ, tali hora diei mori debuit.

Aug.

Cur sub talibus signis cœli.

Quinto cur sub talibus signis cœli, dicendum est, quod tempore passionis Christi sol obscuratus est, & non naturaliter, sed miraculose: sed quomodo fuit, diuersimodè narratur à sanctis doctoribus. Hieronymus dicit, quod fuit hoc, quia diuina virtute radij solis retracti ad terram peruenire non potuerunt. Origenes dicit, quòd hoc fuit propter nubes spissas, & densissimas, quæ obtenebratam tunc operuerunt totam terram Iudæorum, sicut tempore Moysi obtenebrata est terra Ægypti: sed Dionysius in Epistola ad Policarpum dicit, se tempore Passionis Christi fuisse in Ægypto, & diligenter notasse miracula. Primo, quia naturaliter eclypsis solis fit per interpositionem lunæ: quia luna est inferior planeta, cum coniungitur soli interponit se inter nos & solem: sed tempore illo hoc non potuit esse, quia luna quartadecima non est soli coniuncta, sed diametraliter opposita. Secundò, quia hora sexta luna est cum sole, ex qua coniunctione causatur eclypsis: & quia illa hora iam pertransierat, & luna visa est in Oriente, & sol versus Occidentem, sicut hora vespertina stare solet, sine miraculo non fuit. Tertiò, quia talis obscuritas durauit tribus horis, & naturalis eclypsis in momento transit, ideo per hæc fuit facta miraculosè: sed cur sub tali figura cœli mori debuit? Ratio est, quia ipse Deus erat, & creator omnium, ideo creatura in eius morte debuit ostendere iustitiam ad confusionem etiam Iudæorum: quia eum negauerunt esse filium Dei, & Regem terræ, & cœlorum.

Origen.

Dionys.

Cur sub talibus dominis mundi debuit Christus mori. Isidor.

Sextò & vltimo videndum est, cur voluit sub talibus Dominis mundi mori, vbi sciendum est, quòd Christus, secundum Isidorum lib. 5. Etymolog. tempore Tyberij Imperatoris mortuus est, & in xx. anno Imperij eius; Pilatus autem, sub quo damnatus fuit, erat in Hierusalem pro ipso Imperatore Romanorum: quia tunc Romani Monarchiam tenebant in vniuerso mundo: itaque tempore mortis Christi in regno Iudæorum erant multi domini, sed in regno Romanorum vnus Imperator, sed licet sub Principe Romanorum fuerit crucifixus. Fuerunt tamen Principes Sacerdotum, scilicet Anna, & Cayphas, qui eum morti tradiderunt: hæc autem ita concurrerunt, ad significandum, quòd Christus Imperator vnus, & princeps vnus erat in terra, & in cœlo: *data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra,* Matth. vlt. In signis etiam, quòd finis regni aduenerat per crudelitatem, ex quo in multis erat diuisum: iuxta illud, Luc. 16. *Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur,* & per Reges, & Sacerdotes pati voluit: quia & ipse Rex, & Sacerdos fuit: Patent igitur illa sex, quæ proposuimus.

Matt. vlt.

Luc. 16.

Hæc omnia possunt intelligi in prima parte Euangelij hodierni, cum dicitur, *ante sex dies Paschæ,* vt per istos sex dies intelligantur illa sex quæ diximus: deinde historialiter dicatur Euangelium, & sufficit: rogando illum, vt ipse nobis concedat gratiam. Amen.

FERIA TERTIA MAIORIS hebdomadæ.

De Passione Christi, quoad figuræ veritatem.

Sermo XLII.

Rat Pascha, & azima post biduum. Matth. 18. Heri diximus de Christi passione, quoad eius temporis congruitatem: hodie dicamus de ipsa passione, quoad figuræ veritatem, quomodo, scilicet in veteri testamento fuit oraculis Prophetarum prænunciata, & gestis Patriarcharum figurata: vnde scire debetis, quod sex sunt considerandæ in passione Dominica: primò de eius vili venditione: secundò de eius turpi irrisione: tertiò de discipulorum derelictione: quartò de crucis formatione: quintò de pœnarum impositione: sextò de signorum apparitione. Attendite.

Matth. 18.

Videtur in hac concione quomodo Passio Christi fuit figurata in veteri testamento.

Primò dicendum est, de eius vili venditione, venditus fuit à Iuda causa cupiditatis, & auaritiæ: emptus fuit à sacerdotibus causa dolositatis, & inuidiæ. Propter primum dicitur in Psal. *Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Propter secundum dicitur, Sap. 2. *dixerunt impij, circumueniamus iustum,* &c. Et subditur, *hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim eos malitia eorum:* prædicta autem venditio fuit denariis triginta argenteis, quod prædictum est Zacha. 11. *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis:* figuratum est hoc. Genes. 38. in Ioseph, qui venditus est à fratribus in Ægypto, triginta argenteis. Cuius venditio figurabat venditionem Christi: Vnde dicit Hieronymus, quod Ioseph non fuit venditus triginta argenteis, ne pretiosiùs venderetur seruus, quàm dominus. Ratio huius fuit, scilicet, quòd Iudæi tantum dederunt: quia ipse Christus fuit conuersatus cum eis triginta annis, & ideo triginta denarios dederunt traditori, sicut 30. annos putabant se offensos fuisse ab eo: Iudas, autem huius pretij fuit contentus, quia ipse fuerat indignatus de vnguento fuso super Christum in conuiuio à Magdalena, quando dixit, potuit vnguentum istud venundari multo, & plusquam 300. denariis, & dari egenis: de quibus denariis ipse decimam partem erat furaturus, quæ faciebat 30. & ipse habitis 30. denariis fuit contentus, non quòd ipse tantum petierit: quia tanquam vile mancipium tradens, totum pretium posuit in voluntate ementium, dicens: *quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? & ipsi constituerunt ei 30. argenteos.*

Psalm.

Sap. 2.

Zach. 11. Genes. 38.

Hieron.

Digitized by Google

Secundo dicendum est, de eius turpi irrisione, quæ primo fuit in captione, quando ceperunt eum, de quo dicitur Psalm. *Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me*, & Threnor. 4. *Spiritus oris nostri Christus Dominus, captus est in peccatis nostris: cui diximus, in vmbra tua viuemus in gentibus*, nam ipse Christus spiritus oris nostri propter naturæ vnionem, eo quòd spiritus oris ex coniunctione duorum labiorum formatur, est captus in peccatis nostris, id est propter peccata nostra: quia Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, vt dicit Isaias, sed in vmbra eius viuimus: hoc est sub eius protectione in gratia, vel in gentibus, & propriorum populorum, & Angelorum in gloria: secunda irrisio fuit in percussione, quia alapis percutiebant faciem eius, & conspuebant: vnde Isa. 50. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me: nam corpus suum dedit percutientibus*; quia nihil fuit in corpore, quod non flagellaretur: *genas suas vellentibus*: quia quamuis in Euangelio non legatur, sancti tamen dicunt, quòd pilos barbæ euellebant, & percutiebant etiam arundine: Vnde Mich. cap. 5. *In virga percussit maxillam iudicis Israel*; tertia irrisio fuit in induitione: ad illudendum enim induerunt eum in domo Herodis vestem albam, & in domo Pilati indumentum purpureum: ideo in Cantic. dicitur, *dilectus meus candidus, & rubicundus*; quarta irrisio fuit spinarum in coronatione. Vnde Cant. 3. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua*, id est Iudæorum synagoga, quæ facta est de matre nouerca.

Tertio videndum est, de discipulorum derelictione; omnes enim dereliquerunt eum, de quo prædixerat, Psalm. *Elongasti à me amicum, & proximum; & notos meos à miseria*, & Isai. 63. *Quare rubrum est vestimentum tuum? quia torcular calcaui ego solus, & de gentibus non est vir mecum*: hoc autem figuratum fuit, Leuitic. 16. vbi dicitur, *Nullus sit in tabernaculo cum Pontifex ingreditur tabernaculum, vt oret pro se, pro domo sua, & vniuerso cœtu filiorum Israel.* Vere nullus fuit secum (vt dictum est,) & orauit primo pro se, cum dixit: *pater clarifica filium tuum*, pro domo sua, id est pro his, qui secum erant familiares, vt fuerunt Apostoli cum dixit: *Pater sancte serua eos in nomine tuo*: postremo pro vniuerso cœtu filiorum Israel, id est pro omnibus credentibus, quando ait, *non pro his tantum, sed pro omnibus, qui credituri sunt in me.*

Quartò de crucis formatione, quatuor enim brachia, vel quatuor partes crux habuit, scilicet latitudinem, altitudinem, longitudinem, & profunditatem; & hoc fuit congruum, vt ait Augustinus: quia ipse crucifixus Dei filius habuit latam dilectionem, extendentem se vsque ad inimicos, habet longam dilectionem, siue directionem: quia est *Alpha, & Omega*: principium, & finis omnium, habet altam dominationem: quia *in eius nomine, omne genu flectitur*, videlicet terrestrium hominum, cælestium Angelorum, & infernorum dæmonum, & habet profundam cognitionem; quia *in eo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi*: de ipsa cruce prædixit propheta Abacuch cap. 3. *Cornua*, scilicet crucis *in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius*: quia tunc vicit aduersarium; de ipsa figura est 3. Reg. 17. vbi legitur: Quòd mulier illa, quæ susceperit Heliam extra portam, colligebat duo ligna, vt coqueret panem; mulier illa fuit Iudæorum synagoga, quæ extra portam Hierusalem ad litteram super duo ligna scilicet stipite, & transuersali coxit panem vitæ, qui de cœlo descendit, Hierem. 10. *Venite, mittamus lignum in panem eius.*

Quintò videndum est, de pœnarum impositione quæ fuerunt multæ; primo in vestium expoliatione, & nudatione, Ioel. 1. *Nudans spoliauit eum*, scilicet Christi carnem, & *proiecit*. Isa 53. *Nos reputauimus eum, quasi leprosum, quæ vestimenta diuiserunt inter se*, sicut prædixit, Psalm. *Diuiserunt sibi vestimenta mea*: hæc nudatio figurata est in Noe, in ebriatione nudus iacuit in tabernaculo: quia Christus ebrius amore, nudus in cruce pependit, quem Cham, id est populus Iudaicus denisit: secunda pœna fuit in manuum, & pedum perforatione, quia foderunt manus suas, de quo Psalm. *Foderunt manus meas, & pedes meos*, & Zachariæ dicitur *His plagatus sum in domo eorum: qui diligebant*, id est diligere debebant *me*: tertia in lateris aperitione, de quo manauit sanguis, & aqua, hoc est ostium, quod præcepit Dominus fieri, ex latere dextero in arca Noe, Gen. 6. Hæc est lapis à Moyse virga percussus: de quo fluxerunt aquæ largissimæ, Exod. 17. Quarta pœna in fellis, & aceti potatione, de quo Psalm. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto*, & Deut. 11. *Vinum eorum fel draconum*, &c.

Sextò videndum est de signorum apparitione, & primum fuit solis obscuratio, de qua Amos, *occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis*: secundum fuit veli scissio, quæ significabat sacræ Scripturæ reuelationem: tertium petrarum scissio, quæ significabat, quod corda dura, & lapidea erant mollificanda: & quartum sepulchrorum aperitio: quæ significabat quòd mortui reuocabantur ad vitam: quintum, & vltimum terræ motus, de quo Hilarius dicit, quod significabat illum mori, quem recipere capax terra non erat: vnde Psalm. *Terra tremuit, & quieuit, dum resurgeret in iudicio Deus*, vt ita dicat; quod cum Deus, scilicet Christus exurgeret in cruce ad iudicium dæmonum, & liberationem sanctorum Patrum: (de quo iudicio, dicit Psalm. *Fecisti iudicium meum, & causam meam sedens super thronum, qui iudicas iustitiam,*) terra tremuit, & quieuit per fidei fundamentum.

Hæc omnia, quæ dicta sunt, possunt assignari in hodierno Euangelio de passione: nam primò de venditione ibi, *& Iudas Iscariotes, vnus de duodecim*, &c. De irrisione ibi, *adhuc eo loquente*, & primo de turpi captione, ibi *tanquam ad latronem*, &c. Secundo de permissione, *& cœperunt quidam conspuere in eum*: tertiò de induitione, *induit ei purpuram*: quartò de coronatione, ibi, *plectentes ei coronam spineam*: quintò de discipulorum derelictione, *& discipuli derelinquentes eum, omnes fugerunt*: sextò de crucifixione ibi, *& eduxerunt eum, vt crucifigerent illum*: septimò de pœnarum impositione, ibi, *& educunt eum in Golgotha*, &c.

FERIA QVARTA MAIORIS hebdomadæ.

De malignitate Iudæorum, qui fuerunt auctores passionis Christi.

Sermo XXXVIII.

Ppropinquabat dies festus Iudæorum. Lucæ. 22. Heri prædicauimus de passione Christi, quoad figuræ veritatem, hodie dicemus de ea, quoad eius auctorum malignitatem: vbi animaduertendum est, quòd sex sunt circunstantiæ aggrauantes homicidij peccatum: prima quis: secunda in quem: tertia quare: quarta est quomodo: quinta vbi; sexta quid.

Sex circunstantiæ sunt aggrauantes peccatum homicidij.

Primò dico, quod prima conditio aggrauans peccatum Iudæorum in Christi occisione, est Quis, scilicet considerando ipsos, qui fecerunt, quoniam tenebëtur sibi non reddere malum pro bono, sed bonum pro bono, & nunquàm potuissent satisfacere, sed ipsi econtrario, malum pro bono reddiderunt: vnde hac conditione nimis grauiter peccauerunt: ipse enim Christus Dei filius, Iudaicum populum, tanquam

ab

ab eo plus dilectum, à cæteris nationibus seperauit,
Gen. 12. Gen. 12. vnde dixit Abrahæ, qui fuit eorum principium, *egredere de terra tua, & de domo patris tui: & veni in terram, quam monstrauero tibi, faciamque te in gentem magnam*: propriis vexillis, & insigniis ornauit, Gen. 17. Gen. 17. Terra nobilissima hæreditauit, & se de
Gen. 22. eorum stirpe incarnauit, Gen. 22. dixit. *Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & in semine tuo benedicentur omnes gentes.* In Ægypto multiplicauit, & de seruitute durissima multiplicatos liberauit, vt patet
Exod. 4. Exod. 4. vsque ad decimum quartum, *Pane cœlesti in*
Exod. 16. *eremo gubernauit.* Exod. 16. In terram promissam induIosue vlt. xit, & habitatores eius eis subiecit: vt patet Iosue vltimo. De eis natus, infirmos eorum curauit, mortuos
Mich. 6. suscitauit, famelicos saturauit, & ipsi, quibus tanta bona fecerat, crucifixerunt eum: vnde Michææ 6. sic eos alloquitur. *Populo meus quid feci tibi, aut in quo molestus fui, responde mihi?*

Secundò aggrauatur peccatum hac conditione, scilicet cui fecerunt: quanto enim maior est offensus, tanto maior reputatur offensa, vt minima offensa, in rege facta, reputatur maior, quacunque alia: sic iniuria in Christum perpetrata fuit maxima: quia ipsi Iudæi illum offenderunt, qui erat Dei filius, de eius substantia, ab æterno genitus, à Prophetis prænuntiatus ab Angelo nunciatus, de Spiritu sancto formatus, de Virgine natus, *Noster pastor, redemptor, doctor, mediator, iustus, innocens, impollutus: à peccatoribus segregatus, excelsior cœlis factus.* Hebr. 6. & tamen Iudæi tan-
Hebr. 6. tum, & talem crucifixerunt, & Pilato volenti ipsum dimittere, dixerunt, *non hunc, sed Barabbam.* Vnde
August. dicit Aug. in libr. de Symbolo. O cæcitas Iudæorum, ô furia freneticorum: noli ipsum dimittere, sed Barabbam, quid fuit aliud dicere, quàm occidatur Christus saluator, qui suscitauit mortuum, & dimittatur latro, vt iterum perpetret homicidium? &c.

Tertiò aggrauatur hoc peccatum hac conditione Quare, multum aggrauatur offensa, quando aliquis offendit multum, alterum leui causa. Sed magis si offendit non offensus, & maximè si propter bona opera offendit, & quia ipsi Iudæi propter bonitatem, quæ erat, & quam faciebat, & quam docebat Christus, persequuti sunt eum, & occiderunt: ergo hoc peccatum ipsorum maximè aggrauatur, nam ipsi hoc egerunt, quia Christus de vitiis eorum ipsos arguebat: vt pa-
Matth. 21. tet Matth. 21. hoc prædictum est Sap. 2. vbi dicitur
Sapient. 2. quod *dixerunt impij, circumueniamus iustum: quia contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis*, &c. Quia veritatem eis dicebat Ioan. 7. *Quid me*
Ioan. 7. *quæritis interficere hominem qui vera locutus sum?* etiam
Ioan. 11. signa eis faciebat, Ioan. 11. quid facimus, *quia hic homo multa signa facit?* & quia multa bona opera eis ostenIoan. 10. debat Ioan. 10. *multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis.*

Quartò prædictum peccatum aggrauatur hac conditione? Quomodo quamuis enim modus rei non sit res, multum tamen ad ornatum eius facit, vnde possit fieri bonum opus, & si esse sine modo non diceretur ita bonum, similiter potest fieri malum aliquo modo: non videtur valde malum, nec apparet, peccatum ipsorum multum aggrauatur ex modo: nam ipsi hoc egerunt
Matth. 27. falsos testes inducendo. Matth. 27. *Principes autem Sacerdotum, & omnes seniores, & omne Concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: Et non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent: nouissime autem venerunt duo falsi testes.*

Quintò pecunia discipulum eius corrumpendo.
Marc. 14. Marc. 14. vbi dicitur, quod promiserunt Iudæ pretium se daturos.

Sextò Pilatum falsis persuasionibus, & allegationiLuc. 22. bus prouocando, Luc. 22. *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari,*
Ioan. 16. & Ioan. 16. *si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.*

Septimò Turbam persuaserunt, vt peterent Barab-
Matth. 26. bam dimitti, & eum crucifigi. Matth. 26. *Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis, Iesum vero perderet.*

Auxilia pessima, & arma crudelissima contra ipsam
Luc. 23. inuocando, & portando, Luc. 23. his omnibus, quia non bonum habuerunt, aggrauant eorum peccatum.

Octauò aggrauatur alia conditione, scilicet, Vbi & in quo loco, circunstantia enim loci non parum grauat delictum: maius enim peccatum est hominem occidere in Ecclesia, & fornicari, & quæcunque alia delicta perpetrare, quàm extra. Et ideo, quia Iudæi in
Isa. 1. ciuitate Hierusalem hæc fecerunt, quæ erat ciuitas sancta ad diuinum cultum dedicata, & ipsi locum orationis conuerterunt in speluncam latronum Dei filium occidendo, de quo Isa. 1. *Quomodo facta est meretrix ciuitas sancta, plena delicijs, iustitia habitauit in te, nunc autem homicida.*

Posset etiam hic alia conditio aggrauans assignari, scilicet, Quando, quia in die azymorum qua debebant vacare spiritualibus bonis, Deo gratias agere, quia eos liberauit de Ægypto tali die, & ipsi tali die filium Dei
Psal. occiderunt. Psal. *Retribuebant mihi mala pro bonis:* & ideo diuino iudicio & ciuitas & omnis eorum festiuitas deleta est, festa reuersa in luctum, sabbata in fletũ, honores in improperium, infensa, odiosa, & abominaIsa. 1. bilia Deo Isa. 1. *Sabbatha vestra, & calendas vestras odiuit anima mea.*

Nonò, & vltimò plus omnibus aggrauatur considerando Quid, scilicet quid fecerunt, quia flagellauerunt illuserunt, & dolorosè in cruce inter duos latrones cruIob. 16. cifixerunt: de hac in figura dicebat Iob. 16. *aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, & satiati sunt pœnis meis*, & Threni tertiò, *factus sum in derisum omni populo.*

Hæc omnia ponuntur in hodierna passione: quamuis non tali ordine vt diximus, nam primo ponitur, quòd ipsi in die festo & solemni hæc omnia fecerunt, cum dicitur, *appropinquabat dies festus Iudæorum*: secundo qui hoc fecerunt, quia *principes sacerdotum, & scribæ*: 3. in quem fecerunt, quia in Iesum qui erat filius Dei: 4. quomodo hæc fecerunt, quia *dolo, & nequitia non iustitia*: 5. cur hoc fecerunt, quia *propter inuidiã*, quia *plebs adhærebat sibi, & ipsi timebant plebem*: sextò quid fecerunt, quia *tenuerunt & occiderunt.*

Hic potest diuidi totum Euangelium siue passio hodierna. Rogemus ergo Dominum ne simus nos vt Iudæi.

FERIA QVINTA MAIORIS Hebdomadæ.

De bonitate patientis.

Sermo XLIV.

Ante *diem festum Paschæ.* Ioan. 15. Quia heri di-
Ioan. 15. ximus vobis de malignitate authorum passionis hodie autem loquemur de bonitate patientis, quæ in
Bonitas patientis ex sex apparet. sex apparere potest: primò in ardentissima charitate: secundò in fructuosissima communicabilitate, tertiò in perfectissima operabilitate, quartò in profundissima humilitate: quintò in mirabilissima potestate: sexto in clarissima doctrinæ veritate.

Primò dico, quod Christi bonitas apparet in ardentissima charitate: inter cæteras virtutes perfectior est
1. Corint. 13. charitas: vt probat Apostolus 1. Corinth. 13. vnde Gre-
Gregor. gor. in hom. vt enim multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, nisi permanserit in radice charitatis: magna ergo

Digitized by Google

virtus est, & si sine ea, nullum bonum meritorium est: ergo habens eam, bonus & perfectus est: sed Chri-
Ioan. 15. stus excellentissima fuit charitate plenus Ioan. 15. *maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.*

August. De charitate Christi, dicit Augustinus ad Bonifacium. In tantum Christus nos amauit, vt &c. mori pro nobis dignatus est, & manus eius, quæ plurimas virtutes faciebant, clauis pro redemptione nostra affixæ sunt. Et ori mellifluo, à quo salutaris doctrina profluit, fel pro cibo impij porrexerunt. Et qui neminem læsit Iesus est: Et qui nullum maledixit, opprobria, & maledicta pro nobis pertulit: hæc omnia passus est, vt nobis vitam æternam daret.

Secũdò Bonitas Christi apparet in fructuosissima cõmunicabilitate, Nam non solum pro nobis semel se obtulit ad immolandum, sed omni tempore se præbet sub specie panis, & vini ad manducandum: quod sacramentalis communionis dicitur, quia Christus se totum nobis communicauit: Et possumus dicere quod prædictum Sacramentum maximè est vtile, & fructuosum in continentia nostræ reminiscentiæ, & ratione virtutis efficaciæ. Nam est Christi, & totius Trinitatis contentiuum, est Christi passionis nuntiatiuum: Et est peccatorum nostrorum solutiuum: primo dico quòd primum Sacramentum est tale, & fructuosum ratione continentiæ: quia est Christus, & totius Trinitatis contentiuum: Nam Sacramenti præsentia continet quatuor quantum ad corpus, quia virtute verborum transubstantiatur panis in corpus Christi, de non naturali concomitantia continentiæ continet Christum quantum ad animam, quia naturaliter anima concomitatur corpus, sed personali subsistentia continet Christi diuinitatem, in illa enim persona omnis diuinitas est; & fuit inseparabiliter copulata: & vnitatis sententia continet totam Trinitatem, quia ibi est vtique Christus Dei filius, qui cum Patre, & Spiritu sancto essentialiter est vnus Deus. Tota ergo Trinitas in ipso corpore Christi est: quamuis nec caro Christi appareat esse, quod pulchrè figuratum est
Genes. 27. Genes. 27. in Esaü, & Iacob. 8. Nam Esau terrestria significat, Iacob vero cœlestia: Rebecca est Mater Ecclesia, sacerdos qui consecrat Eucharistiam: Ecclesia enim panem, & vinum Sacerdoti præbet consecrandum, sub quibus post consecrationem est hic Christus sed occultus: quia vestibus Esau Iacob indutus, id est sub speciebus terrenis, vt est panis, & vinum latet Iacob. S. sanguis, & corpus Christi verum: Vnde non nisi Esau apparet & ait Isaac: manus quidem, manus Esau sunt, quia sub accidentibus ipsarum rerum occultatur, vox autem Iacob est: quia quamuis sensus, visus, vel tactus decipiatur: auditus tamen rerum percipit, cum dicitur *hoc est corpus meum*: secundo vtile, & fructuosum ratione reminiscentiæ: in reminiscentia enim passionis Christi, cuius fructu liberati sumus, hoc Sacramentum institutum est, & ideo est pas-
1. Cor. 11. sionis nunciatiuum 1. Cor. 11. *quotiescunque enim mãducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat*: & Luc. 22. & Matth. hic
Luc. 22. *quotiescunque feceritis, in mei memoriã facietis.* Nam inter cætera quæ debent esse cordi nostro fixa, passio Christi est: vt sicut ipse passiones, & vulnera in suo corpore habuit, & eorum cicatrices non delentur, ita de
Euseb. corde nostro memoria deleri non debet: vnde dicit Eusebius: & ponitur in decretis. De consecratio. distinct. 2. dignum erat vt coleretur iugiter per mysterium quod solum offerebatur in pretium: vt quia quotidiana cernebat pro omnium salute, redemptio perpetua esset redemptoris oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria & semper esset in gratia: hoc autem figuratum est in manna quod pluit populo in deserto, de quo scribitur Esa. quod in arca testamenti erat manna & hoc vt illius cibi perpetua esset memoria: vnde illud manna istius sacramenti erat figura: quia datur à cœlo: & hic est panis qui de cœlo descendit: illud datum est populo in deserto: & istud datur in Ecclesia Christiana, illud in memoria conseruatur in arca, & istud debet teneri mente, & memoria nostra, vt dictum est, nostræ redemptionis: tertio dictum Sacramentum est vtile ratione efficaciæ: Quia est peccatorum nostrorum solutiuum, nam ipsum dicitur Eucharistia: quod interpretatur bona gratia, & in peccatorum solutione cognoscitur, vnde Chrysost. super Lucam. Quod operatur in nobis hoc Sacramentum imaginem regiam: & *Chrysost.* nobilitatem animæ non permittit marcere: protinus irrigans animam: magnamque inspirat virtutem: fugat dæmones: aduocat Angelos, & Dominum Angelorum: De eo quidam sanctus Pater, in vitis patrum ait: Eucharistia respuit auaritiam, horret luxuriam, fugat furorem, firmat amorem, calcat superbiam, continet linguam, componit mores, odit malitiam & excludit inuidiam. Ecce patet eius efficacia, in peccatorum solutione: De hoc figurat Daniel. 12. vbi dicitur, *Daniel. 12.* quod in Babylone Daniel missus est in lacum Leonum, vbi erant 7. Leones, vt deuorarent eum. Tulit Angelus Domini Abacuch, qui portabat prandium messoribus, & posuit eum super lacum, qui dedit Danieli cibum, confortatusque, liberatus est à leonibus & à carcere. Daniel, quælibet fidelis anima dici potest, quæ in hoc mundo quasi in Babylone, quæ interpretatur confusio, est in carcere corporis, vbi parati sunt 7. leones, id est septem principalia vitia: sed Abacuch Christus est, qui portat prandium messoribus, id est sanctis in vita æterna, vbi recolligunt quæ hic seminauerunt, quia iste est panis Angelorum, quem manducat homo: quo cibo liberatur à septem leonibus, & à carcere corporis.

Tertiò dicebatur, quòd bonitas Christi apparet in perfectissima operabilitate: quia *Dei perfecta sunt opera.* *Psal.* Psalm. & Genes. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* *Gen. 1.*

Quartò apparet in profundissima humilitate: *humiliauit semetipsum factus obediens*, in mirabilissima potestate: *Dominus fortis, & potens*, &c. Psal. 13. *Domine* *Psal.* *Rex omnipotens*, &c. *Hester. 13.*

Sextò in clarissima doctrinæ veritate, Matt. 22. *Magister scimus, quia verax es.* *Matth. 22.*

Hæc sex habentur in hodierno Euangelio: primò charitas: quia *cum dilexisset suos*: secundò communicabilitas: quia *surrexit à cœna*: tertiò perfecta operabilitas: quia *deposuit vestimenta*: quartò humilitas: quia *cœpit lauare pedes*: quintò potestas: quia *omnia dedit ei Pater in manus*: sextò doctrinæ veritas: quia *magisterium*:

De primo, quarto, quinto, & sexto procedendum est, sicut placet: sed de secundo, scilicet cum *surrexit à cœna*. In illa enim cœna, corpus suum sub specie panis, & vini communicauit omnibus. De tertio, *deposuit vestimenta*, vbi dicit glossa: quòd à cœna surrexit: lauit, vestimenta deponit, linteum præcingit, peluim implet, & non alteri impleri iussit: sed omnia operatur, quod omni studio, talia fecit: Rogemus ergo Dominum, &c.

FERIA VI. IN PARASCEVE.

De acerbitate passionis Christi.

Sermo XLV.

EGRESSVS *est Iesus cum discipulis suis, trans torrentem Cedron.* Ioan. 18. Hodie oportet vti nouo *Ioan. 18.* loquendi genere: quia materia, de qua prædicare debemus, tantum est dolorosa, quod plures requirit lachrymas, quàm verba. Nullus hodie à beata Virgine quærat

Digitized by Google

Augusti. quærat cœlum, vel sidera, vt dicit Augustinus; sed solum fluuium lachrymarum, vt die noctuque, cum ipsa plangente, plangat creatorem rerum cunctarum. Verumtamen, vt verba nostra sub congrua forma dicantur, hoc ordine procedemus dicendo, quod sex

Sex sunt quæ Christi passionem reddunt acerbã. sunt, quæ Christi passionem reddunt acerbam: prima indigna rerum aduersatio: secunda magna morte permutatio: tertia opprobriosa verecundia: quarta penuriosa inopia: quinta doloris immensitas: sexta dulcissimæ matris pietas.

1. Indigna rerum aduersatio. Primò dico, quod Christi passionem reddit acerbam indigna rerum aduersatio: nam ipse Christus erat potentissimus: quia sua virtute & potentia multos adiuuabat, erat beneuolus: quia sua beneuolentia afflictos confortabat: erat piissimus, quia peccatoribus indulgebat: erat iustissimus, quia innocentes defendebat, & mirum est, quod quantumcunque esset potens, nullus fuit, qui eum aduocaret, quantumcunque esset beneuolus, nullus fuit, qui eum confortaret, quantumcunque esset piissimus, nullus fuit, qui sibi misericordiam impetraret, & quantumcunque esset iustus, nullus fuit, qui eum excusaret, immo, quod crudelius est: quia potentia defensiua contra eum aduersatur: quia conuersa est in crudelem afflictionem. Beneuolentia in liuorem, misericordia in impietatem, & iustitia in falsitatem; ecce indigna rerum aduersatio: quia cuncta, quæ sibi debebant esse propitia, facta sunt sibi contraria, & quod omnia sibi fuerunt aduersa: quia desuper Deus Pater vnicus erat filius, dimisit eum in Iudæorum manibus crucifigendum. Vnde ipse in passione conqueritur, cum dixit, *Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti?* desubter vero erat pia mater, quæ eum à passione reuocabat, interius erat anima, quæ nimium dolebat tot tormentis, & flagellis conquassari; propter quod rogabat patrem, dicens. *Pater si fieri potest, transfer à me calicem hunc*, & subiungit causam: quia *spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*, sed ex parte dextera, id est prosperitatis fuit aduersatio suorum discipulorum, qui omnes eum reliquerunt: quod prædictum fuit Zachar. 11. *Percutiam pastorem, & dispergentur oues:* vltimo ex parte sinistra, id est aduersitatis Iudæorum, qui eum blasphemabant: vnde per Prophetam dicebat Psalm. *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, sed dux meus & notus meus:* vnde de eo potest dici illud Thren. 1. *Omnes amici eius spreuerunt eum, & facti sunt ei inimici.*

Zach. 11. *Psal.* *Hierem. Thren. 1.*

2. Magna morte permutatio. Secundò Christi passionem reddit acerbam, magna morte permutatio. Nam in Christo fuit charitatiua beneuolentia, vita sanctissima, facunda eloquentia, clarissima sapientia, mira & venusta figura. Vnde pro sua beneuolentia debebat reamari, pro vita sua sanctissima honorem, facunda eloquentia auscultari, clarissima sapientia admirari, misericordia recompati, & venusta figura lauari, & pulchra conseruari: sed ecce morum permutatio magna, nam pro charitate, & beneuolentia, à prædilecto discipulo venditus, & traditus est: Matth. 26. *Amice ad quid venisti?* & Luc. 22. *Iuda osculo filium hominis tradis?* pro vita sanctissima à suo populo, in quo miracula fecerat turpiter inuasus captus, detentus, & ligatus est. Vnde ipse dicebat Luc. 22. *Quasi ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me*, pro facundissima eloquentia flagellis & verberationibus extitit redargutus: propter quod ipse in maxilla percussus, dicebat Ioan. 18. *si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene; cur me cædis?* & pro clarissima sapientia fuit opprobriis, & irrisionibus interrogatus: vnde Iudæi velantes faciem eius, eum derisiue interrogabant: Matth. 26. *prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit?* pro misericordia ad mortem proclamatus Ioan. 19. *Crucifige, crucifige eum. Et iterum si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum:* sed in sua venusta figura conspu-

Matth. 26. Luc. 22. *Ioan. 18.* *Matth. 26.* *Ioan. 19.*

tus, & fœdatus: vnde *colaphis eum cædentes, expuebant in faciem eius:* vnde propter hæc omnia dicit Bern. caput Angelis tremebundum spiritibus densitate spinarum pungitur, facies clara præ filiis hominum, in sputis Iudæorum deturpatur, oculi sole lucidiores caligantur in morte, os quod Angelos docet, felle & aceto potatur, aures quæ audire solent Angelicos cantus audiebant Iudæorum insultus: manus quæ formauerunt cœlos, clauis Cruci affiguntur: pedes quoque quorum scabellum est terra, sunt clauis cruci affixi: totum corpus verberatur, latus lancea perforatur, nihilque in eo remansit nisi lingua cum qua pro peccatoribus exoraret, & matrem discipulo commendaret. *Bernard.*

Tertiò Christi passionem reddit acerbam opprobrio- *3. Opprobriosa verecũdia.*
sa verecundia: & possumus dicere quod Christus in sua passione sustinuit verecundiam ratione supplicij, ratione consortij, & ratione loci: Ratione supplicij, quia tormentum crucis erat supplicum Latronum. Vnde Augustinus de cruce Christi loquens dicit extremum genus mortis elegit, ne aliquod genus mortis eius martyres formidarent: ratione consortij, quia crucifixus in medio duorum Latronum. Vnde Isa. 52. *cum sceleratis reputatus est*: ratione loci: quia in monte Caluario crucifixus est: vbi erat intolerabilis fœtor corporum mortuorum: vnde Psal. *factus sum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis:* & alibi, *omnes videntes deriserunt me.* *August.* *Isai. 52.* *Psal.*

Quartò penuriosa inopia, nam magna est indigentia rerum alicui quando est peregrinus, & lecti quando est fatigatus: omnibus his Christus habuit indigentiam & maximam passus est inopiam: nam pependit in cruce nudus & nullum habuit vestimentũ: quia milites exuerunt eum, & inter se diuiserunt: fuit in cruce sitibundus, & non habuit nisi fel & acetum, in monte extra omne tegumentum crucifixus est, & nullum habuit palatium. Sed nec paruum hospitium: Portauit sibimet crucem grauissimam. De alia indigentia non modicum fatigatus, & non habuit lectum, immo nec paruum lignum ad caput reclinandum: vnde dixit *vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum:* crudeliter afflictus, & nullus discipulorum astitit ad consolandum dolorem: vulneratus, & neminem habuit ad seruiendum: vnde per Psalm. conqueritur dicens: *considerabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognosceret me.* *Psal.*

Quintò Passionem Christi reddit acerbam doloris immensitas, quia tunc dolor omnem dolorem excessit: propter quod scire debetis, quòd sex rationibus probari potest, quòd dolor Christi maximus omnium fuit, primò propter doloris puritatem, quia in aliis sanctis mitigatus est dolor ex diuinæ consolationis auxilio. Sicut patet in Sancto Stephano, cui *lapides torrentis dulces fuerunt*, & in Sancto Laurentio, cui carbones accensi rorem salutiferum ministrabant. Sed in Christo secundum Damasc. vnicuique pœnæ permissum est agere & pati quod suum erat: secundo propter locorum patiendi sensibilitatem: quia passus est in membris maxime sensibilibus: vt in capite, manibus, & pedibus, vnde propter neruositatem magnus dolor in eis sentitur, & propter pondus: quia totum corpus in sua complexione eis affixis ligno sustentatur, vnde continuo dolor augetur: tertio propter complexionis nobilitatem, quia sua complexio erat nobilissima, & ideo doloris maximè perceptiua: quartò propter mortis & pœnæ vilitatem, qui in pœnis illusionem & irrisionem, & in morte turpissimum genus mortis sustinuit: quinto propter amicorum infidelitatem: quanto enim plures percipiebat in sua morte peccare, quia eorum peccata sua reputabat, tanto magis eius dolor crescebat: sextò propter culpæ vniuersalitatem: quia sicut culpa Adæ, pro qua satisfaciebat vniuersalis fuit, quia

Digitized by Google

quia principium culparum omnium, sic pœna satisfaciens, vniuersalis esse debuit, habens rationem dolorum omnium: propterea dicebat Christus illud Thren. 1. *ô vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis sicut dolor meus:* sexto & vltimo passionem Christi reddit acerbam dulcissimæ matris pietas: nam magna afflictio Christo erat de sua pia matre, quæ sic affligebatur eius passione. Nam vt dicit Hieronym. quot læsiones in corpore Christi, tot vulnera in corde Mariæ, quot spinæ pungentes, quot claui penetrantes, quot ictus carnem rumpentes, tot sagittæ per oculos intrantes, & cor Mariæ vulnerantes: vt dicat cum Iob. *non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus:* quare ex hac Matris passione plus sentiebat dolorem: vnde inter verba quæ in cruce pendens, hoc quoque cum angustia, dixit: *Mulier ecce filius tuus, & discipulo: ecce Mater tua.*

Hieron. Thren. 1. Hiero.

Et sic patet de Christi passione quomodo fuit acerba propter sex supradicta, quæ omnia habentur in hodierno Euangelio.

Rogemus ergo Christum, vt nos participes faciat meritorum suæ Passionis, & suæ glorificationis, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

In his Sermonibus de militia hæc obserua. Primam & Secundam partem diuide. In prima parte propone requisita, & per tracta vnam vel duas conditiones requisitas spiritualiter applicando: vltima conditio reseruetur pro vlt. parte.

Et omnem conditionem requisitam ad spiritualem notitiam accommoda statim cum illa parte Euangelij, quæ sibi conuenit, ita quod pertractando primam conditionem dicas. Hæc conditio prima ostenditur in Euangelio & consequenter de secunda, & tertia.

Pro vltimo Sermonis dicas.

Hæc sunt quæ requiruntur ad militiam, vel ad ciuitatem, vel ciues vel Principes, &c. Epilogando omnia, quæ dicta sunt, & deinde sequere.

Sed proh dolor, suntnè in vobis hæ conditiones? vbinam est illa conditio prima; vbi secunda? vbi tertia? Immo oppositæ conditiones sunt in vobis, ita quod non estis milites Christi sed diaboli, & contra Christum.

Vos non estis tales, quid mirum si vos occidit Diabolus? ciuitas vestra habet tales partes & munitiones, quid mirum si capitur ab hoste maligno? Eia fratres, ad has sanctas acquirendas virtutes vos hortor, vt sitis Christi, veri milites, & reportetis coronam gloriæ.

Rogemus & hunc Dominum nostrum, hunc Ducem & Capitaneum: vt tales nobis concedat virtutes & conditiones. Tu Domine Iesu dulcissime dux noster, & Capitanee nostræ militiæ, docuisti conditiones requisitas ad veram militiam, bella premunt hostilia, da robur, fer auxilium, da nobis has virtutes, vt simus tui veri milites, tecum vincamus, & victores tecum regnemus in cœlo, vbi tu viuis & regnas, cum Deo Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum, Amen.

ADVENTVALE
DE INSPIRATIONIBVS.
PROLOGVS.

CVM materia Inspirationum sit difficilis & recondita, vtilissima tamen quanto quæque omnium genera hominum respicit; ideo operæ pretium duxi in hoc sacro Aduentus Saluatoris nostri tempore, quæ Deus mihi per suam gratiam illuminatiuam inspirauerit, in medium proferre, vtinam in Dei honorem, & omnium vtilitatem, cognita enim inspiratione quid agendum & à quo abstinendum nobis compertum erit.

SYNOPSIS
Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Inspirationibus, & primo de inspirationum varietate, continet tres articulos quorum primus habet septem capita, secundus tria, tertius tria similiter.

Articuli primi, De septem generibus inspirationum, & à quibus originem habent,

Cap. 1. Quod solus Deus absque medio bonas inspirationes inspirans humanam voluntatem immutet libera remanente.

Cap. 2. Quibus modis Angeli sancti in animas bonas cogitationes inspirent.

Cap. 3. Quod à propria anima virtute inspirationes sanctæ quandoque originem habent.

Cap. 4. De inspirationibus spirituum malignorum, & quibus modis cogitationes humanas incendunt.

Cap. 5. Quod quandoque à propria hominis malitia inspirationes malæ originem habent,

Cap. 6. Quomodo aliquando inspirationes ex aliqua temporali necessitate in anima oriuntur.

Cap. 7. Quod quandoque inspirationes ortum habent ex conuenientia temporali.

Articuli secundi, De impossibilitate, seu difficultate discretionis quæ in his generibus inspirationum cadit,

Cap. 1. Quod impossibile est de aliquibus inspirationibus cretionem habere.

Cap. 2. Quod est possibile in aliquibus malis inspirationibus à quo inspirentur discretionem habere.

Cap. 3. Quod difficile est iudicium discretum habere in aliquibus inspirationibus, vnde originem sumant.

Articuli tertij, De vniuersalibus operibus malis, & bonis, tripliciter distinctis, & diuersimodè inspiratis.

Cap. 1. De triplici differentia delectabilium operum inspiratorum, quæ possunt esse vitiosa & virtuosa.

Cap. 2. De triplici differentia laboriosorum operum inspiratorum, quæ insuper possunt esse vitiosa, & virtuosa.

Cap. 3. De triplici differentia laboriosorum, & delectabilium operum inspiratorum, quæ etiam possunt esse & vitiosa, & virtuosa.

De

Digitized by Google

De Inſpirationum varietate.

Sermo I.

Ioan. 4. NOLITE *omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint.* Ioan. 4. Nauigantibus hoc ſæculum quaſi mare magnum, ne periclitemur, magna cautio eſt adhibenda. Sæpe enim fallimur ſub ſpecie boni: & niſi in actibus noſtris diuino lumine dirigi contendamus, in multiplices periculorum laqueos ruere neceſſe eſt: ſed cautione atque prudentia hæc pericula euitemus. Nam vt in libro etymologiarum Iſidorus atteſtatur: Cautio eſt prudentia in diſcretione vitiorum ſpeciem virtutis præferentium. Prudentia eſt ratio recta à gratia ſtudens vitare contraria iuſtitiæ propter iuſtitiam. Porrò imprudentia eſt obtenebratio intellectus qua quis minus prouidus eſt in prouidendo præterita vel futura. At econtra prudentis officium eſt examinare conſilia, & non cito facili credulitate ad pericula ſeu dubia prolabi. Melius quippe eſt ante tempus pericula præcauere, quam poſt periculum & contra errorem remedium adhibere. Secundum etiam Iſidor. vbi ſup. Prouidus dicitur, quaſi porrò videns. Peſpicax eſt enim & incertorum prouidet caſus. Profectò quanto maiora timentur eſſe diſpendia, tanto promptior &, perfectior debet adhiberi cautela. In via quippe ſpirituali imprudentibus multa & magna pericula ſuperuenire probantur, quibus ſæpe non facilè remediũ adhibetur. Proinde Deuter. 32. c. de improuidis dictum eſt, *Vtinam ſaperent*, ſcil. præterita: *& intelligerent* videlicet præſentia *ac nouiſſima prouiderent*, hoc eſt futura. Ad hanc igitur prouidam cautelam in inſpirationum materia acquirendam altiuidus iſte Io. nos hortatur verbo in propoſito, cum ait: *Nolite omni Spiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint.* Nam pleraque ſunt mundi, aliqua ſunt carnis, & multa ſunt diaboli, quæ ab imprudentibus diuina exiſtimantur. In grauioribus tamen periculis, quæ concurrere ſolent in vita ſpirituali, non tantum prudenti prouidentia, verumetiã dono intellectus & clara, intelligentia opus eſt, & per ea probare, vel reprobare, quæ occurrunt, *ſi ex Deo ſint.* Scio quod opus aggredior arduum atque lumine diſcretionis præcipuum, Sed inſtantia precum multorum deuotorum deuictus, & in Dei pietate confiſus, quæ in hac materia ſentiam, pro multorum vtilitate depromam: ſubiiciens hæc & omnia alia dicta mea piæ correctioni & emendationi eorum, qui in ſcientia & experientia magis illuminati ſunt: Circa igitur materiam & varietatẽ atque probationem inſpirationum, tria ad præſens conſideremus. Primò inſpirationum diſtinctionem, ſecundo inſpirationum occultationem, tertio inſpirationum operationem.

Hoc ſæculum mare.

Iſidor.

Quid cautio.

Imprudentia quid.

Prudentiæ officium.

Prouidus quid.

In via ſpirituali magna pericula imprudentibus.

Proclibus amicorũ piuta tribuenda.

Inſpirationũ diſtinctio.

Articvlvs Primvs.

De ſeptem generibus inſpirationum, & à quibus originem habent.

PRimo enim conſideremus inſpirationum diſtinctionem. Circa quod aduertendum eſt quod generaliter ſunt tria genera inſpirationum, quæ vniuerſas inſpirationes comprehendunt. Quædam ſunt bonæ, quædam ſunt malæ, quædam vero indifferentes, nec bonæ, nec malæ. Proinde inſpiratio ſic definiri, ſeu deſcribi poteſt. Inſpiratio, eſt quædam excitatio mentis ad aliquod meritorium vel demeritorium ſeu indifferens operandum. Bonæ quidem in triplici differentia ſunt. Primæ ſunt diuinæ, ſecundæ ſunt angelicæ, tertiæ vero ſunt à propria virtute meritoria in ſalutem. Malæ vero in duplici differentia diſtingui poſſunt. Primæ ſunt diabolicæ, ſecundæ vero malignæ. Indifferentes etiam in duplici differentia reperiuntur. Primæ oriuntur ex temporali neceſſitate, ſecundæ prouenium ex aliqua conuenientia temporali. Breuiter ergo ad ſeptem hæc genera omnes inſpirationes reduci poſſunt Primæ ſunt diuinæ, ſecundæ ſunt Angelicæ, tertiæ à propria virtute, quartæ diabolicæ: quintæ à propria malitia, ſextæ à temporali neceſſitate, ſeptimæ à temporali conuenientia.

Tria ſunt genera inſpirationum.

Bonarum, malarum, indifferentium.

Bona in triplici diſcrimine.

Mala in duplici differẽtia.

Indifferentes in duplici ſimiliter diffẽrentia.

Quod ſolus Deus abſque medio bonas inſpirationes inſpirans humanam voluntatem immutet libera remanente.

Cap. I.

PRimæ inquam inſpirationes ſunt diuinæ. Secundum etiam Alex. de Ales in 2. diſt. 14. q. 1. Deus enim ſolus bonas cogitationes immittit, incendit & voluntatem rationalem immutat. Primo enim ipſe ſolus eſt, qui bonas cogitationes immittit. Talis quippe immiſſio bonæ voluntatis eſt factio & creatio, ſecundum venerabilem Bedam. Prou. 21. *Cor regis in manu Dei*, id eſt in poteſtate, licet enim Angelus aliquo modo moueat intellectum ad bonum, ſicut in ſeq. cap. apparebit, non tamen eſt in eo prima cauſa boni, ſed in Deo. Proinde in ſcriptura ſacra non Angelo, ſed Deo attribuitur immiſſio cogitationis bonæ. Et ex hoc clareſcere poteſt, quod quando mala in corde noſtro verſantur, noſtra cogitatio eſt: quando vero bona, Dei miſerentis inſpiratio eſt credenda. Et de hac immiſſione, Ioan. 3. Dominus ait, *Spiritus vbi vult ſpirat.* Secundo ipſe ſolus bonas cogitationes incendit. Incẽdere quippe eſt ſpeciem ignis præbere: ipſe ſolus præbet ſpeciẽ ignis ſpiritualis, id eſt charitatis ipſi voluntati, quemadmodum Luc. 12. c. Dominus ait: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat?* Tertio quoque ipſe Deus ſolus eſt, qui voluntatem rationalẽ immutat ſecundum quod vult: & nihilominus libera remanet ipſa voluntas. Proinde Propheta inquit, *Omnia quæcunque, voluit Dominus fecit in cælo & in terra*, id eſt in anima & corpore, in mari & in omnibus abyſſis. Multifariè multiſque modis conſueuit Deus deuotas mentes dirigere, erudire & inſpirare, quandoque reuelationibus manifeſtis, quandoque infundendo imperceptibiliter ipſis animæ viribus virtutes habituales, ſcilicet fidem, ſpem & charitatem. Quandoque acuendo intrinſecus intellectum, memoriam & voluntatem reſpectu aliquorũ obiectorum, quæ vtilia ſunt ad ſalutem. Quandoque inſuper flectit hominis intellectum ad aliquem ſeruum Dei, qui poteſt illum dirigere & iuuare. Quandoque etiam hominem deuotum & zelo accenſum dirigit Deus ad aliquem textum ſcripturæ ſacræ, ſicut fecit beato Franciſco in euangelij trina apertione. Quandoque inſuper homini occurrere facit aliquã hiſtoriam, in cuius conſideratione eius anima dirigitur: & in ea quod deſiderat, conſolatur. In his tamen & conſimilibus modis magna grauitate & diſcretione luminoſa eſt opus propter ſubtilitatem ſpiritualium deceptionum. Quando illuminat intellectum ſua luce immediate, quod Propheta oſtendit dicens, *Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, hoc eſt luminoſus vultus tuus, qui non eſt aliud quam tu. Hunc ergo vultum illuminat ſuper nos, cum ex eo effulget in animabus noſtris, hoc eſt in ſuperioribus viribus noſtris, ſcil. animarum noſtrarũ ſplendor alicuius nouæ releuationis, aut alterius gratiæ. Et quia ipſi ſoli creatori notum eſt quando hoc ei placet facere, Propheta ait, *ſignatum lumen vultus ipſius ſuper nos*, id eſt clauſum. Vel propter hoc eſt clauſum, quia nõ fiunt huiuſmodi irradiationes ſuper animas humanas: niſi huiuſmodi lumen ſe aperit & effundit ad modum coruſcationis, quæ fit in mediis tenebris vel pro hoc dicit ſignatum, hoc eſt clauſum: quia ſc. ignotũ. Pauciſſimi enim ſunt, quibus illud lumẽ ſe aperuerit & innotuerit. Quod enim interdũ mediatores

Deus ſolus bonas inſpirationes immittit.

Deus ſolus immutat voluntatem.

Signatum eſt lumen vultus Domini.

Digitized by Google

tores inter nos & Deum ſancti Angeli ſunt, in cauſa interdum eſt, quia non ſumus idonei ſplendore ipſius immediatè irradiari, Et in multis indubitanter prohibet irradiationem immediatam vitiorum & peccatorũ fœtulentia. In multis alligatio animarum ad corpora quæ prohibet abſtractionem earum à corporibus ad hoc neceſſariam. In multis autem complexio. Quædã enim complexiones incraſſant animas & impediũt vires earum nobiles. Proinde Galenus ait, quod phlegmatica complexio nullam virtutem animæ iuuat. In multis quoque ſolicitudines de ſenſibilibus atque de temporalibus rebus. Cauſa autem in hoc eſt, quia incurrunt & occupant humanas mentes: & propter hoc prohibent à perfectione ſublimium rerum & occultarũ, quemadmodum plenitudo vaſis de vno liquore, prohibet ipſum à receptione liquoris alterius. Sicut etiam inſcriptio tabulæ vel pellis prohibet aliam inſcriptionem ab illa, iuxta illud Prouerb. 18. c. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde eius. Propter huiuſmodi cauſas Ariſtoteli viſum fuit omnes ingenioſos melancholicos eſſe & videri eidem potuit melãcholicos ad irradiationes huiuſmodi magis idoneos eſſe quam homines alterius complexionis, propter hoc, quia complexio iſta magis abſtrahit à delectationibus carnalibus & à tumultibus mundi licet autem adiumenta prænominata præſtet ad illuminationes & reuelationes: gratia tamen creatoris & munditia conuerſationis & cordis, atque puritatis ſanctitas: multo abundantius ipſas impetrant & etiam interdum obtinent non poſtulatas: præſertim ſi de gloria & honore Creatoris & de publicis vtilitatibus ſit eis ſoliçitudo & vigilantior cura.

Quibus modis Angeli ſancti in animas bonas cogitationes inſpirent.

Cap. II.

Inſpirationes Angelica. Dionyſ. Areo.

SEcundæ vero inſpirationes ſunt angelicæ. Secundum enim Dionyſiũ in 4. de diuinis nominibus, nõ mouet Angelus voluntatem humanam abſque aliquo medio, ſicut Deus: ſed aliquo obiecto propoſito mediante. Vnde quadruplex officium habet erga humanam mentem, ſcilicet. Primum illuminare, ſecundum incendere, tertium habilitare, quartum releuare. Primum eius officium eſt illuminare. Illuminare quippe eſt de aliquo occulto intelligibili reuelationem dare. Illuminat enim intellectum humanum ad boni cognitionem: ſubiectum autem voluntatis eſt ad bonum cognitum anhelare, quod quidem eligit voluntatis conſenſu, niſi alia vitioſa dulcedine iam illecta, tracta & capta ſit. Proinde Alex. de Ales, vbi ſupra ait, quod ſecus eſt de affectu humano & intellectu. Intellectus etiam humani eſt ſubito neceſſario ſuſcipere effectum Angelicæ actionis, niſi contingat quod ex vehementi inclinatione ad aliud totaliter conuerſus ſit. Affectus autem ſiue voluntatis non eſt ſuſcipere neceſſario propter eius abſolutam libertatem. Aduertendum eſt etiam, quod propter impedimenta quæ in præcedenti c. dicta ſunt, duplex impedimẽtum recipit anima, ne irradietur lumine veritatis. Primum inquam, eſt grauitas humanæ corruptionis, ſecundum eſt malignitas dæmonis. Primum inquã eſt grauitas humanæ corruptionis. Vnde Sapien. 9. ſcriptum eſt. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem.* Ex corruptione igitur iſta oritur facilitas in anima ſiue pronitas, ad minus ordinatas cogitationes, ſecundum quod Gen. 8. c. ſcripẽ eſt *Senſus enim & cogitatio humani cordis in malũ prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Secundum impedimentum eſt malignitas dæmonis. Proinde D. Aug. in lib. 83. q. inquit: Malignus ſpiritus obſtruit meatus intelligentiæ, per quos pandere lumen rationis radius æternæ lucis ſolet. Ex his duobus anima impeditur, ne ſe erigat ad cogitationes bonas. Contra hæc duo impedimenta dupliciter expedit animam Angelus bonus. Primo illuminando ad ſpiritualium intuitionem, ex quibus intuitis excitatur cogitationes bonas. Secundo arcendo contrarias poteſtates, ne illuminationem impediant, ſicut patet Apoc. 7. c. vbi ſcriptum eſt: *Vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos ne flarent ſuper terram.* Secundum Angelorũ officium eſt incendere, hoc eſt cogitationẽ iam factã inflãmare. Hæc enim incẽſio eſt quædam exſiccatio. Aliud enim eſt ſiccare ligna vt igniãtur. aliud eſt ignire ligna. Angelos autem incendere non eſt aliud, quam incendibile præparare, ſed ſolius eſt Dei ignire ligna, id eſt voluntatem bonam in anima facere. Angeli igitur boni non faciunt cogitationes bonas in intellectu: ſed impedimenta remouent, vt bonæ cogitationes fiant in intellectu ab ipſo Deo. Vnde gloſſa ſuper illud Iob. 10. c. *Manus tuæ fecerunt me*, inquit. Quod dicitur Angelus intellectum dare homini: vt dicitur quis dare lumen domui, cui feneſtram facit, cum eam non ſua luce penetret ſeu illuſtret. Tertium vero Angelorum officium eſt habilitare: habilitant enim cogitationem ad bonum informando ipſum ſpiritum, ſeu ipſam illuminando per immediatam irradiationem, ſiue communicationem ſuarum viſionum. Sicut enim Aug. ſuper Gen. 12. ait: Sancti Angeli viſionem ſuam quodam ineffabili modo in ſpiritu noſtro infundunt, & viſa ſua quadam præpotenti vnione noſtra eſſe faciunt, quod aliquo modo tali exẽplo patere poteſt. Spirituales creaturæ ſicut Angeli & animæ ſpecula ſunt ſpiritualia, ſicut dicit Dionyſius de diuinis nominibus. Vnde ſicut ſpeculo materiali obiecto alij ſpeculo materiali ſpecies reſultatæ in vno gignunt ſe in alio: Ita poteſt eſſe licet ſimilitudine diſtante, quod ſpeculum ſpirituale, ſcilicet Angelus obiicit ſe animæ, quo exiſtente viſa ſiue ſpecies exiſtentes in ipſo Angelo relinquuntur in anima, ſiue accipiuntur ab illa, quæ quidem viſa habilitant, & excitant intellectum ad bonam cogitationem. Secundum etiam Auguſtinum in libro de ſpiritu & anima, alio quoq; miro modo opetatur Angelus in intellectu humano. Vnde poſtquam ibi locutus eſt de reuelationibus, quæ in ſomnis ab Angelis ipſis dormientibus fiunt, ſubdit: Vigilantibus etiam occulto quodam inſtinctu ingeſtas eſſe cogitationes nouimus quas diuinare vocamus. Sicut Cayphas Pontifex prophetauit, cum eius intentio voluntatem prophetandi non haberet: hæc omnia ſecundum Alex. de Ales, vbi ſupra. Quartum officium eorum eſt adiuuare ſeu releuare, ſcilicet ab hominibus quadruplicem eorum defectum, qui ſunt pronitas ad malum, difficultas ad bonum, longinquitas à Domino, tepiditas in animo. Ad quæ quatuor deſignanda quatuor nomina Angelorum, & non plura, ſunt in ſcriptura ſacra, hominibus reuelata, ſecundum Bonauen. in Centiloq. ſcilicet Raphaël, Gabriël, Michaël, & Vriël. Primus Raphaël, qui interpretatur medicina Dei, ſiue ſanans Deus: hic miſſus eſt curare Tobiam à cæcitate oculorum, & Saram ab improperio de occiſione virorum. Et contra hæc duo, quæ ex originali peccato contraximus, quæ ſunt ignorantia rerum agendarum, & concupiſcentia noxiarum, per quæ duo reddimur proni ad malum. Secundus eſt Gabriël, qui interpretatur fortitudo Dei: quo fortificamur & confortamur ad obſeruationem præceptorum & ad impletionem conſiliorum. In ſignum primi miſſus eſt annunciare ortum præcurſorum de coniugatis. In ſignum ſecundi miſſus eſt annunciare ortum Saluatoris de Virgine matre, per Ioannis exemplum & per Chriſti beneficium & exemplum reddimur diſpoſiti & faciles ab bonum. Tertius eſt Michaël, qui interpretatur quis vt Deus: qui dicitur in cœlo animas Domino præſentare, propter quas etiam de manu diaboli eruendas, Apoc 12. cap. commiſit prælium cum dracone. Huiuſmodi autem duas

Quomodo Angelus illuminat animam noſtrã.

Secundum officium Angelorum.

Iob. 10.

Tertium Angelorum officium.

Auguſt.

Auguſt.

Quartum officium Angelorum.

Quomodo Angelus illuminat. Primum Angelorum officium.

Dupliciter impeditur anima ne illuminetur.

Primum impedimentum.

Secundum impedimentum.

Digitized by Google

duas festiuitates solemniter celebramus, scilicet, Apparitionis & Dedicationis, in signum quod ipse pro nobis est, dum viuimus in hoc seculo, & dū educimur de exilio. Quartus est Vriel, qui interpretatur lucens Deo seu aperiens Deo, vel ignis Dei, aut incendium Dei. Hæc duplex duplicata interpretatio innuit, quod per eius mysterium illustramur veritate & inflammamur charitate. Mittuntur enim Angeli ad illuminandum nostrum intellectum & ad inflammandum nostrum affectum, vt ex præcedentibus patet. De hoc nomine habetur Esdræ 4. quod missus est Angelus iste ad consolationem populi Dei, qui ab alienigenis premebatur.

Vriel.

Quod à propria animæ virtute inspirationes sanctæ quandoque originem habent.

Cap. III.

Inspiratio-nes.

TErtiæ vero inspirationes sunt à propria virtute meritoria in salutem id est ab haaitu charitatis, quam anima habet. Tanta quippe est vis & operatio charitatis, aliarúmque habituatarum virtutum, quibus mens est induta, sicut mutatoriis ornamentis, quod ipsam mentem inclinant & intellectum illuminant ad desideria sancta. Proinde Rom. 8. Apost. ait, *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Quæ autem cooperatio conuenientior est ex munere charitatis quam mentem excitare ad charismata meliora? Matth. enim 13. Dominus ait: *Qui enim habet, dabitur ei & abundabit. Qui autem nō habet, id quod videtur habere, auferetur ab eo,* quasi dicat. Qui enim habet charitatem aliásque virtutes habituatas, ex quibus scilicet incitatur ad bonum, dabitur ei scilicet inspiratio sancta per eas à Deo, & abundabit scilicet desideriis bonis. Qui autem non habet scilicet prædictas virtutes habituatas & cōsuetas: Consuetudo est altera natura: non solum non dabitur ei, sed etiam id quod videtur habere auferetur ab eo: ait enim, quod videtur habere, scilicet tempus ad suscipiendum angelicas inspirationes vel diuinas, auferetur ab eo, scilicet per breuitatē vitæ & mortem. Et hoc erit imminens periculum atque magnum tempore Antichristi non se reperire bene virtutibus habituatum. De quo præmonens Christus ait, 24. c. Væ prægnātibus & nutrientibus id est habentibus tantum desideria bona & opera virtuosa, nondum bene habituata: quia huiusmodi fortes tentationes illius tēporis nō sustinebunt.

De inspirationibus spirituum malignorum & quibus modis cogitationes humanas incendunt.

Cap. IV.

QVartæ sunt diabolicæ. Sunt enim dæmones spiritus impuri, humani generis inimici, mente irrationales, in nequitia subtiles, nocendi cupidi, per superbiam tumidi, semper in fraude noui, immutant sensus, inquinant affectus, vigilantes turbāt, dormientes per somnia inquietant, morbos inferunt, tempestates concitant, in lucis angelos se transformant, semper infernum suum secum portant, in idolis sibi diuinum cultum vsurpant, super bonos dominari appetunt, magicæ artes per eos fiunt, bonis ad exercitium dantur, tandémque semper fini hominis insidiantur. Sed vt ad diabolicas inspirationes deueniamus, notandum est, secundum Alex. de Alex. quod propriè diabolus nequaquam immittit cogitationes malas in ipsam mentem, quia cogitatio est voluntaria mentis inclinatio, quod quidem solius liberi arbitrij est. Quadrupliciter tamen humanas cogitationes ad malum incendere potest. Primo per imaginis oblationem, secundo per insensibilem allocutionem, tertio per suiipsius applicationem, quarto per extrinsecam operationem. Primo inquam per imaginis oblationem. Nam, secundū Aug. diabolus repræsentat similitudines modo prosperorum, modo aduersorum, ex qua repræsentatione anima secundum partem imaginatiuam negociatur, & per consequens inclinat ipsam intellectiuam vel disponit ad inclinationem. Et Gregor. iterum ait: diabolus modo cupidis prospera, modo timidis aduersa ingerit, vt magis afficiat. Aduertendum est tamen, quòd licet diabolus non sit propriè immissor cogitationum malarum, sicut prædictum est: immittere tamen dicitur duobus modis. Primo modo immittere est disponere ad hoc quod fiat, iuxta illud Prophetæ, *Immissiones per Angelos malos.* Secundo modo immittere est facere: secundum ergo, quòd immittere est disponere, quasi ab extrinseco secundum hunc modum reperiuntur Sancti, qui dicunt, quòd diabolus immittit cogitationes. Offert enim animæ similitudinem, in ipsa verò anima est, quòd prosequatur, vel fugiat ipsum oblatum. Non autem dicitur immissor cogitationum, id est, factor. Quod enim sint cogitationes malæ, in quantum malæ, est ab ipso homine. Quod autem sint cogitationes bonæ, est tantùm ab ipso Deo. Secundo per insensibilem allocutionem, quasi insensibiliter loquitur humanæ menti aduersarius noster: vnde Gregor. in Moralibus. Quis spiritus sit, qui loquitur, ipsa suggestio declarabit. Semper enim spiritus carnalis mollia, spiritus mundi vana, spiritus malitiæ semper amara loquitur. Ex quo patet, quòd illius insensibilis locutio est eius circunuentiua suggestio, qua decipere multiformiter animam quærit. Tertio per suiipsius applicationem. Facile enim est spiritibus malignis in imaginationibus eorum, qui eis eatenus appropinquant, pingere signa, vel imagines rerum, quasi illi voluerint apparere. Si enim res corporales, & quæ extra nos sunt per corporeos sensus nobis appropinquantes, tam facilè pingunt in sensibus nostris, & etiam animabus imagines suas: quid mirum si maligni spiritus, qui formis pleni sunt, iuxta Philosophum qui ait, quòd omnis intelligentia plena est formis: Si inquàm cum animabus nostris coniunguntur, pingunt, vel cum eis, vel in imaginationibus nostris, & fulgere in eis faciunt rerum similitudines, quas noluerint, prout à creatore omnipotentissimo permittuntur. Sicut enim in cribro multa foramina sunt, ita diabolus cum multiformis sit, se homini applicando, mille modos tentandi habet: quia quot sunt vitia, tot vtitur modis variis ad tentandum. Vnde secundum August. Diabolus plenus est incentiuis vitiorum, ideo toto conamine se applicando nititur animas suis incendiis inflammare. Et sicut Alexan. vbi supra, ait. Incentiua eius dicuntur motiua ad cogitādum malum, quæ per quandam originem sunt in ipsis dæmonibus, qui malis cogitationibus, & affectionibus pleni sunt, & intendunt in aliis similia generare. Dicitur autem plenus, quia omnia genera suggestionum penes ipsum originem habent: & plenus malitia etiā est in se, quia nullus deterior est. Non tamen habet sufficientem potestatem, & efficacem incendendi omne humanum cor. Sicut nō omnis materia igni obediens est, sic nec omne liberum arbitrium hominum sequitur diaboli incēdium. Proinde Ioan. Damasc. ait, quòd potens est diabolus immissiones facere nobis, aut eas suscipere, vel non suscipere, sicut libet. Quarto per extrinsecam operationem hoc fit, quando extrinsecus visibiliter nobis malum ab eis suggeritur aliquo signo, vt ille cui fit ad consensum peccati declinet. Vnde Aug. lib. 83. qq. inquit de diabolo ipso tentante. Serpit hoc malum per omnes aditus sensibiles, dat sese figuris, accommodat coloribus, odoribus se subiicit, infundit saporibus. Quod quidē nihil aliud est, quàm ex his illicitam delectationem in animo prouocare. Greg. quoque super illud. Iob. 18. *Abscondita est in terra pedica eius,* inquit, Intuetur inimicus humani generis vniuscuiusque mores, cui vitio sint propinqui, & illa apponit ante faciem, scilicet corporis seu mentis, ad quæ cognoscit facilius inclinari, vt blandis

Cogitatio mala in quantum talis est ab ipso homine.

Diabolus variis tentandi modis vtitur.

Incentiua diaboli, quæ.

Tentat diabolus sed liberum est nobis tentationes eius non admittere. August.

Astutia diaboli in tentando.

Quot modis Diabolus suggerit mala cogitationes.

Digitized by Google

blandis ac lætis moribus luxuriam, vel vanam gloriam: aſperis autem mentibus iram, ſuperbiam, vel crudelitatem proponit. Et generaliter dicit ibi decipulam deceptionis inſeri, vbi viam propinquæ cogitationis inuenerit. Proinde Alexander de Ales, in 2. quæſt. 56. inquit: Præſumitur autem, quod iſti colores ſophiſtici, qui in faciebus mulierum tanto ſtudio apponuntur, aut etiam in capillis, inſtinctu diaboli fiant. Similiter iſtę ſophiſticationes odorum, & conſtitutiones ſaporum, quæ veniunt ex maiori ſtudio, quam ſit neceſſe, non propter humanam neceſſitatem, ſed ad prouocandum voluptatem. Similiter contingit in iſtis ioculationibus virorum, vel mulierũ, in melodiis etiã ad luxuriam prouocantibus, vel laſciuiam. Inſuper ficturis veſtium, & frequentibus balneationibus, vbi non requirit neceſſitas, ſed magis expetit voluptas. Similiter in cantilenis mulierum ad luxuriam prouocantibus, vel laſciuiam, choreis & huiuſmodi. Et ſic per omnes corporis ſenſus allicit animã ad peccandum. Incenſor etiam eſt diabolus malarum cogitationũ, licet earum non ſit auctor, Vnde Oſeæ 7. *Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquente.* Per clibanum quippe cor humanum ſignificatur. Sicut enim coquens ſuccẽdit ignem in clibano, ſic diabolus igne concupiſcentiæ in corde humano. Eſt inſuper aduertendum, quod in anima eſt liberum arbitrium, intelligentia & voluntas. Vnde iuxta hæc tria, ſecundum Alexand. de Ales, vbi ſupra, eſt differentia inter diaboli tentationem, conſilium & ſuggeſtionem. Nam tentatio eſt liberi arbitrij, conſilium vero ipſius rationis, vel intelligentiæ: ſuggeſtio vero reſpectu voluntatis. Sicut enim Spiritus ſanctus ſuggerit bona humanæ voluntati, vt Ioan. 14. patet: ſic ſpiritus malignus ſuggerit mala ipſi voluntati: & ſic patet differentia eorundẽ. Inſuper ſecundum eum eſt differentia in tentatione ex parte eorum, qui tentantur à diabolo. Nam mali offerunt ſe, & vadunt ad diabolum, vt ab eo tententur: Ad bonos vero vadit diabolus, vt eos tentet, eo quòd ſe non offerunt tẽtationi illius, ſicut faciunt criminoſi. Aduertendum eſt etiam, quòd quatuor modis tentando decipere poteſt animas aduerſarius noſter. Primo ſuadendo bonum, ſecundo ſuadendo malum, tertio diſſuadendo bonum, quarto diſſuadendo malum. Primo enim decipit ſuadendo bonum, & hoc propter malum: vt cum inſtabili homini ſuadet religionis ingreſſum, vt poſtmodum in apoſtaſiam ruat. Secundo ſuadendo malum ſub ſpecie boni: vt periurare ex charitate pro rebus alterius conſeruandis. Tertio diſſuadendo bonum, tanquàm pernicioſum vt cum probo viro diſſuadet religionis ingreſſum, ne de hoc poſtea pœniteat, & egredions in populo confundatur: vel cum alicui diſſuadet eleemoſynam, vel orationem, ne in vanam gloriam ruat. Quarto diſſuadendo malum, vt inducat ad peius: vt cum diſſuadet intemperantiam in victu, & ſomno, vt inducat in indiſcretam abſtinentiã: quod quidem eſt peius, cum ſit ſtatus multis periculis plenus. Tria prima inſpirationum genera perfecta ſunt, & ſemper adimplenda mente & opere in delectationibus, & pœnis. Quandoque etiam quartum inſpirationum genus, quando eius inſpirationes tenent naturam alicuius primarum trium, etiam mente & opere adimpleri poteſt.

Colores ſophiſtici capillorum inſtinctu diaboli fiunt.

Oſee. 7.

Ioan. 14. Diuerſus tentandi modus.

Quatuor modis poteſt diabolus tentãdo decipere animas.

Quòd quandoque à propria hominis malitia inſpirationes malæ originem habent.

CAP. V.

QVintæ ſunt à propria malitia, & habituata, & naturata iniquitate. Vnde Auguſt. lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus ait: Non omnes cogitationes noſtræ malæ ſemper diaboli inſtinctu excitantur, ſed aliquoties ex arbitrij noſtri motu emergunt. Et ſecundum Alexandrum vbi ſupra, Poteſtatem à ſeipſo habet homo, etiam ſi non tentetur cadere in culpam. Sed caſus in peccatum ex cogitationibus malis originem habet, & ſic malæ cogitationes à propria malitia quandóque originem ſumunt. Inſuper Marci 7. cap. Dominus ait. *Abintus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt*, vbi Beda inquit: Arguuntur ex hac ſententia, qui cogitationes à diabolo immitti putant, non ex propria naſci voluntate. Idem quoque Matth. 15. c. Dominus ait, *De corde enim exeunt cogitationes malæ*, id eſt, ex malo affectu motæ, & ad malè agendum etiam ordinatæ. In libris quoque ſanctorum Patrum ſancta Sincletice ait. Sicut nauis aliquando mole fluctuum exterius opprimitur, & aliquando pondere ſuo creſcente mergitur: ſic & nos aliquando dæmonum nequitia, aliquãdo iniquitate propria peccamus. Vnde de pœnit. diſt. 5. §. 1. Auguſtin. ait. Sunt qui non ſolum non vincuntur, ſed vltro ſe peccato offerunt: nec expectant tentationem, ſed præueniunt voluntatem. Et Oſeæ 2. cap. ait. *Sequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet.* Et Iſaiæ 50. cap. iterum ait. *Miſiſti legatos tuos procul*, id eſt, cogitationes, & affectiones malas, *& humiliata es vſque ad inferos in multitudine viæ tuæ laboraſti, non dixiſti quieſcam.* Hi ſunt, de quibus Prou. 2. c. ſcriptum eſt: *Lætantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis, quorum via peruerſa, & infames greſſus eorum.* Porro huiuſmodi ſunt de quibus diabolus ſecuratus in eis laborare non curat, & de quibus quoque ſummus animarum medicus, & Saluator, vt ſic dicam, deſperat. Vnde per Prophetam ait: *Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in aduentionibus ſuis.* In peccatis nouis, quæ inueniunt euntes de peccato in peccatum proficient. A quo malo profectu reuocat Dominus Iſaiæ 1. c. dicens. *Quieſcite agere peruerse, diſcite benefacere.* Hi ſunt ſimiles amaro, & inquieto mari, quod licet ventis, quandoque non agitetur: tamen propter fluxum, atque refluxum nunquàm quieſcit. Et de talibus Iſaiæ 57. cap. ait: *Impij, quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.* Aduertendum eſt tamen, quòd quartum & hoc quintum inſpirationum genus clarius cognoſcuntur per priuationem conditionum, quæ requiruntur in tribus primis, & nunquam pro acquirenda ſalute exaudiri debent: quia ad fallendum ſunt, non ad ſaluandum.

Malæ à propria voluntate. Marc. 7.

Matth. 15.

Oſee. 2.

Iſa. 50.

Prou. 2.

Pſal.

Iſa. 1.

Iſa. 57.

Quomodo aliquando inſpirationes ex aliqua temporali neceſsitate in anima oriuntur.

CAP. VI.

SExtæ vero originem habent ex temporali neceſſitate in ſe, ſeu in altero abſque aliquo ſpirituali motiuo, nihil tamen credendo offendere Deum. In ſe quidem, ſicut contingit ei, qui in lutum cecidit, ſtatim ei cogitatio reſurgendi in mentem venit. Ieiunanti intenſior appetitus, fameſcenti cogitatio comedendi, frigeſcenti cogitatio calefaciendi, feſſo & laſſo cogitatio quieſcendi, & ſic de ſimilibus. In altero vero, ſicut cum abſque aliquo Dei reſpectu contingit patri, & matri cogitatio lactandi, ſeu alendi paruulum, ruſtico paſcendi, ſeu potandi iumentum, agricolæ colendi vineam, hortulano agrum, & ſic de ſimilibus: quæ inſpirationes ex quadam neceſſitate originem videntur habere.

Inſpirationes ex neceſſitate.

Quòd quandoque inſpirationes ortum habent ex conuenientia temporali.

CAP. VII.

SEptimæ autẽ oriuntur à conueniẽtia, ſeu condecentia tẽporali in ſe, aut in proximo, abſque merito glorię, aut pœnæ. In ſe quidẽ: vt cũ oritur cogitatio in exercitio, & labore vti vilioribus indumentis, in luto groſſioribus calceamentis. In proximo: vt cum in mente cogitatio oritur reſpondere interrogationibus, in via

Inſpirationes ex condecentia tẽporali.

Cogitationes

Digitized by Google

via cedere obuiantibus, non obmutescere salutantibus, & sic de consimilibus, quæ ex quadam consuetudine communiter fiunt, & conuenientia esse videntur.

Articvlvs Secvndvs.

De impossibilitate, seu difficultate discretionis, quæ in his generibus inspirationum cadit.

SEcundo consideremus inspirationum occultationẽ. Miro quidem modo, atque occulto diuina sapientia dispensante prædicta septem inspirationum genera in animam inspirantur, ita vt in aliquibus earum impossibile sit discretionem habere, immo de necessitate triplex ignorantia concurrere habet, quæ omnino excusabilis est, cum euitari non possit.

Quòd impossibile est de aliquibus inspirationibus discretionem habere.

Cap. I.

Triplex ignorantia concurrit circa inspirationes.

PRima ignorantia concurrit circa prima tria inspirationum genera, quæ sunt diuinæ, angelicæ, & à propria virtute meritorię in salutem. Quarum nulla ab altera secerni, aut cognosci potest, ac per consequens talis ignorantia inexcusabilis omnino esse non potest. Prædictis etiam tribus, quandoque se sociat generatio quarta, videlicet illa, quæ ex diabolo ortum habet: quia contingere potest, quòd nec à prædictis tribus secerni valet. Nam diuina inspiratio, quandoque angelica, vel à virtute propria apparebit: angelica quoque à propria virtute, seu diuina inspiratio videbitur iudicanda. Quæ etiã ex virtute originẽ habet, videbitur angelica, vel diuina. Diabolica quoque existimabitur à virtute, aut ab Angelo, vel diuina. Proinde 2. Corinth. 11. c. Apostolus ait, *Ipse enim Sathanas transfigurat se in Angelum lucis.* Ratio huius ignorantiæ triplex est. Primo, quia præfata quatuor inspirationum genera circa principium inspirando tenent eundẽ modũ, eo quòd omnia eisdem modis bonum in mentẽ spirant. Secundo circa medium in actibus, & in operibus tenent eundem modum, eo quòd omnia eisdem modis ad opera virtuosa auxilium præstant. Tertio, quia circa terminum, seu finem seruant etiam eundem modũ eo quòd omnia ad finem beatitudinis animas iuuãt, & ad gloriã summi Dei. Sed mirum quippe videtur, quomodo fieri possit, quòd mens humana sequendo diabolica incitamenta non ruat in culpam. Neque minor admiratio est, quòd in culpam debeat dici labi, qui inspirationem, seu tentationem diaboli imitatur, quando impossibile est, quòd præfata à tribus primis inspirationibus discernatur. Ad quod dicendum, quòd si secundum quòd prædictæ tres rationes ostendunt, inspiratio dæmonis eundem obseruat modum cum primis tribus, videlicet bonum inspirando, & bonum operando, atque in idem obiectum optimum terminando sc. ad gloriam Dei, & animarum salutem: Nulla relinquitur ratio, quare anima meritum boni operis perdat, aut perdere debeat, cum inspirationem præfatam sancta intentione sequatur. Nec tunc inspiratio diaboli æstimetur, nec æstimari, aut cognosci possit, cũ ad impossibile nullus omnino sit obligatus. Raro tamen cõtingit hoc, & præter, immo contra dæmonis intentionem, cum ille ex sui malitia semper animæ aduersetur. Nec vnquàm ad bonum inspirat, nisi finali intentione fallendi: vt scilicet sub specie boni bonum incœptum in malum exitum terminetur.

2. Cor. 11.

Triplex ignorantia ratio.

Diabolus semper animæ aduersatur.

Quòd non est possibile in aliquibus malis inspirationibus, à quo inspirentur discretionẽ habere.

Cap. II.

Secũda ignorantia.

SEcunda ignorantia circa duas penultimas inspirationes concurrit, id est, circa illam, quæ est à diabolo atque circa eam, quæ à propria malitia ortum habet: quarum quælibet ab altera minimè discerni potest. Rationes autem prædictorum similes sunt his, quæ in præcedenti capitulo dictæ sunt, videlicet primo, quia obseruant eundem modum in ipsam mentem inspirando: secundo, quia tenent eundem modum in actibus operando: tertio, quia habent eundem modum in obiectis terminando.

Quòd difficile est iudicium discretum habere in aliquibus inspirationibus, vnde originem sumant.

Cap. III.

Tertia ignorantia.

TErtia ignorantia concurrit circa duas vltimas inspirationes, hoc est circa illam, quæ oritur ex temporali necessitate: & circa eam, quæ venit ex conuenientia, seu condecentia temporali, harum quidem differentiam intelligere non quidem omnino impossibile est, sed difficile, cum ipsa necessitas, quandoque conuenientia videatur & è conuerso. Sed quia hæc duo vltima inspirationum genera perfectum, seu imperfectam naturam non habent: propterea de eis breuiter transeundum est, cum ex illis nec formidabile damnum, nec appreciabile bonum subsequi possit.

Articvlvs. Tertivs.

De vniuersalibus operibus malis, & bonis, tripliciter distinctis, & diuersimode inspiratis.

TErtio consideremus inspirationum operationem. Circa quod aduertendum est, quòd omnia opera quæ actiuè & passiuè, voluntariè, ex inspiratione bona, vel mala homines operantur, ad triplicem distinctionem reduci possunt. Nam quædam sunt opera, quæ delectant; quædam, quæ cruciant; quædam vero, quæ delectant & cruciant.

De triplici differentia delectabilium operum inspiratorum, quæ possunt esse vitiosa & virtuosa.

Cap. I.

Quæ sunt opera, quæ delectant animam.

PRimo quidem quædam sunt opera, quæ inspirata delectant virtuosè, & vitiosè. Quædam delectant animam, quædam delectant corpus, quædam vero delectant animam & corpus. Primo sunt quædam opera inspirata, quæ delectant animam diligendo creaturas vitiosè, vel virtuosè. Primo vitiosè, & hoc prohibet Dominus, Ioan. 2. clamans: *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt.* Et Matth. 10. iterum Dominus ait: *Qui amat patrem, aut matrem plusquàm me, non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.* Secundo autem virtuosè: vt cum quis diligit creaturas propter illum, qui fecit eas, & est ad illas affectio ordinata: vnde Deuter. 33. mysticè scriptum est: *Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, tingat in oleo pedem suum: ferrum & æs calceamentum eius.* Aser enim diuitiæ, seu beatitudo interpretatur, & significat diuitem, qui non inordinatè afficitur ad temporalia bona, sed ea diligit in Deum, & propter Deum: Hic benedicitur in filiis suis, quos inordinatè non amat: placet fratribus suis propter amorosã, & dulcẽ conuersationem cum ipsis: tingit in oleo pedem suum, quia affectus eius est deuotus ad Deum, quod in oleo denotatur: firmus quoad seipsum, quod indicatur in ferro: clamorosus per famam, & exemplum bonum ad proximum, quod in ære sonante significatur. Secundo sunt quædam opera inspirata, quæ delectant corpus, sc. cum quis delectatur exercendo corporales sensus in delectabilibus obiectis eorum vitiosè, vel virtuosè. Primo vitiosè, & de talibus Amos 6. scriptum est, *Væ qui opulenti estis in Sion:* & sequitur:

Ioan. 2.

Matth. 10.

Deut. 33.

Aser quid mysticè designat.

Amos. 6.

Digitized by Google

Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem pſalterij: ſicut Dauid, putauerunt ſe habere vaſa cantici, bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti: & nihil compatiebantur ſuper contritione Ioſeph. In quibus verbis perſpicaciter intuenti denotantur omnes corporis ſenſus criminaliter delectari. Secundò virtuoſè, & de hoc Propheta ad Dominum ait, *Delectaſti me Domine in factura tua.* Non enim ait, factura delectauit me: ſed tu me delectaſti, id eſt, delectare feciſti in factura tua: facturæ quidem Dei delectant malos, ſed Deus delectat iuſtos in facturis ſuis. Et ſubdit, *Et in operibus manuum tuarum exultabo.* Idem hic opera nominat, quod ante facturam vocat. Tertio ſunt quædam opera, quæ delectant animam & corpus: ſicut quando in delectabilibus obiectis ſenſus hominis exercentur. Vnde humana voluntas merito hilareſcit: & hoc etiam vitioſè, vel virtuoſè. Primo vitioſè: vnde Iob. 21. de talibus ait: *Exultant luſibus, tenent tympanum, & citharam: & gaudent ad ſonitum organi: ducũt in bonis dies ſuos,* id eſt in bonis temporalium, in proſperitate, & delectatione mundana: *& in puncto ad inferna deſcendunt.* Secundo virtuoſè, ſcilicet contemplando in bonis creatoris bonitatem, & dulcedinem creatoris, iuxta Apoſtoli documentum, qui Rom. 1. c. ait: *Inuiſibilia enim Dei à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius, & diuinitas.*

Pſal.

Quæ ſunt opera, quæ delectant corpus, & animam.

Iob. 21.

Rom. 1.

De triplici differentia laborioſorum operum inſpiratorum, quæ inſuper poſſunt eſſe vitioſa, & virtuoſa.

Cap. II.

Quæ ſunt opera, quæ cruciant corpus, & quæ cruciant animã.

SEcundo vero ſunt opera quædam, quæ inſpirata cruciant etiam vitioſè, vel virtuoſè. Harum quædam cruciant animam, quædam cruciant corpus, quædam vero cruciant animam & corpus. Primo enim ſunt quædam opera inſpirata, quæ cruciant, ſcilicet ex proximorum affligione: & hoc vitioſè, vel virtuoſè. Primo vitioſè; vt cum homo compatitur, & affligitur propter hominem, quem vitioſè & carnaliter amat. Vnde Hugo de Sancto Victore: Compaſſio quidem ex vitio eſt, quando affectus illic reprehenſibili dolore tangitur, vbi illicito prius amore tenebatur. Secundo virtuoſè: & de hoc etiam Hugo ait: Compaſſio ex virtute eſt, quando propter Deum alienis doloribus compatimur cum ſcilicet iuſtitiam proximi, vel innocentiam affligi videmus. Et iterum Greg. 7. lib. Moral. ait: Tanto quiſque perfectus eſt, quanto perfectius ſentit dolores alienos. Et de hoc Heb. 10. Apoſtolus ait: commendans quoſdam, *Vinctis compaſſi eſtis.* Secundo vero ſunt quædam opera inſpirata, quæ cruciant corpus, ſcilicet in ſeruitiis proximorum. Et hoc vitioſè. Primo vitioſè, ſicut contingit ſtipendiariis, & famulis dominorum, & impiis partialibus, qui dicere poſſunt quilibet Domino ſuo Propheticum illud: *Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* Secundo virtuoſè, ſicut eſt obedire, & ſeruire propter Deum præceptis prælatorum, & dominorum. Quod de Eccleſiaſticis præcepit Apoſtolus 13. cap. ad Hebræos dicens: *Obedite præpoſitis veſtris,* atque de temporalibus Dominis ponderabile verbum ad Epheſ. 6. iterum ait. *Serui obedite Dominis veſtris carnalibus cum timore, & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate, ſicut Domino, & non hominibus.* Tertio quoque ſunt quædã opera inſpirata, quæ cruciant animam & corpus: videlicet, quando exercentur ſenſus in afflictiua obiecta: vnde voluntas hominis cruciatur vitioſè, vel virtuoſè. Primò vitioſè vt cum in bellis, & inimicitiis homines anima & corpore elaborãt, vt noceant aduerſariis ſuis. In huius myſterio, Gen. 49. ſcriptũ eſt, *Simeon & Leui vaſa iniquitatis.* Simeon audiens mœrorem, Leui vero additus interpretatur. Et merito ſignificant adinuicẽ inimicantes: quia ex vno latere auditur mœror, ex altero quoque ſuper mœrorem additur dolor. Et ſequitur, *maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura.* Quæ omnia indicant, & clamant animæ, & corporis cruciatus. Secundo virtuoſè, ſicut ſæpe contingit in ſeruiendo grauiter infirmantibus, quia graue eſt in anima ex compaſſione: & graue eſt in corpore ex laborioſa occupatione. Proinde Eccleſiaſtici 7. cap. ſcriptum eſt: *Non te pigeat viſitare infirmum: ex hoc enim in dilectione firmaberis.* Et vt laborioſi huiuſmodi ſeruitij meritum maximum Dominus manifeſtet, Matth. 25. ſcribitur, quod talibus dando gloriam dicturus eſt: *Infirmus eram, & viſitaſtis me.* Similiter de aliis laborioſis operibus miſericordiæ dici poteſt.

Ad Hebr. 10.

Hebr. 13.

Epheſ. 6.

Quæ ſunt opera, quæ cruciant animam, & corpus.

Genes. 49. Simeon & Leui quid denotant.

Eccleſ. 7.

Matth. 25.

De triplici differentia laborioſorum, & delectabilium operum inſpiratorum, quæ etiam poſſunt eſſe vitioſa, & virtuoſa.

Cap. III.

TErtio inſuper ſunt quædam opera inſpirata, quæ hominem ſimul delectant & cruciant: & hoc vitioſè, vel virtuoſè. Nam quædam delectant animam, & affligunt corpus, quædam delectant corpus, & cruciant animam, quædam delectant, & cruciant vario reſpectu. Primo enim quædam ſunt opera inſpirata, quę delectant animam, & affligunt corpus vitioſè, & virtuoſè. Primo vitioſè: Nam ex ioco & ſolatio abſque calceamentis, & veſtimentis ire per niues, ſeu ludere niue, delectat mentem, & cruciat corpus vitioſè. Vnde de talibus ludis Tobiæ 3. c. dicitur: *Nunquàm cũ ludentibus me miſcui: neque cum his, qui in leuitate ambulant participem me præbui.* Secundo virtuoſè: vt ire per niues abſque calceamentis, vt à concupiſcentiis frigeſcat corpus, & fit ex diuino amore, atque ex pudicitiæ zelo, ſicut fecit Beatus Pater noſter Franciſcus, & delectat animam, & cruciat corpus, & virtuoſè. Quod tanquàm opus perfectionis ſuaſit Apoſtolus Coloſſen. 3. cap. dicens: *Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram.* Secundo ſunt quædam opera inſpirata, quæ delectant corpus, cruciant animã, & vitioſè, & virtuoſè. Primo vitioſè: vt cũ vxor pudica, & caſta deſiderat caſtitatẽ ſeruare, & ad debitum reddẽdum cogitur à viro ſuo: reddendo debitũ profecto delectantur in corpore, vitium eſt, & communiter in talibus veniale. Secundo autem virtuoſè: quia dum debitum reddit, in anima cruciatur, & voluntariè, atque virtuoſè delectatione ſe priuat, ſequens conſilium Beati Petri, qui in prima canonica ſecundæ cap. 2. ait: *Chariſſimi, obſecro vos, tanquàm aduenas, & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam.* Secundo quoque ſunt quædam opera inſpirata, quæ cruciant, & delectant vario reſpectu: verbi gratia: Quidam diſcretus pater, qui videt dilectum filium ſuum intraſſe religionem ſanctam vitioſè & virtuoſè, gaudet & dolet. Primo dolet vitioſè, quia ſenſualiter amittit filium ſuum. Secundo etiam vitioſè dolet, dum timet ne non ſit ſanctus religioſus. Item vitioſè gaudet. Primo dum ſperat filium ad magnam aſcendere famã, vel prælaturam: atque exinde domum, & familiam ſuam exaltari, atque ditari. Secundo virtuoſè gaudet, dum in beata vita ſperat filium ſuum ex virtutibus eius magnam gloriam adipiſci. Ex prædictis patet inſpirationum ſeptuplex diſtinctio, varia occultationis actio, atque diuerſimoda earum operatio. Ad quarum vltimam diſcretionem animas noſtras præparemus pro

Opera, quæ cruciant, & delectant vniuerſum.

Tob. 3.

Coloſ. 3.

Quæ delectãt corpus, & cruciant animam.

1. Petr. 2.

Quæ cruciãt & delectant vario reſpectu.

ſequenti

Digitized by Google

sequenti sermone orantes, vt illuminator humilium Dominus Iesus Christus nos illuminet ad veram inspirationum discretionem, qui cum Patre, & Spiritu sancto fons est luminum, & omnis discretionis hîc per gratiam, & in futuro per gloriam, quam nobis largiri dignetur per infinita sæcula sæculorum, Amen.

SYNOPSIS

Eorum quæ præcipuè continentur in hoc Sermone.

Hic sermo, qui est de inspirationum discretione, continet tres articulos, quorum vnusquisque quatuor continet capita.

Articuli primi, qui est de quatuor regulis discretionis inspirationum, quæ ad laborem inducunt,

Cap. 1. Prima regula discretionis inspirationum bonarum contra delicioſos.

Cap. 2. Secunda discretionis regula contra eos qui corpus suum immoderatæ rigiditate castigant.

Cap. 3. Tertia regula bonæ inspirationis est contra eos qui animæ suæ imponunt importabile onus.

Cap. 4. Quarta bonæ inspirationis regula ponitur contra eos qui erga virtutum labores irrationabilia aliqua operantur.

Articuli secundi, De secundis quatuor regulis discretionis inspirationum quæ ad delectationem inducunt,

Cap. 1. Quinta regula discretionis inspirationis bonæ, quando naturalis delectatio in Deum ordinata acceptari debet.

Cap. 2. Sexta regula discretionis inspirationum est quando inspiratur sola delectatio spiritualis.

Cap. 3. Septima regula discretionis inspirationum bonarum est, quando ex spirituali delectatione plus anima humiliatur.

Cap. 4. Octaua regula discretionis bonarum inspirationum est, quando anima ex spiritualibus delectationibus amplius in fide & moribus illustratur.

Articuli tertij, De vltimis quatuor regulis discretionis inspirationum quæ inducunt ad laborem & delectationem,

Cap. 1. Nona regula discretionis inspirationum quomodo absque occasione scandali animarum illuminatarum inspirationes suscipiendæ sunt, vbi de triplici scandalo disputatur.

Cap. 2. Decima regula discretionis est, quando in opere concurrit aliqua delectatio spiritualis.

Cap. 3. Vndecima regula discretionis est de bono opere præponendo vel postponendo.

Cap. 4. Duodecima regula, in rebus arduis atque dubiis quid agendum sit.

De inspirationum discretione.

Sermo II.

Psal. 84. AVDIAM *quid loquatur in me Dominus Deus.* Psalm. 84. Eruditiua sunt profecto verba Spiritus sancti in scripturis sanctis: Et ad discretionem spiritualium interiorem illuminantia sensum, cum illuminent intellectum ad cognitionem boni & mali, iuxta Propheticum illud, *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis:* atque inflamment affectum ad odium mali, & boni dilectionem, vt solùm in animo fulgeat, & id ametur, quod veritatis discretio dictat. Proinde in fine quinti capituli ad Hebræos Apostolus ait talibus: *Perfectorum autem est solidus cibus eorum, qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, & mali.* Ait enim *perfectorum autem*, scilicet sensu & opere, quæ in perfectionibus mentis, & corporis. iam sunt experti: *est solidus cibus*, id est perfecta, & solida doctrina eorum, qui pro ipsa consuetudine, scilicet studij, lectionis, orationis, meditationis, & spiritualis exercitationis. Exercitatos non tantum naturaliter acutos habent sensus, scilicet quinque spirituales. Sic Luc. vlt. de talibus scriptum est. *Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.* Exercitatos inquam ad discretionem boni, & mali. Quod quidem fit per scientiæ donum, sicut supra sermone 1. artic. 1. cap. 3. declaratum est. Felix profecto anima, cuius vita perfecta doctrina solida, exercitatio multa, atque discretio fructuosa. Talis quippe anima propter spiritualium inspirationum discretionem dicere potest propositum verbum, *Audiam quid loquatur in me*, non diabolus, non mundus, non caro: sed *Dominus Deus*, id est, exaudiam quicquid in mentem meam inspirabit ipse Dominus Deus, qui est origo cunctorum bonorum. Quia, vt testatur Iacob. 1. cap. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est*, quasi dicat: Omne nobile donum, sicut est discretio inspirationum, & similia sunt à Deo. Et licet quandoque aliunde veniant inspirationes bonæ: tamen principaliter à Deo originem habent, sicut in præcedenti sermone, artic. 1. & cap. 1. dictum est. Proinde potest poni aliud thema, scilicet illud Psalm. 142. *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Vt igitur perueniamus aliqualiter ad inspirationum discretionem, & voluntatis Dei cognitionem: notandum est, quòd omnes inspirationes, quæ perfectè debent exaudiri, tripliciter distingui possunt. Nam quædam sunt, quæ cruciant: quædam quæ delectant: quædam verò, quæ cruciant, & delectant.

Luc. vlt.

Iacob. 1.

Psal. 142.

Vnde bonæ inspirationes emanant.

ARTICVLVS PRIMVS.

De quatuor regulis discretionis inspirationum, quæ ad laborem inducunt.

PRimo enim sunt quædam inspirationes sanctæ, quæ cruciant, eo quòd ad opera laboriosa, & virtuosa inducant. Et de his quatuor regulæ discretionis statuendæ sunt, per quas luminosa, & vera discretio haberi possit, vtrum inspirationes inspiratæ ex necessitate adimplendæ sint.

Prima regula discretionis inspirationum bonarum contra delicioſos.

CAP. I.

Qua inspiratio exaudienda est.

PRima regula discretionis hæc est. Semper inspiratio illa exaudienda est, quæ ex sui natura ad cruciatum, seu ad laborem inuitat, non habito respectu ad vtile, vel delectabile temporale in se, vel in altero naturaliter, vel sensualiter, aut criminaliter ab eo dilecto. Prænotandum est autem in regula ista, quòd per cruciatum, vel crucem, seu laborem, & similia, in præsenti tractatu semper intelligimus rem laboriosam, virtutis amore portatam: vt quemadmodum longitudo erectæ crucis transuersum eius sustentat, sic quoque amor in virtute laborem portat. Vnde & Ambrosius super *Beati immaculati*, inquit: Nulla sine labore virtus, quia labor processus est virtutis. Aduertendum est autem, quod in hac regula tres ponuntur conditiones, quas debet in se habere inspiratio sancta, antequam exaudiatur, & opere impleatur. Prima enim conditio est, quod inspiratio inducat ad laborem & pœnam. Ratio huius est: quia cum ex originali culpa semper proni simus ad voluptuosas delectationes carnis, & concupiscibilia mundi: ideo condecens est, vt per ea, quæ carnis delectationibus opponuntur, sancta inspiratio fiat. Nam quælibet inspiratio bona primo menti, siue spiritui communicatur, vt inde refundatur in corpus: aut è contra omnes tentationes iniquæ ad spiritum per regiones carnis transitum habent. Sed

Inſpirationis ſanctæ quæ conditiones.

Prima conditio.

Digitized by Google

cum caro noſtra infecta fomentum concupiſcentiæ, & omnium malorum ſit: neceſſe eſt vt bonis, quæ in anima inſpirantur continuè aduerſetur: hinc labor, & crux in virtute, quæ circa difficile eſt, originem habent. Et hæc eſt illa indefeſſa pugna & lucta, de qua Apoſtolus ad Galat. 5. cap. ait: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem*, hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Ait enim: caro, id eſt ſenſualitas, concupiſcit aduerſus ſpiritum, id eſt, aduerſus rationem. Dicitur autem caro concupiſcere, quia ſecundum carnem id anima operatur, iuxta illud Rom. 7. c. *video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Et ſpiritus à Deo adiutus aduerſus carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Et merito. Nam ſpiritus eſt natione cœleſtis, caro vero terreſtris. Et dum vnumquodque ad ſuam patriam tendit, vehemens fit pugna, & lucta. Proinde ad difficilia inducit inſpiratio ſancta In huius myſterium Geneſ. 3. cap. ſcriptum eſt, quod *eiecit Dominus Adam, & Euam de paradiſo voluptatis; & collocauit ante paradiſum Cherubin, & flammeum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Cherubin quidē interpretatur ſciētiæ plenitudo, quod pertinet ad cognitionem, Gladius ſunt temporales pœnæ, qui tunc flammeus eſt, cum pœnæ pro virtutibus feruenter, & ardenter ſuſcipiuntur: ſed etiam verſatilis dictus eſt, quod pertinent ad operationem prudentis, & diſcreti laboris: Vt myſticè innuatur, quòd per labores, & pœnas intellectualiter, & feruenter aſſumptas ad vitam, vel viam redimus gloriæ ſempiternæ; ſicut etiam de Domino, Lucæ 24. cap. ſcriptum eſt. *Oportuit pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam:* hinc quoque eſt, quòd Dominus caput noſtrum de cœlo deſcendens, & ad cœlum animas, tanquàm membra ſua per inſpirationes attrahere volens, Matthæi 16. ait *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* In quibus ſacratiſſimis verbis oſtendit Euangeliſta quatuor inſpirationum ſanctarum, videlicet primo oſtium, ſecundo fundamentum, tertio adiutorium, quarto terminum. Primo oſtendit inſpirationum oſtium, quod eſt deſiderium ſuæ ſanctæ ſequelæ, ait enim: *Si quis vult venire poſt me*, ſcilicet per affectum interiorem, per imitationem exteriorem ad patriam ſuperiorem. Et merito ait, *Si quis vult*, quia neminem cogit, vt ſeruitium ſit gratius Domino, & præmium ſit gratius ſeruo. Proinde Chryſoſt. ait: Si quis aurum daret, cum violentia non vocaret, ſed omnes ſponte currerent. Multo magis ad ea, quæ ſunt in cœlis. Secundo oſtendit inſpirationum fundamentum, quod eſt omnis obſtaculi amotiuum: & de hoc ſubdit, *abneget ſemetipſum*, id eſt omnes voluntates ſuas, & proprium ſenſum, atque omnem curam ſui carnalem. Ait enim, abneget, hoc eſt actu ſe neget in omnibus, quorum ipſe eſt cauſa: quia vana ſunt, vel mala. Item abneget ſemetipſum, non tantum ſuos, vel ſua: ſed ſuum intentum, ſuum affectum, ſuum ſenſum. Intentum rationis, quod fit per fidem: affectum voluntatis, quod fit per charitatem: ſenſum carnis, quod fit per ſpem. Quod & Apoſtolus ſe feciſſe fatetur dicens Gal. 2. cap. *Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Chriſtus.* Tertio oſtendit inſpirationum adiutorium: & de hoc ſubdit, & tollat, id eſt ſuper ſe accipiat, non ſub ſe crucem ſuam, id eſt ſibi diuinitus inſpiratam. Porro per crucem, ſicut ſupradictum eſt, acceptatio inſpirationum diſſimilium denotatur, per quod purgantur peccata, reprimuntur vitia, augmentantur virtutes, ædificatur proximus, & tanquam vinum ex torcular exprimitur conſolatio ſpiritalis, ac per hoc funditus moritur homo mundo, & carni, & vitiis eius, & per quod efficitur homo holocauſtum ſummi Dei. Aduertendum eſt autem, quod quædam exercitia, & opera virtuoſa cruciant animam ante opus, quædam in opere, quædam poſt opus, quædam vero cruciant in delectatione oppoſiti vitij. Primo enim ante opus cruciat abſtinentia, dum homo cogitat eam. Secundo in opere cruciat obedientia, cum contra propriam voluntatem neceſſe eſt obedire. Tertio vero poſt opus affligit patientia: vnde patientiam ſemper ratio antecedit. Quarto in delectatione vitij oppoſiti caſtitas cruciare probatur. Ad hoc enim perducit corpus inſpiratio talis quod in his quæ Dei ſunt ſpiritui non reſiſtat: ſed pro modo ſuo promptè illi obtemperet non concupiſcendo mala, nec horrendo dura, nec faſtidiendo bona. Quarto ſubditur inſpirationum terminus. Vnde dicit, & ſequatur me. Quod eſt Chriſtum imitari, Chriſto vniri, ipſi ſubiici, ſubſequi & obſequi. Ait enim: Et ſequatur me: quaſi dicat, me habens lucem in intentione contra fauorem humanum: me ſequens ducem in operatione contra errorem diabolicum inſpiratum: me expectans mercedem in remuneratione, contra temporale commodum, & mundanum. Sed inferius in 4. cap. huius articuli hæc ſententia Chriſti pro tentationibus malis aliter exponetur. Secunda conditio bonæ inſpirationis eſt, quod labor & afflictio antedicta principaliter non ſit pro ſuo vtili, vel delectabili temporali. Temporalis quippe vtilitas conſiſtit in honoribus, fama, lucris, corporis fortitudine, hominis libertate, ſenſuum proſperitate, & conſimilibus bonis. Temporalis verò delectatio conſiſtit in complacentia naturali ſenſuali, vel criminali, vel in diuitiis, deliciis, magnificentiis, ſeu in concupiſcentia oculorum & concupiſcentia carnis & ſuperbia vitæ. Item conſiſtit in luxuria, gula, ludis, iocis & ſimilibus, pro quibus ſi homo laborat non habito reſpectu principaliter niſi ad vtilitatem vel delectabile temporale, inſpiratio bona minime dici poteſt, ſed vel eſt ex 6. vel 7. genere inſpirationum, quæ meritum vel demeritum non acquirunt, quia ſunt ex temporali neceſſitate, ſeu conuenientia temporali, ſicut in præcedenti ſermone, articulo 1. dictum eſt: vel eſt ex inſpiratione maligna, quæ ſecundum grauitatem culpæ demeritum habet, & quandoque etiam in præſenti vita ex laboribus homo infernaliter incipit cruciari, & de talibus per Prophetam Dominus ait, *deſcendunt in infernum viuentes.* Tertia conditio bonæ inſpirationis eſt, quod homo non laboret pro vtili vel delectabili temporali: non tantum pro ſe, ſicut prædictum eſt: ſed nec etiam pro quocunque alio, quem diligit amore naturali, aut ſenſuali, ſeu etiam criminali. Amore naturali communiter diligunt pater & mater & conſanguinei filios & coniunctos ſuos. Amore ſenſuali communiter coniuges ſe mutuo amant. Amore autem criminali diligunt inuicem ſe carnales. Laborare igitur pro taliter à ſe dilectis, vel nullius eſt meriti, ſeu culpæ, vel venialis, aut mortalis eſt culpa, ſecundum quod conſenſus & intentio & affectio & operatio inſpirati hominis diliguntur. Iuxta quod Matt. 6. Dominus ait: *Si oculus tuus ſimplex fuerit*, id eſt intētio recta & fides formata in inſpiratione tua: *totum corpus tuum lucidum erit*, id eſt congeries laborum & operum tuorum interiorum & exteriorum lucida erit, quia directa in Deum atque formata. Videtur enim Chriſtus per oculum ſimplicem accipere mentem Deo puro & ſimplici amore cohærentem. Per corpus vero affectus & opera, quæ ab ipſo dependent & ordinate ſibi cohærent, ſicut corpus capiti ſuo adhæret. Et ſubdit, ſi oculus tuus nequam fuerit, id eſt intentio peruerſa, de qua Bernardus ait. Oculum nequam duo mala conſtituunt. Cæcitas, quæ non cognoſcit veritatem: & peruerſitas, quæ diligit iniquitatem. Sequitur, totum corpus tuum tenebroſum erit, id eſt congeries operum tuorum per tentationis conſenſum obſcura erit. Et in hoc apparet, quod omnes labores & cruciatus, quos mercatores, artifices, ruſtici, parentes pro filiis, ſerui pro dominis, amici pro mundanis amicis mundialiter portant non meritorij: ſed abſque ſpirituali merito ſunt, vel demeritorij dici poſſunt, ſecundum laborantis intentionem. Si vero temporaliter ad temporalia

Galat. 5.
Rom. 7.
Geneſ. 3. Tribulatio ad gloriam.
Luc. 24.
Matth. 16.
Secundo.
Gal. 2. Tertio.
Opera virtuoſi diſcrimen.
Quid ſit ſequi Chriſtum.
Pſalm.
Amor naturalis, ſenſualis, criminalis.
Matth. 6.
Ex intentione opus.

temporalia intentio est directa: temporalem quandoque & non semper remunerationem recipiunt, non æternam. Et de talibus Matth. 6. Dominus ait: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Ex his etiam, quæ in hoc cap. dicta sunt, claresce potest error eorum, qui decepti ab erroribus spiritus libertatis & animæ simplicis cruciant, labores fugiunt atque horrent, cum perfectiores non sint Apostolo Paulo, qui Galat. 2. cap. de se ait, *Christo confixus sum cruci.*

Matth. 6.

Galat. 2.

Secundu discretionis regula contra eos, qui corpus suum immoderata rigiditate castigant.

Cap II.

SEcunda vero discretionis regula subiungatur, quæ talis est. Inspiratio exaudiri debet, quando inspirata crux & labor à corporali natura portabilis est, hoc est si est discretus. Cum enim humanu corpus à Deo creatum sit: licet tanquam seruum laboribus & asperis sub rationis iugo flectere debeamus: non tamen mactandum & occidendum est, cum pro futura gloria animæ diligat illud Deus, sicut Sap. 11. scriptum est: Diligis omnia, quæ sunt & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Proinde 2. Corint. 6. Apostolus ait: *Quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati & non mortificati.* Sicut enim vulnus si semper vnctum fuerit, carnem mortuam caro trahit, quæ illud sanari non sinit, & si semper remorsiua adhibeatur, grauius valde sauciatur: sic est de infirma hominis carne: si semper ei leuia adhibeantur, sensus spiritualis in anima moritur. Atque si pœnitentiæ corrosio vltra modum corpori adhibeatur, mens satis infirmior ad bona opera reperitur. Pœnæ enim secundum Philosophum in 2. Ethicorum, sunt medicinæ. Medicinæ quippe debent cum magna discretione & moderatè sumi. Proinde Bern. inquit: Qui ex indiscretionis vitio ieiunia & vigilias sic agit, vt deficiente spiritu vel langueſcente corpore spiritualia impediantur: abstulit corpori boni operis effectum, spiritui affectum, proximo exemplum, Deo honorem & obsequium, sacrilegus est & omnium bonorum reus Domino. Est enim anima immortalis: proinde deficere minimè potest, sed corpus corruptibile & vas fictile est: & non potest pariter contendere cum ea in cursu, nec tantum ferre laboris quantum illa capere potest feruidæ voluntatis. Ebrius quandoque ad cursum agitat, cui insidet, equum: nec considerat quod cum ipse æstuet vino, & equus sit sine fræno & ab eo supra posse laborare cogatur, necesse est illum ruere & ad locum intentum tardius peruenire. Debemus enim carnē restringere, non extinguere: reprimere, non opprimere: regere, non occidere: vt seruiat non lasciuiat: ancilletur, non dominetur. Terra fertilis, si diu inculta fuerit, siluescit: si nimis fructificare cogitur, fructum non affert: si medium tenetur, fertilis perseuerat. Sic de corporis agro agendum est, vt nec de ocio, vel deliciis lasciuiat: nec desidia, vel labore deficiat. Proinde beatus Hieronymus in quadam epistola ait: Corporis debilitas animæ etiam vires frangit, & mentis quoque ingenium marcescere facit: quicquid cum modo & temperamento fit, salutare est. Optimus in omni re modus, laudabilis vbique mensura. Hæc ille. Sanitas quippe à nimia indigentia & superfluitate corrumpitur: & in pulchrioribus membris non placet, quod nimis est. Cui rogo placeret, si magnitudinem faciei oculorum excederet magnitudo? Gustus nimis calidum & nimis frigidum horret, & sic alij corporis sensus. Nimia quoque dulcedo non placet, licet amplius amaritudo displiceat. Porro discretio non tantum est virtus, sed est omnium virtutum mater, vt dicitur. 1. quæst. 5. præsentium. Et extra de officio custo. cap. 1. Item est omnium auriga virtutum. Præcedere enim debet iudicium mentis iustitiam, quæ in corpore exercetur, quemadmodum auriga bigam præcedit. Nam & in processionibus post cereos & luminaria, crux prosequitur. Sic in pœnitentia corporali debet præcedere lumen discretionis. Chrysostomus quoque ait: Tutius est chodas remitti intensius, quàm protendi: remissarum nanque intensione artificis peritia conualescit: sed quæ semel rupta est, nullo artificio reparatur. Sic quippe & maximè iuniorum corpora confringuntur, dum nimia seueritate arctantur, eneruantur corporales vires. Proinde quidam sapiens ait:

1. Cor. 6. Pulchra cōparatio.

Quomodo sumenda medicina corpori, & animæ.

Discretionis laus.

Omnibus in rebus res est discretio summa.

Vnde fit (quod & ego sæpius vidi,) quatenus in tantam relaxionem labuntur, & tanta impatientia cruciantur, vt nullo modorum à quocunque eis valeat satisfieri. Fiunt amentes non absque discrimine animarum suarum maximo, fiunt inconuersabiles, proterui, prælatis rebelles, omnibus inutiles, instabiles, vagi & omni vitio pleni. Et de talibus Propheta ait, *Ascendunt vsque ad cœlos*, scilicet ex superno & initiali feruore, *& descendunt vsque ad abyssos* in criminali errore, *anima eorum in malis tabescebat*: id est deficiebat & in magno mœrore pleroſque vidi deceptos in extremitatibus laborantes, qui vel abstinentia nimia, vel ingluuie superflua ad culmen perfectionis ascendere arbitrabantur, & de talibus Cassianus, collatione 2. inquit in vtraque enim parte sustinebit magnum detrimentū, quisquis inæqualitatem tenēs, nunc ventrem ieiuniorum ariditate confrangit, nunc escarum nimietate distendit: vt enim mens cibi auiditate lassata perdit orationum vigorem, dum carnis nimia lassitudine prægrauata condormitare compellitur: ita rursum nimietate voracitatis oppressa emittere ad Deum preces puras leuesque non poterit. Sunt nanque plerique, qui dum corporis valetudo laborat, operantur mira: scilicet arctis ieiuniis, magnis vigiliis, asperis disciplinis, nuditate pedum, & parcitate indumentorum corpus affligunt contra iudicium expertorum, & quandoque etiā contra obedientiam prælatorum. Sed quia non in humilitate fundantur, deficientibus viribus corporis, abeunte virtute atque vigore mentis, diuino iudicio permittente scandalosis modis vt plurimum relaxantur. Proinde Cassianus in præfata collatio. ait: Omni conatu debet discretionis bonum virtute humilitatis acquiri, quæ nos illæsos potest ab vtraque nimietate seruare. Vetus nanque sententia est: Nimietates æquales sunt: ad vnum enim finem nimietas ieiunij ac voracitas perueniunt, eodemque dispēdio vigiliarum immoderata continuatio monachum quo somni grauissimi torpor inuoluit. Nam per excessum continentiæ debilitatum quemque ad illum statum reuocari necesse est, in quo neligens quisque per induritiam detinetur. Hæc vbi supra, in collatione abbatis Moysi, Quidam quoque sapiens ait:

Nimietas periculosa.

Qui plus posse putat, quam sua natura ministrat;
Posse suum superans se minus esse probat.

Stultus quippe hortulanus est, qui tempore veris brucos & locustas plantis suis non innocuè insidentes tanto impetu & violentia à ramis excutit, quòd flores & fructus deiicit. Sic quandoque qui vitiorum motus per nimiam pœnitentiam à se excutere nititur, bona gratiæ & naturæ non sine discrimine lædit: vt merito dicere possit illud Psal. 108. *Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & excussus sum sicut locusta.* Non enim omnes æquales sumus. Quod vni necessarium est, alteri reperitur esse pernicioſum. Non enim sanat oculum, quod sanat calcaneum. Sæpe quoque in infirmitate consimili, quod alteri profuit, alteri nocuit. Alia quippe medicina danda est calido, alia frigido, alia rustico, alia delicato. Franguntur arbores, quæ nimietate fructuum onerantur, maximè si tenellæ sunt. De talibus iuuenibus in initiali feruore periclitantibus, Canticorum. 1. Salomon ait, *Adolescentulæ dilexerunt te nimis*, id est vltra debitum rationis. Talibus enim. 1. Pet. 4. c. Spiritus

Psal. 108.

Prudentia in pœnitētia necessaria.

1. Petr. 4.

Digitized by Google

ſanctus ait: *Nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem*, id eſt ad reprobationem *vobis ſit*. Et iterum Bernardus ait, Bonæ voluntati non ſemper credendum, ſed regenda eſt & frænanda maximè in incipiente. Profecto periculoſiſſimum eſt indomitum equum & impetuoſum atque laſciuum calcaribus ſtimulare, vt ſine aliquo fræno currat. Et Iacobi 3. cap. ait, *Equis frena in ora mittimus ad conſentiendum nobis*. Sic quoque iuuenilis feruor multa diſcretione à ſpiritualibus patribus frænandus eſt, ne proprio ſenſu periclitetur. Plerique profecto reperiuntur, qui leuioribus potius quàm fortioribus armis in pugna ſpirituali victoriâ conſequuntur. Quod in victoria Dauid contra Goliam. 1. Reg. 17. cap. myſticè monſtratum eſt: Nàm cum armis aſſuetus non eſſet & indutus armis Saulis incedere non valeret, eis depoſitis leuioribuſque aſſumptis: ſcilicet funda & lapide, Goliam deiecit. Sic quoque pleriſque contingit, qui vel ætate, aut longa conſuetudine, vel corporis debilitate, armis religionum, ſeu pœnitentiæ auſteræ in religione pugnare inepti ſunt, qui tamen funda & lapide, id eſt, lachryma, à perſeueranti ſtabilitate victores fiunt. Si quis autem quærat, quo iudicio ſtandum ſit in huiuſmodi regulæ diſcretione, cum plerique ex immoderato feruore diſcretum putent, quod nimis arduum eſt: atque alij ex remiſſiori feruore arduũ arbitrentur, quod leue eſt: dicendum quod ne homo ex aliqua prædictarum parte ſemitam veræ diſcretionis egrediatur, ſtandum eſt iudicio Deum timentium prælatorum & conſilio expertorum & peritorum: quibus ſi fides plena & pura adhibeatur, non permittet Deus talem ſperantem in ſe periculosè labi, niſi aliud obſtet in conſcientia latens, propter quod diuino & ſecreto iudicio ruere permittatur. Nec imitari velint quidam aſperas pœnitentias præteritorum Sanctorum, quia in hoc multi decipiuntur neſcientes quod ſecundum Gregorium, facti ſunt admirandi in talibus, non imitandi.

Similè. Iacob 3.

1. Reg. 17.

Tertia regula bonæ inſpirationis eſt contra eos, qui animæ ſuæ imponunt importabile onus.

Cap. III.

TErtia vero diſcretionis regula eſt iſta. Bona inſpiratio eſt, ſi crucians labor ab animæ virtute portari poteſt. Sicut enim humano corpori onus importabile imponi non debet, ſicut in præcedenti capitulo dictum eſt: ſic quoque & ipſi animæ importabile pondus imponi non debet, cum ſit alienatio & ſtupefactio ſpiritualium virium, & quodammodo tentare Deum. Quod prohibet Dominus, Matth. 4. *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Tentare quippe propriè eſt experimentum ſumere de eo, quod tentatur. Sic profectò interpretatiue Deum tentat, qui ſupra animæ ſuæ vires onere importabili eam grauat: tum quia præſumptuosè ſe ingerit in operibus Dei & vltra menſuram ſibi congruam vel condignam: tum quia ſtultè & ſine cauſa periculo ſe exponit: tum quia vanè & curioſè hoc agit. Quantum autem talis aſſumptio indiſcretæ mentis diſpliceat ſummo Deo, Apocal. 2. cap. teſtatur Dominus dicens. *Sed hoc habes bonum, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi*. Nicolaus iſte vnus de ſeptem diaconibus erat, qui Actuũ 6. ab Apoſtolis electi ſunt: hic ad literam dum de amore pulchritudinis vxoris ſuæ argueretur, ad excuſandum ſe excuſatione in peccatis, ne de pulchritudine vxoris curare videretur, omnibus volentibus proſtituit eam, atque pernicioſum dogma diſſeminans vxores ſic eſſe proſtituendas & coniugia inuicem commutanda, pertinaciter docuit: Quæ hæreſis huius hæreſiarchæ hic ad litteram à Domino condemnata eſt: de hoc quoque Nicolao Auguſtinus in libro de hæreſibus, in 5. cap. ait. Et iterum de illo habetur. 24. quæſt. 3. cap. quidam autem hæretici. In hoc tamen facto moraliter erudimur debilitatæ menti parcendum eſſe; nec cuilibet oneri ſine differentia eſſe proſtituendam. Nicolaus enim ſtultus populus interpretatur. Stultus ſiquidem eſt, qui ſic indiſcreto onere in Dei ſeruitio ſe grauat, quòd diu in eo ſubſiſtere non poſſit. Proinde Matth. 9. cap. Dominus ait, *Non mittunt vinum nouum in vires veteres*: ſcilicet qui diſcreti ſunt: *alioquin rumpuntur vires, & vinum effunditur & vires pereunt*. Vinum quippe nouum in vtres veteres mittitur, cum pondus mentis infirmitati non adæquatur. Cito quippe onus iſtud abiicitur, vel cum diu minimè toleratur, quod vltra vires aſſumptum ad importabilem laſſitudinem operatur. Tunc enim vinum nouum vtres veteres rumpit, cum fatigata infirmitas per importabile onus ſuccumbit. Tunc etiam vinum effunditur, cum gratia iam habita diſſipatur. Tunc quoque vtres pereunt, quando ex hac indiſcretione animæ periclitantur. In huius quidem myſterium legitur, Geneſis 24. cap. quòd Sichimitæ diuina violantes per circunciſionem à filiis Iacob Simeon & Leui cum cæteris aliis perierant. Sichimitæ quidem humeroſi ſeu laborioſi interpretantur: hi mentale onus vltra vires aſſumptum, per quod Dina illuditur, manifeſtant, cum talibus laboribus vltra virtutem mentis infirmitas oneratur, filij igitur Iſraël, id eſt opera virtuoſa: & maximè obedientiæ ſanctæ, hoc amputare debent, ne cum ſub ſpecie virtutis negligentia euitatur, vitium indiſcreti oneris ſic obrepat & omnem iuſtitiæ ſtatum ſubito euertat. Sed tamen aduertendum, quod ne dum importabile mentis pondus euitamus, vitium negligentiæ incurramus. Vnde Chriſtus, qui laudabat prælatum Philadelphiæ, qui oderat facta Nicolaitarum, ipſum prius arguebat de negligentia dicens: Sed habeo aduerſum te pauca, quia charitatem tuã primam reliquiſti. Tantæ quippe aſtutiæ eſt ſerpens antiquus, vt hominem Deum timentem non mox inuadat ſuggeſtione aperti ſceleris, ſed primum paululum reſtringit rigorem iuſtæ diſcretionis. *Qui autem modica ſpernit*, vt dicitur Eccleſiaſtici. 29. cap. *paulatim decidet*. Proinde Dominus iuſto viro de hac negligentia cauet dicens, *Sed habeo aduerſum te pauca*. Multa ſe aduerſus eum habere diceret, ſi illum in manifeſtis ſceleribus inueniſſet: ſed pauca ſe habere aſſerit, quia in eo feruorem iuſtitiæ negligentiæ torpore remiſſum inuenit. Et hoc eſt, quod ſubdit: quia charitatem primam reliquiſti. Sicut enim perfectus eſt melius quantumcunque modicus fuerit, Deo tamen gratus eſt: ſic è contra deficere à feruore boni, Deo multum ingratum eſt quantumlibet tamen modicum fuerit. Ex his igitur aduertendum, quod Dominus hunc epiſcopum de negligentia arguit, & odium indiſcretæ diſciplinæ commendabile oſtendit: facilius eſt enim laborem ſuperfluum reſpuere, quam diſcretum laborem ſuſtinere. Rectè ergo Dominus facta Nicolaitarum, id eſt indiſcretæ mentis onera odit, quæ à rectitudine iuſtitiæ citius quàm negligentia adducit: propterea multi in cautela huius vitij commendabiles eſſe poſſunt, qui de negligentia culpabiles fiunt. Hoc tantum per hæc duo manifeſtum eſt, quod etiam à iuſtitia recedat homo, ſcilicet per negligentiam, & per indiſcretum pondus. Diſcretus igitur homo, atque ſenſatus vt cautius gradiatur, ponderat vires animæ ſuæ: ne ex vnà parte, vel ocio langueſcat, vel ex alio irrationabili labore ſuccumbat. Vnde & Apoſtolus. 2. Corinth. c. 6. nos hortatur exercitari *per arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris*. A dextris profecto faciendo, quod neceſſarium eſt: A ſiniſtris verò ſinendo & omittendo illud, quod irrationabile & ſuperfluum dici poteſt: huiuſmodi ſortis plerique ſunt, qui ſtupris vel aliis ſceleribus aſſueti eremiticam & ſolitariam vitam aſſumunt quærentes ſeruire Deo ſuo proprio ſenſu. Qui diuino iudicio permittente, & animarum aduerſario operante, atque talium præſumptione temeraria exigente, innumerabilibus erroribus & deceptionibus illuduntur & cadunt, atque ſcandaloſè ruunt.

Matth. 4. Tentare quid.

Apoc. 2.

Nicolaus quis fuerit, à quo Nicolaitæ.

Nicolaus quid interpretatur. Matth. 9.

Geneſ. 34.

Eccl. 19.

Mens indiſcreta vitiatur.

1. Cor. 6.

Digitized by Google

ruunt. Contra quos 16.q.1. in cap. si clericatus, Hieronymus ad Rusticum monachum ait: Primum tractandum est, vtrum solus, an cum aliis in monasterio viuere debeas. Mihi placet, vt habeas sanctorum contubernium: nec ipse te doceas & absque doctore gradiaris viam, quam nunquam ingressus es. Non longè talibus dissimiles sunt, qui autumant absque rationabili causa sic saluari posse in sæculo, sicut in sacra religione, non aduertentes quam ponderosa sunt pericula secularis vitæ, & fragilitatis suæ. Quidam quoque tantæ præsumptionis, vt facere miracula quærant: & tentantes Dominum, sicut prædictum est, arbitrantur quodámodo esse æquales Deo, qui solus potest miracula operari. Alij quoque sunt, qui omnino ignari, & ignorantes præsumptuosè sub specie animarum zeli & charitatis ingerunt se confessionibus audiendis, & prædicationibus atque populorum curis: quod non esse inspirationem Dei, sed tentationem diaboli, Matt. 15. aperuit Dominus dicens: *Cæci sunt & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt*, propter mentis vtriusque importabile onus. Secta quoque Dulcini hæretici, pro more habet mares & fœminas iuniores cohabitare simul, inter quos licet quandoque dormiat sathanas, ad cautelam tamen sæpius euigilat ad ruinam, cum contra Apostolum præsumptuose sentire videantur, siue probentur, qui 1. Corint. 6. cap. ait: *Fugite fornicationem*: sciens fragilem ad carnis lapsum humanam mentem. Quædam quoque mulier non est diu à diabolo instigata, vt pugnaret contra tentationem carnis: hac intentione cum iuuene lectum ingressa est: transeo si perdidit pugnam. Quidam quoque cum iuuenes sint quodam secreto & callido opere diaboli, cum non sentiant in suspecta conuersatione seu familiaritate incendia carnis, plus debito domestice insimul conuersantur, non intelligentes quod vt fidentius fallat diabolus dormire se fingit, sed capto tempore, tales euigilat ad scandalum & ruinam. Solet vulpes vt cautius capiat aues, fingere se mortuam vel dormire in agro. Proinde Iob. 40. mystice scriptum est de hoc diabolo, *sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus*. In vmbra, ignorantia cœca priuata calore proprij zeli, & proximorum exempli merito denotatur. Et in hac vmbra diabolus dormire se fingit, dum incentiua carnis ad tempus non suscitat. In secreto calami, de se latens & superba confidentia denotatur: in locis humentibus, deliciæ & occasiones ruinæ merito indicantur, sicut sunt loca suspecta, importunum tempus, frequentatio nimia, iuuenilis ætas, conditio propria, & similia quæ possunt ad carnis immunditiam inclinare, aut in proximo scandalum, aut suspicionem probabiliter excitare. Præterea beatus Franciscus in regula sua districte præcipit fratribus suis dicens: Præcipio firmiter fratribus vniuersis, ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum.

De quibusdam præsumptuosis.

Matt. 15.

1. Cor. 6.

Periculum fugiendum.

Iob. 40.

Quarta bonæ inspirationis regula ponitur contra eos qui erga virtutum labores irrationabilia aliqua operantur.

Cap. IV.

Inspiratio quid facere debet.

QVarta autem discretionis regula addi potest, quæ talis est. Exaudiri inspiratio debet, si labor & cruciatus rationabilis est: scilicet siue sit corporalis, siue sit mentalis. Posset enim inspiratio inducere ad laborem corporis & animæ virtuti portabilem, sed rationabilis minime esset. Vnde necesse est quod secundum rationem fiat, vt acceptabilis inspiratio sit. Est enim ratio quidam motus animi visum mentis acuens verumque à falsis distinguens. Vnde si cruciatus & labor est secundum regulam rationis illuminatæ: necesse est quod placeat Deo, qui illuminat rationem, sicut Propheta testatur dicens: In lumine tuo videbimus lumen. Duas tamen, secundum Aug. ratio habet partes. Pars enim superior æternis rationibus conspiciendis, vel consulendis adhæret: Pars vero inferior ad temporalia gubernanda deflectitur, vt illa rationis intentio, qua contemplamur æterna, sapientiæ deputetur: Illa vero, qua bene vtimur rebus temporalibus, scientiæ adaptetur. Sed quia hæc pars inferior rationis decipi potest, atque decipitur sæpe, magna cautio adhibenda est. Qua autem ratione decipiatur plenius vide, in Quadragesimali de Euang. æterno, sermone 53. articulo. 1. cap. 1. & 2. dictum est, & articulo. 2. quasi per totum. Ad talem profecto rationabilem laborem & cruciatum hortatur Apostolus 12. c. ad Rom. dicens: *Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum*. Ait enim obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis, hoc est sponte offeratis. Exod. enim 25. c. in principio, dicitur: *nullus in tabernaculo Domini, nisi vltroneus offerebat*. Corpora vestra, scilicet non tantum animas vestras hostiam, in mortificatione vitiorum. Col. 3. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram*, viuentem, per opera virtuosa, sanctam, per firmam in Deo perseuerantiam. Cauda enim cum capite præcipiebatur offerri. Leuit. 3. id est intentio ad Deum erecta & finalis perseuerantia, Deo placentem secundum enim Ambros. tunc opera nostra sunt hostia Deo acceptabilis, si ipsa incontaminata seruemus: Et in his omnibus rationabile obsequium nostrum, scilicet vt sic mortificentur vitia, vt tamen seruetur natura. Et secundum rationem obsequium fiat, Leuit. enim 2. In omni sacrificio sal præcipiebatur offerri. Contigit quippe in Marchia diebus nostris, quòd quidam ducens solitariam & eremiticam vitam, à diabolo seductus atque seductor suasit multitudini virorum & mulierum, vt nudi sicut egressi sunt de vtero matris irent ad mare, quod eis aperiri debebat, vt sicco vestigio ad terram promissionis transirent. Quod licet dici posset, quòd talis inspiratio crux esset & tolerabilis corpori & animæ: tamen quam irrationabilis fuerit, mens etiam simplex aduertit. Irrationabilis quippe est crux & labor eorum, qui renunciant sæculo per ingressum religionis, & non seruant quod supradictum est, Matthæi 16. cum Dominus ait: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me*. Septem quippe modis irrationabilis fit talis assumptio laboris & crucis. Primo, si est violenta: secundo, si ociosa: tertio, si fraudulenta: quarto, si delicata: quinto, si mutuata: sexto, si momentanea: septimo, si simulata. Primò inquam talis crux fit irrationabilis, si est violenta, sicut contigit parentibus, qui filias suas contra voluntates earum faciunt moniales: propterea Dominus ait: *Si quis vult*, secundum enim August. nemo inuitus bene agit: & Ecclesiast. 15. scriptum est, *Apposui tibi ignem & aquam*, id est religionem & seculum. *Ad quodcunque volueris, porrige manum tuam*, scilicet vt dicere valeas cum Propheta, *voluntarie sacrificabo tibi*. Secundo, si est ociosa: vel quia religionem ingreditur, vt labores effugiat: aut quia in religione ociosè viuere cupit. Contra quos Gen. 2. mysticè scriptum est. *Posuit Dominus Adam in paradiso voluptatis*, id est in sancta religione, *vt operaretur & custodiret illum*, id est vt operando seruaret professionem suam: quia ociosi illam minimè seruare possunt, cum Eccles. 33. scriptum sit, *Multam enim malitiam docuit ociositas*: propterea Dominus subdit, post me venite: quia scilicet à conceptione in vtero matris meæ semper in laboribus fui. Tertio est fraudulenta, videlicet cum quis sua dat Deo, se vero dat mundo, cum principaliter cor hominis quærat Dominus dicens illud Prouerb. 23. *Fili, præbe mihi cor tuum*. Quod & Propheta seruauit dicens: *Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi, ecce venio*: scilicet in persona propria. Et hoc

Rom. 12.

Exod. 25.

Ad Col. 3.

Leuit. 3.

Leuit. 2.

Exemplum notabile.

Matt. 16.

Irrationabiliter assumitur labor & quomodo.

Violenta.

Eccl. 15.

Ociosa.

Gen. 2.

Eccl. 33.

Otium fugiendum.

Fraudulenta.

Prouerb. 23.

Psalm.

Digitized by Google

hoc Dominus subdit, abneget semetipsum, potius quam sua. Quarto si est delicata: plerique enim sic volunt facere pœnitentiam, vt nullum sentiant laborem vel molestiam. Contra quos, Galat. 5. cap. Apostolus ait: *Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* Et iterum Hieron. ait: Delicatus es, frater charissime, si & hic vis gaudere cùm mundo, & in futuro regnare cum Christo. Proinde Dominus subdit, *Et tollat crucem*, id est statum in virtutibus, & laboribus occupatum. Quinto si est mutuata: sicut contingit his, qui gloriantur in passionibus, & pœnitentiis patrum & fratrum suæ religionis & societatis, ipsi vero pati aliquid minime volunt. Quibus Ioan. 8. Dominus ait: *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Propter quod Dominus subdit suam, non alienam. Sexto si est momentanea. Nam, vt Lucæ. 9. cap. in fine, Dominus ait. *Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro aptus est regno Dei.* Per aratrum crux Dominica significatur, in qua fuit lignum & ferrum, quo corda fidelium aperiuntur post passionem & deuotionem. Ad hoc aratrum vtique manum mittit, qui tollit crucem suam & sequitur Christum: propterea subditur, *Et sequatur*, ad hoc exprimendum Lucæ 9. cap. additum est quotidie, vt continuatio & perseuerantia denotetur. Septimo si est simulata. Sunt namque plerique, sicut hypocritæ, qui simulant sequi Christum: qui tamen sequuntur mundum & fauorem eius. Propterea sequitur, me, non mundum. Meritò ergo Ioan. 10. cap. Dominus ait. *Oues meæ vocem meam*, id est, inspirationem meam, *audiunt*, id est acceptant, *& ego cognosco eas*: scilicet per approbationem *& sequuntur me, & ego vitam æternam dono eis.* Ex septem quoque contrariis clarescere potest, quando crux ex diuina inspiratione originem habet, & rationalis existimanda sit: Nam debet esse primo voluntaria, secundo operosa, tertio vera, quarto laboriosa, quinto propria, sexto continua, septimo recta, secundum quod clare sonant prædicta Dominica verba. In quibus notari possunt septem gradus scalæ crucis, per quos post Christum ad cœlum conscendere valeamus.

Delicata. *Galat. 5.* *Mutuata.* *Ioan. 8.* *Momentanea. Luc. 9.* *Simulata.* *Ioan. 10.* *Septem contrarijs patet quomodo crux est ex diuina inspiratione.*

Articvlvs Secvndvs.

De secundis quatuor regulis discretionis inspirationum, quæ ad delectationem inducunt.

Secundo sunt quædam inspirationes sanctæ, quæ delectant: & licet ad laborem & crucem non inducant, nihilominus suscipiendæ sunt. Et de his etiam quatuor regulæ subiungantur ad habendum discretionem earum, ne mens incauta decipiatur sub specie boni.

Quinta regula discretionis inspirationis bonæ, quando naturalis delectatio inspirata acceptari debet.

Cap. I.

Prima regula discretionis hæc est. Acceptanda est inspiratio, quando in opere absque mortali culpa minor est delectatio naturalis, quàm spiritualis. Ad intelligentiam huius regulæ aduertendum est, quòd nulla delectatio in quantum delectatio, virtuosa vel vitiosa dici potest: fit autem vitiosa, cum hæc quinque concurrunt, videlicet cum delectatur homo in eo, in quo non debet, & in loco vbi non debet, & in tempore quando non debet, & in modo in quo non debet, & etiam pluſquam debet. Et per opposita quinque fit delectatio virtuosa. Aduertendum est etiam, quod secundum diuersa obiecta delectabilia, triplex delectatio distingui potest. Prima est sensualis, secunda naturalis, tertia spiritualis. Prima enim est delectatio sensualis, & tali delectatione spreto Deo carni ratio subdita est, Et hæc est delectatio, secundum quam omnes peccatores sequuntur impetuosum appetitum corporalium sensuum suorum; nec ratione ducuntur, cum in eis ratio sensualitati seruia effecta sit. Et de talibus Apostolus Rom. 8. cap. ait. *Qui autem in carne sunt*, id est carnales homines, *Deo placere non possunt.* Et subdit rationem dicens: *Qui autem secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt.* Et iterum de eisdem Propheta inquit: *Corrupti sunt*: quia ratio à corrupta carne, corrupta est. *Et abominabiles facti sunt. Non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Et iterum, *fiant*, id est fient *via eorum tenebræ & lubricum, & Angelus Domini*, id est diabolus *persequens eos.* Secunda delectatio est naturalis, in tali quippe delectatione ratio sensualitati consociata est: nec in ea ratio, nec sensualitas in totum prædominatur: tamen corporales sensus delectantur quandoque paululum vltra modum & debitum rationis, ex quo plerumque committitur venialis culpa. Et de hoc. 1. Cor. 10. Apostolus ait. *Tentatio non vos apprehendat, nisi humana.* Cùm enim prædicta delectatio possit esse cum peccato veniali, & plerunque est: possit esse sine veniali culpa, licet raro contingat, non optauit vel consuluit Apostolus incidere in tentationem istam, sed quod non inciderent in aliam persuasit: si vero in istam inciderent, non vlterius progrederentur per mortalem culpam. Tertia est delectatio spiritualis in qua natura corporalis & spiritualis supernaturaliter delectatur. Nam & humani sensus corporis & animæ debitè delectari possunt in obiectis creatorum, quando homo de creaturis scalam facit ascendendi ad creatorem. Et de tali delectatione in creaturis delectabatur Propheta, cum dicebat, *Delectasti me Domine*, scilicet tu, non ego: in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Ex his tribus delectationibus clarescere potest intellectus regulæ supradictæ. Nam primo excluditur delectatio sensualis, vt inspiratio digna sit acceptari, quia dicitur absque mortali culpa. Noui personam, quæ dum contemplabatur humanitatem Christi pendentis in cruce (pudet dicere & horrendum est etiam cogitare) sensualiter & turpiter polluebatur & fœdabatur: quod apertè prædicare discretum non puto. Sunt quoque plerique, inter quos oritur amor & delectatio spiritualis atque paulatim diabolo operante descendunt in delectationem naturalem, vt plus delectando in conuersatione iuuenilis, quàm senilis ætatis & consimilium; tandem ruunt in delectationem sensualem, seu carnalem. Omnibus vtique supra dictis Galat. 3. Apostolus ait: *sic stulti facti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consumamini?* Secundo in præfata regula præsupponitur delectatio naturalis, quæ potest esse cum peccato veniali, & etiam absque eo. Tertio vero tanquam principale in acceptabili inspiratione est delectatio spiritualis, qua regnante & prædominante, si quid inspiratur, in quo concurrat delectatio naturalis, acceptari debet: nec propter naturalem delectationem delectatio spiritualis respuenda est: verbi gratia; Dum homo magno feruore ieiunat, licet plus delectetur in comedendo naturaliter porros vel cœpas, quam non ieiunando si comedat perdices & pauones, non tamen debet dimittere ieiunium propter delectationem naturalem in porro vel cœpe; si maior sit in eo delectatio spiritualis in amore ieiunij quam delectatio naturalis in porro vel cœpe: & sic de consimilibus. Ad hanc duplicem delectationem spiritualem & naturalem hortatur Apostolus ad Phil. 4. dicens: *Gaudete in Domino semper*, non ad horam. Ecce delectatio spiritualis in anima. *Iterum dico, gaudete.* Ecce delectatio naturalis in corpore. Et ad hoc idem hortatur Propheta dicens. *Lætamini in Domino*, Ecce delectatio spiritualis. *Et exultate iusti.* Ecce delectatio naturalis.

Delectatio in se, nec bona nec mala nisi ex circunstantia. *Delectatio multiplex* *sensualis.* *Rom. 8.* *Psalm.* *Delectatio naturalis.* *1. Cor. 10.* *Delectatio spiritualis.* *Gal. 3.* *Naturalis delectatio potest esse cum veniali.* *Ad Phil. 4.* *Psalm.*

Sexta

Digitized by Google

Sexta regula discretionis inspirationum est quando inspiratur sola delectatio spiritualis.

CAP. II.

SEcunda discretionis regula talis est. Acceptanda est inspiratio si in opere inspirato ex virtute vel gratia est pura delectatio spiritualis. Ad intellectum huius regulæ prænotandum est, quod omnis virtus est virtus & gratia: sed non omnis gratia est virtus. Proinde tria ad præsens consideremus. Primo, quid est virtus: secundo, quid est talis gratia: tertio, quæ est pura delectatio spiritualis. Primo enim consideremus, quid est virtus. Si ergo quæratur, quid est virtus. Dicendum quod virtus est in anima pura forma, cuius quantitas virtuosa immensurabilis est; per quam voluntas humana cum diuina vnitur atque vnum fit cum ea, si virtus perfecta est. In libro autem de moribus Ecclesiasticis sic diffinitur. Virtus est ordo amoris siue amor ordinatus. Et iterum Augustinus ait. Virtus est bona qualitas mentis, qua recte viuitur: qua male nemo vtitur, quam Deus in nobis, & sine nobis operatur. Et sicut Hieronymus in quadam epistola inquit: Omnes virtutes sibi hærent, vt qui vna caruerit, omnibus careat. Qui ergo vnam habet, omnes habet. Omnes quippe virtutes adinuicem sibi auxilium præstant & quælibet ad perfectionem omnium operatur virtus, meretur gratiam atque conseruat eam. Si quæratur insuper, quando virtus perfecta meretur dici. Dicendum quod tunc perfecta est, quando debite potest diligere creatorem, & creaturas cum virtuoso odio sui: & quando potest cum gaudio dolores sustinere & pœnas. Si etiam quæratur, quare enim datur virtus. Dicendum quod datur ei vt homo, qui dignus erat odio Dei, fiat dignus amore eius, per quem & in quo & cum quo valeat in sempiterna gloria præmiari. Omnes autem virtutes in gloria correspondent præmio essentiali. Et quælibet virtus habet suum præmium particulare, vnde merito Ecclesiast. 44. scriptum est. *Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.* Quid est gratia, quæ non est virtus. Secundo consideremus quid est gratia, quæ non est virtus, hanc secundum Bonauenturam in Cētiloquio, quodammodo diffinit Apostolus 1. Corinth. 12. dicens. *Gratia est manifestatio spiritus ad vtilitatem.* Huius gratiæ sunt spiritus prophetiæ, reuelationes, visiones, raptus, iubili, extasis & consimilia: Tales gratiæ suut, quæ non sunt virtutes, licet ex sui natura non sint meritoriæ: tamen potest homo mereri in eis ex gratitudine, & bono atque humili illarum vsu. Item notantur aduertendum est, quod hæ gratiæ à sanctis viris sicut miro modo in vsu ponuntur, quod semper in eis gratia, est gratia atque virtus: insuper sunt quædam gratiæ, quæ semper sunt gratiæ & virtutes, sicut sunt habitus virtutum, status mentium, atque status contemplationum. Gratia, vt puta feruor, & affectio magna, iuuat virtutem, vt opera laboriosa sustinere possit. Magna profecto Dei gratia est, alta intelligibilia creatoris & creaturarum eius atque mira sentimenta habere. Nec tamen debet quisquam gloriari in eis, cum sæpius communicentur his, qui sunt in mortali culpa. Quod maxime facit Deus propter quatuor rationes. Primo propter attractionem, secundo propter reuocationem, tertio propter remunerationem, quarto propter obcæcationem. Primo inquam propter attractionem id est vt hominem trahat à statu perditionis, ad statum saluationis; sicut de talibus Oseæ. 11. capit. Dominus ait. *In funiculis Adæ traham eos in vinculis charitatis.* Funiculi Adæ sunt gratiæ antedictæ, quas ei aliquomodo in statu naturæ conditæ contulit Deus. Vincula charitatis sunt dona, quibus post lapsam animam vtitur Deus vt hominem ad se trahat: Sicut sunt Ecclesiastica sacramenta, & multa alia beneficia Dei. *Secundo.* Secundo propter reuocationem, id est vt hominem, qui iam extitit in magna perfectione, & decidit in magnam ruinam culpæ, reuocet ad statum salutis æternæ. His profecto gratiis atque donis Propheta Dauid à scelere adulterij, & homicidij ad veram pœnitentiam misericorditer reuocatus est, ita vt cordialiter exclamaret: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam,* quia magna iniquitas mea magnam exigit misericordiam tuam. *Tertio.* Tertio propter remunerationem. Scit enim Deus aliquem multa bona & magna opera fecisse, & facturum esse, & finaliter non saluandum: propterea ad remunerationem prædictorum bonorum tribuit ei multa & magna sentimenta, vt bonum irremuneratum non relinquat. Et de hoc patet exemplum in Salomone, secundum eos, qui tenent eum damnatum. Porro Propheta inquit: *Iustus Dominus & iustitias dilexit, equitatem vidit vultus eius.* *Psalm.* *Quarto.* Quarto propter obcæcationem. Anima enim quæ in magna perfectione & lumine non est: & per propriam malitiam peccat in Spiritum sanctum, atque per horribiles modos se vertit ad diuinam offensionē, & conatur nouam fidem, atque doctrinam inuenire & docere in animarum salutem, & crimina sua non relinquit: sed vult peccata sua cognoscere non peccata, sed perfectissimas esse virtutes: recipit talia sentimenta in horibilem sententiam Dei, vt non intelligat statum suū horribilem & periculosum, in quem peruenit: & credat se dotatū summa perfectione, & sic auferatur ab eo testimonium suæ æternæ damnationis. Et de hoc patet exēplum in hæretico Origene, qui magnis & admirandis gratiis fulsit, & tamen hæresiarcha in multis erroribus fuit. Extitit quoque de talibus Nicolaus Antiochenus, de quo supra, artic. 1. & c. 1. dictum est. De his quoque Sapient. 2. scriptum est, *Excæcauit eos malitia eorum.* Tertio vero consideremus quæ sit pura delectatio spiritualis. Et hoc ad præsens quoad Deum, & alias quoad proximum. Profecto illa est delectatio pura spiritualis quoad Deum, quia in Deo anima supernaturaliter delectatur. Quod fit per sapientiæ donum, secundū quod supra in die Pentec. artic. 1. & c. 7. dictum est. Et ibi per beatum Iac. ponuntur septem testimonia, seu signa, per quæ manifeste intelligere possumus si est vera delectatio pura spiritualis absque aliqua impuritate deceptionis. Et de hac pura delectatione Cantic. 7. c. anima sancta inquit: *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.* Et iterum 2. c. ait. *Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies & inclinentur umbræ.* Possumus insuper addere quinque alia signa seu testimonia, per quæ claresceré potest, si delectatio prius habita est pure spiritualis. Quorum primum testimonium est timoratio, secundum humiliatio, tertium crucis desideratio, quartum est inebriatio, quintum donorum variatio. Primum testimonium est timoratio id est tam fortis & efficax timor, quod animam & corpus in Deo tremere facit, iuxta Propheticum illud, *Timor & tremor venerunt super me.* Secundum est humiliatio, hoc est humilitas profundissima, quæ ex gustu suæ vtilitatis & nihilitatis intellectualiter degustatæ originem habet, quemadmodum de se Propheta ait: *Ad nihilum redactus sum & nescivi.* Tertiū est crucis desideratio & inconsiderabile desiderium posse sustinere quasi infinitas passiones & cruces, sicut patet in Apostolo Paulo, qui post admirandas delectationes, & puras de se & coapostolis suis ait, Roma. 8. c. *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* Quartū testimoniū est inebriatio: in cōtemplando, exēplo etiā Apostoli qui Gal. 2. c. ebrius amore Domini ait, *Viuo autem iam non ego, vivit vero in me Christus.* Quintum testimonium est donorum variatio. Nam sunt quædam singularia dona, quæ post habitam delectationem in anima & corpore, remanent

Virtus quid.

Virtutum connexio.

Virtutis meritum & præmium.

Eccl. 44.

Gratia quid & quotuplex. 1. Cor. 12.

Dona Dei per vnquemque communicantur iis qui sunt in morta. i peccato. Primo. Osea. 11.

Sap. 2.

Pura delectatio spiritualis.

Exemplum.

Cant. 7.

Cant. 2.

Quinque signa spiritualis lætitiæ.

Primum.

Secundum.

Psal.

Tertium.

Rom. 8.

Quartum.

Galat. 2.

Quintum.

Digitized by Google

remanent quandoque in corpore tantum. Et hæc quaſi infinitis modis diuerſimode variãtur, quandoque enim remanet in anima quædam inconſiderabilis pax, quam
Ad Phil. 4. Philip. 4. Apoſtolus optabat dicens: *Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras, in Chriſto Ieſu Domino noſtro,* Quandoque remanet quædam aptitudo & habilitas ad diligendum Deum, quaſi ſemper cum delectatione ſeu ſuauitate ſpiritualis guſtus, vt dicere valeat cum Propheta: *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abſcondiſti timentibus te.* Quandoque remanet quædam prædominatio ſuper omnes corporales ſenſus & illecebras carnis. Cum enim *Deus ſpiritus ſit,* vt dicitur Ioan.
Ioan. 4. 4. Qui in contemplatione *adhæret Deo vnus ſpiritus ſit*
1. Cor. 6. *cum eo,* vt teſtatur Apoſtolus 1. Cor. 6. Humanus igitur ſpiritus Deo adhærens ſic à Dei ſpiritu abſorbetur, vt ſpiritu etiam carnem in conditionem ſuam quodammodo transformet & ſubiectam eam, & ſenſus ſuos teneat ſub imperio rationis. Et hic propriè dicitur ſtatus hominis ſpiritualis, in quo homo faciliter iudicat præ-
1. Cor. 2. ſentia & futura, quemadmodum 1. Cor. 2. Apoſtolus ait: *Spiritualis omnia iudicat, & ipſe à nemine iudicatur.* Quandoque induit nouam virtutem, quam nunquam in præterito ex aliquo ſuo exercitio potuit adipiſci.
1. Reg. 10. Vnde 1. Reg. 10. tali homini per effectum à Domino myſticè dictum eſt, *Mutaberis in virum alterum.* Quandoque expoliat aliquod vitium, quod ante nunquam ſuo conamine potuit ſpoliare, iuxta illud Apoſtoli
Epheſ. 4. Epheſ. 4. *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ.* Quandoque remanet corpus liberum ab aliqua incurabili infirmitate, iuxta Propheticum illud, *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Et iterum Iſa. 40. *Qui ſperãt in Domino, mutabunt fortitudinem.* Si delectatio ſpiritualis in experimentali actu, ſeu in fine per ſupradicta duodecim ſigna & teſtimonia, non clariſſime & certiſſime innoteſcit, ſit ſibi ſuſpecta ſicut dæmonium incarnatum.

Pſalm. Iaï. 40.

Septima regula diſcretionis inſpirationum bonarum eſt, quando ex ſpirituali delectatione plus anima humiliatur.

Cap. III.

TErtia diſcretionis regula ſubiungatur, quæ talis eſt. Sancta eſt inſpiratio, ſi ex ſpirituali delectatione amplius anima humiliatur. Antiquus quippe hoſtis de theſauris ſapientiæ ſibi naturaliter inditæ per creationem ſuperbiens, clauo diuinæ iuſtitiæ à diuina ſuauitate excluſus, nititur vnumquemque ab eadem ſuauitate excludere, ſuperbiam ſuggerens, per quam vera dulcedine Dei indignus fiat quicunque conſenſerit fallacibus ſuggeſtionibus eius. Sic humilitatis diſcipulos, & veritatis alumnos tentabat in prima operatione virtutum, & theſauris dulcedinis Chriſti per gloriam vanam excludere. Vnde Luc. 1. cap. ſcriptum eſt, quod diſcipuli reuerſi ſunt cum gaudio dicentes, *Domine, etiam dæmonia ſubijciuntur nobis.* At humilitatis magiſter, quod per operationem virtutum, & alia ſpiritualia dona ad ſuauitatem ſapientiæ ſuæ, per gratiam ſuam eos introducere diſponebat, doctrina ſua eos ſtatim ad humilitatem reduxit. *Videbam inquit ſathanam, ſicut fulgur de cœlo cadentem.* quaſi dicat. Si ſathanas in tanta nobilitate naturæ conditus, per inanem gloriam ſubito cecidit, & à diuina ſuauitate excluſus eſt: quomodo vos natura infirmiores de virtutibus, quas non ex vobis, ſed ex gratia habetis gloriantes poteritis conſurgere ad cœleſtia regna? Sicut ergo ſuperbia oſtium diuinæ ſuauitatis & conſolationis cœleſtis ſuperbienti Angelo clauſit: ſic vera humilitas terreno homini oſtiũ
Apoc. 3. conſolationum cœleſtium pandit. Proinde Apoc. 3. c. animæ humili Dominus inquit: *Ecce dedi corã te oſtium apertum, quod nemo poteſt claudere, quia modicam habes virtutem: & ſeruaſti verbum meum, & non negaſti fidem meam.* In quibus ſacratiſſimis verbis oſtenduntur per ordinem tria, quæ concurrunt ad veram conſolationem ſpiritualem, & ad Dei ſpiritualia dona & altiſſima chariſmata humilibus danda. Primum eſt conſolationum donum, ſecundum conſolationum meritum, tertium conſolationum obiectum. Primum concurrens eſt conſolationum donum: ait enim, *Ecce,* quod eſt excitare ad ſpiritualis conſolationis diſcretionem: *dedi,* id eſt dabo: iam enim Dominus dederat apud ſe: & per hoc magis oſtendit diſcretionis & conſolationis gratiam eſſe in promptu. *Coram te oſtium apertum,* ſcilicet ad veritatem luminoſæ diſcretionis habendam, quæ ſunt diuinæ & veræ conſolationes, & quæ diaboli illuſiones. Inſuper oſtium apertum humili datur, quia contemplationis gratiam ingreſſus ad guſtandum diuinas ſuauitates communicatur: vnde & Apoc. 4. contemplatur Ioan. hoc oſtium apertum: proinde dicitur ibi, *Et ecce oſtium apertum in cœlo,* quia homini in quo eſt humilitas, ſiue humilitatis gratia, ingreſſus ad altiſſima ſentimenta, & ſecreta Dei benigniſſime diſpenſatur: quod tamen per aliquam falſam illuſionem & deceptionem nemo poteſt claudere, ſcilicet niſi homo clauſerit per ſuperbiam ſibiipſi. Sunt nanque plerique, qui viſiones & reuelationes, quæ ſupra naturam ſunt, atque ſupra communem curſum eorum, qui amant & timent Deum per veram fidem concupiſcunt & quærunt, nec intelligunt, quod quaſi impoſſibile eſt talia quærere & deſiderare abſque radicata ſuperbia, & abſque fundamento præſumptionis, & ſine tentatione vanæ curioſitatis circa ſecreta Dei. Nec inſuper poteſt eſſe ſine fragilitate & defectu fidei. Vnde merito ex diuino iudicio permittuntur tales ruere in periculoſas illuſiones & deceptiones diaboli, & in falſiſſima ſentimenta. Hic profecto eſt mons, per quem modernis temporalibus in magna parte diſſeminat diabolus tentationes ſpirituales, atque radicat eas in cordibus illorũ, qui veri Antichriſti nuntij ſunt. Tales quippe ſibiipſis oſtium claudũt, ne poſſint intelligere quomodo decipiuntur & illuduntur à diabolo, atque operam præſtãt, ne ingredi poſſint ad talia ſpiritualia dona. Secundum concurrens eſt conſolationũ meritum. Porro quanto quiſque maior eſt in conſpectu ſui, tanto minor eſt in conſpectu Dei. At è contra quanto amplius homo ſibiipſi vileſcit, tanto coram Deo in gratia creſcit. Et tali animæ Chriſtus ſubdit, *Quia modicam habes virtutem.* Modica virtus digne humilitas appellatur: tum quia facit hominem ſeipſum modicum reputare: tum quia facit hominem modica apperere, nec gloriam propriam affectare: tum quia non conatur reſiſtere donis Dei. Quaſi ſit humilitas triplex. Prima eſt humilitas reputationis in intellectu: à cuius contrario, Coloſ. 2. c. Apoſtolus de quodam ſuperbo ait, *Ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ.* Secunda eſt humilitas affectionis in affectu, qua homo non afficitur ad propriam altitudinem, iuxta Apoſtoli præceptum, qui Rom. 12. cap. ait: *Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.* Tertia eſt humilitas inclinationis in conatu, quia Iac. 4. cap. ſcriptum eſt: *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Prædictam triplicem humilitatem habentibus merito oſtium reuelationum & magnorum donorum, & conſolationum à Domino aperitur: nec procedunt ex aliquo humano ſtudio, deſiderio ſeu conatu: ſed ſolummodo, veniunt ex ſumma bonitate & miſericordia Dei in animam exiſtentem, non tantum in præfata triplici humilitate, ſed etiam in magno Dei timore, & ſumma reuerentia eius atque magno fidei amore atque feruore. Sunt tamen plerique, qui ſtudent atque conantur humiliare ſeipſos, habere timorem atque reuerentiam erga Deum, ad hoc vt ſcilicet habeant ſupernaturales conſolationes, reuelationes, viſiones & ſentimenta. Et hi quoque etiam eiſdem deceptionibus illuduntur, cum eandem radicem & fundamẽtum finalem intentionem habeat, ſicut deſiderium ante dictum. Proinde merito dignum eſt,

Tria concurrunt ad ſpiritualem conſolationem.

Apoc. 4.

Secundum.

Quanto quiſque ſibi maior videtur tãto coram Deo minor eſt.

Prima.

Coloſ. 1.

Secunda.

Rom. 12.

Tertia. Iacob. 4.

Plures ſpiritualiter decipiuntur.

Diabolus ſuperbia ſuggeſtor.

Luc. 1.

Per inanem gloriam Angelus cecidit.

Digitized by Google

est, vt in eandem sententiam,& derelictionem Dei deueniant,sicut & supradicti. Plerique etiam seducuntur putantes per Spiritum sanctum fieri, quod ipsi prius finxerunt,vel quod spiritus erroris eis suggessit. Proinde vaticiniis iam vsque ad nauseam repleti sumus : vt puta de Antichristi aduentu,de signis iudicij propinquantis, de Ecclesiæ persecutione & reformatione, & similibus.Quibus etiam viri graues atque deuoti plusquam oportuit creduli extiterũt,de scripturis Ioachim, & aliorum vaticinantium interpretationes varias extrahentes.Quæ & si vera & authentica forent:attamen seruis Dei plura alia reperirent,in quibus possent fructuosius occupari,cum Dominus Iesus Christus, Actu. 1.c. in plurimis tales temporum curiosos inquisitores reprehenderit, dicens. *Non est vestrũm nosse tempora vel momenta,quæ pater posuit in sua potestate*: non hominis. Tertium concurrens est obiectum consolationum : vt enim humilitas grata sit Deo, duo maxime requirũtur. Primum, quòd sit verbis Christi conformata, & quòd non secundum proprium sensum bonis operibus homo insistat.Et de hoc subditur Apoc. 3. *Et seruasti verbum meum.* Porrò verbũ Christi per diligentiã seruari debet, vt tam attentione mẽtis,quã instantia executionis doctrina Christi adimpleatur,quæ in hoc maxime cõsistit, quod in omnibus bonis requiratur gloria Dei.Secundũ quod sit diligens & operosa & exercitata,& vsque in finem ad gloriam Dei perseueret.Et de hoc subditur, *Et non negasti nomen meum.* Profecto nomen Christi negat,qui scilicet per gloriam & delectationem propriam à Christi humilitate apostatat. Vnde Ecclesiast.1. scriptum, *Initiũ superbiæ hominis apostatare facit à Deo.* Qui enim in donis gratiæ non ipsum attollit, sed seipsum extollit: hic iam primum mentem à Deo per superbiam separat : Dei enim dona sibiipsi imputat : & per hoc propter donorum complacentiam seipsum, non Deum amat : & hæc est vera negatio Christi, de qua Iob.31.cap.scriptum est, *Si vidi solem confulgentem, & lunam incedentem clare, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.* Solem fulgentem, & lunam clare incedentem videt, qui successum in temporalibus, seu spiritualibus gratiis habet,seu habere se putat : ex quarum gratiarum complacentia homo non Dei, sed manum propriam osculatur : quando omnia supradicta bona sic habet : quasi à propria manu, non diuina adeptus sit.Et hæc iniquitas maxima non solum superbiæ in seipso reputationis & gloriationis, sed etiam maximæ ingratitudinis contra Deum, vt digne Dei negatio nominetur, cum à munifica manu eius munera accipiuntur, & mox ingratitudinis gladio manus Domini amputatur.In multis igitur hominibus antiquus hostis hanc negationem sub prætextu visionum & reuelationum diuersissime & astutissime operatur in his,in quibus regnat præsumptio spiritualis,& secreta ambitio famæ, gradus & dignitatis. Nam sunt nonnulli, qui miro modo decepti faciliter bibunt calicem Babylonis, agiliter suscipientes in se,vel ab aliis visiones & reuelationes, quæ extollunt & ducunt eos ad altos gradus : vt puta ad Papatum,vel ad alias dignitates.Et licet quidam eorum ex miris reuelationibus hoc habuisse assererẽt,tamen semper illos sicut extiterunt, deceptos & illusos existimaui. Quod quanti periculi sit, nunc nostris temporibus experitur ipsa infœlix Christianitas, in infœlice infœlix dum per hanc illusionem, vt manifesta iudicia clamant,delusum antipapam tam horribile, & scandalosum monstrum in ecclesia,parturiuit, quod est iniquitas maxima,& negatio contra Deum altissimum.Tu vero, qui ne fallaris spiritus discretionem habere desideras : solerter caue, ne in tua oratione & contemplatione aliquo modo sustineas in anima tua consolationem aliquam : quamuis magnam, quamuis altam, fundantem se in æstimatione seu præsumptione superba tui ipsius,aut ducentem te in ambitionem tuæ propriæ gloriæ & honoris, non tantum in præsenti vita, sed etiam in futura, ex quo videlicet consolatio supradicta includit principaliter tuæ propriæ affectionis refectionem atque saturitatem.Indubitanter itaque tene,quod anima talem consolationem amplectens, ruit in maximam multitudinem periculosorum errorum & vitiorũ. Nam iusto iudicio suo permittit Deus ipsi dæmoni potestatem per plurimas vias & multiplicia argumenta augendi consolationem prædictam atque imprimendi cum consolatione præfata periculosissima sentimenta atque alias illusiones, quibus anima iam imbuta credat & arbitretur esse reuelationes veraces. Ah Domine Deus, tu scis quot modernis temporibus his fallaciis decipiuntur: Nam & maior pars non dicam raptuum tuorum, sed rabierum antichristi discipulorum & nunciorum per hunc modum procedit. Proinde dilectissime frater,qui legis, diligenter caue, ne in oratione & contemplatione tua sustineas nisi consolationem illam, quæ perseueranter sequitur post prædictam veram tui cognitionem & post perfectam sensibilitatem tuæ nihilitatis & tuæ imperfectionis, & quæ procedat & veniat cum tui magna subiectione, magnitudini & altitudini Dei per altam reuerentiam: nec non & cum magno desiderio gloriæ & honoris eius, non tui : ita quod consolatione antedicta principaliter in prædictis vel in consimilibus aut æqualibus fundetur & stabiliatur. Nec prætereundum puto, quod plerique ita horribiliter seducuntur, & decipiuntur, vt putent sibi in visione apparere Christum, vel ipsam Virginem benedictam: & non tantum osculis & amplexibus, verum etiam indecentioribus gestibus, & actibus demulceri ab eis : credentes quod sicut eorum spiritus interius ab illis consolatione & delectatione repletur, ita & caro exterius sibi congruo oblectationis sensu sensibiliter carnalibus demulceatur. Quod non tantum seductoritum, & falsissimum est : verumetiam grauissimum genus blasphemiæ comprobatur. Porro visitatio Spiritus sancti, sicut contra omnia vitia detestanda & reprimenda infunditur : ita quoque efficaciter contra carnales illecebras toto suo impetu aduersatur, atque vbi spiritus munditiæ iubare suo in anima fulserit,continuo omnes prauæ voluptatis motus euanescere, & nebulas tenebrosas superueniente diuino lumine disparere necesse est.Huiusmodi autem homines,cum aliquando dulcedinem spiritualẽ sentiunt,continuo quoque carnalis,& fœdæ delectationis pruritu illecti fœdari solent.Nescio quippe,quid de his iudicem,nisi quod potius eligo illos carere floribus,quam de luti sordibus colligere vellem. Et sicut illos damnare non audeo,qui inuiti quandoque in huiusmodi spiritualibus affectionibus carnalis fluxus liquore maculantur : ita quoque istos excusare nescio, qui tali fluxu ex consensu delectantur, etiam qualiscunque eorum bona intentio videatur. Quatuor deceptiones in spiritualibus exercitiis, plurimi quoque in delectationibus spiritalibus periculosè falluntur etiam in spirituali gustu atque ad quadruplicem differentiam tales fallaciæ reduci possunt.Prima est differentia diabolicæ deceptionis,secunda artificiosæ transformationis, tertia naturalis passionis, quarta insufficientis aptitudinis. Atque tales deceptiones primæ & secundæ personæ communicantur : quia non tantum decipiuntur hi, qui istas sustinent, sed etiam illi qui eas vident, & fidem adhibent. Prima enim differentia harum fallaciarum est diabolicæ deceptionis. Et harum modi innumerabiles sunt ; quia miris & innumerabilibus modis animabus insidiatur serpens antiquus ad decipiendum eas, de quibus satis dictum est in antecedenti sermone, articulo 1. & cap. 4. & etiam aliqua in præsenti capitulo dicta sunt, atque domino operante dicturi sumus in tractatu septem tentationum. Secunda differentia deceptionum est artificiosæ transformationis.

Actu. 1.

Duo requirit humilitas Deo grata.

Apoc. 3.

Quò Christi nomen negat. Eccl. 1.

Iob. 31.

In visionibus plures decipiuntur.

Visitatio Spiritus sancti ad quid datur.

Quatuor deceptiones in spiritualibus sensimentis.

Prima differentia.

Præsumptio maxime fugienda.

Secunda.

Digitized by Google

Sunt nanque plerique qui ſeipſos violentant ad lachrymas & feruores & per quoſdam exteriores actus ad ſentimenta ſupernaturalia elaborant, & in hac tentatione ſeipſos cogunt. Ex quo fit quod paulatim natura per talium conſuetudinem aſſueſcit: vnde artificioſæ transformationes, & non veræ diabolo adiuuante in talibus oriuntur. Et videbitur magnum quid, quod tamen ex gratia, & quodammodo ex natura fit. Tales, atque omnes eis credentes decipiuntur: quia non intelligunt, quod gratia violentari non debet in huiuſmodi inflammationibus, & lachrymis, & conſimilibus, niſi gratia ipſa cogat. Quia quando vult Dominus animam dono ſuæ gratiæ viſitare, non eſt quod poſſit ſe abſcondere à facie eius, ſed ſe vocanti obedire neceſſe eſt. Conſueuerunt tamen quidam huiuſmodi inflammationes, atque feruores, & talia dona ſingularia in conſpectu hominum pro poſſe retinere, renuere, vel occultare, ne de eis percipiat quiſquam, & non ad inſipientiam ſibi. Conſolationes vero & deuotiones, quæ in deuota & humili oratione in ſecreto inſipientibus venire ſolent, reſpuendæ ab eis nõ ſunt, cum plurimum vtiles ſint animabus imperfectis, atque perfectis. Poſſet tamen in aliqua anima tanta perfectio eſſe, quod de omnibus conſolationibus ſpiritualibus priuari deſideraret, & hoc vt eſſet confixa cum Chriſto in cruce. Tertia differentia deceptionum eſt naturalis paſſionis. Profecto quædam paſſiones naturales, ſeu infirmitates ſunt, quæ etiam peritiſſimis medicis abſconduntur. Hæ vt plurimum iuxta virtutes, vel vitia animarum, in quibus ſunt per ſigna & opera ſe manifeſtant. Proinde quidam minus intelligentes, quæ ſint opera ſpiritualia, quãdoque credunt eſſe opera ſpiritus Dei, & quandoque opera ſpiritus diaboli, ecundum quod perſona in quibus ſũt ad bonum vel ad malum diuerſimodè inclinatur, & tamen naturalia ſunt, licet quandoque ſpiritus nequam poſſit ſe in eis multipliciter immiſcere. Talibus delectationibus & tentationibus ſi ſpiritualia remedia non proſint, poſt dorſum proiiciendæ ſunt, atque tradendæ obliuioni, vel negligendæ, aut fugiendæ: nec etiam niſi fortè generaliter confitendæ, nec aliquo modo recogitandæ, ſed exiſtimandum eſt, quod ſint paſſiones & fragilitates, vel infirmitates communes ſtatui huius vitæ. Quarta differentia deceptionum eſt inſufficientis aptitudinis. Anima enim quæ non eſt ſenſatæ rationis in operibus ſuis, maxime in his, in quibus laudabilis diſcretio neceſſaria eſt, raro ſe perfecte accommodat perfectioni virtutum, quia nec vitia prudenter cauet, nec virtutes cum prudentia imitatur. Sed qui vitia non prudenter euitat, & virtutes cum frequenti ſolicitudine non frequentat, ad ſublimitatem diuinorum donorum peruenire non poteſt. Proinde ſi in talibus aliqua ſanctificata, & ſpirituales delectationes apparent eis minime credi debet, quia ibi aliqua de ſupradictis, vel aliis deceptionibus, ſeu fallaciis latere credendum eſt.

Maxima diſcretio in ſpiritualibus exercitiis neceſſaria eſt.

Tertia.

Quarta.

Octaua regula diſcretionis bonarum inſpirationum eſt, quando anima ex ſpiritualibus delectationibus amplius in fide & moribus illuſtratur.

CAP. IV.

QVarta regula diſcretionis addi poteſt, quæ talis eſt. Recipienda eſt inſpiratio, ſi adueniente ſpirituali delectatione anima in fide, & moribus amplius illuſtratur, & ſolidatur: vt enim clarius eluceſcat regula præſens, tria conſiderare neceſſe eſt. Primo, quid eſt lumen ſpirituale: ſecundo, quid eſt lumen fidele: tertio, quid eſt lumen morale. Primo conſideremus, quod eſt lumen ſpirituale: quod quidem clareſcere poteſt, ſi primo intelligamus naturam luminis corporalis: profecto ad corporis noſtri viſum quatuor requiruntur. Primo oculus diſpoſitus ad videndũ, ſecundo obiectũ formatũ ad viſum, tertio lux inter obiectũ & oculũ, quarto mediũ inter oculum & obiectum diſcrete proportionatum. Si enim quodlibet horum in ſua proportione perfectum fuerit, perfectus equidem erit viſus. Et quanto omnia ſupradicta erunt perfectiora, tanto viſus perfectior erit. Si igitur corporeus viſus pluribus indiget, quæ ſibi cõueniant, vt exequi poſſit officium ſuum: quãto ampliùs aſpectus ſpiritualis aliis & perfectioribus indiget, quæ illi neceſſaria ſunt. Hæc etiam quatuor diſtinguere poſſumus. Primo enim neceſſe eſt habere intellectum ſumme purificatum, ſecundo vero obiectum certe determinatum, tertio quoque lumen deſuper datum, quarto Dei amorem animæ communicatum. Primo enim neceſſe eſt habere intellectum ſumme purificatum, qui ſcilicet in Deum oculo ſimplici intuendo inter mundana mundi, mundum habeat aſpectum, iuxta illud Matt. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Secundo obiectum certe determinatum, quod eſt nolle offendere creatorem, ſed velle facere voluntatem Dei: ſupplicando Dominum cum Propheta, atque dicendo, *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Tertio lumen deſuper datum, iuxta Propheticum illud, *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Quarto Dei amorem animæ communicatum, iuxta illud primæ Ioan. 4. *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Quanto igitur hæc quatuor in anima ſunt maiora, atque perfectiora, tanto maius eſt lumẽ in intellectu, & è conuerſo. Secũdo conſideremus quid eſt lumen fidele, quod eſt neceſſarium ad ſalutem noſtram, ſicut in ſymbolo Apoſtolico continetur, in quo triplex ſcriptura cõtinetur, ſiue comprehenditur, quam quilibet Chriſtianus adultus tenetur credere implicite, vel explicite, ſecundum ſtatus perſonarum varietatem. Prima ſcriptura eſt totum teſtimonium nouum, propterea in ſymbolo ſcriptum eſt, *Secundum ſcripturas*; quod eſt dicere, Credo Chriſti incarnationem, natiuitatem, paſſionem, reſurrectionem Chriſti, &c. quæ dẽ Domino Ieſu Chriſto, dictante Spiritu ſancto, in nouo teſtamento ſcripta ſunt. Secunda vero ſcriptura eſt teſtimonium vetus, quod in ſymbolo continetur, cum dicitur, *Qui locutus eſt per Prophetas.* Profecto omnes qui ſcripſerunt teſtimonium vetus fuerunt Prophetæ, ſicut patet de Moyſe, Iob, Pſalmiſta, Salomone, Iſaia, Ieremia, & aliis ſcriptoribus eius. Tertia vero ſcriptura credenda eſt, quicquid à ſancta Romana Eccleſia in decretis, decretalibus, & extrauagantibus determinatum eſt. Quod etiam in ſymbolo continetur, cum dicitur, *Et vnam ſanctam catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.* In his inſuper continetur quicquid de ſcripturis ſanctorũ Doctorum ab Eccleſia approbatũ eſt: ſed de his plenius dictum eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana religione, ſermon. 3. art. 3. quaſi per totum. Tertio conſideremus, quid eſt lumen morale: hoc ſiquidem eſt lumẽ quatuor virtutum moralium, ad quarum obſeruantiam obligamur tam ex lege naturæ, quam ex lege veteris & nouæ ſcripturæ, cum & moralia veteris teſtamenti euacuata non ſint, ſecundum Alex. alióſque Doctores. Ex his tribus luminibus clareſcere poteſt intellectus regulæ ſupradictæ. Vnde omnis delectatio ſpiritualis, & omne ſentimentum, quantumcunque altum, & omnis viſio, ſeu reuelatio & apparitio, quantumcũque certa: ex quo ducit cor tuum in affectionem, ſeu opinionem contra aliquem articulum fidei, aut contra bonos mores maxime contra honeſtatem, & contra humilitatem fugias, & abhorreas, quia abſque dubio ex parte diaboli ſunt, quia non addunt, ſed auferunt lumẽ, & imprimũt cæcitatẽ de his, quæ ſunt fidei, atque bonorũ morũ. Ah Deus, quot ſimplices decipiuntur ſub pallio ſpiritus. Tu vero, qui recto itinere gradi deſideras, prudẽter caue à quibuſcũque, licet habeãt altam vitam, aut magnã deuotionẽ, aut intellectum clarũ, ſeu quancunque aliã ſufficientiã: ſic clare cognoſces, ſiue probabiliter intelliges, quod conſilia eorum, aut modi non ſunt ſecundum veram diſcretionem, iuxta vitam à Chriſto, & à Sanctis datam,

Lumen ſpirituale.

Intellectus purificatus.

Obiectum determinatum. Pſalm.

Ioan. 4.

Quid lumen fidele.

Secunda ſcriptura.

Tertia ſcriptura.

Tertio conſiderandum.

Sub pretextu deuotionis plures decipiuntur.

&

Digitized by Google

& à sacra scriptura probatam, & à verbis sanctorum Doctorum prædicatam & declaratam. Nec timeas parui pendere, seu irritare, aut contradicere modis & consiliis prædictorum, quia non offendes per superbiam, aut præsumptionem, dum modo id agas veritatis zelo & rectitudinis atque rectæ viæ amore: immo peccares, si talibus totis viribus non obstares, quia 86. dist. c. facientis: scriptum est: Non caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, & extra de homicid. cap. sicut dignum. Nèc caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare: immo tales episcopis & inquisitoribus accusandi sunt, & denunciandi, quia dicitur, 4. Reg. 7. 4. Reg. 7. *Si tacuerimus, & noluerimus nunciare vsque mane*, sequitur, *Sceleris arguemur*. Omnino fugiendæ sunt & abhorrendæ familiaritates & conuersationes talium deceptorum, qui prædictos errores disseminant, & diffundunt: insuper & eorum, qui sustinent & laudant prædictas personas. Nec audienda sunt prædictorum verba, nec videndi sunt eorum modi: quia tales monstrabunt tibi in multis verbis & modis maximam simulationem perfectionis, quæ si acceptares tanquam diuina & bona, rueres in præcipitium errorum suorum, & suorum vanorum & inhonestorum modorum. Nec existimandæ sunt eorum visiones & raptus: immo si dicunt, vel diuertunt ad aliquid, quod sit contra fidem, aut contra scripturam sacram, siue contra bonos mores, seu contra vitam & verba Sanctorum sanè accepta: abhorreas eorum visiones tanquam falsas delusiones & eorum sentimenta tanquam stulta deliramenta, & raptus eorum tanquam rabies stultorum. Veruntamen si inducunt ad ea, quæ sunt secundum fidem & secundum scripturam sacram & bonos mores, non despicias ea: quia forte despiceres ea, quæ Dei sunt. Non dico tamen quod omnino confidas in eis: nam in deceptionibus spiritualibus falsitas induit occultissime similitudinem veritatis & malitia similitudinem bonitatis, vt possit diabolus facilius absque suspicione effundere virus suum. Proinde visiones, motus & raptus, & similia habentia apparentiam bonitatis, & veritatis, non multo apprecieris, nisi venirent quibusdam, de quibus ratione sanctitatis, humilitatis, atque soliditatis, & discretionis magna experientia probatum, certum, & manifestum est, quod decipi minime possent per diaboli deceptiones & illusiones. Et licet etiam tunc pium sit credere visionibus & sentimentis talium personarum, tamen securius est non credere præfatis visionibus ratione sui, sed solum quia concordant cum catholica fide, & cum scriptura sacra, & bonis moribus, atque cum vita & verbis Sanctorum à Romana Ecclesia approbatorum, & cum ratione fundata super prædicta. Nonne tempore B. Bernardi & aliis præcedentibus & sequentibus temporibus, insuper & temporibus nostris etiam, dum eram puer iam sunt quinquaginta anni, cucurrit delusio multarum reuelationum, & visionum asserentium Antichristum iam fuisse natum? Quæ reuelationes ratione apparétis vitæ, ac ratione famæ eorũ qui talia prædicauerunt, atque scripserunt apparuerunt veræ: & tamen sicut sæpius prædicaui experientia teste, fallaciæ dæmonũ repertæ sũt. Et licet forte multa bona in aliquibus talis credulitas operata sit, quod nouit Deus: tamen astutia serpentis antiqui magnum effectum sortita est: dum sæpius hanc illusionem disseminans malignissime operatur, vt toties diffusus hic error inter Christianos hoc agat, quod tempore veri Antichristi aduentus eius à populis non credatur, nec per consequens timeatur. Quod apud intelligentes, & illuminatos est graue damnum, & periculum magnum.

In deceptionibus spiritualibus quomodo se induit falsitas.

Falsa reuelationes.

Articvlvs Tertivs.

De vltimis quatuor regulis discretionis inspirationum, quæ inducunt ad laborem & delectationem.

TErtio sunt inspirationes quædam sanctæ, quæ cruciant & delectant, & de his etiam quatuor regulæ subiungantur, vt de eis discretio haberi possit.

Nona regula discretionis inspirationum quomodo absque occasione scandali animarum illuminatarum inspirationes suscipiendæ sunt, vbi de triplici scandalo disputatur.

Cap. I.

Prima regula ad suscipiendas inspirationes.

PRima regula hæc est. Inspiratio acceptabilis est, si delectatio, aut pœna est sine occasione scandali proximi à Deo illuminati. Ad huius regulæ intellectum aliquid videre de scandalo necesse est. Et primo videamus, quid est scandalum. Secundum enim glossam super illud Mat. 18. *væ mundo à scandalis*: quod potest esse thema pro materia scandali. Scandalum est dictum, vel factum minus rectum, præbens aliis occasionem ruinæ: à quibusdam aliis sic describitur. Scandalum est dictum, vel factum, vel signum, cuius occasione trahitur quis in consensum mortalis culpæ. Sed secundum Alexand. de Ales in 2. q. 56. prima diffinitio sufficiens est: quia dictum, vel factum in prædicta diffinitione largo modo accipiuntur, vt comprehendant omnem nutum, vel signum: sub facto enim hæc comprehenduntur, vel propter quandam conuenientiam sub dicto, eo quod innuens vel signum faciẽs quodammodo dicit. Circa autem materiam de scandalo triplex scandalum ad præsens consideremus. Primum est necessarium, secũdum actiuum, tertium passiuum. Primo inquam est scandalum necessarium, quia Dominus, Mat. 18. ait, *Necesse est vt veniant scandala*. Et Luc. 17. iterum ait, *Impossibile est vt non veniant scandala*. Sed vt hæc veritas Christi recte intelligatur in scandalo, triplex necessitas distinguenda est, secundum Alex. de Ales, vbi supra. Prima est ineuitabilitatis, secunda malignitatis, tertia vtilitatis. Prima est necessitas ineuitabilitatis, vbi non cooperatur aliquo modo liberum arbitrium. Et hoc modo non est necesse scandala euenire. Quod probatur triplici ratione, videlicet: Primo, quia scandalum esset inculpabile: secundo, quia esset ineligibile: tertio, quia esset immutabile. Primo, quia scandalum esset inculpabile: nam necessitas culpabilitatẽ tollit. Quod per simile Chrys. apertè ostendit dicens: Nullus incusat eum, qui necessitate talis est: sed magis veniam dat, vt si aliquis à natiuitate cœcus est: si vero ex propria malitia non sit: eodem modo si ex necessitate veniant scandala, nullus inculpabitur, sed faciens scandalum inculpatur. Non ergo ex necessitate, sed ex electione liberi arbitrij scandala oriuntur. Secundo, quia scandalum esset ineligibile id est nõ veniret ex electione nostra, quod falsum est. Chrys. autem ait: Si in quibus nos incusamus, testamur vere id esse eorum manifestum, quoniam in quibus increpamus, ostendimus, quoniam electionis est hoc delictum. Tertio, quia scandalum esset immutabile. Nã quæ naturalia sunt, nõ transmutantur de facili: sed hoc de facili transmutatur. Qui enim despexit pauperem, iam nõ despicit illum, & è conuerso. Ergo scandalũ non est à natura, nec etiam à Deo est. Tunc enim non diceret Dominus, Mat. 18. *Væ illi, per quem scandalum venit*. Secũda est autẽ necessitas malignitatis sc. quæ oritur ex dispositione naturę corruptæ, seu cõsuetudinis prauæ, secũdum conditionẽ hominũ, qui sibi à peccatis nõ cauent. Et hoc modo intelligi potest, quod necesse est vt veniãt scãdala, sicut dicitur, quod necesse est ægritudinem aliquam superuenire

Scandalum quid.

Scandalum necessarium. Matt. 18. Luc. 17.

Triplex necessitas.

Necessitas tollit culpabilitatem.

Scandalum immutabile.

Matt. 18.

Digitized by Google

his, qui dictam debitam non obſeruant. Sed non eſt neceſſe eum, qui attendit & cauet ab ægritudine corrumpi: & hoc modo Chryſoſt. ait: Nihil ita nociuum eſt, vt conuerſatio perniciosa. Et iterum ſi quæras, vnde ſunt mala: dico & à commorando, vel conuerſando cum perniciosis, & à contemnendo virtutes. Tertia vero eſt neceſſitas vtilitatis, quia neceſſe eſt, hoc eſt vtile eſt ex comparatione ad finem, ſiue ad bonum, quod ex illo elicit Deus. Et ſecundum hunc ſenſum

1. Cor. 11. 1. Cor. 11. Apoſt. ait: *Neceſſe eſt hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiant.* Sic enim neceſſe eſt ſcandala euenire. Ex illis enim elicit Deus bonum. Proinde

Deus ex ſcandalis bonum elicit. Chryſ. ait: Scandala eligunt ſtabilitatem, non eam faciunt: quare ſi vigilauerimus, non paruum hic fructificabimus lucrum. Si autem hoſtibus exiſtentibus & tantis tentationibus imminentibus dormimus, qua erimus digni venia in ocio viuentes? Et per hoc manifeſte poſſunt intelligi verba Chriſti ſupradicta, dicta in Matth. & Luca, quia ibi non dicitur de neceſſitate ſecundum primum modum, ſed de neceſſitate ſecundum ſecundum & tertium modum. Si enim diceretur ſecundum primum modum, tunc locum haberet, quod opponendo Chryſ. ait. Si neceſſitas huiuſmodi eſſet, tolleretur omnis culpa. Secundum eſt ſcandalum actiuum; &

Scandalum actiuum quid. hoc eſt, quod ſuperius diffinitur ſecundum enim Bern.

Tripliciter quis peccare poteſt. tripliciter peccare contingit ſcilicet ex infirmitate, ex ignorantia, & ex certa malitia. In primis quippe duobus caſibus cauendum eſt, ne aliquid operemur, quod alteri cauſa, vel malitia ſcandali fiat: cum ſcilicet ex infirmitate, vel ignorantia id procedit. In tertia vero non, ſcilicet cum ex certa malitia ortum habet. Vnde Dominus de Phariſæis, qui ex malitia ſcandalizabantur,

Matt. 15. Matt. 15. c. diſcipulis ſuis ait: *Sinite illos, cæci ſunt & duces cæcorum.*

Matt. 17. Ac de quærentibus didragma, Mat. 17. c. in fine ait Petro: *Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle; & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens, da illis pro me, & pro te.* Et de hoc 11. q. 3. cap. inter verba. Proinde Bern. ait, Illorum ſcilicet Phariſæorum ſcandalum ex malitia procedit: eorum ex ignorantia deſcendit: iſti ſcandalizantur, quia veritatem neſciunt, illi odiunt. Quia quandoque ſcandalum ſumitur ex doctrina ſana, vt in præal. cap. inter verba ſecundum enim Thom. 2. 2. q. 43. quando ſcandalum oritur ex ignorantia, vel infirmitate, quod eſt ſcandalum puſillorum, debent ſpiritualia opera occultari, vel etiam differri, vbi periculum non immineat, quouſque reddita ratione ſcandalum huiuſmodi ceſſet. Si autem poſt redditam rationem duret, iam patet, quod qui inde ſcandalum ſumit, non ex ignorantia, ſed potius ex malitia procedat: & ſic propter ipſum non ſunt opera ſpiritualia dimittenda. Hieron. autem dat regulam circa hæc, quæ talis eſt. Omne, quod poteſt fieri, vel non fieri, ſalua triplici veritate, propter ſcandalum omittendum eſt. Sed ſi veritas in periculo ſit, propter ſcandalum non eſt omittendum bonum, ſcilicet vt omittatur veritas vitæ, veri-

Veritas iuſtitiæ & doctrinæ. tas iuſtitiæ, vel veritas doctrinæ. Verbi gratia, ſecundum Alex. de Ales, vbi ſupra. Si ſcandalizantur parentes, niſi ego poſtquam voui intrare religionem ad ſeculum redeam, redire non debeo, quia veritas vitæ eſt in periculo. Similiter ſi ſcandalizantur auditores, quia prædico fidem Chriſti, ſeu decalogum, non debeo dimittere, quia veritas doctrinæ eſt in periculo. Item ſi reus ſcandalizatur, quia profero ſententiam rectam, dimittere non debeo, quia veritas iuſtitiæ in periculo eſt. Diſtinguuntur autem hæ tres veritates ſecundum tres animæ vires. Nam veritas vitæ concupiſcibilem ordinat ad bonum, veritas iuſtitiæ iraſcibilem compeſcit à malo, veritas doctrinæ rationalem informat ad bo-

Veritas vitæ. num diſcernendum, & malum fugiendum. Prima eſt veritas vitæ, quæ ad omnes pertinet. Et eſt adæquatio vitæ, ſeu conuerſationis ad regulam recte viuendi, id eſt ad legem Dei comprehendens omnia præcepta prohibita & conſilia, hoc eſt omnia, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Et hæc pro nullius ſcandalo dimittenda eſt: reſpectu vero conſiliorum, atque ſupererogationum euangelicæ perfectionis, non eſt ſimpliciter deſerenda, ſed forte vni homini ſingulari ad tempus differenda eſſet pro vitando ſcandalo alicuius: ſecundum enim Thom. vbi ſupra. Impletio conſiliorum, largitio elemoſynarum, & huiuſmodi miſericordiæ opera, quando non ſunt de neceſſitate ſalutis, propter ſcandalum non ſunt ſimpliciter omittenda: ſunt tamen interdum occultanda, vel differenda propter ſcandalum puſillorum, quouſque reddita ratione ſcandalum ceſſet. Quando autem obſeruatio conſiliorum, & impletio operum miſericordiæ ſunt de neceſſitate ſalutis, vt patet in his, qui conſilia vouerunt, & in his quibus ex debito imminet defectibus aliquorum ſubuenire, vel in temporalibus, puta paſcendo eſurientem: vel in ſpiritualibus, puta docendo ignorantem. Et hoc ſiue huiuſmodi fiant debita propter iniunctum officium, vt patet in prælatis, ſiue propter neceſſitatem indigentis: tunc eadem eſt ratio de huiuſmodi, ſicut de aliis, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. De temporalibus bonis eſt diſtinguendum, ſecundum Thom. vbi ſupra. Quia ſi temporalia

Bona temporalia. ſunt nobis ad conſeruandum commiſſa, ſicut bona eccleſiæ committuntur prælatis, & bona communia reipublicæ rectoribus, talium conſeruatio, ſicut & depoſitorum imminet his, quibus commiſſa ſunt ex debito neceſſitatis, & ideo non ſunt propter ſcandalum dimittenda: ſicut nec alia, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Vnde & Beatus Thom. Archiepiſcopus Cantuarienſis repetiit res Eccleſiæ cum ſcandalo regis. Si vero temporalia ſunt talia, quorum nos domini ſumus: dimittere ea tribuendo, ſi penès nos ſunt: vel non repetendo, ſi apud alios ſint, propter ſcandalum quandoque debemus hæc dimittere, quandoque non. Si enim ex hoc

Quando aliqua ſint dimittenda propter ſcandalum. propter ignorantiam, vel aliorum infirmitatem ſcandalum oriatur, quod dicimus ſcandalum puſillorum: tunc vel totaliter dimittenda ſunt temporalia hæc, vel aliter ſcandalum ſedandum eſt, ſcilicet per aliquam admonitionem. Si vero ſcandalum ex malitia ortum habet, quod eſt ſcandalum Phariſæorum: tunc propter eos, qui ſic ſcandalum concitant, non ſunt temporalia dimittenda, quia hoc etiam noceret communi bono, eo quòd daretur malis occaſio rapiendi: atque noceret ipſis rapientibus, qui retinendo aliena remanerent in culpa. Sed de hoc notabiliter, & copioſè Alexand. de Ales, in 2. diſtinct. 56. tractat, quæ cauſa breuitatis omitto. Sed videtur, quòd veritas vitæ ſit propter ſcandalum dimittenda. Nam vitatio cuiuſlibet culpæ pertinet ad veritatem vitæ: ſed homo ad vitandum ſcandalum proximi debet peccatum veniale committere, vt videtur: quia plus debet cauere damnum æternum proximi, quod patitur propter mortalem culpam, qua ſcandalizatus fuit: quàm damnum temporale ſuum, quod patitur per veniale. Et ſic videtur, quòd

An homo obligetur committere veniale. veritas vitæ propter ſcandalum dimittenda eſt. Ad quod dicendum, ſecundum Thom. etiam vbi ſupra, quòd homo non obligatur committere veniale, ne alius mortaliter peccet: nec etiam bene facit committendo, quia ad declinandum peccatum non inclinamur principaliter ex proprio damno. Nam hoc eſſet deſiſtere à peccato timore pœnæ: ſed inclinamur, ne offendamus Deum, cuius offenſa eſt etiam venialis culpa, quamuis non tam grauis, ſicut mortalis. Nullus quippe debet offendere Dominum parum, ne alius offendat multum: quia homo debet in infinitum plus diligere Deum, quàm proximum ſuum. Proinde nullus debet committere veniale peccatum ad ſcandalum euitandum, dummodo actus ſuus ex tali cauſa factus peccatum remaneat veniale, ſicut mendacium officioſum.

Nullus venialiter peccare debet ad vitandum ſcandalum. Contingit tamen, aliquem actum ex aliqua cauſa factum non eſſe veniale, quod aliàs extitiſſet: ſicut dicere verbum iocoſum. Iam enim non eſſet verbū ociosum,

Digitized by Google

sum, cum non careret causa piæ vtilitatis, & sic de consimilibus. Secunda est veritas iustitiæ, & hæc pertinet ad rectores, iudices, & prælatos: atque duas partes iustitiæ in se comprehendit, maximè in prælatis, scilicet seueritatem in corripiendo reos, & liberalitatem in sustinendo miseros, secundum Alexan. de Ales, vbi supra. Tales debent dare veras & iustas sententias, atque pro nullius scandalo debent falsam sententiam promulgare. Nec insuper pro scandalo alterius passiuo iustitiam intermittere debent, nisi iustitia illa sit dispensabilis, & variè moderabilis, vel simpliciter, vel ad tempus. Circa hoc quæri potest, vtrum dimittenda sit aliquando propter scandalum veritas iustitiæ, quæ est in executione seueritatis, vtpote excommunicando delinquentem. Dicendum, secundum Alexand. de Ales, vbi supra, quòd duplex est iustitiæ opus. Nam est quoddam iustitiæ opus distributiuæ, & est quoddam iustitiæ opus punitiuæ. Primum est opus iustitiæ distributiuæ, quod est in reddendo vnicuique, quod suum est, ad hoc vt quilibet habeat, quod ad eum pertinere probatur. Et hoc iudicium maximè quantum est de voluntate, secundum Greg. nunquam pro scandalo dimittendum est. Secundum vero est opus iustitiæ punitiuæ, quæ est in pœnis statutis. Istud quandoque suspendi potest propter pericula, quæ superuenire possunt: & maximè quando Princeps, vel multitudo in causa est. Et hoc propter schisma, quod contingere potest, secundum quod habetur contra epistolam Parmeniani, à contrario sensu. Dicitur enim ibi, quandoque cuiusquam crimen notum est, & omnibus execrabile apparet, vt nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ. A contrario autem sensu, si potest schisma contingere, supersedendum est seueritati disciplinæ. Et tamen non propter hoc dimittitur seueritas iustitiæ, quin velit vnicuique quod suum est reddere quantum est de se: sed suspenditur propter maius periculum euitandum. Et tunc magis instandum est admonitionibus circa discretiones. Thom. vbi supra inquit: Pœnarum inflictio in tantum habet rationem iustitiæ, in quantum per eas crimina cohibentur. Si autem per pœnarum inflictionem manifestum sit plura, atque maiora crimina sequi: tunc pœnarum inflictio non continebitur sub iustitia. Et in hoc casu à punitione peccatorum cessandum est. Alexand. de Ales, etiam distinguit aliter dicens: quia aliquando seueritas iustitiæ, siue disciplinæ dormire non debet: cum aliqui quadam auctoritate peccatum, quod faciunt, defendunt ad modum hæreticorum. Et hoc dat intelligere Isid. cum ait: Hi, qui neque à vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt, vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur, nec gradum honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Si vero non defendunt peccatum suum, & timetur schisma, vel aliud malum huiusmodi, debet dissimulari, cum multitudo peccat Vnde Augustinus ad Bonifacium ait, Cogunt multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum. In huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras, non huius aut illius hominis periculum: sed plurimorum strages iacet, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus sanandis maculis charitas sincera subueniat. Hæc Alexand. vbi supra. Et de hoc patet exemplum notabile, distinct. 4. in cap. denique: vide ibi: & de hoc in Quadragesimali de Euangelio æterno, sermone 38. artic. 3. bene. Tertia est veritas doctrinæ, quæ pertinet ad magistros & Prædicatores. Et hæc dimitti non debet, vbi est periculum communis erroris, nisi ante veritas doceatur: aut vbi notabilis profectus in electis finaliter speratur ex ea: aut vbi in electis notabile damnum salutis timetur, nisi publicè doceatur. Nota in quantum est veritas pro aliquorum scandalo dimittenda. Aliàs est pro loco & tempore tacenda, vel occultanda. Thom. vbi supra ait, Circa doctrinam duo consideranda sunt, scilicet veritas, quæ docetur: & ipse actus docendi. Primum quippe est de necessitate salutis: vt scilicet contrarium veritati homo non doceat, sed veritatem secundum congruentiam temporis, & personarum diuersitatem. Ex hoc exequatur ille, cui officium docendi incumbit. Et ideo propter nullum scandalum, quod sequi videatur, debet doctor, vel Prædicator prætermissa veritate docere falsum. Sed ipse actus docendi inter spirituales eleemosynas continetur. Propterea de illo dictum est, sicut est dictum supra per ipsum Thom. cum agitur de veritate vitæ. De correctione vero fraterna dicit etiam vbi supra Thom. quod cum ordinata sit ad fratris correctionem, ideo in tantum computanda est inter spiritualia bona, in quantum homo subsequi potest. Quod siquidem non contingit, si ex correctione frater scandalum sumit. Proinde si propter scandalum euitandum correctio relinquatur, non tamen dimittitur spirituale bonum. Tertium est scandalum. Thom. vbi supra, scandalum passiuum importat quandam animi commotionem à bono in eo, qui scandalizatur. Nullus autem commouetur, qui firmiter inhæret immobili rei: perfecti enim soli Deo inhærent, cuius immutabilis bonitas est. Nam & si prælatis suis inhæreant: non quidem inhærent eis, nisi in quantum illi inhærent Christo, iuxta illud Apostoli. 1. Cor. 4. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Vnde quantuncunque videant alios dictis, vel factis se inordinatè habere, ipsi tamen à sua rectitudine non recedunt, iuxta propheticum illud, *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.* Et ideo in his, qui per amorem Deo perfectè adhærent, scandalum non reperitur: vnde Propheta ait: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.* Proinde super illud Matth. 18. *Qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis, qui in me credunt,* &c. Hieronymus ait: Nota, quod qui scandalizatur, paruulus est: maiores enim scandala non recipiunt. Sed contra, videtur enim quod scandalum passiuum possit cadere in perfectos: nã Christus fuit in summa perfectione, tamen Matthæi 16. dicit Petro, *Scandalum mihi es:* quanto magis alij perfecti possunt scandalum pati. Ad quod dicendũ, quod scandalum ponitur largè, pro quolibet impedimento. Vnde quia Petrus nitebatur suæ passionis propositum impedire, dixit ei Dominus, *Scandalum mihi es,* id est, obstaculũ. Et licet perfecti viri ex infirmitate carnis interdũ incidant in aliqua peccata venialia, non tamen ex aliorum dictis, vel factis scandalum sumunt, sed naturam scandali, vel rationem: quia non accipiunt occasionem ruinæ: tamẽ potest esse in eis quædã appropinquatio ad scandalum, iuxta Propheticum illud, *Mei autem penè moti sunt pedes,* id est, interiores. Hi sunt intellectus, & affectus, qui penè moti sunt de loco suo, qui est Deus. Hoc dicit propter primos motus, qui non sunt in potestate nostra. Propterea Ecclesiastes 10. cap. admonet dicens, *Si spiritus potestatem habentis,* id est, dæmon, *ascenderit super te,* scilicet per primos motus, *locum tuum,* id est, Deum *ne dimiseris,* scilicet per scandali susceptionem. Sequitur *pene,* id est, quasi *effusi sunt gressus mei.* Gressus intellectus est per cogitationes, & affectus per desideria pergens, quasi dicat. Ex impulsu quasi effusi sunt ad culpam per passiuum scandalum, quod per actiuum scandalum paratum est mihi. Sed iustus, & si tentatur ab eis, qui scandalum parant ei: tamen non consentit scandalum sumens. Tantum igitur peccatores, aut ex infirmitate, aut ex ignorantia, seu ex malitia scandalizantur, sicut superius dictum est: hæc de scandalo longius euaserunt, quàm putaueram. Sed quia talis materia vtilis est ad docendum, & vt ex omnibus supradictis proposita regula clarior fiat, non piget huiusmodi

Veritas iustitia.

An dimittenda sit veritas iustitia.

Opus iustitiæ punitiuæ.

Detrahendũ seueritati vt maculis sanandis charitas subueniat.

Veritas doctrinæ.

Tertium scandalum passiuum.

1. Cor. 4.

Psal.

Psal.

Matt. 18.

Matt. 16.

Scandalum communiter acceptum pro quolibet impedimento.

Psal.

Eccle. 10.

Ex tribus scandalum oritur.

Digitized by Google

modi longius scripsisse. Iam igitur ad regulam redeamus, quæ ait quod inspiratio acceptabilis est, si delectatio, aut pœna est sine occasione scandali primi à Deo illuminati: quod de delectatione, & pœna spirituali, vel sensuali intelligendum est, cum inconsiderabiles deceptiones in vtroque reperiantur: & à paucis cognoscantur, quæ omnes originem habent à propria voluntate, & à superbia spirituali, atque ab amore sui, diabolo miro artificio, & malitia sua hoc cooperante. Hæ profecto ab his, qui diuino radio illuminati sunt, facilè cognoscuntur. Propterea de talibus delectationibus, seu pœnis, eis credendum est, nec eorum iudicia despicienda sunt, aliter absque deceptione esse non potest. Et hoc est occasionem scandali præbere proximo à Deo illuminato: licet ipse verè iustus ex hoc scandalum non assumat. Et licet secundum prædictam regulam summopere cauere debeamus, ne præbeamus occasionem scandalizandi animas à Deo illuminatas: non minus tamen debemus cauere scandalizare infirmos, vel ignorantes,
1. Cor. 8. sicut ex præcedentibus patet. Et Apostolus 1. Cor. 8. cap. in fine ait. *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem.* Charitas enim, in qua Christus pro peccatoribus mortuus est, hoc exposcit. Ignari & inexperti in via spiritus, & communiter omnes seculares sæpe ædificantur de pœna, & de his, quæ cruciant, & affligunt: vtputa de Christiana pœnitentia, de ieiuniis, & similibus: licet sine discretione fiant. Et è contra scandalizantur de aliquibus, quæ delectant: licet quandoque forte nec venialia sint. At è contra qui diuino lumine irradiati sunt, oppositum
2. Cor. 2. iudicabunt: & verificabitur quod 1. Corinth. 2. cap. Apostolus ait: *animalis homo non percipit*, id est, non perfectè capit: quia non intelligit ea, *quæ sunt spiritus Dei*, stultitia enim est illi, quantum ad affectum.
Eccl. 1. Ecclesiastici 1. cap. *Execratio autem peccatoribus sapientia, & non potest intelligere:* scilicet spiritualia, quantum ad intellectum: quia spiritualiter examinatur, id est probatur. Nam, vt dicitur Prouerb. 18.
Prou. 18. *Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixerit*, scilicet homo, *quæ versantur in corde eius: spiritualis autem iudicat omnia*, id est, intelligit, & discernit omnia iudicanda. Non tamen, secundum August. omnia, quæ continet diuina scientia: sed quæ ad vitam, & iustitiam sufficiunt. Dicitur autem homo spiritualis, qui spiritum Dei rectorem habens secundum ipsum viuit, atque intelligit. Et ipse à nemine, scilicet homine carnali iudicatur, id est intelligitur, an bene iudicet, seu malè.

Decima regula discretionis est, quando in opere concurrit aliqua delectatio spiritualis.

Cap II.

Secunda regula discretionis subiungatur, quæ talis est. Inspiratio acceptabilis est, si absque mortali culpa minor est delectatio naturalis cum vitio, quam pœna virtuosæ crucis. Tria, de quibus superius dictum est, ad memoriam reuocanda sunt, ex quibus elucidari possit regula supradicta. Primo quippe supra in hac regula dictum est, quod in naturali delectatione ratio ipsi sensualitati consociata est, atque in ea nec ratio, nec sensualitas in totum prædominatur: sed in ea corporales sensus quandoque paululum delectantur vltra debitum rationis, ex quo venialis committitur culpa. Ex hoc patet, quid est delectatio naturalis cum vitio. Exempli gratia: Hi à quibus ieiunia frequentantur, delectabiliori appetitu manducant, quam ab eisdem quando non ieiunant. Et hæc est delectatio naturalis, & fortè cum veniali culpa. Secundo in eadē quinta regula etiam declaratur, quod in delectatione sensuali, ratio sensualitati subiecta est, vnde ortum habet mortalis culpa. Propterea in hac regula dicitur absque mortali culpa, id est quod delectatio naturalis in delectationem sensualem non transeat, & rationi dominetur appetitus inordinatus, & sensualis: vtputa quia ieiunans in tantam voracitatem prolabitur, quod in ingluuiem, & peccatum gulæ ruit: quod facile contingere potest. Proinde 41. dist. in cap. quisquis, Augustinus ait: Fieri enim potest, vt absque aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens vtatur. Insipiens autem fœdissima gulæ flamma in viliſſimum olus ardescat. Et sanus quisque maluerit more Domini pisce vesci, quam lenticula more Esau nepotis Abrahæ, aut hordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt pleræque bestiæ, quia vilioribus aluntur cibis. Nam in huiusce modi omnibus rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur: sed ex causa vtendi, ex modo appetendi, vel probandum est, vel improbandum, quod facimus. Et in cap. deliciæ: idem ait: Deliciæ quælibet, si absque desiderio percipiantur, non officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ. Dauid enim aquam malè cupitam effudit, & Helias carnes comedit: hæc ille: de Dauid. 1. Paralipomenon 12. de Helia vero. 3. Reg. 17. patet. Tertio vero declaratum est supra in prima regula, quod pœna virtuosæ crucis est difficile opus virtutis amore portatum: sicut sunt paupertas, vigiliæ, ieiunium, & similia. Huius igitur sensus est, quod si principaliter homo ad virtutem laboriosam intendit: vtputa ad ieiunium, & abstinentiæ dilectionem: & tamen ieiunando delectabiliori appetitu comedit, quam non ieiunando: licet ibi veniale sit, tamen dummodo non transeat ad mortale vitium gulæ, non est dimittendum ieiunium propter veniale, quod ibi contingat: quia propter paruum vitium non est dimittendum opus virtutis magnæ, cum tale vitium possit stare cum charitate, secundum Sco. in 4. Quod de se ostendit Propheta, cum ad Dominum ait, *Imperfectum meum*, id est, Psalm. imperfectionem meam *viderunt*, scilicet per approbationem *oculi tui, & in libro tuo*, id est in libro vitæ, *omnes scribentur:* scilicet tales infirmi. Et alibi idem ait, *Pluuiam voluntariam*, id est, charitatis donum gratis ab eo datum *segregabis Deus hereditati tuæ*, id est illis, qui tui electi sunt *& tamen infirmata est*, scilicet per venialem culpam: *tu vero perfecisti eam*, scilicet per charitatem tuam. Hic tamen diligenter obseruandum est, ne tale leue peccatum transeat in grauitatem mortalis culpæ. Vnde per Iob. 24. cap. Dominus ait, *Dulcedo illius* Iob. 24. *vermes*, id est delectabile mortalis culpæ, quæ tandem conuertitur in conscientiæ remorsum & corrosionem, Isa. vlt. *Vermis eorum non morietur*, id est non sit in re- Isa. vlt. cordatione, *sed conteratur quasi lignum infructuosum.* Nam vt dicitur Matthæi 7. *Omnis arbor, quæ non facit* Matth. 7. *fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Arbor, quæ fructum bonum non facit, est voluntas mala, quæ in quantum talis facit opera mala. Et hæc excidetur, scilicet à consortio Beatorum, quod est grauissimum in damnatis, & in ignem mittetur, scilicet gehennæ sempiternæ. Et de hoc Chrys. inquit: Duæ sunt pœnæ, scilicet excidi, & in ignem mitti. Noui quod plurimi illā pertimescant gehennam: ego autem illius amissionem gloriæ amarius, quàm ipsius gehennæ dico suppliciū.

Non qui continentior est quia vilioribus cibis vtitur.

1. Paral. 12. 1. Reg. 17.

Vndecima regula discretionis est de bono opere præponendo, vel postponendo.

Cap. III.

Tertia discretionis regula subdi potest, quæ talis est. Cæteris paribus minus bonum pro maiori bono dimittendum est: ac per consequens maius bonum minori bono præponendum. Porro tria sunt bona præsentis vitæ. Primum est magnum, secundum est maius, tertium est maximum. Primum temporale, secundum corporale,

Tria sunt vita præsentis bona.

Digitized by Google

corporale,tertium est spirituale.Profecto naturalis iustitia hoc exposcit,quod magnum bonum pro maiori, & maius pro maximo postponatur, verbi gratia. Primo in temporalibus naturaliter quidem vnus florenus pro decem,& decem pro centum,ac centum pro mille, vt patet per experientiam,postponuntur.Secundo patet hoc idem in corporalibus : incisio, seu amputatio vnius manus, vel pedis postponitur, ne homo exoculetur : atque oculi postponuntur, ne homo ipsa vita priuetur. Tertio quoque hoc idem patet in spiritualibus. Proinde Matth. 5. cap. Dominus ait : *Si oculus tuus scandalizat te,erue eum & proyce abs te.* Oculus iste dexter est conuersatio cum muliere cum sancta intentione,quæ si scandalizat te,id est,est occasio tuæ ruinæ, seu occasio tuæ infamiæ, erue eum & proiice abs te. Vnde & Chrys. ait:Erat mulier religiosa, & respexi & dixi, debeo visitare illam assiduè, vt illam instruam,& informem in bono: bonus est iste respectus. Factum est mihi in scandalum, eiiciam ergo illud bonum respectu illius, qui factus est malus. Vel oculus dexter acquisita scientia est, vel clericalis status. Qui si cum discrimine propriæ salutis venit: quia nec aliter acquiri potest,eruendus & à se proiiciendus est.Et subdens Dominus ait: *Expedit enim tibi*, id est,magis vtile, vel minus damnosum est tibi, *vt pereat vnum membrorum tuorum*, id est,scientia ista, quam habes : vt tuum membrũ, vel tale studium,aut clericatus, *quàm totam corpus tuum*, id est tu ipse, *mittatur in gehennam.* Item secundum ordinem naturæ primo necesse est postponere bonum temporale pro corporali. Vnde Iob.2.cap. scriptum est, *pellem pro pelle*, id est, corpus proximi pro corpore proprio conseruando : *& cuncta, quæ habet*, id est scientiam huius mundi, & cuncta exteriora : *dabit pro anima sua*, id est, pro sua corporali vita seruanda,sicut & Ioan. 12. cap. cum dicitur: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*Et iterum Lucæ.14. cap.Dominus ait : *Si quis venit ad me,& non odit patrem suum, & matrem,& vxorem, & filios, & fratres,& sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Secundo quoque necesse est postponere non tantum bonum temporale, sed etiam bonum corporale pro bono spirituali. De bono temporali ex se patet, ac etiam Ecclesiasticus 10. testificatur dicens : *Nihil est iniquius, quam amare pecuniam:hic enim & animã suam venalem habet.*De bono corporali iterum Propheta ait, *Qui diligit iniquitatem*, id est bonum corporale præponit spirituali,quod est iniquum:id est non est æquum,*odit animam suam*,id est facit,ac si odiret eam.Tertio insuper.est necesse postponere bonũ spirituale minimum pro minori,& minus pro paruo,& paruum pro magno, atque magnum pro maiori.Necnon & maius pro maximo : & de hoc in Apostolo Paulo exemplum patet, qui 1.Corinth.1.de se ait : *Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.* Nam licet baptismi sacramentum sit necessarium ad salutem,ad maius,seu vtilius officium, scilicet prædicandi elegerat eum Deus. Nam & populi conuertebantur ad baptismi fidem ex verbo Dei, non autem è conuerso. Proinde Rom.10. Apostolus ait, *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi*,scilicet per Apostolos prædicatum.Insuper dici potest, quòd permitti valet veniale pro vitando mortali : & veniale minus pro vitando veniali maiori,& mortale minus pro vitando mortali grauiori. Primo quidem permitti valet veniale,vt euitetur mortale. Nam culpa mortalis in infinitum venialem excedit,cum culpa mortalis priuet infinito bono, quod est increatum.Per veniale vero tollitur quid creatum : vtputa feruor charitatis. Distantia autem priuationum ex his,quæ priuantur,mensurari habet:propterea mortali culpæ debetur æterna pœna, veniali autem temporalis. Secundo vero permitti potest veniale minus pro vitãdo veniali maiori:vtputa in duplici genere venialium. Nam quoddam est veniale ex genere, vtputa ociosum verbum: ac quoddam est veniale ex causa, vt quod ex infirmitate, vel ignorantia perpetratur:quod quidem quandam excusationem habet. Leuius quidem videtur, ac per consequens potius permittendum veniale,quod fit ex causa:quàm hoc quod fit in genere. Tertio etiam permitti potest mortale minus, vt euitetur mortale maius:Verbi gratia,causa de vsura & furto. Nam & Deuter.23.cap.Iudæis præcepit Dominus, dicens:*non fœneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam, sed alieno.*Secundum enim Alexand.de Ales,in 4. Non fœnerari fratri, est ibi positum præceptoriè, tanquàm iustum naturale : quod verò subditur, sed alieno permissio comparatiua : atque ibi permissoriè positum est, ea videlicet ratione,qua permittuntur minora mala,ne fiant grauiora,iuxta quod Deuter.24.Repudiatio vxoris in lege permissa est, atque dato libello repudij diuortium fieri, & hoc ad vxoricidium euitandum.Nam cum essent auari, ne scilicet fierent fures : aut vsurarij in fratres suos : permissum est eis posse vsuras exigi ab alienis. Item Beatus Gregorius scribens Anglorum Episcopo de obseruantia ieiunij quadragesimalis, permisit inordinatum carnium esum in Dominico die Quinquagesimæ,sicut patet distinct.10. cap.denique, vbi ait : De ipsa vero Dominica hæsitamus, quidnam dicendum sit, cum omnes laici & seculares illa die plus solito, & cæteris diebus accuratius cibos carnium appetant : & nisi noua quadam auiditate vsque ad medias noctes se ingurgitent, non aliter se huius sancti temporis obseruationem suscipere putant. Quod vtique non rationi, sed voluptati, immo cuidam cœcitati mentis adscribendum est. Vnde nec à tali consuetudine auerti possunt. Et ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt,ne fortè peiores existant, si à tali consuetudine prohibeantur. Vt enim Salamon ait, Prouerb.30.c. *Qui vehemẽter emungit,elicit sanguinem* Prædicta autem corruptela carnispriuij per totam ferè Christianitatẽ quasi irreuocabiliter etiã inter plerosq; Dei seruos diffusa, atque permissa est. Nec tamen hoc fit sine graui culpa sequentium prædictam abusionem.

Matth.5. *Iob.2.* *Ioan.12.* *Luc.14.* *Eccl.10.* *Psalm.* *1.Cor.1.* *Rom.10.* *Mortali culpa pœna æterna debetur veniali temporalis.* *Deut.23.* *Deut.24.* *Permittitur minus malũ ne grauius fiat.* *Prou.30.*

Duodecima regula, in rebus arduis, atque dubiis quid agendum sit.

Cap. IV.

QVarta discretionis regula subiungatur, quæ talis est. In agendis dubiis & arduis ante operis inchoationem certitudo diuinæ voluntatis inuestiganda est. In talibus quippe operibus hæc certitudo tripliciter quæri potest. Primo per illuminatorum consilium, secundo per orationum patrocinium,vel subsidium; tertio per expectati temporis spatium. Primo inquam per illuminatorum consilium:Secundum enim Tullium in 2.Rheto. Consilium est examinandarum gubernandarúmque causarum subtilis animi prospectus. Quod quidem consilium ante magnarum rerum deliberationem quærendum est. Nam secundum eundem Tullium vbi supra, Deliberatio est ante quodlibet incœptum plena maturitatis, & solertiæ consideratio.Hæc quippe in rebus arduis necessaria sunt. Proinde Ecclesiast.32.admonet,dicens:*Fili sine cõsilio nihil facias*, scilicet graue : & post factum non pœnitebis. Qualis autem consiliator esse debeat,declarat Ambros. 2. de offic. dicens : Aduertendum est, quòd in conquirendis consiliis plurimum valet vitæ probitas, virtutum prærogatiua,beneuolentiæ vsus, facilitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat? Quis de turbida aqua potum petat ? Itaque vbi luxuria est, vbi intemperantia est, vbi vitiorum confusio, quis inde sibi ad hauriendum existimet ? Quis vtilem iudicet alienæ causæ,quem videt inutilem vitæ suæ. Quomodo enim potero eum iudicare consilio superiorem, quem video moribus inferiorem ?

In omnibus necessarium. *Eccl.32.*

Digitized by Google

Supra debet esse, cui me committere paro. An eum idoneum putabo, qui mihi det consilium, quod non dedit sibi? Et mihi eum vacare credam, qui sibi non vacat? Cuius anima voluptates corrumpunt, libido deuincit, auaritia subiugat, cupiditas perturbat, & subdit: *Talis debet esse*, qui consilium dat, vt seipsum formam aliis, atque exemplum bonorum operum exhibeat in doctrina, in integritate: vt sit eius sermo salubris, atque irreprehensibilis, consilium vtile, vita honesta, sententia decora. Ad hoc idem Tobias 10. cap. ait, *Consilium semper à sapiente perquire*, ac econtra Ecclesiast. 8. cap. admonet: *Cum fatuis ne habeas consilium: non enim potuerunt diligere, nisi quæ eis placent*, & cap. 37. ait, *A malo consiliario serua animam tuam.* Et ironicè subdit: *Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de his, quæ emulatur: & cum timido, de bello: & cum negotiatore, de traiectione*, id est, de mercium transportatione, *Cum emptore, de venditione: cum viro liuido, de gratiis agendis: cum impiis, de pietate: cum inhonesto, de honestate*, &c. Secunda certitudo eligendorum quæri potest per orationum patrocinium, seu subsidium. Nam, teste Augustin. ratione melius soluentur dubia, quàm inquisitione alia. Qui enim in talibus arduis, & dubiis se reperit, oret ad Dominum, & ad Sanctos eius, atque orare faciat, maxime seruos Dei, exemplo illorum, qui 2. Paralipomenon. 20. ad præsidium orationum in rebus arduis confugientes dixerunt ad Dominum: *Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Multum valet generalis clamor, & oratio vnius populi, cum in magno discrimine est, & ignorat quid eligendum, sicut ego prædicando per Italiam pluries expertus sum. Et etiam Iudith. 4. cap. exemplum patet. Nam vt ibi dicitur: *Clamauit omnis populus ad Dominũ instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis ipsi, & mulieres eorum. Et induerunt se sacerdotes cilicio, & infantes prostrauerunt contra templum Domini, & altare Dei operuerunt cilicio, & clamauerunt ad Deum Israel vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores in diuisiones, & ciuitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem. Tunc Eliachim, sacerdos Dei magnus circuiuit omnem Israel, allocutúsque est eos dicens: Scitote, quoniam exaudiuit Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis, & orationibus in conspectu Domini.* Tertio insuper hæc certitudo eligendorum, si per prædicta duo non claret, quid eligendum sit, exquiri debet per expectati temporis spatium. Nam vti Seneca ait: maximè sunt contraria consilio festinatio, & ira. Velox consilium sequitur pœnitentia. Multa quippe efficit tempus, quæ perficere non posset voluntas, seu ingenium, aut humana potestas. Tempus clarificat turbatum mare, ad maturitatem perducit fructus, animalia, pisces, & nues per illud suscipiunt incrementum. Vult quandoque Deus non per Angelum, seu per alium modum, sed per medium temporis nos clarificare de eligendis, maxime si perseueramus in oratione. Mutatur siquidem tempus, & cum eo mutantur multa, & in omnibus clarificator consiliorum, & dubiorum est Deus, qui in Trinitate perfecta gloriosus, & magnus viuit, & regnat per infinita sæcula sæculorum, Amen.

Tob. 10. Eccles. 8. cap. 37. 3. Par. 20. Oratio populi totius efficax est. Iudith. 4. Velox consilium sequitur pœnitentia.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de multiplici lumine, quo cognosci possit quæ sint inspirationes implendæ, & quare merentur & quid merentur, qui sermo continet tres articulos, quorum primus tria complectitur capita, & sic duo alij.

Articuli primi, De inspirationibus, quæ meritoriæ sunt.

Cap. 1. De inspirationibus, quæ meritoriæ sunt, quando voluntate & opere adimplentur.

Cap. 2. Quando inspirationes debent voluntate, & non opere adimpleri & de merito & causis earundem.

Cap. 3. De inspirationibus, quæ sunt opere & non voluntate adimplendæ, & de causis & merito earundem.

Articuli secundi, De duodecim rationibus quare inspirationes sanctæ opere adimpletæ meritoriæ sunt.

Cap. 1. Prima quatuor rationes, quare sanctæ inspirationes cum implentur, meritoriæ sunt.

Cap. 2. Secunda quatuor rationes, quare inspirationes sanctæ opere adimpletæ meritoriæ indicantur.

Cap. 3. Tertia quatuor rationes, quare sanctæ operationes opere adimpletæ meritoriæ sunt.

Articuli tertij, Quod mereatur quodcunque genus inspirationum siue bonarum, siue malarum.

Cap. 1. Quæ sunt inspirationes quæ remunerantur in bonum, & quibus bonis.

Cap. 2. Quæ sunt inspirationes, quæ remunerantur in malum, & quibus malis remuneranter.

Cap. 3. De merito inspirationum, quæ naturaliter fiunt, & de variis inclinationibus, quæ fiunt ex constellationibus.

De multiplici lumine, quo cognosci possit, quæ sunt inspirationes implendæ, & quare merentur, & quid merentur.

Sermo III.

ILlumina oculos meos, ne vnquàm obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui adversus eum, Psalm. 12. Apta petitio humilis supplicatio, oratio grata ad acquirendam gratiam, & ad inclinandum ad misericordiam maiestatem Dei. Oret igitur hoc modo mens deuota ad Dominum postulans, ne decipiatur in inspirationibus sub specie boni, & dicat, *Illumina oculos meos.* In quibus sacratissimis verbis triplicem gratiam, à Domino postulat, qui sic orat. Primo gratiam illuminantem, secundò gratiam gratificantem, tertiò gratiam triumphantem. Primò enim gratiam illuminantem dicens, *Illumina oculos*, scilicet tu Domine Deus meus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum. Duplex est oculus, scilicet exterior, & interior. Et sicut exterior duplex est, scilicet sinister & dexter: sic quoque interior, videlicet oculus cognitionis, qui est sinister, & oculus affectionis, qui est dexter. Oculus cognitionis obscuratur per ignorantiam. Vnde nescit cognoscere, quæ sit inspiratio bona, vel mala. Atque obscuratur oculus affectionis per concupiscentiam, quia scilicet nescit diligere, eo quod præponit transitoria sempiternis. Illuminatur autem oculus cognitionis per scientiam, & inspirationum discretionem, & oculus affectionis per virtutem, & virtutum dilectionem. Porro quandoque illuminatur oculus cognitionis, & obscuratur oculus affectionis. Proinde Num. 24. mysticè scriptum est. *Dixit Balaam, filius Beor, dicit, homo cuius obscuratus est oculus.* Balaam quippe populus vanus interpretatur. Qui enim vanitatem huius sæculi quærit, oculum affectionis obscuratum habet. Hic fœdus iniuit cum Naas, qui eruit eius oculum dextrum. In huius mysterium, 1. Reg. 11. dicit Naas ad tales, *In hoc feriam vobiscum fœdus, ac eruam omnium vestrum oculos dextros.* Naas quippe interpretatur serpens, aut augurans. Hic est callidus serpens, Genes. 3. Qui auguratus est Euæ, dicens: *Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij scientes bonum, & malum.* Talis oculus affectionis sic obscuratus, quandoque illuminat

Psalm. 12. Triplex gratia. Oculus interior est duplex. Num. 24. 1. Reg. 11. Genes. 3.

Digitized by Google

illuminat. In cuius mysterium 1.Reg.14. mysticè scriptum est, quòd *Ionathas extendit summitatem virgulæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manũ suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius.* Ionathas quippe, qui donum columbę interpretatur, illum, in quo est gratia, signare habet. Virga vero Euangelium Christi, quod perfectam iustitiã euidentius docet, teste Domino, qui Matth.5. inquit: *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Fauus autem mellis, Dei misericordia est, quæ in duabus Christi naturis mysticè demonstratur in cera & melle: manum vero ad os conuertit, qui quod alios docet, primitus ipse facit. Atque cum virga fauum attrahit: qui per iustitiam, quã in seipsum facit, misericordiam Dei acquirit, exẽplo Prophetæ, qui de se ad Dominum ait, *Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me.* Et alibi inquit: *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi*, misericordia Dei miserantis, & veritas hominis se iudicantis, atque de se iustitiam facientis obuiauerunt sibi, scil. in osculo pacis. Et hoc modo illuminantur oculi Ionathæ, id est animæ pœnitentis. Secundo sic orans postulat gratiam gratificantem, dicens: *Ne vnquam obdormiam in morte*, id est in mortali culpa, scil. propter inspirationum errorem. Aduertendum est tamen, quod differentia est inter dormire & obdormire: & ad litteram se per ordinem habent. Nã ille dormitat, qui inter somnum & vigiliam, quasi medius est: & talis somnus non durat, sed talis homo vicissitudinariè excitatur. Dormire vero est perfectè capere somnum. Sed obdormire profundè dormire est, sicut lethargicis accidere solet, qui nec attractionibus, nec persecutionibus excitantur, sed tãdiu dormiunt, donec sopore morte concludunt. Sic mysticè in morte dormitat, qui sæpius peccat, & tamen cito pœnitentiam agit. Dormit vero, qui diu pœnitentiam differt. Ille vero obdormit, quem mala consuetudo ita premit, vt nec blandis allici possit, nec asperis excitari. Ad talem Prou.23. Salomon ait: *Eris sicut dormiens, in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo: & dices: Verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & non sensi.* Hæc tria Eccleſiast.43. mysticè exprimuntur, cum dicitur. *Frigidus ventus aquilo flauit, & congelauit crist allus ab aqua.* Aqua dormitationem, glacies dormitionem, cristallus vero obdormitionem designat. Tertiò autem sic orans postulat gratiam triumphantem, id est, victoriam de inimicis suis dicens: *Nequando dicat inimicus meus: preualui aduersus eum*, scilicet in inspirationibus falsis finalem victoriam exultando contra eum dicat se adeptum. Quomodo autem, & quibus modis prævaleat diabolus contra animam infelicem, mysticè Exod.15. c. scriptum est, vbi dicitur: *Dixit inimicus, persequar & & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Inimicus homo hoc fecit.* Septem gradibus anima à diabolo expugnatur: hic siquidem intellectus septem progressibus victoriam obtinet contra hominem peccatorem, videlicet. Primò quippe insultat in suggestione, secundò luctatur in delectatione, tertio percutit in consensu quartò spoliat in actu, quintò præcipitat in consuetudine, sextò hilarescit sibi in gloriatione, septimò prævalet in morte. Primò enim insultat in suggestione, ideo dicitur *inimicus*, scilicet inspirando: seu tentando variis modis, sicut supra sermone secundo, articulo primo, & cap.4. plenius dictum est, talis insultus potestas dicitur tenebrarum. Proinde Luc.22.c. *Dominus his, qui venerant, vt eum caperent.* Matth.5.c. *Hec est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Secundo luctatur in delectatione vnde subditur, *persequar*, scilicet ad delectationem inducendo. Quod Dominus Lucæ 19.c. vt rem flebilem demonstraret in mysterio, *videns ciuitatem*, id est talem animam in transitoriis delectantem: *Flenit super illam dicens: Si cognouisses & tu: & quidem in hac die tua, que ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Tertiò percutit in consensu, & de hoc subditur: *Et comprehendam*, quasi vngulis ferreis capitur, & tunc lethaliter vulneratur. Et de hoc Prou.5.cap. scriptum est, *Iniquitates sue capiunt impium*, quia peccator nisi per consensum mortalis culpæ à diabolo capi non posset. Quartò autem spoliat in actu: vnde subdit, *diuidam spolia.* Secundum enim Alex. de Ales, consensus mortalis culpæ, priuat gratia gratificante, quæ quidem vestis nuptialis est. Sed mortale opus priuat gratiis gratis datis, quæ secundum demerita diuino iudicio ad diuidendum, & disperdendum dantur in manibus inimici. Quintò præcipitat in consuetudine, & de hoc subdit, *implebitur anima mea.* Proinde consuetudo abundans, & electissima portio diabolo dici potest. De qua Abacuc.1. cap. ait: *Incrassata est pars eius, & cibus eius electus.* Sextò hilarescit, id est in gloriatione, est quia peccatores gloriantur, cum male fecerint: & exultant in rebus pessimis, vt dicitur Prou. 2. c. Ad talem Propheta inquit: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Et de tali lingua diaboli subditur, *euaginabo gladium meum.* Nam lingua taliter gloriantis, gladius diaboli est, sicut Propheta inquit: *Et lingua eorum*, scilic. talium peccatorum, *gladius acutus*. scil, dæmonis est. Vagina talis gladij est os eorum sicut Propheta inquit, *Et gladius in labiis eorum*, hunc autem gladium diabolus tunc euaginat: cum peccator de sceleribus publicè gloriatur, Septimo vero prævalet in peccatoris impœnitentis morte. Et de hoc subditur, *Interficiet eos manus mea*, quod efficit diabolus, cum impœnitens moritur in peccato. Et de talibus Propheta inquit, *Mors peccatorum pessima.* Et tunc prævalet diabolus contra peccatorem in pugna. Propterea vbi supra orat Propheta dicens. *Nequando dicat inimicus meus, preualui aduersus eum*, scilicet sicut prædictum est, triplicem prædictam petitionem exaudit Deus, huic triplici gratiarum petitioni humiliter postulantis gratissimè respondit Dominus in Psal.31. dicens: *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.* Primo quidem petierat gratiam illuminantem, dicens, *Illumina oculos meos.* Et hic respondet Dominus, dicens, *Intellectum tibi dabo*: maxime quadruplicis inspirationis, scilicet vt quatuor intelligas & cognoscas. Primò præsentia, secundò æterna, tertiò pœnas, quartò teipsum. Primũ reddit hominẽ expeditum, secundùm hominẽ feruidum, tertium timidum, quartum solicitum. Primum enim reddit hominem expeditum. Qui enim cognoscit præsentia, contẽnit atque relinquit ea, iuxa illud Naum tertio. *Omnis, qui vidit te resiliet à te:* & sic homo redditur expeditus. Secundum reddit hominem feruidum. Qui cognoscit æterna bona, desiderat illa: & sic fit feruens ad acquisitionem eorum, sicut de se testatur Propheta dicens, *Viam mandatorum tuorum cucurri*, scil. effectu & opere, *Cum dilatasti cor meum*, scil. in notitia æternorum. Tertium reddit hominem timidum. Qui enim cognoscit pœnas, horret eas & fit timidus, dicens, *Timor & tremor venerunt super me & contexerunt me tenebre.* Quartum reddit hominem solicitũ. Qui enim cognoscit seipsum & debilitatem suam, solicitus fit, quia non confidit de fortitudine sua. Patet exemplum de vetulis debilibus, quæ quando peregrinantur, ita solicitæ sunt quod tantam dietam faciunt, quantam viri fortes atque equestres. His quatuor inspirationibus intellectus illuminatur. De quo Propheta ait: *Intellectus bonus omnibus facientibus eum, laudatio eius manet in seculum seculi.* Secundò autem petierat gratiam gratificantem, dicens: *Ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, preualui aduersus eum: Qui tribulant me inimici*, &c. Et huic petitioni respondet, *Et instruam te*, scilicet quomodo gratiam gratificantẽ acquiras, & in ea vsque in vltimum perseueres. *Dat quippe intellectum* & instruit Dominus, modis. Primò

per

1.Reg.14.
Matth.5.
Pſal.
Pſalm.
Pſalm.
Prou.23.
Eccleſ.43.
Exod.15.
Matth.13. Septem gradibus anima à diabolo expugnatur.
Luc.22. Matth.5.
Luc.19.
Prou.5.
Abac.1.
Prou.2. Pſalm.
Pſalm.
Pſalm.
Naum.3.
Pſalm.
Pſalm.
Pſalm.
Pſalm.

per inspirationem, secundò per prædicationem, tertiò per tribulationem. Primò enim dat intellectum & instruit per inspirationem. Vnde Iob. 4. c. ait, *Porro dictum est ad me verbum absconditum & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius.* Et 1. Ioan. 2. iterum Ioan. ait: *Non necesse habetis, vt aliquis doceat vos:* sed vnctio eius docet vos de omnibus. Secundò per prædicationem: vnde Propheta inquit, *Declaratio sermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis.* Tertiò per tribulationem. Proinde Isa. 28. cap. ait. *sola vexatio dabit intellectum auditui.* Et Iob. 33. ait, *quòd Dominus homines instruit disciplina.* Tertiò autem postulauit gratiam triumphantem, dicens: *Ne quando dicat inimicus meus prævalui aduersus eum.* Et tali petitioni respondet, dicens, *In via hac, qua gradieris, firmabo super te oculos meos:* In quibus verbis notatur respectus misericordiæ Dei, & custodia contra omnes illi animæ aduersantes Non enim ait tantum, *Ponam super te oculos meos,* scilicet, vt triumphes: sed ait, *firmabo,* id est, ponam: & non remouebo super te, scilicet illuminatum, *oculos meos,* id est, gratiam, & misericordiam meam, sicut Sap. 4. scriptum est: *Gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus illius super electos eius,* sed quia Sap. 1. scriptum est, *quòd Spiritus sanctus aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.* Propterea quibilibet nostrûm instantissimè à Domino postulare debet, atque orare, & dicere cum Propheta, *illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui aduersus eum.* Et tunc fidelis anima merebitur audire ab eo, *intellectum tibi dabo, & instruã te in via hac, qua gradieris, firmabo super te oculos meos.* De tribus quasi per triplicem illuminationem Dei circa materiam inspirationum possumus erudiri. Primò, quæ inspirationes sunt meritoriæ: secundò, quare sunt meritoriæ: tertiò, de quo sunt meritoriæ. Vel aliter. Primò, quæ sunt quæ merentur: secundò, quare merentur: tertiò, quid merentur.

Iob. 4. Ioan. 2. Isa. 28. Iob. 33. Sapient. 4. Sapient. 1. Psalm.

Articvlvs Primvs.

De inspirationibus, quæ meritoriæ sunt.

Quid ad opus inspiratum meritorium requiritur.

PRima illuminatio illuminat intellectum ad intelligendum, quæ sint inspirationes, quæ sunt meritoriæ, seu quæ merentur. Circa quod aduertendum est, quòd ad hoc quod aliquod opus inspiratum sit meritorum, tria necessario requiruntur. Primò, scilicet, quòd opus fiat in charitate: secundò, quod fiat ex charitate: tertiò, quod fiat ad charitatem, Primò inquam necesse est, quod opus inspiratum fiat in charitate: quia opera, quæ extra charitatem fiunt, mortua sunt, quemadmodum carbo extinctus, Secundò, quod fiat ex charitate, Multa enim fiunt in charitate, quæ tamen meritoria minimè sunt ex eo, quòd non fiunt ex charitate. Tertiò, quod fiant ad charitatem, hoc est ad bonum referibile sit, quia mala bona intentione non possunt fieri, alioquin absurditas sequeretur, scilicet quòd idem opus esset meritorium, & demeritorium, & de hoc latius dicetur infra, art. 3. in 1. c. circa finem. In merito etiam inspirationum tria ex parte hominis requiruntur. Subiectum quod est anima, liberum arbitrium, & intentio, seu finis, His tribus ad merendum in ipsis inspirationibus respondent tria ex parte Dei, scilicet gratia, virtus, & charitas. Gratia quidem reddit subiectum Deo gratum, cum inspiratur Virtus autem animæ habilitat liberum arbitrium, scilicet vt assentiat inspirationibus sanctis, charitas vero intentionem dirigit ad finem debitum His præmissis aduertendum est, quòd omnium inspirationum sanctarum, quæ in præsenti sæculo dantur, & dignæ sunt adimpleri, quædam sunt adimplendæ voluntate, & opere; quædam voluntate & non opere; quædam opere & non voluntate,

De inspirationibus, quæ meritoriæ sunt, quando voluntate & opere adimplentur.

Cap. I.

PRimo enim sunt quædam inspirationes, quæ sunt meritoriæ, & implendæ voluntate & opere. Et hæ sunt, quæ formatæ sunt secundum duodecim regulas præcedentis sermonis, quæ debent, vt dictum est, voluntate & opere adimpleri. Exẽplo Domini Iesu Christi, de quo Phil. 2. c. ait Apostolus. *Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu,* qui scilicet pro nobis voluntate, & opere mortem sustulit super lignum. Profectò in inspirationibus, quæ sunt secundum duodecim regulas supradictas voluntas sine opere, & opus sine voluntate placere non potest. Proinde Propheta inquit, *voluntariè sacrificabo tibi.* Ait enim voluntariè, non coactè. Non enim placent Deo coacta seruitia, vt ait August. Hinc Exod. 25. c. Dominus in mysterio inquit. *Ab omni homine, qui offert vltroneus accipies primitias.* Et addit, *sacrificabo tibi,* scilicet sacrificium boni operis. Et alibi ait: *Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes, & holocausta.* Et iterum, *Sacrificate sacrificium iustitiæ,* quod est opus bonum. Et Iacobi 2. *Fides sine operibus mortua est.* Si igitur prædictæ inspirationes voluntate & opere adimplentur in charitate trium meritoriæ sunt. Primò vitæ æternæ, secundò augmẽti gratiæ, tertio remissionis pœnæ. Primum præmium vitæ æternæ, sc. substantialis gloria radici operis correspondet, videlicet charitati. Secundum autem præmium, scilicet accidentale, correspondet generi operationis, sicut est augmentum gratiæ, quia operibus excellentibus, & operibus supererogationis maius augmentum gratiæ, quam aliis operibus erogatur. Tertium vero præmium, scilicet remissio pœnæ pœnalitati operis correspondet. Vnde & opera, quæ magis pœnalia sunt, magis meritoria sunt remissionis pœnæ. Regula quippe theologica est, quod pœna pœnæ resolutoria est. Aduertendum est tamen, quod licèt tota vis merendi æternam vitam, & etiam alia bona, consistat in charitate: non tamen totus merendi effectus consistit penès magnitudinem charitatis; sed etiam penès magnitudinem operis, sicut patet in merito remissionis pœnæ: quia non solum consistit in charitate, sed etiam in operibus, quæ pœnalia sunt sicut patet in Christo, qui meruit nobis apertionem ianuæ paradisi, scilicet cum effectu. Hoc autem meritum non erat solum in charitate, & in excellentia operis laborioſi; videlicet in sua sacratissima passione. Secundum enim Alex. de Ales, in 2. quæst. 33. opera prædictarum operationum voluntariè facta in charitate ad septẽ valent. Primò ad gratiæ augmentationem. Vnde Aug. Charitas meretur augeri, & aucta meretur perfici. Secundò ad habilitationem, scilicet ad bonum opus. Vnde 2. Cor. 9. *Vt abundetis in omne opus bonum:* scil. operari debetis. Tertio ad dimissiones: scil. pœnæ debitæ, vel iniunctæ. Tob. 12. *Eleemosyna à morte liberat, ipsa etiam purgat peccata.* vnde Luc. 11. Dominus ait: *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Quartò ad abbreuiationem, id est ad celeriorem transitum purgatorij. Vnde Prou. 13. cap. Salomon ait, *Redemptio animæ viri diuitiæ suæ.* Gloss. qui animam suam vult redimere ab ira futura, congreget diuitias bonorum Ira enim ibi dicitur purgatoria pœna. Quintò ad minorationem, scilicet cuiusdam pœnæ in gehẽna, videlicet conscientiæ vermis, scilicet vt damnatio tolerabilior fiat. Sextò ad peccati recordationem. scil. in præsenti, quod fit per naturam operis virtuosi, quod semper vitiis naturaliter, & multipliciter aduersatur. Septimò ad gloriam accidentalem. Nam sicut ex parte malorum, qui plura mala fecerunt, amplius angustiabuntur conscientiæ verme: ita ex altera parte numerositas operum bonum augmentum facit in gaudio paradisi de operibus bonis. Sed hoc præmium non est

Meritum in charitate.

Phil. 2. Exod. 25. Psal. Iacob. 2. 2. Cor. 9. Tob 12. Luc. 1. Prou. 1.

de

Digitized by Google

de ſubſtantiali, ſed de accidentali gloria Beatorum. Addi poteſt octauo, quia valet opus bonum ad ædificationem, ſcilicet proximorum. Vnde Bernardus ait. Intentio ſufficit ad meritum, actio ad exemplum. Alij quædam alia ponunt, quæ in his verſibus continentur.

Iucundat, ſtabilit, auget, peccata remittit:
Debilitat, remouet, exercitat, atque repellit.

ait enim iucundat, ſcilicet mentem: ſtabilit ſcilicet virtutes: auget, ſcilicet meritum accidentalis præmij, peccata remittit, ſcilicet quantum ad pœnam, quæ iam remiſſa ſunt quoad reatum. Debilitat, ſcilicet fomitem: remouet, ſcilicet acediam: exercitat ſcilicet hominem in aſſuetudine boni: atque repellit, ſcilicet tentationes diaboli.

Quando inſpirationes debent voluntate, & non opere adimpleri & de merito & cauſis earundem.

Cap. II.

SEcundo ſunt quædam inſpirationes, quæ adimpleri debent voluntate & non opere: vt puta quæ continentur in 2. 3. 4. 5. atque 10. & 12. regula, de quibus in præcedẽti ſermone dictum eſt. Et hoc contingit duplici ex cauſa. Aut propter defectum operantis, aut propter defectum circumſtantis. Primò propter defectum operantis: verbi gratia, habet quidam voluntatem feruentem martyrium pro Chriſto pati: aut viuere ſolitarius in deſertis, ieiunare in pane & aqua, pati nuditatem & famem, & in multis aſperrimam ducere vitam: ſed imperſeuerantiam timens atque aſtutias diaboli, & inexperientiam: necnon & fragilitatem ſuã abſtinet à prædictis, voluntatem feruidam tenens ſi poſſit talia operari. Secundo propter defectum circumſtantis: vt puta cum quis vellet conuerſari ſæpius cum aliqua muliere ad illius eruditionem in vita ſpirituali: tamen ab hoc abſtinet, ne inde ſcandalum oriatur, & ſic de ſimilibus. Tunc Deus talem voluntatem acceptat, quaſi opere impleta fuiſſet, quia 1. Reg. 5. cap. ſcriptum eſt, *Melior eſt obedientia quam victimæ*, id eſt melius eſt voluntate obedire, quam opere victimare. Aduertendum eſt tamen, quod ſecundum Alex. de Alex in. 2. q. 33. quod vtait Aug. in lib. confeſſi. duplex eſt voluntas, ſcilicet plena & ſemiplena: plena dicitur, quando nihil deeſt ex parte volentis, qui faceret ſi poſſet: & tunc voluntas pro facto ad meritum vel demeritum reputatur. Si autem poteſt facere: principaliter imputatur ei ad meritum voluntas vel intentio tanquam radix operis, non quod opus ipſum non faciat ad meritum, vel demeritum, ſicut in præcedenti cap. dictum eſt. Quod dicitur in gloſſa ſuper illud Pſal. *Et tu remiſiſti impietatem peccati mei*: votum pro operatione reputatur. Et illud quod dicitur in gloſſ. ſuper illud Pſal. *Manus veſtræ concinnant*. Quicquid vis & non potes, Dominus factum computat. Et ſuper illud, *in mandatis eius volet nimis*. Sufficit velle, ſi perficienti mandata deſit facultas, & ſimiles Sanctorum auctoritates referuntur ad voluntatem plenam, vbi non eſt facultas perficiendi, ibi præter voluntatem perficiendi, opus ad meritum vel demeritum facit. Si vero voluntas ſemiplena eſt, tunc illa ſola non facit ad meritum vel demeritum, niſi forſitan veniale. Huius rei gratia poteſt quæri de aliquo, qui habuit voluntatem plenam exeũtem in opus: & alio etiam qui habuit voluntatem plenam, ſed non exeuntem in opus, quia non aderat facultas: vtrum ad paria præmij, ſeu pœnæ iudicentur. Dicendum quod in bonis & in malis eſt differenter quodammodo, & quodammodo ſimiliter. Primo quidem in bonis, ſic eſt, quod præmium ſubſtantiale eſt, quod conſiſtit in viſione Dei, & eſt præmium adiunctum ſeu accidentale, quod conſiſtit in gaudio de aliquo bono præcedenti perpetrato, vel aliquo in præſenti ſuperaddito. Quantum ad præmium ſubſtantiale: pacificatur voluntas plena, vbi deeſt facultas volũtati plenæ, vbi adeſt facultas cum actu, dummodo ſit par charitas, ſiue par gratia gratum faciens. Quantum vero ad præmium adiunctum, ſiue accidentale, plus meretur voluntas plena cum actu, quam voluntas plena ſine actu: & non ſolum quantum ad adeptionem boni, ſed etiam quantum ad dimiſſionem mali pœnæ Secundo vero in malis ſic eſt, quod ratione voluntatis plenæ & etiam ratione actus debetur pœna, & propter hoc qui habuit voluntatem plenam cum actu, plus punitur quam qui habuit voluntatem plenam, ſed non cum actu, quantum ad afflictionem actualem: ſed quãtum ad carentiam viſionis Dei æquales vtique ſunt in pœna. Ex his patet de iſto primo, qui vult pati martyrium, & non ſuſtinet: & de illo, qui vult ſuſtinere, & ſuſtinet, Nam volenti plena facultate deficiente, debetur aurea, id eſt ſpecialis gloria. Cum autem eſt ſuperadditus actus, aureola ſibi debetur: & ſic ad paria iudicantur, quantum ad primum, ſed non ad paria quantum ad ſecundum.

1. Reg. 5.

Pſalm.

Voluntas operatur.

De inſpirationibus, quæ ſunt opere & non voluntate adimplenda, & de cauſis & merito earundem.

Cap. III.

TErtiò ſunt quædam inſpirationes, quæ adimpleri debent opere & non voluntate, & hoc ſi operari non contradicit alicui regulæ de duodecim iam prædictis. Duo quippe inducunt, vt prædictæ inſpirationes voluntate atque opere impleantur. Primum eſt obedientiæ neceſſitas, ſecundum exceſſiua charitas. Primum inquam eſt obedientiæ neceſſitas, vt cum quis per obedientiam neceſſario cogitur habitare cum mulieribus, aut cum turbis, & intereſſe epulis; necnon & coniugalem actum ſola obedientia diuini præcepti cum omni honeſtate, vt eſt poſſibile exercere, ſicut fecerunt Prophetæ. Et hoc habet locũ in actibus Chriſti condeſcenſiuis. Præterea Ioan. 6. ait: *Deſcendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me*. Et in hoc docuit Chriſtus, quod alterius voluntatem ſemper noſtræ præponere ſatagamus, ſi poteſt abſque peccato fieri. Secundum eſt exceſſiua charitas & propter charitatẽ neceſſitas. Sunt quippe multa, quę difficilia ſunt ex circunſtantiis extrinſecus annexis, ſicut difficilius eſt abſtinere cum delicata cibaria apponuntur, difficilius eſt temporalia bona contemnere cũ offeruntur, difficilius eſt continere in conſortio fœminarum & conſimilia. Sed hæc per accidens quandoque meritoria ſunt, ſed directè & in quantum eſt de ſe magna via ſunt ad ruinam. Propterea vir prudens talia fugere debet, niſi magno & euidentiſſimo ſaluti animarum profectu cum probabili ſecuritate ſui velit hæc ſuſtinere ad tempus.

Ioan. 6.

Articvlvs Secvndvs.

De duodecim rationibus, quare inſpirationes ſanctæ opere adimpletæ meritoriæ ſunt.

SEcunda illuminatio, illuminat intellectum ad cognoſcendum, quare inſpirationes ſunt meritoriæ, ſeu quare merentur: cum enim dicat Iſai. 64. c. *quaſi pannus menſtruatæ, omnes iuſtitiæ noſtræ*, Et Apoſtolus 8. c. ad Rom. etiam atteſtatur, quod *non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, quomodo poſſumus ex ſanctis inſpirationibus promereri maximè gloriam ſempiternam. Ad intelligentiam ergo dicendorum aduertendum eſt, quod triplex eſt meritum, ſcilicet congrui, digni & condigni. Meritum congrui eſt, per quod diſponitur ſubiectum, vt recipere poſſit gratiam ſecundum rationem iuſtitiæ Dei. Iſtud diſponitur, merè nominatur, dum

Iſa. 64. Rom. 8.

Triplex meritum.

Digitized by Google

dum ſc. homo facit, quod in ſe eſt. Meritum digni dicit idoneitatem operantis ad aſſequendum illud, quod meretur. Meritum vero condigni dicit æqualitatem meriti ad ipſam remunerationem. Dico tamen æqualitatẽ non quantitatis ſed proportionis. Quod patet, quia Deus ſemper remunerat ſupra meritum, ſicut & punit citra condignum. Vnde non eſt meritum & præmium æqualis quantitatis, ſed proportio tantum: quia apud Deum non eſt iuſtitia cõmutatiua, cũ nulli debeat quicquam, ſed tantum diſtributiua. Dicitur autẽ iuſtitia cõmutatiua, iuſtitia fori, qua datur pro denario vnus panis, vel brachiũ panni pro vno groſſo. Iuſtitia vero diſtributiua eſt principum, qua diſtribuũtur dona ſecũdum proportionem ad merita: & hæc eſt apud Deum. Vnde 1. Cor. 3. Apoſtolus ait, *Vnuſquiſque mercedem propriam accipiet ſecundum ſuum laborem.* Et Apoc. 22. *Ecce venio cito & merces mea mecum eſt dare vnicuique ſecundum opera ſua.* Et poſſunt eſſe themata in præſenti articulo. His præmiſſis dicendum, quod homo propter adimpletas ſanctas inſpirationes, condignè meretur gloriam ſempiternam, & de hoc aſſignari poſſunt duodecim rationes, quas ſub triplici quaternario ſubiungamus.

1. Cor. 3.

Apoc. 22.

Primæ quatuor rationes, quare ſanctæ inſpirationes cum implentur, meritoriæ ſunt.

CAP. I.

PRimæ quatuor rationes, quare homo ex acceptatis inſpirationibus promeretur, antea ſubiũgantur, meretur enim primo propter gratificationẽ, ſecundò propter conformationem, tertiò propter oppoſitionem, quartò propter illuſtrationem. Primo inquam meretur propter gratificationem, ſeu electionem: quia Deus dignatur ſibi gratificare ſeu gratum facere & eligere hominem, ſicut Ioan. 15. c. Apoſtolis & omnibus electis ſuis, ait: *Ego vos elegi de mundo, non vos me elegiſtis.* Porrò ſi ex nobis ad Chriſtum conuerteremur nos Chriſtũ prius elegiſſemus. Sed quia hoc ſine Chriſti gratia habere non poſſumus, ſc. vt ipſum diligamus: ideo ipſe per gratiam ſimul elegit nos, vt & nos poſtremo ipſum per dilectionem eligamus, cui potiſſimè ſeruire velimus. Secundo meretur propter conformationem, ſcil. ad voluntatem Dei, quæ patet in diuinis præceptis, ſeu conſiliis & aliis ſignis voluntatis Dei. Vnde de tali homine Propheta inquit: *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte,* id eſt in proſperis & in aduerſis. Tertiò meretur propter oppoſitionẽ. Eſt quippe laborioſa propter voluntatem & naturam ex peccato corruptam, quæ ſemper tendit ad ima. Proinde Dominus inuitans ad ea, quæ difficilia, id eſt ſurſum ſunt, Ioan. 12. c. inquit: *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur,* ſc. ad ſuperna. *Et vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit,* ſc. in gloria ſempiterna. Quartò meretur propter illuſtrationem, ſc. quam vera & virtuoſa inſpirationis operatio parit. Verbi gratia, de opere fidei inſpiratæ, in Ioan. 7. c. Dominus ait: *Si quis voluerit voluntatem eius,* ſcil. Dei facere, *cognoſcet de doctrina mea, vtrum ex Deo ſit.* Quia teſte Auguſtino, Intellectus eſt merces fidei, iuxta quod Iſa. 7. c. ait: *Niſi credideritis, non intelligetis.* Noli ergo quærere intelligere, vt credas, ſed crede magis, vt intelligas, & Ioan. 16. c. iterum ait. *Spiritus veritatis*, id eſt Spiritus ſanctus, quæ eſt veritas per eſſentiam & effectiuè, quia anima in qua Spiritus ſanctus eſt, corde, ore & opere diligit veritatem, ſequitur, *docebit vos omnem veritatem*, id eſt illuminabit vos de omni veritate neceſſaria ad æternam ſalutem.

Ioan. 15.

Ioan. 12.

Ioan. 7.

Iſa. 7.

Ioan. 16.

Secũda quatuor rationes, quare inſpirationes ſanctæ opere adimpletæ meritoria iudicantur.

CAP. II.

SEcundo ſubiũgamus alias quatuor rationes. Meretur inquam homo ex inſpirationibus acceptatis, Primo propter ſubiugationem, ſecundò propter exẽplationem, tertiò propter affectuoſam dilectionem, quartò propter miſerationem. Primo inquam propter ſubiugationem. Nam acceptatio inſpirationum bonarum eſt contra propriam libertatem & voluntatem, ſed in eis eligit anima ſe ſubiugare voluntati diuinæ & per ipſam inſpirationem copulatur humana voluntas cum voluntate Dei atque fit receptaculum eius. Proinde Iſa. 62. cap. Dominus ad talem animam ait, *Vocaberis voluntas mea in ea.* Secundò propter exemplationem. Opera quippe inſpirationum ſanctarum præſtant intuentibus exemplum bonũ, atque inducunt & incitant animas ad ſalutem: ita vt homo omnibus videntibus dicere poſſit illud, quod Ioan. 13. Dominus ait: *Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci & vos faciatis.* Tertio propter affectuoſam dilectionem. Differunt quippe affectio & dilectio. Nam dilectio & charitas ſtant in voluntate mentis: affectio vero eſt feruor dilectionis redundans in corpus ſeu in ſenſum carnis. Inſpirationes igitur ſanctæ ad vtrumque inducunt: & quanto iſta in homine maiora ſunt, tanto anima plus meretur, ſicut ſcriptum eſt: *Vbi charitas & amor, Deus ibi eſt*, ſcilicet ſecundum prædicta merita multiplicans & acceptans & efficacia Domini ſui in merito cooperans. Quartò propter miſerationem: tanta eſt enim imperfectio hominis cuiuſcunq; quod nullus eſt qui omnẽ corruptionem culpæ atque pronitatem à ſe expellat, & cor ſuum toto poſſe in Deum ire faciat, ſed ſecundum Anſ. in lib. Cur Deus homo, minimum peccatum, quod dari poſſit, tanti ponderis eſt, quod prius deberet homo permittere totum mundum perire, antequam minimum peccatum ſeu nutum faceret contra voluntatem Dei. Ex quo ſequitur, quod nulla iuſtitia propria per ſe ſumpta pro iſto ſatisfacere poſſet: ſed miſeratio Dei ſanctiſſima non tantum hoc operatur, verum etiam facit, quod acceptatæ inſpirationes meritoriæ ſunt. Tertio igitur illi amplius neceſſaria eſt ipſa miſericordia Dei, vt inſpirationibus promereri valeat, quod multa & grauia perpetrauit. Ex his relinquitur, quod in quolibet homine non niſi ex miſericordia Dei acceptatæ inſpirationes meritoriæ ſint. Proinde Gregor. in moral. ait: Si enim remota pietate diſcutitur opus noſtrum, pœna dignum eſt quod remunerari præmiis præſtolamur. Eſt igitur aduertendum, quod miſericordia Dei eſt eſſentialis cauſa iuſtitiæ noſtræ, aliàs ſimpliciter iniuſtitia eſſet. Profecto niſi mens noſtra diuinæ miſericordiæ innitatur, non poteſt in ſe habere verum habitum charitatis ſeu gratiæ & iuſtitiæ veræ. Proinde ſi quis propriæ iuſtitiæ inniteretur, exiſtimans & præſumens quod nullo modo ſibi debeat denegari præmium ſempiternum, ita quod credit & ſentit quòd ad hoc non indiget gratia & miſericordia Dei, huius iuſtitia pura iniuſtitia & ſumma ſuperbia eſt, & de talibus Rom. 10. Apoſt. ait: *Ignorantes Dei iuſtitiam & ſuam querentes ſtatuere iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Et 3. c. iterum ait, *quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.* Et ſequitur, *vbi eſt ergo gloria tua?* Excluſa eſt, &c. Nec mirum, quia noſtra iuſtitia ſeu charitas noſtra à Dei pietate emanat & eius expreſſa ſimilitudo eſt. Vnde habet eam pro principio effectiuo & pro principali obiecto & pro clauſula & pro fine. Propterea non decet liberalitatem miſericordiæ Dei parua reddere ſuis.

Ioan. 13.

Affectio & dilectio differunt & in quo.

Miſericordia Dei cauſa iuſtitiæ noſtræ.

Rom. 10.

Tertiæ quatuor rationes, quare inſpirationes ſanctæ opere adimpletæ meritoriæ ſint.

CAP. III.

TErtio ſuperaddantur quatuor aliæ rationes. Meretur etiam homo, ſi inſpirationes acceptat: primo propter diuinam ordinationem, ſecundo propter diuinam promiſſionem, tertio propter diuinam voluntatem

Quomodo miſeretur homo.

Digitized by Google

voluntatem seu volitionem, quarto propter diuinam amationem seu dilectionem. Primo inquam meretur homo propter diuinam ordinationem. Cum enim ipse Deus & eius gloria sit præmiũ inspirationum adimpletarum, quis dicet quod aliquod opus nostrum omnino sufficienter sibi obligaret Deum ad hoc quod det nobis se ipsum per modum gloriæ sempiternæ, nisi quod ipsemet sic in sua infinitissima sapientia ordinaret. Vnde si sumatur meritum nostrum secundum illam proportionem, secundum quam mercenarius promeretur stipendium suum: sic gloria Dei nunquam sub merito cadit: quia ibi est proportio quasi cuiusdam appenditiæ: hic vero in infinitum vnum alterum superexcedit, quod tamen & misericorditer diuina ordinatione sancitum est. Secundo meretur propter diuinam promissionem: in hoc apparet liberalitas Dei tribuentis, quem parua retribuere minime decet. Quod enim impletæ inspirationes meritoriæ sint, est quoddam ius diuini pacti seu diuinæ promissionis, quamuis illa sit gratis & ex gratia facta. Proinde Apostolus ad Titum. 1. c. ait: *Paulus seruus Dei, Apostolus Iesu Christi secundum fidem electorum Dei & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur Deus ante tempora secularia,* & sicut Num. 23. c. scriptum est: *Non est Deus vt homo, vt mentiatur: neque vt filius hominis vt mutetur: dixit ergo, & non faciet: locutus est, & non implebit.* Tertio meretur propter diuinam voluntatem seu volitionem. Postulat enim hoc ius diuinæ voluntatis & causalitatis. Profecto iustũ est, quod illud quod Deus vult fieri, fiat. Vult autem propter impletas inspirationes atque per gratiam nos saluare & per illam nos efficaciter perducere ad gloriam sempiternam. Sed, sicut Propheta inquit: *omnia quæcunque voluit, Dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.* Et Isa. 46. c. Dominus ait: *Cõsilium meum stabit & omnis voluntas mea fiet.* Vocat scilicet per inspirationes aues, id est, contemplationes, & de terra lõginqua, id est de peccatorum statu, vitum voluntatis meæ, scilicet in vita actiua. Et vt dicitur 12. c. ad Rom. *hæc est volũtas Dei bona, quoad gratias gratis datas: beneplacens,* quoad gratiam gratificantem: *& perfecta,* quoad gloriam triumphãtem, quæ omnia in retributionem inspirationum adimpletarum dispensat Deus, secundum quod postulat ius voluntatis suæ. Quarto autem meretur propter diuinam amationem seu dilectionem: hoc enim expoſcit ius amicitiæ Dei. Iustum profecto est, vt quem Deus in sua amicitia constituit & sibi amicum facit & eum diligit, vt filium seu sponsam, est inquam iustum quod ei sicut amico fiat. Et ab isto profecto iure, & ab hac proportione, motus Apost. 2. Timo. 4. c. ait. *Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* In fine huius articuli notãter aduertendum est, quod omnes virtutes, siue mentales, siue corporales, cruciantes seu delectantes, agendo aut patiendo, tantum meritoriæ sunt in salutem, quanta est perfectio harum 12. rationum, de quibus in hoc articulo dictum est: quia ex eis meritum originem habet & fundamentum.

Ad Tit. 1.
Num. 23.
Isa. 46.
Rom. 12.
2. Tim. 4.

Articvlvs Tertivs.

Quod mereatur quodcunque genus inspirationum siue bonarum siue malarum.

TErtia illuminatio illuminat intellectum ad cognoscendum, de quo inspirationes sunt meritoriæ, seu quid merentur. Sicut enim supra sermone 2. artic. 1. ostensum est: septem sunt inspirationum genera. Quarum tria prima remunerantur in bonum, duo sequentia remunerantur in malum, duo vero vltima vario modo remunerabilia sunt.

Quæ sunt inspirationes, quæ remunerantur in bonum & quibus bonis.

Cap. I.

PRima inquam tria genera inspirationum, scilicet Diuinæ, Angelicæ & quæ à meritoria virtute originem habent, remunerantur in bonum. Nam de triplici bono remunerabilia sunt. Quia aut merentur bonum temporale aut merentur bonum temporale, & spirituale: aut merentur bonum temporale, spirituale & æternale. Primo inquam quandoque merentur bonum temporale, ideſt temporalia bona, quæ quidem in tribus consistunt. Primo in creaturis, puta in domibus, agris, denariis, filiis, seruis, gregibus, villis, castris & similibus bonis. Secundo in honoribus seu gradibus & dignitatibus atque magistratibus præsentis vitæ. Tertio in fama bonitatis & sanctitatis. His temporalibus bonis remunerat Deus quandoque tantummodo malos, quia bonis inspirationibus paruerunt. Cum enim secundum August. bonum sit irremuneratum nullum, præuidens Deus, quod inspiratio adimpleta per peccato em remunerari non debeat in æterna vita: remunerat eam temporalibus bonis. Insuper quandoque amouet flagella: nam remissio pœnæ respondet pœnalitati operis, quia homo in opere elaborat: proinde opera quæ sunt magis pœnalia magis sunt meritoria remissionis pœnæ. Regula, vt prædiximus, Theologica est, quòd pœna pœnæ resolutoria est, scilicet in præsenti & etiam in futuro. Ex bonis igitur operibus Dominus hoc facit in præsenti etiã his, qui sunt in mortali: quasi tali homini dicat illud Matth. 20. *Tolle quod tuum est & vade.* Iustisque de hoc mirantibus etiam dicat: *Amen dico vobis receperunt,* scilicet tales *mercedem suam.* Secundo etiam sunt qui merentur bonum temporale & spirituale: spirituale quidem bonum consistit in tribus. Primo in diuina infusione, & gratiæ augmentatione. Psalm. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Secundo in feruenti affectione. Psalm. *Inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt.* Tertio in spiritualibus sentimentis. Sapient. 1. *Sentite de Domino in bonitate.* Et de his spiritualibus bonis vltra temporalia antedicta, pro adimpletis inspirationibus remunerat quosdam bonos seu malos Deus. Tertio quoque sunt quidam, qui ex inspirationibus adimpletis remunerantur triplici bono, scilicet temporali, spirituali, & æternali. Maius bonum quod bona opera inspirata merentur in præsenti vita est, quod Deus faciat animam exerceri in virtutibus meritoriis in salutem, Bonum siquidem æternale consistit in triplici gloria scilicet spirituali, quæ consistit in gloria animæ, consubstantiali, quæ consistit in gloria corporis, & accidentali quæ consistit in aureolis & in consortio Beatorum: de hac triplici gloria Propheta inquit, *Ecce quam bonum,* scilicet est gloria subſtantialis. *Et quam iucundum:* videlicet gloria consubstantialis: *habitare fratres in vnum,* scilicet in gloria accidentali. Vltra prædicta insuper aduertendum est, quod quartum inspirationum genus, scilicet quod à dæmonibus originem habet. Quandoque remunerari meretur omnibus præmiis supradictis, quemadmodum prima tria genera antedicta, videlicet Diuinæ, Angelicæ & ex virtute meritoriæ. Et hoc quando, scilicet diabolicæ cum prædictis tribus in ipsis bonis operibus conformes sunt, quod tamen contingere raro comprobatur. Nam Angelus tenebrarum transfigurat se in Angelum lucis, callidè inspirat bonum, vt tandem deducat ad finem malum. Verbi gratia, inspirabit sæpius ad ieiunia, ad vigilias, ad austeras pœnitentias, ad ingressum religionis, ad orationem, & multa similia bona, vt tandem ruere faciat in aliquod damnabile detrimentum. Talis igitur animæ videns misericors

Tria genera inspirationũ.

Temporalibus bonis mali remunerãtur.

Psalm.

Sapient. 1.

Psalm.

Digitized by Google

ricors Deus puram intentionem, & diaboli fallacem deluſionem, illuminat intelligentiam eius & bonum, quod cœperat inſpirante diabolo, proſequi & perficere facit ſuo miſericordiſſimo dono, etiam propter hoc meretur eiſdem præmiis remunerari, ſicut & tria prima genera inſpirationum ſanctarum, ſed hoc raro accidere ſolet.

Quæ ſunt inſpirationes, quæ remunerantur in malum, & quibus malis remunerantur.

Cap. II.

DVo penultima inſpirationum genera, ſcilicet quæ ex diabolo, & ex malitia propria originem habent, cum in ſua malitia adimplentur, triplici malo remunerantur, videlicet, aut malo temporali, aut malo temporali & ſpirituali, aut malo temporali, ſpirituali & infernali. Primo quippe remunerantur quandoque malo temporali: quia ſecundum Auguſt. nullum malum eſt impunitum, & iterum Propheta inquit, *Multa flagella peccatoris.* Sicut ſunt inimicitiæ & bella, fames & ſterilitas terræ, peſtes & diuerſæ infirmitates atque beſtiæ crudeles & ſæuæ nocentes, ſicut ſunt leones, lupi & vrſi. Proinde in apertione quarti
Apoc. 6. ſigilli, Apoc. 6. de hac triplicata puniente diabolo ſcriptum eſt. *Data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ interficere gladio, fame, morte & beſtiis terræ.* Terreni quippe homines congrue terra denominantur, in quibus ſpiritus totaliter à terrena carne abſorptus
Geneſ. 3. eſt, ſicut & Adæ, Gen. 3. cap. dictum fuit: *Puluis es & in puluerem reuerteris.* Hæc terra quatuor partes habet, cum conſcientia peccatoris terrena præeligenda indicat, conſenſus voluntatis terrena præiudicata eligit, corpus exequitur, atque infatuata anima peccatis non contradicit. Et hæc ſunt quatuor partes terræ ſuper quas domino permittente diabolus poteſtatem habet: vel ſuper quatuor partes terræ, id eſt ſuper omnes reprobos commorantes in oriente, occidente, auſtrali, & aquilonari, Domino permittente. Ad litteram diabolus poteſtatem habet infligendi propter peccata has quatuor plagas, ſcilicet interficere gladio, fame, morte, & beſtiis terræ. Secundo autem remunerantur peccantes malo temporali & ſpirituali. De malo temporali ſatis iam dictum eſt. De malo ſpirituali, quo impij etiam puniuntur prædictum myſterium etiam ſpiritualiter declaremus. Gladius quippe, qui pungit & ſcindit, remorſus conſcientiæ eſt, ipſam conſcientiam pungens & ſcinderis: quia malè illecta peruerſum conſenſum in anima prouocat. Proinde Pro-
Prou. 12. uerb. 12. cap. ſcriptum eſt: *Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientia.* Malè promittit conſcientia, quando iniquum fœdus cum appetitu peccandi, qui ſibi ſubeſſe deberet, componit. Et ideo merito gladio remorſus ſpiritualiter vulneratur, cum inde ſortitur pœnam, vnde ſibi falſam promiſit delectationis complacentiam. Fames vero diuinæ gratiæ defectus, qua nec ratio, nec ſcientia, nec voluntas dul-
Prou. 10. cedine diuina reficitur. Vnde Prouer. 10. ſcriptum eſt, *Non affliget Dominus fame animam iuſti.* Hæc fames conſenſum peccatoris inuadit, cum diuina dulcedo hominem peccato fœdatum funditus derelinquit. Mors vero naturæ conſumptionem atque virium eius
Exod. 11. denotare poteſt. Vnde Exod. 11. & 12. cap. Dominus primogenita Ægyptiorum occidit, ad myſticè innuendum quod in ſeruitium peccatorum pereunt ipſæ naturæ vires. Corpus ergo peccato ſeruiens, morte perimitur, cum in peccando bonum naturæ omnino deſtruitur. Beſtiæ vero terræ dæmones ipſi ſunt, qui animam quæ in peccato principalis fuit & dæmonibus peccando conſenſit, multis tentationibus & vexationibus lacerant & moleſtant, à quibus liberari animas
Pſalm. fideles orabat Propheta dicens, *Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi.* Tertio inſuper peccatores remunerantur quandoque malo temporali, ſpirituali, & infernali. Iam diximus de malo temporali & ſpirituali: ſed idem miniſterium exponi poteſt etiam de malo infernali. Nam & hæ iam dictæ plagæ etiam ſunt æternæ dānationis pœnæ. Gladius pungēs eſt vermis conſcientiæ rodens: vnde Iſa. vlt. *Vermis eorum non morietur.* Fames, *Iſa. vlt.* diuina deſolatio eſt. Pſalm. *Famem patientur vt canes.* *Pſalm.* Mors æternales pœnæ, Apoc. 2. *Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda.* Mors enim prima eſt animæ ſeparatio à Deo per mortalem culpam: Mors vero ſecunda *Apoc. 2.* eſt receſſus Dei ab anima per æternam pœnam. Beſtiæ, *Peccatū mors animæ.* multitudines dæmonum ſunt. Vnde Dominus per Prophetam ait, *Dentes beſtiarum immittam in eos cum furore trahentium ſuper terram.*

De merito inſpirationum, quæ naturaliter fiunt, & de variis inclinationibus, quæ fiunt ex conſtellationibus.

Cap. III.

DVo penultima inſpirationum genera dupliciter adimpleri poſſunt. Primo in ſe, ſecundo proximo. Primo quidem ſi adimplentur in ſe, nullo modo meritoriæ ſunt: quia naturaliter fiunt. Nam ſecundum Philoſophum, natura neque boni, neque mali iumus. Secundo vero ſi in proximo adimplentur, merentur ſeruitia à proximo, in quo implentur. Vt puta ſi naturaliter aliquem diligis, naturaliter ab eo diligeris: Si ex conſuetudine ſalutabis, & ex conſuetudine ſalutaberis: & ſic de ſimilibus. Proinde Matth. 5. cap. *Matth. 5.* Dominus Apoſtolis ait: *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* quaſi dicat nullam. Nam ſecundum Gloſſam, amare amantem, naturæ eſt: Non tamen ex hoc intendit, quam diligere amicos meritorium ſit, quando fit propter Deum: Sed ſolum intendit hoc negare tantummodo, quando amici diliguntur, quia diligunt, ita quod ſi non diligerentur, non diligerent. Et ſequitur. *Nonne & publicani hoc faciunt*, ſecundum naturalem affectionem, non ſecundum gratuitam dilectionem: quia canes & multa alia animalia diligentes ſe diligunt & ſigna dilectionis oſtendunt quodam naturali inſtinctu atque amore. Secundum enim Rabanum, Publicani ſic dicti à Publico rege, qui primus eos ordinauit. Necnon & de actu exteriori adiungit. *Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facietis*, ſcilicet quod cæteri communiter faciant ex conſuetudine & natura, *Nonne & Ethnici hoc faciunt?* ſecundum enim Rabanum, Ethnici gentiles ſunt, quales geniti ſunt. Ethnos Græce, gens Latine. Sunt enim ſub lege concupiſcentiæ & peccati & ignorantiæ Dei, atque diuinæ legis. Per ſalutationem enim intelligit quæcunque extrinſeca ſigna amoris, quia in hoc actu eſt prima communicatio & oſtenſio humanæ affabilitatis & ſocietatis. Ex prædictis patet, quod hæc duo vltima inſpirationum genera, quia naturalia ſunt, ſcilicet natura innata, vel natura nata, quæ eſt conſuetudo, ex ſui natura non debent meritoria dici, niſi ſicut prædictum eſt. Aduertendum eſt etiam, quod plura impellunt, *Plura inſpirare videntur quæ fiunt naturaliter.* atque inſpirare videntur humanas mentes, quæ tamen naturaliter fiunt. Verbi gratia, de naturalibus paſſionibus. Naturalis timor ſæpe propulſat mentem cogitare, quæ homo timet: vt puta deficere ſibi victum, ab aduerſariis multa pati, in infirmitatibus derelinqui, & ſic de aliis paſſionibus intelligendum eſt. Item exceſſus alicuius humorum, vel eius bona, vel mala diſpoſitio naturalis, vt puta melancholiæ, ſeu alterius humoris, aut ſpirituum animalium, huiuſmodi homines ſentiunt quandoque quodam occulto motu cogitationem moueri improuiſe ad aliqua & diuerſa obiecta, quia diſpoſitio & habitudo prædictorum humorum in interioribus virtutibus ſenſitiuis ſpirituales immutationes facit. Quandoque inſuper ex

diſpoſitio

Digitized by Google

dispositione & habitudine cælestium planetarum fiunt in homine quidam impulsus ad hoc vel ad aliud obiectum. Quandoque etiam ex multitudine & varietate phantasmatum, seu animalium specierum longo tempore collectarum in aliquibus melancholicis tenacis & vagæ memoriæ post agitationem phantasiæ eorum per diuturnam cogitationem, & sollicitam indagationem alicuius rei oriuntur, occurrunt multa & mirabilia, quæ imperceptibili velocitate, quasi eis à quodam spiritu immittantur, vt sunt parabolæ, vel historiæ, vel aliqui textus sacræ scripturæ ad materiam, seu ad propositum pertinentes, in quo eorum phantasia laborat. De talibus quosdam noui, de quibus talia circa memoriam in eis certa experientia vidi & audiui, quod si ea scriberem, vix credibilia forent: & licet mirabilia viderentur, tamen naturalia erant, Nec facile credendum est quibusdam spiritualibus, qui forti phantasia in contemplatione laborant, quod in omnibus impulsionibus, seu immissionibus, quas sentiunt, vel in eis, quæ illis quasi inopinatè occurrunt, ab Angelo, vel à peruerso spiritu supernaturaliter moueantur, quia in tali leui credulitate latere solet quædam vana cupido, & curiositas venenosa, atque præsumptuosa supernaturalium reuelationum & miraculosarum motionum. Nam plerique sunt, qui ad tantam in re huiusmodi leuitatem iudicij & credulitatis peruenerunt, quod omnem strepitum & tumultum circa se, vel alios à gliribus, vel felibus seu aliter casualiter accidentem credant & afferant à diabolo factum esse. Nec quippe credibile est spiritum nequam callidissimum deceptorem faciliter, atque sponte exterioribus tumultibus prodere semetipsum atque manifestare se contra hominem esse, ad cuius euersionem callidissime elaborat. Veruntamen quidam non irrationabiliter credunt, quod quandoque diabolus illi quem tentat, in aliqua effigie, seu figura apparet: vel se aliquo tumultu, seu aliter se manifestat: & ad hoc à Deo, vel à bono Angelo compellatur, ne forte homo credens inimicum procul, cum præsens est, ab eo insidiosè decipiatur. Scio de inspirationibus omnino diminutè dixisse: sed ille, qui prædictarum veritatum, & omnium bonorum fontalis origo, augmentum, complementum est, suppleat in mentibus aliorum, quod ex multiplici meo defectu diminutum reperitur in me. Et hoc modicum, quod ipse dedit, sit ad suam gloriam & honorem, qui trinus Deus & verus & gloriosus viuit & regnat in sempiternas æternitates infinitorum & æternorum sæculorum, Amen.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de inspiratoribus, quique tribus constat articulis.

Articulus primus.

Quòd reperiuntur septem inspiratores.

Articulus secundus.

Quot sunt genera seminis inspiratiui.

Articulus tertius.

De effectu inspirationum.

De Inspiratoribus.

Sermo IV.

Luc. 3. EXiit, *qui seminat seminare semen suum.* Luc. 3. c. Ad euidentiam dicendorum præmitto, quod in hoc sermone seminare, idem est, quod inspirare & inspiratio est mentis exercitatio ad aliquid operandum, vel non operandum, vel neutrum. Et intellige ad aliquid operandum, scilicet bonum, vel non id est malum, vel neutrum: scilicet quando mens est dubia, vel indifferens in aliquid operando; circa quæ tria sunt consideranda. Primo, quot sunt seminatores: secundo quot sunt genera seminum: tertio, de effectu, seu de certis regulis cognoscendi semina bona, & mala.

Quid inspiratio.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quot sunt inspiratores.

AD primum nota, quod sunt, seu reperiuntur septẽ seminatores, scilicet Deus, Angelus bonus, virtus propria, Angelus malus, malitia propria, necessitas, & conuenientia: & de his singulariter. *Septem seminatores.*

Primo prosequamur: vnde primo dico, quod primus inspirator, seu seminator est Deus; quia *omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum*, &c. Iacobi 1. cap. & in Genes. 1. *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.* *Primus.* *Genes. 1.*

Secundus est Angelus datus ad nostrum exercitium, scilicet ad nostram custodiam: vnde Paulus Apostolus dicit; *Omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi.* *Secundus.* *Hebr. 10.*

Tertius est virtus propria, quæ quandoque prouenit sine Deo, & sine Angelo, vt in bono viro accidit, qui deuotè orans, propria virtute inspirante, & cum magna charitate assueta bona singulariter inspirat intellectum: quia sicut culpa culpam inducit, ita virtus virtutem inspirat. *Tertius.*

Quartus est Angelus malus, qui est seminator zizaniæ, sicut palliatè fecit in Eua, inspirando ei, & suadendo, quod induxit eam ad comedendum de pomo vetito. Et hoc accidit tam in spiritualibus operationibus, quam temporalibus, vt infra dicetur; quia sub specie fallit homines. *Quartus.*

Quintus est malitia propria, quæ habituatur in malis, semper inspirat tentationes malas sine alterius inspiratione, sicut accidit in pluribus latronibus, quorum prior & habituatus in longa sua praua consuetudine furandi, & interficiẽdi, exiens dicit aliis, ego volo antecedere, sequimini me: ego, quia ex sua propria malitia habituata in similibus malis inspirat, & inducit eum ad perimendum homines, quibus obuiat magis quam socios, qui forte in talibus non sunt ita habituati; & habituati in facinoribus sunt similes lapidi rotundo, qui proiectus in grauedine sic discurrit ad locum decliuiorem, donec requirat suum centrum seu locum vbi stet. Similiter & peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, mox suo pondere discurrendo, & inspirando trahit animam ad aliud peccatum: vnde Dauid; abyssus abyssum inuocat. Et Isaias cap. 5. *Cor impij quasi mare feruescens, quod nunquam habet requiem*, sicut & cor impiorum feruet iniquitatibus. Et sicut mare conuertit dulce in amarum & amarum in dulce. Ita cor impij: vnde Isa. c. 5. *Væ vobis, qui dicitis bonũ malum, & malum bonum, & ponitis amarum in dulce, & dulce in amarum.* Et scias, quod diabolus facit sicut mater, quæ nutrit filios suos; quia quando sunt ita paruuli, quod non possunt ire per se, blandiendo, ducit eos in in circulis, donec de per se addiscunt ire. Et postea dimittit eos ire de per se sine custodia. Ita facit diabolus, quia primo allidit suis filiis iniquitatis, inspirando paulatim mala: & dum in malis sunt habituati, nec se corrigunt amplius, non expedit, quod tententur à diabolo; quia ex sua propria malitia habituata inclinantur ad malum: & quia scit istos perseueraturos in malis, amplius non tentat eos; quia sine sua tentatione, ex habitu propriæ malitiæ, de per se irascuntur, luxuriantur, blasphemant Deum, decipiunt alios, & omnia mala faciunt. *Quintus.* *Peccatum. vires acquirit.* *Isa. 5.* *Isa. 5.* *Diabolus aliquando tentare desinit.*

Sextus seminator est necessitas; & quia necessitas nõ habet legem, hæc inspiratio non inducit meritum, nec demeritum; vt si habes famem, necessitas inspirat *Sextus.*

Digitized by Google

te quod comedas : & mater non poteſt obliuiſci infantulum ſuum neceſſitate aſſiſtente : & hæc neceſſitas quandoque eſt reſpectu ſui-ipſius, quandoque reſpectu proximi.

Septimus. Septimus ſeminator eſt conuenientia, id eſt conformitas conuerſantium adinuicem, quæ neque à Deo, neque ab Angelo inſpiratur, &c. de quibus clarius indicetur.

Articvlvs Secvndvs.

Quæ ſunt genera ſeminis inſpiratiui.

Septem genera ſeminum. AD ſecundum principale ſcilicet quot ſunt genera ſeminis ; quia tot ſunt, quot ſunt ſeminatores ; quia primum genus cognitionis ſeminum eſt Dei ad animam : ſecundum eſt Angeli ad animam : tertium virtutis propriæ ad animam, &c. differentia quarum inſpirationum quaſi incognoſcibilis eſt, immo infallibilis : & iſta tria ſemina inſpirationum ſemper bona ſunt. Et etiam quartum genus inſpirationis à diabolo ſeminante, quandoque non cognoſcitur, vtrum ſit à Deo, vel ab Angelo, vel à virtute propria : transfert enim ſe diabolus quandoque in Angelum lucis : & iſta inſpiratio quandoque eſt bona, quia meritoria, rariſſimè tamen : ideo ſis cautus quando talis inſpiratio ſeminatur in mente, quia vix poteſt deprehendi, an ſit bona, vel mala, an à Deo, vel ab Angelo, &c. inſpiretur, quia in principio, medio, & fine apparentes conueniunt ; quia apparet, quod talis inſpiratio ſit de bono, & cum apparentibus rationibus, & cum apparente diſcretione, & propter eum videtur fieri debere inſpiratio illa, licèt à diabolo inſpiretur. Et nota, quod inſpiratio procedens à diabolo, & à noſtra malitia propria regulariter mala eſt, vnde quando tu propoſuiſti facere ex aliqua bona inſpiratione aliquid boni, diabolus inſpirat, quod ſi facis tale quid, erit maius bonum, quam ſi facis tale, quod propoſuiſti, tu dimittis prius bonum ex bona inſpiratione tibi inſpiratum. & facis maius bonum à diabolo inſpiratum, vt maius meritum conſequaris, quo incœpto poſtea videbitur tibi ita arduum quod, illud relinquis, & ſic non facis primum, nec ſecundum, & ſic de aliis ſimilibus inſpirationibus. Neceſſaria, & conuenientia ſunt ita connexæ, & commixtæ, quod vix vna inſpiratio proueniens ex neceſſitate, vel ex conuenientia diſcernitur ab alia, & in his duabus ſi eſt verè neceſſitas, non meretur.

Quanam inſpiratio mala.

Articvlvs Tertivs.

De effectu inſpirationum.

Decem regulæ ad effectū inſpirationū cognoſcendū. AD tertium principale, ſcil. de effectu ſupradictarum inſpirationum. Et nota bene. Ad cuius declarationem nota, quòd decem regulæ ſunt notandæ.

Prima. Prima eſt, quæ in diſcretione conſiſtit, vt ſemper maius bonum præponatur minori, cæteris paribus : & ſic incipiendo de minori bono ad maius bonum, & de maiori ad maximum gradatim, quia iuſtitia præcipit, maius bonum magis diligi : vnde bonum ſpirituale eſt eligendum magis, quam corporale, & bonum generale eſt præferendum bono ſpeciali : vnde ſi maiora, & plura poſſunt ſimul fieri & exerceri, & ſunt compaſſibilia, ſunt facienda, magis quàm pauciora, & vnum ſolum, & cum perſeuerantia, vbi illa plura non requirunt totius hominis exercitium ; ſed ſi requirit totius hominis exercitium, ſicut eſt prædicare, & habere curam animarum, illud eligi debet, quod eſt magis fructiferum, & alterum tantum facere : quia alterum illorum duorum officiorum occupat totum hominem : vnde Paulus ait, *Non me miſit Dominus baptizare, ſed euangelizare.* *1. Cor. 1.*

Secunda regula. Secunda regula eſt, quod in præſenti materia in cognitione crucis, propter ea, quæ ibi dicentur, attendas, quod ex ſui natura ſit crux, & non propterſe, ſcilicet propter tuam delectationem temporalem, vel vtilitatem propriam, vel propter alium, ſcil. propter proximum, vel vtilitatem proximi, vt ibi declarabitur : circa quæ nota quinque.

Omnis virtus crux dici poteſt. Primo, quod omnis virtus poteſt dici crux, aut inſpirata à Deo, aut ab Angelo, vt ibi declarabitur, hęc denotantur in cruce Chriſti, in qua conſidera quatuor, vnum eſt longum, aliud eſt lignum ſuper quo Chriſtus tenebat pedes : tertium eſt, quod eſt per tranſuerſum : quartum eſt lignum deſuper caput Chriſti, vbi inſcriptus fuit titulus, videlicet, *Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum.* Et per lignum longum deſignatur amor Dei, per inferius lignum ſuper quo tenuit pedes, notatur amor proximi, per tranſuerſale intelligitur delectatio aduerſitatis propter amorem ipſius crucis, per lignum ſuperius intelligitur gaudium, & ſpes vitæ æternæ.

Secundo nota, quòd non eſt propter ſe tantum laborare, ſed eſt laborandum, ne Deus offendatur, , & vt amplius honoretur. Pſalm. *Labores manuum tuarum, quia manducabis : beatus es*, ſcilicet in præſenti vita, *& bene tibi eris*, in futura. *Pſal.*

Cur omnia. Tertio nota, quod non eſt operandum reſpectu delectationis corporalis, & vtilitatis tantum, ſed reſpectu Dei : vnde poſito, quod ieiunes vt magis acuas appetitum, & delectabilius comedas, vel vt ſanior viuas, & ſimilia, quia non fit propter Deum, ſed propter te tantum, ideo recipis mercedem tuam ab eo propter quod id facis, iuxta illud : *Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam*, ſcilicet à delectatione, vel ſatietate. Si pater, qui naturaliter inclinatur ad amandum filium, ipſum ditat, veſtit, & alit, in hoc nil meretur, quemadmodum & pecora, & animalia naturaliter alunt filios, & naturaliter appetunt viuere, & ſimilia. Item nec propter conuenientiam ſocietatis tantum debemus amare ſocios, ſeu aliam creaturam, nec taliter amando meremur : nam & bruta animalia, aſini, equi, & ſimilia animalia naturaliter amant ſimilia, & ſocios quia omne ſimile appetit ſibi ſimile : & quando ſimilia ſunt conuenientia, non meremur. Sed ſi ille naturalis amor, vel conuenientia ſocietatis peruenium vt Deus minus offendatur, & perfectius ſeruiatur ſibi, tunc meretur taliter amans : vnde pater filium diligendo, inſtruendo, & ei neceſſaria faciendo, vt valeat viuere ſine peccato, & ſeruire Deo, & non offendere ipſum, tunc præmiabitur de ſuo labore ; & talis inſpiratio naturalis amoris, & conuenientiæ procedit à Deo, vel ab Angelo, vel à virtute propria ; poteſt etiam procedere à diabolo, tamen contra ſuam intentionem finalem : & nota, quòd quando quis operatur propter naturalem ſeu carnalem amorem tantum, vel propter ſe tantum, illud procedit ex inſpiratione diabolica, & non referendo illum amorem principaliter ad Deum. Item nota, quod quando ſenſualiter tantum amatur, vt puta, plus amare iuuenem, quam ſenem, & pulchrum, quàm turpem, & ſic de ſimilibus, non referendo illum amorem ad Deum, talis inſpiratio eſt etiam diabolica : ſed ſi amatur iuuenis, vel pulchra res plus, quàm turpis, non propter ſe tantum, vel propter illum amatum tantum : ſed vt Deus non offendatur, & vt ei magis ſeruiatur, tunc eſt meritorium, aliàs ſecus : vnde Matth. 16. cap. *Qui vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, & abneget ſemetipſum, & ſequatur me.* Abnegare ſemetipſum, eſt ſeruire : ſed non propter ſemetipſum tollat crucem. Et ſic nota, quòd volens ſequi Chriſtum, neceſſe habet, tollere crucē, & debet tollere crucē ſuam, id eſt ſecundū ſuum poſſe, & meum, ſicut Chriſtus accepit, quia opera Sanctorum aliqua ſunt admiranda, ſed non imitanda : *ſequatur me*, id eſt honorē, & amorē meū, & non ſuum. *Matth. 16.*

Tertia regula. Tertia regula generalis eſt, quod accipere crucem vltra paſſibilitatem corporis, non eſt inſpiratio Dei,

ſed

sed diabolica tentatio: ratio est, quia Deus nihil odit eorum, quæ ipse fecit: vnde non odit corpus nostrum, immo diligit, & vult nos ipsum diligere, & ad suum honorem ipsum conseruare, & non destruere, nec dare ei onus, quod non possit portare: nam iugum meum suaue est, &c. & licet videatur Sanctos fecisse magna, &c. dico, quod sunt admirandi, & non per omnia imitandi: sic non est iudicium inter nos, & Sanctos; sed inter Deum, & nos, & Sanctos; sed inter Deum, & nos, eo quod omnes fecerimus præcepta sua, nec bonum quantum facere poteramus; & non ex eo, quia non fecerimus, quod Sancti fecerunt; vel quia non fuerimus imitati Sanctos: vnde Beatus Augustinus in prima sua dicit, quod medium tutissimum est inter extrema tenere; quia medium tenuerunt Beati. Et scias, quod parum operari, non perducit ad regnum; nimium vero operari, vltra regnum transit, & ad infernum demergit: vnde Paulus 1. ad Corinth. 5. cap. *Tanquam morientes, ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati, tanquam morientes* tenendo extremitatem: & *ecce viuimus*, tenendo medium pœnitentiæ corporalis; *vt castigati* à præsumptuositate nostra in non tenendo amplius extrema, *& non mortificati* propter negligentiam, & pusillanimitatem nostram: sed tenendo medium, & exercendo virtutes, & bona opera, quæ exercere possumus, viuamus; vnde exemplum. Erant duo, qui volentes seruire Deo, consuluerunt Fratrem Bernardinum, quibus consuluit, quod subirent obedientiam religionis alicuius prælati; & alter tenuit suum consilium, alter verò voluit sequi consilium suum, sed intrauit vnum eremitorium, & voluit regulari secundum caput suum; & fecit ita austeram, & extremam vitam illo anno, quod in effectu debilitauit cerebrum, & vires corporis, quod incœpit vacillare, & intrauit ciuitatem; vnde ciues videntes austeritatem vitæ suæ, incœperunt sequi eum, vt amicum Dei, & fere Sanctum: & incœpit prædicare, quòd erat Papa, & quòd debebant apparere certa signa: quadam die congregata multitudine gentium expectantiũ signa, incœpit demens fieri; propter quod Frater Bernardinus accepit eum in custodiam, & gubernationem in quodam xenodochio, dando pro regula, quod quis dicit se imperatorem, vel Papam, ouæ sunt sibi danda: vnde vna die dictus fatuus accepit vnam partem ostij volens percutere caput F. Bernardini; & nisi vidisset vmbram, & orauisset, ipsum interfecisset: & notauit hoc, quòd si infatuans reperitur in peccato mortali, & moriatur fatuus, damnatur. Item notauit, quòd nouitius primo anno, quo stat in probatione religionis, si infirmatur, aut non perseuerat, aut vix perficit vitam monasticam.

Quarta regula principalis est, quòd omnis crux importabilis animæ, nunquam est assumenda etiam à quocunque inspiretur, quia nunquam perficietur: hoc tamen non in omnibus quia feruor animæ debet attendi secundum virtutem portabilem, seu quæ portari possit, & secundum plus, minus exerceri cum discretione. Tamen Maria Magdalena ex multa dilectione, quia multum dilexit, promeruit veniam multorum peccatorum, & gratiam abundantem: vnde Christus dixit, *fides tua te saluam fecit*. Vnde Matth. 4. *Non tentabis Dominum Deum tuum*: quod facit imponens nimiam crucem animæ suæ scilicet nimium orare, nimium meditari, quasi videtur tentare Deum, & propter fastidium, quasi desperans mutabit propositum, quia non in multitudine, sed in deuotione, & feruore deuotionis consistit oratio; vnde Beatus Franciscus itinerabat quandoque per decem milliaria, quod non dicebat nisi vnum Pater noster. Nec est tamen orandum nimis parum, sed medium est tenendum, vt supra dictum est: & reperto medio debet se stabilire, & perseuerare in illo, nec interim donec reperieris illud medium, est desistendum à bono; quia sicut vitrarius, vel figulus non cessat facere ciathos suos, vel paropsides suos, licet aliquos frangat; sic nec volens seruire Deo. Sed vnum procedit, quando erit vnus infirmus & senex, qui plus operatur in seruitiis Dei, quam iuuenis, sicut in beato Francisco reperitur; illud procedit ex feruore, & amore, & vigore virtutis animæ redundante in corpore illius: iecus si cætera essent paria, quærere enim mori propter Christum, sicut fecerunt Martyres, non est naturale, sed est ex virtute, & feruore animæ; sed an censeatur indiscretus ille, qui propter pœnitentiam, & bene agendo, & discretè infirmatur? Respondeo, si quis, infirmatur in bono opere, infirmatur non ex indiscretione, sed à Deo, ad sui profectum, & ad cognoscendum, vtrum hæc procedat à probatione Dei, vel ab indiscretione: nota, quod qui ex probatione Dei infirmatur, cum gaudio sustinet infirmitatem, & laudat pœnitentiam, & hortatur alios ad similia facienda, & ad patientiæ supportationem, cuius infirmitas non est ad mortem, sed vt glorificetur filius Dei propter eum: sed quando infirmitas ab indiscretione procedit, tunc impatienter portatur, & infirmans dissuadet aliis ne similia faciant; & est signum indiscretionis, & tentationis: vnde Apocalyp. secundo: vbi prælatus reprehenditur de feruore, sed laudatur de odio Nicolaitarum, qui sub triplici differentia, sed triplicem differentiam, infra scripti verbi Nicolaitarum, significat literatos corporales, & spirituales. Nicolaus enim vnus de septem Diaconibus fuit, qui cum centum viginti Spiritum sanctum receperunt, & postea effectus est caput hæresis, & conduxit ex dictis centum viginti, vndecim ex sua secta: vnde considerando, quod discipuli, qui receperunt Spiritum sanctum, sunt effecti hæretici valde tremendum est: vnde Psal. *Posuisti firmamentum eius formidinem.*

Item exierunt quidam ex nobis, sed non fuerunt ex nobis; quia non qui incœperit, sed *qui perseuerauerit, saluus erit*. Et iste Nicolaus hæreticus tripliciter errabat. Primo, quia non studebat nisi in carnalibus desideriis mulierum, & dum reprehenditur, negauit se luxuriari, sed dixit, quòd bene communicabat propriam vxorem aliis, quia omnia sunt commmunia; & hoc faciebat ex charitate, quæ erat charitas, vnde Nicolaitæ dicti sunt. Secunda differentia est corporalium, qua sequebantur carnalia inordinatè vnde stultus populus interpretatur. Tertia differentia erat spiritualium, quia vitiosè, & indiscretè viuebant, vnde stultus populus interpretatur.

Quinta regula est, quòd omne, quod non est secundum vsum rationis, omnino non est faciendum. Et si Sancti videntur fecisse oppositum sunt mirandi, sed non imitandi, quia potius tentatio esset, & maxime contra præcepta diuina, vt mulieres in habitu monachali cum monachis in monasterio habitent; quamuis reperiatur in libris vitæ Sanctorum Patrum, aliquas in habitu monachali inter monachos habitasse, & Sanctas fuisse. Et est etiam contra vsum rationis, quòd iuuenis fœmina peregrinetur, quia periculosum est suæ pudicitiæ, secundum rationem: vnde Paulus ad Rom. ait: *Rationabile obsequium vestrum.*

Sexta regula, quòd nihil est faciendum contra sensum, & consilium expertorum in via Dei, accipit pœnam sine præmio ex sua cruce ex iis, quæ facit; vel si accipit crucem delectationis spiritualis sine consilio, vt supra, male sibi veniet; sicut si aliquis peregrinus volens transire per locum periculosum contra consilium habitantium in locis proximis, & scientium pericula illius loci incidit in latrones, & spoliatur, & multoties interficitur; & hoc respectu illorum qui recipiunt crucem pœnitentiæ corporalis. Item etiam est periculosum accipere crucem delectationis spiritualis sine consilio peritorum, & expertorum in talibus; quia multoties

Sanctos non possumus imitari.

An indiscretus qui bene agendo infirmatur.

1. Cor. 5.

Apocal. 2.

Psal. 88.

Nicolaus hæreticus in quo errabat.

Quinta regula.

Quarta regula.

Matth. 4.

Oratio non in multitudine, sed in deuotione consistit.

Sexta regula.

Rom. 12.

Digitized by Google

diabolus transfert se in Angelum lucis, sicut fecit vni socio Sancti Francisci, qui apparebat in forma crucifixi, dicens, quòd non deberet morari; nec credere illi Francisco tam despecto, & vili personæ; & recipiebat in animo cõsolationem, credens fore Christum. Et hoc faciebat diabolus, vt apostataret, & relinqueret seruire Deo. Et diu occultauit prædicta, tandem reuelauit sancto Fráciſco, qui dixit dicto fratri suo, quòd si amplius appareret sibi, quòd spueret in eius faciem; quia si esset Angelus lucis, vel Christus, patiêter portaret: & si esset diabolus, cum superbia, & impatientia recederet. Quòd cum ita fecisset, diabolus delusus inde recessit cum magno impetu, & dirupit scopulos, vnde transiuit: vnde expertus crede magis. Et etiam sunt scandalizandi: vnde Paulus ait: *Si scandalizauero fratrem, non manducabo carnem in æternum.* Et non dixit, si scandalizauero æmulatorem iniquum, malitiosum, proteruum, &c. sed dixit fratrem, scilicet simplicem, virtuosum, & similem. Et de æmulatoribus Christus dixit: *Sinite æmulatores, quia cæci sunt, & duces cæcorum.*

Quomodo dignoscitur Angelus lucis ab Angelo Sathanæ.

1. Cor. 8.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de semine inspirationis, quique tribus constat præcipuis articulis.

Articulus primus.

De discretione inspirationum.

Articulus secundus.

De inspirationum operatione.

Articulus tertius.

De fructu inspirationum seu de earum fructu.

De semine inspirationis.

Sermo V.

EXiit, *qui seminat, seminare semen suum.* De semine inspirationis varias acceptiones præmisimus: sed in ista prædicatione dicere intendimus de semine inspirationis: vnde ad euidentiam nota tres regulas, seu considerationes.

Prima consideratio est discretio.

Secunda est inspirationum operatio.

Tertia consideratio est fructus inspirationum, seu inspirationum fructificatio.

Item nota decem regulas, de quibus heri diximus de sex per ordinem. Restat in præsenti sermone tractare de aliis quatuor.

Articvlvs Primvs.

De discretione inspirationum.

Prima regula.

PRima regula est, quod quando occurrit in mente tua cogitatio aliqua faciendi quoddam magnum factum, & intellectus tuus stat suspensus, & non es solitus facere tale factum; numquam illud incipias, donec non es bene clarus; quia si illud aggrediaris, nisi fuetis bene clarus male continget. Nam operationes magnæ de sui natura sunt magni effectus, & debent capi cum magno intellectu, & cum matura deliberatione: verbi gratia, si vis effici religiosus, & tuus animus intricatus stat in suspenso, non facias donec tibi alia cogitatio non occurrat; & donec bene intelligas, & es clarus animo repausato, maxime in his, in quibus experientiam non habes; quia si fundamentum est debile, quando magnum ædificium est fabricatum, ruit, nec potest stare: vnde priusquam curras ad actum, maturè delibera: vnde quando talis cogitatio tibi occurrit, in qua tuus in suspenso stat animus, & nescis quid facias deliberare, primo recurre ad rationem, & orando Deum instanter precare, vt tuum clarificet intellectum. Et si orationes tibi non prosunt, quære consilium ab experto: & si adhuc non es clarus, nullo modo te impellas. Et dixi primo quod insisteres prationi, quia si illa inspiratio à Deo procedit, ipse paulatim declarabit tuum intellectum, quòd illa inspiratio ab eo procedit: & si à diabolo procedit, adhuc se Deus illuminabit paulatim, quòd illa est diabolica inspiratio in processu. Ideo non festines. Secundo quære consilium ab aliquo in talibus experto. Et si non reperis consilium: superinde expecta tempus, & paulatim Deus tibi declarabit, quid sis facturus ad instar fortunæ; quia nauclerus dubius de fortuna maris, expectat in portu securus, donec paulatim fortuna recedit, & est clarius de tranquilitate, & tunc secure tendit in altum. Nam multotiones menti occurrit aliqua bona cogitatio à diabolo inspirata, vt sub specie boni si incœperis, in processu non prosequeris, decipiar, propterea non festines, nisi Deus tibi mittat per nuntium tempus, quod paulatim te declarabit quid melius sit faciendum, quia consuluius est desistere, & non principiare, quàm principiatum deserere: iuxta illud, *Non qui incœperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit.*

Maturo omnia consideranda.

Consilium ab experto accipiendum.

Matt. 10.

Secunda regula.

Secunda regula est, quod quando tibi occurrit alia inspiratio alicuius cognitionis, in qua sit aliqua delectatio naturalis, quæ sit sine peccato, & illa naturalis delectatio sit minor, quam pœna crucis; illa operatio semper est facienda: verbi gratia, quando tu ieiunas propter appetitum accensum, tu habes maiorem delectationem, quàm de carnibus, vel de vno capone, quando tu non ieiunas; vel cape delectationem naturalem cum vxore tua, dico semper sine peccato mortali; & illa delectatio est minor, quàm pœna crucis. Tu non debes dimittere ieiunium, seu aliam operationem virtuosam propter illam delectationem naturalem, quia maior est pœna crucis, scilicet ieiunium, quam sit illa delectatio naturalis; & dixi, si est sine peccato mortali; quia si esset cum peccato mortali, nullatenus est facienda: verbi gratia, si Abbas præceperit suo monacho quòd non comederet cepe; & ille monachus ieiunaret, vt posset comedere, & comedit cepe. Et quia delectatio naturalis, quam ipse habet in comedendo illud cepe, est cum peccato mortali, quia facit contra obedientiam, licet sit minor, quàm pœna crucis, hoc est, quàm ieiunium, non est facienda. Similiter potes ponere exemplum.

Tu vadis ad audiendum prædicationem ad audiendam facundiam prædicantis, & delectaris naturaliter in ea, tamen sustines frigus, vel aliquam necessitatem, licet non habeas delectationem spiritualem, tu non debes relinquere prædicationem: quia pœna crucis maior est, quàm illa naturalis delectatio, si est sine peccato mortali, sicut est in mercatore qui scit, quod si mercatur, perdet aliquid: sed scit, quòd de illa mercatura, vltra aliud, bene lucrabitur, non stabit quo minus mercetur, quia plus lucrabitur, quàm perdet. Idem in agricola, qui scit, quod seminando disperdit multa grana; tamen quia scit per experientiam, quod multo plus granum habebit, & lucrabitur, quàm sit illa grani dispersi perditio. Similiter in prædicante naturaliter venit sibi delectatio quædam videndo sub eius audientia multas personas: si illud refert ad Deum, non peccat: sed si sibi appropriaret, incideret in peccatum inanis gloriæ, quod est mortale: & tunc melius esset desistere peccando mortaliter; quia licet faciat multum fructum aliis, quid prodest sibi, si totum mundum habeat, & animam perdat; vnde scias, quod natura stat inter gratiam, & culpam, si delectaris in bono, habes gratiam; si delectaris in malo, habes culpam: & illam delectationem naturalem, quam habes, si refers ad Deum, est

bona,

Digitized by Google

bona, & consequeris gratiam: si ad te refers, est culpa. vnde Iob. 28. c. *Dulcedo illius vermis non sit tibi in recordatione*, &c. Dulcedo illius vermis scilicet delectatio, non sit tibi in recordatione, referendo semper ad Deum tantum: quia *non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*: quia descendit in operatione aliqua delectatio naturalis, refertur ad Deum, & non relinquitur via, & operatio virtuosa, scilicet crucis, tũc sequitur gratia, & lignum naturæ fraugitur infructuosum; similiter econtra sequitur contrarium; & ideo quando ex aliqua operatione sequeretur illud contrarium, semper desiste ab illa inspiratione illius inspirationis.

Iob. 28.

Ad Deum omnia referenda.

Tertia regula est, si sibi occurrunt duæ delectationes, vna naturalis, alia spiritualis: & spiritualis superat naturalem sine peccato, semper debes illam sequi: alias secus: verbi gratia, tu vadis audire Missam propter audire organa, vel cantores, & naturaliter delectaris in illa melodia, magis, quàm in sensu scripturarum, & in Missa; quia naturalis delectatio exuperat spiritualem, nec refertur ad Deum, sed ad te: tunc est desistendum, & non sequendum: sed si exuberat in te plus delectatio spiritualis sensus, quàm naturalis, illa est inspiratio diuina nec est relinquenda propter delectationem naturalem: vnde Paulus ad Ephes. c. 4. *Gaudete in Domino semper* spiritualiter intellige. *Iterum dico gaudete*, licet habeatis aliquam delectationem naturalem.

Tertia regula.

Ephes. 4.

Quarta regula est, quia gulariter homo potest gaudere, & hoc dupliciter no modo per virtutem patiendo, alio modo per gra: vnde quando pono delectationem in anima, ver gratiam, vel per virtutem; illam virtutem omni apere debeo, delectationem per virtutem patien sicut Apostoli ibant gaudentes ad martyrium; sic debemus gaudere patiendo, & amando Deum: mnia alia aduersa virtuose patiendo pro eo. Nam s non præcipit, quòd aliquis moriatur pro eo, nec mnia aliis: sed dicit, *Ama me, & sermones meos ser* & sic præcipit, quòd gaudeamus: & ideo secundu od gaudemus amando Deum, lætemur in eo per tem in persecutionibus nostris. Aliud est gaudere eo, scilicet quando anima fit liquefacta in gratia verbi gratia, quando vadis ad confitendum, ru vadis tus, & cum magna granitate tuorum facinorum: uando es confessus, anima remanet tota gaudens euis: & si est bene contrita, & sibi placet, quod ei ceat, quòd mala fecerit per præteritum, & potius t illam talem contritionem habere, quàm omnes delectationes, si essent simul conglutinatæ illo suorum omnium peccatorum, quas habuit illa trando, & plus delectatur in displicentia pecc illorum, quàm delectata fuerit in perpetrando nc est vera contritio illa: vnde Propheta. *Deam in solitudinem*, scilicet quando deseret pecca *lactabo eam*, scilicet in placendo pœnitere de operibus; quia tunc peccator delectatur in Deo, & mplando dicit animæ suæ: anima mea quàm ngrata versus tuum Creatorem, & amasti tuam ionem, & mundum periculosum, & peccata, der Deum, & saluatorem tuum, &c. & hoc proc rtim per inspirationem, & quandoque per diui iam. Et similiter si contemplando gaudia para ires animam liquidari: vnde aliqui Sancti eti ctationes spirituales in hoc sæculo fugerunt, sic Iacoponus, qui reperiens Christum fulgente lla, dixit ei: Foras Christe: & Christus dicebat *ntra, fili*: & ille respondit: *Non intrabo nisi e* cce qualiter aufugit Deum, vnde hoc, & quid taret illam spiritualem delectationem, vt cruce cum Deo, non delectando de eo pro tunc, si stus in cruce, quando dixit: *Deus meus, cur mi ti?* vnde Cant. 7. cap. *Ego dilector in eo, & uersio eius*, &c. Vnde

Quarta regula.

Tertia regula.

Cant. 7.

prima delectatio est virtus, secunda est delectatio à Deo data. Et hoc quando euenit non expectat.

Articvlvs Secvndvs.

De inspirationum operatione.

Secunda consideratio est operatio inspirationum, & in hoc est quadruplex differentia; quia quædam est operatio inspirationum cum voluntate & opere. *Operatio inspirationum. Ioan.*

Secunda est cum voluntate, & sine opere.

Tertia est cum opere, sed sine voluntate.

Quarta, quia aliqua non debent sine opere, & sine voluntate fieri.

Prima inspiratio intelligitur melius inter supradictas regulas, quæ sunt decem; quia omne, quod bonum est, debet cum voluntate, & opere exerceri, vt in extremo sermone continetur.

Secunda regula, quando aliqua bona inspiratio non plus imponit, quàm possit ferre corpus tunc fac & cum voluntate, & opere.

Tertia regula, quando delectaris secundum rationem, cum factis debet fieri.

Quanta regula, quando non das scandalum alteri, non debes operari cum factis, & voluntate, si das scandalum, sufficit tantum bona voluntas, quia pro facto reputatur.

Quinta regula, quando perfecte intelligis rem cum deliberatione; fac cum opere & voluntate.

Sexta regula, quando minor est delectatio naturalis sine peccato, quàm spiritualis, fac opere, & voluntate.

Septima regula, quando est maior delectatio spiritualis, fac opere & animo. Vnde Paulus, *Hoc sentite in vobis*, quod sensit Christus in se scilicet gaudium, & pœnam: gaudium in bene viuere, & virtuosè: & pœnam crucis, quia oportet Christum pati, & intrare regnum suum, & qui Christum volunt sequi, debent ire per viam Christi cum voluntate & factis; & habes primam differentiam, quæ est in exercendo cum voluntate, & opere.

Secunda differentia est, quia sufficit inspiratio voluntatis sine opere: verbi gratia: vxori iuueni, & pulchræ alicuius ciuis inspiretur seruire pauperibus in aliquo xenodochio; vel peregrinari; tunc sufficit sola voluntas, si id facere non potest propter insufficientiam propriam: vel ne faciat scandalum aliis, videlicet marito, & superioribus, & sic de similibus; quia si vni iueni inspiraretur peregrinari, & timeret pudicitiam; quia aliàs posset peccare itinerando, & esset tentatio diaboli; ista inspiratio debet perfici sola voluntate & non opere.

Tertia inspirationum differentia est, quod aliqua inspiratio debet fieri cum opere sine voluntate: verbi gratia, maritus præcipit vxori ieiunanti in die non præcepto ieiunare vt comedat aliquid; vxor licet voluntas non concurrat, debet obedire, & comedere, & non erit peccatum, sed meritum; licet si alias faceret, esset peccatum veniale: secus autem si propter illud obediret, peccaret mortaliter, quia tunc nec vxor marito, nec monachus prælato obedire tenetur. Nam Christus dixit: *descendi de cœlo, vt facerem voluntatem patris mei, & non meam.* Nam Sanctus Franciscus discretè videns, quòd vnus ex suis Fratribus propter abstinentiam quasi deficiebat, media nocte mandauit ipsum comedere, & ipsemet voluit comedere secum, licet voluntas non foret; sed id fecit opere, vt alliceret socium ad comedendum secum, & non deficeret. *Ioan. 6.*

Quarta differentia est, quia aliquæ inspirationes fieri non debent, nec opere, neque consensu, scilicet malæ inspirationes, & vitiosæ; quia non consensu, nec opere debent fieri, & similiter nimia crux Christi & animæ est fugienda: vnde in Genes. Manusque vestras tenete contrarias, scilicet decem reg. supradict. Similiter, econtra bonæ inspirationes, & virtuosæ,

Digitized by Google

& quæ non imponunt superfluam crucem corpori, & animæ, semper sunt faciendæ.

ARTICVLVS TERTIVS.

De fructu inspirationum seu de earum fructu.

TErtia consideratio principalis, est fructificatio istarum inspirationum, vnde sicut supradictum fuit in hesterno sermone, tu habuisti tria genera inspirationum: bona semper, scilicet Dei, Angeli, & virtutis propriæ: mala sunt dæmonis, & malitiæ propriæ: nec bona, nec mala sunt quæ proueniunt à necessitate, vel conuenientia: fructificatio inspirationum, quæ inspiratur à Deo, Angelo, & virtute propria, est, quia homo per illas aliquando recipit, & colligit bona temporalia, aliquando bona temporalia, & spiritualia, aliquando bona temporalia, spiritualia, & æterna.

Recipit temporalia bona, quia licet homo sit in peccato mortali, & faciat bonum ieiunando, peregrinando, & eleemosynas dando, & bona alia faciendo; tamen expectat recipere remunerationem in hoc mundo in bonis temporalibus, scilicet diuitias, sanitatem, filios, pacem, &c. & procedit ab inspiratione Diuina, Angelica, vel propria virtute.

Aliquando remuneratur faciendo bonum spirituale, sicut si meretrix in peccato mortali ieiunet diebus Beatæ Virginis, quandoque per illud bonum taliter inspiratur, quod in puncto mortis potest habere tantam contritionem, quod consequitur gratiam temporalem & spiritualem.

Tertium præmium, quod colligit homo ex inspiratione, quandoque est temporale, spirituale, & æternale, quando homo operatur secundum gratiam sibi datam, & inspirationem à Deo inspirante prouenientem. *Præmium ex inspiratione.* Et nota, quòd diabolus potest inspirare, quòd tu facias bonum, & faciendo illud bonum, potes consequi bona temporalia, spiritualia, & æterna. Rato tamen hoc accidit, verbi gratia, diabolus inspirabit, quod tu ieiunes, & valde extermines corpus tuum: volens sequi vitam aufferam alicuius Sancti, & hoc facit, vt infatueris, & prædicta faciendo aliquis te reprehendit, & desistis sequi vitam illam inspiratam à diabolo: quia principium fuit bonum, & tu ieiunasti cum bona voluntate, & puritate; & quia principium fuit bene terminatum, te præmiabit Deus, & per hoc potes consequi bona temporalia, & spiritualia, & æterna, quemadmodum si te Deus inspirasset, quemadmodum si aliquis malus vt faceret monetam falsam, & bonam, ad cuneum bonæ monetæ dominationis alicuius, tamen bona moneta illius mali viri per eum fabricata expenderetur ita bene, sicut moneta bona illius dominationis, licet mala non expendatur. Modo similiter, quia contrariorum eadem est disciplina ex quota inspiratione, quæ est diaboli, & quæ est quinta, quæ à malitia propria hominis procedit, & quæ sunt contrariæ inspirationibus supradictis, scilicet Dei, Angeli, & propriæ virtutis: quandoque quis meretur mala temporalia, aut mala spiritualia, aut mala temporalia, & spiritualia, & æternam damnationem: vnde nota, quod sicut nullum bonum irremuneratum, sic & nullum malum transit impunitum: vnde malum temporale est perdere filios, vxorem, diuitias, & spem temporalium bonorum, & similia. Malum spirituale, quando anima priuatur delectatione spirituali, & virtutibus, & repletur vitiis, & peccatis, & versatur semper in continuo conflictu, & labore acediæ, iræ, & nunquam habet aliquam delectationem spiritualem. Tertium præmium est fructificatio malarum inspirationum, est habere malum in corpore, & in anima, & æternaliter in perditione corporis, & animæ; & sic omnia præmia bonæ, & malæ inspirationis reducuntur ad hæc.

Duæ aliæ inspirationes, quæ proueniunt ex necessitate, vel conuenientia, non inducunt meritum, nec demeritum, vt plurimum: verbi gratia, tu fatis, bibis, tu esuris, & comedis, &c. id ex necessitate cogente facis: vel si seruis amico, vt tibi seruiat: vel nutris filium, vt in senectute ipse te nutriat, id ex conuenientia facis, & non meteris, nec demereris: sed si ea facis, vt seruiatur Deo, & Deus non iudicet, tunc inde debes præmium expectare.

Septem species inspirationum.

Vt ergo habeas plenam notitiam istarum inspirationum à diabolo prouenientium, nota, quòd septem sunt species istarum inspirationum, quia prima dicitur importuna, secunda dicitur dubia, tertia dicitur subita, quarta occulta, quinta violenta, sexta fraudulenta, septima & vltima dicitur perplexa. Et istæ septem sunt tentationes omnes, per quas diabolus tentat animam.

Septem sunt tentationes quibus animam tentat.

Prima importuna habet illam malitiam, quia dæmon varie tentando conatur trahere animam per importunitatem suam, quia tentat in vno vitio: & si non potest inducere animam ad peccandum per illum modum, tentat in alio, deinde in alio, donec per importunitatem facit peccare.

Secunda dicitur dubia, quæ habet naturam inuoluendi animam, quando homo non clare discernit, quid sit facturus; & ista habet peiorem naturam, quàm prima, quia continet etiam malitiam præcedentis scilicet importunæ.

Tertia subita, ita subito occupat intellectum, quod non discernit verum, sicut quando dicitur alicui iniuria, ille subito ira accensus prorumpit in iniuriam Dei, blasphemando Deum, vt Sanctos, vel ad iniuriam proximi; & habet naturam peiorem primis duabus, qui continet in se etiam illas duas primas, scilicet importunam & dubiam. *Tertia.*

Quarta dicitur occulta, & ista obscurat ita intellectum, quod nesciat discernere verum, & habet peiorem naturam omnibus supdictis, & in se continet omnes præcedentes. *Quarta.*

Quinta dicitur violenta, & ista dominatur ita tantum homini, quòd si videtur, quando perseuerat in aliquo peccato, quod non possit aliter facere, nec se abstinere ab illo; diabolo quãdo est in possessione alicuius animæ, ipse facit cut vnus canis paruus, qui existens in domo domini sui, latrat etiam magnis canibus, & expellit cum magna audacia illos de domo sua. Sic diabolus quando facit cadere aliquem in peccato luxuriæ, vel alio commuato, licet ille vellet relinquere illud peccatum propter aliquas bonas, veraces, & magnas inspirationes, dæmon latrando expellit illas de anima illius, quam possidet, adeo quòd videtur, quòd ille quodam modo sit coactus illud facere, & quod non possit aliter facere, nec se abstinere: & ista est peior omnibus præcedentibus, quia vltra suam malitiam continet etiam malitiam omnium præcedentium. *Quinta.*

Sexta dicitur fraudulenta, cuius malitia facit mentem effici scilicet mageratam, & insensatam, & est peior omnibus aliis supradictis, & illarum omnium malitias in se continet. *Sexta.*

Septima dicitur perplexa, & ista est pessima; & vltra suam malitiam etiam continet omnes malitias præcedentium, de quarum naturis singulariter infra dicitur: vide psalmum decimum. *Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Dicet Domino, susceptor meus es, & refugium meum Deus meus, sperabo in eum. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum. Non accedet ad te malum,* *Septima.* *Psalm. 10.*

Digitized by Google

malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basilicum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierũ replebo eum, & ostendam illi salutare meum. In isto psalmo comprehenduntur omnes malitiæ supradictarum tentationum. *Scuto circumdabit te veritas eius*, continet primam, scilicet importunam; *non timebis à timore nocturno*, includit secundam scilicet dubiam. *A sagitta volante in die*, continet tertiam, scilicet subitam: *à negotio perambulante in tenebris* continet quartam, scilicet occultam. *Ab incursu*, continet quintam, scilicet violentam. *Et demonio meridiano*, continet sextam, scilicet fraudulentam. *Cadent à latere tuo mille*, continet perplexam. Supra habuisti etiam in prædicatione, quæ incipit, ista prædicatio præparat nobis viam per totam Quadragesimam, &c. Quod status ecclesiæ erant inclusi, etiam in isto Psalmo. Sed vt melius intelligas, nota ista notabilia. Primum, quod licet status septem ecclesiæ sint vnusquisque per antonomasiam, siue excellentiam excellentior altero in suo tempore: nihilominus quilibet eorum est in sigillo eorum, & in eorum quolibet; quia in vnoquoque eorum alij includuntur. Secundum notabile est, secundum quod dicitur currere status ecclesiæ per ista septem tempora, seu per illos septem status, scilicet, iustitiæ, patientiæ, sapientiæ, gratiæ, innocentiæ, humilitatis profundæ, & pro bonis periculosæ. Ita omnes homines, moraliter intelligendo, currunt per istos septem status; & non incipit à iustitia, sed ab vltimo, scilicet à probatione; quia quando homo est deditus mundo, primo Deus incipit probare eum, dando sibi persecutiones, & infortunia; & tunc homo humiliatur, & transit ad innocentiam, & fit innocens eius anima, quia confitetur, & de innocentia transit ad gratiam, quia communicat gratiã sibi datam à Deo cum aliis, quia inducit omnes alios quoscunque potest, vt humilientur, & confiteantur, & de illo statu gratiæ transit ad statum sapientiæ, quia gustat de sapore Dei Et si tunc incurrit in aliquam aduersitatem, fert illam patienter, & sic de statu sapientiæ transit ad statum patientiæ; & sic factus patiens redit ad domum, semper vadit de bono in melius, de meliori in perfectius accrescendo. Tertium notabile est, quod isti septem status hominis sic iunguntur cum septem staribus prædictis ecclesiæ, in tentationibus: vnde ita est in mente humana discurrendo per animam, sicut per status temporum tentationum Ecclesiæ, vt infra videbis. Quartum notabile est, quod omnes tentationes possent quandoque omnes esse vna sola; & quælibet ipsarum potest venire sola; ita quod possunt venire simul, & separatim, sicut legitur in diabolo ampullarum, qui apparuit Beato Benedicto Abbati, qui habebat circum circa multas ampullas plenas tentationibus; & si non potest facere, quod bibas de vna, tentat te, quod bibas de alia, & sic de singulis. Quintum notabile est, quòd istarum tentationum malarum secunda est maior prima, quia continet illam, & tertia est peior secunda, quia continet primam, & secundam; quarta est adhuc peior, quia continet omnes præcedentes: quinta adhuc peior, quia etiam continet præcedentes: sexta etiam peior est, quia & ipsa præcedentes omnes continet: septima vero est pessima, in qua etiam omnes aliæ continentur, vt supra dictum est. Sextum notabile, est quod Deus permittit, omnes istas tentationes venire homini propter animam exercitare, & meliorare, illuminare, & ipsam animam solidare, inflammare, & fortificare; & sicut ista tria scilicet inflammare, illuminare, & fortificare, proueniunt ex parte Dei; sic per contrarium frigidare, cæcare, obscurare & debilitare animam prouenit ex parte diaboli: vnde tres sunt ex parte voluntatis, aliæ sunt ex parte intelligentiæ: prima cum tertia probatur, & per voluntatem, quinta videtur voluntas violentata: intelligentia illuminatur per intelligentiam. Salomon ait, Qui non est tentatus, qualia scit? Et ideo vt intellectus illuminetur, Deus permittit venire tentationes in anima, quæ est dubia. In quarta occulta exercetur etiam intellectus. In sexta, scilicet fraudulenta, etiam exercitatur intelligentia. Vltima, scilicet perplexa, etiam exercetur per intellectum: vnde quando diabolus te tentat, tu debes aperire omnes intelligentias ad obuiandum istis tentationibus, sicut faciebat simia numularij, quæ cum vidisset vnum qui obturabat sibi oculos cum manibus, voluit similiter facere; & cum obturasset etiam sibi oculos, ille subtraxit denarios de telonio, propter quod dominus simiæ videns sibi deficere denarios, ipsam valde verberauit ambos verberando sibi oculos: vnde exinde cũ ipsa simia audiret aliquem transeuntẽ iuxta cambium, sibi verberabat ambos oculos: ita tu fac, aperias bene oculos omnium intelligentiarum in tentationibus, si non vis decipi; quia quando cadis, vix potes releuari, nisi intelligas modos, quibus te decipit diabolus; & nisi intelligas periculum cuiuslibet istarum tentationum, & remedium obuiandi.

Vnde diuide singulas istarum diuisionum in tres partes, seu considerationes, scilicet in videndo modum decipiendi, periculum, & remedium obuiandi.

Quatuor modi quibus tentat diabolus.

Vnde nota, quod quatuor sunt modi, quibus te tentat diabolus: per hanc primam, scilicet importunam, videlicet ante, & post, à dextera, & apertè sinistra: & nota per ante, præsentiam: per post, absentiam: per dexteram prosperitatem: per sinistram, aduersitatem: vnde *ve mari, & terræ*; quia mare descendit ad vos, in Apocalypsi per mare intelligitur aduersitas; per terram intelligitur prosperitas: vnde diabolus incipit tentare à dextra, scilicet à prosperitate; & percutit ante, scilicet in præsentia, verbi gratia, tu videbis vnam pulchram iuuenem: si es luxuriosus, subito te importune tentat diabolus, & concupiscendo illam, & iam mœchatus es. Vel quædam mulier videt vnam magnam caudam vestis alterius, subito repræsentatur sibi tentatio importuna, vt sibi faciat vnam similem; & dicitur percuti ante, quæ ante oculos repræsentatur: tentatio retro est, quæ fit in absentia rei visæ, vel actus: verbi gratia, vidisti pulchram iuuenem in eius absentia, diabolus tentat te luxuriosum repræsentando tibi illam, & tunc delectaris in illa: vel aliquis te offendit, vel odisti aliquem, sed fecisti pacem & postea diabolus te importunè tentat, vt facias vindictam; & tunc te pungit retro.

Sinistra interpretatur aduersitas, vt cum aliquis dicit tibi iniuriam, tu sine patientia subito prorumpis in cõtumeliam, & non potes te refrænare, & pungis te à sinistra: & sic diabolus nunquam cessat tentare animam ante per præsentiam, retro per absentiam, à dextra in prosperitatibus & à sinistra in aduersitatibus: vel in terra, id est in prosperis, & in mari scilicet in aduersis, vnde oportet te habere scutum, de quo dicit Psalmus supradictus, scilicet *veritatis* ibi. *Scuto circumdabit te veritas eius: & non timebis à timore nocturno.*

Exiguis tentationibus obuiandum.

Et nisi scias dimicare cum isto scuto, vndique ante, retro, à dextra & sinistra, efficieris malus per continuam importunitatem tentationis diaboli, si sibi consentis, quia *gutta cauat lapidem non vi sed sæpe cadendo.* Sic per continuam guttam tentationum non resistendo, licet sint paruæ tentationes: nihilominus continuando facit animam consummare per continuationem; sicut pluuia continua aufert pinguedinem terræ, & sicut febris continua, aufert vires corporis, & consumit carnem, &c. Similiter, & musca pungens caluum semel, bis, & continuando

Digitized by Google

nuando prouocat ad iracundiam. Multo magis diabolus impellendo animam cum modica, sed importuna tentatione, facit hominem peccare mortaliter: vnde sis prudens, quia diabolus te percutiet ante, vel retro faciendo te ita importune cogitare de aliquo, quòd inducet tibi delectari in illo, & faciet te peccare mortaliter.

Periculum importunæ tentationis.

Secunda consideratio est videre periculum istius importunæ tentationis. Et nota, quod habet quatuor pericula. Primum delectatio, secundum consensus, tertium operatio, quartum est damnatio, quæ sequitur ex prædictis. Dico quòd primum periculum est delectatio. Nam sicut delectaris in minima tentatione importuna diaboli, illa delectatio inducit consensum: & sicut consentis, ille consensus conducit ad peccatum. Nam sicut modica fauilla facit magnum ignem: ita parua tentatio inducit magnum peccatum interueniente consensu, & consentiendo habebis malam horam, & diem, &c.

Quatuor pericula in tentatione.

Tertium est operatio: quia sicut consentiendo operaris actum tentationis, videlicet luxuriam, iram, inuidiam, acediam, auaritiam, &c. immediate teneris, sicut auis inuiscata, quia quanto plus voles inde aufugere, plus inuiscaberis. Quartum est damnatio, siue consummatio, verbi gratia homo propter nimiam fœlicitatem, & abundantiam diuitiarum, & pacis paulatim venit in tantam tentationem, quòd non recordatur de suo Creatore, se extollit, & alios vilipendit. Superbia crescit, & incurrit pericula infinita, & peccata, propter quæ consumit animam, sicut fecit Salomon, fuit sapientior, ditior, & potentior in populo Dei, & in tantam tentationem diabolicam venit, quod relicto Deo, adorauit idola, propter cæcitatem luxuriæ, & vnius fœminæ: ita Samson fortior, qui tandem ex importunitate dixit Dalilæ, in quo consistebat fortitudo sua, scilicet in capillis, propter luxuriam illius mulieris, perdidit fortitudinem, &c. vnde nota hic; quod quandocunque vna creatura acquisiuit aliquam gratiam temporalem, vel spiritualem, vel vtrumque simul, sine labore, vel contradictione, non solum est in periculo custodiendi ipsam gratiam, sed est in periculo perdendi illam, sicut fuit Lucifero, qui subito acquisiuit gratiam tantam, quæ nihil cõstitit sibi, & subito perdidit illam. Similiter in Adam, & Eua, qui cito perdiderunt gratiam sibi donatam, nullo suo labore acquisitam. Item Dauid perdidit gratiam pro luxuria cum vxore Vriæ; sic de similibus: vide Petrum Apostolum, qui gratiam sibi datam aperiendi portas paradisi, subito abnegando Christum vni fœminæ perdidit, quam per pœnitentiam postea recuperauit: vnde etiam dictum, quòd filij diuitum, & vsurariorum subito disperdunt & consumunt patrimonium sibi relictum, quia nullum laborem habuerunt in vendicando illud: vnde caue, ne thesaurises propter ditari filios. Nam si erunt virtuosi, nunquam deficit eis: si erunt vitiosi, tu damnaberis, & disperdent patrimonium sibi acquisitum: noris itaque scientias custodire, gratias tibi sine tuo labore datas, ne ex importunitate diabolicæ tentationis perdas, & damneris in profundum. Nunc videamus remedia ad

Quod nullo labore acquiritur, facile deperditur.

Primum remedium.

resistendum istis tentationibus, quæ sunt tria. Primum remedium est dominatio intelligentiæ veritatis in non dimittendo se excæcare, sed dicendo, cognosco quòd hoc procedit à diabolo, & non cõsentias, & æquiparatur illi verbo Psalmi nostri supradicti, & veritas eius. Et effugies diabolum, & euades cum scuto veritatis, sicut fecit Christus, Luc. 4. quando sanauit socrum S. Petri cum dicit, stans importune, quod significat importunitatem: vnde veritas Dei: *vndecunque circundabit te scuto*, si venit ante, videndo pulchram mulierem, & inciteris ad concupiscendum eam, dicas, quid est ista mulier? vere est puluis, & vile cadauer: quid si introspectis visceribus, nonne est omni putredine plena? &c. Et victor eris similiter retro, & dextra

Luc. 4.

in prosperis, & sinistra in aduersis, & sic faciendo, & meditando euitabis tentationes, conculcabis leonem & draconem, &c. Situt in Centurione, qui in hoc æquiparatur animæ. Nam cum diabolus tentat animam in luxuria, anima debet vocare castitatem, & imperare sibi, quod fugiat luxuriam, & faciat eam castam, & sic in aliis tentationibus aliorum vitiorum debet vocare virtutem contrariam vitio illius tentationis, & imperare sibi, vt fugiat illud vitium à quo tentatur, & sibi virtus illa deseruiat, contrariando & resistendo illi tentationi, & sic euades.

Secundum remedium.

Secundum remedium est, vt cum tentaris, confitearis, & sic cum illa tua humilitate, & gratia humilitatis in confitendo confunditur dæmon, & sic virtus reportabit ista remedia, scilicet resistendo, & confitendo, & per frequentationem istarum duarum virtutum liberatur in totum anima, suggestione diabolica.

Tertium remedium.

Tertium remedium est oratio: quia si scis vti oratione, id est tenere mentem fixam, & occupatam in sola oratione, tunc valet oratio, sed si in oratione habes mentem occupatam in alio, parum videlicet, immo si habes in oratione mentem occupatam in aliis vacillando cogitationibus, est periculosa, quia efficieris phantastica. Et sic nota tria remedia contra istam tentationem importunam, scilicet vsus rationis, vsus confessionis, & vsus orationis. Quartum remedium est, quod anima tua non stet ociosa, quæ stat ociosa, efficitur camera tentationum diaboli: & ideo tene semper mentem tuam occupatam in aliquo bono opere, & exercitio, vigilate, & non dormite, &c. Sequitur videre de secunda specie tentationis, quæ dicitur dubia: in qua etiam nota tres considerationes, scilicet dæmonis tentandi: secunda de periculo, tertia de remediis: & in isto versiculo Psalmi nostri, *Non timebis à timore nocturno*, continetur modus tentationis: de modo, quem tenet in hoc dubio, & considera quatuor in eo, qui vadit de nocte: Primum, quia vadit dubius, secundum quia vadit timidus, tertium quia vadit vacillans: quartum quia vadit inconstanter: ita concurrunt ista quatuor in hac dubia tentatione diaboli: & est periculosior prima supradicta: vnde qui vadit de nocte maxime tempore belli, vel per loca suspecta latronum, sicut audit vnum folium cadere, subito fit dubius, & dubitat ne aliquis latro sit ibi: vel si videt aliquam arborem siccam de longe, credit, quod sint lanceæ inimicorum: vel si videt aliquem lapidem magnum, vel stipitem alicuius ligni, credit, & timet, quod ibi sit vnus lupus, & huiusmodi, & multoties incidit in inimicos, credens quòd sint amici. Et econtra aufugit amicos, credens quod sint inimici, & tunc trepidat, & ideo non timebit à timore nocturno. Ita occurrit in huiusmodi tentatione, quia quandoque, quod videbitur bonum, erit malum, & econtra: vnde Propheta *non trepidauerunt timore, vbi erat timor*: vide qualiter facit dubium, sicut Nauta videns tempestatem de nocte, multum timet appropinquare terræ, ne frangatur nauis. Et cum videt nubem, quandoque videre timet montem: dicens sociis: caueamus, quia video terram. Ita occurrit in hac tentatione, quia cum anima tentatur, dicit, bonum est facere hoc. Alia tentatio dicit, immo est malum: vnde Propheta dicit, *Anxiatus est in me spiritus meus*, & totum cor meum est alteratum: *vnde non timebit*. Tertium similiter ire de nocte facit hominem vacillantem, ita vt nesciat, quo vadit: vnde sæpe itinerantes sunt dubij. Et vnus dicit, vadimus bene, alter respondet, ignoro, & sæpe itinerant tota nocte, & in crastinum reperiunt se vix itineraſſe: vnde Iob. 20. capite *cogitationes meæ variæ*, succedit sibi, & mens mea rapitur hinc inde, sursum, scilicet & deorsum. Quartò efficitur inconstans itinerando de nocte, quia cum itinerauit modicum, dicit, certe credo, quod bene ibam, & cum bene iuerat vltra videns arbusta, vel aliud di-

Remedia contra tentationem.

Noctis periecula.

cit,

Digitized by Google

cit, ô ego omnino non bene vado,& iterum reuertitur,& sic eundo, & redeundo pluries reperit se itinerasse. Similiter mens inconstans nunquam ad portum salutis applicat desistendo ab eo, quod bonum est: vnde Dauid. *Errauerunt in solitudine*, scilicet non vera via habituali Dei non reperierunt, quia destiterunt à bono opere.

Quatuor sint pericula tentationum.

Septimò nota, quòd communiter si homo cognosceret malum, non faceret illud. Quatuor sunt pericula tentationum.

Primum est ignorantia veritatis, sicut in populo Dei, qui valde desiderabat exire de manu Pharaonis, & existentes in deserto, & habentes dulce manna, & ignorantes de tot beneficiis murmurabant, dicentes. Vtinam sederemus super ollas carnium in Ægypto,&c. Similiter in Pharaone, qui dum tentaretur à plagis, dicebat Deum fore iustum, & postea licentiato populo, faciebat claudere portas. Similiter in anima tentata, quia ita excæcatur, quod non cognoscit bonum à malo, nec verum à falso, & hoc ideo, quia homo efficitur fragilis ad cognoscendum malum, sicut fuit Eua, quæ tentata dixit diabolo interroganti, quare non comederet de pomo vetito? ne forte moriamur, & tunc fuit immediatè capta, quia posuit in forte præceptum Dei: sciebat enim, quod Deus dixerat, *quacunque hora manducaueritis, moriemini*. & sic fuit. Ideo cognosce causam tentantis,& non deseras prædicationes.

Secundum periculum.

Secundum periculum, quia cum incœperis facere malum, sis lentus in dimittendo illud.

Tertium periculum.

Tertium periculum est, quia si cognosceres illud esse malum, non ipsum faceres.

Quartum periculum.

Quartum periculum est, quia si cognosceres veritatem, non desisteres à bono. Ecce quatuor pericula occurrentia in non cognoscendo veritatem.

Remedia contra tentationes.

Similiter nota quatuor remedia contra huiusmodi tentationes.

Primum est sacræ scripturæ studere, quia *declaratio sermonum illuminat, & intellectum dat paruulis*, id est qui non intelligebant credentes malum bonum, & econtrario. Secundum remedium est capere consilium ab experto in illo, in quo dubitas quid sit bonæ discretionis, & Deus tunc mirabiliter te quærentem cum diligentia, & confidentia illuminabit, sicut sæpe accidit in sanctis Patribus.

Tertium remedium.

Tertium remedium est videre, & contemplari discurrendo vitas sanctorum Patrum: quia si reperis aliquid tale, de quo dubitas factum fuisse per aliquem sanctum, elige illam viam, quia omnis actus Sanctorum ad nostrum exemplum est: quia quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt cognoscamus veritatem.

Quartū remedium.

Quartum remedium est: videre & considerare nomen Iesu infirmari fide,& dic Psalmum, *Deus in nomine tuo saluum me fac*: exemplum Actuum Apostolorum, cap. 6. Erat vnus claudus ab vtroque latere, qui significat dubitantem, quia nescit à quo latere debet ire: respicit extemplo ad Petrum,& Petrus dixit, *aurum & argentum, non est mihi: surge, & ambula*, & subito surgens ambulauit, magnificans Deum,& sic accidit in eo, qui confidit in Deo: quia sicut mons Sion exaltabitur, &c. vnde oportet, quod in consulendo euitare tentationes diaboli interueniat consilium Petri, & Ioannis. Petrus interpretatur experientia, Ioannes sapientia seu intelligentia: quia si consultor sit Petrus, scilicet habeat experientiam,& non interueniat Ioannes, scilicet intelligentia, non consulas eum.

Actu.6.

Vnde considerato modo istius tentationis, quæ dicitur subita, possumus ipsam æquiparare sagittæ,& sic à sagitta volante in die, quia in arcu quatuor concurrũt.

Primũ, quia non videtur sagitta, ita velociter transit.

Secundum, quia in quem proiicitur non expectat sagittam.

Tertium, quia sagitta subito percutit.

Quartum, quia si homo non defendatur aliquo scuto, vel non perpendit, percutitur à sagitta volante: similiter in tentationibus, quare dicitur à sagitta volante in die, quia non visa percutit: vnde vbi sagitta non videtur, ibi non potest esse discretio ad præcauendum sibi: & vbi non est visa, nec expectata, neque discretio, ibi non potest esse consilium ad præcauendum sibi, neque prouidentia; ita quòd venit subita, & ideò si non videtur, non potest esse discretio prouidendi, & sic homo non circundat se scuto, nec defenditur, & percutitur: verbi gratia, si dicitur tibi iniuria, subito blasphemas Deum, & sanctos: vel prorumpis in iniuriam proximi, & peccas mortaliter: vnde nota regulam, quia quoties venit subito offensa Dei, licet non præcesserit cogitatio: licet communiter primi motus non sint in potestate nostra, semper est peccatum. Similiter si prorumpis in iniuriam proximi, subita ira percutiendo, &c. vnde Hierem. 4. velociores fuerunt inimici mei, quàm Aquila cœli, quæ habet naturam, quòd ita velociter descendit scindendo aera cum tanto impetu, quod subito percutit aues, & occidit. Similiter facit dæmon adinstar basilisci, qui solo visu venenat,& occidit,& sicut vipera, quæ dicitur venenare, antequàm mordeat, similiter in tentationibus: nisi primo habeas remedia supradicta, & non defenderis scuto, subito percutit te. Et sicut in homine, qui subito cadit mortuus ex aliqua infirmitate occulta, quia si sciret infirmitatem, cepisset remedia,& non esset mortuus subito. Similiter in peccato luxuriæ, cuius cupido pingitur cum arcu,& sagitta, nisi tenueris remedia danda tibi, te aliter perforabit; quod nunquàm te deseret illud vulnus: vnde cum tu versaris in tanta ignorantia veritatis rationis, quòd non discernis tentationes, tu non consulis, & non consulendo non potes facere rectè iudicium, vtrum sit bonum, vel malum, & non defenderis, & non defensus scuto veritatis Dei, sagitta te percutit ad exitium: ideo causas ista. Videamus modo remedia, quæ sunt quatuor.

Hierem. 4.

Diaboli iniquitas.

Remedia tentationum.

Primum, cum peccas, subito confitearis.

Secundum, quia cum es confessus, saltem semel in die recorderis de illo peccato.

Tertium fuge causas, scilicet luxuriæ, auaritiæ, iræ, acediæ, & aliorum peccatorum, si non vis in illo cadere.

Quartum remedium, sta semper paratus obuiare peccato: vnde ita faciendo, facies vnum habitum virtutum, quod faciliter præcauebis: vnde Anselmus fortis habitus, &c. Sed in his tentationibus est magnum periculum in homine habituato in vitiis, & peccatis, qui est ita debilitatus in virtutibus, quod si cadit, quia faciliter cadit, nunquam potest per se erigi, sicut etiam in homine debili, & infirmo, quia faciliter cadit, & per se nunquam potest se sustinere: sed iuuenis fortis, si impingens in aliquem durum lapidem putat cadere, tantus est eius vigor, quod statim salit & saliendo currit, & vitat periculum, ita quod non cadit: vel si cadit conatur percutiendo in terram, & subito fugit, ita facit homo habituatus in virtutibus, qui est ita fortis in charitate,& amore Dei, quòd licet tentetur, non faciliter cadit, & si cadit mediante habitu suarum virtutum,& confessus surgit, vnde tales Antichristi in omnibus erunt ita debiles in fide,& non habituati in virtutibus, quòd nisi fuerint abbreuiati dies illius, perirent quasi omnes: vnde sequitur Matth. 8. cap. *Va pregnantibus malitiæ,& vitiorum*. Similiter in infantia, qui cadens est ita debilis, quod nisi iuuetur, non leuatur. Sed maior factus non eget auxilio alterius in eundo, & surgendo. Fac ergo, vt serues remedia supradicta, vt fortius existas, & non cadas, & sic venies ad portum salutis, ad quem nos Deus perducat. Amen.

Matth.8.

SERAPHIN

Digitized by Google

SERAPHIN QVADRAGESIMALE,

Ex iis profecto Concionibus, quas in Quadrageſima D. Bernardinus Patauij habuit, collectum.

PROLOGVS.

DEvs patrum meorum, & Domine miſericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, & cuius ſola voluntate vniuerſa mirabiliter ſunt diſpoſita, qui ſuper omnes creaturas tuas ſapientia tua inenarrabili conſtituiſti hominem dominatorem omnis creaturæ, quia coram oculis tuis facta eſt; Qui terrarum omnium orbem in æquitate ſtabiliſti, & diſpoſuiſti in iuſtitia, & directione cordis tui; Qui cælorum omnium motus, & ſiderum influentias certiſſima ſcientia tua, & ſine cognitione cuiuſcunque intellectus humani, cuius non eſt omnipotentiam tuam concipere, ſine aliquo errore ſanctiſſimè inſtituiſti. Domine Deus meus totius humanæ propaginis conditor, qui & illa quæ me priora fuerunt, feciſti & quæ me ſequuntur vſque ad conſummationem ſæculi; Qui omnia iudicia tua, & cuncta quæ ſuper creaturas tuas futura ſunt, in tua prouidentia poſuiſti ad æternitatis tuæ libitum, reſpice ad ſeruum tuum, ad theſauros ſcientiæ tuæ anhelantem. Domine Deus rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita, & ad præceptum tuum tremiſcunt omnia, quoniam tu illa creaſti, cuius voluntati nemo reſiſtere poteſt. Tu feciſti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur. Omnia noſti, & ſcis, quid creaturis tuis expediat, qui omnia ſub hominis pedibus mancipaſti. Peccauimus enim in conſpectu tuo, prioris innocentiæ ingrati; & abutentes immaculata ſcientia, quam protoparenti tribuiſti. Nunc ergo tu Domine Deus omnes creaturas tuas in miſericordiæ tuæ gremio colligens nemini creaturarum tuarum manum claudas, nec deſpicias hæreditatem tuam. Memento mei Domine, & oſtende te mihi. Da mihi fiduciam loquendi Domine Deus meus. Tribue ſermonem compoſitum in ore meo. Et libera me de tenebris ignorantiæ. Aperi Domine intellectum meum, & tribue mihi largitatis tuæ affluentiam, vt Spiritus ſancti tui flatu completus, ſcientiarum tuarum intelligens inueſtigator inueniar, illarumque rerum concipiam intellectum. Amen.

EIVius igitur operis inuentio ex deuota, & pulcherrima conceptione fuit in vno Seraphin fundata ſic, vt totum Quadrageſimæ opus de Amoris diuerſis ſpeciebus pertractet. Hoc ſuppoſito ordine, vt contempletis ardentem Seraphin in capite habentem quatuor diademata refulgentia adinſtar crucis. In pedibus autem tria pulchra diademata, & circa totum corpus ſex alas habentem, quarum alarum quæque ſeptem pennas habeat, quæ omnes, & gemmæ, & alæ, & pennæ diuerſis, & propriis amoris nominibus ſunt notatæ, vt hic inferius apparebit.

Quatuor gemmæ capitis ſunt quæ ſequuntur.

Amor altus.	1
Amor longus.	2
Amor latus.	3
Amor probans.	4

Prima ala, quæ vocatur mobilis habet pennas ſeptem, quæ ſequuntur.

Amor radioſus.	5
Amor timoroſus.	6
Amor non dubioſus.	7
Amor miraculoſus.	8
Amor vigoroſus.	9
Amor gaudioſus.	10
Amor gratioſus.	11

Secunda ala, quæ vocatur inceſſabilis, habet pennas ſeptem, quæ ſequuntur.

Amor honorans.	12
Amor lamentans.	13
Amor condemnans.	14
Amor bene vtens.	15
Amor remunerans.	16
Amor bene conuerſans.	17
Amor amplexans.	18

Tertia ala, quæ vocatur calidus amor, habet pennas ſeptem, quæ ſequuntur.

Amor ſanctificatiuus.	19
Amor purgatiuus.	20
Amor prudens.	21
Amor correctiuus.	22
Amor ſanatiuus.	23
Amor inflammatiuus.	24
Amor acutus.	25

Quarta ala, quæ vocatur amor acutus, habet pennas ſeptem, quæ ſequuntur.

Amor aculeatus.	26
Amor iratus.	27
Amor non conuentuatus.	28
Amor illuminatus.	29
Amor deſolatus.	30
Amor putridus.	31
Amor euiſceratus.	32

Quinta

Digitized by Google

Quinta ala, quæ dicitur amor feruens, habet pennas septem, quæ sequuntur.

Amor fugiens. 33
Amor restituens. 34
Amor conterens. 35
Amor honestans. 36
Amor incarnans. 37
Amor conuertens. 38
Amor præparans. 39

Sexta ala, quæ dicitur amor liberalis, habet pennas septem, quæ sequuntur.

Amor officiosus. 40
Amor ineffabilis. 41
Amor pauidus. 42
Amor sanatiuus. 43
Amor saporosus. 44
Amor angustiosus. 45
Amor quietus. 46

Tres gemmæ pedum sunt, quæ sequuntur.

Amor victoriosus. 47
Amor misericordiosus. 48
Amor gloriosus. 49

FERIA QVARTA CINERVM.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore spei siue de amore alto per spem, tribus præcipuis constat partibus.
Prima pars principalis.
Vbi amor diuinus habet fundamentum.
Secunda pars principalis.
Vnde amor diuinus descendit.
Tertia pars principalis.
Quo amor diuinus progreditur.

De amore spei.

Sermo I.

Matth. 6. *THesauriZate vobis thesauros.* Matth. 6. Volentes itaque Deo fauente, tota ista Quadragesima tractare de Amore, incipiamus hodie dicere de prima capitis gemma, scilicet Spe, quam altum amorem, & primum vocabimus. Hodie ergo de amore Spei tractaturi, persuademus thesaurizare thesauros in cœlo. Sicut enim mercator in partibus alienis quicquid lucratur, mittit domum: ita & nos in hac vita peregrini, debemus mercari thesaurum vitæ cœlestis per bona opera & mittere ad domum nostram in cœlum, in quo cœlo situatur altus amor noster, de quo Apoc. 8. *Venit Angelus, & stetit ante altare habens thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo, & accepit Angelus thuribulum aureum, & implenit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus.* In quo sancto eloquio tria principaliter notantur. Primò, vbi amor diuinus habet fundamentum, secundò vnde amor diuinus descendit: tertiò quò amor diuinus vadit, & sic habes principium, medium, & finem. Principium est fons amoris diuini, quod notatur ibi, *thesaurizate.* Medium est iustorum oratio, ibi, *vobis.* Finis est iustorum conuersio in pœnitentia spirituali, ibi, *in cœlis.*

Spes altus amor. Apocal. 8.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

Vbi amor diuinus habet fundamentum.

CIrca primum ergo quæritur, Qualiter possumus thesaurizare, & vbi. Respondeo, *thesaurisare in cœlo thesaurum*, qui consistit in tribus. *Thesaurisare in cœlo in tribus consistit.*

Primò in Christo, qui est diuinitas in throno, secundo, in anima, quæ signatur per Angelum, tertio, in anima cum corpore deuotè vnita, quod signatur per fulgura, voces & tonitrua. Circa primum ergo principale sermonis nostri, scilicet vbi amor diuinus habet fundamentum dic, quòd in Christo, qui est diuinitas in throno. Per thronum enim diuinitas designatur. Vnde Propheta: *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga directionis, virga regni tui,* & alibi: *Thronus Dei, sicut Sol,* scilicet diuinitatis in conspectu meo quia sicut in Sole est lumen, calor & vigor: ita in Deo sunt ista tria. Psalm. Psalm.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS.

Vnde amor diuinus descendit.

CIrca secundum, scilicet, vnde amor diuinus descendit, dic, quod ab anima Christi. Anima igitur signat Angelum magni consilij. Considera ergo quòd anima stat inter magnum thronum, altare, & Angelum. Diuinitas enim maior est. Spiritus Christi, est minor quam diuinitas. Corpus autem eius, minus est quam spiritus, quia spiritus viuificat. Caro autem Christi in suo altari, quod habet quatuor cornua, signat quatuor virtutes cardinales, & est altare aureum, quod signat diuinitatem & humanitatem, quæ erant in Christo. Diuinitas in auro, humanitas in altari, quia immolatus fuit Christus in humanitate carnis super altare propriæ passionis. Vnde Dominus Exod. 10. præcepit fieri altare de terra respectu humanitatis, & fieri votum respectu animæ, & spiritus Christi. Sed quis est qui dat thesaurum? Ipse Deus. Quis vendit thesaurum? Spiritus Christi. Quis emit? Corpus Christi. Subdit, *quod Angelus habebat thuribulum*, quod est diuisum in duas partes, vnam superiorem, & aliam inferiorem, & est factum sicut cor, & signat cor Christi. Cum diuinitate enim est anima & cor, & Christus vult tibi dare cor suum, & vult quòd tu des illi tuum, iuxta illud, *fili, tribue mihi cor tuum.* Ideo in Prophetia hodierna ait: *Conuertimini ad me.* Euellendo ex corde omnem prauitatem. Et est diuisum, scilicet in partem superiorem, quæ signat amorem Dei: & in partem inferiorem, quæ signat amorem proximi. Vides enim quod pars superior habet multa foramina, quæ signant contemplationes cordis in Deo. Ignis stans in thuribulo signat amorem Dei vel Christi, qui stat in corde. Vnde vult Deus à nobis tria, scilicet diuitias, cor & animam, sic vt diligas Deum ex toto corde tuo. Et ex hoc sentimus nobis venire spem amoris alti, scilicet per tria, quæ sunt in thuribulo, & hoc quoad pelagus amoris. Sed quomodo possumus acquirere istum amorem? Per medium orationis non solum Sanctorum, sed etiam sui ipsius. Ideo fratres oremus quotidie, vt Deus calefaciat corda nostra hac Quadragesima in amore suo. Sequitur, *Data sunt illi incensa multa.* Oratio enim debet habere tria. Primo debet à nobis per Angelos esse Christo præsentata vnde, pulsate & aperietur vobis cum magno affectu amando Deum. Secundo oportet quòd ipsa oratio per Christum præsentetur ipsi Deo, quia aliter Deus non acceptaret. Tertio expedit quod sit à Deo accepta, scilicet, quod sit iusta. Et isto modo quanto plus orabis, tanto plus B. Virgo, & Sancti erunt tui interpretes. Per incensum enim oratio talis designatur. Psalm. *Intret oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Nam

Vnde amor diuinus descendit. *Exod. 10.* *Quomodo amorem Dei possumus comparare.* *Oratio tria debet habere.* *Psalm.*

Digitized by Google

incensum in manu acceptum videtur mortuum, sed ad nasum positum reddit odorem, positum in igne murmurat & videtur quodammodo loqui & fumat, fumus significat orationes facere, & tunc odoratus illius fumi orationis transit ad Dominum in odorem suauitatis. Vnde nisi oratio ponatur super igne Crucifixi, nil prodest, quia ignis est Christus. Vnde si vis facere orationem vocalem, vel mentalem, pone in igne qui est in thuribulo cordis Christi, dicens, sicut ecclesia in fine orationis, Per Dominum nostrum Iesum Christum, & isto modo omnem orationem Deus acceptat. Vnde in Euangelio. *Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis*, & hoc est quod dicit, *Data sunt illi incensa multa*. Vnde oremus beatam Virginem & Sanctos, quod Deus det nobis gratiam coram ipso, vt orationes nostræ audiantur. Oratio enim facit quod Deus dat nobis gratiam cum misericordia & iustitia, & aliter non dat Deus gratiam suam. Et nota quod oportet istam gratiam à Deo dari per orationes. Et ideo possibile est quod aliqua mulierecula possit esse ita deuota Virginis gloriosæ, quod in oratione sua plus mereatur quàm prædicator, & oratio per alium facta per se laborat, & in fine iudicij oratio illius mulierculæ plus merebitur quàm labor prædicatoris. Oportet igitur quod oratio sit à nobis, primò Christo præsentata. Secundo oportet quod eadem oratio à Christo præsentetur Deo. Tertio oportet quod Deus illam acceptet infundendo gratiam diuini amoris super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Altare est corpus Christi, vbi oratio præsentatur. Et ideo vt ostendat orationem à Deo acceptatam, subdit: *Exiuit fumus de manu Angeli coram Deo*. quasi dicat, quòd Deus isto modo acceptat orationem. Ideo Apostolus ait de Christo. Intrauit in cœlum, vt continue pro nobis oraret. Ideo voluit corpus suum cum plagis in cœlum portare, vt semper stet ante Deum pro nobis. Inde venit, quod gratia Dei mittitur, si orationes præcesserunt. Ideo ait: *Accepit Angelus thuribulum aureum, & implcuit illud de igne altaris*. Altare est Christus: Thuribulum est cor Christi plenum igne amoris sui, & postea misit in terram. Vnde Lucas ait: *Ignem veni mittere in terram*. Et Paulus, *Gratia Dei diffusa est in cordibus vestris*.

Lucas

Tertia Pars Principalis.

Quo tendit amor diuinus.

Quo tendit amor diuinus.

CIrca istam tertiam partem scilicet, Quò amor diuinus vadit, dic quod vadit ad deuotos, & anima & corpore, notatos per fulgura, voces & tonitrua, & magnos terræmotus. Vnde nota quod tria sunt personarum genera in mundo, per quas venit amor Dei: quia aliqui conuertuntur ad Deum duri & peccatores de mundo, & de malo ad bonum, & istos signant tonitrua. Alij sunt Doctores & litterati, dotati magna scientia, signati per fulgura. Aliqui dulces, tractabiles & teneri, signati per voces. Et ideo prædicator debet vti magna discretione, si vult vtiliter prædicare. Consideret ista tria hominum genera: Et contra duros peccatores debet aspero sermone vti, quasi tonitruo quia tales sunt segnes & asinini generis: Sapientibus autem prædicare cum dilucidatis sententiis sacræ Scripturæ, illos in suo intellectu illuminando, sicut fulgura. Dulces autem debet dulcibus vocibus, & benigno sermone ad Dei sermonem & amorem allicere, & sic variare modum, tempus & dicta, quibus possint audientes fructum de suis sermonibus ferre. Et nota quod primi scilicet duri, per cognitionem suæ putridæ culpæ veniunt ad cognitionem diuini amoris ibi, tonitrua. Secundi Sapientes, per suam sapientiam & cognitionem rationis & veritatis veniunt ad diuinum amorem ibi, fulgura. Tertij per voces dulces dulciter inclinantur ad amorem Dei. Et tunc cognoscendo suorum putredinem peccatorum, ecce Angelus redit ad paradisum faciendo orationes pro talibus & totus paradisus gaudet audiendo istos in bonum conuersos. Istius autem talis cognitionis vide modum Lucæ 14. de illo, qui plantauerat vineam & ficum, quæ primo anno non fructificauit, & expectauit anno secundo: sed videns quod non fructificabat, fecit illam coli, & expectauit anno tertio, & rursum fecit multa folia sine fructibus, tunc vocauit villicum vt excideret eam, qui suasit ne incideret sed expectaret alio anno, & villicus posuit de pinguedine terræ circa ficum & bene coluit & expectato quarto anno arborem non fructificantem incidit. Ficus est populus, cui prædicatur. Primus annus sunt gratiæ temporales & spirituales datæ & cum propter hoc non cognoscit Deum, nec fructificat, sequitur secundus annus, scilicet suasiones factæ vt ametur Deus, & tamen non fit fructus etiam ex hoc, sed sequitur tertius annus, scilicet reprehensiones factæ per aduersitates aliquas Deo permittente, & adhuc nullus fit fructus, sequitur quartus annus, in quo talis populus ficus inutilis bene colitur pinguibus prædicationibus & ostensione stercorum peccatorum suorum, & si tunc non facit fructus, væ populo graui, genti peccatrici. Fructificemus ergo fratres, vt Deus misereatur nobis, sicut Mariæ Magdalenæ, quæ interpretatur illuminata: quia cum lumine rationis fuit irradiata per fulgura. Aliud genus, quod tertio posuimus, dulcium hominum alliciuntur per dulces voces verbi diuini, & ideo ait: Factæ sunt voces, quia quando prædicator populo prædicat, vox illius est vox Dei in corde audientium. Vnde illud, *Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius*. Quando enim prædicator prædicat, Deus inspirando loquitur animæ dicendo. Anima mea, dilecta mea, veni & vide tot beneficia tibi facta quoniam de non esse ad esse te produxi ad similitudinem meam. Perditam te meo sanguine recuperaui. Cognosce & ama me creatorem tuum, quia volo docere te acquirere thesaurum in cœlo absconditum. Veni dilecta mea, & considera quia nihil es, & nihil potes, & si cadis, non potes surgere sine me. Tũc peccator considerans se esse sicut stercus humiliat se creatori suo, quia misericordia Dei est alta & lata, & quia dulcedo mouet vt creatura mulceatur à Deo. Ideo in prædictis inspirationibus bona speret in nomine Dei, quia non est alibi salus. Et alibi. Scribo vobis, quia remittentur vobis debita vestra in dulcedine creatoris. Et alibi in cantica. *Veni de Libano, veni sponsa, veni, quia coronaberis*. Libanus signat dulcedines mundi. Coronaberis sponsa mea, & faciam te reginam, & coronabo te de quinque lapidibus preciosis, *de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, ae cubilibus leonum, de montibus pardorum*: &c. Amana interpretatur inimicus Dei. Vnde coronabo te corona, quia faciam te vltricem diaboli inimici Dei, & comprimes eum victoriosè, & poteris Deum amare. Sanir significat fœtorem luxuriæ. Nam gustato spiritu, desipit omnis caro. Amon, seu Hermon, interpretatur excommunicatus, & faciam te capi amore Dei, & intra ecclesiam dabo tibi coronam. Cubile leonis, est domus vsurariorum & auarorum, quia leuabo à te auaritiæ labem. Pardus astutia sua intrat cauernam in ore latam, & leo illum insequitur & cauerna est in medio stricta, & Pardus ex alio capite exit foras, & redit in os cauernæ & interficit Leonem qui nõ potest se in illa cauerna voluere, nec iuuare. Isti sunt homines fraudulenti, falsi notarij, & falsi testes. Ideo dicit, dabo tibi victoriam de montibus pardorum, defendendo te ab istis & isti per dulcedinem conuertuntur. Et tunc conuersis his omnibus fit terræmotus, quia terræmotus signat contritionem de peccato, sursum per amorem trahendo, & deorsum humiliando. Vnde loquens Deus de terra ait: *Commouisti terram & contriuisti eam*. Et quando

Luc. 14.

Similitudo

Osee.

Cant.

Quid sonat Amana, quid Sanir & Hermon denotant.

Digitized by Google

quando mouet Deus terram? Quando homo est plenus peccatis & conturbatur per contritionem, & commotus est de mala voluntate ad bonum, & de mundo ad Deum, & sic fit terræmotus animabus, quæ timent Dominum, væ animabus illis, in quibus non fit talis terræmotus, iuxta illud Apoc. 8. *Audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cœlum dicentis voce magna. Væ væ habitantibus in terra*, scilicet animæ superbæ & exaltatæ & currenti contra Deum. Nunc igitur charissimi thesaurizate vobis in cœlo thesaurum, qui habet contraria hæc. Primo carnem, quæ dissuadet tibi ieiunium, quod non possis ieiunare. Secundo diabolum, qui instigat te quod non vadas ad prædicationem. Tertio mundum, qui propter vnam paucam cupiditatem impediet te ne sis affectus Deo. Ideo Christus contra istos hostes tria remedia ordinauit in Euangelio. Primum est carnem castigare ieiunando. Secundum est illuminare mentem claritate veritatis. Tertium est esse temperatum contra auaritiam. Primum remedium de carnis castigatione habes in principio Euangelij ibi, cum ieiunatis, ergo præsupponit quod ieiunes contra carnem, sed non sicut hypocritæ tristes, & bene dicit tristes, quia qui vadit in veritate, vadit lætus: sed hypocritæ quia in veritate non vadunt, ideo sunt tristes. Caue ergo ne sis hypocrita. Et nota quod tantum interest inter testamentum nouum & vetus, quantum inter corticem & medullam, quia testamentum vetus est in cortice, nouum est in medulla: hypocrisis enim potius exteriorem apparentiam quærit, quam proprium verum, nec meritur operationes suas cum ratione, sicut aliqui faciunt, qui tota prima hebdomada præsentis Quadragesimæ nolunt comedere pisces, & volunt sine mensura corpus castigare, & in futuro tædio affecti non ieiunabunt, & ista est tentatio diaboli. Tene ergo medium, & ieiuna competenti cibo, quia qui potest & non ieiunat, peccat mortaliter, nisi quædam personæ excipiantur vt sunt Grauidæ, Lactantes, Senes, Peregrinantes & Infirmi, & Laborantes, nisi sint ita diuites quod possint sine opere viuere, quia tales debent ieiunare. Et patres familias consulant & hortentur, immo constringant quos possunt, vt ieiunent ne sint participes peccati mortalis. In omnibus autem his habenda est discretio, quia si esset aliquis sic debilis quod non posset ieiunare, vel mali stomachi, consulat peritos homines, qui sint bonæ conscientiæ, & faciat quod consulunt. Et non solum abstineat ab esu, sed & ieiunet ab amplexibus carnalibus saltem dominicis diebus & festiuis, &c. Secundus hostis est diabolus, contra quem instituta est prædicatio, vnde in legendis Sanctorum patrum reperitur, quod maximus eius amicus est ignorantia. Et sicut aues nocturnæ timent claritatem & amant obscuritatem, ita & diabolus. Sequitur, *Vnge caput tuum*. Vnguentum caput vngens & suaue discurrens in mentem humanam, est prædicatio. Subdit, *Faciem tuam laua*, scilicet per notitiam veri leuans fœtores & maculas peccatorum, qui denigrant & intricant animam. Tertius hostis est mundus intricans hominem per auaritiam, & contra hunc datur remedium scilicet quod non attendas ad thesaurizandum *in terra, sed in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur*. Mundus enim transit & concupiscentia eius.

Thesauriza ergo tibi thesaurum in cœlo, & fac quod vbi thesaurus tuus est, ibi & cor tuum sit, scilicet in cœlo. Ad quam gloriam nos perducat Dei filius.

Psalm.

Apoc. 8.

Exhortatio.

Qui in veritate ambulat non tristatur.

Quinam à ieiunio eximuntur.

FERIA QVINTA

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de fide siue de amore longo per fidem tribus constat præcipuis partibus, in quibus tria fundamenta fidei signantur.

Prima pars principalis.

De fundamento discooperto.

Secunda pars principalis,

De fundamento operto agit.

Tertia pars principalis,

De fide formata tractat.

De amore longo per fidem.

Sermo II.

DOmine, puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur. Matt. 8. c. Supra vidimus de amore alto, scilicet Spe, nunc secundo videre superest de amore longo, scilicet de fide, quæ in longitudine crucis fundatur. Hæc ergo fides habet tria principalia fundamenta quæ sunt. Primo discoopertum. Secundo coopertum. Tertio est fides formata. *Matth. 8.*

Fides tria habet.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

De fundamento discooperto.

DIco igitur circa primum, quod primum fundamentum est discoopertum. Quilibet enim fidelis scire tenetur, quod sunt duodecim articuli fidei, qui habentur in Credo, & quicunque vult saluus esse, sicut habetur in actis Apostolorum, & *Pater noster*, quæ consistunt in cognitione Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et quilibet Christianus tenetur addiscere, cum ad annos discretionis venerit, nisi subsit causa in contrarium: puta quia sit aliquis ita rudis à natura, quod non possit addiscere; vel si esset in loco, vbi doceri non posset, vel non haberet patrem aut matrem, vel aliquem qui haberet illius curam. Et in his casibus ille, qui leuauit eum de sacro fonte, obligatur filiolum suum docere 4. distint. de pœnitentia. Et si aliquis sacerdos haberet aliquem suum parochianum ignarum prædictorum, debet illum docere saltem eo modo, quo vnus docuit suum, qui cum esset ætatis fortè triginta annorum, & confiteretur sacerdoti, dixit sacerdos, quod diceret *Pater noster*, qui dixit quòd nesciebat, quia nunquàm iuerat, ad scholas, & sacerdos valde reprehendit ipsum quòd non addisceret: qui respondit quòd nunquàm posset addiscere: Et sacerdos sagax sciens ipsum auarissimum ait. Quid dares vni, qui te doceret illud? At ille respondit, Vigintiquinque aureos. Dixit sacerdos. Vide, Ego volo te docere hinc ad vnum annum illud *Pater noster* sine labore aliquo: sed volo quòd mutues tres modios frumenti illis personis, quas mittam ad te vsque ad vnum annum. Tunc hoc facto, si docuero te vsque ad annum *Pater noster*, nolo aliud à te nisi quòd frumentum sit illorum pauperum, quibus mutuasti & ille fuit contentus. Postquam ille recessit, sacerdos dicit vni pauperi: Vade ad talem & dic sibi ex parte mei, quod det tibi duos sextarios frumenti, & dic quod tu vocaris *Pater noster*. Deinde alia die mittit alium & dicit, Dic quod tu vocaris *Qui es in cœlis*, & sic successiuè tot misit, quot ceperunt omnia verba istius *Pater noster*. At ille auarus bene tenuit menti nomina omnium istorum, & finito anno videns quod sacerdos nihil dicebat illi, nec

Exemplum notabile.

Digitized by Google

docuerat eum, vt promisit, fecit citari omnes illos, quibus dederat frumentum, quibus iam sacerdos dixerat quod nihil sibi darent, & dixerunt iudici, quomodo talis sacerdos illos ad istum miserat & præceperat, vt nihil illi restituerent, & accersito sacerdote coram iudice, sacerdos ait illi, Quid habes agere cum istis? Tu nescis qui sint, & ignoras eorum nomina. At ille dixit: Imo bene scio illorum omnium nomina. Scio enim quod iste vocatur *Pater noster*, & iste vocatur *Qui es in cælis*, & sic de singulis nominando, donec dixit totum *Pater noster*. Et nunc presbiter dixit. Nonne conueniſti mecum quod si docerem te *Pater noster*, vsque ad annum, illud frumentum esset istorum? Et ille ait, Vos nunquam fuistis locuti mecum semel, nec docuistis *Pater noster*, & ille ait, Illud est *Pater noster*, quod didicisti in nominibus debitorum tuorum, & ille perdidit triticum & didicit *Pater noster* ita iocose. Sic faciant isti presbyteri, vt quoquo modo subditos suos doceant.

Secvnda Pars Principalis.

De fundamento cooperto.

Secundum fundamentum dicitur coopertum. Circa quod nota quod tres scripturas obligaris credere, licèt non obligeris scire. Primo totum nouum testamentum. Secundo totum vetus testamentum. Tertio omnes determinationes ecclesiæ, scilicet decreta, decretales, clementinas, extrauagantes, & cætera. Vnde cum in *Credo* dicatur, secundum scripturas, ipsis scripturis credere debemus. Ideo ait Augustinus, quod si reperiret vnum minimum verbum in sacris scripturis falsum vel mendax, nihil crederet in omnibus scripturis sanctis, quia non licet de minimo verbo dubitare. Vnde Papa tanquam Papa, & Episcopus sicut Episcopus, & sacerdos prout sacerdos, errare non possunt plus quàm Christus, sed bene tanquam homines errant. Vnde si Papa, vel Episcopus male determinant, tunc velut homines, & non sub nomine dignitatis errauerunt. Et si Papa erraret vt Papa, Christus erraret. Nonne ait Christus: *Tu es Petrus, & super hanc petram*, id est super me Christo, *ædificabo ecclesiam meam*, quia petra illa est Christus. Ideo ab vno tempore citra multiplicati sunt in mundo, maximè in Italia, multi errores, quia spernuntur determinationes ecclesiæ. Et licet nauicula Petri conquassetur, & fluctuet hinc inde, sursum & deorsum: tamen semper durabit ecclesia, donec sit mundus. Ideo dico quod debes credere vni decretali, sicut Euangelio. Sed quid de Doctoribus & eorum lecturis? Nunquid eis creditur? Dic quod si est determinata per ecclesiam & approbata eorum lectura, creditur illis, aliter non. Tamen si sunt adhærentia euangeliis, & doctrinæ approbatæ, debes illis credere, sicut Bernardo, & Bonauenturæ, & similibus Doctoribus, quia quod dicunt, approbati dicunt. Item debes credere libris authenticis, sicut Legendario & Legendis sanctorum Patrum. Sed aliis ab Ecclesia reprobatis non est credendum, quia periculosum est in illis legere, sicut est ille periculosus liber, qui dicitur Liber de anima simplici. Apocryphis autem credere pium est, non necessarium: & si non credis, non damnaris. Doctoribus tamen qui sunt bonæ conscientiæ, licet in libris damnatis legere causa impugnandi illos, quia cognoscunt altitudines Sathanæ, & sic habes quid debet credi discoopertè, & coopertè, & in hoc fac breuem conclusionem, Quod simplicibus mulieribus sufficit cum Dominica oratione simpliciter credere, quod credit sancta mater ecclesia. Doctores autem tenentur scire id, quod pertinet ad eorum scientiam & doctrinam secundum communem cursum, vt sciant consulere. Similiter sacerdotes, & confessores tenentur scire quantum debetur communi cursui, quia si errarent crassa ignorantia, ad restitutionem tenerentur, vt alibi dicetur. Testificationes autem tres principales pro fidei nostræ robore considerare debemus quæ sunt. Primo concordantia testium & omnium sanctorum. Secundo miracula facta in oculis peruersorum. Tertio martyres contemptores corporum suorum. Primum firmamentum consistit in concordantia testium. Nam *in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.* Vnde nota quod Philosophi non sunt concordes, nec eorum discipuli. Nec in aliqua alia fide habes testes concordes, sicut in fide Catholica, in qua omnes concordant tam in nouo, quàm in veteri testamento, & sic nullo modo potest dubitari. Ratio autem tantæ concordiæ est, quia habent vnicum principium, quod sit Deus, qui est clemens, potens, & sapiens, & infinite sciuit, voluit & potuit omnes inspirare vno modo, & non discordat quisquam, quia *non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* Et ab illo spiritu scriptores habuerunt concordiam. Vnde Augustinus ait in libro de Ciuitate Dei, quod scriptores noui testamenti non debent esse multi, quia multitudo efficitur fastidiosa. Nam satis est Biblia, in qua sunt omnia quæ oportet credere iussu Dei. Item ait quod non debent esse pauci, vt sint concordes secundum Deum, & non secundum commune ingenium, quia licet discordent in verbis, tamen concordant in vnam sententiam. Vnde tu reperies quod multi ex eis in vno & eodem tempore scripserunt, ita quod vnus non vidit alium, & in separatis, & longinquis partibus, & licet videantur debilibus intellectibus scripturæ discordes, tamen non discordant, sed Deus permisit illud propter pelagus aliarum scripturarum inde ortarum. Vnde dicit Bonauentura. *De medio petrarum dabunt voces.* Lapides sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, de quibus petris dabunt voces per Doctores & concordiam testium. Secundum firmamentum fidei est per miracula. Dicet aliquis. Forte ista miracula non fuerunt vera. Vel dicent quod etiam Antichristus faciet miracula. Ad primum respondet Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 22. cap. 4. Aut fuerunt facta miracula in principio ecclesiæ, vel non. Si fuerunt facta, adhuc miracula sunt. Vnde ait, considerato quod pauci erant fideles, Petrus pauper piscator cum paucis sociis totum mundum subiugauit, Reges, Principes, & doctores maximos, quia *in omnem terram exiuit sonus eorum*, & istud miraculum miraculorum, quia sine miraculis subiugauerunt mundum extra omnem fidem positum, quia qui est extra fidem, de facili de fide sua non trahitur, in qua fuerant sui parentes, & sunt à pueritia docti & nutriti, & quia caro semper est contra spiritum, ita quod sua fides non potest eradicari de mentibus suis dando fidem omnino suæ fidei contrariam & resistentem deliciis carnis, cui applaudent omnes aliæ fides. Quid enim dicemus de August. ita contrario nostræ fidei? Quid de Cypriano luxurioso incantatore, & multis aliis qui cõuersi sunt in tanto intellectu spirituali & lumine veritatis, vt nostram fidem illuminarent? Quid de Constantino Augusto? Vere conuersio talium fuit miraculum miraculorum. Sed si dicas. Fortè prædicta non fuerunt vera, & multa addita sunt in libris. Dic quæso, si credis libris incantationum, quare non debes multo plus credere libris veritatis æternæ? Sed dices, quod etiam diabolus facit miracula, concedo tibi. Similiter Antichristus miracula faciet, sed dabo vobis doctrinam cognoscendi miracula procedentia à Deo, & procedentia à diabolo. Vnde pro nunc tene hanc doctrinam quod miracula Antichristi erunt cum magna malitia operata. Vnde quæres quod tibi dicat, quid cogitaueris in mente tua vsque ad horam & certe nesciret tibi dicere, quia diabolus non potest scire secreta cordis, nisi per signa exteriora monstrata, quæ dant significare interiora, puta quia quando

Qua debeamus credere.

Augustin.

Tres testificationes pro fidei nostræ robore.

Primum firmamentum fidei.

Augustin.

Bonauent.

Secundum firmamentum fidei.

Augustin.

Augustin.

Nota doctrinam cognoscendi miracula procedentia à Deo vel diabolo.

Digitized by Google

quando vnus rubet in facie, est signum pudoris: si tumet, est signum iracundiæ in animo. Vnde diabolus sapiens & astutus per longam experientiam, & per signa de foris intelligit secreta cordis, aliter non, quia solus Deus scrutator est cordium, & Deus posuit terminum diabolo, vltra quem præterire non potest, ideo si vides aliquem facientem miracula, si tibi reuelabit secreta cordis tui, crede quod à Deo prouenit, aliàs à Diabolo. Nec facias sicut isti populares, qui sicut vident aliquem viatorem vel Iudæum, qui Iudæi communiter solent talia facere. Si dicat tibi, tu feciſti sic semel, vel tu habuisti talem fortunam, vel habes tale signum in dorso, noli credere quod sit miraculum, quia diabolus qui vidit signum & fecit tibi infortunium, dicit sibi, vt per rales viros decipiat animas: vnde non sunt verè miracula, nec à diabolo fieri possunt, sed sunt miranda. Et istis talibus hodie credunt populi magis quam bonis, & sanctis viris Dei. Et per tales seminantur multæ hæreſes in eccleſia Dei. Vnde legitur in vitis Patrũ, imo verius in hiſtoria Martiniana, quòd fuit quidam homo vocatus Ioannes, qui vixit vſque ad ætatem trecentum annorum, & omnes ibant ad videndum eum pro vno miraculo, & erat valde deuotus, & continue ſtabat in eccleſia, & ideo vocatus fuit Ioannes Vodadio, modo corrupto vocabulo ſicut videtur aliquis ſenex, dicitur quod ipſe eſt Ioannes Butadeo, & mulieres poſtea apud ignem dicunt fabulas de eo, quod eſt vnus qui percuſſit Chriſtum & nunquam moritur, & vadit per mundum, & ita ſuadent pueris ſuis, quod non eſt verum. Vnde ſemel cum frater Bernardinus eſſet Ianuæ tempore Concilij, venit vnus veſtitus pellibus non natis, qui dicebatur Ioannes Vodadeo, & omnis populus currebat, & cum magno honore receptus fuit in domo vnius ciuis, & frater Bernardinus cum aliquibus ciuibus iuit ad ipsũ, & dum ſtetiſſet ſecum dixit quod volebat dicere officium, ſed frater Bernardinus dixit ieiuno ſtomacho, & ille biberat tantum quod fœtebat de vino, & erat inebriatus, ita quod omnes ſenſerunt fœtorem vini, & niſi aufugiſſet, tunc frater Bernardinus feciſſet illum comburi. Vnde caue ne des fidem talibus, quia totus mundus eſt corruptus iſtis cautelis & ambagibus. Ita quod Ioannes Vodadeo vadit veſtitus pelle non nata ſuper qua ſcribuntur breuia, & beſtia illius pellis eſt Antichriſtus, quem ſequuntur tales. Tertium firmamentum noſtræ fidei fuit tot, & tantorum martyrum ſanguis, & lacus exuberans, de quo in Apocal. *Exiuit ſanguis de lacu vſque ad frenos equorum.* Intelligentes enim fidei veritatem, mortem pro ea ſuſtinuerunt, ſed dicet hæreticus. Etiam Ioannes Hus permiſit ſe comburi pro fide ſua, quia dixit ſe cum illa ſua opinione mori velle, ſed de huiuſmodi miraculis, vide plene in Bonauentura in lib. 8. Lumi. Nota ergo vnam differentiam inter martyrium illorum qui moriuntur pro fide Chriſti, & aliorum, quia nullibi repertum eſt, quod aliquis infidelis in eorum morte fecerit miracula, ſed martyres Chriſti ſic, & ante & poſt mortem. Vnde ſemel in partibus Nouariæ in aliquibus montibus quidam Dulcinus leuauit vnam ſectam, ſicut eſt ſecta Barilotti, & creuit ita quod tota vna ciuitas erat plena illa ſecta, & dum obſideretur à ſeptem Inquiſitoribus, & peterent illum cum vna ſua concubina valde pulchra, & populus ille ſtaret in obſidione per tres annos, antequam vellent dare illum Dulcinum cum illa fœmina illis Inquiſitoribus, tandem per obſidionem ipſos dederunt, & dum perſequerentur in illa perfidia fecerunt fieri vnum lignarium, & poſuerunt primo intus fœminam hortante Dulcino: vt ſtaret fortis, & ignis impoſitus, in virtute diabolica non poterat ardere, ita quod inquiſitores illi, & fideles valde titubabant, & populus incœpit murmurare, ſed ſubito vnus ex illis inquiſitoribus ſapiens accepit corpus Chriſti, quo ibi delato, ſubito fugit omnis diabolica virtus, & ignis præualuit, & corpus illius mulieris ſubito verſum eſt in carbones, & ſic illa perfidia ceſſauit.

Tertium firmamentum fidei.

Bonauent.

Tertia pars principalis.

In qua de fide formata tractatur.

CIrca tertiam principalem partem quæ dicitur fides formata. Sciendum quod *fides ſine operibus mortua eſt.* Vnde nota, quod fides dicitur formata, vel disformata tripliciter: quia quandoque eſt in intellectu, ſine opere, quandoque cum opere ſine intellectu, quandoque cum opere & intellectu.

Fides dicitur formata tripliciter.

Circa primum, ſcilicet quando fides eſt ſine opere ſcias quod pluribus de cauſis hoc accidit, non operari opera fidei, quia primo accidit, per inordinatam affectionem, ſicut Dauid ex inordinata affectione vnius fœminæ commiſit adulterium, & homicidium. Salomon ſapientiſſimus dicta de cauſa relicto Deo vero adorauit idola, licet crederet firmiter Deum, ſed habebat tunc fidem ſine opere fidei. Iudas iam bene credebat, & ſciebat ſe tradere ſanguinem iuſtum, ſed auaritia ductus tradidit Chriſtum. Modo ſi dicitur tibi credis Deum eſſe? Tu dices, Credo. Si dicitur tibi. Si tu luxuriaris, aut homicidium facis, credis te puniri per iuſtitiam Dei? dices *Credo.* Quare ergo peccas, niſi quia habes fidem ſine opere, ad inſtar eius, qui neſcit litteras, cui ſi librum aperis, videt litteras, quia habet oculos, & quandoque acutiores quam litteratus, & tamen neſcit litteras legere, ſicut litterati. Vnde hoc niſi quia neſciunt diſcere, & cognoſcere litteras, nec ſunt illuminati in doctrina litterarum. Simile eſt in nobis, qui credimus gloriam & pœnas infernales, & tamen peccamus: qui ſi ſciremus luminosè, quod ſenſiſſemus de illa gloria & de illis pœnis, vtique non peccaremus. Secundo accidit propter timorem, puta ſi eſſes inter paganos, & propter timorem mortis diceres, non credo, licet crederes corde, tu habes fidem ſine opere, & peccares mortaliter, & abnegares fidem. Petrus enim quando timore ancillæ negauit Chriſtum, credebat, ſed tamen non opere propter timorem. Et nota quod abnegans fidem Chriſti ore, licet nõ corde publicè inter infideles, oportet quod ſe publicè inter infideles emendet, ſicut accidit à pauco tempore in Hieruſalem: quia duo fratres iuerunt illuc, & vnus abnegauit, & data fuerunt illi multa munera, tandem cognoſcens ſe eſſe in ſtatu perditionis, rediit ad fratrem ſuum dicens, quod volebat ſe emendare, & frater ſuus hortatus eſt eum, & promiſit ſecum ire. Et vno magno feſto apud Saracenos dum omnes expectarent aſſociare ſuum Epiſcopum, quem dicunt cadi ad muſcheam iſte renegatus venit cum illo fratre, & ſe ſpoliauit ibidem publicè, & ſe induit veſtes ſui ordinis, quas ſubtus portauerat, alter frater dicens ſe male feciſſe, & velle ſe corrigere, & ſic ambo publicè combuſti fuerunt. Tertio accidit propter fragilitatem. Nam vbi non eſt neceſſe operari, non eſt neceſſe ſumère martyrium. Ideo hodie non ſumimus martyrium ſicut olim, quia non eſt neceſſe. Tamen ſi eſſet neceſſe ſecundum Doctores, potius deberes mori, quam abnegare Chriſtum. Sed vnde hoc, O Chriſti beata mater, quia non legitur, quod tu, quæ non ſolum credebas, ſed certa eras, quod filius tuus erat filius Dei, videns eum affligi, & in Cruce conclauari, non accepiſti vnum gladium, & interfeciſti ſaltem vnum ex illis perfidis Iudæis, nec oraſti pro eo, aut ſaltem vnicum verbum dixiſti in eius fauorem illum excuſando? Hic nota tres cauſas huius taciturnitatis. Primo, vt daret exemplum mulieribus, quod non ſint nimium ſapientes: quia tunc ſunt fatuæ, cum reputant ſe ſapientes. Nam virgo beata fuit omnibus ſapientior, & hic vides, quod tacet, vt doceat mulieres tacere, ideo Paulus noluit aliquam fœminam prædicare. Secũda ratio: quia beata Virgo erat cõformis

Abnegans fidem Chriſti ore publicè debet ſe emendare publicè.

Tres fuerunt cauſæ cur B. V. ſiluit videns filiũ crucifigi.

Digitized by Google

voluntati diuinæ, quæ volebat filium pati, & sic intrare regnum. Vnde dicebat, *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra* pro salute humani generis: sed erat dolendum, quia fuit in iusto factum. Tertia ratio est, quia si virgo dixisset aliquid, Iudæi erant sic indurati, quod fecissent peius, quia si noluerunt intelligere ipsum, & cognoscere cum tot prædicationibus, & miraculis, multo minus intellexissent eam. Ideo quia intelligebat quod passio Christi erat opera Dei, ideo noluit ipsum aut verbis, aut factis adiuuare. Secũdus modus, quo fides est formata in anima, est cum opera sine intellectu. Et hoc potest esse tripliciter. Primo propter timorem, sicut infans propter timorem verberum, qui bene operatur ac bene studet in scholis, extra vero est peruersus, & sicut Iudæi qui nolunt fieri Christiani, ne perdant diuitias, & honores, sicut Iudæi baptizati, qui tamen non credunt. Isti habent fidem baptismi sine intellectu eius, & sicut sunt multi vsurarij increduli, qui dicunt, Eamus & nos ad Missam cum aliis, vt reputemur boni viri. Et sicut isti quæstores peruersi, ac improbi qui indebitè vadunt manducando per villas, habentes libros, in quibus habent scriptos omnes de domo, & cum applicant ad domum mulierculæ immediatè petunt, Quid est de Petro & Martino, & tali, vel tali, & qualiter stat eius filius, vt ponant illas in admiratione, & sic ab huiusmodi admiratione raptis post petent modicum tritici pro sancto Boue, vel lini pro sancto Gotardo, vel carnis salitæ pro sancto Antonio vel modicum argenti pro vno Calice faciendo, & dicunt se esse Sacerdotes, cum non sint, & promittunt decem Missas: & fatua mulier sibi dat, quod habet, & nollet subuenire vicinæ suæ quam sciret esse pauperrimam. Et isti tales quæstuarij postea vadunt per tabernas pergræcando, & gaudendo cum meretricibus. Isti tales habent operam sine intellectu fidei. Alius modus, & ab istis extraneus inuenitur in aliquibus, qui faciunt, & non faciunt, & non credunt, vt sunt aliqui qui bene viuunt, & videtur eis, quod non possint credere aliqua fidei fundamenta, sicut videndo Corpus Christi non possunt illud credere, nec de resurrectione, & similibus, & tamen omnia instituta ecclesiæ benefaciunt, & non bene credunt: quia diabolus eis infigit tales cogitationes, & tentationes, & si illis consentiunt, sunt in potestate diaboli, sed si sunt malè contenti, & non consentiunt, habebunt præmium. Et nota quod istæ tales cogitationes tripliciter proueniunt, quandoque à diabolo, quandoque à natura, vnde si alicui occurrunt istæ tentationes, stet perseuerans, & disponat se ad illud martyrium, quod vocatur martyrium desiderij. Deus enim ista permittit ad exercitationem animæ. Nonne Paulus ait, *Datus est mihi stimulus carnis, qui me colaphizet.* Vnde dicitur de quadam moniali, quæ habuit vnam sororem, quæ virgo se dedit ad seruitium Dei, & perseuerauit annis 40. sed 30. annis continuis existens virgo semper fuit tentata à vitio carnis, & ad blasphemandum Deum, immo ad desperandum. Sed quia nunquam consensit, meruit tot gratias à Deo quod pluries diabolus ipsam verberauit, & eiecit de scalis, & ad hanc perfectionem peruenit, quod rapiebatur in spiritu, & quando reuertebatur in se, multus sanguis fluebat de naso, & facta fuit incuruata, & modica per prædicta: sed in cœlo magna. Et aliquando, & secundo procedunt istæ cogitationes à diabolo, quia propter præterita peccata permittit Deus peccatorem vexari acerrimè, & maximè in eo malo in quo diu deliquit. Aliquando & tertio procedunt tales cogitationes à natura, sicut sunt aliqui fratres, qui nunquam contentantur, quod procedit à natura melancholica, vnde quando ista procedunt à natura confiteantur pluries, & si istæ tentationes non recedunt irrideant eas, & nunquam de illis amplius aliquid dicant alicui, sed nunquam super talibus cogitent, ne faciant de similibus impressiones in mente. Tertius modus est cum opera, & cum intellectu formata fides: quia potest occurrere, quod homo bene intelligit & bene operatur, & hæc est fides formata, puta si tu haberes solum Bullam Papæ sine scriptura, vel scripturam sine Bulla, quippe non valeret: sed si habes scripturam cum Bulla pendente, certè bene valet, vnde sigillum est opera, scriptura est intellectus, & sic ista duo requiruntur, aliter non est fides formata, vt supradictum est. Habentes ergo ista duo sunt sicut Centurio, qui tripliciter videtur habuisse fidem longam, vt patet in Euangelio propter tria. Primo in fide petendo. Secundo in se humiliando. Tertio in integraliter obtinendo. Vnde *intrante Iesu Capharnaum accessit ad eum Centurio rogans & dicens, Domine.* Ecce timor fundatus in fide *puer meus.* Erat seruus, quia communiter dicebant seruo, *Puer. Iacet in domo.* Ostendit conditionem suam. *Paralyticus, & male torquetur.* Et non dixit veni, vt facias miracula, sed in hoc fidem ostendit, quia detegit ei necessitatem suam. Secundo ostendit Centurio humilitatem suam dicens, *Domine non sum dignus:* quia sum peccator, *vt intres sub tectum meum:* sed tanta est fides mea, quòd *tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* Et cum subdit se habere seruos, quibus ait vt vadant & veniant, vult dicere in exemplo, Tu es Deus & princeps Angelorum, & sanitatis, & potes iubere sanitati, & fiet: quoniam *ipse dixit & facta sunt.* Tertio sequitur integra obtentio petitionis à Christo, cum ait: *Audiens Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis. Non inueni tantam fidem in Israël.* Sed nonne Virgo Maria habebat maiorem fidem? dic quod Virgo non erat de populo Israël. Subdit dicens, *Dico vobis quod multi ab oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum.* Isti tales venientes ad me & credentes saluabuntur: *Filij autem regni*, scilicet populus Iudaicus, *eicientur in tenebras infernorum.* Videmus enim quod meretrices armigerorum, & sicarij conuertuntur sæpissime, & veniunt in tantum ardorem, quod efficiuntur electissimi, & isti tepidi damnantur. Et vertens se ad Centurionem ait: *vade, & sicut credidisti, fiat tibi.* Et hoc exemplum est contra illos, qui seruos operantur in iuuentute, & cum sunt senes pellunt eos ad xenodochium. Et isti tales habent charitatem proximi, & non charitatem Christi, habeamus igitur fratres fidem Centurionis rectè formatam, vt mereamur vitam æternam.

Secũdus modus, quo fides est formata in anima, fit tripliciter.

Tertius modus quo fides est formata.

FERIA SEXTA.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore lato per charitatem tres præcipuas partes continet.

Prima pars principalis.

De amore generali in dextera crucis.

Secunda pars principalis.

De amore cordiali in clauo.

Tertia pars principalis.

De amore spirituali in sinistra.

De amore lato per Charitatem.

Sermo III.

Diligite inimicos vestros. Matth. 5. Supra in præcedenti sermone tractauimus de amore longo per *Matth. 5.*

Digitized by Google

per fidem, nunc de amore lato tractabimus per charitatem. Vnde nota tres gradus istius amoris lati, qui consistunt in Cruce Christi, per dexteram, sinistram, & clauum. Hunc ergo amorem diuidamus in tres. Primus est amor generalis in dextera crucis. Secundus est amor cordialis in clauo. Tertius est amor spiritualis in sinistra. Ecce modo, *Diligite* scilicet, generali amore. Primus ergo amor est generalis, qui comprehendit amicos, inimicos, paganos, Iudæos, Christianos, patrem, matrem, filios, & proximos, & omnes alios, quia quilibet comprehenditur sub isto amore generali.

Tres gradus amoris lati.
Primus est generalis.
Secundus est cordialis.
Tertius est spiritualis.

Prima pars principalis.

De Amore generali in dextera crucis.

Amor generalis habet quatuor differentias.

HAbet igitur hic amor generalis quatuor differentias, quia primo debet esse verus: secundo quia debet esse iustus, tertio quia debet esse sanctus, quarto sit operosus. Primo igitur sit verus. Vnde scito, quod si vis in veritate bene intelligere, tu non amas filios tuos, nec teipsum. Vnde ad intelligentiam nota, quod quando tu amas aliquem, tu vteris isto vulgari, Ego volo tibi bonum, id est volo aliquod bonũ ad vtilitatem tuam scilicet propter te, quem amo. Ita quod in isto amore duo concurrunt, scilicet tu quẽ diligo, & res bona quam vellem te habere: quia est bona & tibi vtilis, ideo vellem te habere illa, puta denarios, possessionem, sanitatem, honorem, filios, & bonam famam. Modo in isto meo amore, quem tibi habeo, quid prævalet, an tu, an denarij, quos vellẽ te habere propter te? Certè denarij prævalent, quia ego non amo te propter denarios, sed amo denarios propter te, quia vellem te illos habere, & sic de aliis rebus. Tunc ad propositum. Christus ait, *Dilige proximum tuum, sicut teipsum.* Si amas proximum vt tibi seruiat, tu amas illum propter te & tuam vtilitatem, & non sicut teipsum. Similiter, si tu habes vnum bonum seruum, tu non amas illum sicut te, sed propter te: ideo amas te plusquam proximum, & sic non seruas mandatum. Sic si tu diligis filium tuum, vt tibi seruiat quando est magnus, tu diligis eum propter te, non sicut te. Vnde tu amas prædictos sicut tuũ asinum, & amor quem habes erga illos æquiparatur amori, quem habes ad asinum tuum, quia est tibi vtilis. Et sic amando hoc modo, nullus amat proximum sicut seipsum, nec seruat mandatum, & non seruando peccat mortaliter, & damnatur. Iste enim non est verus amor, sed falsus, de quo Paulus. *Charitas procedit de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Vnde si amas vxorem propter delectationem carnis, iste amor est caninus, quia etiam amas canem propter delectationem venandi. Oportet ergo quod ames proximum sicut teipsum. Ideo Paul. ad Cor. 13. *Charitas vera non quærit quæ sua sunt.* Item alibi. *Non quærens, quid mihi vtile sit, sed quod multis vtile fiat*, vnde prædicator qui quærit suum vtile & famam, & non propter charitatem communem prædicat, ibit ad inferos. Secundam conditionem istius amoris iunge scil. Quod sit iustus. Iustitia enim vult quod melius præferatur bono, & optimum meliori, & bonum præferatur malo, vnde in amando proximum considera tres gradus, scilicet animam, corpus, & diuitias. Amanda est prius anima, secundo corpus, tertio diuitiæ. Et lex naturalis hoc docet: quia naturaliter homo potius vellet perdere oculos corporales quàm mentales, scilicet intellectum & effici stultum. Et potius eligit naturaliter malum corporis quàm animæ, & plus diligit corpus quam diuitias. Et præeligit vitam quàm mortem licet semel viderim quòd inimici ceperunt vnum valde diuitem auarum, habentem filios, qui potius laqueo se occidit, quàm dare vellet pecunias, quas petebant, & tamen eis dare potuisset: sed hoc fecit amore filiorum. Ideo ad propositum ait Iob. *Pellem pro pelle, & vniuersa quæ habet, dabit homo pro anima sua.* Item naturale est præponere animam corpori, & corpus diuitijs, sed dices. Iste qui se laqueo suspendit fecit contrarium. Dic quòd ille fecit contra ordinem naturæ, ideo diabolus habuit eum, vnde illi qui plus amant corpus quam animam, illi odiunt se. Similiter stipendiarij, qui præponunt diuitias corpori, exponendo corpus suum multis periculis propter stipendia, odiunt se, & sunt martyres diaboli. Vnde Dauid: *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Ideo si tu amas proximum tuum sicut te ipsum, ama animam suam sicut tuam, & corpus suum sicut tuum, & diuitias suas sicut tuas, vnde si consulueris proximo quod propter diuitias ponat se ad periculum corporis vel animæ, tu peccas mortaliter, quia naturaliter loquendo non acciperes illud consilium per te, & per consequens non diligis proximum sicut te. Et peruertis ordinem naturæ præponendo diuitias corpori. Similiter tu vxor inducis maritum tuum ad lucra illicita, vt bene te induat: tu es causa suæ damnationis, & præponis diuitias animæ suæ, ideo non amas ipsum sicut te ipsam, sed mortaliter peccas. Sed pone, tu es in mari, superuenit magna tempestas: oportet quod nauis alleuietur, & est in tua libertate proiiciendi res tuas vel proximi. Dico quod isto casu potes licitè dimittere proiici res proximi magis quam tuas, quia omnis charitas incipit à seipso. Non dicit, terminatur in seipso: quia aliud est charitas præcepta, aliud charitas determinata seu terminata. Nam dicit Dominus quod debes amare proximum sicut te: ergo præsupponit quod primo ames te, & postea proximum, quia actus consummatus est finis, aliàs esset locutus consulendo, quia est maior perfectio dimittere proiici in mare bona tua quam bona proximi, sed non est præcepti. Ponamus modo exemplum in corpore. Aliquis vult te occidere & nullo modo potes euadere nisi occidas eum: quæro, si licet nunc illum occidere prius quam te occidat, dic quod sic. Si vero aliquo modo vel ingenio potes euadere, non licet tibi, & est charitas inceptiua à se. Sic & Sacerdos in tali casu potest occidere, & non fit irregularis, & potest satisfacere: tamen securius est trepidare, & confiteri, sed si talis permittit se potius occidi, quàm velit occidere, hæc est perfecta charitas. Item pone quod oportet quod aut tu, aut proximus tuus peccet mortaliter, quid faciendum? dico quod melius est, quod proximus tuus moriatur quã tu pecces mortaliter, quia omni vice qua eligis te peccare potius quam proximũ, tu peccas, & peccando offendis Deum propter proximum, ergo plus amas proximum quàm Deum: vnde si committendo vnum peccatum mortale, tu crederes saluare omnes spiritus damnatos, & vniuersum mundum, tu potius deberes abstinere à peccato. *Quid enim prodest tibi, si lucreris vniuersum mundum, anime verò detrimentum patiaris?* Redeamus modo ad animam, vxor amãdo maritum propter carnem, & suadendo sibi vsurarios quæstus & illicitos, peccat mortaliter. Patres & matres non admonentes filios, nec inducentes eos ad ieiunia, comparientes carni, non animæ filiorum, aut famulorum, communicant secum de peccatis, quia pater-familias tenetur, quos potest astringere, & quos non potest inducere vt ieiunent, confiteantur & sumant eucharistiam. Et est maximus, & communis error, quasi in omnibus, qui non aduertunt ad ista, vnde volo te docere sine scandalo cognoscere, quando vxores vellent quod mariti sui morerentur, vt possint alium accipere, & econtra, quando scilicet non curant quòd existentes infirmi communicent; alibi dicemus plenè. Tertia conditio istius amoris generalis est; quod debet esse sanctus: quia non potest aliquis saluari, nisi habeat hunc amorem sanctum. Nam sanctum est, quod est à Deo ordinatum, sicut Ecclesiæ altaria, calices, paramenta, & huiusmodi, quæ sunt ad ordinem Dei & Deo dicata, & anima nostra debet esse sancta, quia si vult saluari,

Exemplum.

Exemplum.

Secundo vt sit iustus.

Tertio vt sit sanctus.

Digitized by Google

oportet quod de illo fonte amoris vniuersalis inebrietur & amet suum particulare bonum, quod bonum est salutare, sed propter Deum, vt faciat omnia propter Deum, & sit sicut aqua quæ fluit ad mare, & inde redit, sic omnia flumina vadũt ad mare & inde redeunt, ita est amor Dei, qui influit gratiam in animã, & trahit animam ad se, mediante gratia & inde redit. Sic homo, quando cum omni sua operatione tendit versus Deum, sicut amat se ad Deum, sic debet amare proximum ad Deum, vt saluetur. Similiter trahimur amare naturaliter sapientiam, pacem, consolationem & delectationem, & ita natura trahit animam nostram, & animam proximi ad Deum, quia omnes trahimur ad scire, pacem habere & in pace stare, & consolationes, & delectationes habere. Trahimur enim ad scire, vt cognoscamus amorem Dei & proximi, quia dormiendo quærimus scire, cum omnes homines natura scire desiderent. Ideo debemus quærere bonum proximi, sicut bonum nostrum, aliter non amaremus, nec Deum, nec proximum recte, vnde non corrigendo filios, aut filias errantes, non amas eos. Ecce quod ad habendum amorem sanctum, oportet quod sicut inclinaris amare Deum, sic ad illum finem sanctum debes amare proximum. Vnde hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, amet & proximum, & impossibile est amare Deum, quin ames proximum. Item debes amare proximum operose, sicut te ipsum; quod sic est in exemplo intelligendum. Puta, si esuris, quæris comedere, & quando non habes quod comedas, emis panem. Non enim sufficit bona voluntas nisi interueniant facta. Item in fugiendo periculum mortis, quia non sufficit bona voluntas sine factis, ita vtroque opus est, scilicet voluntate & facto. Ideo ama proximum tuum, sicut teipsum factis. O vsurarij, vsurarij venite ad iudicium. Quando proximi vestri egent, adiuuatis eos propter se, an propter vestram vtilitatem & cæcitatem? scilicet futari. Væ, væ, væ vobis: quia infernus vos expectat. Si ergo non seruis proximo tuo in suis necessitatibus, in infernum detruderis. Dico quod *arcta est via, quæ ducit ad vitam*, & quod quilibet facit mundum suo modo. Fac ergo proximo sicut tibi, qui vides eum in necessitate. Vnde Ioan. *Non diligamus verbo & lingua, sed charitate*, & non canitate. Istæ sunt conditiones amoris generalis, quibus debemus & amicis & inimicis subuenire: & dicitur generalis amor ad extra. Vnde si videris vnum Iudæum in necessitate, tu debes sibi subuenire, & omnibus aliis, cum vero & iusto amore sancto & operoso, & nisi sic feceris, infernus te expectat.

Similitudo.

Debemus quærere bonũ proximi sicut nostrum proximum.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS.

De Amore cordiali in clauo.

Amor cordialis, in quo septem requiruntur.

SEquitur secundus amor, qui dicitur cordialis, qui consistit in corde signatus per clauum. Et debet haberi iste amor magis spiritualiter quàm prædictus qui est generalis. In hoc ergo septem requiruntur, Primo concordia & vnio proximorum. Secundo indulgere & parcere proximo. Tertio compati in tribulatione proximo. Quarto salutem proximi ex corde quærere. Quinto de proximi bono gaudere. Sexto defectus proximi cordialiter reprehendere. Septimo incorrigibilem patienter tolerare. Circa primum scilicet in concordia conuersari, ait Paulus ad Rom. 12. *Si fieri potest quod in nobis est, cum omnibus pacem habeatis.* Vnde bonum est stare in pace cum proximo; quia sæpe sub vmbra zeli iudicatur intrinsecus odium versus prauam creaturam: ita quod transit ille zelus in odium creaturæ. Et nota quod primo Deus creauit Adam solum & ex ipso fœminam, ad notandum, quòd sicut est vnus Deus, vna fides, vna charitas, vnum Principium: ita seruaretur vnio inter creaturas humanas. Cætera autẽ animalia fecit bina. Et vides quòd omnia animalia eiusdem speciei naturaliter appetunt stare simul, sicut oues, boues, pisces, & aues; & cætera animalia, & homo qui factus est vnicus facit oppositum, qui est animal rationale. Sed quæres, Vnde hoc? Respondeo quia diabolus semper ponit diuisionem & in paradiso, & in terra. Vnde Apoc. *Væ mari, & terræ, quia descendit diabolus.* O quam pulchrum est, & delectabile videre plures fratres, & conciues simul vnitos in amore. Vnde Ecclesiast. *In tribus placita sunt cordi meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus*, scilicet *concordia fratrum, & populorum, & mulieris cum viro*, quia quando sunt quatuor fratres habitantes in vnum, quilibet facit aduersa officia & maiori obeditur à minoribus, tunc omnia illis prospere succedunt. Vnde Dauid, *Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* Sed multoties vxores ponunt diuisiones inter fratres. Similiter pulchrum est, cum vir, & vxor honeste viuunt, & virtuose: sed si viuant in culina & luxu, & submerguntur in fœcem & cum fœce reperientur. Vnde amor & charitas sit eorum ligamen. Nam videmus si sunt duo ligna, vel asseres simul fixi naturaliter appetunt simul stare, & si vis illos separare, cum stridore separantur. Simile videmus in naturalibus, & elementis, & corporibus supercœlestibus, quia omnia secundum cursum naturæ sibi attributum à Deo faciunt sua officia propter amorem naturalem. Secunda conditio istius amoris est, indulgere & parcere proximo, quia nunquam poteris saluari, nisi parcas. De hoc membro alibi dicemus. Tertia conditio est, Compati proximo in tribulatione sua. Sicut si vnus digitus dolet, totum corpus sentit: sed si incidis digitum, postquam incisus est & separatus, si postea frustatim inciditur, nihil sentit. Sic euenit quod si charitas est vnita ad inuicem, si vides aliquid aduersi proximo, compatieris sibi. Sed si est diuisa charitas, nihil sentis de passione proximi, sicut in mortuo, qui nihil sentit, & quando proximo non compatieris, est malum signum. Vnde est admirandum quod in hominibus non sit sicut in bestiis videmus, quòd si hirundini subtrahitur pullus de nido, vadit vociferando & conquerendo, & omnes aliæ hirundines compatientes secum vociferant. Si bos in macello videt mactari bouem, naturaliter semper compatitur & effundit lachrymas. Similiter in porcis videmus, sed homines sunt peiores quam porci: quia si vnus peccat, nullus quærit emendare illum, nec reprehendere. Vnde Paulus *Idem sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.* Quarta conditio est solicitudo, & cura patrum volentium saluare animas filiorum suorum & famulorum, & magistrorum volentium discipulorum animas saluare. Nam videmus Solem, & Stellas, qui secundum cursum suum naturalem influunt in diuersis locis diuersa: quia in aliquibus argentum, alibi bonum vinum, alibi frumentum, & similiter alia creata. Et denique omnia inter se species suæ curam habent, præter hominem, quia vnus homo non curat de filio, nec vxor de viro pro salute animarum. Vnde Paulus. *Estote soliciti, & non pigri.* Charitas ergo naturaliter insita homini est, vt proximum diligat. Quinta conditio est de proximi bono gaudere. Vnde Paulus: *Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus* proximis, sicut gaudere in te, & dolere in te. Vnde vnus spiritus illuminatus dicit, quòd vera compassio est, quæ cum videt vnum infirmum, vellet potius pati illam passionem, quàm velle sentire dolorem compassionis, quam habet de illo, & si videt pauperem, potius vellet pati eius paupertatem quàm compassionem pro illa paupertate. Sed hodie vix vicinus dat de aqua putei sui, vel de igne, suo vicino: vnde quia non est compati, non est gaudere. Sed sanctus Franciscus dicebat, quod plus gaudebat de regno Franciæ, quàm rex Franciæ, quia gaudebat, quod gauderet rex de suo regno; sed dicebat se habere vnam

Primum concordia. Rom. 12.

Exemplum.

Apoc.

Eccles.

Psalm.

Secundũ indulgere.

Tertium compati.

Si nulla nisi charitas nos compatiens proximo.

Bellua homo peior.

Quartum solicitudo.

Homo inhumanus.

Paul.

Quintũ gaudere.

Quanam vera est compassio.

prærogã

Digitized by Google

prærogatiuam à Rege, quia rex habebat labores & expensas regni, & S. Franciscus habebat gaudia sine labore & expensis. Sexta conditio est, defectus proximi cordialiter corrigere. Vnde quando vides fieri aliquam displicentiam Deo, tu tristaris. Vis addiscere, quando iste zelus est in te, de quo Propheta. *Zelus domus tuæ comedit me.* Zelus enim est virtus, & rancor est vitium Zelus & rancor habent domos continuas, & habitant ostiatim, & domus vnius vix discernitur ab alia, & habent ostia similia, & portant similia vestimenta, ita vt vix discernantur. Vnde Gregorius in libro Moraliũ dicit, quod zelus est virtus, quæ est talis naturæ quod nisi homo sit cautus, & bene prouideat, multoties credit amare & odit; credit intrare ostium domus zeli, & intrat odij. Vnde caue quod nisi sis armatus multa patientia & humilitate, & disponas te ad hoc, non capias tale donum, nisi capias ardentem zelum, sicut Christus quando expulit illos de templo dicens, *domus mea, domus orationis vocabitur.*

Sextum cordialiter corrigere.

Zelus & liuor prudenter à se inuicem segregandi.

Sæpe enim accidet, quod tu corriges filium tuum vel proximum, & corrigendo ipsum dicet tibi iniuriam & pro eo non stabis quin iterum & iterum corrigas, & iterum ipse tibi dicet iniurias, & sic si tu irasceris, & odis eum, peccas, ita quod credens intrare ostium zeli intras ostium rancoris, & odij. Septima est, incorrigibilem patienter tolerare. Vnde consultum fuit cuidam dominæ, quæ habebat maritum sceleratum, quem non poterat suis verbis emendare, cum iam peruenisset ad hoc vt odiret ipsum, fuit dictum illi, quod caueret sibi ne de domo zeli intraret ostium odij, & quod potius desisteret reprehendere eum, quia volens corrigere vitia aliorum debet habere affectum paternalem & corrigere viriliter cum multa patientia: & si vides quòd nolit corrigi, vadas potius cum amœnis verbis, quia tu non debes plus velle in eo quàm Deus velit. Idem sit zelus regularis, aliàs sit coopertum odium. Secus tamen est in prælato & iudice, quia debent errantes corrigere cum discretione puniendo eos, & potius iudex debet dimittere errantem desperare, quàm iustitia pereat omnium aliorum.

Incorrigibilẽ patienter tolerare.

Nota de correctione.

Tertia pars principalis.

De amore spirituali in sinistra.

Amor specialis ad inimicos.

Sequitur tertius amor, qui dicitur spiritualis aliter specialis, quem habere debemus ad inimicos nostros. Et in hoc amore nota, quòd quilibet tripliciter peccare potest. Primo in necessitate succurrendo. Secundo modo in loquendo. Tertio modo in signa faciendo. Primo igitur si vides inimicum tuum portantem necessitatem famis, vel huiusmodi, nisi succurras peccas mortaliter. Et si vides ipsum incurrere peccatum mortale, cum possis obuiare, & non obuias, peccas. Secundus modus est in loquendo, Vnde si negas loquelam inimico tuo, toties peccas mortaliter, quoties te salutat, & non respondes ei, & quoties te requirit, & sibi non facis pacem, quia bonus homo de bono thesauro, quod habet in corde, profert. Et nota bene, quod est vnus casus, in quo non peccat, qui negat loquelam: Puta, quando orta est discordia inter mulierem & virum, qui illam adulterabat, quo casu si mulier recusat loqui sibi, ne peccet secum, non peccat. Item si sit aliquis, cum quo non possis loqui sine tuo præiudicio, non peccas, non loquendo. Sed tamen cessante causa, debet cessare effectus. Tertius modus est in signa faciendo. Puta, si aliquis interfecisset fratrem tuum, aut patrem, & esset tecum pacificatus, & cum sibi obuias, vadis in aliã partem, & euitas eum; vel si sis in cœtu aliorum, & illo superueniente recedis, peccas mortaliter, quia illud est signum odij, & das scandalum illi, quia per talia signa das sibi intelligere quod tu odis eum. Si autem cum vides tuum inimicum tecum reconciliatum, sanguis turbatur & accenditur propter vestigia, vel reliquias odij præcedentis, si in illo primo motu non cõsentis tali odio, sed amas, tu mereris, sed consentiendo peccas. Vnde in Euangelio ait, *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Et qui dixerit fratri suo, racha, reus erit gehennæ*; & si cadis in talibus, teneris confiteri. Modo igitur ad euangelium redeundo, *Diligite inimicos vestros* hoc igitur diuiditur in tres partes Prima ostendit Christi singularem exhortationem. Secunda assignat illius causam singularem. Tertia ostẽdit dirigere intentionem, in amando. Primo igitur dixit discipulis suis, *Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros: Benefacite his, qui vos oderunt: Et orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Quasi dicat: illi in lege sua dixerunt, odio habebis inimicum tuum. Ego autem in lege mea, Diligite proximos vestros, sicut vos ipsos. Et diligite inimicos vestros. Vnde lex noui testamenti est præceptum filij Dei. Hoc est præceptum meum, addendo & supplendo in scriptura veteris testamenti. Et nota quòd inimici possunt tria facere cõtra inimicos suos. Cordiali er odire, iniurias dicere, & factis operari. Et licet inimicus tuus his vtatur contra te, tamen vtere Christi consilio, qui ait: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt*, id est, Si odit te inimicus corde, & dicat de te malum, fac sibi bonum dicendo, Deus det sibi cognitionem veri. Et orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, scilicet veri & approbati in charitate. Et est causa valde nobilis, & gentilis. Et iste pater vester facit duo, *quia facit solem oriri super bonos & malos: Et pluit super iustos & iniustos.* Pluit enim infundendo gratiam suam volentibus, siue iusti, siue iniusti, quia nemini redeunti gremium claudit. Stat enim ad ostium scilicet animæ, & pulsat dicens, Aperi filia mea, dilecta mea, quia ad te intro, si aperis. Si quis igitur de te obloquitur, cogita si in illo est aliqua virtus, quia si sit valens, dicas, vere ipse est valens homo: si est sapiens, dic, verè ipse est sapiens homo. Et conare toto ingenio, & toto corde illum laudare, qui te diffamauit, quia pluit Deus super bonos & super malos: vnde si Deus pluit super malos pluuiam suæ gratiæ, & tu debes pluere etiam super diffamatorem tuum commendando ipsum in aliqua virtute: quia malitia sua non debet te inducere ad dicendum, aut faciendum malum. Ideo disce à Christo nostro magistro, quia sic faciendo saluaberis. Secundo singularem causam reddit, quia inimicos diligere debemus dicens: *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* quasi dicat, nullam, quia iam recepistis mercedem vestram: quia tenemini diligere qui vos diligunt. Sed vt consequamini mercedem, diligite non solum benefacientes vobis, sed etiam malefacientes: Quia naturale est, quod etiam animalia bruta diligant illos, qui sibi bene faciunt, & cognoscunt eos, vt equus, canis & alia animalia, quæ non diligunt nisi eos qui dant sibi comedere propter suam vtilitatem. Vnde fac etiam bonum malefacientibus tibi. *Nonne & publicani*, id est publici canes, & meretrices, etiam hoc faciunt? *Estote ergo perfecti sicut pater vester cœlestis perfectus est.* Tertiam partem subiungit in dirigendo intentionem rectam dicens. *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum.* Et alibi *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Cum ergo facis eleemosynam, noli tubâ canere, sicut hypocritæ.* Vnde nota quod aliqui faciunt elemosynas mittendo tubas ante, clamando O pauper, veni, accipe istam eleemosynam, vel proiiciunt de fenestris panem pauperibus, & similia, vt videantur. Aliqui mittunt tubas à latere, quia faciunt pauperes ante ostium domus in via

In hoc amore tripliciter possumus offendere.

Quando possumus aduersarie non loqui.

Lex noui testamenti præceptum Filij Dei.

Aduersarius erga aduersarium tripliciter se potest habere.

Cur benefacere debemus aduersario.

De eleemosyna recte faciendo.

Digitized by Google

via comedere. Aliqui mittunt tubas post, sicut isti qui post mortem faciunt capellas & paramenta, & ponunt arma sua hinc inde, vt appareat quod ipsi fecerint. Vnde eleemosyna debet fieri occultè sine istis tubis: quia qui summum facit, summum habebit. Et notat Christus duo genera hypocritarum: vnum est euidens hypocrisis, scilicet facere palam, vt videatur bonum fecisse in synagogis, vbi gentes congregantur. Secundum, quando quis in vicis, id est in secreto facit. Dicitur enim vicus stricta via, vbi pauperculi stant, & aliqui hypocritæ faciunt eleemosynas secrete in vicis, tamen non ad bonum finem, vt scilicet, sit secretum, sed apparens, quia ostendentes velle secretum esse quod faciunt, habent modos quibus diuulgatur, & iste talis est hypocrita hypocritarum. Vnde in prima hypocrisi palam facta diabolus tuba clamat. In secunda homo ipse est, tubicina. *Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam.* Ideo si vis facere bonam eleemosynam, *sinistra tua*, id est mala intentio: *nesciat quid faciat dextera tua*, id est bona intentio, quia charitas facta mala intentione vertitur in maledictionem, & pater qui videt in abscondito, reddet tibi præmium vitæ æternæ, &c.

Quomodo debeat fieri eleemosyna.

Duo genera hypocritarum.

Charitas facta mala intentione male cedit.

SABBATHO POST Cineres.

SYNOPSIS
Eorum quæ continentur in hoc Sermone

Hic Sermo, qui est de Amore probante continet tres præcipuas partes.

Prima pars principalis.

Agit de natura principiante, quæ quatuor constat gradibus.

Secunda pars principalis.

De natura saluificante quatuor similiter gradus habente.

Tertia pars principalis.

De natura beatificante, in qua quatuor gradus reperiuntur.

De amore Probante.
Sermo V.

Marc. 5.

ERAT *nauis in medio mari, & Iesus solus in terra*, Marci 5. In hodierno Euangelio ad euidentiam dicendorum nota, quod mare signat amaritudinem laborum & tribulationem, & aduersitatem huius mundi, & nox signat priuationem totius consolationis spiritualis cum tribulationibus corporis. In præcedenti tractatum fuit de amore lato per charitatem. Nunc tractabimus de illo amore qui dicitur Amor probans: quia tunc Deus probat animam, quando illam in medio mari tribulationum vexat & quatit. Vnde dicitur, quòd erat nauis in medio mari. Nauis enim statum naturæ signat: vnde in lapsa natura tres status miserabiles notantur. Primus status est principians. Secundus status est saluificans. Tertius status est beatificans. Primus ergo status lapsæ naturæ est principians, & est de sui natura fragilis, & corruptibilis, & caro nostra humana est ita putrescibilis & apta corruptioni, quod nisi saletur mari, id est amaritudine tribulationum sæculi, fit putrida & corrumpitur, sicut carnes, quæ non sale condiuntur putrescunt. Et ideo vt status fragilis naturæ nostræ saluetur, necesse est quod saletur sale tribulationum & amaritudine sæculi, vt apparebit. Alioquin putrescet in fœtore vermium vitiorum & peccatorum, & abiicietur in profundum. Secundus status naturæ est Saluificans, quia tunc rectè saluatur naturæ nostræ fragilitas, quando exercitio tentationũ fit audax ad militandum, & fit victrix hostium suorum per assiduitatem & continuitatem præliandi, & ex continuitate laboris solidantur & fortificantur bases animæ; sicut consuetudo ligonis facit rusticum fortẽ & aptum labori, qui si non esset assuetus labori, esset debilis. Tertius status est beatificans ipsam naturam: vnde nota quod ad perueniendum ad statum gloriæ beatæ oportet transire mare multarum amaritudinum, & tribulationum. Circa quod nota 12. gradus, quasi vnius ascensibilis scalæ, quibus de vno ad alium itur. Quorum graduum quatuor deseruiunt primo statui naturæ Principianti: alij quatuor deseruiunt secundo statui naturæ Saluificanti. Cæteri quatuor deseruiunt tertio statui naturæ Beatificanti & perficienti in gloria.

Quãdo Deus probat animam.

In natura lapsa tres status considerantur.

Afflictio necessaria & quare.

Duodecim gradus.

PRIMA PARS PRINCIPALIS,
In qua agitur de natura principiante quæ quatuor constat gradibus.

CIrca statum naturæ principiantis, accipe primos quatuor gradus, qui sunt. Primus viuificatiuus Secundus illuminatiuus. Tertius humiliatiuus. Quartus probatiuus. Primus igitur gradus est viuificatiuus animæ mortuæ in peccatis & vanitatibus & iniquitatibus. Vnde Dauid ait: *In tribulatione viuificasti me. Et si ambulauero in medio tribulationum viuificabis me.* Ideo nota quod tentatio est vita hominis super terram. Nam mortuus non intelligit tribulationes, sed viuus illas sentit: vnde sentiens tribulationes est viuus: Et homo non habens tribulationes in hoc mundo, potest dici mortuus. Et Deus, qui est medicus, cum de infirmo desperat ait: date illi quicquid vult Ita facit mortuis & sceleratis in peccatis, quos præuidet spiritualiter morituros: quia dat illis quicquid cupiunt, & non vexat illos tribulatione, sed facit eos in hoc mundo fœlices, & hoc est malum signum. Sed quando homo vexatur & anxiatur angustia est bonum signum. Et nota quod Dæmon desinit hominem tribulare tribus de causis. Primo quia sperat, imo quia est certus de anima derelicta à Deo, quam non vult tribulare in hoc mundo, quod vult in alio illam tribulare: vnde legitur de quodam sancto patre, qui vidit super portam ciuitatis vnicum diabolum, & super portam monasterij, vbi erant sancti viri, vidit innumeras legiones Dæmonum, & hoc quia Diabolus in ciuitate nullum reperiebat contradictorem, sed in monasterio fortes milites & contradictores habebat, ita quod quando proteruus non tentatur, est signum quod est diaboli. Secunda causa potest esse, quia sit aliqua anima ita perfecta, & ardens in amore Dei quod diabolus nescit vnde tentet ipsam. Exemplum, Sicut vnus lebes qui quando bullit fortiter super ardente igne nulla musca appropinquat: Vnde dicitur, Ollæ candenti muscæ non insident. Sed si remoto igne tepescit & frigescit, ferculum repletur muscis. Ita in anima reducta ad bonam & sanctam vitam, quæ quando est bulliens amore Dei, non sentit tentationes diaboli, maxime in principio, sicut Paulus nullum laborem sentiebat in principio suæ conuersionis propter magnum ardorem, quẽ sentiebat in anima sua de amore Christi: Sed postea sensit multas tentationes & tribulationes, vt ipsemet in epistola sua testatur. Vnde dicitur, quod semel vnus frater ordinis B. Francisci in principio conuersionis suæ nullam tentationem sentiebat vsque ad multos annos, sed postea tribulatus est vsque ad animam. Ita vnus homo sanctæ vitæ ad hoc venit quod non poterat dicere Pater noster nisi ita fortiter quod audiretur. Ita de alio qui cũ sibi impositum esset in pœnitentia quod diceret Pater noster, non erat modus quod posset aliquo modo dicere, non audiẽte suo patre pœnitentiæ. Itẽ de vno homine sanctæ vitæ, qui cum visitaretur, & illi suo more à visitantibus diceretur Ave Maria, & ille idem verbum vellet replicare, non poterat dicere, nisi

Quatuor gradus naturæ principiãtis.

Primus gradus viuificatiuus.

Psal.

Qui nõ affligitur mortuus potiùs dici.

Exemplum.

Reprobis ad desiderii omnia eueniunt.

Cur diabolus hominẽ aliquãdo tẽtat

Digitized by Google

nisi A, a, a, ve, ve, ve; Ma, Ma, Ma, ri, ri, ri, a. quod totum procedebat à Diaboli tentatione. Tertia ratio potest esse, quia Diabolus in aliquibus præsumptuosis, qui putant se habere tantam gratiam, quod diabolus non possit eos tentare, assecurat ipsos ita, vt illa infelix anima dormiat non exercitata tentationibus. Et tunc diabolus dormit secrete in carne illius, & expectat tempus & viso tempore in vno puncto facit illam animam assecuratam, ruere violenter vt ita videtur, quod non possit contradicere tali tentationi. Vnde nota quod quanto plus sentis te mortificatum, si non es cautus, tanto stas in maiori periculo maioris ruinæ propter occultas insidias diaboli, & sic habes tres causas, quare non venit homini tentatio, &c. Secundus gradus est illuminatiuus, quando enim anima habet labores & aduersitates, si est stulta, fit illuminata, & sapiens: & si est sapiens fit sapientior, & quanto maiores labores habet, tanto fit sapientior, & magis illuminatur, & illuminata humiliatur, & humiliata probatur, & probata fortificatur, & fortificata cõsolatur: & consolata delectatur, & delectando conseruatur, & conseruata firmatur, & firmata præmiatur, & præmiata triumphat, & triumphando coronatur. Vnde aduersitates faciunt hominem mortuum in carnalitate, ita sapientem & viuificantem, quod venit in primo statu cognoscendi Deum, qui est sapiens, iustus, potens, & misericors: quas dignitates vbi prius non cognoscebas in prosperitate, quando cadis in aliqua aduersitate, faciendo tibi gratiam, postea cognoscis per experientiam: vnde quando percuteris ab aliqua aduersitate, tu dicis: Propter aliquod meum graue peccatum Deus permisit mihi hoc accidere, & quãdo credis quod nauis tuæ fragilitatis quæ fluctuat in medio tempestatis submergatur, tunc Deus subito tranquillat mare & adiuuat te, & tunc tu cognoscis misericordiam Dei tibi datam, ita quòd sæpe euenit quòd quando cognoscis vitam tuam miserabilem, tristem, & caducam, tu fis virtuosior propter iustitiam, & misericordiam, & sic Deus facit, quòd tu de malo fis bonus, & de paupertate corporali ducit te in diuitias animæ, & de miseria mundi ad delicias Paradisi: vnde quando vnus populus viuit in magna prosperitate, tunc fit valde cæcus ad cognoscendum Deum, & sic econtra, quanto plures habet aduersitates, tanto plus cognoscit Deum, & exercitatur in maiori perfectione virtutum, vnde qui non cognoscit Deum, non amat illum, & non amando non illum timet, & non timendo, non custodit sua mandata, & sic peccat, & peccando mittitur in profundum. Et quando homo credit magis se esse tutum, magis sibi caueat. Nam Danid dixit quòd sentiebat se ita securum quòd nunquam desereret Deum, dicens de seipso: *Ego dixi in abundantia mea non mouebor.* Et ideo Deus voluit faciem suam ab eo, & cognouit fragilitatem suam. Ideo caue, quia Diabolus ducit illum qui putat se securum in aliquam abyssum, vbi colaphizando facit eum cadere, vnde cognosce diabolum & mundum, quia mundus dicit sæpe, Si facis sic, tu pores ditari: & credendo sic, superueniet tibi vna aduersitas, quia mundus & diabolus sunt contrarij Deo, & ideo Deus permittit malum illis, qui relicto eo sequuntur aduersarios eius. Nonne ait Dominus: *Qui vult post me venire, tollat crucem suam & sequatur me,* & Deus talibus donat bonum. Sed mundus promittit bonum & dat malum: vnde de mane ostendit te pulchrum & diuitem esse, & de sero reperis te delusum. Cognosce ergo gratias tibi datas: & cum quantis laboribus debes custodire te cum virtutibus, quia mundus non est sine aduersitate bellorum, sed cito transibit & in puncto mortis reperis te delusum, si sequeris hypocrisim, & fallacias mundi, adhære igitur virtutibus quæ acquiruntur non sine magno labore. Nec credas, quod si non es habituatus per longum tẽpus vitæ tuæ in fortitudine, patientia & in cæteris virtutibus ante punctum mortis, postea in angustia mortis, vbi est maior labor omnibus laboribus, qui dici aut excogitari possint, possis habere patientiam, quia si non potes esse patiens in sufficiendo vnum minimũ verbum contra te prolatum, male habebis in illo puncto patientiam in quo anima & corpus conquassata simul decertant, de quo aiebat Psalmist. *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.* Vnde vnus seruus Dei stabit per viginti annos antequam acquirat virtutem patientiæ, & cadet multoties. Et habere contritionem peccatorum, est difficilior res quæ sit in mundo. Et vtinam res non sit etiam arctior quam dicatur. Cum ergo probasti aduersitates, tunc cognosces vitam æternam, quam Deus non dat sine virtutibus cum magnis laboribus acquisitis. Et cognosces infernum à quo præcauebis. Vnde Ecclesiastes, *Qui non est tentatus quid sit, nescit qualis sit.* Et scholastici studentes, si non haberent tot malas noctes, & continue laborarent per longum tempus abstinendo ab esu & potu, non lucrarentur virtutes: Non dicendo de his qui vadunt vagando, quorum patres faciunt vsuras, vt mittant sibi denarios, quos abiiciunt. Nota ergo quod vexatio dat intellectum. Nam quidam seruus Dei per vnam vexationem, quam passus est, subito cognouit vnam virtutem, quam nunquam ante intellexerat. Vnde & Paulus licet esset plenus Spiritu sancto, tamen per exercitium multorum laborum effectus fuit valde expertus. Similiter & Dæmon per experientiam fit sapientior. Vnde sequitur in cruce labor. Tertius gradus est humiliatiuus, ita quod non est aliquis ita superbus, qui si incarceretur non humilietur, & si sit homo Diabolicus, & si pater habet Elium superbum & inobedientem, qui sit saltem decem annorum si carcerabit eum, humiliabitur. Et non solum facit malos bonos, sed bonos efficit meliores. Et nota quod virtutes sunt periculosæ, nisi sunt cum humilitate, quia faciunt cum virtute superbiam, & virtuosum superbum. Vnde cum tribulationes crescunt, virtutes augentur. Ne extollam me, *datus est mihi stimulus carnis, qui me colaphizet,* non consentiendo tamen, sed contradicendo. Ideo nota quòd nullus fuit, nec est ita sanctus, qui non habuerit, & habeat aliquid aduersum, & tales defectus tenent eos in humilitate depressos, & multoties permittit Deus tales cadere, vt fiant magis humiles. Quartus gradus est probatiuus; sicut in Hispania dicitur, quòd matres expoliant filios suos nudos, & ponunt in niue, & dicunt quod probant eos in tenera ætate, vt sint fortiores, ita Deus probat suos in tentationibus, & multoties accidit, sicut cum aliquando quis jactat se quod est bonus athleta, & alius ait contrarium. Ita accidit aliquando quod vnus seruus Dei præsumit se posse resistere & ad minimam tentationem cadit, & sic probatur & fit melior. Vnde Ecclesiast. *Vasa figuli probat fornax.* Et alibi *tanquam aurum in fornace probauit electos dominus.* Et nota quod Deus non permittit tentationes animæ, quas non possit portare, vt ait Apostolus. *Fidelis Deus qui non permittit vos tentari supra id, quod potestis.* Vnde sicut vides in Euangelio, Diabolus quandoque fecit venire tempestates seruis Dei, & tamen nunquam submersi sunt. Sed quando veniunt dic, si es fortis, sicut Iob. 1. *Deus meus pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.* Et alibi, *Dominus mihi adiutor & non timebo, sed despiciam inimicos meos, &c.*

Fraus diaboli.

Secundus gradus illuminatiuus. Afflictione illuminemur.

Afflictio ad Deum cognoscendum nos elevat.

Prosperitas ad cæcitatem nos ducit.

Mundus fallax.

Patientia maxime necessaria.

Afflictio dat intellectum.

Tertius gradus humiliatiuus.

Humilitas fit virtutum comes.

Cur electos permittit Deus cadere.

Quartus gradus probatiuus.

Eccles. Afflictio non vltra vires datur.

Iob. 1.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS.

De natura saluificante quatuor similiter gradus habente.

VIsis quatuor gradibus deseruientibus primo statui, qui dicitur principians: nunc videamus de secundo statu, qui dicitur saluificans, & iste status habet alios quatuor gradus. Primus est satisfactiuus.

Secundus

Digitized by Google

Secundus est consolatiuus. Tertius est delectatiuus, Quartus est conseruatiuus.

Quatuor gradus natura saluificantis.

Primo igitur gradus est satisfactiuus, vel solutiuus peccatores puniendo in hoc mundo, vt saluentur in alio, quia nullus est tam iustus qui saltem peccata venialia non habeat. *Nam omnis homo mendax.* Vnde Deus postquam viuificauit, humiliauit, & probauit, te in secundum statum reducendo, reducit te in secundum statum in quo primo persoluit tibi dicens: *Redde rationem villicationis tuæ.* Amasti filium plus quàm me, faciam illum mori, amasti vxorem plus me, priuabo te illa: & isto modo priuat te in hoc mundo, vt puniaris in isto, & præmieris in alio, & te fortificat hoc modo. Secundus gradus est consolatiuus: vnde si tu es valens agonista, tu dices cum Dauid, *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam,* quia post tristitiam dedisti gaudia, iuxta illud benedicti Iesu, qui ait, *Tristitia vestra conuertetur in gaudium: & gaudium: vestrum nemo tollet à vobis:* sicut Apostoli, de quibus dicitur, *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Domini Iesu contumeliã pati.* Tertius gradus est delectatiuus. Vnde Laurentio dulces videbantur carbones. Et Stephano saxa, de quo dicitur. *Lapides torrentis illi dulces fuerunt* quia videbat arrhas paradisi, dum ait: *Ecce video cœlos apertos.* Quartus gradus est conseruatiuus, quia illa spes vitæ æternæ conseruat eos in pœnis.

Iustus à peccato veniali non est liber.

Secundus gradus consolationis.

Psalm.

Tertius gradus delectationis.

Quando tribulaberis facias sicut asinus, qui nunquam cadit, vbi aliàs cecidit, & hoc est propter clamores & verbera quæ ibi habuit, vt leuaretur: Ita tu si addiscis vbi cecidisti, & propter illud habuisti aliquam aduersitatem, cauebis magis tibi ne cadas iterum ibi, & vitabis causas, & te recurrente ad adiutoriũ Dei auxiliaberis à Deo, & à te. Vnde Gregorius super Psalmo *Proba me Domine & tenta me,* ait: Si nesciuisset sibi cauere à tentationibus, posuisset se in magno periculo, sed subiungit, Domine complectere me, quia potero conseruare gratias tuas. Nota ergo hic, quod à principio mundi Lucifer fuit creatus cum multis gratiis, & nesciuit custodire illas. Adam etiam subito perdidit gratias suas. Salomon sapientissimus & plenus gratiis perdidit suas. Petrus primus Apostolorum negando Christum, perdidit gratias suas. Quare hoc? Quia istæ tantæ gratiæ fuerunt gratis datæ, & acquisitæ sine labore. Et si acquisiuissent illas cum labore, non ita de facili perdidissent, quia tenuissent illas cum maiori diligentia. Vnde Adam postquam cecidit semel, nunquam amplius cecidit, ita quod plus acquisiuit ruendo, quàm si non cecidisset. Vnde Dauid fugiendo filium & equitando per vnam viam, vnus rusticus proiecit terram in faciem sibi, propter quod familiares sui voluerunt illum interficere, & Dauid dixit Dimittatis, quia Dominus permisit hoc propter mea peccata, quia sic mihi soluit de peccatis meis. Ita vides etiam in filiis vsurariorum communiter, qui consumunt vsuras patris, quia nesciunt cum quanto labore, acquirantur: quia si scirent labores acquirendi, melius conseruarent acquisita, quia nihil facit ita conseruare gratiam, sicut aduersitas.

Psalm.

Quæ sine labore acquiruntur facile pereunt.

Tertia Pars Principalis,

De natura beatificante, in qua quatuor gradus, reperiuntur.

Gradus naturæ beatificantis.

Sequitur tertius status humanæ naturæ, qui dicitur beatificans, cui deseruiunt alij quatuor gradus subsequentes, qui sunt. Primus manifestatiuus. Secundus præmiatiuus. Tertius triumphatiuus. Quartus coronatiuus.

Primus gradus.

Primus ergo manifestat stabilitatem animæ, quia quando anima ascendit octo gradus post de illis gradibus ascendit ad alium, in quo manifestatur, vt vita eius sit exemplum aliis. Vnde Dominus in Luca ait, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra.* Et nota tria exempla animæ existentis in isto gradu. Primum est patientia, secundum est paupertas, tertium est humilitas, quæ tres virtutes vigent in eo qui venit ad istum gradum, & tunc ista exẽpla in illa anima existentia, sunt exẽpla aliis & ædificant proximũ in illis virtutibus: nã patientia demonstrat hominẽ in tribulationibus, & ista virtus reducitur ad animã & corpus. Vnde Dauid habuit tribulationẽ vt ędificaret proximũ in exemplo patientiæ suæ. Paulus ad Heb. 10. *Patientia vobis necessaria est.* Sic patiẽtia Tobiæ, & Iob, & aliorũ multorum. Sic & paupertas in contemptu diuitiarũ multarum. Paulus, *Nihil habentes & omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam.* Humilitas manifestatur quoad animam scil. in orando, confitendo, & alias virtutes humilitatis animæ operando, quoad corpus patienter verbera sustinendo, quibus exẽplis manifestatis proximus ædificatur. Secundus gradus est præmiatiuus, quia sancti, qui se humiliauerunt, nunc præmiantur maximo honore & dignitate facti socij Dei, de quibus ait Dominus, *ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt:* sunt etiam amici Dei, de quibus in Euangelio Iesus: *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis.* Imo & filij, quia vt ait Ioan. 1. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Sicut fecit Dominus Abrahæ, quem Dominus fatigauit & postea dedit illi gratiam. Psalm. *Eripiam eum & glorificabo eum.* Tertius gradus est triumphatiuus, quia quando Angelus perditionis videt se superatum per vnum hominem carneum, cuius natura est fragilis cum toc virtutibus paupertatis, patientiæ, humilitatis, resistendo eius tentationibus, & superbiæ, considerans quòd propter superbiam suam fuit eiectus de cœlo, & quod homo suis virtutibus humiliatus meruit coronã gratiæ & triumphum, remanet confusus, ac si vnus miles captus esset ab vna muliercula. Vnde Christus semper voluit de dæmone triumphare per medium alicuius vilis, & abiecti hominis sicut fuit sanctus Franciscus, qui erat vnus homuncio & dicebat: Deus elegit me, qui sum maior peccator mundi & abiectus homuncio, vt in me confundatur diabolus in virtute Dei: sic etiam consensus fuit per multas virgines, & per rudes Apostolos, qui subiugauerunt Inperatores, Reges, & totum mundum, quia in omnem terram exiuit sonus eorum. Similiter & ordo sancti Francisci à principio fuit fundatus per rudes homines, & modo est auctus vndique & pulsat cum cimbalis bene sonantibus. Vnde magna est confusio diaboli, confundi à paruulis. Vnde Iob. *Ancilla mea alligabo eum,* scilicet diabolum, cum anima mea in seruitutem ligabo. Ideo nota quod cæteris paribus, quanto plures labores habes, tanto plus meriti expectas. Quartus gradus est coronatiuus. Decet enim quod qui valenter certauit de inimico triũphans, coronam victoriæ reportet. Vnde Iacobus in prima canonica. *Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Et Paulus ait, *Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* Qui ergo vult coronam oportet quod pugnet & triumphet de hoste. Nec potest quisquã sine hoste pugnare: ergo labores sunt causa præmij, & mercedis. Igitur persuade tibi, quod si debebis intrare vitam æternam, oportetebit intrare per multas angustias & tribulationes, quod, nauis animæ tuæ in medio mari conquassetur fluctibus. Modo ad Euangelium redeundo dicamus, *Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, Iesus solus in terra.* In hoc ergo Euangelio summarie possunt notari sex. Primo temporis qualitas. Secundo maris transitus medietas. Tertio Christi singularitas. Quarto eiusdem Christi pietas. Quinto laboris difficultas. Sexto huius laboris causa efficax. Primo ergo dicit, iam factum sero, & bene sero, quia in infelici humana

Luc.

Patientia quid in nobis denotat.

Heb. 10.

Humilitas quid declarat.

Secundus gradus.

Ioan. 1.

Psal.

Tertius gradus.

Diabolus superatur à vili homine.

Quartus gradus.

Iacob. 1.

Sine labore non est corona.

natura,

Digitized by Google

natura, quam Deus sua bonitate in plena luce creauerat perfectæ rationis & intelligentiæ, supereueniente peccato oculos à vera luce diuertis, & secutæ sunt tenebræ interiores, quarum signum est corporalis passio, & mentalis ignorantia qua cæcamur. Vnde Psalm. *Confusio faciei meæ operuit me.* Secundo per mare mundum intellige, qui mari comparatur, quia mundus quasi mare amarus est animæ, propter mala culparum & pœnæ obuenturæ propter illas. Fluit enim etiã & refluit mare, per quod notatur fortuna, quæ instabiles homines, nunc ante, nunc retro prouehit. Item non est solidum, sed liquidum, & non sustinens, sed demergens, quia nihil solidum aut duraturum est in sæculo, sed qui in illo delectatur demergitur in angustiis & anxietatibus. Vnde Dauid, *Veni in altitudinem maris, & tempestate demersit me.* Tertio cũ ait, Iesus solus in terra, notat singularitatem Christi multipliciter, quia Christus inquantum Deus, solus est, quia scribitur, *ego solus sum Deus, & non est alius præter me:* & Apostolus ait *Soli Deo honor & gloria.* In quantum redemptor & reparator mundi, solus est, vt ait per Psalmist. *Singulariter sum ego, donec transeam.* In quantum Deus & homo, solus fuit, quia vnigenitus Dei filius suæ diuinitatis volens nos esse participes, factus est homo solus in terra, quia ipse solus in solido loco: cæteri enim homines agitantur à fluctibus tentationum, ipse vero etiam moriturus stetit in soliditate mentis. Vnde Ioan. 16. *Venit hora, vt dispergamini in propria, & me solum relinquetis.* Quarto cum ait, & videns eos laborantes in remigio. Videre etenim Dei est misericorditer super creaturas suas respicere. Dum enim videret oculis æternitatis suæ humanum genus defatigatum, & laxatum in transgressione protoparentis, tanta misericordia motus est, vt nostra mortalitate vestitus pro nobis pati & mori voluerit. Vnde Psal. *Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras.* Quinto cum ait, laborantes in remigio, ponit difficultatem laboris. Non solum enim homini labor est in terra, iuxta maledictionem illi datam in Genesi, *In laboribus comedes*, sed & in mari, quod est dicere, quod homo in terra laborat propter necessitates & ægritudines corporales: In mari propter tentationes mentales & spirituales. Vnde illud Iob. 5. *Homo ad laborem nascitur.* Sexto cum ait erat enim ventus contrarius illis, ponit causam efficacis laboris. Vnde Adamantius super Iosue ait: Peccatori omnis creatura hostis est, iusto autem seruiunt omnia. Sicut videmus in curiis Principum, quia si vnus venit in indignationem Principis, omnes aduersantur ei, & si sit vnus gratus Principi, omnes diligunt & verentur eum. Per ventum enim contrarium intellige triplicem tentationem carnis, mundi, & Diaboli, quibus nauis humanæ naturæ agitatur, sed Deus bonitate & misericordia sua imperat mari, & cessat quassatio, qua cessante efficimur digni gloria sua. Ad quam, &c.

Psalm. Cur mundus amarus.

Psal.

Ioan. 16.

Quid sit Deũ videre.

Psalm.

Genes. 3.

Iob 5.

Iosue omnes creaturæ seruiunt.

DOMINICA I. IN Quadragesima.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore radiosa tres habet partes principales.

Prima pars principalis.

De obiecto radioso in quo speculatur intellectus.

Secunda pars principalis.

De oppositio vitioso in quo orbatur intellectus.

Tertia pars principalis.

De subiecto amabili in quo viuit intellectus.

Incipit prima ala nostri Seraphini, quæ vocatur Amor mobilis, qui Amor mobilis in septem flammæis incendy amoris diuiditur, quæ sunt Amor radiosus, Amor timorosus, Amor dubiosus, Amor miraculosus, Amor vigorosus, Amor gaudiosus, Amor gratiosus.

Sermo VI.

NON *in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Matt. 4. Quoniã ista Dominica habemus tractare de prima ala nostri Seraphini, quam appellamus mobilem, volentes ipsam diuisam in septem pennas prosequi in septem feriis præsentis hebdomadæ, incipiemus à prima penna alæ amoris mobilis, quæ penna dicitur Amor radiosus, qui elicitur ex euangelio dicto, *Non in solo pane viuit homo.* In quo sacro eloquio faciamus tres contemplationes. Primo obiectum radiosum, in quo speculatur intellectus. Secundo oppositum vitiosum, in quo orbatur intellectus. Tertio subiectum amabile, in quo viuit intellectus.

Matt. 4.

Tres contemplationes circa præsens institutum.

Primo igitur anima viuens *de omni verbo, quod procedit de ore Dei*, habet intellectum, per quem intelligit bonum & malum, iustum & iniustum, pulchrum & turpe, virtutes & vitia, & oportet quod ista anima viuat de eo, quod est sibi conforme: quia sicut corpus viuit & nutritur de quatuor elementis & rebus elementatis quæ sunt cibus conformis ipsi corpori, quæ sunt corporalia, sic anima viuit de spiritualibus, quæ consistunt in voluntate, affectu, & delectatione, & memoria, scilicet in cognitione veritatis, & delectatione diuinæ bonitatis, & potentia bonarum operationum, quibus pasci possit & nutriri, ita quod anima non viuit de pane, sed de verbo Dei. Cum enim homo consistat ex corpore & anima, duplici cibo illi opus est, pane scilicet materiali pro cibo corporis, & pane spirituali scilicet verbo Dei pro cibo animæ. Et ideo Christus singula singulis attribuendo ait, *Non in solo pane viuit homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei*, qui est dulcis & spiritualis gustui animæ. Vnde vt volunt Philosophi: sicut omnes morerentur, si vna die sola cessaret sol facere cursum suum, qui habet splendorem, calorem, & vigorem. Ita si verbum Dei deficeret, quod est sol animæ, scilicet quod verbum Dei non prædicaretur, & non communicaretur animabus, vt possent incitari & illuminari splendore veritatis & calefieri in ardore illius sumendo dulcorem cibi spiritualis procedentis de verbo prædicatorum, *quod procedit de ore Dei*, quia non cognoscerent Deum, non cognoscendo non amarent, & non amando non timerent, & non timendo nostra natura fragilis & procliuis ad malum, citò moreretur. Ideo oportet quod ipsa viuat de verbo Dei. Vnde in Apocalypsi, *Apertum est sigillum septimum & factum est silentium in cœlo, quasi media hora*, quæ hora erit in fine sæculi, quando veniet Antichristus, quia tunc cessabunt omnia sacrificia, nec dicentur Missæ nec prædicationes, & fiet silentium in cœlo, quia nulla fere fiet mentio amplius de Christo, sed omnes clamabunt viuat Antichristus, & amplius non coletur fides Christi: & hoc paruo tempore durabit, ideo dicit quasi media hora, quia nisi dies illi abbreuiati forent, non fieret salua omnis caro. Et ecce subito veniet Christus, & Antichristus silebit ad instar cantorum, qui diuiduntur in duos choros, quia vnus chorus cantat, & alius tacet: & finito versu primi chori, subito alter incipit cantare: Ita erit tunc, quasi media hora, sicut hodie fit, quando est vnus bonus & valens prædicator, omnes dicunt, *ad concionem, ad concionẽ.* Vnde vbi non prædicatur & cessat Verbum Dei, ibi non est cognitio

Digitized by Google

de Deo. Et vbi plus prædicatur verbum Dei, ibi eſt maior cognitio de Deo, & plus timetur & colitur. Et accidit de hoc ſicut de Sole, qui plus feruet in æſtate quam in hyeme. Ita amor Dei magis calet in habentibus cognitionem Dei, quàm in non habentibus. Vnde redeamus ad primum propoſitum.

Prima Pars Principalis,

De obiecto radioſo in quo ſpeculatur intellectus.

Obiectum intellectus radioſum diuiditur in nouem radios.

PRimo ergo anima habet obiectum radioſum, in quo ſpeculatur ſcilicet ſplendorem ſolis iuſtitiæ, qui ſol diuiditur in nouem radios, quorum tres pertinent ad illuminationem intellectus, alij tres ad veritatis demonſtrationē, alij autem tres ad diſcretionis inſtructionem, qui ſunt hi. Primus eſt mentis irradiatiuus Secundus eſt demonſtratiuus. Tertius eſt declaratiuus. Quartus eſt diſcretiuus. Quintus eſt delectatiuus. Sextus eſt inflammatiuus. Septimus eſt confractiuus. Octauus eſt defenſiuus. Nonus eſt fructificatiuus.

Primus radius eſt mentis irradiatiuus ad inſtar lucis, quæ tria operatur.

Primo ergo eſt mentis irradiatiuus, & hoc ad inſtar lucis, quæ tria operatur. Primo fugat tenebras. Secundo oſtendit viam. Tertio ſi erraſſes in tenebris ſuperueniente luce oſtendit viam. Fugat tenebras ignorantiæ & homo fit ſapiens, & luminoſus, quia Diabolus nullum habet maiorem amicum quàm ignorantiam, quæ obcurat intellectum, ne poſſit cernere lumen veritatis, luminis verbi Dei, & ſic econtra nullum habet maiorem inimicum quàm intelligentiam. Item oſtendit viam, quia audiēdo prædicationes anima illuminatur & illuminata videt viam veritatis. Item ſi perdidiſſet viam, quod anima eſſet lapſa in peccatis dimittendo bonam viam & veniſſet in obſcuritatem vitiorum, venit in diſcretionē cognoſcendi bonam viā à mala. Irradiat ergo verbum Dei mentem. Vnde Dauid, *Pſal.118.* *Lucerna pedibus meis, verbum tuum.* Nam ſicut ſi vadis de nocte, ceſpitas & præcipitaris, ita facit ignorantia in puncto mortis, te præcipitat in infernum, quia ignorans ignorabitur, quia ex quo non vixiſti in lumine veritatis in vita, dignum eſt quòd in puncto mortis vadas cum cæcitate, in qua vixiſti. Vnde oportet te habere duas oculos, fidem, & cognitionem Dei. Vnde vidi aliquas mulierculas habere tantum lumen propter continuitatem prædicationum quòd inuenerunt gratiam perficientem ſuam naturam, quia melius intelligunt quàm vnus bonus prædicator.

Secundus radius eſt demōſtratiuus.

Secundus radius eſt demonſtratiuus, quia demonſtrat cognoſcere bonum à malo, ſicut Cynoſura, quæ monſtrat viam nautis, per quam cognoſcunt ſi bene vadunt, vel non. Ita verbum Dei poteſt dici iſta ſtella, qua videmus, ſi ſumus boni, vel mali, & ſi tenemus vitam bonam, vel malam, vnde iſti qui ſunt ſolicitiores potius ire ad fortam, quàm ad prædicationem, erranerunt in ſolitudine, & viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Similitudo verbi Dei ad ſpeculum.

Aſſimilatur enim verbum Dei ſpeculo, in quo vides tuam turpitudinem & deformitatem: & ſi habes aliquam tinctūram in facie, illam vides & cognoſcis, & ſic te lauas. Ita eſt verbum Dei, per quod vides tua peccata, & potes illa cognita lauare per confeſſionem & pœnitentiam. *Pſalm.* *Pſalm.* Declaratio ſermonum tuorum illuminat. Ita quòd te ſpeculando in eo fis virtuoſus & nunquam te faſtidit, ſed omni die magis te conſolatur.

Tertius radius eſt declaratiuus noſtræ voluntatis.

Tertius radius eſt declaratiuus noſtræ voluntatis, quia multoties homo ignorat ſe habere peccatum mortale, & tamen eſt in peccato. Vnde Dauid dicebat, *Pſalm.* *Ab occultis meis munda me Domine.* Videbat enim ſe ignorantem & cæcum, & ideo quærebat declarari de defectibus ſuis & mundari. Vnde Propheta. *Lex Domini immaculata conuertens animas.* Lex enim Domini, eſt verbum Dei, quo declaratur homo in erroribus ſuis, & cum homo eſt declaratus, tunc quia cognoſcit vitium quod illi obiectum fuerat, illud abominatur, & abominando vitiū, amplectitur eius contrarium, quod eſt virtus, & ſubſequenter in Deum intuetur, & amat, & in me reū. Quartus radius eſt diſcretiuus, quia quando cōſcientia eſt illuminata & declarata verbo Dei, diſcernit in omnibus operibus ſuis. Vnde Paulus. *Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Vnde verbum Dei eſt inciſiuum, & eſt gladius tranſiens cor, & facit te diſcernere & videre quòd percantatio quam tu mulier feciſti bona intentione, fuit mala, & fuit peccatum, & ſic de reliquis, qui non cognoſcunt nec diſcernunt malum à bono, nec bonum à malo, contra quos Propheta, *Va qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* Vnde aduenīente hoc radio fit diſcretio.

Quartus radius eſt diſcretiuus.

Quintus radius eſt delectatiuus.

Quintus radius eſt delectatiuus per experientiam, quia multi tantum delectantur in audiendo verbum Dei, quod dimitterent audire omnia inſtrumenta mundi, & cantilenas, & melodias. Vnde experientia diuinorum inducit gaudia. Vnde Pſalm. *Lætatus ſum, in his quæ dicta ſunt mihi.* Vnde nota, quod quando homo non poteſt audire verbum Dei, eſt ſignum quod eſt prope mortem, ad inſtar illius, qui nihil boni poteſt comedere, & perdit appetitum. Sed quādo aliquis eſt bene ſanus, habet bonum appetitum & bene comedit. Vnde vt conſerues bonum ſtomachum, oportet comedere, quia tunc bene diſponitur tota natura. Si in audiēdo verbum Dei diſponitur mēs, & acuitur appetitus, & ſi diu ſtas, quòd non audias verbum diuinum, mens hebetatur & perditur guſtus diuini verbi. Vnde nota, quod verbum Dei æquiparatur homini, cui alligatur eſca, vt capiat piſces. Ita Verbum Dei eſt hamus, quo capiuntur homines, & alliciuntur ad amorem Dei. Vnde Chriſtus Apoſtolis, quos prædeſtinauit prædicatores, ait: *Faciam vos piſcatores hominum*, quia audientes dulce Dei verbum, capiuntur ab illa eſca. Sextus radius eſt inflammatiuus quia anima delectata in verbo Dei, inflammatur & ignitur. Vnde quando Deus dedit verba legis Moyſi, apparuit in forma ignis. Et quando miſit ſanctum Spiritum ſuper Apoſtos, venit cum flamma & fragore ignis in forma linguarum, quæ ſignat quòd prædicatores debent ex impetu in lingua bicipiti, infocata ex igne cordis pronuntiare verbum Dei, & ſic facit accendere animam intelligentem. Ideo miſit Chriſtus ignem Apoſtolis, vt cum lingua ignea prædicarent. Vnde ait: *Veni mittere ignem in terra, & quid volo, niſi vt ardeat?* Non ſolum dixit de ſe, ſed etiam de omnibus aliis prædicantibus, qui charitatem non ſolum in ſe retinent, ſed etiam cum aliis communicant. *Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* Vnde ſcribitur de Elia: *Surrexit Elias & verbum illius tanquam facula ardebat.* Similiter diſcipulis euntibus in Emaus cor eorum inflammabatur audiendo verba Chriſti, licet non cognoſcerent eum. Vnde dixerunt *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, cum loqueretur:* Ita quod verbum Dei inflammabat.

Exemplum.

Sextus radius eſt inflāmatiuus.

Septimus radius eſt confractiuus.

Septimus radius eſt confractiuus: quia anima quantuncunque dura, ſi audit prædicationem, confringitur, quia nunquam vidi hominem tam infrigidatum, & induratum, qui ſi audit prædicationem nō confringatur: quia audiendo intelligunt, & vident peccata, & periculum quod incurrunt in animā, & ſic emendantur præ timore, Vnde Iere. 23. *Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis ardens, & quaſi malleus conterens petrā?* quaſi dicat ſic. Ideo Ieremias admirans verbum Dei dicebat. *Contritum eſt cor meum in medio ventris mei, & contremuerunt omnia oſſa mea. Factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus vino à facie Domini, & à facie ſanctorum verborum eius.* Octauus radius eſt defenſiuus quia defendit à peccatis. Vnde ſi virgo, vel nupta audit Verbum Dei, addiſcet prudentiam ſerpentis, & puritatem columbæ, & fraudes hominum, & ſciet ſuam pudicitiam & virginitatem cuſtodire, quia ſi non audis Verbum Dei, non cognoſcis aſtutiam Diaboli, & non cognoſcendo pericula, neſcis vitare, & maxime

Ieremi. 23.

Octauus radius eſt defenſiuus.

Digitized by Google

maxime iuuenculæ inexpertæ,& ideo antiquæ debent ducere iuuenculas ad prædicationes, vt audientes verbum Dei discant se defendere. Vnde ad Ephes. 6. *Extinguntur omnia tela ignea nequissimi.* Vnde & Psalm. *Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem & super tribulantes eos misissem manum meam.* Ita quod verbum Dei facit te expertum vt scias te defendere: quia sicut Leo fugit ignem, sic diabolus qui est tanquam Leo rugiens, fugit ignitum Verbum Dei. Nonus & vltimus est fructificatiuus. Vnde in Euangelio. *Semen est verbum Dei, & exiit qui seminat seminare semen suum:* sicut alibi dictum est, & hoc verbum est quod fructificat in anima, ita quod facit eam gaudere in hoc mundo & in alio.

Ephes. 6. Psalm.

Nonus vadium est fructificatiuus.

Secvnda pars principalis.

De oppositio vitioso in quo orbatur intellectus.

Oppositum animæ vitiosum.

Sequitur videre de oppositio animæ vitioso, quod est totum tenebrosum & obscurum & plenum malitia pro his, qui nolunt audire Verbum Dei. Vnde nota quod septem sunt genera hominum, qui male libenter audiunt prædicationes, nec patiuntur prædicatores. Primi smemorati. Secundi tepidi. Tertij intricati. Quarti assurdati, Quinti curiosi. Sexti fastiditi. Septimi indæmoniati.

Septem sunt genera hominum qui male audiunt verbum Dei.

Primi igitur sunt smemorati, & isti sunt qui audiunt Verbum Dei, sed intrat per vnam aurem, & exit per aliam, & cum sunt domi, sunt obliti, & vellent facere quod audiuerunt & non recordantur, & non recordando nesciunt & nesciendo non operantur. Et scias quod ista smemoratio tripliciter accidit. Quandoque per senium, & hoc accidit hominibus qui bestialiter vixerunt, non ponentes curam ad aliquam virtutem, nec curantes de aliquo bono, qui propter malum vsum non curauerunt vnquam audire verbum Dei, & sunt ita deprauati in suo vsu viuendi, quod nihil boni capere possunt, aut recordari. Quandoque procedit à natura, quia naturaliter habebit homo malam memoriam. Et tales oportet esse assiduos, & solicitare, & continuare, quia sæpe vsus conuertitur in naturam. Quandoque procedit à Diabolo, & ista est peruersissima obliuio, quia Diabolus possedit illam animam, & facit illam obliuisci, & Dei, & suiipsius. Vnde in talibus volucres cœli comedunt semen seminatum, id est vagæ & instabiles tentationes Diaboli. Et ideo qui nõ vult esse smemoratus, debet verbũ Dei quod audiuit, mente ruminare, quia in lege veteri Deus nolebat sibi sacrificari, nisi ruminantia. Oportet enim quod faciatis sicut soliciti prædones, non sicut somnolenti sicarij, quia segnes dimittunt transire mercatores & nesciũt de thesauris suis aliquid eripere. Soliciti autẽ neminẽ transire permittunt quin illi aliquid iocale arripiant. Vos ergo neminem prædicatorem permittatis transire, quin ab eo aliquid auferatis, quia si de omni prædicatione, quam auditis, sumatis tantum duo notabilia, in fine multarum prædicationum eritis diuites facti. Secundi sunt tepidi, & isti audiunt & tenent mente, sed tamen nihil faciunt sed purè habẽt meliorem conditionem quam smemorati, & isti non deserunt prædicationes, quia

Gutta cauat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.

vnde in talibus semper verbum Dei natum aduit, quia non habebat humorem scilicet deuotionẽ & feruorem operandi bonum. Vnde de talibus ait Dauid: *Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit,* & isti audiendo prædicationes, cum occurrit eis aliqua tentatio subito recedunt, quia non habent fundamentum. Tertij sunt impediti, & isti sunt, qui audiunt, sciunt, & volunt facere, sed sunt ita intricati quod non possunt operari, quia impossibile est Deo seruire & mundo, & rursus in mundo sic accidit, quod

Psal.

quando quis onerat se multis, & diuersis negotiis, nullum bene facit, quia

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Isti igitur, qui volunt esse inuoluti in mundo, & facere seruitium Dei, serunt inter spinas sine fructu, iuxta illud Ier. 4. *Nolite serere inter spinas, quia non facient fructum.* Quarti sunt surdi: propter auaritiam nolunt ire ad prædicationes, quia similes sunt aspidi surdæ, de qua Psal. *Sicut aspides surdæ obturantes aures suas.* Nolite quæso, ô auari sic facere. Possibile enim est, quod in puncto mortis recordaberis de aliquo verbo audito in prædicatione, quo saluaberis, & audiendo refers audita filiis vel amicis, qui à te poterunt capere fructum. Sicut vnus vsurarius, qui propter relata sibi de his, quæ dicta fuerunt in vna prædicatione, restituit quinque millia ducatorum. Vnde Ieremias ait. *Audite cœli, audiat terra verba oris mei,* scilicet quæ prædicator non ex ore proprio, sed ex ore Dei loquitur, Audiendo enim verbum Dei si tu es valens, efficeris valentior. Si tu es bonus fis melior, & terra & homines terreni, fiunt spirituales. Quinti sunt curiosi, quorum aliqui sunt prædicantes, aliqui audientes prædicantes, qui potius prædicant vt sciantur quam vt sciant, & magis ad pompam sui, quam ad fructum animarum, allegãtes subtilitates philosophicas, & poemata & similia, & postponunt Theologiam, quæ est sciẽtiarum mater & regina, quia omnes aliæ scientiæ sunt sibi subordinatæ, & sunt suæ pedissequæ: etiam non est conueniens quod ancillæ melius tractentur quam regina. Vnde si tu præponeres famulas reginæ, ipsa fleret, & doleret, videns quod oporteret ipsam seruire suis famulabus: vnde si tu prædicas ad pompam, & frequentas allegationes poëtarum, & similium plusquam sacræ scripturæ, tu es curiosus prædicator, & abuteris Theologia. Non dico tamen, quod sit prohibitum aut allegare, aut discere ista alia, imo concessum est scire alias scientiãs propter Theologiam. Alia curiositas est respectu auditorum, quia audientes prædicationes non debent aspicere ad illud quod prædicatores faciunt, sed ad id quod dicunt: *vnde secundum opera eorum,* scilicet mala, *nolite facere.* Isti tales quando vident aliquem inflatum in pulpito & curiosè prædicantem, dicunt iste debet esse valens: & si est vnus humilis male indutus & mordax peccatorum, dicũt oppositum, quod non est faciendum. Nam multoties in turpi & vili sacco vidi stare de bono tritico, & in pulchro sacco, de malo grano. Sunt etiã aliqui curiosi, qui audiunt solum cum oculis, quia ad actus prædicatoris, non ad sententiam verborum attendunt. Sexti sunt fastiditi. Et isti dicunt. Quid tantum prædicare, aut audire tot prædicationes? Bene scio, quid habeam agere: Christus dixit, *Non facias aliis quod non vis tibi fieri,* & alia similia, & omnes prædicationes includuntur in hoc solo verbo, & stabo omni die ad istud fastidium & perdam tempus? Hi pessime cogitant, quia in prædicationibus multa vltra hoc addiscunt: Nam prædicator non prædicat vt audiatur solum, sed vt audientes operentur. Sed hodie prædicatores possunt dicere, *Ego vox clamãtis in deserto.* Septimi sunt in dæmoniati, qui cum audiunt prædicare de aliquo vitio, in quo sint inuoluti torquent vultum, ac si fœteret sibi. Sicut si esset aliqua fœmina luxuriosa, quæ esset in cœno carnalitatis vsq; ad oculos, & audiendo de luxuria ostenderet signis oris & vultus stringendo os & spatulas, ac si abhorreret illud vitium & istæ personæ sunt sicut illæ, quæ stando in fœce, vsq; ad nares, non sentiunt fœtorem, & si essent longe à fœce & audirent loqui de fœce, ostenderent se schifas ad instar illius Dominæ, cui villicus portauit ramum de pulchris cerasis. Ista videns cerasa ingluuie capta, subito intrauit camerã, & tantam habebat voluntatem comedendi, quod fuit oblita claudere cameram, & incœpit comedere de cerasis, sicut vna lupa: & non solum cerasa, sed & ossa cum omnibus, & dum

Hierem.

Psalm.

Digitized by Google

fuit plena ceraſis, maritus veniens ſedet ad prandium & præſentata fuerunt ſibi ceraſa, quæ ſuperfuerant, & vxor incipit accipere vnicum ceraſum, & reſpiciens dicit, villice mundantur iſta ceraſa? Qualiter comeditis vos illa in villa? Et villicus reſpondit: Nos comedimus ipſa in villa, ſicut vos paulo ante vorabatis in camera, & remãſit cõfuſa. Ita iſtæ perſonæ indæmoniatæ audientes de peccatis ſuis quandoque vadunt dicẽdo, quod prædicator docet vitia quæ neſciuntur, vel dicunt malum de eo, & non conqueruntur de ſuo vitio ſed de alieno. Aliqui dicunt quod ipſe dixerit de tali vitio, in quo talis eſt, cum ipſe in eo ſit vſq; ad mentũ: vnde ſi audis aliquod vitium, in quo tu ſis, audi & corrige te. Alij audiunt vt detrahant & peruertant verba, quæ audiuerunt, & iſti ſunt ſimiles canibus habentibus duos pedes, qui portant tantum oſſa: Et nota quod eſt differentia inter Dæmonem, & Diabolum, quia dæmõ interpretatur ſciens, & diabolus interpretatur deuorator: à Dia, quod eſt duo, & bolus quaſi faciens duos bolos de homine, ſc. animæ & corporis, & eſt proditor. Vnde ſi eſſet aliquis, qui eſſet valens, & eſſet proditor, ſi diceres ſibi: tu es valens homo; certe non iraſceretur, quia ſonaret in bonum. Sed ſi diceres, Tu es valens proditor, tunc iraſceretur, quia ſonaret in malum, & ideo iſti magis dicuntur indiabolati, quàm dæmoniaci, quia ſunt proditores, & non ſcientes: vnde quædam dæmoniaca magis iraſcebatur prædicatori quando nominabat Diabolum, quàm quãdo nominabat Deum, quia dicebat quod erat iniuria dæmoni appellare ipſum diabolum, id eſt proditorem.

Diſcrimen inter diabolum & dæmonem.

Tertia Pars Principalis,

De ſubiecto amoroſo in quo viuit anima.

Vt homo fructum reportet de auditione verbi Dei debet habere ſeptẽ conditiones.

CIrca tertiam partem in qua dicimus de ſubiecto amoroſo, in quo viuit anima, nota quod ad volendum portare fructum de Euangelizationibus, oportet hominem habere ſeptem in ſe, quæ ſequuntur & tunc habebit fructum. Primo præparatio. Secundo deuotio. Tertio reuerentia. Quarto ruminatio. Quinto recta intentio. Sextò firma fides. Septimo deſiderium operandi. Prima igitur eſt præparatio mentis vnde quando vis ire ad prædicationem, tu debes præparare corporalia, poſtea ſpiritualia. Primo omni die audias vnam miſſam, quia miſſa præparat mentem, ſicut terra laborata quando modicũ pluit, & ſeminatur, tunc ſemen melius præparatur ad naſcẽdum, vnde corpus Chriſti eſt verbum Dei. Et prædicatio eſt verbum Dei veſtitum voce: vnde Aug. dicit quod eſt tantum peccatum dimittere cadere verbum Dei, quantum dimittere cadere corpus Chriſti. Et habes in decretis, quod multo melius eſt audire prædicare, quam miſſam, diſtinctione tamen, quia diebus Dominicis & præceptis debes miſſam audire, quia ſi non audis miſſam, peccas mortaliter: vnde ſi non potes audire vtrumque audi potius miſſam in illis diebus: ſed in aliis, qui non ſunt de præcepto, audi potius prædicationem, & quod ita ſit audi Doctorem in Roſario, Licet miſſa ſit maioris dignitatis, tamen verbum Dei prædicatum, eſt maioris vtilitatis, quia miſſa præparat conſeruans lucra acquiſita in prædicationibus, & etiam acquirenda, & hæc eſt prima ſcilicet præparatio. Secunda eſt deuotio, quæ facit verba iam audita fructificare. Cum enim audis prædicatorem, tu debes præſupponere, quod audias Deum, ſi tamen prædicet veritatem, & non ſit de illis, de quibus dicitur, *ad excuſandas excuſationes in peccatis*. Nec reſpicias ad perſonam prædicantis. Prædicator enim cum videt auditores bene diſpoſitos ad audiendum, tunc melius præparatur ad dicendum, & ſi habes vitia aliqua quæ non poſſis relaxare, vna aliqua die dabitur tibi intelligentia, per quam fugabis vitia illa: & ſimiliter ſi vis acquirere vnam virtutem & non poſſis, illuminaberis & acquires illam, quia ſub audito-

Aug.

Pſal.

rio concurrunt multi quorum aliqui vellent audire de ſpe, & aliqui de fide, aliqui de charitate, continuando prædicationes, ſi non audis hodie, vna alia die poteris audire, & ſic de aliis: vnde ſemel accidit quod cũ prædicator prædicaſſet de vno peccato, quidam acceſſit ad eum poſt prædicationem, dicens, quod illud peccatum, non rectè informauerat eum, cum tamen prædicator nihil ſciret de hoc facto, nec ſciret de quo loqueretur. Tertia eſt reuerentia. Debet enim qui accedit ad prædicationem ire cum maxima reuerentia, quia vbi eſt reuerentia in aliquo actu, ibi eſt maxima attentio ad omnia particularia, & ſui ipſius vilipenſio. Si enim vnus magnus Princeps ſcribit vnam litteram ſuo populo, omnes conuocantur, & omnes præparant ſe ad audiendum cum magno deſiderio ſciendi, & cum magna reuerentia & cancellarius aſcendit in altum coram populo, & tollit ſibi caputium cum magna reuerentia in aperiendo iſtam litteram, quia repræſentant perſonam Domini, & omnes congregati ſtant reuerentes & attenti cum ſilentio. Si igitur hoc in temporalibus fit, quanto magis in ſpiritualibus, cum prædicator ſit cancellarius magni Regis æterni? Quarta eſt ruminatio. Quid enim eſſet tantum audire verbũ Dei, & poſt diſceſſum à prædicatione, nunquam amplius recordari? Non enim dicitur veniſſe qui non ſtetit: de iſtis enim in Euangelio, quod ſemen comederunt volucres. Per volucres enim intelligunt cogitationes mundanæ, quæ inſtabiliter volãt & rapide, quoniam tranſit mundus & concupiſcentia eius: & iſtæ cogitationes non permittunt hominẽ ruminare, nec cogitare de his quæ audiuit in prædicatione. Ideo Dominus volebat ſibi ſacrificari libenter animalia riminãtia. Quinta eſt directa intentio: debet enim homo & mulier ire ad prædicationem cum recta & pura intentione audiendi verbũ Dei & operandi quod audit, & non facere ſicut aliqui fatui, & fatuæ, euntes ad prædicationẽ cum foziis, & diuiſiis, & ornamentis capillorum, & ſimilibus cũ falſa intentione non audiẽdi verbũ Dei, ſed prouocandi & baleſtrandi cum amaſiis ſuis, de quibus ait Dominus: *Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autẽ feciſtis illam ſpeluncam*. Vnde Prophata ait, quod ingreſſus eſt templum, & vidit ibi reptilia & abominationes peſſimas. Sexta eſt fidelitas. Multum enim confert, quod homo habeat fidem in prædicatore, & quod credat ea quæ dicit prædicator eſſe vera, & non faciat ſicut aliqui curioſi indiabolati, qui dicunt, iſtud quod dicit prædicator, non apparet mihi verum, & diſputabunt de his, quæ non intelligunt: & ſæpe dicunt prædicatorem dixiſſe vnum, & prædicator dicet contrarium, & ſic cum ſuis ambagibus nolent credere verbo Dei, & credent percantulis mulierum, & cantoribus mendaciorum, qui cantabunt de Rotolando, & facient ictus incredibiles, & nota quod iſti tales ſunt publici infames & audire eos eſt peccatum, quia tales ſunt prædicatores diaboli, quia diabolus mendax eſt & pater mendacij, & iſti prædicant mendacia, vt alliciant homines ad mendacia, & diuertant eos ab auditione prædicationis veritatis. Vnde dicitur, *veniet tempus quo ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur*. Septima eſt deſiderium operandi, quia tunc ex prædicatione oritur fructus: Sicut legitur in vita patrum de quodam exemplo dato vni, cui fuit dictum quod ſi haberet leberem plenum panicata, tamen non ponendo manum vel ſcopolum intus, poſſet illum mundare abiciendo paulatim quod eſt intus & proiiciendo paulatim de aqua, & ſic pluries iterando & abiiciendo mũdaretur lebes, Sic eſt in prædicatione quia eundo vna vice, vel duabus homo non poteſt mundari à ſordibus peccatorum, ſed ſi ſæpe & ſæpius reiteret, tunc mundabitur ad plenum. Nunc igitur ad Euangelium redeundo videamus tria in euangelio. 1. dicit. quomodo Dæmon tentat de glorioſitate. 2. quomodo tentat de vitio

Similitudo.

Exemplum.

Tria in Euangelio videnda ſunt in hoc ſermone.

inanis

Digitized by Google

Christum de tribus tentat diabolus.

inanis gloriæ. Tertio quomodo tentat eum de vitio auaritiæ. Notandum igitur quod Christus iuit in desertum cum intellectu claro & luminoso,& cum velle feruido & vigoroso, & potenti insultu, *vt tentaretur à diabolo*: vnde diabolus dubitans, vtrum Christus esset purus homo, an Deus humanatus per multa signa & sanctissimam eius vitam,& videns quod Christus iuerat in desertum post baptismum, & non portauerat secum panem, custodit gressus suos, & videns quod stetit 40. diebus & 40. noctibus, quod nihil comedit, & postea esuriit, considerans quod Christus faciebat signa humana, & quandoque signa plusquam humana, considerans etiam prophetias, quæ loquebantur de futuro Iesu stabat in magno dubio: vnde deliberauit omnino tentare Iesum, & expedire se de factis suis, & transformauit se in forma humana, cum veste longa ad instar vnius sancti viri cum barba longa, & vultu squalido, in forma vnius peregrini, & videbatur totus defessus, & applicans ad Iesum cum ficta hypocrisi, ait: heus serue Dei, Salue. Audiui à sanctis viris de longinqua prouincia mea, quod natus est filius Dei, legi scripturas, reperio ipsum nasciturum de vna virgine. Vnde audiens hæc, circuiui multas prouincias, quærendo vbi natus sit, & in nulla parte mundi potui reperire istam veritatem, nisi in ista prouincia Ierusalem: vbi intellexi te fore illum, & venisti ieiunare in deserto sine pane, aut aliquo cibo, & vt scias quod ego sim magnus seruus Dei, & quod habeam spiritum prophetiæ, scio quod ieiunasti 40. diebus & noctibus. Christus autem bene armatus audit & nihil dicit. Et diabolus prosequitur dicens: videtur mihi quod Deus parum curet de te, dimittendo te in hoc deserto tot diebus, & nunquam prouidit tibi te aliquo cibo, & scio quod esuris. Si ergo filius Dei es da mihi istam consolationem. *Dic, vt lapides panes fiant.* Et nota quod Diabolus nunquam tentat hominem quin portet medicinam. Vnde dicit, videtur quòd Deus parum curet de te, quód inducit desperationem. Et Christus respondet. *Non in solo pane viuit homo.* In qua responsione tria facit, quia Primo respondet ad propositum. Secundo impugnat inimicum. Tertio dat nobis cautelam, vnde dicit, O diabole! homo respectu carnis fragilis viuit de pane, sed respectu animæ rationalis viuit *de omni verbo quod procedit de ore Dei.* Videns igitur diabolus quod tentatio de vitio gulæ parum profuit, transit ad aliam. Tentat ergo secundo eum de vitio inanis gloriæ. *Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctam ciuitatem & statuit supra pinnaculum templi.* Sed qualiter assumpsit eum, dic quod cum aliis dæmoniis: quasi vellet ostendere Christo. Ecce ego habeo tantam gratiam Dei quod habeo Angelos mihi seruientes. Faciam ergo te portare supra pinnaculum templi, vt non solum mihi manifesteris, sed & omni populo, & dum esset supra pinnaculum, ait Diabolus: *Mitte te deorsum, quia scriptum est: Angelis suis mandauit de te, vt in manibus tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Et nota quod Diabolus in omni sua tentatione quærit malum. Christus respondit; *scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum.* Dat sibi Christus vnum responsum, & Diabolus non perpendit: quasi dicat non debes tentare Deum tuum, quem quæris & non intelligis, quia quod potes ingenio humano facere, non quæras facere per miracula. Sequitur. Probat igitur tertio tentare Christum de auaritia, volens Christo persuadere quod erat tam sanctæ vitæ quod omnes thesauri erant sibi inabsconditi. *Assumpsit iterum eum Diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna mundi & gloriam eorum.* Sed qualiter ostendit omnia regna mundi? Dic forte ad instar incantatoris, qui facit videre illusionem diabolicam in vngue, vel cristallo, puta vnam ciuitatem, domos & alia multa. Ita potuit facere apparere Christo. Subdit ergo: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Et Christus iterum ipsum repercutit dicens; *vade retro Satana. Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus.* Sed quare Christus permisit se tentari? Dic quod ideo, ne certificaret diabolum, quod esset filius Dei, quia si non permisisset se tentari, diabolus fuisset certificatus, & non permisisset eum occidi. Cibemus ergo animas nostras verbo Dei, vt illuminati mereamur gloriam paradisi, &c.

Tria facit Christus in responsione ad diabolum.

FERIA SECVNDA POST I. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore timoroso tribus constat præcipuis partibus.

Prima pars principalis.

Agit de iudiciali maiestate.

Secunda pars principalis.

De iudiciali veritate.

Tertia pars principalis.

De iudiciali æquitate.

Sermo VI.

Bunt in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Matth. 25. Videndum nobis modo supereſt hodie de amore, qui dicitur amor timorosus, notatus in præallegato verbo, in quo tria secreta mysteria nobis considerandæ supersunt. Primum est de iudiciali maiestate. Secundum est de iudiciali veritate. Tertium est de iudiciali æquitate. Quæ tres considerationes comprehenduntur in Psalm. cum ait: *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum.* *Matth. 25.* *Tria mysteria hic nobis considerandæ sunt.* *Psalm.*

Prima pars principalis.

De iudiciali maiestate.

Circa primum secretum, scilicet de iudiciali maiestate contemplantur quatuor. Primo quis venit aut veniet. Secundo quomodo, & qualiter veniet. Tertio cum quibus veniet. Quarto quomodo in triumphali maiestate stabit. Circa primum igitur volumentem ad considerandum, quis veniet ad iudicandum mundum. Certe filius hominis, de quo dicitur. *Cum venerit filius hominis in sede.* Sed discipuli dixerunt ad Iesum. *Dic nobis quando hæc erunt?* Et Iesus respondit, *Non est vestrum scire tempora vel momenta*, id est puncta vltima. Vnde nota quod postquam Antichristus venerit post eius mortem durabit mundus 45. diebus. Et adde, quia tunc conuertentur omnes, iuxta illud, *Nisi abbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.* Sed videtur huic contradicere illud Dominicum, *Cum venerit filius hominis*, putasne inueniat fidem super terram? quasi dica. Non. Quomodo ergo verificantur ista? dic quod filius hominis veniet, omnes, & Iudæos, & alios populos iudicare, qui erunt excæcati propter eorum mala. Non instemus modo in hoc. *Veniet* enim *dies Domini, sicut fur* tempore quo totus mundus erit plenus iniquitate, quia tunc in tribus sceleribus iudicabitur mundus, scilicet in scelere superbiæ, luxuriæ, & auaritiæ. Et Deus punitiones distribuet secundum peccata, quia ponet humilitatem contra superbiam, quia superbi humiliati ruent. Superbia enim quia semper ascendit sursum, comprimitur per ruinam, quæ tendit deorsum, sicut in lucifero videmus, qui propter superbiam suam posuit paradisum ad arma, & Michael pugnauit cum Dracone, & Draco cum eo, & Lucifer proiectus *Circa primũ quatuor cõsideramus.*

Digitized by Google

eſt de paradiſo in profundum inferni cum angelis ſuis. Ecce prima ſuperbia in altiori loco cœli cœpit, & per ruinam præcipitata fuit in profundum. Contra luxuriam ponet ſubmerſionem, & ſuffocationem ſuiipſius. Et quoniam homines illud ſanctum præceptum, quod Dominus dedit in paradiſo dicens, *Creſcite & multiplicamini & replete terram*, non intelligentes verterunt in luxuriam peſſimam, & fœtor tranſiuit ad nares Dei, & dedit Deus pœnam delicto correſpondentem, quia qui in delectatione carnalis luxuriæ voluntariè ſubmerguntur, poſtea inuiti ligantur, & ſuffocantur in anguſtiis inordinati amoris, & zelotypiæ, & veniunt in tantos labores, quod inuident mortuis, & cognoſcũt pœnas ſuas, & cauſam pœnarum & remedia quæ prodeſſent, & tamen non poſſunt ſe iuuare, nec ſenſu ſuo, nec poſſe, nec patiõne, ſed immerſi remanent in amaritudine dolorum ſuorum, donec Deus miſereatur pœnæ ſuæ. Et ſic in cœno ſuæ luxuriæ ſtant ſubmerſi.

Exemplum. Contra auaritiam ponit ſitim: quia quanto plus auarus poſſidet diuitias, tanto plus poſſidetur ab eis, ſicut ebrius qui quantum plus vini bibit, tanto plus poſſidetur à vino: quia ſicut ignis eſt inſatiabilis, ſic & auaritia, quæ ſemper dicit, affer affer. Vnde ſi vis quod cupiditas auaritiæ tibi extinguatur, fac ſicut fit quando extinguitur ignis, quia ſi ligna appoſita igni ſubtrahuntur, deficit ignis. Ita in auaro, ſi diuitiæ eius ſubtrahantur ſibi & diuidantur inter pauperes, extinguitur ſuus inſatiabilis appetitus. Ideo Deus videns cupiditatem auaritiæ in toto mundo, in die iudicij deſtruet illam cum igne. Pſal. *Ignis ante ipſum precedet & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Ita quod Deus arrdebit totum mundum & poſtquam erit arſus, volet ſtare aliquibus diebus ante quàm veniat, vt purgetur malus aer & tunc terra erit ſterilis: & draco ſtabit ſuper arenam maris, & erunt contra nos omnia elementa. Et non ſolum ignis erit ante aduentum Chriſti, ſed in

In die iudicij congregabuntur tria genera ignis. iudicio totus mundus erit focatus, & propter diuinam potentiam congregabuntur ad inuicem tria genera ignis ad comburendum mundum. Primus erit ſubterraneus infernalis. Secundus erit ignis communis quo vtimur. Tertius aereus & elementaris. Primus ergo ignis erit ad cruciandum eos, qui damnabuntur in inferno, & ad purgandum & peccatores ſaluandos. Secundus ignis erit, quo conſumentur omnia iſta, quæ ſunt ſuper terram. Tertius ignis ſuperaereus erit ſubtilians ad purgandum alia elementa. In tali igitur incendio omnes erunt arſi, ita quod boni erunt purgati, mali autem erunt combuſti in igne æterno. Et Deus mittet tibicinas per quatuor partes mundi horribiliter concinentes, *Surgite mortui, venite ad iudicium.* Et in vltima tuba veniet filius hominis, non vt iudicetur ſicut quando venit in mundum, ſed veniet in triumphali maieſtate ad iudicandum omnes. Et omnes reſurgent vnius ætatis, boni in melius, & mali in peius. Vnde boni per communionem animæ quæ habebit gratiam & communicabit gloriam cum corpore, erunt feliciſſimi, & corpora bonorum erunt immortalia, & communicato corpore cum anima per gratiam & gloriam omnes erunt ſuo bono repleti. Et ſic anima damnati, quia erit iuncta cum damnato corpore morte æternali, plena erit omni ſupplicio & deformitate. Vnde ſecundum Doctores, omnes ſaluati erunt ætatis Chriſti ſcilicet triginta trium annorum tam paruuli quàm magni, & omnes defectus corporum erunt remoti, & erunt pulcherrimi & ſine macula. In damnatis autem erit alio modo, quia ſicut ſaluatio animæ facit corpus pulchrum, ita damnatio animæ communicata corpori facit corpus omnino deforme & terribile. Et qui in hoc mundo erat claudus, vel mancus, ſi erit de damnatis, remanebit in ſuo defectu. Filius hominis igitur, ſicut prius venit in vilitate, ſic modo veniet in maieſtate. Sed nota quod occurrit vnus pulcher punctus euangelij, quia veniet filius hominis iudicare mundum, quando erit plenus auaritia. Auaritia enim vocatur idololatria, in capite *Auaritia, que eſt idolorum ſeruitus.* Vnde Matth. 24. ait Dominus *cum videritis abominationem deſolationis, in loco ſancto.* Idolum vocatur auaritia, idolum vocatur luxuria. & demũ omne quod amatur plus quã Deus. Si enim plus amas filium, vel vxorem, vel vineam quàm Deum, hoc eſt idolum. Sed hoc loco intelligimus idolum deſolationis, quod erit ſolum in fine mundi. Nam quando Lucifer fuit præcipitatus de cœlo, illud non fuit idolum deſolationis, quia remanſerunt multi Angeli in cœlis. Tempore diluuij non fuit idolum deſolationis, quia remanſerunt octo perſonæ viuæ. Sed tempore mundialis deſtructionis vocabitur idolum deſolationis, quia omnes erunt auari, & habes primum, ſcilicet quis veniet. Nunc ergo ſecundo videamus, quomodo & qualiter veniet. Et aduerte, quod ſcribit Ioannes Apoc. 19. in quo ſcribit, quomodo veniet filius hominis; *Vidi nubem candidam & qui ſedebat ſuper eam, ſimilis erat filio hominis, & habebat coronam auream in capite ſuo & in manu ſua falcem acutam.* Iſtud ergo myſterium ſignat quatuor cõditiones in Chriſto, tempore, quomodo veniet, quia veniet purus, ſapiens, dominãs, & beatus. Per nubem candidam ſignat puritatem Chriſti, vnde Chriſtus iudicaturus mundum veniet purus, ſicut aſcendit in cœlum. Et tunc Apoſtoli qui viderunt ipſum de terra ad cœlum aſcendere, videbunt eum ſimiliter ad iudicandum deſcendere recordati eius quod dixit illis Angelus in aſcenſione ſcilicet *hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet*, ſtabunt ſicut memorati. Veniet ergo ſuper nubem, quæ eſt leuis, in qua notatur priuatio peccati, quia peccatum eſt grauius. Secundo dicit nubem iſtam candidam eſſe in quo notatur ſapientia Chriſti, de quo Salomon. *Candor lucis æternæ & ſpeculum ſine macula*, vel poteſt etiam intelligi caro Chriſti candida & pura ab omni macula peccati, quæ caro quaſi nubes diuinitatem Chriſti adumbrabat. Vnde illud Prophetæ. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & intrabit Ægyptum.* Hoc eſt dicere, quod quando Dominus primo venit in Ægyptum, venit leuiter illuminando, & quando veniet iudicare, veniet in nube lucida. Sed quare lucida? quia & ipſe clare omnibus apparebit & facta omnium conſcientiarum detegentur apparenter & erunt lucida. Quia vt dicit in Apoc. *Aperti ſunt libri, & iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris.* Quod autem dicit eum ſedentem, notat Dominum, & quietum ac tranquillum eius iudicium, quia tanquam iudex tranquille iudicaturus ſedebit. Sententia enim iudicis debet pronunciari ſedendo. Veniet rurſus, Sapiens, quia iudex debet eſſe ſapiens. Et dicit ſimilem filio hominis. Vide intellectum Spiritus ſancti, quia non dicit hominem, nec dicit Deum, ſed *ſimilem filio hominis*. Ad notandũ quod Chriſtus non venit ſicut purus Deus nec ſicut purus homo, ſed ſimilis filio hominis myſtice. Nam ſi veniret ſicut purus homo, non videret corda id eſt, peccata hominum, quia *ſolus Deus ſcrutator eſt cordium.* Et ſi veniret ſicut purus Deus, peccatores poſſent dicere. Deus tu creaſti noſtram naturam humanam fragilem & plenam omni miſeria, ſubiectam omni iniquitati, & tu altitonans ſtas in illis cœleſtibus ædibus, & nos in iſtis miſeriis fragilis carnis permittis immergi. Si habuiſſes experientiam carnis & fragilitatis noſtræ & ſenſiſſes pericula mundi, tu haberes miſericordiam de nobis. Ideo dicit *ſimilem filio hominis*, quia in quantum Deus videt corda hominum. In quantum homo oſtendit ſe habuiſſe experientiam carnis noſtræ. Vnde Paulus. *Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia.* Veniet etiam dominans in maieſtate triumphali, habens in capite ſuo coronam auream, quod ſignat ſapientiam humanam. *Et habebit falcem in manu ſua*, quod ſignat ſapientiam diuinam. Falx etenim habet duas partes vnã: quæ rendit ſurſum,

Matth. 24.

Quomodo & qualiter veniet Chriſtus. Apoc. 19.

Quatuor conditiones in Chriſto venturo.

Sententia iudicij debet pronunciari ſedendo.

&

Digitized by Google

& aliam quæ tendit deorsum, quæ signat duo iudicia, scilicet bonorum in parte superiori, & malorum in parte inferiori, quæ iudicia competunt soli Christo. 22. dist. nemo mittat falcem in messem alienam. Item per falcem notatur timor & amor. Timor in inferiori parte per damnatos: Amor in superiori per saluos. Tertio nunc videamus cum quibus veniet. Et certe; *ecce Dominus veniet & omnes Sancti; & Angeli eius cum eo.* Venient Angeli mali cum suis damnatis. Et damnata corpora erunt ita grauia & infirma, quod non poterunt per se stare nisi portentur & sustineantur à diabolo, quia corpora damnatorum ponderant plus quam vnus magnus mons etiam si esset plumbeus, ita quod nisi tenerentur à diabolo, subito penetrarent in profundum. Beati autem venient per se, quia iam per gratiam beatorum corpora propter communitatem animæ cõmunicata cum corpore venient leuiter, quia sicut gratia animæ communicata cum ipsis beatis corporibus facit ipsa leuia, ita damnatio animæ communicata corporibus damnatis facit ipsa grauia, & quia omnis anima habuit duos Angelos in hoc sæculo vnum bonum ad exercitium boni, & alium malum ad exercitium mali, quilibet diabolus habebit suam animam cum corpore & deludens portabit eam dicens, Ecce meum castronum. Et similiter boni Angeli associabunt suas animas dicentes, Ecce frater meus, & gloriantes gratias agent Deo. Et omnes boni saluati, & omnes Angeli cũ beata Virgine erunt ad iudicandum mundum & præcipuè Apostolus quibus ait Dominus. *Sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes*, &c. Nota igitur quod ante tribunal Christi erunt quatuor genera. Primum genus erunt sancti & perfecti. Secundum genus erunt aliqui boni. Tertium genus erunt aliqui mali. Quartum erunt aliqui extra fidem existentes, & sic erunt quatuor differentiæ in iudicando; aliqui iudicabunt, & non iudicabuntur, & aliqui iudicabuntur & iudicabunt, & aliqui iudicabuntur & non iudicabunt, aliqui nec iudicabunt, nec iudicabuntur. Primi qui non iudicabuntur, licèt iudicabunt, erunt Apostoli, quibus ait Christus. *Eritis iudicantes duodecim tribus.* Secundi qui iudicabuntur & iudicabunt, erunt boni, qui iudicabuntur in bonis gratiæ permanentis, & iudicabunt iustum esse Dei iudicium, de quibus in Apoc. audiuit Ioan. vocem clamantium. *Iusta & vera sunt iudicia tua, Domine.* Tertij iudicabuntur, sed non iudicabunt, scilicet mali, qui iudicabuntur ad gehennam perpetuam in malis culpæ & pœnæ inseparabiliter. Quarti nec iudicabunt, nec iudicabuntur, sicut Apostatæ, Iudæi, Saraceni, & infideles, quia qui sine fide est iam iudicatus est. Erit tamen differentia inter beatos, quia vnicuique dabitur præmium gratiæ, & gloriæ condignum suo merito, & plus, & minus secundum suum meritum. Similiter in damnatis dabitur præmium condignum suæ damnationi plus & minus prout merebuntur. Quarto nunc videamus, quomodo in triumphali maiestate stabit ad iudicandum. Sedebit enim super sedem diuinitatis, iuxta illud, *Thronus tuus in sæculum sæculi*, de quo throno ait Ioan. Apoc. 20. *Vidi thronum magnum candidum. Et sedentem super eum, à cuius conspectu fugit cælum & terra. Et vidi mortuos pusillos & magnos stantes ante thronum.* Thronum enim magnum dicit, notando magnitudinem æternitatis in Christi diuinitate. Candidum autem in denorationem puritatis intemeratæ carnis Christi. Et dicit cœlum & terram in iudicio à facie illius fugere, quia, vt ait Petrus in epistola, elementa calore soluentur, & cœlum similiter, vt purgetur.

Falx iudicis denotat timorem.

Cum quibus veniet iudex.

Quatuor genera ante Christi tribunal apparebunt.

Stabit Christus in triũphali maiestate iudicaturus. Apoc. 20.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS.

De iudiciali veritate.

Quatuor veritates hic notantur.

SEcundum mysterium est de iudiciali veritate. In quo nota quatuor veritates. Prima est congregatio. Secunda separatio. Tertia nominatio. Quarta præmiatio. Prima ergo veritas est, quia *congregabuntur coram eo omnes gentes*, & nullus habebit ibi aduocatum. Cessabunt ibi lucra procuratorum, quia quilibet habebit satis pro se procurare, & erit coram eo omnis vtriusque sexus. Secunda veritas est, quia separabit eos ab inuicem non solum loco, sed & merito, secundum bonum & malum, quod quisque fecerit scil. bonos ad gloriam, & malos ad supplicium æternum. Tertia veritas est, quod nominabit eos sicut pastor pecudes suas scilicet bonos, simplices, fideles & virtuosos. Omnia enim quæ ex pecude exeunt sunt bona, scilicet lana, & carnes, lac, pellis & vox, quia etiam balando annunciat bene & bonum. Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum. Malos autem nominabit hircos, quia similes sunt mali hircis, qui semper delectantur in libidine, & sunt fœtidi, & bene vident de nocte: quoniam *qui male agit, odit lucem, & ambulat per tenebras, & est sterilis*, quia omnis operatio sine charitate, est sterilis. Quarta veritas est præmiatio, quia stabunt iusti à dextris sicut pecorellæ, & recipient præmium gloriæ, quia in dextera eius diuitiæ & gloria; Et mali stabunt à sinistris iudicati in profundum malorum, quia *cadent à latere tuo mille & decẽ millia: ad te autem non appropinquabunt.* Sed nota quod pauci sunt saluati, quia plures sunt damnati, licet improprie dicatur de damnatis quod sint, quia in veritate damnati nihil sunt.

TERTIA PARS PRINCIPALIS.

De iudiciali æquitate.

HAbitis igitur duabus primis partibus, sequitur tertia de iudiciali æquitate. Vnde nota hic quatuor præmia bonorum, & quatuor malorum. Bonorum igitur præmia sunt ista quatuor. Prima glorificationis. Secunda commendationis. Tertia humiliationis. Quarta acceptationis. Prima igitur glorificationis erit, quia ille vultus glorificationis erit ita in aspectu bonorum miræ iucunditatis, pulchritudinis, splendoris, suauitatis, & mansuetudinis, quod mens humana deficiet ad tantum bonum capiendum, quia finitum infinitum capere nequit. Et ita benigna voce dicet, *venite benedicti patris mei, possidete regnum præparatum vobis ab origine mundi*, venite humiliter, & tunc animæ illæ erunt in gloria intelligentiæ radicatæ, & irradiatæ, effundentur ad secretum suæ gloriæ, quia intellectus erit illuminatus omni scientia claritatis diuinæ, in qua speculabitur anima, & de hoc participabit cum corpore, ita quod corpus fiet lucidum & clarum, & voluntas sua erit conformis cum mente diuina, & participabit de voluntate Dei, ita quod erit quasi vnum cum diuina voluntate. Memoria reminiscetur, quia semper possidebit gaudia paradisi, & quod anima erit immortalis, & perpetua fruetur lætitia, & gustabit corpus pariter cum anima ista gaudia contemplando Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Vnde illud, *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* In dulcore sapientiæ, quia *fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*, cum oculis ad videndum ineffabilia paradisi, cum auribus ad audiendum angelicos choros cantantes *dulcia cantica dragmatis.* Cum naribus ad odorandum odores suauitatis. Cum gustu ad gustandum spirituales cibos in mensa omnipotentis Dei. *Ecce* igitur *quàm bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Hoc enim est verbum valde attractiuum, & ideo omnes deberent bene operari, vt tam perennem gloriam consequerentur. Et cum omnes erunt ibi, dabit omnibus benedictionem applicabilem paternitati patris, quia illi fient filij Dei, iuxta illud, *Ego dixi, Dij estis & filij excelsi omnes*, & non solum erunt beati, quia filij sint Dei, sed quia fratres & cohæredes Christi. Intrate ergo in vitam æternam & non poteritis expelli, vos despexistis vana

Quatuor præmia bonorum, & quatuor malorũ hic notãtur.

Digitized by Google

& caduca, & modo reperiſtis æterna. Nunc ergo eritis in Paradiſo reges coronati diademate glorioſo. Vnde dicitur de Chriſto, quod eſt primogenitus mortuorum & princeps regum terræ. Ideo Apoc. 5. audiuit millia millium dicentium, *Redemiſti nos Domine Deus in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo noſtro regnum, & regnabimus*, &c. O quam grandia parauit Dominus diligentibus eum, quia vt ait Apoſtolus, *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quanta parauit Dominus diligentibus ſe.* Secundum præmium eſt condemnationis, aſſignando cauſas; *Eſurini, & dediſtis mihi manducare*, & hoc procedit à pietate, quia *beati miſericordes quia miſericordiam conſequentur.* Si vis intrare in vitam æternam, da panem Iſa. 48. c. ait, *Frange eſurienti panem tuum. Sitiui, & dediſtis mihi potum*, quia dans amore Dei aquam ſitienti, poſſidebit vitam. Sed non faciat ſicut ille, à quo petiit quidam ſeruus Dei potum, qui reſpondit, Non vendo vinum, & dum ſciuiſſet quod erat famoſus homo, dolens miſit ſe excuſatum. Et vide quod ille non faciebat propter Deum, ſed propter fumum eius famæ. Ideo qui fumum ſequitur, fumum habebit. Fac ergo eleemoſynam indifferenter vnicuique, ſecundum Deum, nec præſumas malum de aliquo, niſi ſua vita eſſet tibi notoria, quia vitioſe viueret: quia melius eſt prouidere bonis operibus. Vnde Aug. venale habes. Et quid? vitam æternam. Et quilibet poteſt emere vitam æternam, quia tantum valet, quantum poteſt quiſque expendere in amore Dei ieiunando, & peregrinando, eleemoſynando, &c. *Eram pauper & nudus, & me recipiens veſtiſti* in hoſpitale tuum ſine murmuratione. *Eram infirmus, & viſitaſti me.* Et nota quod non facit mentionem de ſeptimo, quod eſt mortuos ſepelire, quia illa eſt miſericordia ſpiritualis, & hoc loco non facit mentionem niſi de miſericordia corporali, vt oſtendat quod ſi vita æterna datur pro miſericordia corporali, multo magis dabitur pro miſericordia ſpirituali, quæ eſt maioris meriti. Et ideo debet homo etiam miſericordiæ ſpirituali inniti, vnde ſi quis dubitat in facto ſuo, conſule ſibi rectè, & eſt maius bonum quàm bonum corporale. Si eſt tribulatus, conforta eum. Si es offenſus ab alio, parce illi, quia hæc eſt eleemoſyna ſpiritualis quæ plus omnibus valet. Si vides aliquem malum, ora pro eo, & ſic mereberis vitam. Tertium præmium eſt humiliationis. Credo enim quod ſpiritus beatorum genuflectant coram ſe, amplectentes ſe inuicem, & glorificantes Deum in ſæcula ſæculorum de tot gratiis & præmiis ſibi datis dicentes, *quando vidimus te eſurientem, & fregimus tibi panem? Sitientem, & dedimus potum? Peregrinantem, & ſuſcepimus te?* quaſi dicant: Si fuiſſemus tunc temporis bene feciſſemus quod inquis. Quarta veritas ſeu præmium eſt acceptationis. Ideo dicet Chriſtus: *Quod vni ex minimis meis feciſtis*, ideo da eſurienti panem, quia das Deo, ſicut S. Martinus, qui dans partem pallij vni pauperi, reperit ſe dediſſe Deo. Et ſubiungit meritum dicens: *Id mihi feciſtis*, id eſt pro me, ideo pro tali merito dedi vobis vitam ſempiternam. Habitis igitur modo quatuor meritis bonorum, videamus quatuor iudicia damnatorum. Nota igitur modo quatuor veritates. Prima eſt condemnationis. Secunda reprobationis. Tertia querelationis. Quarta eſt indignationis. Prima veritas condemnationis eſt, quia vertet ſe contra malos, & licet de ſui natura habeat vultum gratioſum, tamen propter abominationem peccati, & propter vlcus quod ſentiet de amiſſione tot animarum, pro quibus proprium ſanguinem effudit, conturbatus, videbitur terribilis ac tremebundus malis, & hoc propter pœnam, quam de ſuis facinoribus expectant. Profert igitur ipſe iudex terribilem ſententiam dicens: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Et aſſignabit quatuor cauſas iſtius tremendæ ſententiæ. Prima eſt ſeparatiua, cum ait: *Diſcedite*, quia amodo eritis ſeparati à luce & ibitis in tenebras exteriores, & non poteritis videre aliquam veritatem, & non videndo non cognoſcetis, & non cognoſcendo eritis ſemper in ſumma ignorantia, & eritis remoti ab omni contemplatione dulcedinis, & corporalis, & ſpiritualis, & ſemper ſentietis pœnas infernales, vnde illecebra voluntas æternaliter maledicta, quia nunquam voles nec appetes niſi malum, & omnia erunt tibi in deſiderio contraria tuo bono, & mens tua ſemper guſtabit amara, & diice pati omnem grauitatem & pœnam, ſicut elegiſti mala illa perpetrando, ita mala habeas in æternum: vade & tu memoria, & ſis ſemper ſmemorata, & memento quod anima tua ſemper erit inſeparabilis à corpore, & participabit ſecum æternalibus pœnis in ſempiterno igne, & appetet ſeparari à corpore, & non eſſe, & nequibit, & erit ſemper in continuo bello: & reminiſcere, quia dolori tuo non erit finis, & anima tua ſemper habebit ſocietatem dæmonum ipſam torquentium, & quod participabit de ſuis, & ſociorum pœnis, & non poteris reminiſci, niſi malorum, & tibi dictim noua præparabuntur ſupplicia. Ite corpora maledicta, & inter vos & animas veſtras ſit continuum bellum, & vnum veſtrum ſemper affligat alterum, & ſicut omnia elementa in mundo erant pro vobis concordantia, nunc ſint ſemper ad inuicem contra vos diſcordantia. Item ſicut forma in mundo agebat, & materia patiebatur, inter vos deinceps ſeruabitis contrarium ordinem, quia materia agere quæret, & forma pati, vt pœnæ veſtræ magis creſcant; & ignis in corporibus veſtris exiſtens cum aliis elementis, vniatur cum igne infernali, & fortificet vires ſuas, & ſemper quærat conſumere partes alias corporum veſtrorum, & non poſſit partem aquaticam, nec alias partes conſumere, ſed ſint ſemper in bello, in qualibet ſui parte cum doloribus, ſine fine. Item in corporibus veſtris ſit ſemper omnis appetitus accenſus, & famelicus fame, & ſiti, & omni deſiderio, appetat iuuamentum, ita quòd pars calida corporis apperat frigus, & pars frigida appetat calorem, & ſit ordo peruerſus naturæ in vobis, & ſemper ſitis in omni neceſſitate ſine aliquo iuuamento, & omnia iſta cõtraria ſint ſimul & ſemel in qualibet parte corporis. *Ite* igitur *maledicti* in tenebras exteriores, vbi eſt vmbra mortis, & omnis confuſio & ſtridor dentium, & omnis generatio pœnarum, & cõtinuus vlulatus. Et ignis erit vndique præparatus ad vindictam, & erit in corde damnatorũ iam infocatus, & in conſcientia tribulando eos. A ſiniſtra erunt diaboli ad miſeras animas & corpora inglutiendum, ſicut lupi rapaces, cum vncis aperientes ora, præparantes omnia genera tormentorum. A dextera erunt Angeli ipſas animas malorum inculpantes, & æquus iudex ſemper ipſis damnatis videbitur iratus & rectè. Secunda veritas reprobationis eſt, quia opera miſericordiæ abhorruerunt. Vnde ait, *Eſurini, & non fregiſtis mihi panẽ.* Sed nonne ſunt maiora peccata? Certè ſic. In omittendo facienda, & in faciendo nõ facienda, & multipliciter committendo. Sed ſi Deus punit iſtos malos, quia omiſerunt facere opera miſericordiæ, quam punitionem habebunt illi, qui peccant in committendo, id eſt auferendo pauperibus debitum, ſicut in tenendo eleemoſynas in teſtamentis relictas & legata. O vſurarij, O fures hoſpitalium, O Prælati habentes pinguia beneficia, quorum reditus non diſpenſatis ſecundum Deum, à quorum menſis priuati ſunt pauperes Chriſti. O occupatores bonorum pauperum, & iurium pupillorum & viduas opprimentes, venite, venite ad iudicium, quia fornax accenſa vos expectat. *Nudus eram & non me operuiſtis.* O vos, qui habetis arcas veſtibus oneratas, quas finitis potius à tineis conſumi, quã veſtire pauperes. O vos fœminæ caudatæ cum vſuris veſtrorum maritorum,

Apoc. 5.

Iſa. 48.

Aug.

Quatuor veritates condemnationis malorum.

Quatuor cauſæ tremendæ ſententiæ.

Diſcurſus.

Digitized by Google

vt vobis faciant caudas longas, & bene apertas manicas suffultas gibellinis, quo ibitis? Putatis-ne iudicium Dei fabulam fore. Attende & desine vsuras & furta, & noli sugere sanguinem pauperum, & filiorum suorum, fame degentium domi, vt tuam vxorem facias apparere caudatam. *Non visitasti infirmos.* Heus, quid dicam de his qui tempore pestis fugiunt parentes, fratres, filios, atque proximum, & dimittunt ipsos mori desperatos, sicut canes sine aliqua prouisione & animæ & corporis. Sed de his qui tenent carceratos pro debitis non habentes, vnde soluant, & dimittunt eos ibi perire. Vel qui tenent captiuos, quos ceperint, & ibi eos trucidant, & occidunt, quid erit de istis. Aperite oculos, & speculemini in hoc futuro iudicio. Tu vides quod in bestiis est insitum à natura, quod vna alteri compatiatur: Quare ergo nos, qui expectamus futurum iudicium, non exercemus opera misericordiæ? Tertia veritas querelationis. Sicut enim boni humiliter dicent versus Deum, *Quando esuristi, & dedimus tibi panem: quia nunquam vidimus te,* & referent sibi gratias: Ita per contrarium isti damnati querelantes dicent? *Quando vidimus te esurientem, & non fregimus tibi panem? Quando fuisti nudus, & non operuimus te?* quasi dicant: Semper nos fecimus debitum opus misericordiæ, & facis nobis iniustitiam. Hoc ergo facient propter duas causas. Primo ad denotandum eorum ingratitudinem: quia sicut animæ in gratia propter abundantem humilitatem omnem minimam gratiam sibi reputant immensam, & non propter sua merita habere, quia cognoscit se nihil esse nisi à Deo: Sic à contrario anima damnata ita est ingrata, quod propter eius superbiam conformem suo Lucifero, cum quo participat, credit se promereri suis meritis paradisum, sicut dæmon credidit se promereri esse similem Deo propter ignorantiam luminis veritatis. Secunda ratio est, quia rabies pœnæ, quam habebunt, intricabit ita eos, quod erunt ita omnibus anxietatibus circundati, quod effecti immemorati, volent loqui, & non poterunt explere verba, & nescient quid dicant, aut faciant, &c. Quarta veritas est indignationis: *Amen dico vobis, Quod vni ex minimis meis non fecistis, mihi non fecistis.* Et sic ibunt maledicti in ignem æternum, iusti autem in vitam æternam, quam, &c.

FERIA TERTIA POST I. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore non dubioso sex habet partes principales.

Prima pars principalis.
De timente humilitate.
Secunda pars principalis.
De feruente charitate.
Tertia pars principalis.
De negligente tepiditate.

De amore non dubioso.

Sermo VII.

Amoris tres gradus secundum tria Christianorum genera.

INtrauit Iesus in templum & eiecit omnes vendentes, & vendentes. In quo sacro eloquio tractaturi de amore, qui dicitur amor non dubius, considerare possumus tres gradus, secundum tria genera Christianorum, in quibus gradibus vita omnium Christianorum comprehenditur, & sunt hi gradus. Primus est timentis humilitatis. Secundus est feruentis charitatis, Tertius est negligentis tepiditatis. Primus status sumitur ibi, *Intrauit Iesus.* Secundus ibi, *In templum.* Tertius ibi, *Et eiecit vendentes, & vendentes.* De primo & secundo modicum tangemus, sed de tertio plura dicenda supersunt.

Prima Pars Principalis.

De timente humilitate.

In primo statu tria sæcularium genera continentur.

DIco quod primus status est timentis humilitatis, in quo statu tria genera sæcularium continentur scilicet Virginum, Viduorum, & Maritorum. Vnde quicunque est in istis statibus, nisi sit in eo timorosa humilitas ad inferos ibit. Et nota quod in statu virginali quandoque virgo peccat ex mala custodia matris, quandoque per tentationes diaboli, quandoque per tentationes carnis. Quia qualitercunque peccet, si timet & horret, quando peccat, est bonum signum, quia est signum timentis humilitatis. Et nota, quia videbis pulchra, quod illa, cui videtur non deturpare sibi conscientiam est sicut pigra ancilla quæ verrendo dimittit quisquilias in angulis, & sub scamnis domus, sed solicita & bona ancilla verrit per omnes angulos totam domum. Ita addisce tu facere scil. scopare conscientiam in omnibus angulis ipsius, vt nulla intus lateat turpitudo. Vnde si in statu isto virginitatis, siue masculus, siue fœmina peccet, & post peccatum remaneat sibi timor, verecundia, & humilitas, non despero, sed si non confiteatur, est malum signum. Et nota quod volo quod isto mane conducamus diabolum in vno angulo & ipsum capiamus sicut piscem in stricto orificio. Similiter in statu viduali, si vidua cadit & abhorrens illud peccatum, tremit, est bonum signum, & quanto plus dolet, tanto melius signum est. Ita est in statu matrimoniali, si maritus, vel vxor cadens tremit, & confitendo lachrymatur, est bonum signum. Et iste est status timentis humilitatis.

Nota exemplum.

Secvnda Pars Principalis.

De feruente charitate.

TOlle secundum statum feruentis charitatis. Quia Christus fuit magister charitatis, & sciebat quid est charitas, & pericula charitatis perdendæ, inuenit tres modos per quos charitas ædificatur in sæculo. Primus est anima Secundus est corpus prope animam. Tertius sunt diuitiæ extra corpus & animam. Primum fundamentum Christus fundauit in anima per subiectionem propriæ voluntatis per obedientiam. Secundum fundamentum Christus fundauit in corpore per castitatem & continentiam Tertium fundamentum fundauit in diuitiis, spernendo illas voluntariè, & læto animo. Primum ergo fundamentum est in animo: quia sicut libera voluntas attendens ad peccata, separatur à Deo: ita subiiciens se cum proposito & voto obediendi, in statu obedientiæ alligatur Deo. Vnde Christus dicit, *Qui vult venire post me,* id est sequi amorem meum & viam charitatis, *abneget seipsum* id est propriam voluntatem, *& me sequatur,* cum obedientia corporali. Vnde quando isti duo status seruantur, & quando in illis peccat anima & tremit, & confitendo erubescit, est bonum signum, sed melius signum est sequi amorem Christi cum obedientia. Castitas obediens facit animam feruentem in amore Dei: Et obediens Deo videtur ita accensus amore Dei, quod de facili caput suum in ignem apponeret. Vnde semel fuit quidam, qui propter obedientiam saltauit in ignem & illæsus exiit. Et nota mirabilem regulam in cognoscendo luxuriosum à casto, quia luxuriosus credit quod nullus sit castus, & quod nullus possit viure in castitate. Castus autem, qui longo tempore steterit in castitate,

Secundus status inuenit tres modos per quos charitas ædificatur in sæculo.

Digitized by Google

tate, credit quòd omnes de facili ſtent caſti. Et ſi luxurioſus videt aliquam mulierem loquentem cum fratre, vel tangentem ſibi manum ex charitate, ſubito malum cogitat, & caſtus nunquam crederet, niſi bonum. Ratio eſt, quia omnes vident cum ſuis oculis, & potes capere exemplum in radiis Solis percutientibus in feneſtra vitrea diuerſorum colorum, quia ſphæra Solis percutiens in vitro talem colorem demonſtrat in terra, qualis eſt color obiecti vitri, ita quod ſecundum diuerſitatem vitri diuerſificatur color ſolis, vt notet quod ſecundum colorem cogitationum hominum in corde exiſtentium & operum conformium voluntati, faciunt in aliis talia iudicia quales ipſi ſunt, & poſſum dicere cum bona conſcientia, quod toto tempore quo fui frater & audiui confeſſiones, nunquam habui fratrem, qui quærendo eleemoſynam fuerit vnquàm carnaliter tentatus, licèt aliqui dicant illum ſtatum eleemoſynandi eſſe valde periculoſum in mendicantibus. Et nota, in veritate, quod Deus dat gratiam creaturis ſuis ad conſeruandum eas in ſtatu, in quo vocauit eas, vnde Dominus impoſuit paupertatem fratribus Minoribus, vt conſeruent caſtitatem, & ideo concludendo dico quod omnis anima poteſt in mundo benefacere, ſi vult, adiuta Dei auxilio. Similiter tales faſcinati videntes paupertatem, non credunt illam poſſe ſufferri. Sed ſtatus obedientiæ & ſeruiendi Deo eſt præſtantior aliis. Vnde Marcus: *Qui reliquerit patrem & matrem, &c. in hoc mundo centuplum accipiet, & in alio ſeculo vitam æternam poſſidebit.* Et certe bonus religioſus ſi bene aduertit, videt clare quia ſic eſt: quia ſi relinquit vnum patrem carnalem, acquirit mille patres ſpirituales in ordine: ſi duos fratres, acquirit quatuor millia, ſi vnam domum, acquirit mille domos in omnibus conuentibus, & vbique habet expenſas. Vnde Pſalm. *Iacta cogitatum tuum in Domino & ipſe te nutriet*, & ex his habes duos ſtatus, ſcil. timentis humilitatis, & feruentis charitatis.

Exemplum. *Nota.* *Pſalm.*

Tertia Pars Principalis.

De negligente tepiditate.

SEquitur tertius ſtatus, qui dicitur negligentis tepiditatis. Vnde dicitur de his qui ſunt in iſto ſtatu, quod Chriſtus *eiecit eos de templo*, id eſt tepidos. Ideo Apoc. 3. *Scio ô tepide, quia nec calidus, nec frigidus es, ſed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Et dicis quia diues ſum & nullius egeo. Et non vides, quia nudus es, pauper, & miſer, & miſerabilis*, &c. Vnde circa iſta omnia facias tres conſiderationes, quæ ad tepidum pertinent. Primo qualiter eſt conditionatus. Secundo qualiter à ſeipſo ſit reputatus. Tertio qualiter dignè ſit reprehenſionatus. Tolle primam ſcilicet, qualiter conditionatus, & hæc habet tres veritates, quia Chriſtus loquendo de tepido, tibi memorat repetendo calidum, & frigidum, & non ſine myſterio: Nam inter calidum & frigidum eſt vnum medium vitioſum, quod habet multos defectus, quod dicitur tepidus. Hoc autem procedit, quia nec calidus. Natura enim caloris eſt aſcendere ſurſum de terra, ſicut vides vapores de terra aſcendentes propter reuerberationem ſolis, quia ſol ſurſum trahit, & ſimiliter aer ignitus ſeu ignis, & in hoc ſignatur ſtatus illorum, qui ſunt in amore amoroſo, qui cognoſcunt gratias à Deo habitas, & ex hac cognitione etiam perditas gratias cognoſcunt in aliis: & per hoc videntes ſe poſſidere quod alij perdiderunt, incitantur in amorem diuinum. Et iſti, vel iſte, habens talem cognitionem vocatur calidus. Vnde Dauid cognoſcens gratiam ſibi à Deo datam ait, gratias ſoli Deo referens, & non ſibi. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Frigidus autem facit contrarium, quia ſtringit & vadit deorſum: Nam aqua & oleum congelatum ſtringitur deorſum, & hoc eſt quòd qui ſine calore charitatis eſt, frigidus ſtringitur in conſcientia, ita quòd non poſſit ſurſum ſtare ad cognitionem veritatis, ſed condenſatus in vitiis grauat & deorſum tendit. Attamen hoc optimum habet in ſe, quòd culpas ſuas ſibi ſoli imputat, non Deo aut diabolo, nec dicit, talis fuit cauſa huius peccati, ſe excuſando: ſic bona fœmina, quæ confitendo dabat culpam ſui ſcandali marito. Vnde bonus ſacerdos abſoluit maritum abſentem inculpatum ab vxore, & dedit vxori pœnitentiam ieiunandi. Cape modo medium inter calidum & frigidum, quod eſt tepiditas, & conſidera duas tepiditates. Vna tendit de frigido in calidum, & iſta eſt bona. Alia, quæ tendit de calido in frigidum, & iſta eſt mala tepiditas. Nunc ergo videamus, qualiter tepidus eſt conditionatus, & cape tepiditatem, quæ nec ſurſum tendit, nec deorſum. Pone quod vna anima non cognoſcit, nec videt peccata, nec dolet de illis, nec conſiderat. Iſta non habet amorem ad bene viuere, quia non cognoſcit Deum nec vadit ſurſum, aut deorſum. Sed pone. Aliqua anima non timet malum, tunc faciet omne malum: quia ſicut timor inducit ad bonum, ſic qui caret timore inducitur ad omne malum. Ratio, quia timor offenſæ ab amore procedit, & vbi non eſt amor, non eſt timor, & vbi non eſt timor, non eſt occaſio bonum faciendi. Vnde talis tepidus eſt peſſima beſtia. Vnde Greg. concludit quod tepidus eſt pronus ad faciendum omnia mala. Ratio, quia in bono opere ſe maxime iuſtificat & in peccato ſe alleuiat & excuſat: Puta quia ſi faciunt aliquid boni reputant ſe ſanctos & in peccatis non aduertunt dicentes. Quæ aut qualia peccata commiſi ego? Nunquam violaui virgines, conſtrupatus fui, non adulteraui, non ſuccendi ſacras ædes. Non furatus ſum, non fui proditor, quid mali feci? & ſic iſto modo ſe excuſat tepidus non videns, quod tunc intricatus eſt. Nihil ergo iſti ſupereſt, niſi vt in eburnea capſa imponatur & ibi mortuus adoretur pro ſancto: Sicut illa peſſima mulier, quæ confitens Parochiali ſacerdoti, qui ipſam per omnia optime cognoſcebat, volebat ſe ſanctam oſtendere. Vnde ſacerdos dimiſit eam clauſam in ſacriſtia, & cœpit campanas pulſare, ita quod omnes & maſculi, & fœminæ cucurrerunt ad eccleſiam petentes quid ſibi vellent iſtæ campanæ, & ſacerdos omnibus congregatis ait: Ago diem feſtum, quia inueni vnam ſanctam & ſine peccato, & dum quærerent vbi eſſet ſacerdos accenſis luminibus aperuit ſacriſtiam & oſtendit iſtam mulierem omnibus quæ confuſa diſceſſit cum deriſione omnis populi. Ita debet fieri iſtis tepidis, quorum ſtatus eſt periculoſior omnibus aliis, quia melius eſt eſſe facinoroſum, quia ſceleratus cognoſcens ſe peſſimum, tremit, dicendo, heu miſer, quot mala feci. Eſſem mille mortibus dignus, & ſic ſæpe ſe humiliant Deo, flendo de peccatis ſuis. Vnde Eccleſiaſtic. *Sunt peccatores & ſcelerati, qui tremunt conuerſi*, &c. Sed tepidi ſunt ad inſtar panni nigri, in quo non bene videntur maculæ, ſed in albo panno omnis macula quantumcunque parua diſcernitur: & ideo de iſtis tepidis ait Pſalm. *Poſuiſti firmamentum eius formidinem.* Ego enim vidi multos vſurarios, armigeros crudeliſſimos, meretrices, & aliquando paganos conuerti ad Dominum & fieri bonos ſeruos Dei, ſed tremo cum nunquàm viderim tepidatum ad Deum conuerti, quia quando peccata offuſcant homines in tepiditate, credentes ſe non habere magna peccata, valde dubius eſt illorum ſtatus, & ſunt ad inſtar lapidis fracti, qui conſolidari non poteſt, ita tepidi, qui in tepiditate ſua franguntur, nunquàm ſolidantur. Melius eſt ergo eſſe aut bonum, aut malum, quàm tepidum, & ideo dicit, *Vtinam eſſes calidus, aut frigidus.* Calidus, quia natura calidi eſt mittere foras virtutes intrinſecas, ſicut in herbis, quæ tempore calido foras emittunt flores, ita calor in anima bene operando mittit foras bona opera. Frigidus autem, quia licèt tempore frigoris non appareant flores, quia frigus ſtringit: tamen in illis plantis eſt

Exemplum pro conſeſſione. *Greg.* *Exemplum.* *Tres conſiderationes circa tepidum.* *Similitudo.* *Pſalm.*

est substantia humidi, in quo est possibile & verisimile tempore calido pulcherrimos flores pullulare: quia licèt malus homo sit frigidus, & pro tempore peccati sit strictus, ita, vt non appareat in eo flos boni operis, tamen quia cognoscit se malum, est in eo fomes humidi, ex quo verisimile est eum conuerti, & pullulare bona opera, quia timet. Vnde de talibus ait Dauid. *Cogitaui vias meas malas, & conuerti pedes meos in testimonia tua.* Secunda veritas est, qualiter tepidus est à se ipso reputatus. Vnde nota tres fore reputationes tepidi. Prima est, quia credit, habere diuitias naturales, vel corporales. Secundo credit habere diuitias morales. Tertio credit habere diuitias spirituales. Diuitias corporales putat habere, cum se in hypocrisi sua putat pulchrum & gracilem & recti corporis, & vagi aspectus, & sani coloris reputat & fortis corporis, & ob hæc omnia credit se amari carnaliter sub habitu & colore sanctitatis. Diuitias morales putat habere, cum existimat se habere Cardinales virtutes sic vt sit prudens, iustus, fortis, & temperatus, in his omnibus versatur plenus vento pro fama & laude mundi. Diuitias spirituales se putat possidere, cum virtutes Theologicas sibi vendicat, quia putat se fidelem, & sperantem in Deum & charitatiuum, cum tamen hæc omnia tepidus credat habere à se, & non à Deo. Cuius figuram habes in Euangelio de Pharisæo, qui mouendo caput dicebat, *Non sum sicut ceteri adulteri, & publicani. Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium quæ possideo.* Sed væ animæ illi, quæ in tepiditate sua secura consistit se iustificando, de qua Dom. Apoc. ait in persona talis animæ: *Sedeo vt regina, vidua non sum, luctum non videa.* Subdit, *propterea vna die venient plagæ eius.* Qui enim tepidus est, sedet in peccato, non aduertens quod sit inuolutus in scelere, & putat se regem supra peccata, quasi se iustum & sine peccato reputans, cum sit sub graui peccatorum iugo ligatus. Non videt luctum, quia de futuro luctu in iudicio peccatorum non cogitat, sperans vitam æternam, cum iam damnationis aram possideat. Et ideo ait Dominus in Apocal. tali tepido: *Pauper es, cæcus & nudus, & miser & miserabilis*, &c. Non ergo sequamur tepidum Pharisæum, sed Publicanum, qui stans ad fores templi tremens pro peccato suo dicebat, pectus suum percutiens, *Deus propitius esto mihi peccatori*, nec audebat intrare templum, quia nihil virtutis se habere iudicabat, & nihil cognoscebat in se, nisi peccata, soluo quod sperabat in Deo, & se humiliabat sub potenti manu Dei sui. Tertia veritas est, qualiter tepidus dignè sit reprehensus scilicet, *quia neque calidus, neque frigidus.* Nota igitur hic spiritualiter tres cibos. Primus cibus dicitur, qui extra corpus est. Secundus cibus dicitur, qui in corpus missus euomitur. Tertius cibus, qui in corpus digestus conuertitur in nutrimentum. Per cibum extra corpus existentem intellige animas peccatrices, & timentes tamen pro peccato, quæ existentes extra gratiam, tamen propter timorem ad intra sui sæpissime reuertuntur, sicut habet dictum de publicano pectus suum percutiente, & hinc ordinatum est, vt orantes pectus percutiamus, quia tremit anima, & signat quod in se reuersa est. Alius cibus est cibus digestus, qui conuertitur in nutrimentum, & hoc est quando anima quæ depasta est pabulum verbi Dei, iam ipsi Christo conformata in ipsum conuersa, & comedens talem cibum habet dentes superiores, & inferiores. Per superiores intellige iustitiam, per inferiores intellige misericordiam. Tertius cibus est, quod in corpus missus euomitur, & hic est cibus tepidi reprehensibilis. Ideo reprehendit eum Dominus dicens: O tepide, tu qui reputas te ditiorem hominem mundi, nonne vides te in firmum peiori infirmitate, quæ sit in mundo. Peior enim infirmitas mundi est perdere memoriam, & fieri stultum, quia homo simul perdit sanitatem animæ, & corporis. Si enim quis infatuatur in peccato mortali, non potest saluari, quia non potest pœnitere, nisi forte habeat dilucida intervalla, in quibus posset tunc pœnitere, & saluari. Magna ergo & reprehensibilis est ægritudo tepidorum, quod se iustos putant, cum sint peccatores, & si quid boni habent in se, non Deo, sed sibi attribuunt, & arbitrantes se signare percutiunt se digito in oculo, iuxta illud Matth. 6. *Si lumen quod in vobis est, tenebræ sunt, quia quando appropriamus nobis virtutes, illæ efficiuntur tenebræ & peccatum.* O miserabilis anima cæcata, & priuata lumine veritatis, quæ magis incantationibus credis quam prædicatoribus, vide quam sis pauperrima, ita quod non habeas quid comedas, quia es omni charitate priuata: nam iactantia facit omnia ista mala, & omnia bona turbat, & videris intrare de calore charitatis in tepiditatem sicut homo cæcus sine rectore, & sicut homo nudus, & famelicus sine subsidio. Vita igitur tepiditatem, quæ est periculosissima, & sectare calorem charitatis, vt ardendo in amore Dei abeas ad gloriam æternam, ad quam, &c.

Psalm. 118.

Tres reputationes tepidi.

Matt. 6.

FERIA QVARTA POST I. DOminicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore miraculoso tres præcipuas continet partes.

Prima pars principalis.

Agit de miraculis gratiæ.

Secunda pars principalis.

De mirabilibus malitiæ diaboli.

Tertia pars principalis.

De mirabilibus stultitiæ.

De amore miraculoso.

Sermo VIII.

Generatio mala, & adultera signum quærit. Matth. 16. Volendo hodie tractare de amore, qui dicitur miraculosus, dicam de vna via, qua pensata fiet vtilitas animarum. Sed non cogitantes facta animæ defidebunt me, & ego deridebo eos. Et ad euidentiam dicendorum volo primo declarare vnum dubium scilicet. Quod est maius desiderium, quod habeat diabolus contra animam. Et certe hoc est, quòd extirpet ipsam de firmitate fidei. Et sunt tres rationes. Prima ratio est, quia diabolus scit, quòd quando anima non habet fidem solidam, nunquam poterit Deo placere, quia scit istam regulam stantem in imperio magni Regis, iuxta dictum Pauli ad Hebr. 11. *Impossibile est sine fide placere Deo.* Secunda ratio est viua, quia intelligit malitiosus diabolus quod fides Christi est via ad vitam æternam, quia arcta est via, quæ ducit ad vitam. Nam anima existens extra fidem, est extra viam saluationis, sicut si esses in capite vnius viæ bifurcatæ, & velles ire ad sanctum Iacobum, & via dextra iret ad sanctum Iacobum, sinistra autem iret ad partes remotissimas, & si incipis ire per viam sinistram dimissa dextra, quanto plus itinerabis per eam, tanto plus fies remotus à sancto Iacobo: sed si vadis ad dexteram, quanto plus itinerabis, tanto propinquior fies sancto Iacobo, tandem applicabis ad locum optatum. Ita in proposito in principio iuuentutis si incipis ire per viam fidei Christi, quanto plus viuis, & perseueras in illa, tanto magis appropinquas Deo. Et sic incipiens à contrario ire in iuuentute, quanto plus viuit, tanto fit remotior à Deo, & ma

Matt. 16.

Sermo de miraculis.

Quod est maius desiderium quod habeat diabolus contra animam.

Responsio datur propter tres rationes.

Hebr. 11.

Exemplum.

Digitized by Google

& magis appropinquat diabolo, & tales in fidei via errantes faciliter mouentur credere incantationibus & diabolicis superstitionibus. Et accidit male itineranti quòd si itinerauit male per decem milliaria & perpendit se erraſſe redeundo, perdit illa decem milliaria, & rursus alia decem iterum eundo per bonam viam, quæ non perdidisset rectè ambulando, & hoc est valde tædiosum. Et communiter in cruciariis ponuntur signa demonstrantia bonam viam, & accidit sæpe quod mendici mutant illa signa, vt ducant peregrinos in nemora in manus latronum, vbi occiduntur & furantur. Sic accidit erranti in via fidei, quia diabolus demonstrat malam viam, & mutat signa & facit quod non sequitur viam veritatis. Vnde dicitur de talibus, *Errauerunt in solitudine.* Cum ergo totum nostrum fundamentum vitæ spiritualis stet in fide, ideo diabolus illam nititur extirpare. Tertia ratio est, quia diabolus nititur extirpare animæ oculos fidei, quibus euulsis anima in omne peccatum præcipitatur, quia positus extra fidem prolabitur in omne nefas: homicida, adulter, incendiarius, vsurarius, & omnia mala perpetrat, quia si non credit, non timet infernum. Et sicut vnus solus videns occidit mille cæcos, sic diabolus cæcat infinitas animas, & illas occidit. Vnde Sophoniæ 2. *Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt.* Cum ergo diabolus tantum laboret animas excæcare, vt deuient à fide, quia prædicatores non debent solicitare ne animæ deuient à fide, à diabolo seductæ. *Filij etenim tenebrarum prudentiores sunt filiis lucis*, quia magis est sagax diabolus diuertere animas à fide, quàm velint esse aliqui prædicatores, vt animas in fide conseruent. Et ideo volo hodie prædicare cõtra aliquas fraudes diaboli, quas ostendit hominibus sub specie boni, quia aliqui credentes benefacere, sunt in periculo damnationis æternæ. Vnde fundo me in quarta flamma amoris nostri Seraphini, qui dicitur amor miraculosus. *Nam generatio mala signum quærit.* In quibus verbis tria miraculorum genera denotantur. Primum est gratiæ id est *signum Ionæ.* Secundum est malitiæ id est, *signum quærit.* Tertium est stultitiæ id est *generatio adultera.* In his igitur omnia mundi miracula includuntur.

Sophon. 2.

Prima Pars Principalis.

Agit de miraculis gratiæ.

Tres sunt differentiæ quibus dignoscuntur miracula Dei à miraculis diaboli.

De primo genere miraculorum scilicet gratiæ, Bonauentura in Centiloquio suo, in tertia parte ponit quatuor differentias, quibus miracula Dei differunt à miraculis diaboli. Prima differentia est à causa efficienti, secunda differentia est à causa formali, tertia differentia est à causa materiali, quarta differentia est à causa finali. Tolle primam ex causa efficienti. Bonauentura declarat quod miracula Dei facta sunt per operationem potentiæ infinitæ, miracula dæmonis sunt ex causa finita & terminata. Veniamus ad practicam. Audisti incantationem illam?

Tre fraper vna via andaua.
Innanzi dal diauolo se incontraua, &c.

Ista habetur in libro del Disse. Nam liber iste est valde magnus. Sic in percantulo lanæ succidæ, quia dicunt quod plaga illa nunquam fœtet, nec etiam marcescit, quando est incantata de illa lana. Est-ne hoc miraculum Dei, an diaboli? Certè diaboli miraculum est. Et vt videas veritatem, attende quod aut hoc est Dei, aut est diaboli. Si est Dei, tu poteris cum eisdem verbis omnia alia miracula facere, quia Deus non plus in vno laborat quam in alio, qui est potens omnia facere, & est potentiæ infinitæ. Vnde si non potes omnia facere cum eo nisi ad plagam, stat quòd Deus sit potentiæ finitæ & non infinitæ, quod est falsum. Si ergo hoc est, stat quod est diaboli, & non Dei, & sic de omnibus aliis huiusmodi percantulis. Præterea miracula, quæ à virtute Dei procedunt, sunt supernaturalia: sed diabolus non potest facere nisi miracula naturalia. Modo tu, qui scis incantare percantationes, herbarias, brouia & facturas, fac tibi incidere totaliter vnum digitum, ita quod sit separatus à manu, & certè cum omnibus percantulis quos scis, aut scire poteris, nec etiam diabolus poterit tibi digitum solidare, quantumcunque ipsis fidem adhibeas. Sed ex virtute diuina ita præcisus digitus, imo & collum, & totum corpus fruſtatim incisum solidaretur in solo nomine dulcis Iesu. Sed modo dicendo de modo diaboli circa apparentias morum miraculorum, Diabolus qui est astutus, & sapiens scit plus de medicina quàm omnes medici de mundo. Vnde sæpe euenit quod infimus habet aliquam infirmitatem occultam in medullis, vel iecore, quam medicus ignorabit, & infirmus quæret percantationes & vetula rencagnata, anus diaboli percantabit, & diabolus sciens fontem ægritudinis, & sciens herbas illi infirmitati appropriatas, cum subtili astutia imponet infirmo dormienti in loco læso & liberabitur, & sic infirmus dabit fidem percantulo, & diabolata anus iactabit se quod liberauit infirmum, quem medici non poterant liberare, & sic isto modo diabolus creditur, colitur, & adoratur, & detrahit honori Dei, qui solus adorandus est & colendus. Si enim homines scirent virtutes herbarum, sicut scit diabolus, subito omnes homines liberarentur. Vnde audiui ab vno medico, quod sciebat vnum florem nascentem apud nos, qui impositus plagæ subito euellebat ferrum de plaga. Ita facit occultè diabolus, quando isti per incantum extrahunt ferrum cum duobus digitis de plaga, quia clam possunt superponere de illo flore. Vnde cum semel vnus faceret percantulum, vt euelleret ferrum de plaga, dixit vnus Sacerdos quod erat peccatum & non potens prohibere, dum ille percantaret, presbyter incœpit plane dicere Euangelium S. Ioannis, & non erat modus quod percantator posset ferrum mouere, & admiratus fecit quod vlceratus deposuit cultellum suum, & rursus nihil proficiens ait: Certè aliquis magnus peccator est hic, & sacerdos ait: Vere tu es ille, nam operatio tua diabolica non potest resistere verbis Euangelij, quod assistens dixi, & habes primam de causa efficienti. Secunda differentia formaliter est, quantum ad medium causæ dispositiuæ. Medium virtutis Dei & publica iustitia. Publica iustitia est fides iustificans publice prædicata. Vnde qui facit miraculum Dei, debet publice facere, & dicere, quia Apostoli in nomine Iesu publice miracula faciebant, quem publice prædicabant. Vnde Matth. vltimo. *In nomine meo linguas loquentur nouas, serpentes tollent & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super agros manus imponent, & bene habebunt.* Nonne ait Dominus, *Ego palam locutus sum mundo & in occulto nihil. Et quotidie vobiscum eram in synagoga, & in templo, publice docens,* &c. Vnde signum publicæ iustitiæ est, quando vnus virtuosus & sanctus existens in gratia Dei in nomine Iesu publicè dæmonia eiicit. Hoc est signum publicæ iustitiæ. Et non est sicut ligare vnum breue ad pellendum febrem cum filo vnius virginis, in die Iouis, stomacho ieiuno, ante Solis ortum, dicendo ter *Pater noster* in aure dextra & sufflando super malum, & huiusmodi circunstantiis, quia tales circunstantiæ delictum aggrauant. Imo nota quod etiam infideles visi sunt in scripturis in nomine Iesu illuminare cæcos & mortuos suscitare, sicut de Dionysio magno Philosopho discipulo Pauli, & Clemente discipulo Petri, & aliis. Cum enim Dionysius Christi fidem illuderet, & à casu portaretur cadauer, Paulus ait Dionysio: *Ex quo quæris signa, vade tu ipse, & iube isti cadaueri vt resurgat in nomine Iesu, Dei Pauli*, & subito surrexit in publico & conuersus est Dionysius, faciens illud miraculum non in virtute sua, sed in virtute benedicti nominis Iesu, in quo Paulus firmam habebat fidem. Signa autem diaboli sunt priuatæ & occultæ iustitiæ, quia ille qui docebit

Exemplum.

Marc. vlt.

Digitized by Google

bit percantulum, occultè docebit & dicet, Noli docere alios quia perdit virtutem, & dicet quod non potest docere nisi in nocte Natiuitatis, vel Epiphaniæ, & similes nugas. Nam si ista essent ex Deo, omni tempore & hora & publice, & omnibus in charitate communicarentur. Tertia differantia est materialiter, quia interest inter materiam miraculornm Dei, & miraculorum diaboli. Materia enim miraculorũ Dei est supernaturalis: Materia miraculorum diaboli est secundum naturam, & sunt possibilia secundum ordinem naturæ. Vnde vno tempore contigit Florentiæ, quod pueri communiter per totam Florentiam exeuntes de scholis, si reperiebant aliquam magnam arborem seu trabem, vnus tãgebat cum vno digito ab vno capite trabis, & alter ab alio, & dicebant nonnulla verba secreto: Et ambo simul dicentes. Su, su, su, leuabant vnum quoddam maximum lignum quod decem homines non leuassent. Et in isto modo in conuentu Fratrum Minorum eleuauerunt vnum immanem lapidem propter quod fuit notificatum istud Domino Episcopo, & fuit ordinatũ sub pœna excommunicationis, quod nullus amplius talia attentaret. Modo istud est mirabile in apparentia, quod duo pueri eleuent tantum lignum, sed tamen non est præter, nec supra naturam, quod illud lignum possit per plures homines eleuari: sed si per plures homines, multo magis per plures dæmones, quia multi dæmones inuisibiles illos pueros adiuuabãt ad eleuandum lignũ: ita quod diabolus potest naturalia facere, sed nõ supernaturalia. Et nota bene & tene mente, & quære euangelia, & non inuenies Christum fecisse miracula sine magna & notabili causa: & licèt in libro de infantia Saluatoris dicãtur multa miracula facta à Christo puero, ecclesia non approbauit librum illum, quia non sunt credenda, scilicet quod fecerit, licèt facere potuisset. Christus enim in veritate nunquàm aliquod miraculũ fecit sine magno mysterio. Quarta differentia, quæ est ex causa finali, est pulchra, & est in timore Dei. Vnde nota quod Deus nunquàm sanauit corpus quod animã non sanaret, imo principaliter faciebat propter saluare animam. Sed diabolus facit aliter, quia facit miracula sanãdo corpus propter damnare animã. Item facit Deus mirabilia corpori, & animæ vt ipse Deus honoretur, & colatur in hoc mundo, & in alio. Dæmon facit miraculum vt Deus inhonoretur in hoc mundo, & in alio. Item facit Deus miraculum, vt Christianus ædificetur, dæmon facit vt scandalizetur. Item Deus facit miracula, vt aliquis sanctus honoretur. Sed dæmon facit, vt sui sequaces & complices adorentur. Etenim, vt paucis diaboli malitiam in suis miraculis amplectamur, primo facit ea, vt corpus credentis sibi patiatur: Sicut vides in habentibus morbum caducum, qui faciunt se agitari à vespere vigiliæ sancti Bartholomæi vsque ad vesperam diei festi eiusdem saltãdo cum tympanis, tibiis, tubis, & cymbalis, & omnibus strepitibus, & non habent per totum annum amplius illud malum vsque ad festum sancti Bartholomæi alterius anni. Istud ergo miraculum est diaboli, quia si esset Dei, curaret pro toto tempore vitæ patientis, sed diabolus non permittit ipsum liberari, nisi pro vno anno, vt omni anno fiat suum anniuersarium, & plures animas lucretur. Nocet enim ista saltatio, & continua agitatio corpori adeo, quod per violentiam exterminati laboris accident casus morbi, & in hoc finalis intentio diaboli est perditio corporis in exterminato labore, & perditio animæ in falsa fide & credulitate. Si enim ille morbus deberet per Deum liberari, potius cessaret propter orare, ieiunare, & alia opera spiritualia facere, quam propter illas deceptiones, & saltus & tripudia, quia videtur festum Bacchi, & ibi agitantur pulchræ iuuenes, &c. Secundo facit diabolus miracula, vt faciat malum animæ, quia anima dat fidem istis operationibus diaboli, & fit idololatra, & sic damnatur: quia quando videt per illa verba extrahi ferrum de plaga, & febrem cessare propter illud breue de charta non nata, dat fidem faciliter omnibus aliis verbis & percantulis, & faciunt istæ bestiales fœminæ incantare filios de vermibus proiiciendo plumbum, & dicendo verba in auribus, & multa similia fiunt per infensatas fœminas. Et scias quod si quis haberet bonam, & plenam fidem in solo nomine Iesu, liberaret omnem morbum. Ita ergo scias, quod sicut Deus vult per miracula venerari, sic etiam diabolus vult per sua miracula venerari. Nam in vita æterna incœpit velle adorari, & sic facere quærit in terra. Sed attende, quid vult dicere, quod quando audiuntur mirabilia Dei, omnes stant attenti mirantes, & timentes Deum & illuminantur in fide, & quando audiuntur mirabilia diaboli, omnes rident: ratio huius est, quia deceptiones sunt. Nam in mirabilibus Dei anima venit in deuotionem, quia intellectus venit in gratia crescendo, videndo sapientiam Dei, & intellectus, & memoria communicant corpori simul de illa gratia illuminante lumine veræ fidei, ita quod ista gratia corpori communicata inducit illud ad actus extrinsecos deuotionis, & timoris Dei, & fidelitatis. Sed in miraculis diaboli secus, quia adulteræ suæ intellectui facile discooperiuntur, & virtutes animæ quæ semper laborant ad verum, veniunt in displicentiam falsitatis, & inducit risum in elusionem falsi. Et tunc fit lætitia Deo: quia sicut diabolus habet solatium quando faciendo percantulum Deum despicis, sic Deus lætatur, quando videt animam bonam in vera intelligentia permanentem irridere diabolum.

Nota quod Deus nunquàm sanauit corpus quin sanaret animam.

Secvnda Pars Principalis.

De mirabilibus malitiæ diaboli.

VEniamus ad secundam, quæ est signum malitiæ diaboli, quæ malitia in eius mirabilibus quatuor modis demonstratur. Primo per medium auaritiæ. Secundo per medium infidelitatis. Tertio per medium carnalitatis. Quarto per medium deceptionis. *Malitia diaboli in eius mirabilibus quatuor modis demonstratur.*

Primum medium est auaritiæ, quia sunt aliqui circulatores, qui propter auaritiam portant ampullas, & dicunt quod intus est de lacte virginis Mariæ & vendunt eas. Item aliqui vendunt ossa mortuorum, & dicunt ea esse ossa sanctorum, & vidi vnum, qui fecerat bullas Papæ falsificatas, quæ testificabantur quod erant ossa sanctorum & faciebat mercantiam de ossibus mortuorum. Similiter in vendentibus de ligno crucis, & ponendo super igne, si non comburitur, credunt illud esse lignum crucis, quod est falsum, quia Doctores dicunt quod Salomoni missum fuit vnum lignum, in quo ignis non habebat vires. Item Augustin. dicit, quod est vnum genus ligni ficus, quod impositum igni nõ comburitur. Item in incantationibus, qui vendunt breuia, & intus vendunt fidem Christi. Vnde nota regulam ad cognoscendum breuia mala à bonis, quia in breuibus malis sunt nomina, quæ non intelliguntur, vt est Astaroth, quod est nomen diaboli, & vlterius attende, quia in eis ponuntur characteres, quæ sunt sigilla diaboli, sicut in bullis & Papalibus, & Imperialibus, & Regalibus ponunt sigilla principum, sic & in breuibus ponuntur sigilla diaboli, quia illa sunt suæ bullæ. Item nota, quando scribũt in pelle, seu charta non nata cum pilo bestiæ. Illa pellis non nata signat Antichristum non natum. Item attende, quando ligatur cum filo virginis, & per puerum virginem. Item quando percantulum debet plus fieri vna hora quàm alia, quia virtus Dei non limitatur sub hora, loco aut die. Item quando in illo breui dicitur, quod quicunque portauerit super se, non morietur in igne, aut aqua. Et scito, quod quicunque vendit, aut scribit scienter vendentibus talia breuia, peccat mortaliter, & contra fidem facit. Et nota quod aliquando repertum est, aliquem totum trucidatum, qui dicit se non posse mori sine pœnitentia propter vnum breue, quod habet supra se, & mentitur, quia Diabolus potest stare in illo corpore, & ostendit velle confiteri, vt detur fides illis breuibus, *Augustin.* *Regula cognoscendi breuia.*

Digitized by Google

bus, vt alij decipiantur: vnde si aliquis habens fidem in istis breuibus moriatur, non confitens de hoc peccato, damnatus vadit ad inferos. Secunda causa est infidelitas. Quia volunt isti quod res diuinæ subseruiant diabolo, sicut qui volunt diuinare respiciendo manum & frontem, quanto tempore viues, & qualem fortunam habebis, & in sortilegiis & incantationibus in phiala, vngue vel cristallo cum candelis benedictis, inciſorio & duobus cultellis, & cum Psalm. ad furtum inueniendum. Item illi, qui credunt in libris de arte notoria, in clauicula & pentaculis Salomonis, quæ est clauis diaboli: in omnibus enim istis diabolus conatur supplantare fidem Christi. Tertia est causa carnis, quia multi quærunt propter desideria carnis & luxuriam, facere incantationes ad amorem alicuius mulieris vel viri, & facere sibi portari aliquam fœminam sicut Cyprianus, qui per incantationes misit diabolum ad S. Iustinam: vnde nota hic quod si persona est bene confessa & sine peccato mortali, & est in gratia, Diabolus non habet potestatem super eam, sicut non profuit Cypriano mittere dæmonem ad Iustinam, quia erat in gratia Dei, & nihil prævaluit contra eam, & quia diabolus dixit Cypriano se nihil posse contra eam, quæ erat in gratia, ideo ipse conuersus fuit ad fidem Christi, Sed quid dices de his, qui faciunt sibi portari fœminas per incantamenta, & habent secum agere, & si quæris à muliere, dicet tibi quod est verum quod fuit portata, & habuit coitum cum tali, & tamen mentietur. Nota quod diabolus potest transformari in forma mulieris illius incantatæ, & faciet se portari, & fatuus incantator credet quod sit illa fœmina, & copulabitur cum Diabolo, & exinde faciet quod fœmina somniabit se portari & iacere cum illo & reportari, & tamen in vero nihil erit, & hoc vt detrahatur fidei Christi, & est deceptio carnalitatis, licet etiam in veritate aliquando contingat, quod propter peccata mulieris incantator possit per dæmonem trahere mulierem, quasi insanam & nesciam ad domum suam, & abuti illa, quæ tamen nesciet quid agat. Quarta est causa deceptionis. Sunt enim aliquæ vetulæ, quæ credunt se ire cum Zobiana, vel in cursu, quia diabolus faciet sic sibi apparere in somnis, quod efficiatur vna felis, & tamen non erit verum, quia diabolus transformabit se in vnam felem, & in apparentia felis intrabit cameram, & paterfamilias habens puerum credit, quòd sit vna striga, & surgens percutiet felem & videbitur sibi fregisse tibiam felis, & deinde diabolus faciet frangi tibiam illi vetulæ, & in crastino tã ille pater-familias quàm illa vela credent esse vera ista, & erũt illusiones diabolicæ, &c.

Tertia Pars Principalis.

De mirabilibus stultitiæ.

TErtium genus miraculorum est stultitiæ. *Generatio stulta & adultera*, & incipiam ab adultera. Nota quod herodiana & zobiana est idem, & fuit adultera vxor fratris Herodis, quæ fecit amputari caput Ioannis Baptistæ & calcauit ipsum sub pedibus suis, & inde venit quod est in deuotione meretricum, & male custodiunt mulieres suum diem dicentes fabulas quod zobiana omni anno venit ad flumen Iordanis, vt baptizetur & reperit eum siccum. Vnde habentes vxores custodientes dies Herodianæ deinceps verberent eas & reputent eas non bonas. Aliqui etiam sequuntur auguriorum opiniones stulti & insani, sicut antiquorum tempore fiebat, vt apparet in Valerio Maximo in titulo de ominibus & auguriis. Et nota tres differẽtias, quia aliqua sunt corporalia, aliqua temporalia, aliqua spiritualia. Corporale, vt si reperis in via leporẽ vel mustellã, vel si obuias alicui fœminæ discoopertæ, quia erit malũ augurium. Item audiendo coruum vel nycticoracem in tecto. Item aliqui ponunt fidem in garritu auium, sicut quædam vetula, quæ habens fidem in garritu auium audiuit primo die Martij cuculum quinquies garrientem, & accepit auguriũ quod deberet viuere 5. annis ponens vnum annum pro singulo cantu, tandem ipsa primo anno grauiter infirmatur, vicinæ visitant eam & videntes eam grauatam, confortant eam vt confiteatur, & illa ait. O ego non moriar ex hoc malo: secunda die peiorat: volunt quod confiteatur. Ipsa dicit, quod adhuc debet viuere quinque annis, quia audiuit Cuculũ quinquies cantantem primo Martij seu Maij. Tertio die vix loquitur, & volentibus vicinis quod confiteretur, licet non potuisset, illa annuebat quinque digitis scilicet quod quinque annis superuiueret, & sic sequenti nocte sine confessione mortua est cum diabolo per fidẽ augurij in cantu Cuculi. Item aliqui ad dolorem dentium incantant cum cultello in terram fixo. Item diuidunt virgam nucelarij contra toretas & signant, & quãdo serpens mordet aliquem. Igitur aliqui scribunt nomina diabolica super hostiis & in pomo, & in salina, & faciunt comedere. Itẽ aliquæ mulieres dant de arca Antenoris pueris suis, vt liberentur à tusse pagana. Et quid dicam de matribus docentibus filias suas frangere fidẽ maritis, vt possint facere quicquid volunt, ne mariti habeant libertatem super ipsas? In spiritualibus vide quòd Diabolus omnia corrumpit & conuertit in se, quia in nocte Natiuitatis in Missa sanctæ Susannæ quot breuia fiunt & docentur in die sancti Sebastiani & calcaria ponuntur in aqua benedicta, & de his qui ponunt zoccum in vigilia Natiuitatis, & seruant de carbone & dant comedere illi zocca, aliqui parant mensam in nocte Natiuitatis, nec dant ignem vicino in mane. Aliqui faciunt cruces in passione Domini de oliua, & habent istam virtutem quòd non possunt mori sine magno malo. Item aliqui credunt in diebus oziagis. Item comedentes omnia nata die Iouis sancta, in quibus omnibus peccatur mortaliter: vnde hodie dictum Christi verificatur in hoc, quia generatio mala & adultera signum quærit. Non tacebo de his, qui capiunt oleum sanctum & corpus Christi sacratum, & exercent illa in operibus Diaboli, & sic in omnibus talibus & multo pluribus fides Christi est corrupta, quam intemeratam seruare nobis concedat Christus benedictus, Amen.

FERIA QVINTA POST I. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ præcipuè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore vigoroso, triplici constat parte principali.

Prima pars principalis.

De statu gratiæ illuminatiuæ.

Secunda pars principalis.

De pœna & culpa destructiua.

Tertia pars principalis.

De punitione periculosa & anfractiua.

Sermo IX.

ECce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi cõtingat. Iob. 6. c. Tractaturus hodie de amore, qui dicitur vigorosus, considero tres status ipsius amoris vigorosi hoc ordine. Primus status est diuinæ gratiæ illuminatiuæ. Secundus est pœnæ & culpæ destructiuæ. Tertius est punitionis periculosæ & anfractiuæ. Prima, *Ecce iam sanus factus es.* Secunda, *Iam noli peccare.* Tertia, *ne deterius tibi contingat.* *Ioan. 6.* *Sermo de Incantationibus.* *Tres status amoris vigorosi.*

Prima Pars Principalis.

De statu gratiæ illuminatiuæ.

TOlle primam, scilicet gratiam illuminatiuam. Hæc gratia illuminat animam, & facit eam esse beatam, & dat animæ cognitionem peccatorum suorum: vnde Apoc. 6. in tertio sigillo dicitur: *Cum aperuisset sigillum tertiũ, ecce equus niger & qui sedebat super eum,* *Apoc. 6.*

Digitized by Google

eum, habebat stateram in manu sua, & audiui vocem dicentem, bilibris tritici denario vno: & tres bilibres hordei denario vno: vinum & oleum ne leseris. In hoc eloquio nota tres veritates ad illuminandum intellectum nostrum & animam. Prima veritas, cui similantur facientes percantulos. Secunda veritas, à quibus equitantur incantatores. Tertia veritas, à quibus sunt excæcati. Accipe primũ, cui assimilatur talis, scilicet equo. Equus enim nescit quo vadit, & si malum habet ductorem, præcipitatur. Ita est in oculo fidei, quia vnus minimus error infidelitatis orbat ipsum oculum fidei, & postea habet Diabolum ductorem, qui præcipitat animam. Et nota quòd tangitur, quando homines excæcantur, vt sequantur errores. Et non mireris, si vides fidem Christi esse ita dilaniatam, & erroribus plenam: Nam fides est ita nobilis quòd quanto plus corrumpitur, tanto plus efficitur deterior: vnde vides in nobilitate aciei oculi, quia omnis minima percussio valde nocet sibi plus quã aliis membris. Ita est in nobilitate oculi fidei, quia errando in vno solo verbo, homo damnatur & efficitur cæcus: sed in aliis peccatis sunt mille remedia, sed peccando in fide, nulla est redemptio. Sed vnde venit quod tot herbariæ incantationes & opera diaboli regnant in mundo? Et quòd homines audiendo in prædicationibus tot animarum pericula non corriguntur? Considero quòd hoc triplici de causa procedit. Prima est ignorantia. Secunda est superbia. Tertia est stultitia, quæ inducunt homines in istos errores: quæ quidem causæ in istis verbis describuntur. *Ecce equus niger.* Iste equus habet tres significationes: prima, quia est niger & significat ignorantiam. Equus portat caput altum, & significat superbiam. Equus calcitrat, & significat stultitiam. Ignorantia igitur est prima causa istorum errorum, & nota quòd in hoc loco Apocal. *sunt duo equi. Albus & niger.* Albus significat animam virtuosam plenam intelligentia. Niger signat animam cæcatam, plenam ignorantia & sceleratam ac plenam peccatis. Secunda est superbia, quia vna fœmella ignorans Deum & sanctos ibit post facturas & stultitias percantulorum, audiendo prædicatores & Doctores ecclesiæ, & reprehensiones illorum faciet contra fidem, & est ita luciferana, quod nescit *Pater noster*, & vult scire plus quàm Deus & sancti: hoc à superbia procedit, quia dicit: Ego confessa fui, & Sacerdos dixit quòd non deberem plus percantare, & parum post ipse infirmatus fuit & misit ad me, & fecit se percantare. Sed vide paupercula, quod quando sacerdos te reprehendit, ipse per os Dei locutus est, & quando dixit quòd tu percantares locutus est per os diaboli, nec excusaris dicendo, sacerdos dixit mihi, vel ipse facit etiam istos percantulos: quia si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt, quando qui debent docere animas, faciũt incantationes, & non intelligunt si est bene factũ necne, & hoc facit superbia, quia dum prædicatur hoc fore male factum, & contra fidem, propter superbiam dices, iste nescit quid dicat. Ego pure video quod in isto percantulo sunt bona verba & prodest, &c. Et tamen in vero est blasphemia Dei: vnde Augustinus. Superbia meretur illudi, & Diabolus ducit animas istorum ei alligatas, sicut buffalus ducitur per nasum annulo perforatum: vnde Ieremias. *Superbia tua & arrogantia cordis tui, decepit te,* & sic habens caput equi: vide in decretis. 26. q. 1. 2. 3. & 5. quantum laborant contra istorum animas excæcatas. Et in testamento veteri prohibet Dominus credi istis incantatoribus siue verum dicant, siue non, & vult quod tales lapidentur, Exod. 9. cap. *Nonnulli credunt quòd ego somniem ista, & quòd dicam de capite meo.* Vide tertiam rationem, quare hoc prouenit à stultitia. Reperi multa peccata in diuersis terris, sed aliqua specialia in vna plus quàm in alia, sed vniuersaliter vbique terrarum regnant istæ incantationes & herbariæ, & ista procedunt à stultitia, quæ æquiparatur calci equi, vnde Christus æquiparat istos Iudæ dicens, *Qui manducat panem meum, leuabit calcaneum suum contra me, & percussit me in pectore* scilicet, *ille qui comedit & bibit meum sanguinem*, cum quo recuperaui eum, calce me percutit, quia non vult credere mihi, sed fœminis diabolatis, & hoc procedit ex insipientia, quia *dixit insipiens in corde suo, non est Deus*: vnde quando Christus venit in mundum, ipse inuenit totum mundum plenum idolis, & dixit: si non dimitto aliquod remedium nihil faciam, & sic dimisit vnum remedium propter eleuare & extirpare omnes istas incantationes, & dimisit remedium nominis Iesu, cum quo omnis infirmitas liberatur & mortui resurgunt: vnde Marci vltimo. *In nomine meo demonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super agros manus imponent, & bene habebunt.* Secunda veritas est, à quibus equitantur incantationes: equitantur enim à diabolo, & hoc est quod dicit, *qui sedebat super eum.* Nam diabolus qui vocatur Belzebut, habet multos equos & equas, & est princeps herbariarum & incantationum, & tot equitat, quot faciunt & credunt in ipsis: vnde quæcunque mulier, quæ quærit herbarias propter facere se imprægnare, imprægnabitur à Diabolo, & illi qui dant denarios filiis tempore Natiuitatis vt ludant, sunt equi diaboli: & stipendiarij, qui faciunt incantare equos, & qui ponunt denarios in focaria in sancto Martino. Et qui in anno nouo dant bonam manum seu strenam, quia vnus diabolus sic nominatus illud inuenit. Et qui illo die nolunt comedere ruspantia retro sed proiicientia antea, sicut porci, & qui ex voto nolunt comedere de capite, vel de pede, & portantes anulos appropriatos granfo: & qui portant denarium crucis, & qui lauant sibi manus in Sabbatho sancto cum pulsantur campanæ propter scabiem. Et qui in mane S. Ioannis Baptistæ vadunt per rosatam, & qui cum vident lumina & nouum ignem in Sabbato sancto ostendunt sibi bursam ne deficiant sibi denarij. Et qui habent in deuotionem primam diem Martij propter tempestatem. Et qui faciunt signare equos & non ascendunt eos in die sancti Ioannis. Et qui credunt dies oziagos. Omnes isti peccant mortaliter. Et qui incantant tempus propter periculum tempestatis, quia talibus euenit illa gratia, quæ venit vni mulieri Ianuæ, quæ signando ad tempus ostendit annum tempori & sagitta celestis percussit eam in berfalio, & sic mortua est cum suo incantamento. Sed quot adulteria fiunt in matrimoniis in dando adulteria comedere maritis, in ponendo spurcitias sub caput lecti, & faciunt maritos portare supra se nescio quid. Vnde dum semel vna iuuenis vellet diligi à marito, iuit ad renegnatam, quæ in nocte expoliauit se nudam, & illa iuuenis remanserat ibi cum vna socia, & voluerunt videre quid faceret ista anus & illa incantatrix fecit venire vnum dæmonem, qui minxit in vno vrceo, & dixit, da bibere de hoc illi iuueni, & maritus diliget eam, & illa iuuenis videns hoc horrore percussa noluit bibere. Et sunt qui incantant sanguinem, & qui vadunt iuxta perficum, & cum incantauerint dicunt, Diabole asporta istam infirmitatem, & perficus siccatur. Et quæ expellunt feles extra domum, vt pariant masculũ; & sic isto modo Diabolus cum istis superstitionibus omnia vitiat. Imo & scientias veras, puta astrologiam, quæ in se est vera & bona, sed Diabolus permiscuit eam cum nigromantia, quia obseruant puncta stellarum in magicis, & sic corrumpunt illam, vel quia etiam Diabolus facit astrologũ præsumere quod possit certitudinem scire de re futura, quod non est faciendũ: quia licet astrologus possit vehementer iudicare de aliqua re futura per verisimiles coniecturas, tamen certitudinem non habet, quia Deus sæpe dispensat cum creaturis suis, prout vult, sicut in Ezechia visum est, cui Dominus quindecim annos vitæ superaddidit. Vnde dum semel vnus astrologus vellet præscire mortem Principis cum quo stabat, vidit

Tres veritates ad illuminandum intellectum.

Ex triplici causa prouenit quod homines audiendo verum Dei non corriguntur.

Tres significationes verbi equus.

Augus.

Exod. 9.

Matt. vlt.

Digitized by Google

quod secundum eum debebat mori illo anno, & cum staret molestus coram principe, princeps voluit scire causam suæ tristitiæ, tandem astrologus post multa coactus dixit Principi quod illo anno erat moriturus, cuius verbi efficacia ita impressa est in corde Principis quod factus tristis dicti perdidit esum, & tandem reclinatus in lecto iacuit quasi moriturus, & non poterat consolari mortem expectēs. Quidam miles sciens Principem iacere propter verba astronomi, dixit astronomo: Dic quæso, quanto tempore reperis te victurum? at ille dixit, viginti annis adhuc superuiuo? & mox miles ipsum gladio transfodit dicens, mentita est astronomia tua, quia hodie morieris. Et tunc princeps audiens quòd astrologus fuerat propriæ mortis ignarus prosiliit ex lecto, qui solo timore iacebat, & liberatus est statim, ita quod certitudo non potest in talibus haberi. Et multi sunt qui credunt somniis inanibus, cum tamen somnia possunt apparere ex complexionibus, & exercitiis, & cogitationibus, & passionibus, & esu, & crapula, & ex diabolica suggestione: vel etiam ex diuina inspiratione: vnde omnes qui dant fidem istis, sunt equitati à Diabolo. Tertia veritas est: A quibus sint excæcati. Et quidem à peccatis. Nam dicit quod diabolus qui equitabat equum nigrum, *habebat statueram in manu sua*, & ponderabat infideles, & peccatores. Statera signat iudicium discretionis, quia discretio discernit & iudicat bonum in manu Dei, malum autem iudicat in manu diaboli: vnde quando homo plus diligit infidelitatem quàm fidelitatem, & credit plus vni fatuæ incantatrici, quam dictis sanctorum & prædicatorum, & quærit plus solatia corporis quam animæ, & cupit plus complacere diabolo quam Deo, ille expectat ponderari statera dæmonis. Et quam rationem plus assignabit incantator, nisi quia non poterat talis liberari nisi incantassem, & tu plus existimas sanitatem quàm animam. O quantum statera tuæ discretionis est iniqua sed quæ remedia debent fieri infirmis? Quære medicos & medicinas. Non enim Deus frustra medicinam instituit: Non frustra herbis & plantis, & seminibus, & aromatibus, & gemmis, & aliis nascentibus proprietates exhibuit, nisi ad iuuamentum hominis: Et orationes sunt optima remedia: non in percantulis, quia dicuntur mendacia. Forte dices: Deus dicit, adiuua te & ego etiam adiuuabo: hoc est verum si legitimo modo te adiuues, & Deus adiuuabit te puniendo vel præmiando. Dices, tamen videtur mihi quod bene faciam, si quæro modum liberationis meæ, quomodocunque. O pauper intellectu, tu deciperis, quia Deus vult te infirmari propter aliquod tuum bonum, ideo caue, ne ex hoc tibi contingat deterius. Quid enim præstat, an perdere fidem, an liberare infirmum. O infortunate, tantum appretias fidem, quantum asinus gemmam. Et sicut asinus plus appretiat hordeum quàm gemmam, sic tu magis appretias carnem quam animam. Quid est melius, an patientia Christi, an impatientia diaboli? Tua enim indiscreta statera plus ponderat iniquitates, stultitiam & malitias, & diabolum, quam Christum, & præponis incantatrices scientiis, & fallacias dæmonum, Ecclesiæ & sacræ paginæ. Et præponis pelles bestiarum non natarum, pellibus sanctorum martyrum, qui tanta passi sunt pro fide Christi.

Secvnda Pars Principalis.

De pœna & culpa destructiua.

Secundus status est pœnæ & culpæ ruinatiuæ: vnde dicit Christus, *Iam noli peccare*. Ideo occurrit vnum dubium, quæ est causa, quare vnus liberabitur propter incantationes, & propter medicinas, orationes & missas, & vota non liberabitur? Ratio, quia Deus sæpe permittit infirmitates ad experimentum creaturarum suarum, & ad purgationem peccatorum suorum: & quia sic determinauit propter orationes, non mutat propositum, quia scit illam infirmitatem esse medicinam animæ patientis. Sed si anima sit impatiens, & separetur a Deo suo & recurrat ad Diabolum, tunc Deus permittit ipsam in manibus diaboli, ex quo sibi sic eligit, & Diabolus adulatur carni, vt perdat animam, & liberet creaturam ab infirmitate corporali, & ponat eam in infirmitate spirituali, quia facit ipsam infidelem. Item etiam quare maleficiatur matrimonium, & puer in cunabulis exsiccatur? Non propter aliud hoc permittit Deus nisi proper modicam confidentiam, quam habent homines in Deo: vnde 26. q. 6. c. mater, Doctores ponunt istam rationem, quod Deus permittit ruere domum quando non habet bonum fundamentum. Inde est quod vna puella vadens ad maritum existens in peccato mortali, potest maleficiari, quia non confidit in Deo: vnde si vadit cum timore Dei, non est possibile quod diabolus hal eat potestatem in illo matrimonio, nec in aliis quibuscunque personis timentibus Deum: & nota quod non est minus peccatum soluere maleficiatos, quam illos maleficiare: vnde si vis soluere maleficiatos, solue eos in solo nomine Iesu. Item alia ratio est, quia homines in istis superstitionibus habent malam opinionem. Erit aliquis naturaliter infirmus morbo incurabili, & credetur quod sit maleficiatus, vel inficiatus, & hoc est graue peccatum, & se ibi experientur omnes percantatores, & tot peccata fient circa ipsum, quod si deberet aliàs liberari, Deus indignabitur, ita quod infirmus semper permanebit in illa infirmitate. Item alia ratio est, quia Deus permittit, vt intelligas & scias eius virtutem. Nam, vt ait Augustinus permittit hoc Deus, quia non habes fidem Deo, dicendo solum, *Pater noster*, non facies illud miraculum, & tamen facies cum illis percantulis, quia deficit tibi fides, & dicunt insani, quod habent in istis bonam manum, & abnegauerunt Deum. Item alia ratio est, vt mundus cæcus intelligat quod fides Christi deficit: vnde 20. q. 1. cap. 1. Deus permittit hoc, quia stas cum diabolo. Et portando breuia supra te, portas diabolum: de quo habes in cap. nec mirum. 26. q. 5. quia miscet nomina Dei cum nominibus diaboli. Et quando inseritur aliquod mendacium in eo, tunc illud breue est diaboli, & quando limitatur in certo die & hora: vnde scribentes, portantes, consulentes quod portentur: ementes, vendentes, credentes, & locantes, peccant mortaliter. Et nihilominus aliqui fatui confitentur, & comedunt corpus Christi, & habent diabolum supra se. Item & alia ratio est, quare Deus permittit, vt videas quantum studium, & quantus affectus habetur in his percantulis, & capit iste diabolus cum vetula rancagnata indiabolata incantatrice mille animas, vt cognoscatur quantum studium habet diabolus in capiendo animas. Item alia ratio, vt cognoscatur verus homo probatus, qui talia vilipendit, & non sequitur phantasias muliebres.

Augus.

Tertia Pars Principalis.

De punitione periculosa & anfractiua.

Tertius status est punitionis periculosæ, & anfractiuæ: vnde nota tres punitiones à Deo datas. Prima est temporalis: secunda corporalis: tertia infernalis. Prima punitio est temporalis, de qua in titulo de sortilegiis, puniuntur sortilegi publicis pœnitentiis, & quadraginta diebus afficiuntur pœnis corporalibus & excommunicantur. Et si sunt sacerdotes, debent priuari officio & beneficio. Secunda punitio est corporalis, quia raro videbis hominem sortilegum & incantatorem qui non moriatur mala morte, vel desperata, vel subitanea sine pœnitentia, & cum infamia. Tertia punitio est infernalis, quia iam iudicatus est, quia qui non credit, iam iudicatus est: & est mirabile quòd diabolus ita excæcat eos, quod morientes non possunt pœnitere: vnde Apocalyp. 9. *Non egerunt pœnitentiam, sed*

Tres punitiones Dei.

Apoc. 6.

Digitized by Google

Rom. vlt. *sed sunt excæcati à diabolo* : vnde Paulus ad Rom. vlt. *Et dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt*: & iste est amor vigorosus, cuius ardore & dulcedine repleat nos Deus, vt mereamur gloriam æternam.

FERIA SEXTA POST I. DOMINICAM QUADRAGESIMÆ.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore gaudioso tres precipuas habet partes.

Prima pars principalis
Est de statu desiderante.
Secunda pars principalis,
De gradu tribulante.
Tertia pars principalis.
De gradu iubilante.

De amore gaudioso.

Sermo X.

Matth. 15. IAt *tibi sicut vis.* Matt. 15. Amor, de quo tractare volumus, dicitur amor gaudiosus : vnde nota, quòd per tres status & gradus procedit anima. Primus status est desiderans. Secundus est tribulans. Tertius gradus est iubilans. Tolle primum, & est vtile scire. Nota ergo, quòd tria sunt lumina animæ desiderantis in primo gradu.

Per tres gradus procedit anima in amore gaudioso.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

De statu desiderante.

In primo gradu tria sunt lumina animæ.

ANima igitur desiderans habet tria lumina. Primum est lumen videndi defectus suos. Secundum est videre Deum esse, qui dat esse animæ. Tertium est videre, quam dulce est animam vniri Deo. Anima igitur primo gradu videt se nihil esse, & se esse infirmam & multos habere defectus, & non posse ex se quicquam habere, & quod expedit eam habere cibum, & quod solus Deus est cibus animæ. Et tunc venit ad secundum lumen proficiscendi, & discernit differentias inter mundum & Deum, & inter finitum & infinitum. Et ex isto lumine sequitur tertium videre, & tunc dicit anima: O si possem frui Deo, dicens ad instar filij prodigi intra se. Quia serui sunt in domo patris mei, qui abundant panibus, & ego hîc fame pereo. Et sic reuersus receptus à patre intrauit in gaudium patris sui: vnde bene discurrendo incipiamus à natiuitate pueri: vides enim, quod puer nascitur ita debilis, & infirmus, quod nihil potest ex se, nec cognoscit patrem, nec matrem: imo quando adhuc est aliquantulum maior & incipit ire, ita sequeretur lupum, sicut patrem: vnde propter illam ignorantiam & debilitatem, quia nescit se in boccare, nec in minimo iuuare, & nihil scit facere, nisi inturpare: inde est quod illi suæ naturæ debili & defectiuæ, tot iuuamina in omnibus sunt inuenta, vt viuamus, & habeamus necessaria corpori comedere, & vestire, & habitare. Et si bene consideras nulla creatura eget tot necessariis, quot indiget homo. Vnde Iob. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ.* Asellus enim & agnellus, & cætera animalia nascuntur armata, & pullus cum natus est vadit, & comedit, & cognoscit bonum granum à malo, & alia animalia vt nata sunt, cognoscunt matrem, & nos sumus ita imbecilles, & pleni miseria, quod ex nobis nihil possumus nec habemus. Et nihilominus rebellamus creatori nostro. Indè est quod natura eget tot necessariis, quia *in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Et qui non laborat non mãducet: vnde oportet quod omnia sint occupata circa miseram vitam corporalem: Et omnia elementa, aer, terra, aqua, laborant subtus & supra, vt subueniant isti corpori: similiter ignis ad calefaciendum, & sustentandum vitam nostram, & omnia breuiter loquendo subiecta sunt nostræ miseriæ. Si modo intelligeremus hoc nos habere à Deo, & quia *non ex solo pane viuit homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei*, quia non solum oportet intelligere necessaria corpori, sed & necessaria animæ, vt viuat, ita quod si anima sciret bona spiritualia, sine quibus non potest viuere & intelligeret amorem Dei, multo magis quæreret cibum spiritualem quam tẽporalem. Et tamen vides quot pericula, quot labores, quot mala sustinemus pro corpore. Quid ergo fieri debet pro anima? & sicut mater gubernat infantulum, & educat tenẽdo ipsum in brachio, ita Deus nutrit animam dando sibi quatuor desideria, ita quod primum desiderium est viuendi, secundum desiderium est habendi virtutes, tertium desiderium est sciendi, quartum desiderium est habendi quietem. Sicut enim anima naturaliter abhorret mortem, quia natura abhorret non esse: sic è conuerso appetit vitam, quia secundum philoso. Omne ens appetit permanere: Et sic à simili, cum anima habet lumen sciplam videndi, sicut corporaliter appetit viuere, sic & spiritualiter desiderat æternaliter viuere. Rursus sicut homo appetit in hoc sæculo bonis tẽporalibus abundare, credens bona temporalia esse summum bonum, cum non rectè cognoscat, quia de bonis temporalibus fit maior amissio quam lucrum, sicut de insensato infante, qui fugit lapidem, & credendo lactare plus dimittit de suo quam acquirat de lapide, quia homo quanto plus in diuitiis mundi pro corpore lucratur, tanto plus perdit pro anima, sic anima illuminata lumine veritatis appetit acquirere virtutes. Et licet vulgares credãt quod acquirere diuitias sit magna virtus: tamen veritas est quod acquirere virtutes hoc est ipsa virtus, quia sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Vnde non laboremus in acquisitione diuitiarum, sed virtutum: vnde Augustinus. Inquietum est cor nostrum, donec veniat ad te. Item sicut homo est semper cupidus scire in hoc sæculo, & inuestigat quæ in hoc sæculo sunt scibilia: quia vt ait Philos. omnes homines natura scire desiderãt, sic & omnia illuminata semper inuestigat & satagit scire originem fontis illius bonitatis à quo creata est. Item sicut homo in hoc sæculo omnia facit, vt in fine quiescat & gaudeat, sic anima illuminata omnia patitur in hoc sæculo, scilicet ieiunia, vigilias, disciplinas, & omnem pœnitentiam, vt in fine quiescat. Secundum lumen est videre Deum esse, qui solus & totus dat esse animæ, & istud secundum lumen nascitur ex primo lumine videndi tuos defectus, quibus eges: vnde cognoscendo primo nihil ex te esse, & nihil ex te habere, tu postea venis in cognitionem Dei: vnde Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis*, quasi dicat quod quatuor lumina nascuntur in anima ex cognitione Dei. Primum est lumẽ sui luminis, cum ait: *Osculetur me osculo oris sui*, quia osculum est os. Secundum lumen est intelligere Deum per cogitationem, meditationem, & contemplationem: vnde Psal. *Eructauit cor meum verbum bonum*, quasi dicat quod intelligit sapientiam Dei ad supplementum ignorantiæ suæ, ideo secundum splendorem infusum in sacra Scriptura sugit illius scripturæ vbera. Ideo dicit, *Meliora sunt vbera tua vino*: quia vinum cauat hominem de memoria, *sed vbera dant lac, non escam*, secundum Paulum, ex quo lacte fit optimum nutrimentum. Tertium lumen est abundantia gratiarum Dei, in qua abundat anima plena flagrantia preciosorum vnguentorum. Vnde Paulus, *Christi bonus odor sumus*: aliis ad vitam, aliis ad mortem: ad vitam bonis, ad

Deus nutriendo animam dat illi quatuor desideria.

Arist.

Augustin.

Cant. 1.

Psalm.

Digitized by Google

mortem malis, & hoc est quod dicit, *flagrantia vnguenta optimus*. Quantum lumen est imbibitiuum animæ in Deum, cum subdit, *Oleum effusum nomen tuum*. Oleum est sanatiuum, illuminatiuum, transpenetratiuum, & ignis nutritiuum. Ita nomen Dei est adorabile, & habet mirabilem virtutem, quia hoc nomen, quod est tota sapientia Dei, potest saluare humanam naturam, & hoc est nomen Iesus. Et qui non cognoscit hoc nomen, non cognoscit Deum, & intelliges illud nomen, quantum sit sanatiuum in Dominica oliuarum, quia nulla infirmitas est, quæ in nomine Iesu non sanetur. Item videbis quantum transfigatur & dilatetur cor nostrum in nomine Iesu, quia *in nomine tuo videbimus lumen*. Ecce cor dilatatur, propter quod tota anima est transformata, quia quantum anima cognoscit Deū, tantum ipsum amat. Oleum est nutritiuum ignis, quia anima cognoscens Deum nutrit ignem amoris diuini: vnde vides qualiter anima venit ad profectum visionis Dei: ex istis igitur venit anima ad tertium lumen, quia considerat quantum stet bene, quando est vnita cum Deo. Sed quando videt sibi deficere amorem dulcedinis Dei, amaricatur. Ideo in Cant. dicitur: *Adolescentula dilexerunt te nimis*, scilicet animæ inebriatæ diuino amore: quia sicut nimium vinum inebriat, & multa febris facit mori: Ita multus amor Dei vnitus animæ facit animam, ita inebriari amore diuino, quod non timet mori morte corporali, sicut fuerunt martyres, qui gaudebant pati & mori in nomine Iesu, quia inebriati erant illo nomine. Et ita erant ardentes in nomine illo, quod in magno frigore sudoribus affluebant: vnde sanctus Franciscus habens modicos pannos, dum interrogatus fuisset tempore hiemis in intensissimo frigore ab vno diuite vestibus duplicato, qui tremebat, nunquid frigeret, dixit quod tanto calore ardebat quòd sudabat: vnde diues tangens manum B. Francisci, tantum calorem sensit ex illa manu, quòd sensit ipsum calorem diffundi per totam personam. Hoc enim facit nimius amor, quia sicut nimius cibus facit euomere, sic nimius amor facit euomere verba Dei. Imo tanta est vis amoris diuini, quòd facit animam infatuari, adeo quod nihil curat de mundo, nec plus curat inamoratus de Deo ire nudus quàm vestitus, nec deridere quàm laudari. Ideo non est mirum, si dicit, *Trahe me post te*, quia calcitro mundo, *& cupio dissolui, & esse cum Christo*, secundum Apostolum. Et ex his habes primum statum, qui est desiderans.

Secvnda Pars Principalis.

De gradu tribulante.

Sequitur secundus status, qui dicitur tribulans. Et tunc anima est in isto statu, quando quærit Deum & non inuenit: & aliis videtur quòd Deus se vltro det non quærentibus, sicut hodie vidisti in Euangelio, quòd Christus quærebatur à Cananea quæ sequebatur eū, & ipse fugiebat sequentem: & alibi habes, quòd Deus currit post fugientem se, ita quòd multi quærunt eum, & nunquam possunt habere vnam lætitiam de ipso Deo. Sed pure *quærite & inuenietis: petite & accipietis: pulsate & aperietur vobis*. Quære cum intellectu illuminato, & pulsa cum toto affectu, quia tandem cum bene pulsaueris, Deus post tuam doloratam anxietatem, aperiet tibi ostium lætitiæ affluentis, & te consolabitur dicendo, fiat tibi sicut vis: vis me cognoscere, & amare, veni anima mea dilecta, quæ tanto tempore me quæsisti, & nunc gaudia suscipe tui creatoris: & anima tota ardens in consolatione diuina vniendo se Deo & fruendo ipso, dicit cum Psalm. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine*, & Deus ait illi, Cane ne me perdas: videamus ergo de Euangelio aliquid. In isto amore gaudioso notato per illud, *fiat tibi sicut vis*, tres affectiones demonstrantur in Cananea, quia primo desiderat, secundo suspirat, tertio petit. Primo igitur *ecce mulier Cananea à finibus illis egressa*. Existens Iesus in partibus Tyri & Sidonis, quæ erant duæ terræ Cananeorum, quas Iudæi non poterant acquirere: vna Cananea sentiens famam Christi, venit cum magno desiderio ad eum, & Christus vitans eam intrauit vnam domum, & Cananea secuta est eum in illam domum, & Christus exiuit è domo illa, & cœpit aufugere, & recessit transeundo terram Tyri & Sidonis, & Cananea sequitur cum veloci passu. Hoc signat quòd quandocunque anima vellet pœnitere & habere contritionem, & quanto plus laborat in hoc eundo ad missas & ad prædicationes, videtur quòd minus pœniteat, & quod Deus fugiat ab ea, & Cananea id est voluntas nostra, sequitur indefessa veniens ad secundam affectionem. Voluntas igitur nostra à finibus suis veniens, id est considerans à prima die originis suæ innumera peccata, & rursum finem damnationis æternæ, ait cum Dauid: *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui*. Clamat suspirans. Ecce secunda affectio. *Miserere mei fili Dauid*, quod signat contritionem animæ, quando clamat misericordiam dicens, ego vere vellem Deum amare, & est intricata in istis carnalibus desideriis mundi, & versatur in cupiditate auaritiæ, & suspirando dicit: Si non adiuuas me, sum periclitata. Clamat ergo *Miserere mei*, non intrando iudicium tuum, quia *non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*. Sequitur tertius affectus petentis. Ostendit enim necessitatem suæ indigentiæ, & desiderij dicens, *filia mea*, & non alterius, id est anima mea *male vexatur*, id est à spiritu fornicationis, & voluntate carnali trahitur in luxum. Et istas tres affectiones habes circa primam principalem partem, quæ est status desiderans. Nunc circa secundam principalem sequitur status tribulans, in quo statu tres probationes facit Deus de anima: quia primo probat intellectum cum taciturnitate & fidelitate, secundo affectum cum longanimitate, tertio desiderium cum patientia & diuturnitate: vide primum, quia *non respondit ei vllum verbum*: volebat enim illam probare, si erat fidelis cum taciturnitate. Nam cum verbum Dei tacet, clausa misericordia, videtur quòd Deus irrideat animam, sed hoc facit vt probet suum intellectum & fidem, & vt cum magno labore acquiras gratiam Dei, & melius custodias ipsam: vnde sicut scholaris crassi ingenij propter magnum studium cum multo labore acquirit scientiam, & fit valens, & memoriosus, & quando non intelligit, tantum studet quod venit ad lumen scientiæ, sic anima quærens Deum multoties non inuenit, & accidit quandoque quod ipsa anima nescit quid petat, sed tandem reperit Deum & perpendit suam petitionem non fuisse iustam. Secundo probat cum longanimitate, quia ista Cananea non cessat clamare post eum. *Miserere mei fili Dauid*: *Et accedentes discipuli rogabant eum dicentes Dimitte eam, quia clamat post nos*, quasi dicat expedias eam cito, & noli facere nos vituperare & clamare post nos, quia alij forte credent peius. Christus autem respondit suis discipulis aduocatis illius Cananeæ. *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierant domus Israel*, quod figuratiuè vult dicere quod multoties petens vnam gratiam ab vno sancto intercessore tuo, & videbitur quòd nec tu, nec sanctus audiatur, sed Deus facit illud vt te probet. At illa Christo dicente illa verba currendo venit, & cadens in faciem suam adorauit eum dicens valde anxiando. *Domine adiuua me*. Tertio probat eam cum patientia, & factis respondendo sibi cum iniuria dicens, *Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus*, & vocauit ipsam vnam canem. Et nota pulchrum responsum. *At illa dixit, Etiam domine*, quasi dicat verum est quod ais, quia sum vna canis & magna peccatrix. *Nam & catuli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Domini sui*, quasi dicat Domine miserendo mei, da mihi minutissimas gratias in vno angulo paradisi, dummodo fugiam pœnas inferni.

Psalm.

Tres affectiones demonstrantur.

Tertia

Digitized by Google

Tertia Pars Principalis.

De gradu iubilante.

Tres consolationes à Christo recipit Cananea.

Sequitur tertius status, qui est Iubilans, & est tertia pars prædicationis nostræ in qua dat Chananeæ tres consolationes: primo ipsam illuminando splendore veræ fidei, ibi, *O mulier, magna est fides tua*: secundo consolatur ipsam per affectum charitatis magnæ amoris id est, *fiat tibi sicut vis*, tertio consolatur ipsam per effectum operando & sanando filiam suam, ibi *& sanata est filia eius ex illa hora*. Vnde multoties Deus obaudit vt probet, & probando cognoscat perseverantiam peccatoris, deinde multoties dat gratiam animæ, quæ gratia vadit & venit, vt multoties accendatur amor Dei, & melius illuminetur anima in cognitione sui creatoris. Finaliter consolatur animam recipiendo eam ad gaudia æterna.

SABBATHO POST I. DOminicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore gratioso triplici parte precipua constat.

Prima pars principalis.

Est de gratia diuina illuminationis.

Secunda pars principalis.

De gratia bona operationis.

Tertia pars principalis.

De gratia spiritualis consolationis.

De Amore gratioso.

Sermo XI.

1. Thessal. 1.

Abstinete *vos ab omni specie mali.* 1. ad Thessal. Intendimus tractare in hac vltima penna nostri Seraphini de amore, qui dicitur gratiosus, per quē addiscemus hodie abstinere ab omni specie mali, Vnde vt abstineamus à malo, oportet tres gratias interuenire cum Dei auxilio. Prima est gratia illuminans. Secunda est gratia operans. Tertia est abstinentia ab omni malo. Nota igitur quòd post aperturam tertij sigilli, de quo Apoc. 5. imo. 6. Ideo dicit *Audiui vocem in medio quatuor animalium dicentium bilibres tritici denario vno, & tres libras hordei denario vno. Vinum & oleum ne laseris.* In quibus verbis notantur tres gratiæ suprascriptæ, sine quibus nullus potest aufugere à diabolica fraude.

Vt abstineamus à malo oportet gratias interuenire. Apoc. 5.

Prima Pars Principalis.

Est de gratia diuinæ illuminationis.

PRima igitur gratia est diuinæ illuminationis. Et hoc est, quod vult dicere Sanctus Ioan. quod illi fugiebant illum equum nigrum, de quo scribitur in tertio sigillo, *& erant perterriti valde. Et audiui tanquam vocem*, quæ signat sanctam spirationem Dei, quæ non est vox spiritualis, sed corporalis: imo è conuerso, quia non est vox corporalis, sed spiritualis, quæ post homines clamat, caue, caue: quia nisi Dominus illuminaret nos, nullus posset cauere à fraudibus diaboli, quia Dominus lumine nominis sui Iesus leuauit de mundo omnes errores, & cum notitia Dei mūdo manifestata, hæresis de mundo fuit leuata, Ioan. 5.

Ioan. 5.

Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & suggeret vobis omnia, quia in nomine Iesu dabit intelligere, & cognoscere Deum, & dicit, quod ista vox exibat de medio quatuor animalium, quæ signant quatuor virtutes cardinales, ad dandum intelligere, quod Deus cum nomine suo in spiritu virtutis fraudes diaboli, te iuuando cum quatuor virtutibus prædictis. Signatur etiam vita actiua in illis animalibus, quia ait Ezechiel, *Primum animal simile leoni, secundum simile vitulo, tertium habebat faciem quasi hominis, quartum animal simile aquile volanti*: ideo signat iustitiam. Vnde illud: *Iustus tanquam leo confidens.* Moraliter dicitur, quod leo nascitur mortuus, & per triduum stat tanquam mortuus, & post triduum patet vociferando super eum facit illum viuere; quod signat quod nisi iustitia fiet tribus diebus, non valet. Primum est dimittere malum. Secundum dimittere tantùm malum non sufficit, nisi iungas secundum diem, qui est, quod cum clara intelligentia facias bonum. Non enim sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est. Vnde Psalm. *Declina à malo, & fac bonum.* Adhuc ista duo non sufficiunt, nisi interueniat tertia dies scilicet fides, quia *iustus ex fide viuit*, & ideo oportet clamare tertia die, quia quando desistis à malo, & facis bonum, & cum pura fide illud operando refers ad gloriam Dei, illud naturale conuertis in morale: & ideo Christus tertia die voluit resurgere, ad dandum intelligere illa tria suprascripta scilicet quod prima die debes relinquere malū, secunda operari bonum cum intelligentia, tertia confidens in Deo referre bonum ad gloriam Dei. Vnde Paul. *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo. Mortui enim estis*: ecce prima dies. *Vita vestra* ecce secunda. *Abscondita est cum Christo*: ecce tertia: & hoc de iustitia, Et secundum animal simile vitulo, qui signat patientiam, quia patientia portata cum amore Dei facit omnia sufferre. Vnde Psal. *Propter te mortificamur tota die, existimati sumus sicut oues occisionis*: & quia patientia fundata in dilectione Dei faciliter suffert omnia, ideo ait Christus: *Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Et tertium animal habens faciem quasi hominis*, signat temperantiam, quæ virtus non habet locum nisi in homine, qui vtitur ratione, quia omnia animalia sine discretione non plus comedunt quam sibi sufficiat, sed quando puer peruenit ad annos discretionis, & efficitur magnus, & est in plena discretione, appetitus attrahit hominem, si est auarus ad cupiditatem, si est gulosus ad ingluuiem, si est luxuriosus ad luxuriam, & sic de aliis. Et temperantia cum ratione dicit: Non facias, & refrænat illum inordinatum appetitum: & ideo dicitur *quasi facies hominis*, quia in facie hominis notatur sapientia. Vnde, *Cor eius in manu eius*, qui est sapientia moralis. Et nota, quod alia est sapientia moralis, alia spiritualis, quia sapientia spiritualis, facit intelligere, & amare Deum sed sapientia vitæ actiuæ est temperantia, quæ in vsu rationis facit agenda, & vitat fugienda. *Et quartum animal simile aquile volanti*, quæ signat prudentiam, quia sicut aquila habet oculos magis acutos & magis resistentes radiis solis, quia tenet oculos magis fixos in sole, quam alia animalia, ita prudentia insita homini facit vitare malum, & eligere bonum. Vnde propter hoc potes intelligere illa verba, *Facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor.* Nota, quod dextera signat prosperitatem; quod vult dicere, quod in prosperis oportet vti facie hominis, qui interpretatur temperantia: & leonis, quæ interpretatur iustitia scilicet quod in prosperitate semper debes vti iustitia, & temperantia. *Et facies bouis a sinistris ipsorum quatuor*, Sinistra interpretatur aduersitas, vitulus interpretatur patientia, quod vult dicere, quod in aduersitate tu debes esse fortis, & vti patientia. *Et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor*, quod vult dicere,

Duplex sapientia notatur.

Dextera significat prosperitatem. Sinistra aduersitas interpretatur.

Digitized by Google

quod siue in prosperis, siue in aduersis aquila id est prudentia, debet volare desuper, id est, debes te regere cum prudentia, & alias virtutes cum prudentia dirigere: & sic habes quatuor virtutes. Et nota, quod si faceres omnia bona, & non essent in istis virtutibus regulata, nihil faceres, quia multoties credens facere bonum, faceres malum, & è contra. Vnde temperantia regulat omnia in faciendo, & non faciendo, & oculus aquilæ vndique respicit regulando. Et nota quod patientiæ virtus tunc demum acquiritur, cum anima est contenta de laboribus. Sed pone, quod tibi superueniat paupertas, vel aduersitas, & pone quod dimittas instos labores de foris, & anima tua abundet gratiis: certè eris gaudiosus, & omnia patienter feres: ad instar dormientis, & stantis in lecto, & dicentis famulo: Cooperi me bene, & claude ostium, & fenestras, & sic stat calidus, & dimittit frigus, & niues ab extra. Ita est in anima agitata paupertate, & laboribus, quæ dimittens ista de foris stat pausata in statu suæ quietæ mentis eleuatæ versus Deum, considerando istas suas aduersitates occurrere pro meliorando, & non peiorando conditionem status sui. Sed si te leuares de lecto nudus, & proiiceres te in niue, tu moreris frigore, & non meliorares conditionem tuam. Ita est in impatiente, qui quandoque desperat, & perdit animam, & corpus. Mutoties enim homo dicit, Ego non possum portare patienter istos labores, & credit se dicere verum, & tamen potest illos ferre; & decipitur sic dicendo. Ecce igitur quatuor animalia, ex quibus exit vna vox diuinæ inspirationis, & hoc de prima.

Prudentia debet regere alias virtutes.

Secvnda Pars Principalis.

De gratia bonæ operationis.

Sequitur secunda pars quæ est Gratia Operans id est exercitium bonæ operationis. Vnum iustitiæ, aliud pœnitentiæ de malo operato, vnde bene viuendo, & dolendo de malis præteritis, fit homo bonus operarius. Et sunt duo operarij, vnus frumenti, & alius hordei. Primi sunt operarij iustitiæ; ideo ait vox illa: Bilibres tritici denario vno: de aliis operariis ait: Et tres libras hordei denario vno. Vidisti igitur in tertio sigillo diabolum ponderare conscientias delusas, & Deus illuminat illas. Diabolus promittit malum, & Deus bonum. Dicit igitur iustitia: Fac bonum, & caue tibi à malo; & tunc est vna libra quando librat te, dimittendo malum, & faciendo bonum. Alia libra est pro denario. Denarius enim dicitur à decem, quia decem paruuli valent vnum denarium. Vnde si vis bene facere, & virtuose operari, oportet te vitare decem vitia, & operari virtutes eis oppositas, quæ sequuntur. Primum vitium est vita gulosa. Secundum est vita luxuriosa. Tertium vita cupida, & damnosa. Quartum est vita superba, & ambitiosa. Quintum crudelitas vituperosa. Sextum vita vacua, & vanagloriosa. Septimum vita iniusta, & criminosa. Octauum vita misera, & spurcitiosa. Nonum vita affannata, & dolorosa. Decimum voluntas propria carnis amorosa. Igitur si vis tranquille viuere vitando decem vitia suprascripta, oportet sectaris virtutes istis vitiis oppositas & contrarias. Prima vita sobria, contra vitam gulosam. Secunda vita casta, contra vitam luxuriosam. Tertia vita larga, contra vitam cupidam & damnosam. Quarta vita humilis, contra superbam & ambitiosam. Quinta vita mansueta, contra crudelitatem vituperosam. Sexta vita grauis, contra vacuam & vanagloriosam. Septima vita iusta, contra iniustam & criminosam. Octaua vita purgata, contra spurcitiosam. Nona vita tranquilla, contra affannatam & dolorosam. Decima amor Dei, & proximi, contra amorem proprium. Nunc igitur hæc omnia concordando, Si vitas gulam, sequeris parcitatem: Si vitas luxuriam, sequeris castitatem, & sic habes quatuor minuta. Si vitas cupiditatem, sequeris largitatem, & sic habes sex. Si dimittis superbiam, sequeris humilitatem, & sic habes octo. Si dimittis crudelitatem, sequeris mansuetudinem, & habes decem; & sic subsequenter de singulis. Vnde nota, quod ex suprædictis habes decem bonas vitas, & decem malas. Vnde oportet nos habere duas librationes tritici, scilicet iustitiæ in exercitio bonarum operationum, & timoris in euitatione vitiorum. Triticum enim est cibus hominis, vnde qui est iustus faciens bonas operationes, hic dicitur homo. Hordeum autem datur iumentis: vnde homo, qui relinquit malam vitam, faciens pœnitentiam de peccatis suis, hic factus est iumentum pœnitentiæ, & Dei, iuxta illud: *Vt iumentum sum apud te, & ego semper tecum*, & hic habet tres libras hordei denario vno, quia in pœnitentia sunt tria, scilicet lætitia, lenitas spiritualis, & humilitas. Huius figuram habes Ruth. 1. vbi legitur, quod *Noemi iuit peregre, & reuersa est in domum tempore messis hordei.* Noëmi enim interpretatur pulchra, scilicet anima ad imaginem Dei creata, quæ vadit peregre quando recedit à Deo per offensam ad instar filij prodigi, & recollecta in se reuertitur tempore messis hordei dolendo de peccatis perpetratis, & pœnitentiam agendo, & tunc considerat quantum fuit ingrata de beneficiis sibi à Deo datis. Et Angelus animæ clamat dicens: O anima mea, quæ stas in ista fœce, lumen tuum dereliquisti, & es in obscuritate tenebrarum peccatorum, & tunc dicit anima: Peccaui, & feci omne malum, & metit hordeum per pœnitentiam, & redit domum, quia domus propria est conscientia, & habet etiam homo ciuitatem communem, scilicet paradisum, quem intrat mediante bono opere. Et nota, quod pœnitentia stat in tribus scilicet contritione, cõfessione, & operis satisfactione, quia peccatur in tribus scilicet cognitione, affectione, & operatione. Item peccatum consistit in duobus, vel omittendo, vel committendo, quia præcepta Dei stant in faciendo, vel non faciendo. Item potes tripliciter peccare in quolibet istorum decem præceptorum. Primo, quia non ponderas Deum sicut debes, vel non amas sicut debes, & non operaris quod debes. Verte per contrarium: quia amas, quod non debes, & afficeris ad id quod non debes, & operaris, quod non debes: & sunt sex libræ scilicet tres in omnibus istarum: tres in omittendo, & tres in cõmittendo, quas habes pro vno denario. Vnde nota, quod quando Dominus creauit Adam, dedit sibi vnum denarium, & diabolus illi dolo subtraxit, & perdidit denarium, & Deus postea expulit illum de paradiso & post peractam pœnitentiam Dominus repetiit denarium à Diabolo, & restituit Adam in decem gratiis. Prima est scire, 2. est velle, 3. posse, 4. discerne, 5. præmeditari, 6. facere bonum, 7. quod cognoscat homo nihil per se posse nisi adiutus à Deo, 8. timor Dei, 9. amor Dei, 10. quod omne bonũ quod facit ad honorem Dei. Et iste fuit denarius datus Adæ. Modo perdit homo denarium, & cãdit sibi, quando non habet suprascripta scilicet velle, scire, & posse, &c. & non potest facere bonum per se, sed malum sic. Vnde, vide, quod sicut Adam fuit expulsus, & fecit pœnitentiam flendo, Deus fecit sibi restitui suum denarium, & recuperauit prædicta: sic homo peccans perdis denarium & deperditum recuperat per pœnitentiam flendo peccatum suum. Vnde si vis fugere fraudes, oportet te habere duas operationes, scilicet facere pœnitentiam de perpetratis malis, & agere bonum, & tunc restituitur tibi tuus denarius.

Ad bene faciendum decem vitia sunt fugienda.

Ad bene faciendum ampliãda sunt decem virtutes istis vitiis oppositæ.

Figura Ruth. 1.

Pœnitentia stat in tribus.

Tripliciter peccatur in legem Dei.

Tertia Pars Principalis.

De gratia spiritualis consolationis.

Sequitur tertia gratia, quæ est abstinentia ab omni malo, & dicitur gratia spiritualis consolationis.

Abstinentia à malo.

Nam

Digitized by Google

Nam cum anima sentit consolationes spirituales, obliuiscitur omne malum facere, quia iam carnis oblita est, quæ suadet malum, iuxta illud: *Gustato spiritu desipit omnis caro*, & ideo dictum est, quod illi fugiebant illum equum. Vnde subdit: *Vinum, & oleum ne laseris*. Nota, quod de duabus rebus fit mens læta. Prima est lætitia, secunda est dulcedo. Sed oportet, quod istas præcedat iustitia, scilicet quod dimittas malum, & quod facias bonum, & tunc habebis deuotionem Dei. Sed si poneres deuotionem in breuibus, credens, quod portando ea tu non possis mori in igne, vel aqua, illa est deuotio asinina. Vnde nota, quod deuotio debet habere tria scilicet iustitiam, lætitiam, & dulcedinem. Iustitia est pœnitentia, quia vere pœnitens est iustus, & æquiparatur tritico. Vinum est lætitia, quia lætificat cor hominis. Oleum est dulcedo, quia linit, & mulcet. Nunquam enim habebis deuotionem sine lætitia cordis, & tunc mens est læta, quando est libera à peccatis, & inebriatur vino gratiæ Dei. Nam Petrus antequam biberet de illo vino, negauit Christum. Sed postquam inebriatus est illa amœnitate sicut & alij Apostoli *ibant gaudentes à conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*. Vnde Psal. *A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt*: in deuotione, lætitia, & dulcedine: Quam nobis præstare dignetur, &c.

Mens fit læta de duabus rebus.

Vera deuotio debet habere tria.

DOMINICA II. IN Quadragesima.

SYNOPSIS

Eorum quæ præcipuè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore honorante, tres partes habet præcipuas.

Prima pars principalis.

Qualiter filius debet honorare parentes & quot obligationes.

Secunda pars principalis.

Quare filius non honorat parentes & vnde hoc procedit

Tertia pars principalis.

Pœna qua plectitur non honorans parentes.

In qua Dominica incipit secunda ala Seraphini, quæ dicitur Amor incessabilis, & habet flammas septem, quæ sunt Amor honorans, Amor lamentans, Amor condemnans, Amor bene vtens, Amor remunerans, Amor bene conuersans, Amor amplexans.

De amore Honoranti.

Sermo XII.

Matth.17. HIc est filius meus dilectus. Matth. 17. Quoniam in ista secunda Dominica habemus tractare de secunda ala nostri Seraphini, quæ dicitur Incessabilis: ideo incipiemus hodie à prima penna, seu flamma, quæ dicitur Amor honorans. Ad euidentiam igitur dicendorum præmitto tria, quæ aptarent mundum, si rite fierent. Primo si boni confessores, & boni prædicatores propter Deum exercerent sua officia, & non propter auaritiam, aut pompam. Secundo, si patres & matres bene castigarent filios suos. Tertio, si magistri scholarum timerent Deum, & docerent pueros doctrinam Dei, & timere Deum, & patrem, & matrem & docerent eos pulchros mores. Modo nos habemus in Euangelio nostro, quod Christus seruauit mandata patris. Vnde Deus Pater de illo ait, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ipsum audite*. Et nota, quod quædam præcedunt transfigurationem, quædam sequuntur, & quædam concomitantur. Vnde primo *assumpsit Iesus Petrum, Iacobum fratrem Petri, & Ioannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum*, id est in partem. Vnde nota, quod prædicator non cū apparētia mundi, sed Dei præcedere, vel procedere debet ad euellendum animas de manu Diaboli, & dicit *seorsum*, id est in vno angulo, quādo signat contemplationem, quæ habetur in loco solitario, humili, & basso: *& transfiguratus est ante ipsos*, & non ante se; non tamen apparuit sicut est in paradiso, quia est ineffabiliter pulchrior, sed apparuit talis, quale est vnum corpus beatū & glorificatum, & aliter apparebat Petro, aliter Iacobo, & aliter Ioanni, secundum varias illorum gratias: quas habebant. Nam Petrus interpretatur obediens, Iacobus pauper, Ioannes castus & luminosus gratia Dei: *& resplenduit facies eius tanquam sol*, iuxta illud Matt. 13. *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum*. *Matt.13.* *Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix*; quod signat, quod in scriptura sacra animæ sapienti omnia apparent alba, & pura, sine aliquo defectu. *Et ecce apparuit illis Moyses, & Elias cum eo loquentes*, Sanctus Lucas dicit, quod *loquebantur de excessu* dilatati amoris in crucifigendo corpus Iesu in Hierusalem: vnde Petrus audiens dicere excessum, dixit, melius est stare hic quam mori. Vnde ait: *Respondens Petrus ad Iesum: Domine bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula: Tibi vnum, Moysi vnum, & Elia vnum*. Et nota, quod Petrus erat bonus gulosus, quod volebat, quod Ioannes contemplatiuus staret cum Elia, & Iacobus actiuus staret cum Moyse, & ipse staret cum Christo in suo tabernaculo. *Et adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos, & vox de nube ait: Hic est filius meus dilectus*, &c. *Audientes discipuli ceciderunt in faciem suam*, quia non potuerunt sustinere illum splendorem, & visionem, & contemplationem, & timuerunt amore timoroso, *& accessit Iesus & tetigit eos dicens, Nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderunt, nisi solum Iesum*, quia Moyses, & Elias recesserant, quod signat, quod in vita æterna nihil aliud est, quam solum Iesum contemplari, & descendentibus illis de monte præcepit Iesus, *Nemini dixeritis visionem hanc, donec à mortuis resurgat filius hominis*, quod signat quod gratiæ visionum diuinarum debent custodiri, nec de facili reuelari, ne perdantur. Et in hoc toto Euangelio nihil aliud est quam totus amor, qui dicitur Amor honorans. Ideo vnum de præceptis decalogi est: *Honora patrem tuum, & matrem tuam*, de quo amore faciamus tres vtiles considerationes, quæ sequuntur, Primo qualiter filius debet honorare parentes, & quot obligationes. Secundo, quia non honorat, & vnde procedit, quod non honorat parentes, Tertio remuneratio, quam consequitur non honorans parentes. Circa primum igitur: scilicet quomodo filius teneatur honorare parentes, nota septem obligationes.

Tria sunt præmittenda ad euidentiā dicendorum.

De amore parentū tres considerationes.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

Qualiter filius debet honorare parentes & quot obligationes.

SEptem igitur sunt. Prima est amare parentes. Secunda est timere parentes. Tertia est reuereri parentes. Quarta est obedire parentibus. Quinta est supportare parentes. Sexta est imitari parentes. Septima est sustentare parentes. Nota igitur tres causas, propter quas debes amare parentes. Primo, quia tibi dedit esse. Secundo, quia te nutriuit. Tertio, quia te castigauit. Et si nulla alia causa esset in mundo, nisi quia dedit tibi esse, debes semper patrem amare, & matrem

Septem obligationes erga parentes.

Propter tres causas debemus amare parentes.

Digitized by Google

Ezech. 3.

matrem etiam. Vnde Ezechiel. 3. *Honora patrem tuum & non obliniſcaris gemitus matris tuæ*, quia niſi fuiſſet, tu non haberes eſſe: vnde qui bene conſiderat, videbit, quod omnia, quæ habet, & temporaliter, & ſpiritualiter, habet à patre ſuo, & à matre: vnde ſi pater tuus manu tenet te in ſtudio, vel mercatura, aut aliqua arte, cum tu es valens, & lucraris, & ipſe eſt ſenex, & mente captus, memento illius quia dedit tibi eſſe, & inde habens omnes alias gratias, ſcilicet virtutes, honores, diuitias, & filios, & alia omnia, conſequeris gratiam Dei, & per conſequens paradiſum. Vnde magiſter noſter dicit: *cognoſcat mundus, quia diligo patrem.* Sed quia Chriſtus non præcepit patri, quod amaret filios, ſicut è contra. Imo præcepit, quod *non odit filios, & ſeipſum pluſquam me, non eſt me dignus.*

Exemplum.

Ratio, quia naturale eſt, quod quicunque diligit ſuam facturam, ſicut pictor diligit imaginem quam fecit: & quia quilibet naturaliter amat carnem ſuam, inde non expedit præceptum patris de amore filiorum, quia amor carnalis naturaliter deſcendit, ſpiritualis autem aſcendit ſicut ignis, quia gratia Dei æquiparatur igni & natura humana inclinatur ad amorem filiorum, & non aſcendit, quod eſt ex defectu naturæ, quia omnes naſcimur filij iræ, ſed per gratiam ſalvamur. Et videmus exemplariter, & in facto, quod maior eſt amor parentum ad filios, quam è conuerſo. Multi enim ſunt parentes ſeipſos damnantes fœnerando, vt acquirant filiis. Et è contrario videmus multos filios deſiderantes mortem parentum, cum facti ſunt diuites, vt poſſint gaudere. Vnde ſemel Pergami accidit, quod vnus fuerat maximus fœnerator, vt acquireret multis filiis quos habebat, & acquiſiuit illis multas opes, & tamen filij male obediebant ſibi. Vnde vna die iſte fœnerator ad ſe reuerſus dicit intra ſe: Ego perdo animam meam pro iſtis filiis inobedientibus; & video, quod in vita mea calcitrant mihi, volo experiri ſi morerer, qualiter prouiderent animæ meæ, & dixit vxori propoſitum ſuum, & quod promitteret facere ſicut ordinaret, & ita vxor facere promiſit. Exinde iſte vſurarius

Exemplum.

finxit ſe infirmum, & incœpit gemere, & lamentari, & ſic fingens peiorare dietim, tranſactis quinque diebus; ecce vxor exiens cameram ante diluculum, incœpit clamare dicens, maritum eſſe mortuum: & audientes filij iuerunt ad matrem dicentes, vbi ſunt denarij patris noſtri? at illa dixit, pater veſter dedit mihi claues, & ordinauit, quod non darem vobis ipſas, quia vult, quod diſpenſem denarios, quos cum peccato acquiſiuit, pro anima ſua. Tunc dixit vnus, vbi ſunt iſtæ claues? Mater reſpõdit, habeo ipſas in ſinu; & alter poſuit manũ ad ſinũ, vt acciperet ſibi claues: & inter clamandum, & reluctandum maior filius intrauit camerã, & alij ſequentes eum non iuerunt ad lectum patris ad videndum ſi eſſet mortuus, necne, ſed accepta ſecuri fregerunt capſam denariorum; & tunc pater leuato capite dixit: quis rumor ô filij, qui tanto impetu matrem perturbatis veſtram, ecce viuo: & ſurgens de thalamo eiecit filios, & conuerſus ad ſe vidit periculum animæ ſuæ, & confeſſus male ablata reſtituit, & omnia pauperibus erogauit. Vnde diſce pater non theſaurizare filiis, ne anima tua crucietur in inferno, & filij tui gaudeant in mundo, & nunquam pro anima tua dent vnum denarium. Similiter nec filij debent tantum amare patrem quod aliquid attentent contra Deum, quia plus debet amari Deus, quam parentes, & poſt Deum pater & mater. Et tu pater non facias ſicut aliqui, qui audientes filios blaſphemantes Deum, vel ſequi laſciuias mulierum, gaudent, & ri-

Timere patrẽ & matrẽ debent filij.

dent, ſed filios tuos nutrias in timore Dei. Secundo debet filius timere patrem & matrem, neque etiam ſi eſſet filius vir annoſus & fortis, debet contradicere patri, ſed per omnem vitam ſuam timere illum, quia iuſto iudicio Dei videntur blaſphemiæ parentum in filios incidere, cum parentes habita iuſta occaſione filios blaſphemant. Vnde ſæpe viſum eſt, quod facta blaſphemia patris aut matris in filium, ſubito captus eſt infœlix filius in blaſphemia parentum, licet melior ſit timor filialis veniens à zelo patris, & timore Dei, quàm à timore blaſphemiæ paternæ. Et patres debent vti etiam maxima diſcretione in tenendo filios ſub timore, quia ſunt aliqui qui dimittunt filios, cum habent xiiij. annos ire quò volunt ſolutos ſine habena regiminis alicuius. Vnde Gregor. Præbeatur parentibus amore mixta formido. Nec etiam debent parentes eſſe ita rigidi, & tenere filios ſub tanto timore, quod deſperent, & fugiant à patribus, & fiant ſtipendiarij, aut ſicarij, vel alias malè deuient. Tertio debet filius reuereri parentes, & habere ipſos in honore. Vnde Dominus: *Ego honorifico patrem meum.* Ideo tu qui habes familiam, fac quod tu & vxor tua ſitis honorati, ac ſi eſſetis Rex & Regina; & facte vocari Dominum, & vxorem tuam dominam, & ſicut Principibus, & Officialibus fit reuerentia, ita filij, & tota familia debent facere reuerentiam Domino, & dominæ domus. Vnde Eccleſiaſtici 3. *Qui timet Deum, honorat parentes.* Videamus enim cum quanta reuerentia ſtent ſerui coram Principibus, & quam proni ad obſequium, ita quod ſi ſi Princeps dicat: Fac ſic, reſpondeant: Factum eſt, & dicunt eſſe factum antequam incipiant facere: & hoc venit ex abundantia cordis, propter ſignificare affectum amoris, & magnæ reuerentiæ. Et ſi hoc faciunt ſerui dominis, quanto magis debent filij parentibus eſſe reuerentes. Ideo tu pater nutrias ſic filios tuos, vt ſis illis in maxima reuerentia ex modeſtia morum tuorum, & non dimittas filios, aut filias ſtare ſicut aſinos, ſed exerce illos continuo in virtuoſis operibus & laboribus. Nam, vt ait Seneca, Languent præ inertia ſaginati. Et tu fili debes honorare patrem in tribus, operando, loquẽdo, & patienter ferendo. Nam filius debet dare cor in amando patrem in omni patientia, & ſufferre eum in omnibus, & nunquam debet reputare ſe habere ius contra patrẽ: quia licet pater quãdoque videatur inſci contra filium, tamen debent aliqua præceſſiſſe aliis incognita, quibus pater mouetur, ſed eſt de raro contingentibus, quod pater moueatur ſine cauſa contra filium. Quarto debent filij parentibus obedire ſecundum Deum, exemplo Chriſti: qui *factus eſt* patri *obediens vſque ad mortem crucis.* Et Chriſtus ait, *Ego præcepta patris mei ſeruaui.* Et Prouerb. 16. *Fili honora patrem tuum, & non obliniſcaris legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter, & circunda eam gutturi tuo.* Vnde tu mulier, cum filia tua vadit ad maritum, non doceas eam herbarias, ſed, dic: *Filia mea*, tu exis domum meam, & vadis ad domum mariti; dilige Deum ante omnia; & poſt Deum ama maritum tuum ſuper omnia, nec ames alium hominem, nec des illi aliquam cauſam ſuſpicionis, quando errat, argue eum cum charitate & reuerentia, & tene ipſum nitidum, & curã habe de ſumptibus & familia, & ſi ſit turbatus, ſis patiens, & obediens ſibi cum ſilentio, & obedias in illis, quæ ſunt ſecundum Deum: in his verò, quæ non ſunt ſecundum Deum, redargue eum ſapienter, & modeſtè. Sit tibi maritus tuus loco patris tui, & mater mariti tui ſit tibi mater, quia tu & maritus tuus duo eſtis in carne vna. Et ſi maritus tuus eſſet moleſtus parentibus propriis, tene partem eorum, & reconcilia ipſos, & ſupporta ſenectutem eorum, & prouide illis in charitate, cibando illos bonis condimentis, & ſternendo lectum ipſorum, & ſi quid contrarium loquerentur contra te, ne reſpondeas illis. Item quia ſenes quandoque ſunt moroſi propter ſenium, conſidera quod & tu efficieris etiam ſenex ſecundum naturam, ideo ſis patiens. Filios tuos nutrias cum timore Dei, & bonis moribus inſtruas, ipſos duc ad Miſſas, & prædicationes: & diſce filia mea mores tui mariti, & ſi ſint boni, fac te illis conformem. Quinto

Gregor.

Reuereri parentes debent filij.

Eccl. 3.

Senec.

Debet filius honorare patrẽ in tribus.

Obedire debent filij parentibus Prou. 16.

Documenta matris ad filiam euntem ad maritum.

debent

Supportare debent filij parentes.

debent filij ſupportare parentes. Nam Chriſtus hoc docet per Paul. *Alter alterius onera portate.* Et Salomõ *Suſcipe ſenectam patris tui, & ne contriſtes illum in vita ſua*, quia ſemper eſt ſupportanda ſenectus. Et ſi eſt mente captus, malus filius deridebit eum. O nefande puer, nondum probaſti mundum, quia multoties decrepitus pater propter longam experientiam ſciet plus quam iuuenis, qui reputas te ita ſapientem, licet quandoque videatur tibi in aliquo hallucinari, ideo nõ ſpernas ſenem. Nã virtus iuuenis eſt habere omnia virẽtia; & virtus ſenis debilitatur, & fit arida, & nota, quod ſi male tractas ſenem patrem, non efficieris ſenex. Et ſi puer ſeneſcis, fies ita hebes, ſicut pater tuus. Sunt etiam aliqui filij, qui ducta vxore nolunt, quod propriæ matres loquantur aliquid aduerſus nurus ſuas, & volunt, quod ſint pediſſequæ vxorum ſuarum, & omne verbum quod loquitur mater, flocci habetur; & nurus ſemper, patiente filio, loquitur per obliquum, & multoties expellunt ſenes parentes de domo: ſed væ talibus, ipſorum eſt regnum inferni. Vnde Gregorius. Nemo patrem verbis aſperis lædat. Filij loquantur quæ parentes delectent, quia patres quando audiunt filios loqui res virtuoſas, valde gaudent, ſperantes quod efficiantur valentes: & è contra filij contriſtãtes parentes ſunt cauſa mortis ſuæ ante tempus. Sexto debent filij imitari parentes, quia tu fili debes conſiderare, ſi pater tuus habet aliquas virtutes, puta quia ſit patiens in aduerſis, non iuret, non blaſphemet, obliuiſcatur iniuriarum, ſit amicus Dei, faciat eleemoſynas libenter: Tu igitur in talibus debes illum imitari, & dicere filiis tuis, pater meus habebat tales virtutes, vt & illi ipſas imitentur. Septimo debent filij ſubſtentare & nutrire parentes, quia ad hoc illos obligat lex naturæ, lex ſcripturæ, & lex gratiæ. Nunquam enim poteris tantum facere patri, quod ſatisfacias ſecundum debitum. Ipſe enim tibi dedit quod nunquam poteris ei dare: te nutriuit in pueritia, & tu nunquam poteris eum nutrire in tanta neceſſitate. Et volo dare tibi vnum conſilium, quod nunquam perdes ſeruitium per te factum alicui. Cum aliquis quærit à te denarios mutuo, vel aliquod ſeruitium, reſpice eum in vultu, & penſa, ſi habuit, vel habet patrem, vel matrem, & conſidera qualiter tractauerit eos: ſi bene tractauit parentes, ſeruias ſibi: ſi autem non, noli ſibi ſeruire, quia perdes ſeruitium, quoniam qui eſt ingratus parentibus, multo magis erit ingratus tibi, niſi eſſet in extrema neceſſitate. Nam tales ingrati beneficiorum parentum ſunt inimici naturæ. Vnde 1. ad Corinth. 4. *Qui ſuorum maxime domeſticorum curam non habent, infideles ſunt.* Ideo non impedias te cum talibus, quia non habent fidem.

Gregor.

Debẽt imitari parẽtes filij.

Subſtentare debent parẽtes filij.

Conſilium.

1. Cor. 4.

Quare, & quibus de cauſis filius non honorat patrem.

Secvnda Pars Principalis.

Quare filius non honorat parentes & vnde hoc procedit.

SEquitur ſecunda pars. Quare filius non honorat patrem, & quibus de cauſis. Et nota, quod cauſæ quibus filius non honorat patrem, ſunt ſex. Prima eſt iniquitas humanæ corruptionis. Secunda eſt cupiditas humanæ poſſeſſionis. Tertia eſt ſuperbia humanæ ambitionis. Quarta eſt carnalitas humanæ abuſionis. Quinta eſt negligentia humanæ confuſionis. Sexta eſt vindicta dignæ punitionis. Prima ergo cauſa eſt iniquitas humanæ corruptionis. Quando enim filius non videt Deum, neque cognoſcit, neque amat Deum, non expectet pater, quod ſit gratus verſus ſe, quia qui non curat de Deo, qui eſt pater omnium, multo minus curabit de patre terreno. Vnde Matthæi 3. *Genimina viperarum, quis vos docuit fugere à ventura ira?* Vipera cum naſcitur ſcindit corpus matris, & occidit matrem, quia tales filij, vel filiæ luxurioſæ faciunt mori matrem ante tempus propter anguſtias & tribulationes, quas ſibi dant. Vnde legitur, quod poſt diluuium remanſit Noë cum ſeptem filiis, & Noë plantauit primo vineã & cum ipſam vindemiauit inebriatus eſt & dormiebat diſcoopertus; & ſuus filius minor videns patrem, deriſit eum, & maior cooperuit ipſum: & ideo Noë ſciens, quod Canaham deriſerat ipſum, maledixit illum. Vnde Salomon in Prouerbiis 30. *Oculum, qui ſubſannauerit patrem ſuum, & deſpexerit partũ matris ſuæ, corui de torrente cauant, & filij aquilæ deuorabunt ipſum.* quia tales ſuſpenduntur, & corui cauant ſibi oculos, & dæmones deuorant eos in inferno, & ſic male plectuntur. Eccleſiaſtici. 4. *Non glorieris in contumelia patris tui. Non erit tibi gloria, ſed confuſio.* Secunda eſt cupiditas mundanæ poſſeſſionis. Vnde tu pater nota filiũ tuum, quia quando vides ipſum in iuuentute auarum, noli expectare, quod creſcat; ſed quam citius potes remoue ipſum à te, quia tibi tollet omnia, & dabit tibi panem & vinum ad menſuram, quia de natura iuuenis eſt eſſe largum, & de natura ſenis eſt eſſe auarum. Vnde Abſalon per auaritiam expulit Dauid de regno, qui fuit pater ſuus. Item ipſe filius videns, quod pater eſt ſenex, & non poteſt lucrari, recedit ab eo, & non recordatur de tot beneficiis à patre receptis. Tertia eſt ſuperbia humanæ ambitionis, quia videtur iuueni, quod ſit ſapiens, & quod melius ſciat ſe regere per ſe quam faciendo modo patris & quia non cognoſcunt pericula mundi, male plectuntur, & mala ſocietas ſæpe facit filium rebellare patri. Quarta cauſa eſt carnalitas humanæ abuſionis, quia cum filia eſt philocapta, incipit non timere patrem, nec matrem, vnde cum audit equitantem, vel cantantem, proſilit ad feneſtras, nec facit patri, & matri debitam reuerentiam. Tunc caue, quia eſt malum ſignum, & caſtiga ipſam baculo, vel facias ſibi diuelli tantum ſanguinem, quod ille calor extinguatur. Sic etiam de filio, qui vadit de nocte, vel deridet patrem, tunc caue pater, quia furabitur tibi frumentum, vinum, & oleum, pecuniam ſi poterit & conuerſando cum mala ſocietate, efficietur fur, & luxurioſus. Item caue, quando das filio tuo vxorem, qualem ſibi tradas, quod non indiabolet eum. Et nota, quod prouenit quando quod filij ſunt vitioſi etiam ex defectu parentum, quia quando pater generat filium in mala diſpoſitione nocet genito: puta ſi pater generat filiũ quando eſt ebrius, filius eſt ebrioſus: ſi generat quando eſt in magno affectu taxillorum, filius fit taxillator, & ſimilia: & ſic filij inclinantur ad illam diſpoſitionem, in qua erat pater tempore generationis eorum. Et Philoſoph. ait: Qualis pater, talis filius. Vnde ſpurij, & filij presbyterorum, & religioſorum, & monialium, vt plurimum ſunt luxurioſi & vitioſi, quia male geniti. Vnde ſi vis habere bonos filios, genera eos in ſobrietate, cum timore Dei, & impoſſibile erit quod non te bene tractent in ſenio, & quod non ſint boni. Quinta eſt negligentia humanæ confuſionis, quia male caſtigantur, & nutriuntur in pueritia ſi ne cognitione Dei, & virtutum. Vnde Prou. 13. *Qui parcit virgæ, odit filium, & ſi non caſtigas ipſum, ipſe caſtigabit te:* & multoties patres ſunt cauſa, quod filij fiant luxurioſi, quia dant eis pecunias, maxime in feſtis Natiuitatis, vt ludant, & fiant guloſi, cum audiunt, quod vadunt poſt mulieres, gaudent, & creſcunt cum illis malis moribus propter negligentiam parentum, & fiunt luſores, & furantur, & ſuſpenduntur, maledicentes patri, & matri; qui non caſtigauerunt eos à pueritia; ad inſtar illius, qui dum duceretur ad furcas, finxit ſe velle oſculari patrem antequam moreretur, & dentibus truncauit naſum patri dicens: Si caſtigaſſes me, non ſuſpenderer modo. Sexta eſt vindicta dignæ punitionis diuinæ, quia accidit ſæpe diuina iuſtitia permittente, quod ſicut quis deliquit, ita in eodem delicti genere punitur; vnde accidit quod filij verberant patres, quia ipſi patres etiam verberauerunt ſuos, quod viſum eſt in experientia. Vnde pauci

Matth. 3.

Prou. 30. Eccle. 4.

Aliquando filij ſunt vitioſi ex defectu parentũ.

Prou. 13.

ſunt

Digitized by Google

ſunt anni, quod dum filius verberaret patrem in Corſica in medio viæ, & traheret ipſum per capillos & barbam percutiendo ipſum pedibus & pugnis, poſtquam traxit eum vſque ad certum locum, pater incœpit dicere verſus filium : Non plura, fili, non plura: nam iuſtitia Dei volente recte feciſti, quia in iſto loco, & modo quo me traxiſti verberando, traxi & ego patrem meum, ita quod feciſti vindictam aui tui. Similiter & in Foro Iulij in Spilimbergo accidit, quod dum Dominus Vrtinus, Dominus illius caſtri tranſiret per terram, audiuit magnum clamorem, & intrans domum illam inuenit filium acriter verberantem patrem, tunc pietate motus cepit ipſum filium, & incœpit illum percutere, quod videns pater genuflectens coram Domino dixit : Domine, ne percutias filium meum, quia etiam ego verberabam genitorem meum, quod audiens ille, & conſiderans iudicium Dei, ſtatuit quod de cætero ipſum impune pro libito verberaret. Similiter in villa ruſticus vnus labium faciebat, & puerulus ſuus ait, pater quid vis facere ? Et ruſticus ait, volo in labio iſto dare comedere auo tuo ; & puer à Deo inſpiratus dixit, Pater mi fac ipſum bene magnum, quia cum eris ſenex ſicut eſt auus meus, ego ſimiliter dabo tibi comedere intus : tunc ruſticus ille conſiderans quod dixerat infatulus, abiecit labium, & ſe correxit. Item Mantuæ quidam iuuenis dum haberet patrem ſenem, & orbum, & vellet ducere vxorem, animaduertit, quod in die nuptiarum plures congregarentur in domo ſua in conuiuio ad nuptias, & quod ineptitudo ſenis patris ſibi in verecundiam redundaret, & imaginatus fuit ducere patrem extra ciuitatem, & claudere ipsu in vna eccleſia diſtãte per miliare à ciuitate, donec nuptiæ complerentur, & accerſito patre duxit eum extra ciuitatem. Et pater quærebat, quo me ducis fili? & filius dicebat : veniat mecum, quia cito erimus ad locum, & tandem oportuit patrem pauſare, quia grauabatur ſenio, & filius duxit eum ſuper vno lapide magno ſecus viam. Et pater ibi quieſcens ait : Dic mihi quæſo fili mi quo me ducas : qui dixit, Ego hodie facio nuptias, & vos eſtis cæcus, & incommodus in domo, ita quod venientes ad nuptias vos abhorrerent, & deluderent ideo putaui vos ponere in hac eccleſia vſque ad occaſum, & poſtea veniam ad vos. Tunc pater clamando ait : O vera & digna Dei iuſtitia, memini fili mi, quod ſimiliter feci patri meo, quando duxi matrẽ tuam, & duxi eum, per iſtam viam, & ad iſtam eccleſiam, & pauſauit ſuper hoc lapide, ſicut ego : ideo bene facis fili mi ſatisfacere mihi eo pretio, quo ego ſatisfeci patri meo. Sed vnum tibi ſignifico, quod poſteris tuis relinquam, vt ſimiliter tibi faciant, ſicut tu mihi feciſti : quod audiens filius, exterritus, magnam Dei iuſtitiam contemplando, reduxit patrem ad proprios lares, & ipſum ad nuptias primatem in menſa locauit, vt decuit.

Exempla.

Tertia Pars Principalis,

Pœna qua plectitur non honorans parentes.

Punitiones quæ inhonorantis parentes.

Videamus modo remunerationem, quam conſequitur non honorans patrem. Septem igitur ſunt remunerationes malæ. Prima eſt dolens paupertas. Secunda eſt breuis vita. Tertia eſt turpis infamia. Quarta eſt infœlicitas filiorum. Quinta eſt maledictio paterna. Sexta eſt indignatio diuina. Septima eſt æternalis pœna. Primo igitur ſuperuenit doloroſa paupertas, quia omnia male ſuccedunt talibus filiis, quia quicquid velint faciant de omnibus perdunt : dignum eſt enim, vt ex quo contra naturam operantur, natura ſecum etiam contra rationem operetur. Secundo eſt breuis vita. Ad quod nota memoratu dignum, & quod fuit veriſſimum ex relatu Domini fatris Petri de obſeruantia. Dum eſſet vnus pulcherrimus iuuenis ætatis 22. annorum, qui non fuerat à parentibus caſtigatus, ſed in prauis moribus enutritus, & omnibus parentibus inobediens, tot latrocinia fecit, quod in teneris annis ad furcas damnatus fuit : cumque eſſet ad furcas appenſus, dum miles expectaret animam ſeparari à corpore, vita diutius morabatur. Incipit ſpumare, aſtantes admirantur, & ecce incipit barba illi ſuſpenſo crescere, qui erat imberbis, & paulatim fit barba prolixior, poſt incipiunt pili caneſcere, & ætas adoleſcentis mutatur in virum antiquum. Fama vulgatur per vrbem currunt vndique gentes, hanc nouitatem viſuræ. Hoc pulſat aures Epiſcopi : Accedit vt videat prodigium. Et denique ætas iſtius teneri & pulcherrimi iuuenis ſe monſtrauit in nonaginta annos creuiſſe. Et iam capillis cadentibus, & rugis venientibus in facie graue caluitium demonſtratur ; & ſic iuuenis 22. annorum, expirauit ſenex 90. O inauditum Dei iudicium. Stupent omnes, quid ſibi hoc velit. Tuc Antiſtes ciuitatis prudens myſterium intellexit, & ait populo : Videte ſtupendum Dei iudicium in hoc iuuene, vt emendetis & filios veſtros corrigatis. Mutatio ætatis in iſto iuuene nobis ſignificat, quod naturaliter debebat viuere, vſque ad 90. annos, in quibus ſpiritum emiſit : ſed propter ſua ſcelera, & malam vitam, & quia male tractauit ſuos parentes, Deus abbreuiauit dies ſuos : *Quia viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Tertia eſt infamia. O quam malam infamiam conſequitur qui non honorat patrem, aut matrem. Nonne maior proditor eſt, qui patri aduerſatur. quam qui omnibus Principibus ſæculi ? Quarta eſt maledictio paterna. Nunquam enim peruerſus filius maledicitur à patre, quin etiam recipiat maledictionem Dei. Vnde Eccl. *Maledictus qui contriſtat patrem ſuum*, & cap. 3. *Maledictio matris eradicat domum.* Quinta eſt infœlicitas filiorum, quia qui male tractat patrem nunquam eſt contentus de filiis, quos genera : quia aut moriuntur infœliciter, aut naſcuntur filij monſtruoſi & ſimilia. Sexta eſt indignatio diuina. Eſt enim aliquorum opinio quod Iudas proprium interfecerit patrem, & propter hoc ſemper ſupra ſe habuit diuinam indignationem, donec factus proditor Chriſti ſe ipſum laqueo ſuſpendit. Septima & vltima eſt æternalis pœna, quia in die iudicij dicet Deus, Si ego condemno in ignem æternum extraneos, qui non prouiderunt pauperibus quanto magis condemnabo eos, qui propriis parentibus non ſubuenerunt. Et ideo talibus malis filiis dicet, *Ite maledicti in ignem æternum.* Bonis vero filiis dicet. *Venite benedicti, percipite gloriam æternam*, quam nobis concedat omnipotens.

Eccl. 3.

FERIA SECVNDA POST II. Dominicam Quadrageſimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de amore lamentanti, tribus præcipuis conſtat partibus.

Prima pars principalis,

Eſt quomodo Sodomia excæcat homines.

Secunda pars principalis,

Quomodo hoc vitium indurat cor hominis.

Tertia pars principalis,

Quod hominem in deſperationem conducit.

De amore lamentanti.

Sermo XIII.

Sermo de peccato Sodomorum. Ioan. 8.

IN *peccato veſtro moriemini.* Ioan. 8. In his verbis notatur ſecunda flamma, quæ dicitur amor lamentans.

Digitized by Google

lamentans. Conqueritur amor Dei de tot abominationibus, quæ regnant ſuper terram, Ego dicam & tacebo, & tacendo dicam, & clamando tacebo, & tacendo clamabo, Cauſam huius querelæ habes Apocal. 13. Vbi dicitur: *Vidi de mari beſtiam aſcendentem habentem capita ſeptem & corna decem, & ſuper cornua eius decem diademata, & ſuper capita nomina blaſphemiæ, & beſtia quã vidi ſimilis erat pardo, & pedes eius, ſicut pedes vrſi & os eius ſicut leonis, & dedit illi draco virtutem ſuam & poteſtatem ſuam magnam & vidi vnum de capitibus ſuis quaſi occiſum & mortem, & plaga mortis ſua curata eſt, & admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam, & adorauerunt draconem, qui dedit poteſtatem beſtiæ, & adorauerunt beſtiam dicentes, Quis ſimilis beſtiæ; & quis poterit pugnare cum ea? Et datum eſt ei os loquendi magna & blaſphemias. Et data eſt illi poteſtas facere menſes 42.* Iſta beſtia eſt peſſima ſodomia, quæ regnat ſuper terrã, in qua habes conſiderare tria mala. Primo excæcat hominem in peccato. Secundo facit hominem induratum. Tertio facit hominem deſperatum: prima ibi *in peccato*, ſecunda ibi, *veſtro:* tertia ibi, *moriemini.*

Apoc. 13.

Tria mala Sodomiæ.

Prima pars principalis.

Eſt quomodo Sodomia excæcat homines.

Tres cauſæ excæcationis hominis in peccato.

CApe primam conſiderationem, quæ eſt excæcare hominem, Vnde nota tres cauſas cæcationis in hoc peccato. Prima eſt contra naturam delectatio. Secunda eſt in peccatis ruinatio. Tertia eſt in peccato gloriatio. Circa primum de delectatione contra naturam, conſidera quod creatura in qua incipit regnare hoc peccatum, videt vnam beſtiam exire de mari, quæ beſtia eſt inordinata voluptas talis peccati, & exit de mari quando incipit in ſe delectari. Vnde nota quod ſunt duæ delectationes in hoc mundo. Vna eſt delectatio creaturæ, alia eſt delectatio creatoris: prima delectatio eſt amara, ſecunda eſt dulcis: Pſal. *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine.* Dulcedo igitur creaturæ, quæ ad corticem videtur dulcis, ſed ſemper conſcientiam amaricat & mordet, & iſta amaritudo nũquam ſinit ſodomitam quieſcere, nec viuere in pace, neque etiam mori, quia beſtia id eſt Diabolus ipſum vocat. Nam iſti ſodomitæ ponentes ſuum inordinatum deſiderium in pueris, conſumunt ſua in iſtis facinoribus, & vbi credunt capere delectationem, capiunt amaritudinem & ſemper incuruantur ad malum, ad inſtar delfini, qui ſemper incuruatur in mare. Nota quod quinque habet iſtud peccatum, eſt cauerna vitiorum omnium, quia illud peccatum nunquam regnat ſolum, Et incœpit iſta beſtia exire de mari, maximè in Italia poſtquam regnauerunt maledictiones bellorum, quia vna maledictio trahit aliam poſt ſe. Nam in aliquibus regnat ſolum vnum ſpeciale peccatum & ſingulare, ſed in peſſimo ſodomita regnant omnia peccata. Et ideo dicit quod iſta beſtia habet 7. capita & decem cornua, quia per 7. capita ſignat ſeptem peccata capitalia, per decem cornua ſignat tranſgreſſionem decem mandatorum Dei, & ideo poſſunt dici ſodomitæ cornuti, quia diabolus eorum ductor pingitur cornutus Vnde Deus dedit præceptum, Non coli plures Deos. *Deus enim tuus vnus eſt*, ſed ſodomitæ faciunt ſibi plures Deos, quia amant plures pueros. Facit etiam ſodomita contra ſecundum præceptum, quod eſt, *Sabbata ſanctifices*, quia in diebus feſtiuis faciunt plures actus luxuriosos, quam aliis diebus, & ſanctificant ſabbatum ſuum diabolo. Et nota quòd quando filius tuus non obedit tibi, ſcito quòd ipſe eſt effœminatus, & de negligẽtia tua poſtea habebis dolorem, vnde veta pueros vti cum malis ſocietatibus Facit etiam contra tertium præceptum, *Non ſis occiſor.* Nã toties cõmittit homicidium ſodomita quoties peccat, & ſpargit ſemen humanum in loco ſterili, quod ſi in naturali loco poneretur, gigneret & animas procrearet. Facit contra quartum, *Non mœchaberis*, quia ſodomitæ mœchantur pueros, & nolunt videre fœminas & ob defectum ipſorum ſæpe fœminæ in adulteria coguntur: quia mariti potius mœchantur pueros quam velint proprijs vxoribus debitum reddere. Facit cõtra quintum, *Non furtum facies*, quia ſodomitæ omnia furantur, quæ poſſunt parentibus, vt dent pueris & faciunt illos gulosos, faciendo prandia & merendas & gulosis bolis ipſos quaſi oues ſimplices per guttur alliciendo. Faciunt cõtra ſextum, *Non periurabis*, quã cum reprehenduntur de tali delicto millies periurabunt, quòd non eſt verum & quòd nunquam fecerunt talia & ſimpliciter ſunt periuri. Faciunt contra ſeptimum, *Non concupiſces vxorem alienam:* quia licet non concupiſcant alienam fœminam, tamen cõcupiſcunt alienos pueros & filios, vt ſecum luxurientur, & ſic de reliquis omnibus. Tertium eſt gloriatio in tam abominabili peccato, vnde dicit decem diademata eſſe ſuper cornua eius, quibus vna corona inſtituitur, quod ſignat gloriam malitiæ ſodomorum, qui cæcati in talibus peccatis gloriantur, & rotunditas coronæ ſignat infinitatẽ illius peccati: vnde non ceſſes clamare ſicut tuba: Mitte voces tuas: vis videre gloriã iſtorum, qui gloriantur in malis ſuis. Peccator talis, cum in profundum malorum venerit, ſpernit Deum & non ſecrete gloriatur, ſed publicè. Vnde Pſal. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Nuncio vobis, ô ſodomitæ, quod in peccato veſtro moriemini Et nota quòd propter hoc horribile peccatum, Deus ſentiens odorem ſodomiæ in ciuitatibus Sodoma & Gomorrha, orto ſole inſperatus ignis accenſus eſt, & conſumpti populi illi ſodomitæ & verſæ ſunt illæ ciuitates in fauillam. Sol ſignat lumen veritatis, quo iſti ſodomitæ cognoſcunt ſe male agere, ſed quia non abſtinent à peccato, tunc inopinato Dei iudicio & vident & ſentiunt ſuas fornicationes cum graui ruina. Et vide ad quam cæcitatem inducit diabolus iſtos, quia ſi poſſent habere pulchriores fœminas mundi non tãgerent eas & quanto plus ſenescunt, tanto plus cœcãtur in hoc vitio, adeo quod fuerunt duo eiuſdem ætatis, qui in iuuentute incipientes ſimul commiſceri, perſeuerauerunt vſque ad ætatem ſexaginta annorum.

Duæ delectationes in hoc mundo. Pſal.

Peccatũ Sodomiticum quinque habet.

Pſal.

Secvnda pars principalis.

Quomodo hoc vitium indurat cor hominis.

Tres cauſæ indurationis Sodomitæ.

SEcundo principaliter hoc vitium indurat cor hominis. Vnde nota tres cauſas eſſe huius indurationis, Prima eſt blaſphemare, ſecunda eſt deuorare, tertia eſt indiabolare. Prima ergo eſt blaſphemare. Nam ſecundũ Aug. Blaſphemare eſt quæ Dei ſunt, ſibi appropriare, quia iſti luxurioſi corrumpunt pueros appropriando ſibi eos ad carnalitatem & tollendo illis innocentiam ſuam propter putridam delectationem, priuando ipſos gratia Dei per adulationem. Vnde Pſal. *Fructum eorum de terra perdes & ſemen eorum à filiis hominum.* Ecce maledictio eorum, qui fructum ſpargunt & non habent filios, & hæc eſt blaſphemia in Deum, quia inter Chriſtianos contaminatur caro ſanctificata hominum. Immo aliqui doctores dicunt, quod Deus adeo abominatur hoc vitium quòd cùm difficultate permiſit filium incarnari ea carne, quam videbat adeo turpiter contaminari, licet quando Chriſtus venit in mundum, inuenit totum mũdum corruptum, & Chriſtus expulit dæmonem ſodomiæ. Vnde illud *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet. Cũ autẽ ſuperuenerit fortior eo, vniuerſa illius arma aufert.* Sed ſi diabolus poſtea reuertitur in domũ ſuam, tunc fit peior. Nam Chriſtiani erant per Chriſtũ à paganis purificati & ab iſto vitio, ſed reuerſi in eodẽ ſunt peiores, quam prius, Secunda cauſa eſt deuorare, ideo ſubiungit quod beſtia *habebat os pardi*, pardus ſignificat

Auguſt.

Pſal.

Digitized by Google

ficat malitiam sodomorum, qui philocapiuntur de pueris sicut de fœminis, & tenent scholas cum suis fraudibus decipiendo pueros. Ecce pellis pardi variati. Subdit, *Et pedes eius sicut pedes vrsi.* Vrsus est animal luxuriosum, & pedes vrsi signant affectum luxuriandi. *Et os eius sicut os leonis.* Os leonis signat modum vorandi & decipiendi pueros. Sic quod per pardum signat malitiam sodomorum. Per vrsum signat adulationem. Per leonem signat violentiam, quia isti maledicti sodomitæ decipiunt pueros istis tribus modis. Aut per malitiam inducendo illos suis fraudibus & nugis. Aut per adulationes dando sibi pecunias & soluendo fructus & similia. Aut per vim, quia sæpe illis incutiunt timorem. Ideo ô parentes docete pueros vestros, vt sibi caueant à talibus sodomitis, quia tales adolescentes taliter capti bene possunt dicere, *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam & sicut catulus leonis habitans in abditis.* Tertia causa est indiabolare. Vnde dicit quod *dedit illi draco virtutem suam, & potestatem suam magnam*, scilicet malignandi, quia non est vitium quod magis indiabolet hominem quam hoc. Amor enim propriæ carnis excæcat eos, quia amor pingitur cæcus, & maxime signat huius peccati cæcitatem, quæ primo ipsos sodomitas excæcat, & rursus excæcat eos qui sibi credunt, & hoc quia tot malitiosa verba & deceptoria habent præ manibus; & istas omnes deceptiones habent à diabolo qui habet tria, scilicet velle, scire, & posse de sui natura, sed quando cecidit, perdidit posse: ideo qui creauit eum alligauit eum, & sic remansit in scientia sua, licet illam peruerterit de bono in malum, & hæc est scientia, qua vtuntur sodomitæ vt possint suam artem operari. Et in ipsis potest per nouam considerationem verificari illud, quia sapientiores sunt filij tenebrarum filiis lucis, quia sodomitæ filij tenebrarum sunt astutiores in decipiendo pueros quam patres in custodiendo.

Sodomitæ tribus modis decipiunt pueros.

Tertia Pars Principalis.

Quod hominem in desperationem conducit.

Circa tertium videamus quod hoc peccatum facit hominem desperatum, quia dicunt aliqui quod practicantes istam maledictam sodomiã, vsque ad ætatem triginta annorum, est quasi impossibile quod non damnentur in ea. Ideo ô vos sodomitæ *morieimini in peccato vestro*, quod facit hominem desperatum. Nota ergo tria. Prima causa desperationis est. Semper peiorare in peccato. Secunda causa est coutinuè contaminare socios. Tertia causa est Deum persequi & inimicari sibi. Prima causa est semper peiorare, quia siue habeat sodomita, quod vult siue non, peccat. Et siue confundatur siue non, peiorat. Siue vituperetur, siue non, peiorat. Et siue sit diues, sine pauper, peiorat ad instar sulfuris cum pice, quia quanto plus picis cum sulfure proiicis, tanto plus ardet & fœtet vsque ad cœlum, & signat putredinem sodomitarum. Et pluit Deus super eos maledictiones, quæ nunquam recedũt. Subdit, *vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem*, quod signat quod quando sodomita reprehenditur à prædicatore, disponit se ad emendandum de turpitudine sui peccati, cognoscens sceleratam vitam suam, sed plaga mortis eius subita curata est, quia reuertitur iterum ad peccandum. Vnde ait Dominus, *Veni in mundum vt videntes videant & non videntes caci fiant.* Secunda causa est contaminare socios, ideò ait: *Admirata est vniuersa terra post bestiam*, quod signat, quod contaminatus omnes alios contaminat. *Et adorauerunt bestiam dicentes, Quis similis bestiæ?* quasi dicat, Quis est maior bestia quam sodomita: & adorauerunt draconem, scilicet peccatum sodomiæ. Tertia causa est Deo contrariari & ipsi inimicari. Nam Deus est natura naturans, & quicquid est, aut fit, facit Deus per naturam, vnde faciens contra naturam facit contra Deum, quia nullum est peccatum contra naturam sicut sodomia; quia vt dicunt Doctores, postquam diabolus inducit hominem ad illud peccatum, non potest ibi stare, quia diabolus est inclinatus ad amorem naturalem, & peccatum contra naturam est contrarium omnibus creaturis. Vnde dicit, *datũ est illi facere menses* 42. diuide quatuor in quatuor denas, quod signat quatuor virtutes, & duos qui signant dilectionem Dei & proximi, quia sodomita neque Deum diligit, neque proximum. Nnnc ergo tale vitium cum cæteris aliis abhorrentes virtutes sectemur, vt mereamur gauda paradisi, ad quam gloriam, &c.

Tres causæ desperationis sodomitæ.

FERIA TERTIA POST II. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS.

Eorum quæ præcipuè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui agit de amore condemnante, tres præcipuas habet partes.

Prima pars principalis.

Est de natura correctione.

Secunda pars principalis.

Est de natura dilectione.

Tertia pars principalis.

De vtriusque naturæ retributione.

De Amore condemnante. Sermo XIV.

Secundum opera eorum nolite facere. Matthæi 23. In hoc Euangelio Christus nihil tractat, nisi de Sacerdotibus, & religiosis, & licet materia huius euãgelij sit singulariſſima, tamen pro meliori de factis sacerdotum præsentis temporis melius est silere, quàm male loqui: vnde quantum attineat pro modo circa Euangelium, considero tres virtutes manifestatas hic. Prima naturæ correctionis. Secunda naturæ dilectionis. Tertia vtriusque naturæ retributionis. Incipit ergo, Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos dicens: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia quæcunque dixerint vobis, facite*, si sunt bona quæ dicunt, sed si sunt mali & mala dicunt, *secundum opera eorum, nolite facere*, puta si sacerdos intrat vineam suam & tempore mensis Maij frangeret pampinos vineæ suæ dicens se velle vindemiare, certè omnes rustici deriderent eum, & nollent facere sicut ipse, quia scirent se male facere immo expectarent tempus quo vua esset matura, & tunc vindemiarent. Similiter si nauis rumperetur, in qua esset pater cum filiis & tota familia, certè vnusquisque quæreret propriam salutem fugiendi naufragium, & filius tunc non iuuaret patrem, quia satis haberet se posse iuuare: vnde cũ hodie in hoc mũdo nauis sit rupta & sine gubernatore, oportet quod vnusquisque se iuuet. Sequitur. *Dicunt enim & non faciunt.* Alligant autem aliis onera grauia & importabilia, digito autem suo ea mouere nolunt. Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, & sunt ambitiosi. *Dilatant enim philacteria sua, & magnificant fimbrias: Amant primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus, Rabbi.* Nota ergo quodlibet verbum Christi est vnum lumen veritatis. *Vos autem discipuli mei.* Ecce, 2. scilicet, Naturæ dilectionis, cum instruit eos, *Nolite vocari Rabbi, quia omnes estis fratres, & vnus Deus est magister vester, & patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus enim est pater vester, qui*

Matt. 23.

Tria considerãtur circa præsens institutum.

Exempla.

Digitized by Google

qui in cœlis est, quasi dicat: Bene licet vocari pater & magister, sed non ambitiose, quia tunc quæris vocari pater per ambitionem, quando tu vis quòd filius tuus potius faciat tuum velle quam voluntatem det, & tunc peccas. Nam Christus erat subditus Ioseph & Mariæ, & Ioseph non vocabat ipsum filium per ambitionem, sed quod erat minister suus, & ideo ne vocemini minister, immo magister nolite vocare, quia magister vester vnus est Christus: & subdit: *Qui maior est vestrûm, sit sicut minister.* Sequitur, *Qui se humiliat exaltabitur.* Ecce 3. scilicet Retributionis, qui humiliando exaltatur, habet præmium retributionis pro humilitate. *Et qui se exaltat humiliabitur.* Ecce aliud præmium ambitionis, &c. Sequitur tunc videre de tertia flamma amoris condemnantis, de qua Apoc. 14. cap. *Angelus ponit pœnam sodomorum.* Dicit ergo, *Ecce alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem super ignem & aquam & clamauit voce magna ad Angelum, qui habebat falcem acutam dicens, Mitte falcem tuam & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius, & misit Angelus falcem suam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia 1600.* In præmissis igitur verbis tria mysteria notantur.

Apoc. 14.

Primum est Corporalis punitio. Secundum est Temporalis correctio. Tertium est Æternalis damnatio.

Prima Pars Principalis

Est de naturæ correctione.

In corporali punitione tria notantur.

IN primo igitur mysterio corporalis correctionis nota tria. Primo Christum cognitorem sodomorum. Secundo Christum manifestatorem sceleratorum. Tertio Christum castigatorem iniquorum. Tolle igitur primum, quod demonstrat Christum punitorem sodomorum, cum ait, *Angelus exiuit de altari habens potestatem in igne.* Et nota quod vbi fit mentio in Apoc. de secundo Angelo, semper intelligitur Christus. Altare igitur signat humanam voluntatem, quia mens humana est templum & ara Dei, dummodo sit mens vnita cum Deo in gratia & ignita amore diuino, iuxta illud Exodi, *Ignis in altari meo semper ardebit*, id est in mente hominis sit semper feruor charitatis. Cum ergo ista mens est per vitium separata à Deo & ista ara est Deo polluta, *tunc Angelus*, id est Christus *exit de altari*, id est de mente peccatoris, ita quòd Christus est cognitor sodomorum, & de illis exit ob fœtorem sodomiæ. Secundo est reuelator sceleratorum, quia peccatum talium manifestat, & hoc est quod ait, *quia Angelus ille clamauit voce magna, Mitte falcem tuam & vindemia botros vineæ terræ.* Vnde nota quod Christus quandoque tacet, quando quis peccat & se corrigit. Sed cum peccator perseuerat, tunc clamat & publicat illud peccatum. Vnde *media nocte clamor factus est*, quia *clamor sodomorum multiplicatus est.* Et isti luxuriosi publice narrant inter se de isto vitio sine pudore, & Christus permittit quòd clametur & ratiocinetur publice de isto peccato, expectando de ipsis glorificari, quando per iustitiam mittet eos in supplicium æternum. Tertio est factus castigator iniquorum: ideo dicit, *Mitte falcem tuam & vindemia botros vineæ terræ.* Et nota quòd plures sunt species vinearum, quia quædam sunt altæ, & quædam bassæ: vineæ altæ sunt illæ, quæ sunt in matrimonio, quæ adhærent arbori, scilicet marito; qui est arbor vxoris: vineæ bassæ quæ vadunt per terram, sunt sodomitæ, seu pueri quos sodomitæ corrumpunt. Vindemiatur autem ista vinea, cum puniuntur sodomitæ, & botri vinearum signant pueros corruptos. Vnde *vindemia botros vineæ terræ*, scilicet pueros sodomorum mittendo epidimiam in eos, & ideo epidimiæ regnant modo plus solito, quoniam maturæ sunt vuæ, quia isti tales principiauerunt in hoc vitio & perseuerauerunt vsque ad senium & indurati sunt, & non sunt corrigibiles, ideo tempus est vindemiæ. Ideo ait, *Misit angelus falcem suam in terram & vindemiauit vineam terræ*, & falx est punitio culpæ & pœnæ. Vnde nota quod sicut tria sunt peccata generalia, quæ regnant in mundo, ita sunt tres punitiones: nam totus mundus est plenus auaritia, luxuria & superbia, & contra ista sunt tres punitiones, scilicet Bella contra superbiam, Sterilitas & Fames contra auaritiam, Pestilentia contra luxuriam & inordinatum appetitum sodomorum. Vnde *vindemia vineam terræ*, id est sodomitas agentes, scilicet & consentientes. Vnde nota quod Sodoma dicitur pecora: Gomorrha dicitur cæcitas. Faciatis ergo ô patres filios vestros cõfiteri, si sunt corrupti à talibus, & reddite eos cautos vt præcaueant sibi ab istis luxuriosis, & si sunt decepti in isto vitio, non perseuerent, quia indurati in illa cæcitate nunquam confitentur. Et volo, pueri, si aliquis dicit vobis aliquid de illis negotiis, dicatis illis, Cornute. Cauendæ igitur sunt malæ societates, quæ inducunt pueros in peccata & moriuntur postea ex peste Deo permittente propter sodomiam. Misit ergo angelus falcem suam & vindemiauit vineam terræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius. Vnde nota in vuis tres status, scilicet, Agrestem, quod signat peccatum contra naturam in iuuentute. Si reprehenditur tamen iuuenis & se castigat, bene est. Alius status sunt vuæ maturæ quod significat sodomitam existentem in sodomia & perseuerantem in ea. Alius status sunt vuæ marcidæ, quod significat sodomitam marcidum in peccato, ita quod in eo gloriatur.

Secvnda Pars Principalis

Est de naturæ dilectione.

SEquitur secunda pars de temporali correctione. Christus enim volens corrigere, considerat vnde velit incipere, & quandoque tenet falcem expectando quòd peccator se emendet. Sed tamen ait illud Psalm. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo*, id est cum expectauero satis, ego mittam falcem id est subitam pestilentiam: vnde Isa. *Ecce Dominus mittet falcem in terram & dissipabit terram*, & hoc quando multiplicantur ista vitia, & si non venit tunc expectat, & si non emendatur, tunc punit cum peste & vindemiat. Vnde Gregor. Vindemiauit me Dominus & locutus est Deus in die furoris sui.

Psalm. *Isa.* *Gregor.*

Tertia Pars Principalis

De vtriusque naturæ retributione.

TErtia pars est æternalis damnatio, Et hoc est quod dicit; *Misit in lacum iræ Dei magnum.* Lacus enim iræ Dei est infernus. Vnde sicut amauerunt luxuriem & putrida, ita in luxuriam æternalis pœnæ lacus iræ Dei immerguntur in locum putridum inferni, & quia noluerunt misericordiam in hoc mundo, habeãt iram Dei magnam in futuro iudicio. Nam propter hoc vitium Dominus quinque ciuitates combussit & fundibus deuastauit, & in illo loco non nascitur herba & vnus lacus est teterrimus, in quo nullum lignum quantuncunque leue sustinetur aut natat, sed subito ad fundum mergitur, & si quæ auis desuper volat, subito cadit mortua. Et est ita niger ille lacus, quod ex terra quæ inde sumitur, fit tinctura pannorum. Ita quod hæc est æterna damnatio talis lacus in quo nota tristia tormenta sodomitarum, quia erunt tormenta desperata, quòd eiicientur extra ciuitatem. Vnde ait, *Calcatus est lacus iræ Dei extra ciuitatem.* Nam ciuitas dicitur, quasi ciuium vnitas, quando sunt omnes ciues vnius ciuitatis vniti tunc sciunt, volunt & possunt, quia sciunt, & volunt vnus propter alium. Inde sequitur posse & quælibet ciuitas bene vnita est potens, quia sciunt & volunt,

Digitized by Google

& ideo possunt: sed quando sunt discordes, tunc destruuntur, quia omne regnum in se diuisum desolabitur, quod est dare intelligere, quod sodomitæ mittentur in lacum iræ Dei extra ciuitatem, id est, supernam Ieruſalem, & non scient, quia erunt cæci; non volent, quia deficiet illis affectus omnis bonæ voluntatis, & non poterunt, se ad inuicem adiuuare, ideò erunt desperati ibi. Vnde secundum Iob, *Et horror & nullus ordo, & vmbra mortis*, scilicet ignorantia, & amissio potentis & perpetua discordia. Horror, quia habebunt odio illos, cum quibus peccauerunt. Calcare est premere in angusta pœna, quia Deus calcat eos in lacu illo, & similiter diabolus. Vnde Isa. *Calcaui eos in furore meo & conculcaui in ira mea*, & vnum calcare pertinet Christo, & aliud calcare pertinet executoribus & ministris iræ Dei, scilicet dæmonibus: vnde Propheta, *glorificata est corona ebriorum Ephraim*. Corona est gloria sodomiæ. Ephraim interpretatur crescẽs, scilicet incipiendo, crescendo & perseuerando. Ebriorum, quia inebriati prosequuntur in illo vitio. Et gloria, quando gloriantur in malitia sua. Corona ebriorum est illa, quæ est in medio, scilicet coryphœus sodomitarum est ille, qui coronatur in pœna & culpa, quia sodomitæ habebunt tormenta agglomerata. *Et exiit sanguis de lacu.* Lacus habet duo significata, vnum in corpore, & aliud extra corpus, quia signat extra corpus mortem & pœnam, sed in corpore signat delectationẽ, scilicet quod quando sodomita delectatur in illo vitio, est sanguis in corpore, sed quando exit sanguis de corpore, tunc exit de lacu iræ Dei id est pœnæ. *Vsque ad frænos equorum.* Nam sanguis sanguinem tetigit. Primus sanguis in vita peccando contra naturam tetigit sanguinem in pœna æternali. Et vocat sodomitas equos diaboli: vnde Zacha. 12. cap. ait: *Castigabo eos in furore meo, percutiam omnem equum & equitantem in amentia:* vnde Propheta: *Percutiam in furore sodomitam:* frænum ponitur equo habenti os durum quod signat induratos & obstinatos in isto peccato, quia tales habebunt plura tormenta, quam illi qui minus peccauerunt. Vnde Psal. *In chamo*, id est in capitio minus peccantes. *Et frano* indurati, *maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Per stadia mille sexcenta. Stadium dicitur à stando, quia Hercules currendo antequam traheret flatum currebat per octauam miliarij. Stadium ergo est octaua vnius miliarij. Et mille sexcenta stadia sunt ducẽta miliaria. Vnde Sodomita stabit in inferno per stadia mille ducẽta. Mille signat intelligentias centum volendo, sex operando quæ faciunt ducenta miliaria, scilicet bis centum, quod signat binas delectationes, vnam corporis, aliam animæ. Vnde Deus puniet istos sodomitas in anima & corpore, secundum eorum delectationes, quas habuerunt ex suo nefando coitu & secundum eorum intelligentiã voluntatis, &c.

Isa. Zacher. 12. Psalm. Psalm.

FERIA IV. POST II. DOMINICAM Quadragesimæ.

SYNOPSIS.

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, cuius titulus est de amore bene vtente, habet tres præcipuas partes.

Prima pars principalis.

Agit de principio malæ consuetudinis.

Secunda pars principalis.

De consummatione malæ consuetudinis.

Tertia pars principalis.

De remedio malæ consuetudinis.

De amore bene vtente.

Sermo XV.

Scitis quia principes gentium dominantur eorum. Matth. 20. Videamus hodie pennam nostri Seraphini elicitam ex euangelio, quæ dicitur Amor bene vtens. Ex quo nota tria fundamenta. Primo est patientia benigna. Secundo est charitas feruida. Tertio est humilitas profunda. Primum igitur fundamentum erit de patientia. Et Christus ponit se ipsum pro fundamento patientiæ omnibus, qui volunt bene viuere. *Ascendens ergo Iesus Ieroſolymam assumpsit duodecim discipulos secreto & ait illis: Ecce ascendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis.* Ecce patientia. *Et condemnabunt eum morte*, & quare? Non propter aliquod crimen, sed propter feruentem charitatem, vt redimatur mundus & aperiantur portæ paradisi. Ecce feruens charitas. *Et tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum.* Ecce humilitas profunda, quod filius Dei permittat se deludi & flagellis cædi ac crucifigi, quasi dicat discipulis: Si ego male tractabor, qui sum magister vester, oportebit & vos similiter pati cum multa patientia & feruida charitate & multa humilitate, & ne desperent dicit subiungendo, *Tertia die resurget*, quia semper pungere & non vngere, non esset sanare primas plagas. Nam *oportet Christum pati, & sic intrare in regnum cœlorum, & quemadmodum ego facio, ita & vos faciatis.* Et dum sic ratiocinaretur subiungit Euangelista, quòd discipuli non intelligebant Christum, quia credebant dum diceret de regno patris sui in cœlo quòd diceret de regno mundi. *Tunc accessit, ad eum mater filiorum Zebedai*, quæ iam contulerat cum filiis suis dicens. Ex quo Christus post resurrectionem suam est futurus ita magnus Rex, bonum est quod anticipetis & petatis aliquod bonum officium, vnde filij dixerunt: Nos non haberemus audaciam, quia fortè reprehenderet nos, sed vade tu mater, & dic sibi, quia habebit te magister excusatam, & non dabimus nos scandalum aliquod discipulis, & sic ipsa cum filiis suis accessit adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit, Quid vis? Bene tamen sciebat quid vellet, sed hoc ideo fecit, vt causam haberet dicendi quod infra sequitur. Ait illi mater istorum. *Dic vt hi duo filij mei sedeant vnus ad dexteram tuam, alter ad sinistram tuam in regno tuo.* Et Christus non vertit se ad matrem discipulorum, sed ad discipulos & ait illis, *Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* quasi dicat, Ego si volo intrare in regnum patris mei, oportet me sustinere amarissimam passionem & crucifigi & mori. Et discipuli intelligentes dixerunt, *possumus.* Sed tu ô Ioannes, qualiter potes, quia tu nudus profugisti relinquens sindonem. Et ait illis Iesus, *Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis:* hoc est dicere ire in paradisum per dexteram, vel ad inferna per sinistram, *non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo*, & hoc de primo fundamento. Sequitur Secundum fundamentum humilitatis, & subdit, quòd *audientes decem alij discipuli indignati sunt de duobus fratribus & fuerunt scandalizati.* Sed quomodo ita sancti viri poterant scandalizari? Respondeo quod interuenit sicut inter scholares ad inuicem disputantes, qui videbuntur quasi velle se percutere, sed non est illud scandalum propter malitiam, sed propter discere & elicere veritatem, & finita disputatione sunt fratres sicut prius. Ita in proposito fuit in discipulis, & vnde Christus videns decem indignatos, capit tertium fundamentum humilitatis. Modo tertium fundamentum est de humilitate cum ait: *Scitis quia principes gentium dominãtur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos.*

Tria fundamenta amoris bene vtẽtis.

Digitized by Google

eos. Vos autem non sic. Sed qui maior est inter vos, sit sicut minister, scilicet in humilitate, quia oportet volentem esse in gratia Dei fore humilē. Et appropriat sibi Christus ista omnia dicens. *Filius quidem hominis venit ministrare, non ministrari, vt daret animam suam in redemptionem pro multis* licet *multi sunt vocati, pauci vero electi.* Modo capiamus flammam nostram, quæ dicitur amor bene vtens, de quo amore facio tres considerationes.

Prima est principium malæ consuetudinis. Secunda est consummatio malæ consuetudinis. Tertia est remedium malæ consuetudinis.

PRIMA ET SECVNDA PARTES principales simul.

De mala cōsuetudine.

EXpediamus igitur simul duas partes principales, scilicet principiū malæ consuetudinis, & consummationem malæ consuetudinis. Nota ergo septem mala malæ consuetudinis. Prima est malorum inductiua. Secunda est bonorum retractiua. Tertia est cordis induratiua. Quarta est animæ incatenatiua. Quinta est gratiarum diminutiua. Sexta est in peccatis ruinatiua. Septima est in peccato necessitatiua. Tolle primam malignitatem, quæ est malorum inductiua. Vnde Ierem. *Cursor leuis explicans vias suas*, quia pronus in malos vsus velut cursor leuis cito se expedit. Quia sicut mala voluntas peccandi sibi venit, subito peccat, vt in luxurioso, *qui* cum *videt fœminam*, subito *concupiscit eam*, & *iam mœchatus est*, & sic mala consuetudo subito præcipitat hominem in peccatum, quia vsus vertitur in naturam: & ita consuetus in aliquo vitio cito ruit sicut gallus cito fugit, cum dicitur vs, propter consuetudinem seruatam in expellendo eum, quia semper quando expellitur, dicit vs. Et est ad instar molendini facti ad ventum, quia rotatur ad omnem ventum. Similiter assimilatur naui sine gubernaculo, quæ ducitur ad omnem ventum. Sic anima consueta ad omnia mala, est prona ad omne nefas. Secunda malignitas est bonorum retractiua: vnde Ierem. 2. *Nunquid potest æthiops mutare pellem suam?* Sic nec peccator poterit bene facere, licet didicerit peccatum & cognouerit illud fore malum, & tamen non poterit se abstinere, & hoc est quod ait Dauid. *Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Pes est affectus, lapis est indurata consuetudo: quia qui male assuetus est, difficulter surgit. Vnde minus malum esset ignis ardens domum quam ipsa mala consuetudo, quæ non solum videtur corrumpere habitantes, sed etiam muros: quia si omnes recederent de illa domo, & noui homines intrarent, videtur quod muri illius domus inducant intrantes ad malos vsus ibi consuetos. Et si esses habituatus in malis moribus, si velles ipsos relinquere & adhærere virtutibus, non posses: Sicut nec plaga infistulata curatur, & sicut fistula grauat medicum, ita mali vsus grauant Deum. Vnde Eccles. *Peruersi difficile corriguntur.* Peruersi sunt resupinati, quando pedes vadunt sursum & caput deorsum. Itaque noli inueterari in malo, quia volens non poteris abstinere à mala consuetudine. Tamen quousque flatus est in corpore, potest te tua conscientia remordere. Sed vnum volo dicere, quòd isti infistulati & indiabolati in malis vsibus, cum magna difficultate liberantur & subiacent magno periculo mortis æternæ & pauci saluantur, & euenit de illis, sicut si exiret edictum à Cæsare quod vsque ad tres annos quilibet faceret suis manibus vnam pulchram picturam sub pœna capitis: essent aliqui, qui subito caperent penicillum & addiscerent vsque ad tempus trium annorum, & essent aliqui qui non curarent dicentes, Est adhuc bonum tempus, Ego bene potero addiscere & indulgent suis ministeriis. Et cum tempus erit lapsum, quasi triū annorum vel in vltimo die præfixi temporis, vellent incipere addiscere. Tarde fierent magistri, sed illi qui essent assueti picturæ pluribus diebus, bene pingerent & non caderent in pœnam. Sic qui est assuetus longo vsu malo, Cum venerit vltima dies vitæ, & volet incipere bene viuere, tarde venit, quia quando homo est in illa agonia mortis, nihil scit nisi dolorem suum, & nescit quid faciat, & ideo pauci tales saluantur. Immo est maius factum quòd tales saluentur, quam si quis volaret sine alis. Nec reperitur huiusmodi quempiam saluatum fore, nisi latronem. Tertia malignitas est cordis induratiua. Vnde Iob. *Indurabitur cor eius, quasi lapis.* Ecclesiastici. 43. *Flabit aquilo & congelabitur crystallus,* quia aliqua species crystalli fit de aqua congelata per illum ventum aquilonis. Ita est in aquilone mali vsus & consuetudinis peccatorum, quia ita congelat animam quòd semper induratur & anima indurata siue in prosperis, siue in aduersis semper peiorat, quia tales sunt præda diaboli. Ideo caue ne indureris in malo vsu & te emenda. Vnde Apocal. duodecimo. *Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos*, quia si mare, id est, aduersitas vel terra, id est prosperitas veniet indurato in malos vsus, deteriorabitur. Quarta malignitas est animæ incatenatiua, quia assuetus & inueteratus peccator incatenatur sicut Samson, qui quater quatuor ligaminibus fuit incatenatus, primum fuit ligamen carnalitatis Dalidæ, quæ taliter excæcauit eum quòd corrupta pecunia ab inimicis Sansonis, quærebat scire in quo consistebat virtus eius fortitudinis, & primo dixit quòd stabat in eo quòd si ligaretur funibus non posset solui, & ita fecit, & dum foret ligatus superuenientibus hostibus eius, Dalida clamauit, surge cito, & subito ruptis vinculis illos fugauit. Iterum suis blanditiis quæsiuit in quo stabat sua vis, & dixit quod ligatus neruis septem, perderet vim, tandem ligatus & superuenientibus hostibus eius Dalida clamauit, surge cito, & statim ruptis neruis surrexit: similiter & liciis per capillos ligatus ad clauum, surrexit & sic finaliter perseuerauit in sua mala consuetudine carnalitatis & luxuriæ & propalauit vires suas in capillis esse, quibus tonsis incidit in suos inimicos. Primum ligamen est affectio, secundum est consensus, tertium perseueratio, quartum induratio, quintum est interitus. Quinta malignitas est priuatiua omnis aptitudinis benefaciendi. Vnde nos habemus naturale ingenium, liberam voluntatem, grandem memoriam, iuuentutem, sanitatem, pulchritudinem, fortitudinē. Item habemus bona spiritualia, scilicet sapientiam, intelligentiam, cōtemplationem, meditationem. Item habemus bona gratuita, scilicet gratiā gratis datam & gustum diuinæ dulcedinis & fruitionem ipsius creatoris. Et cōtra ista omnia est crassior ille diabolus, qui studet continue nos istis bonis deprædari, & inducit nos in malos vsus, quasi vbi est peccatum, non potest esse gratia Dei, & ideo ait Salomon. Eccl. 11. *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ & appropinquent anni, de quibus dicas, Nō mihi placent: Antequam tenebrescat sol & luna & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam.* Sol est cognitio Dei, quia ex mala consuetudine homo fit de carne lapis, quia memoria fit debilis, ideo pone memoriam in bona consuetudine amandi Deum & reminiscendi beneficiorum eius. *Et luna*, id est corpus hominis quod est mutabile sicut luna, quia nunc crescit, nunc decrescit, in eodem sistere nescit. Luna plena signat plenum hominem in iuuentute: lunæ sima & diminuta signat corpus debilitatum senio: luna pallens signat corpus infirmum, luna rubens signat corpus prosperosum, luna nigra & eclipsata, signat corpus moriens. Vnde si inueteraſcis in malo vsu, obtenebrabitur luna, quod est corpus hominis: homo igitur dum est iuuenis assuefaciat se virtutibus, & bonis operibus, quia vna vetula propter consuetudinem melius iejunabit, quam vnus robustus iuuenis, qui non

Notantur septem mala mala consuetudinis.

Psalm.

Iob. Eccl. 43.

Apoc. 12.

Quinque ligamina quibus Dalida Sansonem liganit.

Eccl. 11.

Digitized by Google

sit assuetus. Et stellæ quæ notant quinque sensus hominis, quia si assuefacis sensus ad bonos mores, tunc erunt sicut stellæ, & si corrumpis eos ex consuetudine vitiorum, tunc obtenebrantur stellæ, vnde valde periculosum est indurare se in mala consuetudine. Ideo

Daniel. Daniel *vidit quatuor bestias, & bestia quarta terribilis, & fortis, & dentes habebat ferreos, & reliqua pedibus conculcabat.* Ista bestia est mala consuetudo, quæ tantum affert, quod nescis te separare ab ea, & habet vngulas & dentes ferreos, quia anima non potest se expedire ab ea, vnde primo habemus charitatem gratuitam, ex qua licet moueris ad confitendum, tamen propter malam consuetudinem iterum cadis: Et deuorat sicut canis redeundo ad vomitum & frangit

Exemplum. bona opera. Sexta malignitas est in peccatis ruinatiua, exemplum habes in sancto Petro, qui primo incœpit negare Christum, secundo dixit falsum, tertio fecit blasphemiam anathematizando, *Non noui hominem*, quia sicut lapis declinat ad centum, ita mala consuetudo declinat ad peccatum. Vnde

Eccles. 28. Eccles. 28. *Ne assuefias iurare.* Multi enim casus sunt in illo propter malam consuetudinem, sed omni vice qua iuras, & scis fore mendacium, semper peccas mortaliter, maxime iurando & inuocando res Dei. Vnde si dicas per fidem meam quæ fides est Christi, & illud quod iuras est falsum, peccas mortaliter, quia nihil aliud vult dicere, nisi quod fides Christi est falsa, si id quod iuras est falsum, & nunquam videbis aliquem iurantem esse fidelem seruum Christi, nec Deus facit gratiam tali: Et nemini credas mendaci, seu iuranti faciliter, licet sua mẽdacia nihil noceant alicui. Vnde in Euangelio: *Nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram*, quia vix videbis habentem ista duo scil. qui non dicat mendacia, & non periuret, quin habeat magnam gratiam à Deo, quia melius est tacere mendacium quam dicere, vt se-

Gregor. quatur magnum bonum. Vnde Gregor. Non sunt facienda mala vt veniant bona, & quando quis sæpe dicit mendacium, & sæpe iurat, ita frequentando deducitur in malum vsum, eo quod in omni verbo iurat, & dicendo mendacium ipsemet non perpendit, & spernit iusiurandum, vnde Salomon, *impius cum in profundum malorum venerit, tunc spernit*, &c. & talis mala consuetudo trahit animam de peccato in peccatum, donec suffocatur. Et anima habituata in mala consuetudine peccati, est ad instar ebrij, qui se inuoluit in fimo, sed eleuans non se tergit & ridet nescius quid faciat. Idem exemplum est in fatuo, & sic est in peccatore, qui in peccatis inueteratus ridet, & fit de-

August. speratus. Vnde ait Aug. peccata grandia & horribilia cum in consuetudinem transeunt, pro nihilo reputantur, & ad tantũ veniunt peccatores quod non solũ non videtur eis peccatum, sed gloriantur, & publice prædicant, quia sunt in peccatis marcidi. Septima malignitas est necessitatiua, sicut sunt luxuriosi, qui propter malam consuetudinem existimant, quod non possint abstinere, vnde vnus philosophus factus Dominus vnius Ciuitatis dedit leges, quas propter consuetudinem male viuendi videbatur subditis impossibile esse posse seruari. Vnde nutriuit duos catulos natos ex vna cane, & vnum nutriuit in venationibus, & factus fuit bonus ad venandum, alium tenuit in coquina, & dabat illi comedere in patellis, & de iusculo, & factus fuit coquinarius, quadam die conuocauit populum, & incœpit dicere de sua mala consuetudine viuendi & suorum malorum morum, & in exemplum fecit duci istos duos canes, & vnus habebat leporem sub pallio, & alius sartaginem cum iusculo, & vnus tenebat ambos canes, & vno tempore ille qui habebat frixorium, deposuit frixorium, & alter dimisit leporem & alius solutis canibus incœpit clamare: ille qui erat solitus ad venationem, subito cucurrit post leporem, & alius assuetus iusculo, cucurrit ad patellam, & se ingurgitauit dimisso lepore; & per hoc demonstrauit populo quod illud procedebat ex sua mala consuetudine. Vnde patres in infantia filios assuefaciant virtutibus, quia est de illis sicut de virgula quæ facile plicatur, sed non truncus: sic est in iuuene, quia dum est iuuenis si addiscit, & habituatur in virtutibus, virtutes sequuntur eum quocunque vadit, & in quocunque statu reperiatur, & ab actibus suis quilibet potest cognosci, quia tractant fabrilia fabri. Vnde in exemplo: Dum quidã phi- *Exemplum.* losophus captus fuisset, & venditus vni Principi interrogatur à principe, quid sciret facere, dixit se esse philosophum, sed ille princeps nesciebat quid esset philosophus sed tamen arbitratus est illum esse sapientem, & sic tenuit eum, & iussit sibi dari vnum solum panem in die, & de aqua, & vno die dum vellet emere gemmas misit ad istum philosophum, & positis corã illo tribus gẽmis petiit, quæ esset præstantior, philosophus accepit eas in manu, & dixit, ista est pretiosior, sed habet vermiculum intus, & fracto lapide ita esse repertũ est, & princeps admiratus voluit scire quomodo hoc vidisset: qui dixit, quod posuerat eum in fronte, & sensérat, vnde princeps fecit sibi deinceps duos panes dari. Alio die volens princeps emere equos, misit ad philosophum petens ab eo, quis esset melior, ipse elegit vnũ de illis pro meliori, sed dixit quod fuerat filius vnius asini, & ita repertum est, vnde admirans princeps dixit, quomodo hoc cognouerat, qui dixit, naturale esse quod quando ille equus currebat, tenebat aures extẽsas sicut asini, & tunc iussit dari philosopho tres panes in die, vno alio die cum esset Princeps cum Baronibus in balneo nudus misit ad philosophum & petiit, quis eorum esset pulchrior, qui visis omnibus dixit, vos Domine estis pulchrior, sed habetis vnum defectum, tãdem ait, vos estis filius vnius pistoris, & Dominus clam accepta matre dixit illi, Scio à philosopho quis fuit pater meus, & nisi dixeritis mihi, vos interficiam, si autem dixeritis, nihil aliud erit & tandem coacta mater ait, Tu es filius talis pistoris, vnde admirans Dominus dixit philosopho, vnde habes quod fuerim filius pistoris, qui dixit, habeo à tuis moribus & loquela, quia sicut pistores nunquam loquuntur nisi de pane, sic tu nunquam ordinas mihi nisi panem, quia omnes tuæ gratiæ, & omnia tua beneficia, sunt panis & non aliud: & hoc, quia deriuatiuum sapit naturam sui primitiui ex pistoribus venisti, & nunquam nisi de arte pistoria, & pane tibi cura est. Et sic habes duas principales partes expeditas ex his, scilicet principium malæ consuetudinis, & consummationem malæ consuetudinis.

Tertia pars principalis.

De remedio malæ consuetudinis.

Septem remedia contra prauas consuetudines.

Tertium principale est remedium contra malas cõsuetudines. Et sunt septem remedia. Primum est orare & inuocare auxilium Dei. Secundum est fugere causas malæ consuetudinis. Tertium est abominatio vitij in quo es habituatus. Quartum est incipere præcauere in iuuentute à vitiis. Quintum est inniti contrario eius vitij in quo es habituatus. Sextũ est ambulare cum bonis. Septimum est omnimoda mutatio vitæ. Pro primo igitur si non potes te emendare, nec iuuare, aut remouere à malo vsu, ora & inuoca auxilium Dei, quia spiritus vadit & nõ redit, ita quòd diuina bonitas te iuuabit, vnde Propheta dixit, *Deus in adiutoriũ meum intende, Domine ad adiuuandum me festina*, & *Deus in nomine tuo saluum me fac. Quærite ergo & inuenietis: petite & dabitur vobis quia si orabis, Deus iuuabit te.* Et ideo Luc. 11. ait, *Cum fortis armatus custodit atriũ suũ,* *Luc. 11.* *in pace sunt omnia quæ possidet: Si autem fortior illo superueniẽs vicerit eum, vniuersa arma illius auferet, in quibus confidebat, & spolia illius distribuet.* & Salomon in ecclesiaste, *Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia, & subuerti iustitiam, non mireris super hoc, quia excelso alius*

Digitized by Google

alius excelsior est, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper rex vniuersæ terræ imperat seruienti. Diabolus est fortis, sed angelus est fortior. Deus autem est longe fortior & Angelo & diabolo, quia facta oratione Deus dicet diabolo, noli eum amplius tentare, & dicet Angelo, custodi eum; & dicit homini, & tu relinque malam consuetudinem, & sic distribuet spolia diaboli. Secundum remedium est fugere causas malæ consuetudinis. Vnde tu sodomita cornute, si vis fugere malas consuetudines, fuge pueros & non respicias eos. *Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te.* Fuge causas conuersandi, videndi & audiendi. Et nota tu pater-familias; quòd non dimittas dormire fratres cum sororibus adultis: Nec tu pater dormias cum filia magna: Nec tu mater dormias cum filio magno, vita causas, quia Diabolus est subtilis, & crede mihi, quia fui confessor, &c. Et nota quod semel vnus sanctus pater habebat vnũ socium, qui sæpe cadebat, & ille pater releuabat eum, & puer ille iterum cadebat, vnde dum insisteret orationi pro eo habuit reuelationẽ, quod quandocunque diabolus pulsabat ad ostium illius cadentis, ille aperiebat sibi, pater intelligẽs factum in crastinum voauit socium dicens, Accipias istud lignũ magnum ab vno capite, & ego capiam ab alio, & portemus ad ignem, & cum portarent, pater dimisit caput suum in terram & dixit socio, porta tu solus. Ipse dixit, nunquã possem portare sine adiutorio, & tunc pater dixit, fili, per hoc intellige quod si vis quod Deus adiuuet te, oportet etiã quod tu adiues te ipsum: quia si vis portare onus tuæ tentationis & non cadere, Deus te iuuabit cum gratia sua: & sic si diabolus pulsat ad ostiũ tuæ conscientiæ, subito adiuua te ipsum, & fac illi resistentiam; & sic præcauit sibi de inceps. Tertium remedium. Pensa & considera omnem abominationem, quam potes de illo vitio in quod cadis: puta si tu es ebriosus, considera quid est ebrietas, & quot inconuenientia sequuntur ex illa tam corpori quàm animæ. Et quanta infamia sit tibi & tuæ familiæ, & quod tu perdis intellectum, & oculos, & viuis in peccato mortali. Si es luxuriosus, considera quod nutriendo scortum consumis diuitias, considera infamiam & pericula, & sic de auaritia & aliis vitiis. Quartum remedium est incipere præcauere à vitiis in iuuentute, quia virgula flectitur, sed non truncus. Auicula iuuenis discit cãtare, senex nunquam. Equus iuuenis discit quadrupedare, senex nunquam. Quintum remedium est contrarium operari. Vnde si feciſti peccatum, & inclinaris ad illud, puta ad luxuriam, pone tibi in animo standi per octo dies quod non luxurieris, & postea iterum sta aliis octo diebus quod non cadas, & sic successiue de octo in octo diebus, & videbis quod in pauco tempore fies castus, & si quandoque cadis, propone stare quindecim diebus, & perseuera isto modo quantum potes, & in pauco tempore eris liber. Vnde fuit vnus sanctus pater, qui inter alios socios habebat vnum ebriosum, & proposuit liberare eum, & dedit sibi quòd biberet vnum vrceum vini ad pastum, & ordinauit cauponario quod quando hauriebat vinum faceret vnam guttam ceræ liquatæ cadere in vrceo, & sic iuit guttando, & cera creuit in vrceo ita quod quanto plus erat de cera in vrceo, tanto minus ille bibebat, in tantum quod in pauco tempore ille habituatus est ita parum bibere, quod reliquit à se vitium ebriositatis. Sextum remedium est ambulare cum bonis: quia si es luxuriosus, ambula cum honestis & sanctis & castis ac continentibus viris, quia *cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.* Septimum remedium est, quod si vides te non posse resistere vitio tuæ fragilitatis, muta te, sicut mutatur accipiter in cauea, scil. intra in aliquam bonam religionem in caueam cellulæ, quia in aliquibus est quasi impossibile, quod stando in mundo possint assueta vitia dimittere, vnde quæras bonam & sanctam societatem religiosorum, qui viuant cum timore Dei. Nam si relinqueres mundum, & intrares malam societatem, peius esset, vnde si intras bonam societatem, & sis ebriosus, dabunt tibi bibere ad mensuram: & si eris luxuriosus dabunt remedium cum ieiuniis, & vigiliis, & disciplinis. Nec credas, vt multi credunt, quod religiosi habeant bonum tempus respectu carnis, quia si faciunt quod debent, minor tentatio, quam habent, est tentatio carnis, & maior tentatio (quod non crederes) est scire ad inuicem conuersari, quia sunt plures diuersarum complexionum. Aliqui sunt melancholici, aliqui iracundi naturaliter, aliqui læti, aliqui iuuenes, aliqui senes, & oportet te adaptare naturis omnium, quod est valde difficile, nisi homo sit prudens. Vnde Bern. exponendo illud verbum, *bonum est hic esse*, loquendo de existentibus in societate bonorum ait, *bonum est ibi esse*, quia homo viuit purius, cadit rarius, surgit velocius, vadit cautius, securius quiescit, roratur gratiis Dei, purgatur merendo citius, moritur in pace confidentius, & copiosius præmiatur, & quanto difficiliorem & grauiorem vitam habet religiosus quàm secularis, tanto magis præmiatur in vita æterna. Ad quam, &c. *Exemplum.* *Bern.*

FERIA V. POST II. DOMINICAM Quadragesimæ.

SYNOPSIS.

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore remunerante tres partes principales continet.

Prima pars principalis.

Differit de diuitis vitiosi consolatione.

Secunda pars principalis.

De pauperis virtuosi tribulatione.

Tertia pars principalis.

De vtriusque iusta retributione.

De Amore remunerante.

Sermo XVI.

Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, Lazarus verò mala. Luc. 16. In hoc Euang. Christus fecit vnam similitudinem discipulis loquendo de Abraham, in cuius sinu stabat pauperrimus Lazarus, qui semper in hac vita fuit cruciatus, & in alia habuit meritum, in quo sacro Euangelio tractatur de quinta penna nostri Seraphini, quæ vocatur amor remunerans, quia sicut operaberis, ita habebis. Vnde videamus tria mysteria. Primo diuitis vitiosi consolationem. Secundo pauperis virtuosi tribulationem. Tertio vtriusque iustam retributionem. Prima ibi, *fili recordare.* Secunda ibi *Lazarus similiter mala.* Tertia ibi, *nunc autem.* *Luc. 16.* *Tria mysteria amoris remunerantis hic notantur.*

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

Differit de diuitis vitiosi consolatione.

PRimum ergo mysterium est diuitis vitiosi consolatio, quæ consistit in tribus generalibus fundamentis, & sex specialibus aliis fundamentis. Generalia igitur fundamenta sunt ista. Primum consistit in diuitiis. Secundum consistit in superbia intrinsecus. Tertium consistit in luxuria de prope, quia quicquid est in mundo, aut est superbia carnis, aut oculorum, vel superbia vitæ. Vnde nota istas delectationes sensuales, corporales & mentales in hoc Euangelio esse notatas. *Homo quidam erat diues*, ecce delectatio & consolatio *Primum mysterii in tribus fundamentis generalibus consistit.*

Digitized by Google

in diuitiis. Subiungit foris superbiam cum ait, *& induebatur purpura & byſſo.* Addit prope luxuriam cum ait; *& epulabatur quotidie ſplendide.* Ecce quomodo iſte dies capiebat omnia delectamenta mundi quæ poterat, quia non cupiebat habere illa, quæ non poterat: & licet iſta tria fundamenta ſint generalia, tamen inde ſequuntur alia ſpecialia quæ ſunt ſex. Primum fundamentum eſt ſui nominis obliuiſci. Secundum eſt ſuus ſtatus periculoſus. Tertium eſt ſuus ſtatus pompoſus. Quartum eſt ſuus ſtatus guloſus. Quintum eſt ſuus ſtatus ruinoſus. Sextum eſt ſuus ſtatus ambitioſus.

Specialia fundamenta illius myſterij ſunt ſex.

Primum ergo demonſtrat Chriſtus dicens, *homo quidam*, & non exprimit nomen, quia dies iſte ignorabatur in paradiſo, vbi ſtabat Chriſtus, quia in paradiſo ignoratur nomen auari amatoris mundi & diuitiarū plus quam Dei. *Amen dico vobis, neſcio vos.* Sed in hoc mundo qui eſt totus fumus, & in inferno qui eſt ignis bene cognoſcitur dies auarus: ſed Lazarus pauper & Paulus Apoſtolus, & ſimiles bene cognoſcuntur in paradiſo, quia vt ait idem Paulus, *Noſtra conuerſatio in cœlis eſt*, ad dandum intelligere, quod iudicium Dei non eſt ſimile iudicio mundi, quia ſecundum Ieremiam cognitiones meæ non ſicut cognitiones veſtræ, quia tantum diſtant ſine comparatione, quantum diſtat cœlum à terra: quia paupercula mulier videns aliā caudatam mulierem, & bene indutam, credit illam fore fœlicem: ſed errat, quia parum durat in diuitiis illis. Alia ratio eſt, quia etiam damnati ignorantur in hoc mundo, quia ſi tu mulier ſcires maritum tuum, aut parentem eſſe in inferno, tu nullum bonum diceres aut faceres pro animabus illorum, & ſic tolleretur illud bonum tibi, vel illis, qui ſunt in purgatorio, vel ſi tu ſcires malum ſaluari, tu faceres malum, putans te poſſe ſimiliter ſaluari. Item ille dies, fuit ille de quo loquitur Luc. 12. qui aiebat, *Anima mea multa bona habes poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Et dixit illi Dominus: Stulte, hac nocte repeto à te animam tuam. Quæ autem paraſti, cuius erunt? Homo enim theſaurizat & neſcit cui, & moritur, & ſepelitur in inferno*, & poteſt hic loqui de vno Lazaro, qui fuerat paulo ante quam Chriſtus loqueretur iſtam parabolam. Tolle ſecundum ſtatum periculoſum iſtius diuitis. Vnde nota quod in aquirendo, & cumulando diuitias homo talis expectat magnam ruinam. Paulus, ait. *qui volunt diuites fieri incurrunt in magnas tentationes, & in laqueum diaboli.* Item in tenendo diuitias eſt periculum, quia qui vult effici dies, eſt in periculo faciendi illicitos contractus propter vſuram ad terminum vendendo, quia in mercatoribus ſecundum curſum præſentis temporis alterum de duobus neceſſarium eſt, aut quod pauperes fiant, aut quod diabolus eos portet: quia ſi volunt fugere vnum laqueum, oportet quod cadant in alium, iuxta illud,

Luc. 12.

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.

Vnde oportet quòd diuitiæ à principio ſint bene acquiſitæ, & quod in medio ſint bene viæ, & quod in fine ſint bene dimiſſæ, id eſt, quod relinquas tali de quo ſis bene contentus. Tertius ſtatus eſt pompoſus: & nota bene omne verbum, quia *induebatur purpura & byſſo.* Duo ſunt veſtimenta ſcilicet intrinſecum & extrinſecum. Byſſus eſt ſpecies lini ſubtiliſſimi albi, & ſignat intrinſecam pompam. Purpura autem ſignat extrinſecam pompam, quia non vult Deus quod tu cures tantum de corpore quod obliuiſcaris de anima, vnde ſi tu tantum curas veſtire illud corpus putridum, quare non curas etiam de anima, quia nunquam veſtis animam veſte alba purificata lauacro confeſſionis. Nonne ait Dominus, *Mundi eſtote, quia mundus ſum ego*, & nota quod non eſt peccatum mundare corpus ſed animam etiam debet magis mundari, quia non debes peius tractare animam quàm corpus, quia ſi domina tenetur pro ſerua, & ſerua pro domina, non eſt iuſtum, quia bene licet tractare ſeruam, ſed domina debet melius tractari. Abundantia enim veſtium eſt ſignum intrinſecæ vanitatis, & qui habet curam veſtium, non habet curam animæ ſuæ, & qui ſolum attendit ad ſe ornandum, neceſſe habebit obliuiſci de anima. Vnde Eccleſ. 18. *Amictus corporis & riſus dentium & inceſſus indicat hominem*, quia per habitum caputij, & veſtium comprehenditur prudentia & modeſtia, vel vanitas & intemperantia animi, quia ſi caputium eſt fractum & tibiæ ſeu caligæ bipartitæ & veſtis inciſa, tale eſt cerebrum, quales ſunt veſtes & habitus; & ita eſt laniata anima illius ſicut caligæ & veſtes, quas portat. Aliud ſignum eſt riſus inordinatus. Alius eſt greſſus, quando quis vadit ſe vertendo & occupat totam viam. Quartus eſt ſtatus guloſus, ideo ſubdit, *epulabatur ſplendide*, id eſt, de multis ferculis, & diuerſorum generum. Vnde Iacob. 5. *Epulati enim eſtis ſuper terram, & educaſtis corpus veſtrum in rabie luxuriæ*, & Bernardus, opus eorum in terra & mari ambitioſa fames, quæ omnia fiunt propter gulam. Quintus eſt ſtatus ruinoſus, ideo ſubdit, *quotidie* vltra decentiam ſuæ conditionis, quia eſt peccatum. Tanto enim magis aggrauatur peccatum; quanto magis continuatur & frequentatur. Semel quidem in anno inebriari, aut crapulari, peccatū eſt: ſed hoc repetere decies eſt adhuc grauius peccatum. Sed & quotidie inebriari, & crapulari, hoc grauiſſimum eſt. Vlcus enim quod continue ſcalpitur, continue fit peius. Vnde de adulterio, dicitur in canonibus: Nihil grauius adulterio, quod volens gloſſa declarare ait: Grauius quia ſæpius: frequentatio ergo peccati facit hominem ruinoſum. Sextus ſtatus eſt ambitioſus, ideo ſubdit, *ſplendide*, quia non ſufficiebat ſibi comedere in paropſidibus ligneis, ſed in argento & auro.

Iacob. 5.

Bern.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS.

De pauperis vitioſi tribulatione.

Iuxta ſecundū myſterii tres veritates cōtrarias ſtatui præcedenti notantur.

VOlue modo manum, & vide 2. myſterium pauperis virtuoſi tribulat, in quibus verbis Euangelij quantum pertinet ad pauperem virtuoſum, nota tres veritates contrarias ſtatui iſtius diuitis glorioſi. Prima paupertas. Secunda humilitas. Tertia patientia, quæ tria ſi pauper non habet, perdit omnia. Ecce paupertas, cum dicit *mendicus*, & dicitur mendicus, quaſi manu indicans, quando eſt ita afflictus quòd non poteſt loqui, & porrigit manum indicando ſuam neceſſitatem. Humilitas, cum ſubdit, *& iacebat ad ianuam diuitis*, puta nō ſuper ſtrato aut tapetis, ſed ſuper terra, & in luto, inſtrata extra terram ad ventum, & pluuiam & ſolem, & omnia incommoda ſufferebat, & hoc ſignat humilitatem iacere in terra: humilitas enim ab humo dicta eſt, quia ſicut humus eſt infimum elemētum, ſic humilitas in ſua natura eſt infima virtus: licet eius effectus ſi altiſſimus. Patientia, cum additur, quod erat *vlceribus plenus, cupiens ſaturari*, non de magnis ferculis, ſed *de micis, quæ cadebant de menſa diuitis*, & ſupererant canibus *& nemo illi dabat*, non eſt mirum, quia omne ſimile appetit ſibi ſimile. Nam bonus eſt contrarius malo, & luxurioſus honeſto, &c. Ideo in domo diuitis guloſi canes magis compatiebātur Lazaro, lingentes eius vlcera quàm viri illi, quia mali erant, & odio habebant pauperem Chriſti.

TERTIA PARS PRINCIPALIS.

De vtriuſque iuſta retributione.

Iuxta triplex myſterii de retributione pauperis Lazari tria præmia notantur.

SEquitur tertia pars, ſcilicet vtriuſque diuitis & pauperis iuſta retributio. Nota ergo præmia, quæ dantur pauperi correſpondentia ſuis meritis, & contraria miſeriis diuitis. Primo diuitiæ paradiſi contra paupertatem. Secundo gloria paradiſi propter ſuam humilitatem.

Digitized by Google

litatem. Tertio visio Dei in sinu Abrahæ propter eius patientiam.

Primo ergo ait, *factum est vt moreretur mendicus*, & non dicit sicut in diuite, de quo dicit, *mortuus est autem diues*. Nam *pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*, quibus dantur diuitiæ vitæ æternalis, vnde diues tantum fecit, quod non dando comedere Lazaro mortuus est mendicus, & per diuitem non defuit quin Lazarus fame moreretur, licet non fuerit sic, sed moriendo transiuit de hoc mundo doloroso ad cælestes diuitias: ita quod Lazarus non est mortuus ante tempus, quia regula est quod nullus bonus moritur ante tempus, quia boni sunt pleni dierum, sicut Abraham, Isaac & Iacob. Vnde Psalm. *Conuertetur populus meus, & dies pleni inuenientur in eis*, & alibi: *Videas filios filiorum tuorum*, sed mali communiter moriuntur ante tempus. Secundo ait, quod *portatus est mendicus ab angelis*. Ecce præmium secundum, propter humilitatem suam. Vnde nota quòd non dicit quod anima portaretur, sed Lazarus: non tamen in corpore sed illud dicit duplici ratione. Prima ratio, quia signat resurrectionem gloriæ, quando in die iudicij resurgemus cum anima & corpore per figuram, quæ dicitur synecdoche, quando totum accipitur pro parte. Alia ratio, quia ecclesia tenet quod anima beatorum iam sit cum corpore in paradiso, quia est certa de resurrectione, & quod corpus per idem est ac si iam esset vnitum cum anima per resurrectionem, vnde in litaniis ecclesia dicit: *Sancte Petre, ora pro nobis*, ita quod dicit quod sanctus, & non anima sancti oret pro nobis. Item nota quod dicit angelos portare illam animam, dic, id est, associabant ad instar vnius sponsæ quando associatur ad sponsum, quia bene sciret & posset ire, sed propter honorem associatur. Tertio ait, quod *locatus est in sinu Abrahæ*, propter eius patientiam, ad instar patris tenentis filium: ad notandum quod ante Christum etiam qui moriebatur in gratia non poterat videre Christum facie ad faciem, nisi contemplando, sicut contemplabatur S. Paulus, quando fuit raptus, ideo dicit in sinu Abrahæ, quia Lazarus, & cæteri S. Patres in illo tempore poterant contemplari Deum, sed non videre eum. Et vocabatur quies in sinu Abrahæ per contemplationem, est & sinus Abrahæ confinis visionis vitæ æternæ, quia quando Christus ascendit ad cœlos, & glorificatus est, tunc de contemplatione viderunt Deum. Modo videamus 3. præmia diuitis, pro demeritis suis. Primum est dolor contra suas diuitias. Secundum confusio contra eius superbiam. Tertium horror contra eius delicias. Primo doluit de diuitiis, & nota bene quod diues habet quatuor dolores. Primus dolor est in moriendo, cum ait, *mortuus est diues*. Sed qualiter mortuus est? Ego imaginor quod iste diues mortuus est, quando erat bene ebrius, & dicebat, *anima mea habes multa bona, quiesce, comede & bibe, & illa nocte subita morte veniente, sepultus est in inferno*. Vel mortuus est sicut vnus diues auarus, non habens vxorem, nec filios, sed solus existens, qui habebat tres fratres, & nunquam dederat eis aliquid de suo, nec volebat quod ipsi haberent aliquid de suo, nec in vita, neque post mortem: accidit autem quod infirmatus est, & nullum habebat famulum & erat ita miser, quod moriebatur fame, vnde aliquæ vicinæ visitantes eum, suaserunt sibi quòd reperiret aliquam fidam senem, quæ seruiret sibi, & cognoscentes eius naturam nominauerũt sibi vnam miserrimam conformem suæ naturæ, quæ placuit sibi. Et vocata sene ordinauit sibi quod emeret vnam gallinam, & sic dabat sibi quartam partem tantum in die. Iste peiorauit & recusabat volentes ire ad ipsum, ne spoliarent ipsum. Isti fratres tenuerunt modum loquendi illi seni, & dixerunt quod faceret illum confiteri. Illa persuasit sibi quod confiteretur. Ille respondit: ah non moriar. Altera die peiorat & isti instant cum vetula, vt confiteatur, & ille semper dicit se non moriturum. Tandem incipit incrassari lingua, & sic non vult confiteri. Altera die totaliter amisit loquelam, & quia illi ordinauerant vetulæ quòd dum esset prope mortem notificarent sibi, ipsa dixit eis quod ille amiserat loquelam. Illi ergo ceptis multis portitoribus intrauerunt cameram, & maior iuit ad lectum dicens: Quomodo valetis, & ille auarus adhuc boni intellectus non poterat respondere, sed hinc inde aspiciebat, ne aliquid auferretur. Et ille incœpit eum hortari verbis dicens, non timeatis: bene liberabimini, & ille annuebat capite quod sic. Interim iste iuuenis ponit manum sub ceruicali & accepit claues, & ille auarus volens clamare non poterat, sed mutizabat annuens, quod inde recederet, sed ille clausa vetula in quadam camera introductis fratribus aperuit arcas & capsas vndique plenas, & vidente illo auaro, & gemente, & pleno omni anxietate & dolore, quia videbat sibi eripi bona, & non poterat obuiare, acceperunt omnes denarios eius & vasa argentea, & fecerunt plurimas salmas, & vocatis portitoribus omnia miserunt ad domum suam, & dum nil foret mittendum, nisi lectus super quo iacebat ille moriens, posito illo super paleis extraxerunt lectum de subtus & miserunt domum, & quia suasione medici iste habebat in pedibus vnum par caligarum nouarum coccinei coloris & deliberatione facta inter eos vnus accipit vnam caligam, & alter aliam, & extrahentes caligas de tibiis simul & semel, isti extrahebant caligas, & diabolus extrahebat animam, & in illa miseria & cum illo dolore senex auarus mortuus est. Vnde exinde dicitur quando aliquis moritur: *il a tiré ses chausses*. Ecce eius primus dolor, quia dimittit diuitias. Secundus dolor est in sepeliendo, quia cum magna confusione sepultus est in inferno, & sicut corpus vndique conculcatur terra, sic anima vndique conculcatur doloribus inferni. Vnde Psalm. *dolores inferni circundederunt me*. Et nota quod iste diues non dicitur damnatus propter vsuras, sed quia male vsus est diuitiis suis, non erogando pauperibus. Quid ergo fiet de vsurariis, prædonibus, furibus, & male contrahentibus? Et nota quantum interest inter mortem diuitis, & mortem pauperis, quia accidit in his sicut de accipitre, & gallina, quia nobilis homo educat accipitrem cum magna industria portando in pugno, seruiendo sibi, pascendo eum, poliendo caudam & supportando eum in omnibus, vt fiat domesticus, & portat eum omni mane ad missam & ad prædicationem, vt fiat magis deuotus, & aptat eius alas, & breuiter in omnibus est sibi subiectus. Sed gallina licet faciat oua, & sit vtilis, tamen in eius vita semper est spreta si vadit in coquinam expellitur, si ad mensam expellitur si cantat est fastidiosa, & nunquam pausat, & pueri & famuli in omnibus ipsam vilipendunt, tandem cum venit in fastidio interficitur, sed in eius morte tota familia gaudet. In morte vero accipitris secus, quia proiicitur in foueam, gallina vero cum lætitia reconditur in sinu Domini sui, & incorporatur sibi, & fit caro & sanguis Domini sui. Ita in anima pauperis accidit, vt fiat diuina participatione caro & sanguis dilecti Iesu, & in vita spernitur, in morte vero vadit ad mensam agni prouidi scilicet Dei, & diues proiicitur in foueam infernalem. Tertius dolor est in videndo, & non erat paruus dolor diuitis videndo se habuisse tot bona in mundo, & nunc esse in pœnis inferni, & videndo Lazarum quem spreuerat in mundo esse in sinu Abrahæ in tanto gaudio paradisi, vnde eleuans oculos suos, cum esset in tormentis, vidit, Abraham à longe, & dicit à longe propter id quod infra dicetur, *inter nos & vos est magnum chaos*. Et hoc ad eius confusionem Deus voluit quod in tanta sua pœna videret Lazarum glorioſum, vnde Gregorius dicit, quod Deus permittit, quod vsque ad diem iudicij damnati videant beatos

Psalm.

Tria præmia diuitis pro demeritis suis.

Diues habet quatuor dolores.

Gregor.

Digitized by Google

beatos in gloria gaudentes cum afflictione & inuidia, imò & sancti, secundum Doctores semper videbunt,& continue vident damnatos: Sed post resurrectionem damnati propter eorum plurimas pœnas non videbunt sanctos, & damnati vltra proprias pœnas affliguntur propter fœlicitatem beatorum. Iunge quartum dolorem sensûs. Vnde clamabat, *pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua*, &c. Et dicit, *pater*, captando beneuolentiam,sed parum prodest, & bene dicit *Abraham* per naturam, quod descenderunt multi ab eo, &c. *vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma*, sed quare non petebat maiora, bene petiisset maiora, sed desperabat obtinere, sed quæ fuit causa huius petitionis, & potuerunt esse tres. Prima erat inuidia, vt mittendo Lazarum, ipse Lazarus interim recederet ab illa gloria, & non esset ita tribulatus videndo gloriam Lazari. Secunda ratio,quia leuando Lazarum ab eius consolatione, minueretur eius pœna. Tertia ratio, quia refrigeraret modicum eius linguam. Et nota quod iste diues murmurauerat contra illum pauperem, in hoc mundo, ideo in eo in quo deliquerat,puniebatur, scil. in lingua,vnde considera mundum suarum pœnarum. Et ad intelligentiam nostri Euangelij considero,quod quãdo Lazarus mortuus est,fuit præsentatus coram Deo, dicens, Domine ego fui multum tribulatus in mundo, quia sum mortuus fame?dixit Deus,qualiter hoc?dixit Lazarus,vnus diues auarus abutens diuitiis suis in quotidianis epulis, dimisit me mori fame, & tunc credo quod Deus dedit potestatem diabolo, vt ipsum diuitem corã throno suæ maiestatis præsentaret,& quod obediens diabolus illam diuitis animam subito euulserit de corpore, & coram Deo repræsentauerit, & Deus dixit, veni miserrime.Iste meus seruus valde conqueritur de te, quod dimiseris eum mori fame,& istud probat per scripturam sacri Euangelij, quæ non mentitur. Nam diues iste fecit multa mendacia, & primo dicit se excusando, Domine, tunc cum mortuus est, ego non eram in ciuitate illa, dicit Lazarus, quomodo potest dicere hoc, quia euangelium dicit, *erat*. Et videns quòd non poterat negare hoc, dicit aliud mendacium, Domine ego habebam magnam familiam: dicit pauper imò scriptura dicit: *Quidam*, & sic erat ipse solus, dicit diues aliud mendacium, ego eram pauper, quod vix poteram mihi sufficere, dicit pauper, cum euangelium dicit contrarium, quia dicit *diues*. Cum videbas ipsum nudum,quare non induebas: dicit diues, ego non habebam nisi vnam vestem pro me, dixit Lazarus, imò dicis mendacium, vide librum, quia dicit quòd induebaris *purpura & byſſo*,replicat Deus: quare saltem non dedisti ei semel prandium? dixit diues,vix habebam pro me,respondit Lazarus, tu dicis magnum mendacium, imò quando veniebas domum cum societatibus, tu respiciebas alibi causa non videndi me, *& epulabatur*, Deus, vides modo, quia tu dicis mendacium, dicit diues, ô ego epulabar quandocunque, sed raro,dicit Lazarus,imò *quotidie*, dicit Deus quare ergo non dabas sibi aliquid? dicit diues, licet ego epularer quotidie, quid credis: ego tamen viuebam pauperrime & parce, imò dixit Lazarus, tu mentiris, quia scriptura dicit *splendide*, auro & argento, & nitidis pannis, & tapetis, & ego Lazarus iacebam ad ianuam tuam, dixit Deus, ô mendax,si iacebat infirmus, quare non faciebas sibi mederi? Respondit diues, ipse nullum habebat malum, imò dicit Lazarus, ego eram *vlceribus plenus*, dixit Deus,vade crudelissime,non reperio in te fore aliquam charitatem, quia bene credo quod mortuus sit ex tua culpa, dixit diues. Domine quia isti mendici vadunt quærendo ostiatim & affluunt multis eleemosynis, ego credebam ipsum fore de illis. Inquit Lazarus, imò ego *desiderabam saturari de micis, quæ cadebant de mensa tua*,dixit iterum Deus, ego non reperio te exercuisse aliquam pietatem in eo, tu es peior quam canis, dixit Lazarus, vos verum dicitis, quia & canes magis compatiebantur mihi quia veniebant,& *lingebant vlcera mea*, & exercebant cum lingua sua illam pietatem, quam poterant versus me, dixit Deus concludendo, *factum est ergo vt moreretur iste mendicus* propter te, & bene ac iustum est, *vt portaretur ab angelis in sinu Abrahæ*, & modo recipiat gloriam in præmium suorum laborum, & tu sepelharis in inferno, à quo custodiat nos Deus per suam misericordiam, Amen.

Exemplum.

Tres causæ petitionis diuitis à Lazaro.

FERIA SEXTA POST II. DOminicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore bene conuersante tres præcipuas habet partes de differentiis conuersantium.
Prima pars principalis.
De conuersatione bonorum cum bonis, quæ est optima.
Secunda pars principalis.
De malorum cum malis consuetudine & hæc pessima.
Tertia pars principalis.
De varia, quando scilicet boni conuersantur cum malis, & econtra.

De amore bene conuersante.

Sermo XVII.

ET *misit illum in villam suam, vt pasceret porcos.* Luc. 15. cap. & in Euangelio hodierno. Filius prodigus missus fuit pascere porcos quia consumpserat sua viuendo luxuriosè. In quo sacro eloquio elicitur amor bene conuersans, & sunt tres differentiæ conuersantium. Prima est conuersatio bonorum cum bonis, & hæc est optima. Secunda est malorum cum malis, & hæc est pessima. Tertia est econtra, scil. quando boni conuersantur cum malis, & mali cum bonis, & ista est varia.

Luc. 15.

Circa amorẽ cõuersantem tres sunt differentiæ conuersantium.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

De conuersatione bonorum cum bonis, quæ est optima.

ACcipe primam conuersationem, scilicet bonorum cum bonis, & ista est optima conuersatio, & primo probo triplici ratione. Prima ratio est, quia bonus cum bonis conuersando potest melius operari. Secunda ratio est, quia malum potest habilius euitari. Tertia ratio est, quia in bono potest melius perseuerari. Dico quod prima ratio est, quia bonum potest melius operari, quia melius possunt duo quam vnus, & sic de pluribus. Item potest quis melius labores sustinere bene viuẽdo cum pluribus bonis quam per solum. Item possunt melius scire, quia plus sciunt plures quàm vnus. Item plures melius volunt, quia vnus inuitatur per alium, & vnus capit exemplum ab alio. Secunda ratio est,quia malum potest melius euitari quam in solo, quia in solo non est scire ita promptum, nec velle, nec potest ita bene perseuerare vnus solus, sicut in bona societate vnus adiuuat alium. Tertia ratio, quia in bono potest melius perseuerari declinando à malo,& faciendo bonũ, perquirendo pacem & fugiẽdo rixas: probatur etiam per auctoritatem Eccl. 4.

Conuersatio bonorum cũ bonis est optima pro triplici ratione. Prima.

Secunda,

Tertia.

Digitized by Google

Eccl. 4. Gen. 2. Hiero. Eccl. 4. cap. *vae soli, quia si ceciderit non habet subleuãtem. Et non est bonum homini esse solum, faciamus ei adiutorium.* & Hieron. in decret. in epistola ad Rusticum: primum quidem tractandum est, vtrum solus in monasterio conuersari debeat, nam hodie est magis via periculosa stare solus in deserto, vel in eremitorio solus, quia hodie dæmones sunt subtiles. Item quia homines non ita constantes, nec sciunt ita bene se regere, & multoties credunt ire in syluam, vt efficiantur eremitæ, & cadunt & postea reuertuntur ad stipendia & efficiuntur peiores quam primo erant: vnde credunt quandoque bene facere & male faciunt. Vnde Hiero. dicit, si vis seruire Deo, debes primo videre viam per quam debes ire: itaque stare solum est periculosum, quia nulla ars est difficilis ad discendum quàm ars seruiendi Deo, quia si ars manualis, stando cum vno magistro citius addiscitur quàm à seipso: ergo oportet quòd etiam tu habeas bonam societatem, vt discas seruire Domino, licet habeas bonam voluntatem, quia socius dabit tibi viam solidam & regulatam, vnde mihi places quod stes in societate, & caueas intrare viam, quam nũquam intrasti, & habeas bonam societatem, quia tu vides per experientiam, quod plures melius defendunt castrum quàm vnus solus, & melius ac leuius portant vnum pondus quàm vnus solus. Et Matth. 18. c. *Vbicunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum.* Vnde Dauid volens videre, si quid esset in hoc mundo, quod posset assimilari paradiso, contemplando dicit, *quia mirabilia sunt opera tua domine, quæ posuisti in abscondito,* & dixit: *Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio in idipsum,* & considerauit statum Regum, & Principum, & non est similis paradiso, quia quandoque isti reges, & domini expelluntur. Item quandoque putantur felices apud pauperes videndo principes, vel diuites fore fœlices, & intrinsecus vtuntur doloribus, & rancore, & peius habent quàm pauperes. Item considerauit omnia ista bona temporalia, & status, & conditiones totius humanæ naturæ, & nullam reperit in hoc mundo similitudinem cum paradiso, nisi in bona societate, & conuersatione. Psalm. *Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum*, quia ibi sunt omnia bona, scilicet bona voluntas, bonum scire & bene operari. Vnde Ambros. dicit: Habe conuersationem bonorum, quia cum eis habebis bona, quia cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, & vide stellæ quàm pulcherrimæ qualiter concordant in obediendo suo creatori: & est commune vulgare, Ego nollem esse solus in paradiso: & vides corpus qualiter est plenum ossibus, & omne os habet suam virtutem, & similiter anima habet singulares virtutes sibi, quemadmodum ossa habent suas singulares virtutes, quæ virtutes animæ appropriatæ sunt virtutibus ossium: & vides quod quantumcunque minimum os male stat sine aliis: similiter vides in regimine mundi, & in bene viuendo vnus subalternatur alteri, quia nec Papa; nec Imperator possunt facere sine aliis, ad dandum intelligere quòd quilibet eget bona societate. Vnde Ioan. Climacus dicit, quod quando vnus solus equus vadit, vadit piger: sed quando est in societate, visus aliorum, & pedum strepitus dant sibi vigorem: similiter in societate plurium peregrinorum vnus propter alium melius peregrinatur: similiter si tu es in vna bona societate, tu magis proficis cum vna modica bona voluntate quàm vnus alius optimæ voluntatis solus, quia vnus docet alium, & inuitat ac inducit, & imprimit voluntates alterius ad bene agendum, orandum, & operandum.

Casus proponitur.

Matth. 18. Psalm.

Psalm.

Ambros. Multorum impiorum societas vtilissima.

Ioan. Clim.

Secvnda Pars Principalis.

De malorum cum malis consuetudine & hæc est pessima.

Status vel conuersatio malorum cũ

VIde secundam conuersationem malorum cum malis, & ista est pessima, & probo primo per rationem, quia si sunt plures mali in vna societate procliues ad faciendum malum, & vnus habeat modicum cõsilium in faciendo aliquod malum, alius habebit aliud modicum, alius aliud modicum, & vnus docebit aliud. Vnde reducendo omnia ista consilia in vnam pessimam voluntatem, erunt sufficientes ad omne malum, & hoc tam in cognoscendo & sciendo, quam volendo, & operando, & virtualiter faciendo omne malum: quia quod vnus ignorat, non vult, aut non potest, alius scit, & docet, hortatur, vult, potest & coadjuuat: & licet sit vnus bonus & bonum sciat, alij idipsum faciunt obliuisci, & vnus pro alio scit, vult & facit melius omne nefas. Et probo etiam per auctoritatem, maximè in tribus peccatis vltra alia regnantibus scilicet luxuria, auaritia, & superbia. Vnde Dauid, *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem:* & dicit *operamini*, & non qui operati estis, quia in illo qui operatur, est magnum periculum: sed in illo qui operatus est, potest esse bonum & malum, intellige qui non operatur. Et dico quòd maxime in iis tribus peccatis, qui est & vult esse contaminatus, noli eum impedire. Vnde Salomon: *Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea*: & luxuria potest dici pix, quia nigra & coinquinatiua, Isaias, *Conuertetur plunia eius in picem, & cor eius in ignem*, quæ est luxuria, & facit hominem infamem. Similiter in superbia. Vnde Salomon, *qui communicat superbo, coinquinabitur à superbia.* Fui in vna ciuitate, in qua venit vnus dominus cum sua comitiua superba, qui portabant caputios oblongos & inde ad paucos dies omnes iuuenes illius ciuitatis, qui honestissimos ante caputios portabant, incœperunt portare etiam suos illo modo, & illud non processit, nisi à superbia. Similiter in auaritia si conuersatus fueris cum auaro, vidēdo diuitias, & modos suos, efficieris auarus, & peruersus. Nam peruersus est os versum. Vnde *cum peruerso peruerteris*: tu vides, quod erunt duæ res, quæ simul comestæ nocebunt, sed separatim comestæ non nocebunt, propter earum malitiam simul mixtam, & communicatam, quarum malitiæ simul inuentæ fortificant malitiam suam & necant hominem, & tamen separatæ non necabunt, si comedantur, volui scire causas tantorum homicidiorum commissorum in Lombardia, & in aliis partibus vbi fui, & habui homicidas, qui dixerunt quod non habebant voluntatem occidēdi, nec præcesserant causæ, sed propter malam conuersationem, & malas societates interfecerant aliqui ipsorum vltra trecentos homines, & stuprauerant infinitas fœminas, & postea ipsas occidebant, & si grauidæ erant pueros extrahebant ex ventribus ipsarum. Item pueros natos eijciebant, & collidebant in muros capiendo per pedes, & percutiebant eorum capita in muro & exanimabant pueros, carnes Christianorum vendiderant ad lanienam, & aliqui emebant, & comedebant de ipsis, domos infinitas cremauerant & arua vastauerant: & dixit mihi ille ostendendo magnum ædificium, quod si illud foret plenum, moneta non persolueretur pro damnis per eum factis, & pro rebus ignitis, & vastatis. Vnde dixi quòd teneret certos modos, quos si tenebit spero quòd misericordia Dei dabit sibi gratiam, reuersus est ad laborandum: & dixit mihi postea quòd si modo lucratur quinque solidos, videtur sibi quod efficiantur ducati, vbi primo non poterat tantum prædari, & lucrari, quin dilapidaret & omnia illa dixit processisse propter malam suam societatem.

malus est pessima.

Psalm.

Tertia Pars Principalis.

De varia, quando scilicet boni conuersantur cum malis, & econtra.

Conuersatio malorum cũ bonis potest

TErtia pars principalis est tertia conuersatio scilicet malorum cum bonis, & hæc potest fieri dupliciter, quia aut bonus conuersatur cum malo, vt ipse malus efficiatur

Digitized by Google

fiuri duplicitor.

efficiatur bonus: Aut malus conuersatur cum bono, vt peruertatur bonus. Primo casu laudabile est in iis, qui perfecti constantes sunt. Secundo casu periculosum est valde & maxime in iuuenibus: & ratio, quia homo est fragilior & pronior ad cadendum, & faciendum malum quàm bonum, & ideo leuius bonus conuersando cum malis efficitur similis malo quàm econtrario, & quandoque peior. Item quia facilius quis descendit quàm ascendit. Vnde Eccl. 2. cap. *Derelinque iniquum & discedent à te mala.* Gregor. super Ezech. in Homilia dicit: Infirmi debent consortia euitare malorum, & loquitur de iuuenibus, & assignat exemplum naturale, quia tu vides quòd conuersando cum leprosis, eorum flatus, vel tactus contaminat conuersantes secum: simile accidit in conuersatione bonorum cum malis, quia efficiuntur mali: Sed admiror de vno, quia non recordor de conuersatione nostrorum vidisse aliquem leprosum: & ratio est, quia bona conuersatio non dimittit, quia subito remedia adhibet. Vnde Apoc. 9. c. vbi Ioan. *vidit similitudines locustarum similes equis paratis ad prælium, & sextus Angelus tuba cecinit, & vidit tot equos, & qui sedebant super eos habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore ipsorum procedit ignis, & fumus, & sulphur.* Equi sunt iniqui homines à diabolo equitati, os leonum mordax & vorax. Ignis significat auaritiam, fumus significat superbiam, sulphur significat luxuriam. Vnde nota quod tres partes sunt in mundo, scilicet perfecti, qui non dimittunt se contaminari: alij sunt puri, & periculosi sunt in conuersando, quia de facili contaminantur à malis. Alij sunt mali cum malis, & ista est pessima conuersatio. Vnde Salomon in Prouerb. 16. c. *Qui graditur cum sapientibus, sapiens est:* & in conuersando cognoscuntur homines, amicus stultorum, similis efficitur, quia cum scelerato nunquam addisces bona. Petrus conuersando & standō ad prunas cum malis, abnegauit Christum, sed recedendo ab illis malis societatibus & exeundo foras, Christus respexit eum & conuersus est. Illud accidit propter malam societatem quæ ibi erat. Adam propter Euam ruit. Angeli mali propter Luciferum ceciderunt, & sic de multis aliis tota die videmus homines, qui propter malas societates publice condemnantur. Itaque vitemus malas conuersationes, & societates malas, vt vitemus mala, & cum bonis conuersemur, vt efficiamur boni & prosequamur virtutes, quibus mediantibus Dei gratiam reperiamus qua mediante taliter proficiscamur in vita præsenti, vt ad cœlestem patriam perducamur; quod facere dignetur omnipotens Deus per suam misericordiam. Amen.

Eccles. 2. Gregor.

Apoc. 9.

Tres sunt partes in mundo.

Prou. 16.

SABBATHO POST II. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore amplexante continet tres precipuas partes.

Prima pars principalis.
De lapsu peccatoris criminosi.
Secunda pars principalis.
De relenatione status gratiosi.
Tertia pars principalis.
De displicentia mundi & dæmonis inuidiosi.

De amore amplexante.

Sermo XVIII.

Luc. 15. Hæc est materia singularis ad hortandū peccatores ne desperent de Dei misericordia vbi tractatur de amore amplexante, de quo tria mysteria notantur.

ET *misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius & osculatus est eum.* Luc. 15. c. Hæc est materia singularis ad hortandum peccatores desperantes de misericordia Dei. In quibus sacris verbis tractatur de amore amplexante elicito ex euangelio hodierno ibi, *Et occurrens cecidit super collum eius*, &c. In quo notantur tria mysteria. In primo notatur lapsus peccatoris criminosi. In secundo notatur releuatio status gratiosi. In tertio notatur displicentia mundi, & dæmonis inuidiosi.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

De lapsu peccatoris criminosi.

Nouem gradus seu status labentium in peccatis.

DIco quod id in primo mysterio notatur lapsus peccatoris ruinosi. Vnde notandum quòd sunt nouem gradus, seu status labentium in peccatis. Primus est velle labi, & sequi appetitum suæ propriæ voluntatis. Secundus est velle sequi & perseuerare in sua propria volūtate. Tertius est se à Deo separare, & elongare. Isti gradus pertinent principio, idest incipientibus mala facere. Quartus est in concupiscentiis mundi latè & sine freno se laxare. Quintus est gratias à Deo datas dissipare. Sextus est in concupiscentiis, & voluptatibus mundi magis vtendo fœtescere. Isti tres status pertinent medio, scilicet proficientibus in malo. Septimus est omni miseriæ se subiicere. Octauus est omne miserum & vilissimum opus exercere Nonus est se in fine delusum reperire. Isti tres respiciunt finem & consummationem vitæ hominis peccatoris.

Dico, quod primus status lubricandi in peccatis est, secundum suam propriam voluntatem & appetitum labi, sicut fecit iste prodigus. Vnde dicit, *Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit.* Vnde tu vides, qualiter iste adolescens quærit emancipari & sequestrari à patre, vt possit latè sequi suam propriam voluntatem & libertatem: & nota in hoc Euangelio, per patrem intelligi Deum, qui est pater creatione & & redemptione: mater est virgo glorioſa, filius prodigus significat malum hominem, filius verò bonum hominem, filius adolescentior est iuuenis insensatus, non credens patri, neque matri, vetulis & expertis in mundo, quia in antiquis est sapientia: vnde prouerbialiter dicitoler. Qui non credit suæ matri vetulæ, per cruta cadunt sibi fœces fœtidæ. Vnde iste adolescens dum incœpit conuersari cum discolis, & malis societatibus, videns alios socios suos portare vestes fimbriatas, & caputios nouis modis & caligas à scissa tibia torta, & in omnem labem lasciuiæ, fuit à sociis promotus ad petendum portionem suam, vt ipse libere posset facere propriam voluntatem, sicut & ipsi discoli. Vnde imaginor quod eius mater hoc sentiens dissuasit ei dicens: fili mi, noli petere portionem substantiæ tibi tangentis, quia cum dissipaueris illam cum sociis tuis male viuendo, tu postea non recipieris à patre tuo, neque à fratre, & furaberis, & male capieris, quia qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur, & non attendenti maternis verbis pater sibi dedit partem substantiæ suæ eidem tangentem, *& diuisit illis substantiam*, hæc diuisio est Dei, quia omnes homines sunt filij Dei, & quidam volunt stare cum patre: & sequi voluntatem patris magis quàm suam propriam. Aliqui vero nolunt sequi voluntatem Dei, nec stare cum eo, sed volunt sequi suam propriam voluntatem, sequendo voluptates secundum suum proprium appetitum, & carnalitates. Vnde Eccle. 15. *Fortauit Deus hominem, & diuisit illum in manu consilij sui.* *Eccles. 15.*

Digitized by Google

sui. Si igitur homo facit suam propriam voluntatem, sequendo appetitus suos, tendit deorsum, & descendit: sed si facit voluntatem Dei, tendit sursum ascendendo: te igitur potes faciliter iudicare quòd quando homo sequitur suam propriam voluntatem proprij appetitus, quòd est signum suæ ruinæ, & est principium suæ damnationis. Vnde Bern. in sua quam scribit fratribus de monte Dei epistola, dicit, quod principium perfectionis est non discernere non velle, id est spoliare se propria voluntate, & disponere se obedientiæ superioris, & quod experti non debent, ita dico, experti in via Dei non debent ita de facili recipere vnumquemque in regula, nisi sit bene approbatus, quia etiam si volens ingredi dicit fratribus, si non recipitis me, me interficiam & similia, non est ei credendum, iuxta illud, *Nolite credere omni spiritui, sed omnia probate, quod bonum est, tenete*: nam aliqui veniunt ad religionem cum aliqua mala intentione: & ideo non est credendum, nisi expertis & scientibus regulam, & primo & ante omnia disponentibus abijcere propriam voluntatem, quia principium ruinæ est sequi proprium velle. Sequitur secundus gradus lapsus criminosi, qui consistit in hoc quòd quando quis incœpit secundum suam propriam voluntarem facere, & perseuerat in sua voluntate malefaciendi inchoati, sicut fecit iste adolescens; qui congregatis omnibus sibi à patre datis, &c. transit ad tertium gradum. Tertius gradus est, quia sic perseuerando in via peccatorum elongatur à Deo, & ideo dicit quòd peregrè profectus est, & in regionem longinquam: vnde finge hunc adolescentem fuisse Paduanum, & congregatis denariis ex alienatione substantiæ sibi datæ persuasu sodalium iuit Ferrariam, & ibi emit equos, & fecit sibi zonas fimbriatas cum recamaturis & caputium ad fumacaminum, & caligas à tibia distorta, & dabat sibi bonum tempus in hospitio, deinde iuit in Franciam, & sic *peregrè profectus est in regionem longinquam*: vult dicere quod quando homo sequitur suam propriam voluntatem elongatur à Deo. Vnde Isaias, *Iniquitates propria separauerunt nos à Deo nostro*, quia voluntas est creata vt affectet Deum, & non elongetur à voluntate sui creatoris, sed semper sit sibi conformis, dicendo, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: similiter intellectus est creatus ad hoc, vt intelligat, cognoscat, & contempletur Deum: & memoria, vt recolendo amet suum creatorem, quia iustitia suggerit amare, timere, & intelligere suum creatorem. Vnde Pau. 2. ad Corinth. 6. cap. *Quæ communicatio est iustitia ad iniquitatem, & lucis ad tenebras, & Dei ad diabolum*: qualiter ergo ex obliuione Dei eris cum Deo, & qualiter lux erit vbi sunt tenebræ, & qualiter erit Deus, vbi est diabolus, cum duo detractoria non possint simul stare: cum ergo anima peccat, elongatur à Deo per millia millium milliarium. Quartus gradus est in concupiscentiis sine fræno rationis se laxare, sicut equus sine fræno, quia si rumpitur frænum, hinc inde vagatur discurrendo, & calcitrat, & multoties interficit equitantem, quia non habet frænum, cum quo eum gubernet. Possumus ergo digne æquiparare adolescentem huiusmodi equo, & calcaria malis societatibus: quia sicut calcaria faciunt currere, calcitrare, atque saltare equum, similiter mala societas facit iuuenes dilapidare substantias suas, & male plectere. Sequitur quintus gradus, qui est gratias à Deo datas dissipare, & ideo subdit, *& dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.* Nam substantia animæ nil aliud est, quàm voluntas, memoria, & intellectus, quia homo viuendo luxuriosè, dissipat memoriam, hebetat intellectum, & supponit propriam voluntatem procliuem omnibus lasciuis, & carnalibus desideriis, & sic consumit cito corpus, & senescit, & dissipat virtutes animæ, & sic perdit omnem substantiam suam in hoc mundo, & in alio, vel dissipat substantiam suam scilicet tempus, quod est maioris pretij omnibus aliis rebus mundi, quia tempus tantum valet quantum Deus: quia si diabolus haberet vnum modicum temporis, in quo posset pœnitere, sicut nos, ipse saluaretur & acquireret Deum, & per consequens tantum valet tempus, quantum Deus. Vnde qui expendit tempus luxuriosè, est dignus multa reprehensione, vel substantia est gratia Dei, vel paradisus. Vnde Salomon in Prou. *Qui nutrit scortum, perdit substantiam suam*, scilicet animam, corpus, mundum, scientiam, & famem, & sic perdit omnem substantiam suam id est aptitudinem, quia viuens luxuriosè non proficit sibi neque proximo, neque mundo, neque Deo. Vnde Iob, *Ignis est vsque ad consummationem.* Sextus status est quanto magis vtitur deliciis, & concupiscentiis mundi, tanto magis famescit: quia vitiosius fit insatiabilis, quia peccatum peccatum attrahit, & *abyssus abyssum inuocat*, & quanto magis peccat, tanto magis fit insatiabilis in peccatis, & ideo subdit, *facta est fames valida in regione illa, & incipit egere*: & cū omnia consummasset, eius socij quæsito colore dereliquerunt illum adeo, quod venditis equis, & vestibus viuendo luxuriosè à propriis famulis fuit derelictus, & non habens vnde redimeret panes, cœpit egere. Sequitur modo septimus status, qui est se in omni miseria subiugare, sicut fuit iste prodigus, qui in tantam & tam extremam egestatem peruenit, quòd abijt & adhæsit vni ciuium regionis illius, qui videns quod nesciebat attendere miseriæ, neque equis, nec fore aptum ad mysterium aliquod, nisi ad lasciuias, & procacitates mulierum, &c. sicut assuetus fuerat, intra se dixit, ego prouidebo tibi, sicut mereris. Vnde dicit, *mittam famem super terram illis*, scilicet quibus est appetitus suæ propriæ voluntatis, *quorum Deus venter est.* Sequitur octauus gradus, qui est in omni miseria se exercere sicut iste prodigus, quem dominus suus *misit in villam suam, vt pasceret porcos*: porci enim nihil aliud sunt quam sensus brutales, & iniqui, & qui sequitur propriam voluntatem in voluptatibus se immiscendo sine ratione & inique, pascit porcos iacentes in fimo, sicut est videre libenter inania, audire turpia gaudiosè, gustare vetita, & tangere impudica cum delectatione, &c. Sicut sunt aliqui nobiles curiis dominorum deseruientes, qui committunt omnia pudenda sine fræno rationis. Sequitur nonus status lapsus criminosi, quia talis dissipator gratiarum sibi datarum à Deo vltimo reperit se delusum, & ideo subiungit, *& cupiebat replere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.* Siliquæ sunt cortices fabarum, quæ implent & non saturant, sicut moneta quæ licèt impleat auaros, tamen non satiat eos: sed ad instar ignis est, qui quanto magis ligna reperit, tanto maiorem flammam facit, & magis vrit: ita auari, qui tanto magis vruntur in auaritia, & appetunt quanto plura accumulant: ô anima insensata, quæ pascis porcos tuorum sensuum peccando in cupidine sitis habendi, & auaritiæ, &c. Nonne vides, quod cupiendo mundana recedis à Deo, & vadis in regionem longinquam viuendo luxuriosè, &c.

Bern.

Isa.

1. Cor. 6.

Secvnda Pars Principalis

De releuatione status gratiosi.

Sicut per nouem status anima cadit, ita per nouē alios status releuatur.

ET nota quòd sicut per nouem status anima cadit, & separatur à Deo vt supra dictum est: ita per nouem status releuatur, & redit ad patrem, quorum tres pertinent principio, tres medio, & tres fini. Primus est præteritam vitam considerare. Secundus præteritorum malorum vitam emendare cum feruenti cogitatione. Tertius est cum bona deliberatione pœnitentiam agere. Quartus incipere bene operari. Quintus est paternaliter amplexari. Sextus est se Deo humiliare. Septimus est se virtutibus ornare. Octauus ad domum reuertendo nuptias facere. Nonus est post reuersionē ad

Digitized by Google

domum patris iubilando gaudere,& ibi quieſcere. Dico ergo quod primus ſtatus eſt conſiderare ſuam vitam præteritam. Ideo euangelium ſubdit dicens, *in ſe autem reuerſus dixit, quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus*, &c. Peccator autem in ſe reuertitur quando conſiderando mala quæ fecit, odit ſe ipſum & diſponens ſuam vitam emendare, confidit de miſericordia Dei. Vnde nota ſingula verba, quia ex quolibet verbo Euangelij elicitur vnus dolor peccatoris: Vnde videns ſe in tanta miſeria dicit, *quanti mercenarij*, non dico filij ſicut ſum ego, ſed mercenarij ſunt in domo: non dico in nemore, vel villa, vel ſtabulo porcorum, ſicut ſum ego: & non dico domini talis qualis eſt meus, qui ita male tractat me, ſed patris id eſt cum paterna affectione, & charitate tractantis ſeruos ſuos, & dico mei, non illorum dominorum, qui non habent miſericordiam de ſeruis ſuis, ſicut iſte dominus, cui ſeruio, qui poſuit me ad ſtandum, dormiendum, & comedendum cum porcis, & cuſtodiendum porcos ſuos brutaliter viuendo, & quod peius eſt, ſerui illi *patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo.* Nam panis patris, eſt corpus Chriſti, quod eſt panis Angelorum, ex quo anima ſatiatur: quaſi dicat, dum ego ſtabam in domo patris mei, & ſequebar voluntatem Dei, abundabam panibus Angelorum & gratiis Dei, & eram diues bonorum naturalium, corporalium, & ſpiritualium: nunc recedens à patre meo, & volens ſequi propriam voluntatem conſumpſi omnem ſubſtantiam meam viuendo luxuriose, ſcilicet dona Dei, gratias eius, & reuelationes, &c. Et hic, id eſt iſto modo carnalium deſideriorum, pereo fame diuinorum: ô anima, quæ deuiaſti à domo patris tui, contemplare vitam tuam præteritam, & mala quæ feciſti, & aſcende ſecundum ſtatum. Sequitur ſecundus ſtatus, qui eſt malorum præteritorum cum feruenti cogitatione viam emendare: ideo hoc conſiderans iſte prodigus confidens de paterna miſericordia dixit, *Surgam*, & conculcat omnes cogitationes deſperationis, ponens ſe in ſpe paternæ miſericordiæ, & ſic confidendo tranſit ad tertium gradum. Sequitur modo tertius gradus, qui eſt cum bona deliberatione pœnitentiam agere, quia poſtquam propoſuit vitam malam emendare proponit modo agere pœnitentiam dicens, poſtquam iuero in conſpectu patris mei, dicam illi, *Pater peccaui in cœlum & coram te*, quia pœnitet me feciſſe tot mala, &c. tranſit ad quartum ſtatum. Sequitur quartus gradus ſiue ſtatus, qui eſt incipere bene operari, pœnitens de peccatis præteritis ſurgens per pœnitentiam, & contritionem venit ad patrem totus humilis, & totus famelicus cibo ſpirituali, nudus gratia Dei & diſcalceatus operationibus bonis, & totus anxius intus, & extra feſſus, & afflictus, &c. quod ſignificat animam peccatricem ſurgentem à caſu peccatorum, & conuerſam & pœnitem ac confidentem de miſericordia Dei, quæ proponit amplius nolle peccare, & venit ad patrem, ipſum clamantem, & dicentem, *Venite ad me*, o vos *qui laboratis*, & feſſi eſtis, *quia reficiam vos*, &c. Quintus gradus eſt paternaliter amplexari: vnde ſubdit, *cum autem adhuc longe eſſet* &c. *Miſericordia motus eſt, & occurrens cecidit ſuper collum eius*: quia cum anima cognoſcit ſe peccatricem, & præuenit pœnitendo, Deus pater à longe videns eam redeuntem ad ſe, miſericordia motus amplexatur, & oſculatur ipſam tribus cum miſericordiis: ſcilicet cum miſericordia præueniente, conſequente, & ſubſequente. Prima miſericordia Dei eſt præueniens, & elicitur ex iis verbis, cum autem adhuc longe, &c. Quia nondum plenè pœnituerat, ſed diſpoſuerat ſe pœnitere, & cum anima eſt in iſto ſtatu, immediate ſequitur ſecunda miſericordia, quæ dicitur conſequens, deinde ſequitur ſubſequens, ecce ſecunda. *Et miſericordia motus eſt, & occurrens cecidit ſuper collum eius*, &c. Ibi tertia, *dixit autem pater*, &c. Sicut in Petro, qui poſtquàm abnegauit Chriſtum ter, & Chriſtus reipexit eum cum oculo miſericordiæ præuenientis, *& ſtatim gallus cantauit & recordatus eſt Petrus verbi domini, & exiens ploraſſit*, & pœnitentiam agens conſequutus eſt aliam miſericordiam, deinde aliam. Et ſimiliter in Magdalena quam Chriſtus prædicando, & reprehendendo vitia, *reſpexit* cum iſta miſericordia præueniente, quæ fiendo peccata ſua conſequuta eſt miſericordiam conſequentem, & ſubſequentem. Similiter & Sanctus Paulus, dum Chriſtus dixit, *Saule, Saule, cur me perſequeris.* Et ſimiliter Dauid præuentus eſt. Similiter & Zachæus, qui aſcenderat arborem Sicomorum, vt videret Chriſtum, qui tranſiens vocauit eum dicens, deſcende quia volo eſſe tecum in cœnaculo tuo. Et Matthæo dixit, *veni & ſequere me.* Nam Chriſtus ſtat cruci affixus cum brachiis apertis, & pedibus conclauatis, & cum capite humili, & inclinato ſemper paratus ad recipiendum peccatores, & cum videt eos velle redire ad ſe, infundit gratiam præuenientem, & occurrit ſibi gratias infundendo. Et ideo *occurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum*, dando ſibi miſericordiam conſequentem, quia *iugum meum ſuaue eſt & onus meum leue: vade & noli amplius peccare*, deinde poſt confeſſionem, & contritionem anima quieta conſequitur gratiam & miſericordiam ſubſequentem. Sextus gradus eſt ſe Deo humiliare, quia quando peccator ſe humiliat Deo, dicendo, *Pater peccaui in cœlum & coram te*, eſt ſignum emendationis eius malæ vitæ præcedentis, & dicit, *peccaui in cœlum* propter vilipendium diuini numinis, *& coram te* ſcilicet feci contra tuam magnam ſapientiam, aqua illuminatus ſum, & ex contemptu tuæ charitatis, quia te non timui, nec feci tuam voluntatem, & diſſipaui gratias à te mihi datas, *propterea non ſum dignus vocari filius.* Septimus eſt ſe virtutibus ornare: hinc eſt quod ſubiungit: *dixit autem pater ad ſeruos ſuos*, qui ſunt virtutes decorantes animam: *Cito proferte ſtolam primam & induite illum*, quia poſtquam peccator cõuerſus, determinauit amplius nolle peccare, & exuere peccata, & vitia, tunc Deus pater omnipotens iubet illam animam indui ſtolam primam, id eſt virtutes primo inducentes animam ad vitam quæ ſunt charitas, innocẽtia, & puritas, quia per pœnitentiam, & contritionem anima efficitur pura, innocens, & plena charitate. Vnde Chriſtus, Luc. 18. c. *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* *Et date annulum in manibus.* Nam ſoli liberi homines debent portare annulum, ad denotandum quod quando peccator qui erat ſeruus peccatorum eſt conuerſus, fert annulum aureum, ſcilicet fidei in ſignum libertatis, & non ſeruitutis, reſtituitur in priſtinum ſtatum, & pro filio reputatur. *Et calceamenta*, quod ſignificat ſpẽ, quia ante erat priuatus ſpe vitæ æternæ, nũc verò cõuerſus calcatur ſpe, ſicut in Magdalena, Petro, Paulo, Zachæo & Sancto Matthæo fœneratore, qui conuerſi ad Chriſtum calceati fuerunt iſta ſpe vitæ æternæ conſequendæ. Non tamen debemus calceare pedes noſtros ſpe ita diſſolutè & laxatè, & amplè, ſed ſtrictè, quia poſſet eſſe ita lata, quod exiret pedes noſtros & remaneremus nudis pedibus, ita quòd oporteret habere ſpem cum timore, & ſatisfactione, cum pœnitentia, & reſtituendo aliena, ſi fieri poteſt, &c. & amplius non peccando, ſicuti Magdalena, quæ ita ligauit caligas vinculo ſpei, quando Chriſtus dixit, *vade & amplius noli peccare*, quod amplius non diſſoluit caligas ſuæ ſpei, ſed perſeuerauit vſque in finem. Vnde quia Maria Magdalena eſt ſpeculum magnum peccatoribus, rogo quòd Dominica die omnes meretrices veniant ad prædicationem, quia audient de ſpe huiuſmodi, per quam confortabuntur. Sequitur octauus ſtatus reſenati, & conuerſi, qui eſt mutatio nuptialis: ibi *& adducite vitulum ſaginatum, & adducite, vt manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat & reuixit: perierat*

Luc. 18.

Digitized by Google

perierat & inuentus est, &c. Nam per hunc vitulum saginatum potest intelligi corpus Christi: quia postquam peccator mortuus in peccatis, & deperditus, per pœnitentiam, confessionem, & contritionem reuiuiscit, vocatur ad nuptias, & ad cœnam agni prouidi, quia pater vitulus saginatus, id est in cruce mortuus, & passus pro eius redemptione inuitat eum ad cœnam secum, & se dat sibi in escam, & sic reuiuiscit peccator. *O Iesus comme pouuez vous souffrir, la vie faire mourir*, &c. Sequitur nonus status qui est iubilando gaudere, & æterna perfrui lætitia in gloria patris, sine fine.

TERTIA PARS PRINCIPALIS:

De dispicentia mundi & dæmonis inuidiosi.

Tria vitia opposita virtutibus supra scriptis.

VEniamus modò ad tertiam partem prædicationis nostræ, quæ est tertium mysterium, videlicet, Displicentia mundi, & dæmonis inuidiosi. In quo notantur tria vitia contraria virtutibus suprascriptis: primum ipsorum vitiorum est inuidere. Secundum conturbari. Tertium satisfacere. Quæ tria vitia eliciũtur ex verbis Euangelij, quæ sequuntur: *Erat autem filius eius senior in agro, & cum veniret & appropinquaret domui audiuit symphoniam, & chorum, & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hoc esset; isque dixit illi, frater tuus venit, & pater tuus occidit vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem & nolebat introire.* Ecce quia inuidia motus nolebat introire *& indignatus est*, &c. *Pater ergo illius egressus, quia dictum fuerat sibi quod erat indignatus & nolebat introire, cœpit eum rogare vt intraret, & patienter ferret, & pariter secum iubilaret*, &c. *At ille respondens dixit patri suo, Ecce tot annis seruiui tibi & nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer, & occidisti illi vitulum saginatum.* Vnde præ gaudio se iactando, patrem, patrem & fratrem ingratos dicit, & vituperat improperando, & se turbando. Vnde nota actus & progressus inuidi. Sequitur tertium vitium, scilicet satisfactio. Nam prouidus pater satisfacit omnibus dicens: *fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem oportet & gaudere, quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit, perierat & inuentus est. Quia ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.* Luc. 5. cap. Quod gaudium iustorum nos sentire faciat cum suis sanctis in cœlis omnipotens Deus per suam misericordiam, Amen.

Luc. 5.

DOMINICA III. IN Quadragesima.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore sanctificatiuo tres præcipuas habet partes & considerationes de matrimonio.

Prima pars principalis.

Qualiter matrimonium debet esse in carne regulata.

Secunda pars principalis.

Quomodo matrimonium debet esse in carne sanctificata.

Tertia pars principalis.

Quomodo matrimonium debet esse in carne honorificata.

In quæ Dominica incipit tertia Ala Seraphini, quæ dicitur calidus amor, & habet pennas septem, quæ sunt amor sanctificatiuus, Amor purgatiuus, Amor conciliatiuus, Amor correptiuus, Amor sanatiuus, Amor inflammatiuus, Amor acutus.

De amore sanctificatiuo.

Sermo XVIII.

ERAT *Iesus eiiciens dæmonium & illud erat mutum.* Luc. 11. cap. In præcedentibus tractauimus de duabus alis nostri Seraphini; scilicet amoris mobilis, & amoris incessabilis: restat nunc tractare de tertia Ala quæ dicitur amor calidus, quo mediante anima calefit in amore Dei. Quam alã extendemus in septem pẽnas, secundũ septẽ vias illius amoris calidi. Et hodie tractabimus de prima pẽna, quæ dicitur amor sanctificatiuus. Secũda amor purgatiuus. Tertia amor discretiuus, quarta amor correptiuus, quinta amor sanatiuus, sexta amor inflãmatiuus, septima amor acutus. Modo redeamus dicẽdo de nostro amore sanctificatiuo: *Sancti estote quia sanctus ego sum.* Et vt possitis seruire Deo in omni sanctitate, in statu matrimoniali, de quo isto mane sum tractaturus, vos videbitis quod habebitis multa peccata in hoc statu matrimonij, de quibus nunquam confessi fuistis, nec sciuistis fore peccatum, seu peccata, nec forte vnquam peccauistis, & melius intelligetis, quàm ego, ideo nolite contaminari, si in hac materia me extendam ad dicendum, quia secundum iubiectam materiam vtar vocabulis honestis & claris; ita quod vnusquisque poterit bene intelligere; & sciet quid est licitum & quid illicitum, si bene aduertit. Et nota quod dominus frater Bernardinus quia in istõ Euangelio nõ potuit bene tractare hanc materiam die Sabbathi successiue, super Euangelio de Samaritana, Ioan. 4. cap. in quo suum thema fuit, *Ego sum qui loquor tecum, alios quinque viros habuisti, & hic quem habes non est tuus*, & ideo deducam illos duos sermones in vnum quàm melius sciuero & potero. In quo themate notauit flãmam amoris, qui dicitur inflammatiuus: & primo redeo ad primum Euangelium, vbi dicitur, quòd illud dæmonium erat mutum. Hierony. dicit, quod illud dæmonium primo faciebat cæcum, secundo surdũ, tertio mutum: quia illud dæmonium est contrariũ Deo, & facit animam cæcam, quia non videt, nec intelligit: ideo facit surdum, & facit etiam mutum, quia in confessionibus sacerdotes audent interrogare mulieres, & sunt tanquam canes muti non valentes latrare, quia sunt in carnalitatibus inuoluti, & etiam procedit, quia verecundia tenet mulierem ne dicat lasciuias suas & multoties fatua mulier vt appareat honesta, dicet marito, sacerdos interrogauit me de tali turpi re, & vult scire id quod facio vobiscum, & maritus fatuus scandalizatur cum sacerdote, & ideo sunt tanquam canes muti non valentes latrare, & ideo sacerdotes debent interrogare filias prægnantes, sed etiam dici mutum, quia non interrogando, & non credendo fore peccatum, mulier non confitetur, & credit se fore confessam, & facit ad propositum quod dicitur Exod. 21. cap. *Si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudius tertius, & contestati sunt Dominum eius, nec concluserit eum, occideritque virum, aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum illius occident.* Bos habet duo cornua, quæ significant duos appetitus, scilicet irascibilitatem & concupiscentiam, quia naturaliter inclinamur ad luxuriam. Vnde licet habeas vxorem, & sis in statu matrimonij, & habeas appetitum carnalis desiderij, debes illum appetitum regulare debito modo, & refrænare cum tribus frænis infra scriptis: sed si sine ratione vtaris illo appetitu, bos tuus cornu petat, debes protestari

De amore calido quo mediante anima calefit in amore Dei tractatur in sequẽtibus.

De amore sanctificatiuo, tractatur hic, vbi de sanctitate in statu matrimoniali.

Ioan. 4.

Hiero.

Exod. 21.

Digitized by Google

teſtari,& notificare domino illius bouis,ſcilicet rationi eundo ad prædicationes, ſeu confitendo, quia addiſceres quando licet vti matrimonio, & quando non: & quando eſt peccatum,& quando non: ſi facta proteſtatione non claudis bouem, ſcilicet concupiſcentiam, & occideris hominem vtendo contra rationem beſtialiter cum vxore, tunc occidit vtrunque, ſcilicet maritum, & vxorem: quia aliqui credunt poſſe facere de vxore quicquid volunt, & vti ea ſicut volunt, & non eſt verum: imo non licet vti ea, niſi cum ratione & debito, & ordinato modo,prout infra dicetur, quia matrimonium eſt ſacramentum ordinatum â Deo in paradiſo tempore innocentiæ,& fuit factum ante peccatum,& cæteta ſacramenta facta fuerunt poſt peccatũ. Vnde Paulus dixit, *Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam,* in epiſtola ad Epheſ. &c. Et diligite eas amore ſanctificatiuo, & honeſtatiuo, qui docent qualiter ſacrum matrimonium debet exerceri taliter, quod non dicatur adulterium. Circa quæ faciemus tres conſiderationes, ſecundum tria debita,& obligationes concurrentes in matrimonio. Prima qualiter matrimonium debet eſſe in carne regulata. Secunda, quomodo matrimonium debet eſſe in carne ſanctificata. Tertia, quomodo matrimonium debet eſſe in carne honorata. Vel breuius qualiter matrimonium debet eſſe regulatum, ſanctificatum, & honoratum.

Epheſ. Tres conſiderationes circa tres obligationes in matrimonio concurrentes.

Prima Pars Principalis

Qualiter matrimonium debet eſſe in carne regulata.

CIrca quæ Paulus inquit, *Sciat vnuſquiſque ſuum vas poſſidere in omni ſanctificatione.* Vas mariti eſt vxor, & maritus eſt vas vxoris, ideo vterque vtatur alterutro vaſe in ſanctificatione, id eſt regulato modo, quia mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir, & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier,cum conditione quòd matrimonium ſit regulatum,ſanctificatum,& honoratum:quia vtendo aliter quàm debeat, non eſt honoratum, circa quæ nota quatuor dubia.

Matrimoniũ debet eſſe in carne regulata.

Quatuor dubia circa hanc materiam.

Primum dubium eſt, vtrum vxor ſit obligata reddere debitum marito, quandocunque maritus vult,& in omni modo quo vult, & omni tempore quo requirit vxorem, & in omni loco & continue. Ad cuius dubij declarationem nota tres veritates,ſecundum quas debet matrimonium regulari.

Circa primũ dubium tres veritates notantur.

Prima,quod matrimonium debet eſſe cum carne refrænata exercitatum.

Secunda, quod matrimonium ſit cum obedientia regulatum.

Tertia,quod matrimonium ſit cum prouidentia diſcreta cuſtoditum.Dico primo,quod matrimonium debet eſſe cum carne refrænata exercitatum: circa quod nota tria facienda ſiue fræna.

Primum frænum, cum quo debes regere voluntatẽ in matrimonio, eſt quod non interueniat voluntas, vel opera, niſi cum tua propria vxore: & è conuerſo vxor, niſi cum proprio marito, quia *ſunt duo in carne vna,*& in huius ſignum Eua prima mulier fuit facta ex coſta Adæ, quia debent eſſe æquales, maxime in actu matrimoniali, quia non ſolũ licet marito exercere aliam, quam propriam vxorem, ſed nec deſiderare,quia ſecundum Auguſtinum,vtendo vxore tua propria cum deſiderio alterius,tu peccas mortaliter,immo videndo aliam mulierem, cum deſiderio habendi eam, licet non das operam habendi ipſam, peccas mortaliter: & ſimiliter virgo, vel vidua & multo magis maritata ſolum cogitando & ſtando in illa cogitatione de aliquo viro, ponendo aliquam delectationem in illo,etiam ſi non vellet perſonaliter eſſe ſecum, ſemper peccat mortaliter. Et Hieronymus. 32. quæſt. quarta, dicit, quod qui amat vxorem nimis ardenter, hoc eſt ſi vellet ſecum vti,etiam ſi non eſſet eius vxor, peccat mortaliter, & ſubdit, quod nihil eſt turpius quam vti vxore propria in malis vſibus:quia qui taliter abutuntur vxoribus,ſunt ſicut porci,qui tenent totum os in luto,& cum vis ſubtrahere ſibi lutum, immerguntur in luto & clamant & ſe ingurgitant.

Auguſt.

Hiero.

Secundum frænum hic ſequitur. Vnde vos fœminæ nolite pudere de his, quæ Deus facit, ſed pudeat vos peccata committere:nam ſiue Deus fecerit te pulchram nigram, magnam vel paruam, pinguem vel macram, albam vel rubeam, quælibet habet contentari, quod talis ſit facta à Deo: in tantum, quod ſi tu non velles eſſe mulier, peccas mortaliter. Similiter debetis contentari de paſſionibus veſtris, quas dedit vobis Deus, & non hominibus, & eſt magna gratia eſſe mulierem, quia plures ſaluantur fœminæ quam viri,& habetis multas paſſiones in patiendo, &c. & magnos labores circa curam rei familiaris & domus, nec debetis verecundari audire de talibus, nec dicere defectus veſtros confeſſori veſtro. Vnde quæro, cum tu mulier habes tuam paſſionem, & maritus tuus te requirit, vtrum tenearis ſibi conſentire, diſtingue aut alia paſſio non eſt naturalis, & tunc neuter peccat: nec maritus petendo,nec vxor conſentiẽdo:aut eſt paſſio naturalis, & tunc diſtingue, quia aut maritus ſcit te habere illam paſſionem,aut ignorat; ſi ignorat tunc ſi vxor conſentit ignorante marito & non certificato de illa paſſione ab vxore, non peccat maritus, ſed ſola vxor mortaliter peccat, & ſi ipſe ſcit & petat, & tunc diſtingue, quia aut tu ſcis tuum maritum eſſe Sodomitam, & ita luxurioſum, quod iret ad alias fœminas vel pueros, tunc ſi es menſtruata & ſibi conſentias, non peccas mortaliter, ſed ipſe ſolus peccat: aut ſcis tuum maritum eſſe conſtantem & virtuoſum & non ad alias mulieres iturum, nec fore ſodomitam, & tunc ſi conſentis, vterque veſtrũm peccat mortaliter. Item ſi es menſtruata & ſcis, quod ſi tuus maritus ſciret te habere illam paſſionem non requireret te, ſed iret ad alias, vel ad pueros, & requirat te, tu conſentiendo & nihil ſibi dicendo de paſſione tua, ſed celando non peccas:& ratio,quare eſt prohibitum ire cum menſtruata, eſt quia ſi generaretur partus ille, aut eſſet mancus, leproſus vel mutus, vel beſtialis, vel pareret vnum fruſtum carnis, vel monſtrum & huiuſmodi:& propterea Deus prohibuit in veteri teſtamento, & quia eadem eſt ratio in nouo, quæ fuit in veteri, ideo & nos ſeruamus. Immo aliqui iungunt aliud frænum, & ſic erit tertium frænum.

Tertium frænum eſt, quod eſt periculoſum,peccati mortalis, quando agitur cum fœmina prægnante, quando eſt periculum diſperdendi, ſed ſi non eſt periculum diſperdendi, non eſt peccatum mortale,& aliqui volunt dicere, quod eſt periculum in principio partus & in fine, ſed diſcretio moderat omnia prædicta.Sed ſi conſideramus canes & bruta animalia,ſunt magis temperata,quam homines, qui vtuntur diſcretione, quia ſciunt quando ſuæ fœminæ appetunt, & tunc ſequuntur illas donec ſunt plenæ,& deinde nunquam eas moleſtant poſt conceptum.

Quartum frænum eſt, quod non vtaris cum vxore tua contra naturam,quod eſt,ſecundum Sãctum Thomam & Doctores, quando vteris quocunque modo vtaris, quod ſecundum curſum naturæ taliter vtendo generare non potes.Et nota quod ſi eſſent maritus & vxor non apti ad generandum, vel ſenes,ſi potiantur vxore ſua & coeunt tali modo,quod generare poſſent ſeundum naturam, ſi eſſent apti ad generandum,non peccant. 32. quæſtione quinta cap. adulteri. vbi dicitur, quod adulterium vincit fornicationem, vincitur autem ab inceſtu, ſed inceſtu deterius eſt peccare cum matre, ſed horribilius eſt peccare contra

naturam

Digitized by Google

naturam. O Sodomitæ pessimi, aperite aures, quantum sit terribile peccatum contra naturam, quia peius est quam agere cum propria matre: sed cum vxore agere contra naturam, multo peius est. O Sodomita ad focum, ad focum picis, & sulphuris æternalem. Vnde vos mulieres debetis potius mori, quam consentire, quia moriendo taliter, subito iretis in paradisum & intelligerentur vobis esse remissa omnia peccata vestra, quia *beati qui patiuntur propter iustitiam*, &c. Item si cognoscis illam, quam tuus pater leuauit de sacro fonte, peccas, quia ipsa est tua soror spiritualis. Item tu sacerdos cum confitearis aliquam fœminam, quæ conqueratur quod eius maritus abutatur vitio sodomiæ, vadas subito ad episcopum vt separet illum thorum: non ergo miremini si loquutus sum ita latè, & apertè de his, quia expedit cuncta rimari.

Secvnda Pars Principalis,

Qualiter matrimonium debet esse in carne regulata.

Matrimonii debet esse in carne sanctificata. Duplex obedientia.

Secunda regula est, quod matrimonium debet esse in carne sanctificata cum obedientia regulata, & vt bene intelligas est duplex obedientia, & vna est regularis, alia matrimonialis. Regularis est illa, quam debent habere regulares, quia tenentur obedire suis prælatis, & ista obedientia est limitata: tamen quia prælatus si præcipit subdito, imo si Papa præcipit, quod quis faciat peccatum, non tenetur obedire, quia sunt maiores in benefaciendo, inuitando ad bonum, sed non in peccando, quia omnis duplicitas est peccatum, ideo non est obediendum in illicitis, quia in quantum non faciunt officium suum, non es sibi obligatus obedire: quia vt dixi, Papa non potest præcipere, quod faciam malum. Et ideo Sanctus Franciscus fuit cautus, dicens in regula, quod sui fratres sint obedientes prælatis, dummodo non præcipiant id, quod non præciperent, nisi licita. Secunda est obedientia matrimonialis: quia vxor marito, & econtra maritus vxori obedire tenentur in statu matrimoniali in his, in quibus non interueniat peccatum, quia mulier non habet potestatem sui corporis, nec econtra. Vnde cum obedientia regularis sit multo magis stricta quam matrimonialis, & subditus non tenetur obedire prælato, vbi obediendo peccaret: multo ergo minus vxor tenetur obedire marito, nisi illa obedientia sit debito modo regulata & discreta. Vnde tu mulier nota pericula, in quibus non teneris obedire tuo marito.

In tribus periculis mulier non tenetur obedire marito.

Primum est, quando est periculum perdere charitatem Dei, quam debes præferre tuo marito, quia stando continuè in pruritu cum tuo marito, charitas Dei eradicatur de mente tua, quia duo contraria, scilicet luxuria & Dei charitas, non possunt simul stare in eodem subiecto.

Secundum est, quod vides expresse quando obediendo mariro tu peccas mortaliter, quando scilicet habes tuam passionem naturalem, nisi modo suprascripto, vel vellet te sibi consentire contra naturam, aut aliter offenderes Deum.

Tertium, quando times perdere pudicitiam: quia licet vxor sit cum marito consentiendo debito & regulato modo, semper seruat pudicitiam, quæ pudicitia propter frequentem coitum & inordinatum perditur & similiter in loquendo verba impudica, & eundo & conuersando cum impudicis, perditur pudicitia: quia tunc fœminæ perdentes pudicitiam sunt labiles ad omnem lasciuiam, & tales cognoscuntur, quia sunt lasciuæ in omnibus suis gestis, tam in gressu & habitu, quam in verbis, vsu, & conuersatione. Nam pulchrior domina mundi fuit dulcis virgo Maria, & sui actus & gestus corporis sui benedicti erant ita pudici, graues & honesti, quod nullus hominum videns eam nedum mouebatur ad aliquam malam cogitationem, sed si quem malum sensum carnalitatis habebat, subito ab eo cadebat. Itaque tene lora in manu & tene carnem subiectam rationi & spiritui, & rege te in præstando debitam obedientiam tuo marito cum discretione, quia periculosum est sequi omne desiderium & delectationem carnis: quia nisi refrenetur & reguletur ac cum ratione illuminetur, homines excæcantur ita quod submerguntur in luxuria.

Tertia Pars Principalis.

Quomodo matrimonium debet esse in carne honorata.

Matrimonii debet esse in carne honorata.

Tertia veritas est, quod matrimonium debet esse in carne honorata, & debet exerceri cum prudentia discreta, quia mulier data est nobis socia in adiutorium, non propter luxuriari, sed propter fornicationem euitandam, ideo debet cum discretione vti: Nam Deus non est amator extremorum, ideo tene medium inter duo extrema, & sic tutissimus ibis: & sicut in comedendo est magna diuersitas, quia aliquis cibus confert vni stomacho, qui noceret alteri debiliori, secundum varias naturas & complexiones hominum, quia si dares vni puero cibum conueniens vni magno, & non lac, puer moreretur & similiter si dares tantum lac magno moreretur. Ita accidit in coniugatis; quia aliqui sunt iuuenes, aliqui minus iuuenes. aliqui sani, aliqui infirmi, aliqui robusti & fortes, aliqui debiles, &c. Vnde non potest dari certa regula, qubt vicibus debeas dare debitum, sed do tibi tres consultores, cum quibus in talibus te gubernes, & consulas.

Tres consultores in matrimonio dãtur.

Primus est prudentia in considerando naturam tuam, & naturam & complexionem tui mariti: & secundum tuam & suam naturam fortem vel debilem cum discretione debitum reddere debes: si est fortis plus, si debilis minus.

Secundus consultor est conscientia, quæ te regulabit: quia conscientia est lumen, quod dat tibi videre quid & quantum expediat. Ideo in cubiculum tuæ conscientiæ intra & cum freno ac cum istis consultoribus te guberna.

Tertius consultor est charitas, pensando necessitatem animæ & corporis tui mariti, taliter operando, quod tuus maritus non peccet contra naturam, & quod tu non perdas animam & ista tria consilia facient te regulatam. Et require tibi vnum confessorem qui habeat scientiam & conscientiam, cui confitearis & dabit tibi modum faciendi & te regulandi si ex te nescires capere medium, nec de te confidas sine consilio boni confessoris, quia si habet scientiam sine conscientia, dabit tibi consilium quod teneris obedire marito quoties te requirit, & decipieris. Et si habet conscientiam sine scientia, te nimis arctabit & posses errare: tamen vidi aliquas Dominas in statu matrimonij ita pudicas, quod quando mariti requirunt eas, videtur sibi facere sacrilegium: & tamen reddunt sibi debitum modis suprascriptis, cum prudentia, conscientia, & charitate. Secundum dubium est: vtrum mulier teneatur reddere debitum marito si ipsam requirit quandocunque solum cam ictu oculi, vel signo aut nutu capitis vel manus, an teneatur expectare quod maritus dicat suam necessitatem verbo, & similiter vtrum maritus sit obligatus reddere debitum vxori indicanti suam necessitatem per aliqua signa, vel debeat expectare, quod ipsa sibi dicat. Ad quod respondeo, & primo dico.

Secundum dubium.

Primus casus est, quod consideratis prædictis duabus obedientiis, scilicet regulari & matrimoniali, quæ multum inter se differunt tantum, quantum anima differt à corpore, & video, quod si prælatus annuit per aliquem actum quod vellet me celebrare, quod non pecco, si non celebro, nisi mihi expresse dicat, quia regula esset nimis arcta & pauci saluarentur: tanto igitur minus vxor est obligata marito reddere debitum

Responsio datur.

Digitized by Google

per ſigna, quæ ſibi faceret, niſi expreſsè eam requirat, vel niſi expreſſe monſtrentur ſigna, ſed differunt, quia maritus tenetur deſeruire vxori, quãdo ſibi oſtendit ſigna aliqua, per quæ bene comprehendere poteſt voluntatem vxoris, nec debet expectare quod expreſſe vxor eum requirat, & ſigna mariti debent eſſe magis aperta & maiora, quam ſigna vxoris, quia honeſtius eſt in marito facere iſta maiora ſigna, quam in vxore, & quia vxor naturaliter eſt magis ſubiecta & obligata marito, quam maritus vxori.

Secundus caſus eſt, in quo fœmina obligatur ſeruire marito ſub pœna peccati mortalis, quando non ſeruiendo ſibi timet, quod vadat ad alias, & committat adulterium, vel ſodomitium. In quibus caſibus vel cognoſcis tuum maritum fore adulterum, vel ſodomitam, obligaris requirere eum, & omnem modum tenere, quod det tibi debitum, ſi ſic faciendo ſcis quod tuus maritus non committet prædicta, & aliter faciendo ipſe peccaret cum alia, vel cum puero, tu peccas mortaliter niſi facias modo iam dicto & ipſo non petente.

Tertium dubium. Tertium dubium eſt, vtrum ſi maritus requirat vxorem contra naturam, dicendo quod ſi ſibi non conſentit, ipſe committet adulterium cum aliis mulieribus, vel ſodomitium cum pueris, mulier tenetur conſentire marito. Dico quod non, etiam ſi diabolus deberet eum portare. Probatur per Auguſtinum 20. quæſtione ſecunda, cap. facies. Vnde & ſi quis interrogaret te de aliquo, quod ſi dicis ille interficitur & ſi dicis mendacium, liberabitur à morte, tu debes potius dimittere illum occidere, quam mendacium dicere: immo plus, quia debes potius dimittere perdere totum mundum, quam dicere vnum mendacium, ratio eſt, quia melius eſt, ſecundum Auguſtinum in libro contra mendacium, non peccare, quam peccare, & dicendo mendacium ſemper peccas, igitur, &c. & mendacium, & vſura non recipiunt diſpenſationem. Vnde ſecundum Auguſtinum, facias ex tuo latere, quod debes. Nam ſi tacendo verum potes iuuare hominem à morte, non eſt peccatum tacere, verum iſto caſu: ſed mendacium dicere nunquam licet. Vnde ſi quis dicat mulieri, omnes iſtos interficiam, niſi mihi conſentias, melius eſt, quod dimittas potius omnes interfici, quam tu pecces conſentiendo, quia non ſunt facienda mala vt bona fiant. Sed ponc, quis dicat, quid potius vis, aut quod vnus moriatur, aut omnes vel mille? Certè minus malum eſt eligendum, ſcilicet, quod permittas potius vnum interfici quam plures. Dico permiſſiuè, nec moueant te exempla Sanctorum, qui videntur dixiſſe mendacium, ſicut Iacob, qui dixit patri, quod ipſe erat Eſau, & ſubtraxit benedictionem fratris, & Chriſtus, qui dixit, quod Ioannes erat Elias, quia non dixerunt mendacium: ſed exemplariter loquuti ſunt aſſimilando illos illis, quos fore dicunt. Item aliud exemplum, conſidera vnum nobilem per aliquam infirmitatem effici freneticum; & vxor vel famuli accipiunt enſem appenſum in capite lecti, & abſcondunt ipſum. Maritus dicit vxori, da mihi meum enſem: certe ſi vxor dat ſibi enſem, & percutiat aliquem, peccat, nec tenetur obedire: ſimiliter ſi obedit marito debitum petenti inordinate, quia videtur dare enſem furioſo, peccat mortaliter. Vnde quando maritus vult inordinatè, quod ſibi conſentias, tu debes cum blanditiis & diſcrete reprehendere eum, ne vadat ad alias, vel peccet aliter, & quando erit in ſe reuerſus, remanebit contentus & magis diliget te quam primo, & accendetur magis in amore Dei, & non erit zelotypus de te: ſecus ſi videbit te procliuem, quia erit ſuſpectus de te. Item ſunt aliquæ dominæ, quæ cum muta prudentia reducere ſciunt ſuos maritos ita caſtos, quod per tempus vouent caſtitatem & ſanctificant matrimonium, & nota inſraſcriptos modos ad faciendum ſuos maritos caſtos.

Notandi modi.

Primus modus eſt, quod in te appareat vnum bonum exemplum verſus tuum maritum in honeſtate veſtium, in videndo te orare, feſta celebrare & in ſanctis moribus & actibus exerceri, quia tunc plus mouebitur tuus maritus exemplis, quam verbis: & licet maritus tuus habeat rabiem luxuriæ, illam temperabit.

Secundus modus, admone ipſum cum bonis verbis, dicendo ſibi, non videris, quod à modo non ſumus plus habiles ad procreandum, & deſtruitis perſonam, & perditis animam, &c.

Tertius modus, fuge cauſam, & ſis prudens in leuando te à conſpectu mariti, & non facias ſicut faciunt aliquæ fatuæ, quæ oſtendunt crura, mammillas, & ſe expoliant in camiſia & nudæ in conſpectu maritorum. Et nota, etiam quod ſi vides tuum maritum quod quotidie efficitur magis impudicus, aſcende in montem & conſule tres tuos conſultores ſupraſcriptos, alioquin peccabis.

Sed nota ſecundam partem principalem, quia matrimonium debet eſſe in carne ſanctificata: ſed pone quod maritus vtitur cum vxore ſolum propter delectationem, vel principaliter propter delectationem, ſed habet iſtum reſpectum quod potens vti cum alia, non vellet, nec vellet vti cum ſua ſi non eſſet vxor, vel nec contra naturam vti vellet. An capiendo tantum delectationem peccet: ad hoc Doctores dicunt, quod poteſt interuenire peccatum, ſed non ſemper. Primo propter inordinatam affectionem. Secundo propter nimiam frequentationem. Tertio propter diſſipationem virtutum. Cape primam rationẽ, ſcilicet propter inordinatam affectionem, dicit ſæpe maritus: Quare non poſſum capere delectationem de meis rebus & de vxore mea. Sed Auguſtinus dicit, quod non eſt tua ſed Dei: ergo oportet quod ipſa magis obediat Deo, quam tibi: ergo non potes vti ea inordinate ſine peccato. Exemplum, lucratus es mille ducatos & ex bono lucro ſunt tui, ſed potes ipſos nimis amare & male vti, & peccabis ad inſtar diuitis, qui vidit Lazarum in ſinu Abrahæ & non imputabatur, quod male lucratus fuerat, ſed quia male vſus fuerat diuitiis ſuis. Similiter tu habes vinum tuum ex tua vinea, non tamen licet tibi inebriari ex illo tuo vino, licet tuum ſit. Similiter tu potes tantum amare & inordinate vti tua vxore propria, quod perdes animam tuam & hoc ignorabas & forte non credebas fouere peccatum. Secundum ſignum eſt ex nimia frequentatione. Auguſtinus ſexta diſtinct. cap. Ad eius, tangit, quod dantes filios ad nutricem, vt poſſint luxuriari cum vxore, eſt peccatum. Vnde nota tria ſigna, per quæ tu cognoſces, quando eſt peccatum mortale luxuriari cum vxore. Primum eſt, quando maritus vel vxor propter nimium coitum infirmantur. Vnde tu pater caue, ne filius tuus iuuenis, quando nubit debilitetur. Secundum eſt, quando maritus infirmatur & vxor ſibi conſentit, quia poteſt faciliter mori, quia non ſunt ſeptem anni quod quis accepit vxorem & tantum luxuriatus fuit, quod eſt mortuus in eius brachiis luxuriando. Tertium ſignum eſt, quando propter diſſipationem, & nimiam frequentationem coitus non poteſt generare, vel generatum non poteſt ad effectum perducere, ſeu in lucem edere, vel ita debilitatur virtus naturalis, quod aliter vel neuter poteſt generare, quia tu es cauſa perdendi tot animas, quot naſcerentur, & ſemper eſt peccatum mortale. Vnde Tobiæ 7. cap. dicitur quod *Sara habuit ſeptem maritos, quos omnes interfecit Angelus prima nocte, quia iacebant ſecum propter appetitum inordinatum.* Vnde eccleſia conſulit, quod ſponſi prima die debeant abſtinere à coitu. Alia ratio eſt propter ſpecialem delectationem, quia actus carnalis nimium frequentatus excæcat hominem, ſuperuenit ignis & non viderunt ſolem, ſcilicet Deum & effeminantur & obliuiſcuntur Dei & efficiuntur beſtiæ inſenſibiles & ignorantes, cæci & luxurioſi, ſectatores mulierum, maxime ſtudentes deuiantes à ſtudio propter laſciuiam mulierum. Item patres multoties habent filias, & non aduertunt in conſpectu filiarum

Quando interuenit peccatum in appetendo vxorem.

Exemplum.

Auguſt.

Tria ſigna quibus cognoſci poteſt quando peccatur cum vxore.

Tob. 7.

Digitized by Google

liarum dicere & facere actus luxuriosos,& virgo fingit obaudire & non videre,sed multoties audita & visa deducunt in practicam & insciis parentibus sæpe nubunt:simile in domo patris, fratres & famuli portant diploydes curtos & breues vsque ad vmbilicum, & ita inhoneste vadunt in zuparello per domum in conspectu sororum & ostendunt turpia,& incitant eas, licet fingant non videre, & dant causam edicto. Similiter sunt qui ponunt fratres cum sororibus viros potentes in vno lecto vel in vna camera ad dormiendum vel ipsos solos stare de die, &c. Cauete, quia diabolus est subtilis. Immo periculosissimũ est dimittere filias adultas dormire cum parentibus,& filios adultos cum matribus & attinentes iuuenes,cum consanguineis. Itaque præcauete, quia confessores omnia sciunt. Et vidi talem ætatis viginti annorum, stuprasse vltra septem suas proximas attinentes,& cognatos cum cognatis,& fratres cum sororibus, filios cum matribus, & patres cum filiabus. Vnde amore Dei custodite, & refrænate iuueniles calores,& remouete causas & facite, quod in domibus vestris iuuenes vadant in habitu honesto, & sint in moribus faceti,& notat Hiero. contra Ioui. circa fi. contra procaces,& amatores illicitos luxuriarum. Amor formæ obliuio boni est, & infamiæ proximus, magna consilia turbat, auctos magnos spiritus trahit ad infima,querulos, iracundos, temerarios, dure impios,seruiliter blandos omnibus, inutiles ad bona faciens, & cum insaturabili affectu flagrat. Itaque diligentes vxores,& formam mulierum indecenter inducunt obliuionem Dei sui,& proximi,& efficiuntur infames,quia *vbi est thesaurus tuus,ibi est cor tuum.*

Hiero.

Sunt tria genera hominum non habentium cor.

Et nota quod sunt tria genera non habentium cor. Primum genus sunt auari & vsurarij, quia habent cor in capsa,vbi est thesaurus suus Nam Sanctus Antonius Paduanus fecit reperire in capsa cor auari mortui,quia dixit quòd habebat cor suum in capsa & fuit euiscératus & medici non repererunt sibi cor in corpore, sed aperta capsa denariorum, ibi repertum fuit cor sicut prædixerat beatus Antonius. Secundum genus sunt ebriosi, qui habent cor in fragrantia boni vini. Tertium genus sunt philocapti, qui habent cor in loco mulieris viliſſimo quem appetunt:magna consilia turbat, quia si esset de consilio alicuius magni principis consuleret de fœminis. Et simile sodomitæ habent cor ad pueros. Hinc est quod Veneti expellunt eos de cõciliis suis,sed si se emendant,tunc cessante causa cessat effectus. Querulos facit,quia si vir vel vxor sit inamoratus de alia,vel ipsa de alio,semper sunt retrogradi,vel nunquam possunt habere pacem adinuicem. Iracundi etiam sunt semper, nisi quando vident suam amasiam: similiter blandi,quia amasia faciet erga amasium suum omnem seruitutem cum multis blanditiis & cum insaturabili affectu flagrat.

Qualiter matrimoniũ debet esse in carne honorata.

Cape tertiam partem generalem,qua scilicet matrimonium debet esse in carne honorata. Et quia contrariorum eadem est disciplina, quia cognito quibus modis vituperatur matrimonium,sciemus ipsum honorare, prout decens est. Idcirco nota quod sacramentum matrimonij tribus modis vituperatur.

Tribus modis sacramẽtum matrimonij vituperatur.

Primo modo non seruando modos debitos.
Secundo modo non seruando debita tempora.
Tertio modo non seruando loca debita. Et sic vituperari potest ratione modi,temporis,& loci.

Cape primum,scilicet ratione modi;& potest tribus modis vituperari: primo modo cum visu,quia non licet marito videre omnia pudibunda vxoris, nec se speculari in illis fœtidis, licet tamen capere delectationem cum vxore sua, sed de hoc non licet facere artem, quia multa sunt quibus licet vti, quæ videndo non sunt licita. Secundo modo cum ore, quia non est licitum marito & vxori loqui de omni carnalitate, nec ponere os ad illicita loca, non tamen dico quod semper sit peccatum, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ, quia non licet ponere os in loco inhonesto & se impinguare perseuerando in longum, quia tunc est peccatum. Item ponendo manus & tenere in omni vituperio & continuando peccas, sed non in omni casu. Vnde *abominabiles facti sunt,sicut ea quæ habuerunt,* scilicet maritus & vxor peccando. Secundo modo non seruando tempora. Nam ecclesia ordinauit tempora: vnde sunt aliqui dicentes quod prohibitum est coire cum vxore in diebus festiuis,siue in omni festo & tempore Quadragesimæ, & in diebus quibus ieiunatur: sed hoc est consilium & non præceptum:sed in sacratis temporibus peccas,scilicet in die veneris sancta, & in die qua debes sumere corpus Christi,non potest sine peccato coire cum vxore tua, nisi in aliquibus casibus. Vnde Greg. in suo Dialogo ponit de quadam mu- *Gregor.*
liere, quæ peccauerat cum marito carnaliter illa nocte præcedente diem, in qua erat indicta processio, quæ veniens ad processionem indæmoniata fuit, & Deus permisit dæmones ipsam vexare propter illud peccatum, quia fecit contra indictum. Vide, in testamento veteri fuit tempus seminandi, nunc vero in nouo est tempus recolligendi. Exod. 18. cap. ponit, quod quan- *Exod. 18.*
do Deus volebat dare leges, fulgurabat per tres dies ante: Multo magis, quando tu debes sumere corpus Christi, debes abstinere à carnalitate per tres dies ante,& saltem illa nocte: simile habes in libro Regum, quod quando Dauid fugiendo petiit à sacerdote si habebat panes laicos, qui dixit,se non habere nisi panes benedictos & recusabat illi dare & sociis suis, nisi dixisset se abstinuisse à coitu mulierum, &c. & de conse. secunda dist. capit. omnis homo: dicitur, quod volens capere corpus Christi debet abstinere ante per septem, vel quinque vel 4. vel 3. vel per duos dies, & licet de glo. in illo cap. videatur dicere,quod teneatur vxor,vel vir reddere debitum, intellige regulato modo suprascripto,& assignat pulchrum exemplum, quia dicit, si moreretur tibi pater,vel mater, frater vel filius illa die tu non luxuriareris:multo magis debes præcauere,cum vis accipere corpus Christi. Item deturpatur ratione matrimonium, quia prohibitum est exerceri in certis, quia non licet exerceri super altari, nec in ecclesia & loco sacro, nec in platea coram populo. Tamen Richard. dicit, quod potest esse casus quod sine peccato *Richard.*
posset maritus petere debitum, verbi gratia si aliqua esset vallata in aliqua curia,& esset obsessa, ita quod oporteret inhabitari in illa ecclesia,& ibi essent aliqui coniugati per longum tempus obsessi & stimularentur à carne, quod potest reddi debitum in ecclesia sine peccato, tamen faciendo cum discretione. Et per hoc habes hanc materiam,per quam tu poteris regulari & conseruare te in sacramento matrimonij sine peccato, & taliter regere quod mediante gratia Dei fructum facies ex matrimonio acceptabilem Deo, & vitam consequeris æternam,quam Deus nobis concedere dignetur per suam misericordiam, Amen.

FERIA SECVNDA TERTIÆ Hebdomadæ Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo,qui est de Amore purgatino continet tres præcipuas partes circa confessionem.

Prima pars principalis.
De confessionis qualitate,scilicet qualiter sit facta.
Secunda pars principalis.
De eius necessitate,scilicet qualiter sit necessaria.

Digitized by Google

Tertia pars principalis.
De eius vtilitate.

De amore purgatiuo.

Sermo XX.

Ioan. 4. *Multi leproſi.* Ioannis quarto,& in Euangelio hodierno. Nota quod ſicut habemus animam & corpus, ita habemus lepram corporalem & ſpiritualem,& ſicut venit in corpore quædam tertia lepra, quæ eſt macrabilis,ita in anima. Vnde tractaturi in hoc ſermone de lepra animæ, qualiter curetur : videamus de amore confeſſatiuo, ſiue purgatiuo, & mundatiuo de peccatis non confeſſis, quæ ſunt lepra animæ. Circa quæ faciemus tres conſiderationes. Prima de confeſſionis qualitate, ſcilicet qualiter ſit facta. Secunda de eius neceſſitate, ſcilicet qualiter ſit neceſſaria. Tertia de eius vtilitate,quantum ſit vtilis.

Tres conſiderationes circa confeſſionem.

Prima Pars Principalis.

De confeſſionis qualitate,ſcilicet qualiter ſit facta.

De qualitate confeſſionis. PRimo dicamus de ſua qualitate, quæ notatur in iſtis quatuor verſibus,ſcilicet.

Sit ſimplex,humilis confeſſio,pura,fidelis,
Atque frequens,nuda,diſcreta,libens,verecunda,
Integra,ſecreta,lacrimabilis,accelerata,
Fortis,& accuſans,& ſit parere parata.

Debet eſſe ſimplex. Nota igitur primum verſum, & quodlibet verbum, & cape primum,ſcilicet ſit ſimplex. Simplex dicitur ſine plica. Nam noſtra conſcientia quandoque eſt ſimplex,quandoque eſt plicata. Nam ſacerdos ſiue confeſſor non videns illam tuam conſcientiam plicatam,non poteſt conſulere,nec curare,nec bene confiteri,niſi ille qui confitetur exprimat & diſplicet ſuas plicas, & ſunt paucæ perſonæ, quæ ſciant bene confiteri : Nam ſunt aliquæ perſonæ,maxime mulieres,quæ vadunt per anfractus & ambages antequam veniant ad concluſionem ſui reatus, & quando volunt dicere neceſſaria & tangentia factum,conſumpſerunt tempus in ambagibus & minimis & non ſuppetit eis tempus dicendi illud,quod foret neceſſarium, & ſuggerente diabolo reuertitur talis perſona inconfeſſa, & iſta dicitur plicata, & non eſt ſimplex, quia ſimplex confeſſio debet ſummatim, breuiter & concluſiue explicari cum debitis circunſtantiis aggrauantibus delictum, vt infra dicetur, & non debet fieri ſicut pleræque faciunt fœminæ & etiam mares, qui in confeſſionibus ſe inuoluant, ſicut araneæ quæ inuoluant muſcas in telis ſuis captas. Item debet eſſe humilis,quia peccator, quando eſt ante confeſſorem, debet conſiderare ſe adſtare in conſpectu Dei & vadit petere vitam æternam,& debet ire cum humilitate, quemadmodum ſi mereretur mori & iret ad petendum veniam vitæ,& vitam ab illo qui poſſet ei donare vitam, multo magis cum maiori humilitate coram confeſſore pro obtinendo gratiam vitæ æternæ,penſando offenſiones factas Deo, & quãtas ingratitudines commiſſas verſus Deum de tot beneficiis nobis donatis. Quia Deus vult humilitatem cordis. Vnde Paulus Apoſtol. *Deus venit peccatores ſaluos facere, quorum ego ſum primus*, quia non erat primus,id eſt maior peccator,ſed illud dixit propter profundam humilitatem, quia vna anima ſine peccato mortali,dicet ſe fore maiorem peccatricem mundi, ſicut ſancta Maria, quæ nunquam peccauit : & Sanctus Franciſcus, reputabant ſe maiores peccatores totius mundi.

Debet eſſe humilis.

Vnde propter profundam humilitatem, quam habebant per gratiam intelligebant, & ita Beata Virgo Maria per ipſam gratiam quam habebat, quam Deo appropriabat per ſuum magnum naturale quod habebat,quod niſi fuiſſet cuſtodita à Deo ipſa Beata Virgo, de ſui natura erat ſubiecta peccatis,& iſto modo videdo ſe ſubiectam de natura ſua & fragilitatis humanæ, ſeu mundanæ peccatis reputabat & videbat ſe iſto modo maiorem peccatricem de mundo,niſi fuiſſet cuſtodita mediante diuina gratia & ita Pau.& Fran.& cæteri ſancti reputando ſe dicebant maiores peccatores mundi. Vnde propheta Dauid dicit, *Ad nihilum redactus ſum.* Et nota quod eſt magna differentia in videre te eſſe nihil,& ſentire te eſſe nihil,quia Pagani Iudæi, & omnes poſſunt ſe videre nihil ex ſeipſis, quia puluis eſt omnis homo : ſed guſtare ſe nihil eſſe aliud eſt, quia tantum intereſt inter guſtare panem, & videre panem. Nam videndo ſe nihil, Deus dat poſt gratiam quod ex hoc guſtat & cognoſcit ſe nihil fore. Tertio debet eſſe pura, quia cum pura intentione debes confiteri & non vt reputeris bonus : quia ſi vadis cum hac intentione,tu reuerteris peior, nec vadas ſicut aliqui ex quadam conſuetudine. Vnde Chriſtus dicit, *ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum erit lucidum.* Quarto quod ſit fidelis,id eſt ſine mendacio, quod tu non oſtendas illud, quod non es, nec dicendo te eſſe maiorem peccatorem mundi,cum non ſis,quia eſt magnum peccatum potius quam merces niſi illud diceres cum bona conſcientia & bona intentione,ſed dicas te tantum eſſe peccatorem, quantum es, vel ſic quod tu habeas fidem, quod Deus remittat tibi omnia tua peccata,de quibus confiteris,ſi tu es bene contritus & confeſſus. Quinto dicit, Atque frequens, & hoc tribus rationibus,quia non poſſumus ſcire per vnam tantum confeſſionem, vtrum Deus parcat nobis, vt de purg.canon.c. Suſcepimus. Vnde eſt reiterandum,immo conſilium eſt, vt homo ſemel in anno confiteatur de omnibus peccatis ſuis, quæ toto tempore vitæ ſuæ fecit,non quod ſit neceſſe,niſi in aliquibus caſibus, vt alias dicam : quia dicendo nunc omnia, ſi aliàs Deus non tibi pepercit,forte nunc reperiet te ita bene diſpoſitum quod modo tibi parcet. Alia ratio eſt,quia commiſſio clauium eſt data ſacerdoti. Vnde occurrit quod ſi ſacerdos eſt catholicus, cum claui purgat te & à multis pœnis peccatorum, quas pati deberes in hoc, vel in alio mundo. Vnde reperias tibi vnum bonum & valentem ſacerdotem confeſſorem in ſcientia & conſcientia,liberum,non excommunicatum, non hæreticum,nec ſchiſmaticum, nec ſuſpenſum, neque interdictum : quia ſi ſciens eum eſſe excommunicatum & huiuſmodi,non valeret tibi tua confeſſio,ſed donec neſcis valet:ſed ſi ignorabas tẽpore confeſſionis ipſum fore excommunicatum, ſed poſtea aliquo tẽpore ſcis, cum ſcis, nihil valet confeſſio tibi illa, oportet te de nouo iterum confiteri. Vnde ſi eſt malus confeſſor tuus, claues tibi datæ non auferunt tibi pœnas, quæ auferrentur,ſi eſſet bonus & quæ tibi eſſent remiſſæ ſi ab idoneo fuiſſes confeſſus,qui haberet claues libens. Item volunt Doct. quod ſi mulier confiteretur à laico, vel à marito, ſicut accidit ſemel de vno zelotypo, qui ſub ſpecie presbyteri in habitu clericali confeſſus fuit eius vxorem, vt ſciret peccata eius, quæ perpendens quod erat maritus eius, dixit dum eam interrogaret: certe nullus poſtquã fuit vxor Petri, tetigit me carnaliter cognoſcendo, niſi vos Domine, & credens maritus quod ipſa loqueretur de ſuo parochiali, quando venit ad domum,erat valde turbatus, & ipſa dixit : fatue,nonne confeſſa fui verum, quia nullus cognouit me poſtquam iui ad maritum, niſi vos, cui confitebar peccata mea, quem bene cognoui. Vnde in iſtis dic quod tanto tempore illa confeſſio, valebit,quãto tempore illa perſona ignorabit ſe confeſſam fuiſſe vni laico,& hoc quoad confeſſionem, ſed non quoad pœnæ remiſſionem. Tertia ratio eſt, quia plus ſtat in pudore, quia tu potes habere tantam verecundiam in confeſſione,

Debet eſſe pura.

Debet eſſe fidelis, propter tres rationes.

Debet eſſe frequens.

Exemplum.

Digitized by Google

sione, quod dicendo tua peccata, cum illa verecundia, Deus remittet tibi peccata & pœnam, sicut fecit in Magdalena peccatrice, cui remissæ fuerunt culpæ & pœnæ, cum dixit, *remittuntur tibi peccata tua.* Nuda, quia oportet quod non sit vestita, sed sit nuda & aperta, sicut sunt aliqui volentes dicere peccata, sed nollent quod confessor ita ponderaret illa, & quod non videantur ita turpia & horrenda. Nam debes honestis vocabulis dicere peccata tua, taliter tamen apertè & nude intelligitur, quia si confessor non intelligit, nescit tibi consulere, nec debitam tibi tradere pœnitentiam. Vnde Iob 10. c. *Non parcam ori meo.* Et Isa 4. c. *Perdam Babylonis nomen & reliquias & germen.* Per germen Babylonis interpretatur confusio, quia peccatum est confusio tui-ipsius. Vnde perde nomen tuæ confusionis, & dic audacter tua peccata: reliquæ sunt res cantilenæ, & actus delectationis peccati, & circunstantiæ peccati, quæ aggrauant peccatum: vel germen est principale peccatum, non tamen debes dicere peccatum accusando aliquem: & germen est etiam, quæ peioraui perseuerando in tali peccato. Discreta habet duos sensus. Primus in te, quod consideres tuum peccatum, & grauitatem, & dic te humiliando & grauando bene, sed minuta peccata non tantum ponderes, nec facias ad instar flentis & dolentis & grauantis valde hoc peccatum, quia fuerat in ecclesia, & non posuerat pedes supra, & non faciebat sibi conscientiam de furtis, dicens se forte habere ducentos ducatos de furtis, & dum confessor illud ponderaret, & valde grauaret hoc peccatum, ille subridendo dicebat, quod erat consuetudo in prouincia illa furari. Ita quod valde grauabat spuere in ecclesia, & furari pro nihilo reputabat: vnde graua grauanda, sicut Dauid: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Secundus sensus, quod quæras confessorem discretum, de quibus pauci sunt. Nam oportet, quod confessor habeat duo, sapientiam scilicet & conscientiam, quia vnum sine reliquo est magnum periculum, sed neutrum habendo est periculosissimum. Vnde vide August. de pœ. 1. dis. Sacerdotem quære, qui sciat soluere & dissligare, quia si nescit tibi consulere, dicet, quod restituas vni, debendo restituere alteri, & teneris iterum alteri cui debebas ad restitutionem. Et nota, quod si non restituis illi cui de iure restituere teneris, confessor qui tibi consuluit, vt restitueres alteri, tenetur illi cui de iure restituere debetur. Et nota, quod multo magis est periculosum committere tuam animam in manibus sacerdotis ignorantis, quam corpus infirmum medico imperito. Nam plagæ animæ non videntur, ideo grauius est ipsas curare, quam plagas corporis, & tanto etiam est periculosius, quanto anima excellit corpus. Vnde tales ignorantes confessores, sunt negotiatores diaboli, & male fiet pro animabus, si nescit confiteri. Nam scire dubitare est magna scientia: & qui nihil scit, de nihilo dubitando cespitat ad instar euntis per viam plenam foueis coopertis paleis; quia si equitans inde ignorat illas foueas, incidet in eas, sed si scit, sciet sibi præcauere, & sciet aliis consulere, ne vadant per illam viam, & vitare illas foueas. Confessio itaque est difficilior ars, quæ fit in ecclesia Dei. Octauo debet esse libens, quia sicut nemo inuitus male agit, ita debet esse libens, & voluntaria confessio: & sicut voluntariè auxit peccata, ita libenter euomat. Vnde Cant. 5. Voluntariè sacrificabo tibi *labia eius destillantia myrrham primam.* Myrrhæ plura sunt genera, quia prima est quæ voluntariè venit, & est gratia, quæ primo nascitur. Secunda per vim destillatur, & prima species est melior. Sic debet esse confessio à libera voluntate procedens, & est proprie latronis confessio, qui dixit, *Nos factis digna patimur, sed hic nihil mali fecit; memento igitur mei,* &c. Nono debet esse verecunda, quia debes ire cum verecundia, sed si confitentem dicendo peccata non pudet, & dicit sua delicta cum iactantia, vel ridet, tunc est malum signum, quia gloriatur cum malefecerit, quia gloriari est peccatum augere. Decimo debet esse integra, quia si vnum solum peccatum taces scienter, nullum est tibi remissum; & teneris iterum omnia confiteri, etiam si vnum minimum peccatum occultares, de quo tibi faceres conscientiam: & hoc potest esse duobus modis. Primo modo, quando tacet propter verecundiam, quia si vnum solum est retentum, Deus non parcit tibi: ad instar ciuitatis, cuius portæ essent clausæ, si murus esset ruptus in aliqua sui parte, inimici intrarent per illam rupturam, & caperent ciuitatem. Ita diabolus inimicus animarum, retento vnico peccato, intrandi aditum per illud peccatum habet ad animam. Similiter si vnus est ex pluribus ictibus percussus mortalibus, vnus est ad necem sufficiens. Ita in nō curando animam tuam ab vno solo peccato mortali, id est, sufficiente ad animam occidendum. Vnde nota, quod circunstantia peccati potest esse peccatum mortale, verbi gratia, conuersando cum femina antequam venias ad actum principalis reatus, etiam occurrunt multa mendacia, & quandoque odia, &c. vt peruenias ad illum ictum. Item vltra actum carnalem in illo actu interueniunt tactus inhonesti cum manibus, atque ore. Nam quoties ista inordinatè accidunt, est peccatum mortale. Vnde non expedit solum confiteri se carnaliter cognouisse fœminam, sed oportet etiam dicere circunstantias illius peccati, scilicet lenocinia, promissiones, fallacias, mendacia, quæ docuisti fœminam illam facere, vel furta inde facta, vel homicidium, seu odium inde sequutum, &c. quia non sufficit confiteri principale, sed oportet, & est necessarium cum appenditiis confiteri. Similiter in homicidio potest esse quia possunt interuenire furta, &c. Idem in percutiente sacerdotem, quia periculosius est offendere sacerdotem, quam laicum: & grauius est furari viduam, & pupillum, quam diuitem & potentem: Ita quod oportet dicere dignitatem, & conditionem personæ, quam offendisti. Item dicere locum, quia grauius in ecclesia, & in vno loco, quam in alio. Item tempus, quia grauius est peccare in die festo, quam in aliis diebus. Item debes dicere modum, non solum dicendo, peccaui cum muliere, sed dicere modum, videlicet in sodomitio. Et oportet etiam dicere numerum, scilicet quoties peccasti. Et ratio est, quia non potest saluari, nisi dicat circunstantias, quia *magnus est Deus, & laudabilis nimis, & potens facere omnia*, & sicut vult remittere tibi grauissima peccata principalia, ita remittet tibi circunstantias, ad instar vnius Principis, cui esses obligatus in mille nummis, & volendo tibi remittere totum debitum de gratia speciali, nonne esset fatuum si tu supplicares, quod tibi remitteret vnum solidum: pariter sine comparatione in omni potestate de Deo. Item dicendo omnia peccata, gratia intrat animam, sed stando aliquid culpæ, non potest intrare gratia, quia non possunt simul in vnum stare culpa, & gratia. Item Deus non vult stare de societate cum diabolo infernali. Feci itaque cum istis suasionibus, & modo isto confiteri multas dominas de iis circunstantiis, de quibus nunquam confessæ fuerant. Sed dic quæso, ô tu domina, nonne steristi propter verecundiam tui peccati dicere peccatum ipsum cum circunstantiis suis? Sed si non fuisti verecundata in faciendo illud, quare verecundaris in dicendo ipsum? Nam non est verecundia lauare faciem deturpatam, sed bene ire in conspectu aliorum cum ipsa facie sic deturpata. Item potest esse alia ratio, quia non dicis tuum peccatum, quia dicis tibi, quod confessor reputabit te meretricem & peiorem fœminam mundi, si times hoc, cape discretam personam, quia memini me habuisse dominam in confessione, quæ tenuit me duobus diebus, dicendo peccata sua cum anxietatibus cordis, & lacrymis

Debet esse nuda.

Iob 10. Isa. 14.

Debet esse discreta quod dupliciter intelligitur.

Psalm.

August.

Debet esse libens & voluntaria. Cant. 5.

Debet esse verecunda.

Debet esse integra.

Hoc potest esse duobus modis.

Circunstantia peccati potest esse peccatum mortale vt patet exemplo.

Exemplum.

Digitized by Google

lachrymis multis, sed aliqua non audebat dicere: quod perpendens cum discretione dixi, ego video, quod tu vis dicere, sed præ verecundia diabolus non te dimittit, quia nihil fecisti tam graue & horrendum peccatum, quin alias fuerit factum etiam per sanctos viros Petrus negauit Christum, Paulus fuit persequutor fidei, & interficere fecit millia Christianorum: Iulianus interfecit patrem, & matrem: S. Ioannes Chrysost. commisit stuprum, dixit mendacium, & fecit homicidium simul & semel: & latro in cruce fecerat tot mala, & Deus misericors & miserator misertus est eorum; quid ergo peiora facere potuisti? dic ergo in bono omine & sic capiens vigorem omnia dixit aperte, & interuenit in prædicatore, sicut in Balaam incantatore dæmonum, qui dum percuteret asinam, vt transiret, asina loquuta est dicens, *non possum transire, quia hic est vnus angelus, qui obuiat mihi ne transeam.* Vnde discretus confessor tanto magis compatitur de peccatore, quanto magis videt te dicere omnia peccata tua, & purgare te bene, & animam à vitiis, & peccatis: & bene perpendit quando omnia dicis, vel non. Item ista cauta, quod propterea teneat te pro mala & peiori fœmina mundi, non te moueat ad tacendum reatum, quia tu nō vis vxorari secum, nec es sibi subiecta, vel serua. Itaque dicite audacter, sed cum pudore peccata vestra. Secreta debet esse ex parte confitentis, & confessi, quia confessor non debet reuelare secreta confitentis: imo periculum est Sacerdoti dicere, confessus sum bonam personam, talem, vel talem malam personam; quia si dicit se confessum fuisse bonam personam, & non sic dicat de alio, præsumetur, quod inferas illum fore malum, nec etiam licet dicere econtra. Item confessus etiam tenetur tenere cōfessionem secretam, seu pœnitentiam datam: tamen super hoc articulo distingue, quia aut dicere illud tendit ad vituperium, seu scandalum confitentis, aut confessi, vel alterius, aut neutrius. Si tendit in tuum vituperium, & in tuam infamiam, te vituperas, & facis stultitiam, & peccatum facis mortale. Si venit in scandalum & vituperium confessoris, vt si confessor dicat, meretrix non possum te absoluere, nisi recedas à presbytero, quia non sufficit te secum stare in domo propter scandalum, & malum exemplum aliorum: vnde reuelando peccat mortaliter; & licet ecclesia non dicat, tamen peccat. Item sunt aliquæ meretrices, quæ vt videantur à maritis pudicæ reuelant sibi dicendo, quod confessor quæsiuit de aliquo impudico, si fecerat contra naturam, vel huiusmodi cum marito, quia ita reuelando tales tradunt Christum, & peccant mortaliter, quia ponis te in manu Dei & dicendo, facis maritum tuum venire in scandalum, & ad gladium cum confessore. Lachrymabilis. Quia *per singulas noctes lachrymis meis stratum meum rigabo*, cogitando de ingratitudine & peccatis horrendis perpetratis; dicendo, heu miser, quid feci, perdidi paradisum, & me posui in inferno, & feci tot peccata in conspectu Dei, & nihilominus dicas, Domine reuertere ad me, & ego accipiam te. Tunc Deus miserator & iustus infundet gratiam suam, & recipies de tristitia tua magnum gaudium, ad instar mulieris, quæ *cum parit, tristitiam habet: sed cum peperit filium, sit gaudio plena.* Accelerata, quia subito cum peccasti, vadas ad confitendum: quia quemadmodum cum in domo accenditur ignis, subito exclamas: ita cum peccasti, subito vadas ad clamorem confessionis ad extinguendum peccatum, quia vnum peccatum trahit aliud, quia post iram sequitur homicidium, &c. Fortis, quia sis ita fortis in confitendo, sicut fuisti magnanimus in peccando, quemadmodum Maria Magdalena fuit magnanima in expellendo peccatum. Accusans, quia debet accusare seipsum, & non proximum, sicut Adam, qui inculpauit Deum dicens, Socia quam mihi dedisti, fecit me peccare, quasi dicat, si mihi non dedisses, non peccassem, & Eua accusauit serpentem dicens, &c. & sit parere parata, scil. illud, quod dicit confessor in bono, & non in malo, quia in malo non sibi consentias, quia Deus non permittet te periclitari, vt si confessor diceret, nolo te absoluere nisi prius mihi consentias: sed si diceret, non feras istas caudas, vel capillos mortuorum, non te excuses dicendo, meus maritus non vult, quia si tu velles, bene scires facere, quod ipse vellet; vel non dicas ita fert consuetudo; vel caueas ne tripudies in diebus festiuis, quia est peccatum mortale: debes obedire, quia si haberes aliquod malum in capite, & medicus diceret, si vis liberari oportet, quod amputes tibi capillos, certè pro salute corporis id faceres, & pro salute animæ recusabis.

Secreta esse debet.

Debet esse Lachrymabilis.

Debet esse accelerata.

Debet esse fortis.

Debet esse accusans.

Secvnda Pars Principalis

De eius necessitate, scilicet qualiter sit necessaria.

CApe secundam partem necessitatis, scil. quantum confessio sit necessaria, & habet tres conclusiones. Prima conclusio est, quod nullus potest saluari si non confitetur saltem semel in anno, postquam venit in dies discretionis, à confessore discreto, qui sciat consulere, & docere, de pœni. & remi. c. omnis. Secunda conclusio, quia etiam patres, & matres tenentur præmonere, & inducere filios ad confitendum saltem semel in anno, & si non confiteantur, tenentur tanquam Iudæi. Similiter tenentur inducere famulos, & famulas ad confitendum. Similiter & Patrini tenentur facere, quod filioli, si parentes non habent, confiteantur: alias parum prodest eorum confessio, quia peccant. Similiter & medici mortaliter peccant, si non inducunt infirmum ad confitendum: quia *diliges proximum tuum sicut teipsum*, spiritualiter, ecce filij tui sunt, dilige ipsos, & fit contrarium: quia si asinus tuus cadit in foueā tu studeres extrahere ipsum de fouea illa, & conuocares vicinos, & pernoctares, vt euelleres asellum, & si filius tuus cadit in periculum mortis æternæ, non studes sul leuare ipsum. Tertia conclusio est, quod non confitentes semel in anno, non debent sepeliri in sacro loco, quia etiam presbyter sepeliendo ip um peccat mortaliter. Similiter excommunicatus non debet sepeliri in sacro loco, & debet expelli de ecclesia, & aliter faciendo Sacerdos peccat mortaliter. Et ad salutem vitæ æternæ est necessaria cōfessio modo supradicto facta, ex qua anima lauatur à peccatis, & nitida facta infunditur gratia, qua mediante cognoscit Deum, & illuminatur lumine veritatis, per quam reperit viam paradisi, ad quem nos dignetur perducere omnipotens Deus, Amen.

Circa necessitatem confessionis ponuntur tres conclusiones.

FERIA TERTIA POST III. DOminicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ præcipuè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore discreto, tres præcipuas habet considerationes de confessione.

Prima pars principalis.

De Excusatiua.

Secunda pars principalis.

De Diminutiua.

Tertia pars principalis.

De Humiliatiua.

De

Digitized by Google

De amore discreto.

Sermo XXI.

Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Act. 15. c. & in Euangelio hodierno. In hoc sermone intendo tractare de contritione, sed primo præmittam de confessione aliqua. In quo sacro eloquio tractabimus de amore discreto. Vnde sis bene discretus, vt ducaris à luminato, & primo nota tres esse confessiones. Ptima est excusatiua. Secunda est diminutiua. Tertia est humiliatiua.

Tres notantur hic confessiones.

Prima Pars Principalis

De excusatiua.

Circa primam tangam vnum dubium cum aliquibus pulchris punctis. Primum, vtrum in confessione sit licitum excusare se, & accusare alium, sic dicendo, talis fuit causa, quod peccarem, vel fecit me peccare? Dic secundum Rich. de Media-villa, quod licet in tribus casibus nominare alios, & non in aliis casibus. Primus casus est, quando aliter non potes manifestare tuum peccatum, videlicet grauitatem tui peccati, vt si peccasses cum filio, quia magis grauatur peccatum. Sed secundum Bonau. potes dicere in genere, peccaui cum sacerdote. & tu fœmina diabolica, peccans cum sacerdote, qui repræsentat Christum, est sacrilegium, & fornicari cum Christo, & non licet nominare dicendo, peccaui cum tali sacerdote, & iungit Bonauent. Pone, quod peccasses cum Papa, qui non est nisi vnicus, vel cum Episcopo, qui est vnicus in ciuitate: non tibi licet dicere, peccaui cum Papa, vel cum Episcopo, sed sufficit dicere, peccaui cum vno magno prælato. Sed pone, quod maritus peccauerit contra naturam cum vxore: mulier debet nominare dicendo, peccaui cum marito meo contra naturam, quia aliter non potes dicere, & quando aliter non potes dicere, tunc licet nominare, aliter non. Item non licet tibi dicere, maritus meus fecit me irasci, vel diabolus induxit me, vel meus inimicus; nec facias sicut illa, quæ inculpabat maritum, quod fuerat causa sui reatus, quia confessor absoluit maritum tantum, sed dedit pœnitentiam vxori, & hoc ideo absoluit maritum, quia peccauerat ipsa. Item est casus, in quo licet nominare socium cum quo peccasti, quando confessor est aptus corrigere ipsum, vel propter illud amplius non cadat in illud peccatum, verbi gratia, peccasti cum fratre, & confiteris cum suo superiore, & inde venit scandalum omnibus de illa domo, vel ordine, & euenit, quod suus superior sciet, & bene facies dicere. Sed Bonau. dicit, quod bene esset, quod confitens diceret extra confessionem suo superiori, vt possit corrigere suum subditum, quia dicendo sibi in confessione, non posset reuelare confessionem, & bene facies, quia ex charitate tu teneris sibi dicere, & facere, quod sicut tu corrigeris, ita & ipse tuus socius corrigatur. Tertius casus est, quod licet accusare socium criminis, cum quo peccasti quandocunque vides te aptũ recadere, nec potes aliter euadere illam ruinam, tunc potes nominare illum causa consulendi, vt euadas à periculo illo, quia sciendo personam, dabit tibi consilium salubrius, alias ab istis tribus casibus non licet. Imo Bonau. dicit, quod si sacerdos interrogat te vltra illos tres casus, volens scire cum quo peccasti, non licet tibi dicere, neque dicere debes: imo si velles nominare illum, cum quo peccasti, sacerdos tibi mox debet imponere silentium, quantum ad socij nominis illius expressionem. Vnde bene dicitur ista confessio excusatiua, ad instar Adæ, quem Deus vocauit postquam peccauerat, dicens: Veni ingrate Adam, vbi es? non vertendo eius vultum gratiosum versus Adam, qui priuatus tanta gloria existens tibi promissa, & es subiectus tantæ miseriæ quantum est peccatum, ô misserime ingrate, quid feci sti? qui se excusauit dicens, *Socia quam mihi dedisti, &c.* quia fecit magnum peccatum blasphemando proximum, appropriando sibi quod non est suum, & blasphemando Deum, quia inculpabat Deum, ac si diceret, si tu non dedisses mihi talem sociam, non peccassem. Item inculpabat sociam, quia dicebat quod socia induxerat ipsum. Item inculpabat pomum, quia si non fuisset pomum, similiter non peccasset, similiter se. Similiter fecit Eua dicens, dæmonium fecit me peccare, & est peccatum excusare se, & accusare dæmonium, quia licet dæmon habeat intentionem tentandi, & faciendi peccare hominem, nunquam habet potestatem faciendi peccare ipsum, nisi velit & consentiat: nec facito sicut aliquæ mulieres quando confitentur, quia sacerdos dicit, iurasti: & illa respondet, ô, non potest fieri quin aliquando iuretur, & dicantur mendacia. Et nota, quod mentiuntur, quia potest fieri absque eo, quod iuretur, & dicantur mendacia: sed caue, quia latet anguis in herba, & quando dicis talia te excusando, semper tu blasphemas Deum, quia non est dicere aliud, nisi quod aut Deus non bene fecit, aut non fecit te bonum, sed tua malitia te contaminauit, quia *videns Deus cuncta, quæ fecerat, quod erant bona*: & sic te bonum fecit. Item blasphemas Deum ex eo, quod imposuit tibi legem, quam potes obseruare, quia est dicere, quod Deus est iniquus, & in primo casu facis eum ignorantem. Sunt etiam iuuenes dicentes, quod est consuetudo ire ad meretrices: & non est verum, quia non est cõsuetudo, sed corruptela, quia omnes si vellent possent facere contrarium, & adhibere remedia: vnde si diceretur inueni, caue, quia si peccas cum meretrice, vulneraberis: certè si ita esset, abstinerent pro salute corporum suorum: quare ergo non abstinent pro salute animarum suarum quas perimunt secum agendo? Item non luxuriarentur in medio plateæ, vbi populus, vel Princeps videret eos, sed quare non abstinent à visione Dei, & ab æterna damnatione, vbi omnes Sancti eos videbunt. Similiter tu non blasphemares dominationem timore corporis, vel dominationis, & non abstines te à blasphemando Deum.

De confessione excusatiua.
Vtrum liceat excusare se in confessione.
Licet in tribus casibus nominare complices.
Bonau.
Bonau.
Bonau.

Secvnda pars principalis.

De diminutiua.

Secunda confessio est diminutiua, vnde nota duo dubia. Primum dubium est, vtrum ex quo ecclesia præcipit, quod confitearis saltem in anno, tu postquam confessus fuisti inde ad vnum mensem, tu peccasti mortaliter, & habes contritionem. Quæritur, vtrum incontinenti debeas confiteri, vel debeas expectare vsque ad alium annum? Dico quod si subito te pœnitet, tu potes inducias facere vsque ad annum, quia aliquæ sunt obligationes affirmatiuæ, aliquæ negatiuæ. Et nota quatuor casus, in quibus quis obligatur incontinenti confiteri. Primus, quando sacerdos debet celebrare, & sumere corpus Christi: quia licet esset cóntritus, debet tamẽ confiteri. Secundus est, quando esset imminens periculũ vitæ, quia exponẽs te periculo maris eundo ad S. Sepulchrũ, vel propter merces: quia ex quo es inter Christianos, & habes valentes confessores, debes te purgare, & cõfiteri, antequam exponas te periculo maris. Tertius quando conscientia remordet te, vt confitearis, & vult quod confitearis, quia faciendo contra conscientiam, peccas mortaliter. Quartus casus est, quando tu vis ire inter infideles causa moram trahendi, vel qualitercunque, vbi periculum est, nec verisimile te reperire continue confessores, antequam vadas, tu debes confiteri, ex quo domi habes idoneos confessores, & non expectare annum, licet habeas cordis contritionem, quia aliter faciendo esses in culpa. Alius casus est, quando tu habes confessorem

De confessione diminutiua.
Circa quam duo notantur dubia.
Primum.
In quatuor casibus tenetur quis subito confiteri.

Digitized by Google

sorem habentem potestatem absoluendi in specialibus casibus reseruatis, quia non est verisimile, te similem reperire. Bonau. tamen dicit, quòd in omni casu periculosum est se subito quam primum potest non confiteri: & sic summatim nota quatuor casus, in quibus quis tenetur subito confiteri. Primus, quando non est verisimile te posse confiteri si expectas, sicut in infirmitate, quia infirmus debet subito confiteri propter accidentia, quæ occurrere possunt. Secundus, quando vadis ad loca, vbi non est verisimile te posse confiteri, nec reperire locum, & personam habilem, in quo, & coram qua tu possis confiteri, quia es in culpa, ex quo es in loco, vbi reperis personam idoneam ad confitendum. Tertiò, quando reperis personam idoneam, & habentem libertatem absoluendi in certis casibus reseruatis, subitò debes confiteri. Quartus est, quando conscientia dicit, quod confitearis, vt supradictum est. Et licet non habeas veram contritionem, tamen non stes quin confitearis, quia si confiteris omni anno tu facis præceptum ecclesiæ, & euitas vnum peccatum mortale, in quod incurreres non confitendo. Item, quia si confitearis, confessio disponit te, licet non habeas veram cõtritionem, & ille actus humilitatis confessionis, & exhortatio boni confessoris inducent te ad veram contritionem, & ideo confitere, & subito. Et nota, quod qui confitetur, & non accipit corpus Christi, sine expressa, & legitima causa, illa confessio non valet, quoad præceptum ecclesiæ, nisi in infirmitate. Istud non est nouum, sed est parum vsitatum: & hæc est ratio, quia aut tu es dispositus accipere corpus Christi & ita obligaris illud sumere, sicut obligaris confiteri, vt in c. omnis vtriusque sexus, alias confessio non valet, aut non es dispositus propter distemperationem stomachi, propter infirmitatem, vel aliam legitimam causam, & tunc sufficit confiteri. Pone, quod vnus secularis est contritus, & non potest confitedi, quia non habet idoneum confessorem, quia est in villa: dico quod potest assumere corpus Christi, cum proposito continenti, quam primum poterit se confitendi, & reuertendo ad domum confiteatur. Item pone, quidam confessus est, & in actu accipiendi corpus Christi recordatur de aliquo peccato mortali, & pœnitet, dico, quod potest sumere cum proposito confitendi, & postea confiteatur. Secundum dubium mouet Albertus Magnus: Quidam luxuriosus confitetur causa obediendi, & non causa deserendi luxuriam suam, & emendandi se. Quæritur, vtrũ prosit sibi? Dico, quod confessio facta est dupliciter. Primo propter obedientiam, secundo propter remedium. Iam dicta confessio, quantum est pro remedio, non valet, quia confessio sine pœnitentia non valet: sed quantum est pro obedientia, valet, quia vitat illud peccatum mortale, in quod incurreret. Item poteris ex hoc contequi aliud bonum, quia confessor poterit facere, quod emẽdaberis, & ex alia parte Deus dabit tibi gratiam. Vnde omnino confitere, licet non sis dispositus reddere ablatum, tamen valebit, vt dixi ad euitandum peccatum inobedientiæ, & poteris meliorare modo suprascripto. Tertium dubium est, vtrum confessus semel, teneatur iterum confiteri? Respondet Bonauen. in Centilpquio, quod duæ sunt causæ ex parte confessoris, & duæ ex parte confitentis: quare non valet confessio ex parte confessoris, oportet, quod habeat ista duo, scilicet auctoritatem, & potestatem, aliàs non valet confessio, vt puta si non est tuus sacerdos, vel est excommunicatus, interdictus, suspensus, vel priuatus à confessione, quia tunc non habet auctoritatem absoluendi & confitendi, nec potestatem, quia non habet claues aperiendi. Et nota, quod scio, quod isti duo ordines, scilicet Minorum, & Prædicatorum habent auctoritatem à Papa confitendi: de aliis ordinibus ita nescio. Vnde antequam Fratres confiteantur aliquos, suus Prælatus debet eligere quos videt idoneos, & ipsos præsentare debet Episcopo, & petere licentiam, & tunc si concedit eis licentiam, poterunt confiteri: & si non concedit licentiam, adhuc poterunt confiteri, dummodo primo se humiliauerint in petendo licentiam illam, aliàs non habent auctoritatem. & confitens ab eis non erit confessus, quia *nemo debet mittere falcem in messem alienam*: & quando concessa est licentia ab Episcopo, tunc possunt confiteri, nisi in certis casibus reseruatis, saluo quam si illi casus sibi concedantur: & si non est eis concessum, & aliquis confiteatur de aliquo dictorum casuum, tunc det et petere licentiam, alioquin non valet. Sed pone, tu scis sacerdotem esse in peccato mortali, tu potes confiteri, & valebit confessio, licet sacerdos peccet: sed quando habet auctoritatem, & nescit confiteri te, non valet confessio, & oportebit te iterum confiteri. Ex parte vero confitentis, oportet duo interuenire. Primum, quod tu dicas omnia peccata tua, secundum, quod habeas propositum accipiendi corpus Christi illo anno, aliàs non valet, quoad præceptum. Item si vadis cum proposito non deserendi peccatũ, vel si diuidis confessionem dicendo partem peccatorum tuorum vni confessori, & partem alteri, vel si non te pœnitet, vel te non emendas, quia in his casibus non valet quantum ad absolutionem, & ad remissionem tuorum peccatorum; proficit tamen propter suprascripta. Item sunt aliqui dicentes, quod si recordaris de vno peccato tantum, de quo alias non fuisti confessus, non expedit dicere omnia peccata, sed solum illud de quo recordaris. Item si confessus fuisti de aliquo peccato, in quo iterum recidisti, non oportet dicere omnia alia, de quibus fuisti confessus, sed illud tantum in quod iterum recidisti. Item si presbyter dat tibi pœnitentiam & obliuiscaris, reuertere ad illum cui confessus fuisti, & si non recordatur, oportet quod iterum confitearis. Item si noluisti facere pœnitentiam, de qua recordaris, poteris confiteri de hoc solo, quod non feci sti pœnitentiam, & illam facere.

Bonau.

Nota.

Secundum dubium mouet Albertus Magnus.

Tertium dubium. Verum confessus semel teneatur iterum cõfiteri.

Nota quod loquitur de illa quæ erant in vsu ante concilium Tridentinũ.

Tertia Pars Principalis

De humiliatiua.

TOlle tertiam partem principalem, quæ est confessio humiliatiua, in qua tria dubia notantur. Primum, quomodo homo potest recordari de omnibus suis peccatis, vt sciat omnia dicere, & nota modum, quia primo homo debet considerare quot annos habet, & cogitet primo quando incœpit cognoscere bonum à malo, puta in septimo anno. Vnde cogites quid feci sti illo anno, & cum qua societate vsus fuisti, & quid feci sti clam, publicè, vel associatus in illo anno, & cum quo peccasti, & in quo loco, & quomodo, & quando. Similiter in octauo anno, nono, & decimo, & quando tu intras in pelagus peccatorum, & tuæ ætatis, discurrere debes de die in diem, & de septimana in septimanam, & de mense in mensem, & de anno in annum, & de tempore in tempus, & de loco in locum, & de mansione in mansiones, quas mutasti, & in terris in quibus fuisti, & quid feci sti in singulis dictorum locorum. Item discurrere contractus quos feci sti, si sunt liciti, vel non. Item discurrere per artem, quam facis. Item obligationem fidemque vxoris si fregisti, vel seruasti, & quoties, & cum qua vxore fregisti fidem, &c. & sic venies ad recordandum te de tuis peccatis, & si scis scribere, scribas, & legendo dicas tuam culpam, tu mulier cum capite cooperto, & iunctis manibus, fac quod confessor nunquam videat tuum vultum, & sic dicas omnia tua peccata cum ordinato, ac præmeditato, & deliberato cogitamine, cum verecundia, & animo amplius non peccandi, quatenus est tibi possibile. Secundum dubium est, à quo debes confiteri. Albertus Magnus dicit, quod sicut sine baptismate non potest saluari, ita sine confessione, si potest fieri, quia habeatur ibi

Circa confessionem humiliatiuam tria dubia notantur.

Quomodo homo possit recordari de omnibus peccatis.

Secundum dubium, cui debes confiteri.

Digitized by Google

ibi sacerdos, alioquin potest confiteri vni mulieri, licet non sit necessaria, quia potest esse quod presbyter esset excommunicatus: quia tunc sicut fœmina in casu necessitatis potest baptizare, ita potest in puncto mortis aliquis in casu necessitatis confiteri. Item nota, quod sunt sex, qui possunt confiteri, & absoluere. Primus est Episcopus ciuitatis, qui potest te absoluere plus quam sacerdos tuus. Secundus est suus Vicarius spiritualis, à quo potes confiteri, & absolui, sicut ab Episcopo. Tertius est ordo Minorum, & Prædicatorum cum licentia Episcopi modo suprascripto, qui dicuntur proprij sacerdotes per priuilegium particulare. Vnde quando tales habent auctoritatem ab Episcopo, valet eorum confessio, nec expedit iterum confiteri tuo sacerdoti. Nec obligat glossa super c. omnis vtriusque sexus, quæ videtur contradicere, cuius dubitatio tollitur per extrauagantem Ioannis. Quartus est proprius tuus sacerdos Parochianus, qui etiam in quibusdam casibus certis non potest absoluere, nisi sint sibi concessi. Item habes licentiam à tuo Parochiano potest te confiteri. Item sacerdos confiteri non potest, nisi positus sciat & sit notatus. Item potest absolui in quocunque casu, quando non potes aliter confiteri à Papa, vel ab Episcopo, quia quilibet in casu necessitatis potest effici presbyter tuus. Inter istos ponuntur etiam peregrini. Et nota, si vis peregre proficisci, non vadas, nisi habeas licentiam ab Episcopo, vel à tuo sacerdote, quod possis confiteri, & accipere corpus Christi, à quouis sacerdote. Imo aliqui dicunt, quod quando peregrinus baculum accipit à presbytero, videtur sibi esse data licentia. Sextus casus, tu potes confiteri cui vis, quando tu habes sacerdotem, qui sit sciens, bonæ voluntatis, & conscientiæ, & sit persona non suspecta, & tuus sacerdos sit imitator meretricum. Et est alius casus, quando tuus sacerdos est reuelator confessionis, tu potes ire ad alium, modo suprascripto. Tertia pars nostri sermonis est, quæ natura nostræ confessionis, & quotuplex est eius natura, & est duodecuplex. Prima est purgatiua. Secunda illuminatiua, quia confitendo intelligis peccatum, & Deus dat gratiam, & disponit ad contritionem. Tertia à diabolo fugitiua, quia diabolus facit de anima, sicut lupus, qui capit pecudem per pilum, seu lanam, & nil mali sibi facit, donec illam portauerit, quò vult in locum solitarium, & illa pecus nullum sentiens dolorem, nihil balat, neque clamat, quia si clamaret, cæterum pecus ipsam eximeret, & postea lupus subito vorat illam. Ita facit diabolus portando nos, ita quod nil sentimus, nolendo confiteri, donec nos præcipitauerit, & subito nos deuoret in profundum. Ideoque cum nos portat exclamemus coram pastore nostro confitendo &c. Quarta cum Deo pacificatiua, quia cum sumus confessi, & contriti, tunc pacificati sumus cum Deo, ad instar columbæ portantis oliuam Noe in signum pacis, & cessationis diluuij. Ita anima nostra portat oliuam pacis, dicens cum Dauid, *Confiteor Deo*, &c. Quinta conscientia disgregatiua, *sicut onus graue grauata sunt cicatrices meæ*, nam & mulier cum parit, habet dolorem; sed cum peperit, habet lætitiam: sic facit confessio, est disgregatiua vitiorum, & alleuiat animam grauamine peccatorum, & parit lætitiam in anima confitentis. Sexta est dæmonis confusiua, quia diabolus confunditur, & per confessionem acclamatur post diabolum, sicut acclamatur post furem repertum in flagranti crimine dicendo, ad latronem, qui fugiendo confunditur dimissis spolijs furti. Vnde Prouerb. *qui reuelat secretum amici, non curat amplius de amico.* Sic in anima reuelante secretum diaboli sui amici, diabolus non curat de ea. Septima, iudicij placatiua, & est contraria iudicio huius mundi Nam si latro confitetur coram iudice suum scelus punitur: sed non est ita in confessione, quia placat iudicem, & remittit. Octaua est cœli apertiua, quia toties datur clauis paradisi quoties confiteris, sicut latroni in cruce, quia cum confessus fuit se esse latronem, dicens, *Domine memento mei*, &c. incontinenti fuit sibi data clauis aperiendi paradisum: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Nona est conscientiæ reintegratiua. Vnde Paul. *Gloria mea hæc est, testimonium conscientiæ*, &c. Decima est culpæ fugatiua, quia reuelando tua peccata, discretus confessor facit te cautum, & curat, & curando fugat culpas, ad instar medici, qui curat plagam, & curando liberat infirmum, & habentis dentem marcidum, cui curatur & fugatur dolor. Vndecima est pœnæ purgatiua, quia propter confessionem, & bonam contritionem anima purgatur, & saluatur: quia cum anima est purgata, Deus infundit gratiam, qua mediante facit pœnitentiam, & pœna purgatur. Duodecima est orationis impetratiua: *Confitemini peccata, vestra vnus alterum*, & intellige de venialibus quia non licet confiteri de mortalibus, nisi sacerdoti, nisi in actu consilij capescendi, & confitendo illo modo alterutrum, non est confessio sacramentalis, sed per modum consilij. Et sic seruando confessionem modis suprascriptis, anima efficitur purgata, & implebitur gratia Christi, ex qua consequetur Dei misericordiam, qua mediante consequetur vitam beatam, ad quam nos Deus perducat fœliciter, Amen.

Sex sunt qui possunt confiteri.

De effectibus confessionis. Primus est purgatiua.

2. Est illuminatiua.

3. A diabolo fugitiua.

4. Cum Deo pacificatiua.

5. Conscientia disgregatiua.

6. Est dæmonis confusiua.

7. Iudicij placatiua.

8. Cœli apertiua.

9. Conscientia reintegratiua.

10. Culpæ fugatiua.

11. Pœnæ purgatiua.

12. Orationis impetratiua.

FERIA QVARTA POST III. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore correctiuo, tres partes præcipuas continet de correctione.

Prima pars principalis.

De correctione fraternali.

Secunda pars principalis.

De paternali de minore ad maiorem.

Tertia pars principalis.

De filiali minore ad maiorem,

De amore correctiuo.

Sermo XXII.

SI peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum. Mat. 18. c. Vtile est seruare hoc præceptum. In quo sacro eloquio tractatur de tertia flamma, quæ vocatur Amor correctionis: & considera bene istud vocabulum, corripere, quod idem est, quod cor rapere, quemadmodum si filius tuus cadit in igne, tu subito extrahis eum, quia officium charitatis est subito subleuare cadentem, & corde rapere eum de igne inferni: & quia peccatum stat in corde, non immerito Deus posuit illud ministerium, vt rapias proximum de malo ad bonum, de peccato ad paradisum: vnde correctio est admonitio fratris de offensione peccatorum charitatiuo cum feruore præcedente. Vnde tria sunt necessaria in correctione. Primum, quod fiat præcedente charitate, & cum charitate. Secundum, quod correctio fiat cum causa. Tertium, quod *peccauerit frater tuus.* Et merito dicitur *frater tuus*, quia omnes sumus fratres in Christo, quia pater & filius sunt fratres, licet vnus sit maior altero, tamen oportet vt omnis iustitia impleatur, quod maior corripiat minorem: & quandoque è cõtra minor maiorem. Vnde possumus solide videre tres fore correctiones. Prima est fraternalis, Secũda paternalis de maiore in minorem. Tertia filialis de minore ad maiorem.

Matt. 18.

Nota Verbũ corripere. Exemplum.

Quid sit correctio. Tria necessaria in correctione.

Correctiones, fraterna, paterna, filialis.

Digitized by Google

Prima Pars Principalis.

De correctione fraternali.

Circa primã quatuor occurrunt dubia.

SEd quia prima eſt magis neceſſaria ad propoſitum, ideo cape primam fraternalem. Et nota quod in hac prima, quæ eſt fraternalis, occurrunt quatuor dubia. Primum eſt vtrum homo ſit obligatus corrigere proximum ſuum, & vtrum non corrigendo peccet? Ad illud dubium Ioan. Gualen. in libro ſuarum quæſtionum, reſpondit dicens quod ſi homo conſideret illud loqui Chriſti, corripe ſi peccat. q.d. quod ſi non peccauerit non corrigas. Vnde diſtingue, quod duplex eſt peccatum, vnum mortale, & aliud veniale: peccata venialia non damnant, ſed vnum mortale ſic. Et non intelligit Chriſtus in euangelio de peccato veniali, quia dicit in euangelio, lucratus es fratrem tuum hodie,

Doctor. ſubt.

ideo intelligit de mortali, ſubiungit Doctor ſubtilis, quod non intelligitur ſolum de peccato mortali iam facto, ſed de proxime faciendo, quando videt proximum ruiturum in peccatum mortale, quia etiam debet corrigi, & eſt boni intellectus, & quod Chriſtus præcipiat iſta duo, videlicet quod peccauerit, vel quod ſit in

Exemplum.

procinctu peccandi, vt in hoc exemplo; Erit vna ſtulta iuuenis, quæ neſcit præcauere, & luxurioſus ſequitur eam, & eſt in procinctu peccandi, teneris corrigere

Eccleſ. 17.

eam, ne cadat. Vnde Eccle. 17. c. *Vnicuique præcepit Deus de proximo ſuo, vt corrigat, ne peccet*, & eſt profunda materia iſta quantum ſit in euangelio. Vnde glo. ſuper illo eloquio Eccle. dicit, Quod eſt ita debitum corrigere proximum, ſicut eſt debitum parcere ſibi, qui te

Richar. Nota.

offendit. Sed Richar. in 4. 19. diſt. diſtinguit, quod tribus modis, ſiue rationibus poteſt occurrere, quod quis nõ corrigit, & non corrigendo non peccat. Prima ratio, quia non videt tempus corrigendi, quia vides tunc proximum turbatum, & corrigendo illo in tempore facere ipſum peiorare. Vnde in iſto modo mereris, ſi habes animum corrigendi ipſum expectando tempus. Secunda ratio eſt, quia poteſt eſſe ne diſpliceas, vel quia times perdere aliquod ſeruitium, vel quia dubitas ne fortè faciat tibi ſcandalum, maximè in bonis temporalibus, vel quod te odiat &c. tunc peccas mortaliter non corrigendo eum, quia tu debes prẽponere animam tuam proximi diuitiis, & bonis temporalibus, verbi gratia, ſi plures eſſent pagani ſubuertentes Chriſtianum, ita quod ſtaret in periculo animæ, tu obligaris ad debitum ſaluationis plus amare animam proximi tui, quã tuũ corpus, & teneris ponere te ſub pœna peccati mortalis in periculo vitæ, & in periculo perdendi bona tẽporalia. Eſt & tertius caſus, ſeu tertia ratio, ſecundum

Auguſt.

Aug. 10. c. de Ciuit. Dei. Dicit quod ſi dimittis corrigere proximum, quia putas ipſum incorrigibilem, & times diſplicere, peccas venialiter, ſed non mortaliter, ſed ſi putas corrigendo ipſum, & dicendo ſibi veritatẽ, proximum emendari, & propter verecundiam ſtas, tu peccas mortaliter, quia fraudatur, cum ſi eſſet certificatus de illo ſe emendaret. Vnde Paulus *clama, ne ceſſes*, maxime in prædicatione, quia non debent prædicatores deſinere dicere veritatem propter murmurationes, vel propter aliam cauſam. Ita quod propter tria poteſt

Poteſt dimitti correctio propter tria.

dimitti. Primo expectando tempus. Secundo propter nõ perdere bona temporalia, vel amicitiam, vel ne murmuretur. Tertio, quando deſperatur ne corrigatur propter reprehendere. Sed ſi propter tepiditatem, quando ſperas corrigi, & non corrigitur, tunc bene eſt peccatum. Vnde Ioan. Chryſ. Vita bonorum, eſt ſcandalum malorum. Charitas ergo feruida corrigit cum diſcretione. Secundum dubium eſt, quo ordine debet corrigi proximus. Reſpondit in euangelio Chriſtus, & in eo

Chryſoſt.

Circa 2. dubium tres modi notantur corrigendi.

ponitur ordo, & ſunt tres modi corrigendi Primus cum amore, ſecundus cum timore tertius cum pudore. Et ſi iſta tria non proſunt, quia non emendatur, dimittes eum. Vnde cape ſententiam Chriſti, quia tibi dat ordinem charitatis: & iſte modus ſcilicet corrigendi cum charitate *inter te & ipſum*, non valet: tunc corrige cum timore, ſcilicet ſecundo modo, & poſtea cum pudore. Vnde dicit, *ſi peccauerit in te*, id eſt, te ſciente quod peccauerit in te, vel contra te, quia ſi peccauerit contra te, non debes moueri ad corrigendum eum cum iniuria propter te, ſed propter charitatem. Ideo ſecunda cauſa, quare debes corrigere fratrem tuum, eſt fraternalis charitas, & non propria. Tertia eſt modus, quia *inter te, & ipſum ſolum corripe ipſum*, & eſt debitum, quia ſicut eſt debitum corrigere proximum, ita eſt debitum tenere iſtum modum & ordinem, & non ſicut fœmina facias, quæ videns vicinam feciſſe damnum in coquina, vadit ad commatrem, & dicit ſibi, væ mihi triſti: vtinam eſſem mortua, quia nunquam fui ita doloroſa, nec tribulata, ſicut nunc. Dicet commater, quia nunquam vidi vos in tanta agonia? Reſpondit ipſa: ego nullatenus dicerem vobis, quia ſum male contenta vſque ad mortem, quod ego ſciam, *Nota.* ne dum quod alij ſciant: dicet, commater non confiditis de me, bona commater, vos poteſtis mihi dicere audacter, quia erit ſubtus terram, tunc dicit ipſa, neſcitis commater, quod talis vicina noſtra fecit damnum in coquina cum tali? ſed amore Dei nemini dixeritis hoc. At illa reſpondet dicens, per iſtam † ego nemini dicam. Sed væ mihi, quæ dicitis, quia putabam ipſam fore vnam bonam fœminam, & mox inde recedens ibit ſimiliter ad aliam vicinam tota turbulenta & anxia, quæ ſimiliter volens ſcire cauſas tantæ malancholiæ, tandem fingens nolle ſibi dicere, dabit ſibi iuramentum, nemini dicere, & ſimiliter ſibi dicet de vicina ſua & non erit inde reuerſa, quod prima eius commater iam dixerit alteri, & altera alteri, & ſic de ſingula in ſingulam veniet in notitiam mariti, & inde orietur magnum ſcandalum, & ſic faciendo, licet dicat verum, nihilominus peccat mortaliter: quia aut debet tacere, vel corrigere eam, quæ peccauit modis, & cum doctrina in hoc euangelio nobis tradita, niſi diceret alteri cum prudentia. Videns quod propter ſe non corrigitur, & putat ipſam perſonam corrigi debere mediante reprehenſione eius cui illud dixerit, & eſt modus amoris. *Et ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum, & animam tuam.* Et tunc ſi dares omnia pro Deo, non tantum lucrareris quantum lucraris corrigendo proximum tuum, quia Deus bene ponderat quid eſt lucrari vnam animam. Et ſi non valet amor quia non corrigitur propter hoc: tunc proba timorem, ſi cum timore, potes reducere proximum tuum & dicas tu ſolus ſibi bis, ter, quater, & decies, ſi ſperas & putas ipſum corrigi debere, propterea antequam velis adhibere alios tecum, ſed ſi vides quod non vult propter te ſolum corrigi, adhibe vnum tecum, ſi ſufficit. Et ſi non prodeſt, tunc adhibe duos, quia tu debes conſiderare accipere perſonas bonæ conſcientiæ, & graues tecum, & licet Chriſtus non dicat de pluribus tu potes adhibere tres, & quatuor, vel plures, quia *in ore duorum, vel trium conſtat omne verbum*, & non erit licitum illis perſonis illud referre alijs: quia ſi illæ perſonæ tecum adhibitæ ad corrigendum proximum, illud referrent aliis perſonis, peccarent mortaliter, quia tenentur tenere ſecretum, quia ſunt teſtes quia ille poterit dicere, correxi illum in pœnitentia teſtium, vt ducas tecum tales perſonas, quæ ſint diſcretæ ita quod proximus non ſcandalizetur, & ſi audierit eos lucratus fueris animam fratris tui. *Et ſi non audierit te.* Iſte eſt tertius modus, quia dicit eccleſiæ, nam potes dicere patri, matri, vel fratri, aut marito, confeſſori, aut ſacerdoti, cui magis videtur tibi ſine ſcandalo poſſe dici, vt corrigatur, & non peccabis. *Sed ſi tunc non audierit*, dicit Chriſtus, *habea, ipſum pro publico*, ex quo non corrigitur, & noli ſibi loqui non ex odio, ſed vt confuſus corrigatur, ſed ſi potes ſubuenire, ſubuenias ſibi in ſuis neceſſitatibus, ſed aliter fuge illũ.

&

Digitized by Google

& fac te conformem Deo, ne malus honoretur ſicut bonus, & intellige hoc, quando eſt extra ſpem corrigendi. Vnde ſubiungit Chriſtus, non ſpernatur ſacerdos, vel epiſcopus, *quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & perme*, id eſt ſi cum iuſtitia facient. Tertium dubium eſt: ſi homo obligatur taliter, & quod quotieſcunque non corrigit proximum, peccet mortaliter. Vnde nota quod ad hoc vt quis non corrigendo proximum peccet, vel non, ſex cauſæ concurrere debent. Tres pro parte corrigentis, & tres pro parte correcti. Pro parte corrigentis ſunt iſta tria ſcilicet primum quod ſciat peccatum, vel ſigna, ſeu euidentes præſumptiones peccati. Ideo dicit Chriſtus, *in te*, id eſt, te ſciente poſſibili ſcientia ibi quod ſit certus, quod ſit peccatum mortale, vel quod ſit aptus peccare. Vnde Eccle. *Antequam interroges, nolis vituperare, & poſtquam interrogaueris, corrige.* Vnde non corrigas niſi ſcias, vel certa ſigna habeas. Secunda cauſa concurrens eſt patientia, vt concurrat manſuetudo cum aſperitate verborum cum aliquibus, & cum aliquibus manſuete. Et nota quod ſi vis corrigere proximum, oportet te armare ſcuto patientiæ, quia in corrigendo ſuſtineas, ſi tibi dicentur opprobria patienter, & non ſolum diſponas te ſuſtinere verba, ſed etiam verbera. Vnde ſi te diſponis ad tantam patientiam, bene eſt: ſin autem, tu non peccabis in non corrigendo, ſed in non diſponendo te ad illam patientiam.

Ad ſciendum quando quis peccet non corrigendo ſex cauſa concurrere debent.

Prima Pars Principalis

De correctione fraternali.

TErtia cauſa eſt, quando aliqua perſona, eſt ſubiecta alicui, vt puta patri, vel matri, vel alteri perſonæ diſcretæ, quia tunc proximus non obligatur corrigere illam, verbi gratia, tu videbis filiam alicuius boni & diſcreti viri, quæ ibit nimis vana, ſi eius parentes ſunt boni & ſapientes, tu non teneris corrigere illam, ſi ipſi ſciunt: quia eſt veriſimile quod corrumpirur ab eis. Sed eſt ſignum, quod eſt obſtinata, ſecus vero, ſi ipſi parentes illud ignorarent. Idem in ſubdito prælati, quia ſi prælatus ſcit peccatum ſui ſacerdotis, vel monachi, tu non obligaris: ſed ſi ignorat, ſic. Item tres cauſæ ſunt ex parte illius, qui debet corrigi. Prima, quando vides quod peccans eſt aptus peccare, & non emendari, ſi ipſum corrigis, quia tunc peccabis, & non mereberis, Sed qualiter facit: prædicator dicit, quod ſi videt quod propter ſuas prædicationes plures peiorant quàm corrigantur, debet tacere. Sed ſi plures corriguntur, tunc non debet tacere. Vnde Salomon in Prouerb. *Noli arguere deriſorem, ne oderit te*: & Hieron. Fruſtranti & nihil aliud quam odium quærere, ſtultum eſt: quia minus malum eſt habere caput ruptum quam vultum. Secunda cauſa eſt, quando non eſt aliud tempus corrigendi, & eſt tempus corrigendi. Tertia, quando non eſt nunc tempus corrigendi, ſed expectas cum animo corrigendi, ſed viſo tempore. Vnde ſi vnum ex iis ſex deficit non corrigendo, non peccas. Quartum dubium, quæritur ſi corrigendo quis ſceleratus proximum peccet, vel non. Vnde nota quod duplex eſt corrigere. Quia aliud eſt corrigere, aliud cum peccato corrigere. Primũ corrigere quilibet obligatur etiam peccator. Primo, quia ſcit proximum peccaſſe. Secundo, quia amor naturalis nos inclinat ſubleuare cadentem: tam magnus peccator corrigendo pauperem de vno paruo peccato angariando eum, & faciendo ſe militem ſuper illo peccato peccabat mortaliter. Vnde Matth. 17. cap.

Tollere feſtucam ſi vis de fratris ocello,
Quæ tua conturbat lumina, tolle trabem.

Vnde iſte talis corrigendo peccat, & non corrigendo etiam peccat. Secundo modo, quia velit corrigendo oſtendere ſe non eſſe peccatorem, ſicut plenus malis contractibus dicet malum de aliquo ſimili peccato. Vel latro dicet malum de aliquo latrocinio proximum corrigendo, vt appareat bonus, peccat mortaliter, quia eſt hypocrita marcidus, & facit ſcandalum. Si vero peccatum corrigentis eſt occultum, tunc ſi corrigit proximum meretur, & facit debitum ſuum, quia peius eſt peccare publicè, quam occultè. Alio modo etiam peccator monetur corrigendo proximum hoc modo, quia ibit ad proximum cum bona humanitate dicens frater mi, Nos ſumus peccatores, & ſtamus in perditione animæ, & bonæ famæ, & in periculo corporum & rerum, amore Dei emendemur, non perſeueremus amplius in vſuraria prauitate, vel in hac miſeria meretricij, vel proditionum, ſeu homicidiorum, &c. Quintum dubium eſt, ad quid eſt bonum iſtud reprehendere proximum. Dico primo, quod eſt bonum ad hoc, quia ſi proximus tuus pec cando non videt, nec cognoſcit ſuum peccatum, quia eſt excæcatus: quia vbi regnat affectio, perit omne iudicium, nunc corrigendo ipſum, & dicendo, frater non vides tuum periculum & tuam infamiam, &c & tunc aperiet intellectum & videbit errorem ſuum, & corriget ſe. Vnde Salomon in Prou. *Diſciplina & correctio docet ſapientiam.* Reſponſio docet ſenſum maxime in iuuene inſenſata, dicendo ſibi, fatua quid feciſti, eſt ne iſte honor, quem feciſti, & facis tibi, & tuis, quia alij oculi plus vident in te quam tui: & fac ſicut aſinus, qui nunquam cadit vbi ſemel cecidit, & hoc procedit propter clamores, & verbera, quæ ibi habuit, vbi cecidit. Aliud bonum eſt, quia ex reprehenſione verecundatur: & eſt confuſio, quæ inducit peccatum, & eſt vna alia confuſio, quæ inducit gratiam, ex qua poſtea ſequitur miſericordia Vnde cum peccator reprehenſus videt peccatum ſuum, dicit in ſe reuerſus: Domine Deus eleua me miſerum de hoc peccato, & pœnitet ſe peccaſſe conterendo cor ſuum, & Deus infundit gratiam ſuam, de gratia tranſit ad gloriam. Aliud bonum eſt, quia ſi peccator non videt ſuum peccatum, non cognoſcit illud, & non cognoſcendo, non ſibi cauet. Vnde Aug. Nõ deſperemus arguere, & caſtigare, quia ſi fuerint filij pacis: conuertentur; & ſi non fuerint filij pacis, reuertẽtur in te. *Vnde ſi peccauerit in te frater tuus.* Sed quis eſt iſte frater tuus. Nota quod habemus duo genera fratrum. Vnum genus frattum maiorum & aliud minorum. Maiores debent quatuor modis caſtigare minores. Primo magiſtrando. Secundo exhortando. Tertio corrigendo. Quarto caſtigando. Nam mater debet caſtigare filiam dicendo, filia mea ego præcipio tibi, ne te piles, nec cures facere tibi capillos albiores, quam tibi natura produxerit, oculos tuos tẽne pudicos, & à vanis auerte: faciem tuam ne fucaueris, non frequentes feneſtras, nec cantilenas diſcere quæras, neque motettos, nec ſtes ocioſa, nec cogites vana, & qualem te Deus creauit, talem velis videri: & ſuper omnia timeas Deum, quia ſi ſic facies, filia mea exhortor te, quod habebis gratiam Dei, & bonam fortunam, & ſimilia. Vnde Eccl. *Filij tibi ſunt, erudi illos, & incurua eos in iuuentute ſua, quia lignum vetus male torquetur, & in cera molli imprimitur omnis forma: & ſi non corrigitur, increpa iuuenes deuiatos à bono.* Quarto corrigere cum virga, ſi verba non proficiunt, quia *qui parcit virgæ odit filium.*

Quintum dubium.

Auguſt.

Nota duo eſſe genera fratrum, vnũ maiorum & aliud minorum.

Maiores debent quatuor modis minores caſtigare.

Prou. 9.

Hiero.

Quartum dubium.

Matth. 17.

Tertia Pars Principalis

De filiâ minore ad maiorem.

SImiliter minores poſſunt redarguere maiorem, ſcilicet filius patrem, iuuenis ſenem, ſubditus prælatum, familiaris dominum, &c. quatuor modis. Primo cum dulcedine verborum & actuum. Secundo cum reuerentia, quæ ſemper debet ſeruari. Tertio cum aſperitate. Quarto cum iuſtitia. Dico primo cum dulcedine minor debet redarguere maiorem, ſicut

Similiter minores poſſunt redarguere maiores quatuor modis.

Digitized by Google

filius habens patrem ebriosum, lusorem, auarum, luxuriosum, &c. Debet filius dicere contra patrem, & senem cum omni reuerentia, & dulcedine, ah! mi pater dulcissime rogo vos, cauete vobis à vino, ne inebriemini, quia consequuntur multa mala. Primo perditis famam bonam, similiter consequor etiam infamiam, & tota domus vestra, mens fit hebes, perditis memoriam, consumitis corpus, & animã submergitis in profundum. Similiter filia dicet matri fatuæ & vanæ: mater mea, cum reuerentia, vos vaditis nimis vana, & cum capite leuato: hodie tales dominæ dérident vos, amodo non estis puella. Ego filia vestra & iuuencula verecundor nedum ire ita vana, sed de gestibus vestris, ah! amore Dei non plus faciatis ista talia, &c. Et vide pastoralem in Gregorium, qualiter docet corrigere maiorem taliter quod non perdatur reuerentia, quia non debet sperni gradus prælati, & cum reuerentia, & dulcore potest reprehendi Papa. Secundo modo cum reuerentia, quare non debes perdere reuerentiam, quia licet sit excommunicatus, debes facere illud quod dicit ecclesia. Asperitas bene stat de sene ad minorem. Sed prædicator debet vngere & pungere, quod in omnibus sit fructus. Quartus est fructus iustitiæ, quia non licet subditis reprehendere superiores, nisi propter iustitiam, si superior esset hæreticus, & extra fidem, quia debet asperrime reprehendere eum. Vnde Paulus ad Tim. *Obsecra antiquum.* Vel si Papa esset hæreticus, omnes tenentur comburere eum cum ordine secundum iustitiam ordinatam, & similiter debent officiales corrigi cum iustitia ordinata. Itaque *si peccauerit frater tuus, corripe eum*, vt emendetur, & consequatur gratiam Dei, quam & vos consequi ille dignetur, qui viuit & regnat in sæcula seculorum, Amen.

FERIA QVINTA POST III. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore sanatiuo, tribus præcipuis constat partibus, quibus contritio declaratur.

Prima pars principalis.

De quidditate contritionis.

Secunda pars principalis.

De necessitate contritionis.

Tertia pars principalis.

De qualitate illius.

De amore sanatiuo.

Sermo XXIII.

Luc. 4. *Stans Iesus super illam, imperauit febri, & dimittit illam.* Luc. 4 & in Euang. hodierno, loquitur Euangelium istud de socru S. Petri Apost. habente febrem continuam & mortalem: & superueniens Iesus *imperauit febri, & dimisit illam, & continuò surgens administrabat illis.* Ex quo sacro eloquio elicitur quinta flamma amoris, qui dicitur sanatiuus: quia nulla gratia est ita sanatiua animæ, sicut contritio: quia nil valet confessio & cætera sacramenta, sine vera contritione de peccatis perpetratis. Contritio ergo venit virtuosè in anima ad instar iussus Christi qui imperauit febri, & febris subito recedit, & liberata est socrus Petri languens, & administrauit Christo. Ita accidit in anima, quæ patitur febrem mortalium peccatorum: quia superueniens contritio infunditur in illa anima contrita gratia Dei, quæ imperat febri illorum mortalium peccatorum, quæ subito recedunt ab illa anima, quæ purgata, & liberata surgit à peccatis, in quibus ceciderat, & erat infirma, & administrat Christo disponens sibi seruire, & de cætero non peccare, circa quam contritionem tria sunt consideranda. Primum de sua quidditate, scil. quid est contritio. Secundum de sua necessitate, scil. quantum est necessaria. Tertium de sua qualitate, scil. qualiter debet esse facta. Vnde *stans Iesus super illam*, denotatur quidditas. *Imperauit febri*, ecce necessitas. *Et dimisit illam*, ecce qualitas.

Circa contritionem tria consideranda.

Prima Pars Principalis.

De quidditate contritionis.

Quid sit contritio.

ET nota bene, quia dico quod primo est considerandа quidditas contritionis. Vnde contritio à Doct. magistraliter sic definitur, videlicet. Contritio est dolor voluntariè assumptus de peccatis cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Primo dicitur, quod est dolor de malo facto; quia sicut in consentiendo peccatis delectatus es: ita cum dolore & odio illius peccati expellas, quia contraria contrariis curantur. *Stans super illam*, & subiungit voluntarie ad differentiam illius doloris, qui venit contra voluntatem, sicut quando efficeris pauper: quia licet contentias illi violentæ paupertati, tamen ille dolor non est bonus: similiter si moritur tibi filius, ille dolor non est voluntarius, sed in contritione debet esse dolor voluntarius, & subiungit de peccatis: quia si te nõn pœnitet in hoc mundo voluntariè, violenter coactus eris dolere, cum amaris & sempiternis pœnis in futuro sæculo *in inferno, vbi nulla est redemptio.* Item potest dici voluntariè, ad differentiam doloris damnatorum, qui suis malis grauibus violenta voluntate patiuntur: & nota hic Albertum magnum, qui dicit quod in paradiso non potest esse confessio, quia confessio continet tria, scilicet gratiam, dolorem, & meritum, gratiam infusam, dolorem de peccatis. Meritum, id est, gloriam, & in paradiso non est dolor: & in inferno non est contritio, quia ibi nulla est redemptio: & in purgatorio non cadit pœnitentia de peccatis, id est, non dolendo de bonis, sed de malis perpetratis. Cum proposito confitendi, contra aliquos, qui dicunt quod non est necessaria confessio dummodo habeatur contritio. Vnde merentur tales comburi, quia in articulis fidei habes, Et in vnam sanctam ecclesiam, fundatam super petra, *petra autem erat Christus.* Vnde ecclesia præcipit quod saltem semel in anno confitearis. Et ideo licet sit contritio, debet esse cum proposito confitendi, & quod confitearis. Vnde si vis stare in sinu, & protectione ecclesiæ, oportet quod saltem semel in anno confitearis. Nam si fecisti fornicationem, & velis propter contritionem quam habes potius esse mortuus quam illam commisisse, sed non es aptus confiteri, certe actus contritionis est virtuosus, sed non est vera contritio. Sed cum venit in actu confessionis, tunc est vera contritio. Vnde pone quod non possis confiteri ore, sed habeas veram contritionem in mente, & libenter confitereris si posses, sufficit, hinc est quod multoties morienti maxime accidit in castris armatæ militiæ, ponitur per commilitonem de terra in ore, & est bonum. Ad hoc quia ille moriens, sentiens terram in ore, considerat quod ipse est terra, & in terram debet reuerti, & humiliatur, & humiliando habet contritionem, quia ille plus sentit terram in ore, quam verba concipiat aure. Et nota quod confessio, & contritio sine proposito restituendi parum valent: quia sicut in cauda scorpionis stat venenum, ita in fine vitæ debet esse propositum satisfaciendi, scilicet reddere ablata, restituere famam illi quem defamasti: quia sine proposito destruendi, nil valet confessio, id est contritio.

Confessio tria continet.

Nec confessio nec contritio sine proposito restituendi parum valent.

SECVN

Digitized by Google

Secvnda Pars Principalis

De neceſsitate contritionis.

De neceſsitate contritionis.

Vide ſecundam conſiderationem contritionis, ſcilicet de ſua neceſſitate, quia confeſſio eſt adeo neceſſaria quod ſine illa peccator non poteſt ſaluari, quia ſine ea non poteſt haberi gratia concurrente contritione, nec lumen poteſt haberi ſine expulſione tenebrarum. Vnde nota quod in vera contritione requiruntur tria, quæ ſunt neceſſaria ad veram contritionem. Primum, quid. Secundum, cum quo. Tertium, quare. Quid ſtat in duobus ſcilicet, in corde, & in peccato: quia cor eſt vas, peccatum eſt venenum in corde reconditum. Vnde ad expellendum iſtud venenum peccati de iſto vaſe cordis, oportet quod iſtud vas cordis rumpatur & trituretur, iuxta illud, *ſcindite corda veſtra*, vt inde exeat venenum peccatorum: quia niſi frangatur illud apoſtema peccatorum, interficit animam, quia ſolum cor offendit Deum, & ideo oportet illud conteri, & frangi. Vide modo cum quo, quia peccatum eſt duriſſimum, opacum, crudele, & amariſſimum tantum quantum Deus eſt tenerrimus, lucidiſſimus, mitis, pius, & dulciſſimus, quia contritio eſt amarior atque leuior res mundi. Et ad habendum veram contritionem ſunt neceſſariæ duæ molæ. Vna ſurſum, alia deorſum, inter quas frangitur frumentum, & conteritur farina, quia in vera contritione frangitur cor, & teruntur peccata exiſtentia in corde. Et eſt contritio, quemadmodum ſi vna mola moueretur de terra, & tenderet velociter verſus cœlum aſcendendo, & alia mola moueretur de cœlo velociter deſcendendo, ſe adinuicem cum illo impetu obuiarent, & ſe inſimul percuterent, & cor hominis eſſet in medio: certè totum illud cor contereretur: Vnde mola, quæ tendit de terra ſurſum, eſt ſpes. Nam. *Spera in Domino, & fac bonitatem*, quia non licet ſperare tantum in Deo, niſi facias bonitatem. Nam illa eſt optima ſpes, quando ſperando facis bonum: quia ſi vis à te leuare peccatum, impoſſibile eſt quod Deus deneget tibi veniam. Similiter impoſſibile eſt quod Deus parcat tibi & quod ſalueris, niſi facias bonum, ſecundum poſſibilitatem ordinatam à Deo. Nam maieſtas timoroſa eſt. Cœlum & terra eſt miſericordia amoroſa. *Adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius*, & tunc eſt hoc, quando anima vult emendari, & iſta mola vadit ſurſum, quando eſt vigor miſericordiæ Dei. Vnde Dauid; *Mitte manum tuam de alto*, &c. Et Iſa. 50. cap. *Quis ambulabit in tenebris, & non eſt ei lumen*, quia diuina miſericordia eſt maior omnibus peccatis. Secunda mola eſt timor diuinæ iuſtitiæ, quia *Deus iuſtus iudex eſt*, & Eccle. *Corda filiorum implentur contẽptu in hoc*, quod ſi centies peccet peccator; Deus eſt ita miſericors, quia expectando inuitat peccatorem ad pœnitentiam, & inſpirando imprimit ad contritionem, quia *nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat*. Quare ſi Deus eſt ita miſericors impiis, quid faciet iuſtis & bonis, quia pluit Deus ſuper iuſtos & iniuſtos. Vnde Ioan. in Apoc. 4. *Timete Deum, quia deſcendit mola*. id eſt iuſtitia Dei, quia nulla anima habet deſperare, nec præſumas quia peccares in ſpiritum ſanctum, quia ſolum confidendo de iuſtitia, & ſpem nõ habendo, deſperares. Ideo, conſiſte inter ſpem & iuſtitiam, timendo facere malum, & ſpera te emendando, & faciendo bonum. Et idem in Apoc. 10. c. *vidit alium Angelum fortem deſcendentem de cælo amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt Sol, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram*. Mare ſignificat amaritudinem, & contritionem cordis magnam & profundam, ſicut mare, quia quando anima vadit vſque ad cælum ſperando, & vſque in profundum deſperando, dicit, *Veni in profundum maris, & tempeſtas demerſit me*. Siniſtrum autem ſupra terram. Terra ſignificat, proſperitates mundanas, in quibus homo inuolutus, & faciendo malum, ſperat in Deo. Nam quanto peior eſt homo, tanto magis ſperat & fallitur. Et ideo non oportet nimis ſperare, nec nimis deſperare, ſed oportet tenere medium. *Ideo venit Angelus, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram*, dicens: anima, ſta firma & ſtabilis, quia non tibi licet male agendo ſperare, quia eſt præſumere, & *duo pedes*, vnus in terra in proſperis, & alius in mari, quia miſericordia Dei facit, vt non deſperes, & ſic habes duas molas. Sequitur tertium, ſcilicet Quare, quia peccatum habet naturam indurandi cor, & anima noſtra eſt valde delicata ad inſtar domicellæ valde delicatæ, quæ ſi ſentit vnam plicam camiſiæ clamat pediſſequam vt amoueat, & ſi lectus eſt durus, ſcilicet cor, non poteſt quieſcere: ſed ſi eſt mollis quieſcit. Vnde anima amoroſa Dei verba libenter audit, & quanto plus audit de Deo, plus inamoratur, & mundus plus oditur, & tunc audiendo verbum Dei quieſcit: quia vt dixi, eſt valde delicata, quærit delicias Dei, & cor molle. Vnde Eccle. *Cor durum in nouiſſimo malum habebit*, & ſic habes tria. Primum, quod debet conteri ſcilicet cor cum peccatis. Secundum cum quo ſcilicet cum miſericordia, & timore iuſtitiæ. Tertium, quia anima eſt delicata, debet eſſe iſta contritio in corde contrito & humiliato, & non duro. Vnde Dauid, *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*.

Psalm. *Psalm.* *Iſa. 50.* *Apoc. 4.* *Apoc. 10.* *Eccle.*

Tertia Pars Principalis

De qualitate illius.

Septem conditiones veræ contritionis.

Et in iſto verſu comprehenditur tertia pars, quæ eſt qualiter debet eſſe facta iſta contritio. Vnde ſi vteris dicere iſtum verſum, eris in gratia Dei, quod Deus diſponet te ad contritionem, & ad hoc vt habeas veram confeſſionem, oportet quod habeas iſta ſeptem, quæ ſi habebis perpendes te habere veram confeſſionem. Primum quod ſit repenſata. *Recogitabo*. Secundum, quod ſit neceſſitas ſecreta. *Tibi*. Tertium quod ſit integra. *Omnes*. Quartum quod ſit ordinata. *Annos*. Quintum quod appropriata. *Meos*. Sextum quod ſit amaricata. *In amaritudine*. Septimum, quod ſit intrinſeca *animæ meæ*. Dico primo quod oportet, quod confeſſio ſit repenſata, quia oportet pluries cogitare, & repenſare de peccatis antequam confiteatur peccator. Vnde cogitemus vnum modicum de anima, & penſemus peccata noſtra, & cum quanto labore itur ad vitam æternam, & nunquam cogitamus niſi de iſto mundo caduco, quia ſi mercatores ita cogitarent de anima & portarent tot labores pro anima, quot portant pro corporibus omnes eſſent ſancti. Vnde ſemel quidam auarus vna die dixit mihi, ſi iſta via eundi ad paradiſum eſt ita ſtricta, quis ſaluabitur? Et ego dixi, totum ſtudium & ars mea, eſt ſeruire Deo, & continue ſto cum tremore, quod diabolus me portet, & dixi illi, cum quanto labore acquiris tu pecunias: & intelligens ille laborem inquit quippe eſt magnus labor cumulare diuitias, cui dixi, antequam cumulaueris pro tui ſufficientia quanto tempore laborabis? quot vigilias, & ſtudia portabis? quot fames, & ſites, & neceſſitates, ac mortis pericula ſuſtinebis, antequam efficiaris diues, quanquam ſitis habendi nunquam ſaturetur; at ille dixit, per annos quadraginta. Et accidit de duobus alterum, quia aut vno in puncto omnia perdis, vel pleri que talia tua bona relinquis quod cor tibi crepat, quia *theſaurizas & neſcis cui*, ſi ergo oportet te ſufferre tot labores pro bonis caducis, quanto maiores oportet illum, qui comparat theſauros illos abſconditos in cœlis, *vbi neque tinea, neque ærugo demolitur*. Vnde quanto res eſt pretioſior, tanto maiori pretio oportet vendicari, & homines nunquam ſtudent circa

Digitized by Google

factum animæ, & licet non faciant mentionem de anima, tamen Deus bene facit mentionem. Vnde Matth.
Matth.25. 25.c. Qui venit in maiestate sua ibi erunt boni & mali,& dæmones. & omnes spiritus ad videndum culpas, & merita animarum, & dabitur vnicuique secundum quod fecerit in hoc mundo, & vide si illa via est arcta, quæ ducit nos ad vitam,quia *oportuit Christum pati,& sic intrare in gloriam suam.* Vnde bene cogita & recogita de tuis peccatis,& pœnitentiam age, de pœnit. 3. dist.c.Hic de charitate,quia est pulchrior via mundi recogitare de anima.Et nota,si vis stare in gratia Dei, fac quod omni mane tu facias tibi signum sanctæ crucis in nomine Iesu Christi, & dicas aliquam orationem, & postea cogita tot gratias tibi à Deo collatas, quia primo dedit tibi esse, & animam rationalem, deinde ipsam animam in peccatis mortuam suo pretioso sanguine vendicauit, considera vitam æternam fore tibi si modo velis præparari pro modico, quia *non sunt condignæ passiones huius mundi in comparatione ad vitam.* Præterea quod tibi dedit sanitatem corporis, diuitias, vxorem bonam, filios, scientiam, sensum naturalem, dignitates, honores, & infinita alia bona, & fecit te esse Christianum, dedit tibi Angelum ad te inspirandum in bonis inspiratis, & omni die potes videre corpus Christi, audire prædicationes, confiteri, & multa alia dona & gratias temporales, & mentales tibi donatas, & datas omni mane recogita, & age sibi gratias infinitas. In secundo verò pensa peccata, quæ feciſti in præterito, & postea illud quod feciſti illo die, & confiteris sæpe, & sic in mane erit officium Matutinum, & in sero Vespertinum quia gratia non considerata non intelligitur: neque culpa non considerata, & præponderata intelligitur, & non intellecta non præcauetur. Nam si amabis Deum, sæpe cogitabis de Deo, & de gratiis datis tibi & de vitiis, quæ facis, vt confitearis & doleas. Sed si es auarus, de auaritia cogitabis: si es luxuriosus, de luxuria & carnalitate cogitabis, & sic de aliis vitiis, & pecca-
Matth.6. tis: quia *vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.* Matth. 6. cap. Secunda gratia est, quod sit secreta, quia repensando peccata tua tu debes cogitare in secreto,quia vna hora diei pone te in secreto in tuo studio, & cogitando intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora, & in te reuersus ad instar prodigi reuertere ad domum patris tui, nec facias, sicut aliqui qui de nocte obliuiscuntur de Deo, & de die obliuiscuntur sui. Vnde talis moriens ignorabitur, quod viuens fuit de Deo ignorans. Videns etiam quod consiliarij dominorum mundanorum consulunt,& disponunt facienda in secreto,& non considerant de factis animæ,& æternorum bonorum, vnde tales possunt assimilari vni puero, qui remansisset princeps multarum terrarum, & haberet vnam matrem sapientem,& quod omni die rebellaretur aliqua ciuitas illi pupillo, & domina illa staret cum suis consiliatiis in camera ad prouidendum super salute status filij sui,& dum prouideret, videret filiolum suum puerulum ludentem, saltantem in camera, quia non intelligit pericula sui status. Et mater prudens videns sui status ruinam,dicet filio,fili mi, depone modicum, quia si intelligeres statum tuum, tu non ita saltares, nec ita luderes,nec iucundareris, sed cum eris magnus,& intraueris dies discretionis & considerabis deperdita, tunc tu dolebis. Ita faciet anima nostra in die iudicij,quæ non regitur cum remigio discretionis, & labitur in peccatis & est immemor sui creatoris,nec considerat supradicta, quia tunc luet & dolebit, sed tunc parum proderit, quia tunc erit tempus
Exemplum. iustitiæ, & non misericordiæ. Fac igitur sicut medicus, qui licèt teneat infirmum in camera obscura, tamen cum vult mederi plagam quam habet in capite, accipit lumen, & cum lumine videt totam plagam, intus & extra, & ipsam mundat, tergit & curat,& resecat resecanda, euomit putrida, & superponit verderamum, vt rodat marcidam carnem, & superponit vnguentum quod nouam carnem inducit cum lumine illo omnia bene accurate videndo. Ita facito tuam animam implagatam & tenebratam in peccatis, cura cum lumine sapientiæ & intellectus, vt resecces vetera peccata & reuiuiscat faciendo pœnitentiam, & superponendo vnguentum gratiæ, per quam peruenit ad misericordiam Dei. Tertia gratia, siue opportunitas, oportet quod sit integra, quia confitendo de peccatis paruis & non magnis, non valet. Vnde Isaiæ 11. capite. *Effunde sicut aquam cor tuum:* quia si *Isa.11.* euacuas vas, in quo fuit vinum,remanebit color, nisi bene laues illud vas cum aqua. Effunde vas,in quo fuit vinum, remanebit odor, nisi cum aqua bene laues. Si vero in vase fuerit mel, remanebit sapor, nisi bene laues eum cum aqua. Ita oportet quod effundas cor tuum bene ablutum aquâ, quia adhuc remanebit appendicia peccatorum lactis, scilicet cogitationum malarum in mente, & delectatio mellis, scilicet de peccatis præteritis, & color scil.vanitates: quia licet mulier confiteatur, non tamen deponet vanitates quæ consistunt in portando caudas, nec cessabit se fucare, & pilare, ac portare capillos mortuorum. Vnde vt tibi prosit confessio, oportet quod bene laues cum aqua vas tuæ conscientiæ, cum proposito amplius non peccandi, nec in mente tua retinendi colorem, saporem, neque odorem de peccatis præteritis, nec aliqua appenditia & dependitia ab eisdem. Quarta conditio, quia debet esse ordinata, quia debes præmeditari peccata,quæ feciſti,memorando cuncta, quæ feciſti, discurrendo tuam vitam à tempore tuæ discretionis citra, de die in diem, de septimana in septimanam, de mense in mensem, & de anno in annum, & de loco in locum, & de exercitio in exercitium. Vnde Propheta, *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.* Nam aranea telam magnopere artificiatam & contextam facit,& latitat in obtuso foramine, & cum muscula retinetur in tela, aranea subito exit,& inuoluit muscam:& quando est bene inuolutam ipsam deuorat: sic facit diabolus cum ceperit animam, & laqueis mundanis captam, ipsam inuoluit, & inuolutam deuorat. Vnde Salomon Prouerb. 1. *Frustra iacitur rete ante faciem* *Prou.1.* *pennatorum*, scilicet ante animam lucidam & illuminatam in fide,& virtuosam. Musca vero significat auaritiam: vnde isti auari vocari possunt muscarum venatores. Et sanctus Franciscus dicit denarios esse muscas,& bene: quia sicut musca vadit saltando, & volando de isto loco in illum, & de vno in alium: Ita denarij vadunt hinc inde saltando de vna bursa in aliam, & de vna manu in aliam: & forum potest merito dici muscarium, vbi readunantur muscæ, id est denarij. Et quando auarus est diues denariorum, potest dici diues muscarum: & sicut muscæ semper vadunt ad putredines, ita denarij communiter vadunt ad auaros marcidos in peccatis. Et illi musconi, qui vadunt susurrando & faciendo vs, & intrant modo volando huc, modo illuc,sunt vsurarij,quoniam vt efficiantur diuites intrant multas tentationes, ineunt multos contractus illicitos. Et vides muscas plus nasci in æstate quam in hyeme: æstas significat prosperitatem, quia tu vides quod in prosperitate magis abundant denarij, & muscæ, & per consequens magis abundant vanitates, luxuria, superbia,& vitia, quam in hyeme, scilicet aduersitate, scilicet quia quando venit hyems, scilicet bellum, tunc moriuntur muscæ, quia dissipantur bona, & denarij dantur prædatoribus, collectas ciuibus imponunt, & sic depauperantur ciues, & muscæ, id est sui denarij moriuntur. Vides etiam quod pueri quandoque habent auiculas, & capiunt muscas, & dant suis auiculis. Auiculæ sunt armigeri, pueri sunt domini temporales, qui capiunt muscas, id est denarios extorquendo à suis subditis, & dando ipsos suis armigeris. Similiter vides, quot armigeri moriuntur pro- *Similitudo.*

pter

Digitized by Google

pter muſcarum auaritiam, qui ponunt ſe in periculo mortis. Similiter vides quod ad capiendum muſcas ponitur de aqua in vno æquali, vel de largato ſuper vna charta,& muſcæ,quæ ibi vadunt remanent captæ, quot fraudes, & contractus illiciti, & iuramenta intercedunt, vt homines, capiant iſtos denarios, ſicut in largato capiuntur muſcæ. Vnde merito iſti denarij poſſunt æquiparari muſcis. Item muſca fugit ignem de æſtate, & de hyeme propinquat igni: nam ignis eſt amor Dei, quia auari fugiunt amorem diuinum. Et ſequitur fœtida & caduca, ſicut muſca. Penſa igitur & recogita habere deinceps aliquam ſollicitudinem de anima tua. Appropria, *Meos:* hoc eſt ſi tu vis habere bonam contritionem, debes abiicere iniurias tibi factas, præpondera facta tua. Nam quando Chriſtus ducebatur cum cruce ſuper ſuis humeris glorioſis crucifigi totus flagellatus, dominæ Iudaicæ punctæ compreſſione lachrymantes ſequebantur eum,
Luc.22. vt habes 22. cap. Et Chriſtus vertens ſe dixit, *filiæ Ieruſalem*, id eſt, filiæ huius ſæculi, *nolite flere ſuper me, ſed flete ſuper vos, & filios veſtros, quia venit tempus*, &c. Quod ſignificat, quod non placet Chriſto quod homo debeat dolere de eius morte niſi primo plangat de ſua offenſa, quia tu interfeciſti Chriſtum, quia propter tuam ſalutem mortuus eſt, & toties interficis ipſum, quoties voluntariè peccas mortaliter. Et ſi vnus interficeret alium, potius debet flere peccata ſua interfector quam interfectus. Ideo dicit, *Meos*, & non alienos. Paul. *Vnuſquiſque vnus ſuum portabit*, id eſt peccatum ſuum, quia filius non portabit iniquitatem patris, nec econtra, Vnde dole de tuis propriis offenſis, quam feciſti Deo, &c. Sexta *in amaritudine*, quod non gaudeas, ſed gaudendo doleas:
Ierem.4. quod *anima tua denigrata ſuper carbones.* Ierem.4.cap. Conſidera ergo quod tu es priuata vita æterna, & damnata in inferno propter tua peccata, niſi confitearis. Septima conditio contritionis debet eſſe intrinſeca, quia ſi pateris in oculo, & ponas medicinam in tibia, nil proficit: pone ergo medicinam, vbi eſt plaga: ſcilicet in anima. Ideo dicit *animæ meæ*, quia contritus debet eſſe in anima, vbi eſt plaga. Vnde Exod.
Exod.21. 21. cap. *Si quis percuſſerit proximum ſuum lapide, & percuſſus non fuerit mortuus; & ſi ambulauerit ſuper baculum, debet ſoluere medico:* ſi duo fuerint rixati, ſunt duo rixantes ad inuicem, ſcilicet corpus & anima. Nam *caro concupiſcit contra animam*, & econtra: quia videndo pulchram fœminam concupiſcentia concurrit, auerte oculum. Vel ſi vides bonum cibum, & voluntas apperat illum, ieiuna, & tunc anima percutit corpus: ſed quando corpus excæcat animam tollendo voluntatem bonam, & rectam conſcientiam, tunc corpus offendit animam. Vnde oportet quod corpus ſoluat expenſas animæ, & anima conſentiens debet ſumere medicinas ieiunando, eleemoſynas faciendo, & debitam pœnitentiam perſoluendo, & iſto modo ſanatur anima, qua ſanata tranſit ad gloriam mediantibus pœnitentia pro ſatisfactione, confeſſione, & cordis contritione: ad quam vos perducere dignetur omnipotens Deus, Amen.

Et iſtam prædicationem debes continuare cum præcedenti prædicatione proxime ſuperiori.

FERIA VI. POST III. DOMINICAM Quadrageſimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de Amore inflammatiuo continet tres præcipuas partes, in quibus differitur de tribus ſtatibus amoris inflammatiui.

Prima pars principalis.

Status eſt cordis viſitati.

Secunda pars principalis.

Cordis inflammatiui.

Tertia pars principalis.

Cordis præcipitati.

De Amore inflammatiuo.

Sermo XXIII.

EGo ſum, *qui loquor tecum.* Ioan.4. In quo eloquio notatur ſeptima flamma amoris, qui dicitur inflammatiuus. Vnde nota, quod ars medici eſt incidere, & mederi. Heri inciſimus, hodie medebimur. Et vide modos diuinæ ſapientiæ, quia Deus quandoque fugit animam, & anima ſequitur eum dicendo, indica te, dilecte mi, quia pro te langueo. *Nunquid quem diligit anima mea, vidiſtis*, dicit anima. Item aliquando anima male viuit, & Deus videtur ſequi eam fugientem ipſum Deum, quia Deus dat ſibi bonas inſpirationes, & anima non audit eum: & deinde pulſat ad ipſam cum modica febre, & adhuc anima non audit eum: quandoque dat inſpirationes intrinſecas, & videtur non audire, & habuiſti iſtos actus in duabus dominabus, ſcilicet primo in Chananæa ſequente Chriſtum fugientem ab ea, & dicentem ſibi, quod ipſa erat vna canis, &c. Ita accidit in aliqua anima ſequente Chriſtum, quæ videtur non poſſe capere aliquam conſolationem de Deo: ſed hodie tu habes contrarium de Samaritana, quæ fugiebat Chriſtum, & Chriſtus ſequebatur eam, quæ habuerat quinque viros, & habebat ſextum adulterum, quæ primo non cognouit Chriſtum, ſed cum vidit & cognouit, ſubito inflammauit eam. Ideo merito iſte amor inflammatiuus dicitur de quo amore habuiſti in Magdalena, primo, ſecundo in latrone, tertio in S. Paulo, ſubito conuerſis, ad denotandum quod ſi Deus pluries vocauerit aliquem in 25. vel 30. aut 40. annis cum conuertit, quanto plura facit peccata, tanto magis efficitur melior, ad inſtar cuiuſdam viliſſimæ meretricis, quam cognoſco, quæ fuit tacta à Deo, quæ eſt ita infocata amore diuino, & eſt facta ita ſingularis ſeruitrix Dei, quod eſt vnus ſtupor, & ita occurrit in talibus, qui conuertuntur ad Deum: licet hodie tractetur de adultera, tamen eſt valde deuotum de quo amore inflammatiuo dicam in tres ſtatus diuidendo per quos Deus dirigit, & ad ſe ducit animam, quæ ipſum quærit. Primus amor inflammatiuus eſt ſtatus cordis viſitati. Secundus ſtatus amoris inflammatiui, eſt cordis inflammati. Tertius eſt ſtatus cordis præcipitati, & per hos tres ſtatus notatur principium, medium & finis.

Ioan.4. *De Samaritana.*

Amor inflammatiuus in tres ſtatus diſtribuitur.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

Status eſt cordis viſitati.

ET nota quod anima eſt inſtar vegetis, qui vinum cum infunditur primo viſitat vegetem cum incipit intrare: ſic in anima, quia quando amor diuinus primo incipit intrare eam, primo viſitat quando impletur, inflammatur, & quando eſt plena, ſuperexuberat & præcipitare videtur: vnde cape primum ſtatum, qui eſt cordis viſitati, quis ergo viſitauit cor iſtius Chananeæ? certe amor, quia quod Deus poteſt, ſcit & vult dare in cœlo & in terra, totum ſtat & conſiſtit in Chriſto Ieſu: vnde Apoſtoli in transfiguratione *neminem viderunt niſi ſolum Ieſum*, ad denotandum quod ſolus Ieſus eſt ille, qui viſitat corda hominum: vnde *viſitauit oriens ex alto*, quia dicit, *ego ſum lux mundi*, ad animas inflammandum, vigorandum & illu-

Digitized by Google

minandum: vnde distinguit Iesus quod sicut tripliciter venit visitare mundum generalem, ita tripliciter venit visitare hominis cor, quod est in medio hominis, qui est mundus paruus, & particularis singulorum indiuiduorum, & venit in mundum in Hierusalem, quæ est in medio mundi. Prima visitatio fuit incarnationis, secunda conuersationis, tertia passionis, scilicet principium, medium & finis. Cape primam visitationem Christi quæ fuit incarnationis. Et hoc est, quod dicit Euangelium, *venit ergo Iesus in ciuitatem Samariæ*, Samaria erat vna regio, quam incolentes vocabantur Samaritani, qui credebant in quinque libris Bibliæ, & non credebant in Prophetiis. Sichar erat ciuitas, licet Hebraicè dicatur Sichen, & venit iuxta prædium, vbi erat fons Iacob, quem dederat Ioseph filio suo: & nota quod *Iesus venit prope ciuitatem*, & non intrauit, quod significat numerum & pondus: hoc est quod quando Verbum caro factum est, venit significare & dare intelligere quod sumendo carnem, voluit portare onera nostra, quia *vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Isa. *peccatum non fecit, nec inuentum est mendacium in ore eius:* & dicitur maior peccator mundi, non quod Iesus Christus fuerit peccator, sed quia ipse peccata nostra tulit. Et quod dicitur, *gaudium est Angelis in cœlis super vno peccatore*, quia Christus fuit ille peccator, qui peccata nostra ferendo cum ligno Crucis fecit viam in cœlis, & aperuit portas paradisi. Ecce Iesus venit penes Sichar, iuxta prædium quod significat mundum plenum spinis, stimulis, petris & tribulationibus, & nisi istud prædium mundi laboraretur cum lingua prædicatorum, væ mundo: Nam prædicando soinditur terra, id est cor & omnia vadunt de subtus supra & postea Deus seminat semen suarum gratiarum in mentibus, præparatis: quia *nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam:* erat autem ibi fons, id est puteus, & profunditas concupiscentiæ, luxuriæ, superbiæ, auaritiæ, gulæ, iræ, & acediæ, *& exiuit fumus de puteo abyssi*, Apoc. cap. 9. scilicet superbiæ, luxuriæ, auaritiæ, & nota quod Christus quærebat bibere ad conculcandum in illo puteo lacum luxuriæ, auaritiæ, & superbiæ, & cæterorum vitiorum. Nota secundam visitationem, quæ est conuersationis. Cuius Christi conuersatio fuit plena labore, & fuit amara vsque ad Crucem: vnde *Iesus erat fatigatus ex itinere*, quia secum non ducebat equos, nec alias prouisiones, sicut facere solent magni domini. Et nota quod fuit semper tota vita sua fatigatus: primo quidem in pueritia sua itinerauit in Ægyptum cum eius matre virgine gloriosa per 15. dies per viam sterilem, in qua nihil reperitur herbarum, vel vmbræ, neque aquæ, sed sola arena arida, & erat pauperrimus: vbi stetit per 7. annos, & cum magna grauitate itineris, & laboris fuit fatigatus redeundo per eandem viam: vnde imaginor quod humerus illius Beatissimæ Virginis gloriosæ fuerit suum iumentum, & sanctum eius gremium fuerit sibi lectus, & similiter fuit fatigatus in tota eius pueritia vsque ad 12. annos quo cum sapientibus disputauit, quia venit ministrare. Item in 30. annis iuit ad viuum fontem baptismatis, deinde in desertum 40. diebus ieiunauit, & tentatus diabolum debellauit. Inde fatigatus venit ad prædicandum circuiēdo ciuitates & loca, facit miracula, consulit, promittit, hortatur, minatur, reprehendit, expellit auaros de templo, & sic tribus annis diuinitus laborauit, & tandem pro tantorum præmio laborum fuit crucifixus: vnde *fatigatus ex itinere* tam arduo, longo & laborioso *sedebat sic super fontem.* Et est 3. visitatio, quia anima incipit considerare, & contemplari mirabiles dulcedines miraculorum Christi. Sed quando ipsa anima discurrendo vitam Iesu Christi dicit cum Christo, confixa sum cruci, tunc est vere visitata à Christo, & ideo tunc venit ad fontem gratiæ Christi ad denotandum quod si tu vis gratiam Christi, oportet quod tu consideres, & contempleris pœnam passionis Christi, & eius amorem, &c. *Et Iesus sedebat super fontem* cum brachiis apertis amoris largitiui: vnde Isa. 50. cap. *quis ambulabit in tenebris, & non est ei lumen*, vt amplecteretur peccatores, sicut mater stat manibus apertis amplectens filium, quia cum morte sua voluit dare vitam, cum pœna dedit gloriam, cum labore quietem: *& ecce mulier Samaritana venit haurire aquam* spiritualem, quam qui bibit, nunquam sitit. Et Samaritana significat animam, quæ appropinquat Deo, & Christus fecit aucupatores, quia proiecit rete, vt capiat illam.

Tripliciter Christus venit visitare cor hominis.

Isa.

Apoc. 9.

Isa. 50.

Secvnda pars principalis

Cordis inflammatiui.

ET nota secundam partem principalem in qua notatur secundus status amoris inflammatiui, quo Deus trahit animam ipsam inflammando amore suo. Et nota quod sunt septem gradus, per quos anima trahitur ad flammam huius amoris. Primus est amoris sitientis. Secundus gradus est amoris donantis. Tertius est amoris quietantis. Quartus est amoris clamantis. Quintus est amoris reuelantis. Sextus est amoris illustrantis. Septimus est amoris triumphantis. Cape primum gradum flammæ huius amoris inflammatiui: vnde credo quod Christus quando vidit illam venire, tetendit arcum, & cum sua manu spirituali traxit primam sagittam, dicens, *da mihi bibere:* nam *sagittæ potentis* Christi *acutæ cum carbonibus desolatoriis*, quasi cum vno actu compassibili, quasi dicat, fatigatus nil habeo, quia peregrinus sum, *da mihi bibere*, vult dicere, ô anima quæ tantum dedisti bibere mundo in delectamentis & vanitatibus mundi, da modo mihi bibere delectando in me. Nam Samaritana interpretatur anima vana, quæ quærit tantummodo lasciuias, delectationes & placimenta mundi, vestes caudatas, luxuriam, auaritiam & omnia desideria mundi, & vas, in quo portatur aqua, est desiderium cordis, in quo ponitur carnis cupiditas, denariorum & vitia superbiæ, luxuriæ, auaritiæ, & aliorum peccatorum, & tunc cum est plenum, vadit in infernum vbi deficit iste fumus luxuriæ, superbiæ, auaritiæ, &c. Vnde Psalm. *vidi impium supereleuatum & exaltatum super cedros Libani & perit memoria eorum cum sonitu*, quia subito cum moritur impius diues supereleuatus subito fit sonitus, id est fama diuulgatur: quia dicitur talis est mortuus, & detruditur in infernum cum illo sonitu superbiæ & eius fama, nam transit mundus cum concupiscētia sua, quia audio dicere, quod non erunt anni 25. quod pauci qui hic sunt reperientur: videte, quia postea vnusquisque secundum opera sua habebit præmium: vnde Psalm. dicit, *quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fex eius non est exinanita*, quia postea gustabit infernum, & peccatis pœnas correspondentes peccator habebit. Sed in auaritia vos auari dormiendo moriemini, qui nunquam in hoc mundo saturamini. Sed Christus dicit, *da mihi bibere*, id est tu ô anima vana, quæ tantum dedisti bibere mundanis desideriis, da mihi bibere modicum gustando de aqua viui fontis & delectationis spiritualis, quia volo implere tuum vas charitate, & gratia Dei, & tuam mentem lumine veritatis: quasi dicat *ducam eam in solitudinem, lactabo eam:* ducere in solitudinem, est quando tu eris senex & morieris, quia oportebit te relinquere luxuriam & auaritiam, &c. & si non in vita, tamen in morte cum pœna & tormento. Sed quæ est ratio quod senex inueteratus dierum malorum non potest diligere Deum, ratio est, quia homo cum efficitur senex, perdit omnes delectationes mundi, & quia est ita habituatus in carnalibus affectionibus, quas in sero exercere non potest, quod non est capax spiritualium: Et spiritualia non intelligit,

Secundus status amoris inflāmatiui.

Septem sunt gradus per quos anima trahitur ad hunc amorē.

Psalm.

neque

Digitized by Google

neque guſtat, & temporalia amplius guſtare non poteſt. Inde venit quod in hoc mundo incipit eſſe in inferno: vnde Deus alliciẽdo animam ad ſe dicit, *da mihi bibere*, quando anima incipit deſerere deſideria mundi: & incipit guſtare mamillam lactis Dei, quia tunc mamilla Dei loquitur animæ dicens, *lac dedi vobis, non eſcam*: vnde dimittendo fornicationem, reuertere modo ad me, & *da mihi bibere* filia Babylonis miſera: tu expendiſti tempus in malo operari, modo *da mihi bibere*, & eſt prima flamma ſciens, & ſubiungit Euangeliſta, quod *diſcipuli eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent*, quia non erat conueniens, quod Chriſtus ipſemet iret ad emendum cibos, ad denotandum quod aliqua conueniunt presbytero, quæ non conueniunt Epiſcopo: & quædam conueniunt Epiſcopo, quæ non conueniunt Cardinali, &c. Item poteſt dici quod Chriſtus eſt nobilior, & magiſter, & per conſequens diſcipuli iuerunt, & non Chriſtus, & quia Chriſtus erat fatigatus, ſed Chriſtus volebat aucupari illam animam. Et nota maiorem probationem in vidua, quæ reliquit mundum, quàm in virgine, quia probauit illum, & venit cum magno ſenſu ad ſeruitium Dei ab vna parte propulſata, ab alia coacta cum ardore maioris feruoris pungendo cum timore, & cum amore trahendo magis proficit, quam vna virgo. Et dixi quod iſta Samaritana erat ſenex, quia quando Chriſtus dixit, *da mihi bibere*, ipſa reſpexit eum toruo oculo, & cognoſcendo eum ad veſtes dixit: *quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis?* vult dicere quod quando anima eſt inuoluta, & audit verbum Dei & prædicationes, dicit, hoc nunquam amplius audiui, & in ſe reuertens diſcurrit vitam ſuam & dicit, ô ego habeo tot peccata, & incipit reſpicere cum oculo toruo verſus Deum, quia nondum eſt illuminata, & non cum ſcandalo, ſed cum admiratione, & eſt bonum ſignum, quando aliquis vadit ad prædicationes, & non ſcandalizatur, ſed admiratur, ſed ſi ſcandalizatur, eſt ſicut bubo, qui non poteſt videre ſolem, & ſunt tales, qui ſcandalizantur quando audiunt corrigere peccata ſua, videlicet luxuriam, & ſcandalizantur ſicut porci, qui tenent os in luto & aliquis accipit lutum de ante ora eorum, quia tunc figunt inglutientes totum os in luto vſque ad oculos & pedes in labio proclamantes & rugientes. Ita ſunt iſti fatui luxurioſi, qui murmurant & ſcandalizantur, quando audiunt reprehendi eorum vitia: vnde Eccleſ. *audiuit luxurioſus, & diſplicuit ſapiens*, laudauit inſuper, & adiecit, quia à principio inuolutus in peccatis non poteſt bene videre. Cape ſecundum gradum flammæ amoris donantis, per quem Chriſtus tendens ſuum arcum traxit ſecundam ſagittam illius amoris percutiens Samaritanam dicendo, *ſi ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.* Et nota quod iſta Samaritana primo erat ſomnolenta quando Chriſtus dixit, *da mihi bibere*, ſed ipſam incutiendo excitauit à ſomno cum dicit, *ſi ſcires donum Dei: Et quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere*, &c. Nam ille Deus eſt, à quo *omne donum perfectum procedit*, & qui facit donare Deum animæ, & animam Deo, & qui eſt ille Filius Dei primus, qui ſedet ad dexteram Dei patris, & nouiſſimus qui venit ſaluare mundum, *ſi ſcires quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere.* Primo ſuſpendit eius affectum dicens, *ſi ſcires donum Dei*, deinde ſuſpendit eius intellectum, cum dicit, *& quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere*, forſan ſuſpendit magis intellectum, licet dicat forſitan, Chriſtus tamen bene ſciebat quæ facturus erat: ſed docet quod in magnis opportunum eſt ire cum pedibus plumbeis: vel ſic, quia licet ego Deus ex parte mea faciam vt tu inclineris ad cognitionem veritatis & ad faciendum bonum, dando animæ bonas inſpirationes, & trahendo eam, tamen ex parte tua tu etiam debes te iuuare & conſentire, & facere, quæ bona ſunt, quia legem poſui in mundo, vt anima ſtet in libertate ſua, & conſentiat vel non conſentiat: ſed *ſto ad oſtium & pulſo*, ſi vis aperire, paratus ſum cœnare tecum, & tu mecum: nam & ſancti, & poetæ vtuntur in ſuis dictis, quod dicendo forſitan, volendo oſtendere dicere modicum, dicunt multum, & ſatis, ſicut Pau. *credo etiam ego habere Spiritum Sanctum*, &c. vnde *ſi ſcires* charitatem puritatis Chriſti, qui petit bibere, qui dicit quod qui dederit modicum aquæ frigidæ propter eius amorem, habebit vitam æternam, quia *ſi ſcires*, quid eſt Deum amare, tu cuperes liquefieri in amore ſuo & fieri aquam, vt biberet te Chriſtus: & vide, qualiter primo iſta ad iniuriam quodammodo vocauit Chriſtum Iudæum, dicens, *tu Iudæus cum ſis*, &c. Et nunc ſciens ſecundam ſagittam Chriſti, quæ eſt amoris donantis: *dixit ei mulier, Domine neque in quo haurias aquam habes, & puteus altus eſt: vnde ergo habes aquam viuam? nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit*, &c. quaſi dicat Iacob ex ſuo proprio ore bibebat de hac aqua ad inſtar nobilis patrisfamilias habentis in vno vaſe vinum, de quo nullus alius biberat, quod ſeruaret pro vſu ſuo ad inſtar mannæ, & ſi daret alteri ad bibendum, diceretur iſte eſt de proprio vino, quo vtitur dominus: vult dicere, quod quando anima ſentit ſe peccatis implicatam in hoc mundo, & incipit intelligere Deum, videns eum nudum in Cruce & flagellatum, incipit dicere, Domine Domine, ô Ieſu Chriſte, tu natus es nudus & pauperrimus in mundo, in præſepio repoſitus, dũ mater & Ioſeph eſſent peregrini accipiens calorem ab aſino, & à boue, & fuiſti inuolutus in velo Beatæ Virginis & dixiſti, *catuli habent foueam*, &c. & ego diues non contentor. Similiter Hieronymus voluit mori nudus ſuper terram, & *puteus altus eſt*, ſcilicet puteus carnalitatis huius mundi, eſt profuddus. Non obſtat quod poſſes dicere, talis ſanctus habuit vxorem, dico quod verum eſt, quod habuit vxorem, ſed vſus eſt ipſa ſecundum quod debebat. Tertia ſagitta eſt amoris quietantis quam Chriſtus tertio tendens arcum ſuum trahit & percutit Samaritanam dicens, *omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum*, & ſubdit. *Qui autem bibit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.* Ecce qualiter trahit ipſam paulatim de luto carnalitatis quaſi dicat qui bibit de aqua huius mundi, ſicut eſt luxuria & auaritia, nunquam ſatiatur, quia

Hiero.

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Similiter in ſuperbia, & in aliis peccatis: *ſed qui bibit de aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*: vult dicere, qui bibit de aqua gratiæ Dei, conducetur in talem ſtatum in vita præſenti, quod *fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Sed nonne Sancti ſemper ſitiunt? Dico. quòd ſitis ſanctorum non eſt pœnoſa, quia ſemper bibunt, & quanto magis ſitiunt, tanto magis contentantur ſitire vt magis bibant, ſicut vidiſti ebrios comedere libenter ſalſam, vt magis acuatur appetitus bibendi: ſic fit in vita æterna, quia ibi non comeditur niſi ſal, id eſt ſapientia, & amor Dei, & quanto maiorem notitiam de Deo anima habet, tanto magis bibit, vel ſic, quia ſitiens in hoc mundo, *ſatiabor, cum venerit gloria tua.* Et nota varios intellectus huius aquæ, ſcilicet gratiæ Dei, quia eſt triplex conditio huius gratiæ Dei. Prima eſt abundans, ſecunda creſcens, tertia ſatians. Prima ſcilicet abundans, exiet in eo fons in medio cordis: quia quando anima habet gratiam Dei, eſt quaſi vna vena exiens de corde, quia eſt conformis amori Dei radicata in corde, quia ſemper creſcit illa charitas, gloſſa, ſi operari renuit, charitas non eſt. Vide ſecundam conditionem gratiæ Dei, quæ eſt creſcens & ſaliens in vitam æternam, ſurſum corda. Tertia conditio eſt ſatians, quia quanto magis eſt anima in gratia Dei, tanto minus curat de mundo: quia ſunt duo amores contrarij, vnus eſt mundi, & iſte eſt deſcendens deorſum. Alius Dei, & iſte

Exemplum.

Triplex conditio gratiæ Dei.

Amor Dei & amor mundi ſũt contrarij.

Digitized by Google

iste est sursum saliens in vitam. Et ista duo contradictoria non possunt simul stare : vnde ista Samaritana audiens hoc, incipit plus eleuare mentem suam,& ascendere, & dicit ad eum, *Domine.* Et nota, quod iterum dicit, *Domine da mihi hanc aquam,* quia desiderabat hanc aquam sensualiter, quia volebat fugere laborem veniendi amplius ad hauriendum de aqua illius putei, quia volebat paradisum sine labore:& Christus dat sibi de quarta sagitta in corde flammæ clamatis, dicens. *Vade & voca virum tuum* : nam maritus animæ est intellectus, & bonus affectus, & cognitio boni est imprægnatio animæ:*& respondit illa mulier* genuflectens modicum, *non habeo virum*, quia quando anima cognoicit peccata sua, & illuminatur intellectus & cognitio viri, tunc vocat maritum suum,& cum cognoicit se nunquam feciſſe aliquod bonum, tunc est reuersa domum. Vnde subiungit,&, sagittat ipsam cum quinta sagitta amoris reuelantis dicens ei Iesus, *Bene aixisti, quia non habeo virum : quinque enim viros habuisti, & hic quem habes, non est tuus vir*: significat quòd anima habet quinque maritos, scilicet quinque sensus corporales, qui sunt quinque mariti animæ adulteræ, quando homo male vtitur illis. Sed sextus vir est propositum male viuendi, & est adulter, non vir : vnde inspice, *vade & voca maritum tuum*, verum, incipiendo bonum facere,& perseuerando vsque ad finem: & nota quod dicit sibi iniuriam, quia quinque viros habuisti,&quem habes,non est tuus vir, quasi dicat ô insensata,tu habuisti quinque viros,& non sufficit tibi,quia adhuc habes sextum,qui non est tuus vir, sed adulter,& tunc anima,quæ est confessa realiter, & Christus scilicet confessor reprehendit eam: respondit dicens, *tu dicis verum.* Item nota, quasi vellet dicere, quod in iuuentute fuisti cum maritis sacramentaliter in statu veri matrimonij, & tunc in senectute es effecta adultera, stando cum adultero propter rabiem luxuriæ,& cum malo proposito, & tunc illa incipit sentire,& incipit propius venire dicens, *Domine vt video, propheta es tu.* Nam primo vocauit eum Iudæum, deinde dominum:nunc vero vocat ipsum dominum & prophetam. Glossa,ex quo es propheta,dic quæso, *patres nostri in monte hoc adorauerunt : & vos Iudæi dicitis,quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet* : ah? doce me aliquid boni & declara mentem in hoc. Et Christus iterum trahit arcum, & emittit aliam sagittam amoris illustrantis, & sauciauit eam dicens ei: *Mulier,crede mihi, quia venit hora,* id est,alius modus intrandi per viam securam, *quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem, quia adoratis quod nescitis* adorando solum pro rebus temporalibus & mundanis, scilicet pro salute filiorum,& mariti, & diuitiis habendis & pro carnalitate, sicut sunt aliquæ stultæ dicentes in hebdomada sancta tot Pater noster ante crucifixum certis horis, nunc in pedibus, cras cum manibus apertis, alio die cum vno pede super alio, alio die cum corpore super terram, &c. vt ligent Deum cum filio,credentes quod dicendo illo modo,& seruando illum modum, Deus non possit denegare illam gratiam,quam propterea volunt.Sed *nescitis quid petatis.* Sed Iesus venit,*& nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Iudæis est,& venit hora,& nunc est quando veri adoratores adorabunt in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum in spiritu & veritate:* Nam Samaritani intelligebant quod Deus adoraretur localiter, & Iudæi intelligebant literaliter. Sed Christus dicit quod debet adorari in spiritu & veritate, & sunt duo,cum quibus debemus adorare eleuando mentem nostram sursum continuè, scilicet in spiritu & veritate,cum deuotione & cognitione,& fructus orationis non est sine istis duobus, & duo infundit Deus in mente orantis, scilicet cognitionem cum sapientia & suam diuinam clementiam,& est spiritus,ideo subiungit, *Deus spiritus est*:& quia spiritus est,& eos qui adorant eum in spiritu,& veritate oportet adorare:& quia nondum erat capax de rebus diuinis,*dicit ei mulier, scio, quia Messias venit,qui dicitur Christus. Cum ergo venerit ille nobis annunciabit omnia*, id est docebit reuelando omnia obscura, & quæ facere debebimus. Et Iesus videns quod ipsa recordatur & commemorat Christum, mittit sextam sagittam illustrantis seu transformantis amoris, & aperit saccum claritatis dicens ei, *ego sum qui loquor tecum, & continuo venerunt discipuli eius*, & inquantum dicit,*ego sum*,dat intelligere sibi quod ipse est Deus : & *qui tecum loquor, est verbum caro factum* quia abyssus humilitatis in altitudine diuinitatis, & discipuli admirabantur,quia cum muliere loquebatur, quia non erat domesticus mulierum,& raro cum maria Magdalena. Sed non erat malum exemplum loqui cum fœmina. Intellige hîc pulchrum sensum,quia nil erat in Christo, in quo aliquis posset male ædificari & capere aliquod malum exemplum. Primo considera quod locus ille erat apertus omnibus : hinc est quod fratres debent stare ad audiendum confessiones in loco aperto. Et debent semper habere ibi socium videntem confiteri. Secundo considera horam,quia in meridie. Item quia stomacho ieiuno, ex quo nota, quod debet capi tempus congruum & honestum ad loquendum cum mulieribus, vt proximus non male suspicetur : nam tempore ieiunij corpus est magis refrænatum,quam quando est bene pastum. Item quia loquebatur cum illa quæ iam erat senex, & non cum iuuencula, quæ est magis dubia & suspecta. Quinto, quia erat necesse,vt loqueretur secum,& venaretur illam animam, ad denotandum quod licet fratribus tempore necessitatis & confessionis loqui cum filia spirituali. Item quia Christus erat sapientia diuina, quæ errare non posset.Et si vis videre, quando non licet loqui cum fœmina sine malo exemplo & magna suspicione,cape contraria supradictis,videlicet quando locus est suspectus& occultus, quando hora est incongrua. Item quando corpus est repletum cibo & vino,in quo est luxuria. Item quando fœmina est iuuenis, & quando non est aliqua iusta & necessaria causa,&c. Et nota quòd discipuli non fuerunt in aliquo contaminati,nec scandalizati, sed admirati:ideo nemo tunc dixit quicquam,quid loqueris cum ea, quoniam bene videbant, quod ex charitate & bono affectu loquebatur secum.

Tertia Pars Principalis

De amore præcipitato.

Cape tertiam partem amoris præcipati. Ista Samaritana illuminata amore illustraro reliquit hydriam, & abiit in ciuitatem currendo sicut vna insensata,& dicit illis hominibus,*venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci : nunquid ipse est Christus ?* & artificialiter dixit hominem, & non dixit,quod esset Christus, qui dixerat quæcunque fecerat,vt omnes citius venirent & viderent Christum : *& exiuerunt de ciuitate,& veniebant ad eum. Interea discipuli videntes Christum fatigatum interrogabant Iesum dicentes : Rabbi, manduca :* parantes super puteo : & Christus vt credo, stabat cum manu sub maxilla cum oculis versus terram, *& dixit illis : Ego alium cibum habeo manducare,quem vos nescitis.* Vide magnam charitatem Christi, quia fatigatus, sitiens & famescens quærebat potius cibum spiritualem, & animarum quã corporalem:*dicebant ergo discipuli ad inuicem, Nunquid aliquis attulit ei manducare ? dixit eis Iesus : meus cibus est,vt faciam voluntatem eius,qui misit me, vt perficiam opus eius*, & intrat parabolam dicens, *nonne qui dicitis quod adhuc quatuor menses sunt ad messem,& ipsi non intelligebant. Ecce dico vobis,leuate oculos vestros & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem*, quia omnes

gentes

Digitized by Google

gentes currebant indutæ de albo ad videndum & audiendum Iesum. Et subdit, *& qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. Ego misi vos metere quod non seminastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis: & iterum superuenerunt gentes. Et ex ciuitate illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris, testimonium perhibentis, qui dixit omnia quæcunque feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi remaneret, & mansit ibi duos dies iudicando & docendo, & multo plures crediderunt propter sermonem eius, & mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic vere est Saluator mundi,* qui vobis salutem dignetur concedere per suam misericordiam, Amen.

DOMINICA IV. IN Quadragesima.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore aculeato, tres præcipuas continet partes.

Prima pars principalis.

Est hominum prudentium admirationis,

Secunda pars principalis.

Vsurariorum admirationis.

Tertia pars principalis.

Terræ & contractæ maledictionis vsurariorum.

In qua Dominica incipit quarta Ala Seraphini, quæ dicitur amor acutus, & habet pennas, septemque sunt. Amor aculeatus, Amor iratus, Amor non conuentuatus, Amor persequitatus, Amor illuminatus, Amor desolatus, & Amor putridus.

Sermo XXVI.

Ioan. 6.

Sequebatur eum multitudo magna Ioan. 6. cap. & in Euangelio hodierno. Operante diuina gratia locuti sumus de tribus alis principalibus nostri Seraphini: & eleuando mentem ad summum Creatorem habemus tractare de quarta ala ipsius Seraphini, quæ dicitur amor acutus ad similitudinem ignis, quia ita acute transit, quod calefaciendo ferrum ab vno latere penetrat ad aliud, sine ruptura. Ita facit amor diuinus, quia non est cor ita durum quin si tangatur amore diuino non penetretur & mulceatur anima indurata, & erit iste amor valde vtilis pro his, qui ignorant peccata, quia ignorando nesciunt præcauere: vnde modo consueto distinguo istam alam in septem pennas. Prima vocatur amor aculeatus, secunda amor iratus, tertia amor non conuentuatus, quarta est amor persequitatus, quinta est amor illuminatus, sexta est amor desolatus, septima est de amore putrido, vltimo de amore euiscerando. Hodie intendo tractare de vsurariis: vnde *sequebatur eum multitudo magna*, quia in illa die fecit miraculum panis spiritualis & corporalis, saturãdo quinque millia hominum ex quinque panibus hordeaceis & gemellis piscibus, & impleti fuerunt 12. cophini ex fragmentis illorum quinque panum & duorum piscium, & omnes saturati fuerunt, &c. sed quot gentes sequuntur vsurarium, qui accipit illis panem, quem comedere debent pauperes, & eorum filioli, & multitudo, scilicet dæmonum persequuntur ipsum, quia sunt plures dæmones in domo vsurarij, quàm capilli sui: vnde in Apoc. 6. cap. Ioan. dicit, *& audiui vocem quarti animalis dicentis, veni & vide, & ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ interficere gladio, fame, & morte & bestiis terræ.* Credo quod ille equus erat, sicut sunt isti equi ex nostris, magnus, macilentus, habens collum longum & subtile cum capite magno, & oculis valde intra caput, & crassis cum corpore crasso inflato, & cum ossibus vndique apparentibus sine carnibus, sed solum pelle vestitus cum cauda pilata, & tibiis inflatis, & totus pallidus, & qui sedebat super eum, & erat mammona dæmon vsuriorum, & subiungit quod *data fuit illi potestas interficere gladio*, scilicet de faciendo bella. Secundo fame, propter sterilitatem terræ, & propter bella, & morte inducendo pestes super terram, & bestiis terræ inducendo lupos ad comedendum pueros, & homines, & cæteras feras propter vsurarios & auaros, qui regnant in mundo. *Sequebatur eum multitudo magna.* In quo mystico sermone tres considerationes faciamus de isto amore aculeato. Prima est hominum prudentium admirationis, secunda est vsuriorum abominationis, tertia consideratio est terræ & regionis, vbi stant vsurarij maledictionis.

Hic de vsuris tractatur.

Apoc. 6.

Tres considerationes circa præsentem materiam.

Prima Pars Principalis.

Est hominum prudentium admiratio.

ET hoc est quod dicit, quod *agnus aperuit quartum sigillum, & exiit quartum animal* quod est Aquila, qui interpretatur prudentia. Nam isti vsurarij carent prudentia, quia si in eis regnaret prudentia, nullo modo fœnerarentur, quia vsura est contra naturam. Et volo tibi probare per rationes quatuor legum. Prima, quia quædam est lex naturæ. Secunda quædam est lex scripturæ, Tertia est lex gratiæ. Quarta est lex sacræ Ecclesiæ. Credo quod multi fœneratores si scirent quantum peccatum sit vsura, ipsi nunquam fœnerarentur. Et credo quod multi audientes magnitudinem huius peccari, se emendabunt, & si se non corrigent, credo quod diabolus eos habebit. Et vidi multos vsurarios, qui audiendo huiusmodi prædicationem de vsuris, se emendauerunt, & restituerunt ablata. Et volo ligare scientes cum rationibus, & primo per legem antiquam. Vnde Ezech. 18. *Si iustus genuit filium furem, homicidam, adulterum, & vsurarium, non viuet.* Et in Psalm. *vidi iniquitatem, contradict.* Et in Psalm. *Qui habitat in tabernaculo tuo*, dicit dominus: *qui pecuniam non dederit ad vsuram.* Sed Iudæi debent, quod licet eis dare ad vsuram propter illud, *non fœnerabis fratri tuo, sed alieno:* Sed non dicunt verum, quia adhuc volo Iudæum adiuuare in lege Christianorum 14. quæstion. 4 in cap. Qui, & alibi, vbi dicitur, quod licet dare ad vsuram propter bella. Sed dic quod Iudæi ipsi non dicunt verum, quia cupiditas auaritiæ facit eos intelligere, quod volunt, sed non quod debent: nec Deus eis hoc permittit, nisi vt infra dicam. Et quod vsura sit prohibita, probo tibi per rationes: Et prima ratio est ista, quia aut est vnum de tribus. Nam aut vsura est licita de sui natura semper, aut est licita quãdoque, sed non semper, aut nunquam est licita. Si dicis quod vsura de sui natura sit licita semper: Respondeo quod Deus dicit generaliter, qui vsuram faciet, morte morietur: ecce quia non licet, quia est præceptum Dei expresse: secundo dices forte, quandoque licet, quandoque non, quod si foret, ergo malum permitteret fieri Deus, quod non est credendum. Tertio dico, quod nunquam licet vt extra de vsuris, cap. super eo, vbi dicitur, non esse licitum, & quia nunquam licet fœnerari, ideo vsura est prohibita: vel dic,

Vsura est contra naturam, vt quatuor legum rationibus ostenditur.

Ezech. 18. Psalm. Psalm.

Vsura prohibita probatur.

Digitized by Google

dic, aut eſt bonum fœnerari, aut malum. Si eſt malum de ſui natura, nunquam licet: ſi eſt bonum, ſequeretur quod Deus feciſſet malum præcipiendo quod non fœneraretur etiam fratri tuo ſicut aliis. Imo multo magis fratri: ergo poſtquam Deus vult dicere quod nullo modo eſt facienda, ipſam prohibet: vel diſtingue in facto præcepti Dei cæremoniarum, ſicut ſacrificare cum animalibus quia in ſe nihil volebant ſignificare, ſed ſignificabant bonum futuræ veritatis, quia in teſtamento nouo ſunt in veritate, quæ erant in figura in teſtamento veteri: nam in teſtamento veteri aliqua ſunt cerimonialia, aliqua neceſſaria. Ceremonialia in ſe nihil ſunt, ſed erant ſignificata ſacrificiorum verorum Chriſti, quæ facimus. Sacramenta vero neceſſaria ſunt præcepta Dei, & iſta nunquam deficient: vnde Deus præcepit, quod non tangas fœminam menſtruatam propter procreationem filiorum, & ideo illud ſeruamus in teſtamento nouo, quia illic eſt par ratio, ibi debet ſeruari idem ius: idem debet ſeruari in vſura. Qualiter ergo reſpondetur & intelligitur illud, fœnerare alieno, & nõ fratri tuo, dico quod illud dictum pars eſt præceptum prohibitum, ſcilicet *non fœneraberis fratri:* pars eſt permiſſum ſcilicet, ſed alieno: Et iſta permiſſio eſt, quemadmodum eccleſia permittit regnare lupanaria in ciuitatibus pro minori malo propter peccata ſodomiarum, quæ regnarent, quod eſt deterius peccatum: vnde pro minori malo permiſit Deus fœnerari alieno, non tamen quod non ſit etiam peccatum, & etiam, quia Deus dederat populo Iudaico illas terras Paganorum, Samaritanorum, &c. & quia illi circunſtantes occupabant ſibi illas regiones & ciuitates, quas dederat ei Deus, & non poterant poſſidere: ideo permiſſum erat tanquam vendicatoribus rerum ſibi occupatarum fœnerari, & eis ad vſuras dare, & etiam occidere ipſos impune. Sicut etiam permittitur Chriſtiano ſine peccato præſtare ad vſuram vni, qui occupet ſuum propter recuperare illud. Sicut etiam in bello licito licet occidere & furari, dummodo illud non propter auaritiam fiat principaliter, ſed vt ſequatur id, ad cuius finem fit illud bellum & non propter odium, ſed propter iuſtitiam, vnde non poſſunt ipſi Iudæi fœnerari Chriſtianis, niſi forte velint dicere, quod liceat eis vendicare à nobis: ſed hoc non poſſunt dicere, quia nihil occupamus de ſuo. Quarta ratio eſt, quod ſumus omnes creati à Deo, & omnes ſumus propagati ab eodem patre ſcilicet Adam: & ſumus fratres; gloſſa, non licet Iudæis nobis fœnerari, niſi ſi ſibi aliquid occuparetur, quia licite vendicarent. Probo per legem gratiæ. Lucæ 6. cap. *Date mutuum nihil inde ſperantes*: vnde ſi vltra principalem ſortem denariorum, quos mutuaſti recipis, tu teneris reſtituere, & teneris ſi potes, proximo quærenti, & in neceſſitate poſito mutuare gratis: nec valet quod dicas, iſti denarij ſunt mei, & non tui. Imo dico, quod illi denarij qui tibi ſuperſunt, & exuberant vltra tuam neceſſitatem, ſunt proximi tui, & pauperum egentium poſt tuam neceſſitatem. Nam debes illud facere aliis, quod tu velis tibi fieri: vnde non licet ſperare tibi aliquid vltra ſortem: nec debet illud mutuum fieri, vt ille cui mutuas, te magis diligat: nec licet facere peccatum cum illo cui mutuas, quod tibi mutuet, etiam quando tu eges ſecundum aliquos, ſed fiat ſimpliciter. Probo etiam per legem Eccleſ. 14. q. 4. & 15. & 16. & in c. ſuper eo, & in c. conſuluit extra de vſuris. Item non licet vendere mercaturas ad terminos pro pluri pretio, quam valeant in præſenti. Nam mercatura eſt licita & neceſſaria, ſed damnantur contractus illiciti, qui fiunt in ipſa, per quos deſtruuntur boni mercatores in Clementina de vſuris, & Eccleſiaſticus vult, officiales & fauentes talibus illicitis, ſint ipſo facto excommunicati: & tenentes quod vſura non ſit peccatum, debent puniri tanquam hæretici, ſi ſint pertinaces. Et probo etiam per rationes legis naturæ, quia non eſt poſſibile, quod Papa vel Imperator poſſit contra legem naturæ: vnde nota quatuor rationes. Primo, quia expreſſe iniquum & iniuſtum, quod de mea propria re ego habeam damnum, & tu vtilitatem. Nam ſi habes gallinam, iuſtum & conueniens eſt, quod oua ſint tua & non vicini: & ſimiliter ſi perdis illam, quod damnum ſit tuum: vnde tua res debet eſſe tibi proficua, vel damnoſa. Similiter ſi mutuas alicui centum ducatos, ſi ille cui mutuaſti perdiderit illos, tu nihilominus vis habere tuos ducatos centum: quos ſibi præſtaſti, & ita requirit iuſtitia, quod ſiue perdat, ſiue lucretur ille, cui mutuaſti, quod ipſe etiam reſtituat tibi omnia mutuata. Sed non dices ſi quis locat domum ſub certa annua penſione, vel dat equum ad naulum, vel locat vineam ad partem recipiendo nauli penſionem, vel locationem, quod ſit vſura. Reſponde primo quod non eſt ſic in contractu mutui, quod mutuum ideo dicitur, quia de meo fit tuum, & transfertur dominium in accipientem: ſed non eſt ita in re locata, quia locans retinet in ſe dominium rei locatæ, & ſi in mutuo ſoluerem vſuras de re mea propria, ex quo dominium eſt in me tranſlatum, tamen in locante equum ad naulum poteſt committi vſura iſto modo, quia faciendo æſtimare equum, puta decem ducatis: Et ſi moritur, vel peiorauit vis ſolutionem pretij equi vltra conducturam ſeu vecturam, ſiue moriatur ex culpa, ſiue ſine culpa conductoris equi: Et ſunt tres rationes, quare in locatione & conductione non eſt vſura. Prima eſt, quia locans ſtat in periculo: quia ſi moritur equus ſine culpa conductoris, conductor non tenetur vt dixi, quia eſſet proprie vſura, ſed non eſt ita in mutuo. Secunda ratio, quia domus locata ſemper ſtat in peiorare conditionem ſuam, & non ſic in denariis. Item eſt ratio, quia de natura vineæ eſt ſi vis laborare ponendo exercitium tuæ perſonæ, laborando cauas inde vtilitatem, ſecus in mutuatis denariis, quia vſu conſumuntur: & ſi neſcis illos operari, nullum habes fructum dimittendo denarios in cumulo, niſi ſcires mercari: vnde caue tu vturarius, ne amplius fœnereris, quia omnes tui denarij habent Diabolum intus, quia tui denarij corrodunt oſſa pauperum, & iugunt medullas filiorum ſuorum. Ita tu ô mercator, caue de cætero accipere denarios viduarum ad certum lucrum ſub vſuris ad diſcretionem, quia diſcretio talis eſt adultera vſurariorum. Et ô vos notarij ad barbam habetis faciendo talia inſtrumenta vſurariorum ſcienter, & tenebimini ſimiliter. ô vos teſtes intercedentes ſcienter in talibus inſtrumentis obligamini ad reſtitutionem. Item procuratores ſcienter procurantes pro vſurariis tenentur ad reſtitutionem. Nam vſura duplicat faciendo de vno duo: quia vſuræ & denarij ſunt idem, & tamen vſura diſtinguit vſum à denario, quia propter vſum denariorum vult duplicari ſuos eoſdem denarios, qui vſu conſumuntur. Exemplum, ſi habes phialam plenam vini, & bibas vinum, qualiter reſtituas mihi phialam plenam eodem vino hauſto, quod vſu conſumptum eſt? vel do tibi ſaccum plenum pane, & comedis illum, qualiter reſtitues mihi illum ſaccum plenum eodem pane? Nam ſi dico. dabo tibi phialam plenam vino, & volo quod hinc ad annum mihi reſtituas eandem phialam cum eodem vino: & tu accipias cauſa bibendi, quomodo poteris bibere niſi cõſumes illud? ſimiliter eſt in denariis, & aliis quæ conſiſtunt in pondere, numero & menſura, quæ vſu conſumuntur, quia in illis ſemper committitur vſura accipiendo vltra ſortem quantitatis eius quod mutuaſti: vnde vſura idem eſt, quod æris vſus, imo ſi concedis alicui vaſa argentea, & facit illa æſtimari, & vis tibi emendari quantum ſint peiorata, facis vſuram. Tertia ratio eſt, quia non eſt iuſtum quod meus labor, & meum exercitium fiat ad tuam vtilitatem, quia illud lucrum eſt vſura, niſi tu poneres denarios tuos periculo, & ille ponat ingenium, quia tunc non erit mutuum, ſed

natura oſtenditur per quatuor rationes.

In locatione & conductione non eſt vſura, vt oſtenditur per tres rationes.

Exemplum.

Lucæ 6.

Vſura eſt cõtra legẽ na-

Digitized by Google

ſed erit ſocietas, & licet. Sed in his qui dant boues æſtimatos laboratoribus mutuo ſub certa mercede vel penſione ad annum, & in capite anni accipiunt penſionem ſeu mercedem & vltra accipiunt boues cum emẽdatione deteriorationis, ſi minus erunt æſtimati, quia vſura eſt. Item quinta ratio, quia volunt quod res incerta & dubia producant rem certam, quia dubium erit ſi boues erunt viui in capite anni, & quantum erunt peiorati, quia boues vſu conſumuntur, & tamen vult certum prouentum, & quotieſcunque ex incerto ſequitur prouentus certus in caſibus ſupraſcriptis, & modis ſupraſcriptis, ſemper erit vſura: Et omnes leges canonicæ clamant contra iſtos vſurarios.

Secvnda Pars Principalis

Vſurariorum abominatio.

TOlle ſecundam partem principalem, quæ eſt vſurariorum abominationis conſideratio: vnde Sanctus Ioan. in Apoc. 6. c. & *Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum, & eſt data illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ,* &c. Nam multi dant ad vſuram, qui non credunt fore vſuram in multis caſibus. Vnde nota quatuor conſiderationes vſurariorum peruerſorum, quæ ſunt conſiderandæ in ipſis. Prima conſideratio eſt, cui aſſimilantur. Secunda, in quibus operantur. Tertia, à quo equitantur. Quarta, à quibus perſequuntur. Dico primo, quod vſurarius aſſimilatur diaboli equo & eſt propriè equus diaboli, quia natura equi eſt dare calcitramenta quæ penetrant viſcera pauperum, & proximi ſui, iuxta illud, *Qui manducat panem meum leuabit calcaneum ſuum contra me*: & eſt ſimilis Iudæ, qui accipiebat decimam & poteſt dici vſurarius Chriſtianus renegatus, eo quod facit contra legem Chriſti: nam merito ſunt ſequaces Antichriſti, & colunt dæmones pro ſuo Deo: facit contra eos 44. diſt. cap. ſicut 2. quia cum maiori auiditate, & dulcedine vident denarios, quam ſolem: & facit vſurarius contrarium ruſticorum: Ruſticus enim cum pluit ſtat ocioſus, vſurarius vero non curat, quia ſiue pluat, ſiue non, vniformiter lucratur; & quandoque lætatur maxime quando ſperat ex illa pluuia exceſſiue res fieri cariores. Et cum exegit denarios, vadit domum, & imaginor, quod quando eſt domi oſculatur denarios, & ponit ipſos ſuper pectore. Item vſurarius cum vadit ad eccleſiam, facit ſicut fecit ſemel vnus, qui cum eſſet demens, eius parentes ipſum induxerunt ad eccleſiam coram crucifixo, vt daret ſibi gratiam, vt reſipiſceret, & volebant, quod ſe genuflecteret, qui dixit, Chriſte te adoro, ſed non tibi credo. Ita faciunt vſurarij, vt fidem adhibeant aliis non cognoſcentibus eos. Et eſt hypocrita viliſſimus. Item vſurarius diſſipat omnes leges eccleſiæ, & facit contra eccleſiam, & ſic abnegat Deum. Nam Dei eſt dare omnia per gratiam; ſed vſurarius vendit gratiam. Ideo omnes amantes Deum deberent eſſe inimici vſurariorum, quia Deus donauit tempora, & ipſe vendit tempus. Et nota, quod aſſimilantur equo vnde Pſal. *Et poſteriora dorſi eius in pallore auri.* Et vide malignitates vſurariorum. Prima malignitas eſt, quia dicit, ſeruio proximo meo: & capit caput lumbiculi pauperis, & paulatim extrahit viſcera, trahendo de die, & de nocte, donec euiſcerauerit eum, & eſt iniqua charitas euiſcerare proximum. Huic dicit Pſalm. *Sicut nouacula acuta feciſti dolum:* ô vſurarij, vos ô barbitonſores, quando vaditis in proceſſione, ponaris iſtos vſurarios ante vos, vt antecedant, quia ſunt maiores magiſtri quam vos, quia ſciunt melius radere quam vos.

Secunda peſſima conditio malignitatis vſurarij eſt, quia ſunt fures. Probo hoc per Chriſtum, qui expulit de templo vſurarios vocando ipſos latrones, dicens, *Domus mea, domus orationis eſt, & vos feciſtis ipſam ſpeluncam latronum.* Et vſurarius eſt latro domeſticus, quia furando licet videatur, non fugit, quia furatur omni hota, de die, de nocte, & in eccleſia, & ante Chriſtum, & in quocunque loco exiſtat: ſed latro occultus quando ſentitur, aut videtur, auſugit.

Tertia peſſima malignitas vſurarij eſt, quia eſt deſtructiua, & annihilatiua totius charitatis: quia nihil eſt, quod tantum annihilet charitatem, quantum vſurarius. Vnde ſi vis reperire decem ducatos mutuo, & habes pignus tu potius pro fœnore pignorabis, quam velis petere à proximo, ne ſis illi obligatus, quia ſi non reperientur fœneratores, tu peteres à proximo & charitas magis exerceretur, vnde repeſcit. Similiter pauperes melius facerent, quod venderent res quas ponunt ad fœnus ſub ſpe rehabendi, & nunquam exigunt, & roduntur ſub vſuris, & ſic pro minimo perdunt res ſuas.

Quarta peſſima conditio vſurarij eſt, quia eſt vſura nutritiua omnium malignitatum, quia multoties vidua, vel pupillus conſumitur ſub vſuris.

Quinta maledictio, quod vſura procedit à magna crudelitate: quia quanto proximus plus eget, vſurarius ſibi plus fœneratur, & plus aufert ſibi: vnde Iac. *Qui viderit neceſſitatem proximi, & claudit charitatem in illo, quæ charitas viget in eo?*

Sexta, vſura de natura proditionis, quia facit hominem proditorem, quia vſurarius bibet, & comedet cum proximo ſuo, vel eius fratre, & corrodit ipſum continue fœnerando, prædando, & præſtando ſuper domo, vel vinea fratris. Et ſic paulatim extirpat in pane, & caſeo ipſam domum, vel vineam de manibus fratris ſui. O vos filij vſuriariorum attendite, quia ſi ſucceditis in iniquitate vſurarum paternarum, efficiemini filij iniquitatis, & diabolus etiam vos equitabit, niſi reſtituatis ſi poteſtis ablata, & incerta detis pro Deo. Vnde dicitur Ephraim educit filios ad perditionem. Ephraim interpretatur creſcens, quia vſurarij ſemper creſcunt in diuitiis. Septima peſſima conditio vſurarij eſt, quia eſt proditor pauperum. Vnde Io. *Quia oſſa mea odiunt, non dormiunt*: quia vſurarij de die, & nocte corrodunt oſſa.

Apoc. 6.

Quadruplex conſideratur vſurarij.

Vſurarius equo diaboli comparatur.

Vſurarij impietas.

Pſalm.

Plurima vſurarij malitia.

Pſalm.

Vſurarius eſt latro.

Vſurarius deſtruit charitatem.

Vſura eſt nutritiua omnium vitiorum.

Vſurarius crudelis.

Vſurarius proditor proximi.

Tertia Pars Principalis

Terræ & contractæ maledictionis vſurariorum.

TErtia pars principalis prædicationis eſt, à quo equitantur: quia *qui ſedebat ſuper eum, eſt nomen eius mors*, id eſt, diabolus infernalis, qui dicitur mammona, dæmon vſuriariorum, qui ducit ipſos ad inferos. Et ille diabolus habet longa calcaria, & calcat ipſos pungendo, ducendo, & trahendo ipſos in infernum veloci curſu, quia nullus eſt, qui ita cito, & ita dulciter applicet in inferno, ſicut vſurarius. Vnde, ô vos vxores vſuriariorum attendite, quia diabolus dat xvij. aculeatas plagas maritis veſtris vſurariis. Prima aculeata eſt, quia facit excæcatos, quia vſurarius efficitur ita cæcus, quod non videt, neque cognoſcit Deum nec charitatem habet: ſed Deus illorum forma denariorum eſt. Secunda aculeata quam ſibi dat diabolus, quia ſemper ſitit, & nunquam ſaturatur, & quanto plus bibit, tanto plus ſitit, ad inſtar ignis, quia quanto plura ligna ſuperponuntur, tanto magis creſcit ignis, ſed ſi extrahantur, ignis deficit: ſed vſurarius ſemper ſitit, & ardet in cupiditate habendi, & *creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit*: imo ipſi dant denarios Iudæis ad fœnus vt fœnerentur Chriſtianis. Vnde fuit quidam peſſimus vſurarius habens filium ſibi ſimilem, & iniquum, & iam effectus ſenex induratus propter ſenium efficitur immemor: & accidit, quod quando pignorabat ſuper aliquo pignore, ipſe ſcribebat ſuper libris ſuis vnum ducatum pro centum, & non videbat;

Digitized by Google

& quando aliqui veniebant ad rehabendum pignus ſuum ipſi dicebant, facite rationem veſtram, quid debetis habere de vſura computata ſorte, & ille loco centum ducatorum : ſcriptum reperiebat vnu ducatum cum vſura: & illi tacentes dabant ſibi illud, quod petebat, & læti cum pignoribus ſuis inde recedebant. Vnde cum voluit videre calculum rationum ſuarum cum eius filio, reperit ſe multum perdidiſſe : vnde dixit, fili mi, ego video, quod propter ſenium viſus amodo mihi deficit, non bene video, & careo memoria, vnde bonum eſt fili mi, quod tu attendas telonio fœnoris, & fac ita, quod tu reſtaures deperdita, nec deſeras fœnus, quia eſt melior ars lucratiua, quæ ſit in mundo : verum quia eſt vnum modicum infamiæ apud iſtos rudes, qui neſciunt dulcedinem denariorum: ego emam vnum roſarium pendens vſque ad terram, & leuabo bona hora, & ibo ad primam Miſſam, & ibi dicam Pater noſter, ita fortiter, quod omnes audient, & cum videbo aliquem pauperem, cito clamabo eum fortiter, vt veniat ad accipiendum eleemoſynam, & perquiram plures angulos meæ crumenæ, & tandem cum videro plures perſonas ſtare coram me, dabo ſibi vnum denarium, nec timeas fili mi, quod intendam propterea dare multum pro Deo, quia qui non habet de ſuo, poterit quærere de alieno : & hoc faciam propter eleuare à me iſtam murmurationem : vnde ſic factum eſt : & fecit vnum telonium extra domum filio : & ipſe cum veniebat de Miſſa explicabat ſuos denarios. Et accidit, quod ipſe mutuauerat vni presbytero de villa ſuper vna veſte ſua quinque ducatos, qui presbyter propter ſua debita deliberauit aufugere : & quia non volebat recedere ſine ſua veſte, accepit crucem cum crucifixo, & vadit ad domum iſtius vſurarij antiqui, peruenit ad oſtium, intromittitur, dicens, alias pignorauí meam veſtem hic, ego libenter vellem ponere iſtam crucem loco meæ veſtis, & quod præſtaretis etiam alios quinque ducatos ſuper ea, & iſto crucifixo : tunc inueteratus in malos dies incipit magna voce proclamare dicens, proh ſcelus, *vade retro ſatanas*, quia veniſti tentare me, vis quod pignorem ſuper crucifixo, ſuper Deo meo, ego non ſum ille quem putas : imo omni die quo non auditem Miſſam, & non facerem eleemoſynam, videretur, quod illa die non eſſem homo, & expulit eum : quocirca ſacerdos ille confuſus recedens. iuit vſque extra portam domus : conſiderans ſenex, quod perderet vſuras illorum denariorum, magna charitate motus fecit eum vocari, & dixit, pater, ego valde compatior vobis videns vos in magna neceſſitate, vnde motus charitate feci vos vocari, & quia ego nullo modo fœnerarer, ego mittam vos ad filium meum, qui facit illam artem, qui bene ſeruiet vobis: imo multo peius faceret quam fœnerari ſuper crucifixo : & ſic ille presbyter fecit. Item fœnerator ſemper ſurgit bona hora, & habet in deuotione maxime Sanctum Antonium, & vadit tempore fori ſuper angulis, & cognoſcit pauperes, & quærit quæ voret, & ſi reperit aliquem quærentem denarios. fingit ſe non habere, ſed quærere vnum qui ſeruiet ſibi, & verberabit eum fuſtibus, ex quo ictu nunquam liberabitur pauper ille donec ſibi acceperit porcellum, vineam, & omnia quæcunque habebit. Item dat ſibi diabolus quartam aculeatam, quia ſemper eſt tribulatus, & non poteſt dormire ex anxietate auaritiæ, & triſtis illa mulier, quæ eſt vxor vſurarij : & triſtis eſt filius in eius vita, ſed poſt mortem omnes gaudent: imo ſæpe vſurarius menſurat vinum, & panes connumerat, & ſemper conqueritur, quod nimis comeditur in domo illa, & oportet, quod vxor furetur modicum olei, carnium ſalſarum & farinæ, vt ſibi emat calceos, &c. nec famuli vſuriariorum vnquam habent pacem, nec poſſunt habere mercedem ſuam; vnum tamen habent, quod non poſſunt peccare in gula : vnde Prou. cap. *Qui ſectatur auaritiam, conturbat domum ſuam.* Et tu vxor vſurarij diſce facere coquinam marito tuo vſurario, accipe de ſpinaciis. & noli multum lauare ipſas ne expendas multam aquam & fritiga ipſas, & cum ponis ante eum dic, ah marite mi, accipe iſtas ſpinacias fritigatas, quia ita diabolus fritigabit te & me : ſimiliter cum tu ponis ante eum aliquid dic, marite forte cras eris mortuus, & ibis ad infernum. Similiter, quando tu das ſibi camiſiam vt ſe mutet, dic, marite memento quia ita erit vltima camiſia, quam tibi pones, ſed caue ne te capiat, quia forte percuteret te : tamen iſti vſurarij ſunt viles & effœminati. Item dat ſibi diabolus quintam aculeatam, quia ſemper ſitit, & eſt peior quam fur, & habet quatuor peſſimas conditiones. Prima, quia modicus labor eſt ſibi magna ſanitas, quia viuit ſub vmbra laboris alieni. Secunda peſſima eius conditio, quia efficitur cito diues, ſed parum durant eius diuitiæ. Tertia, quia eſt certus de lucro. Quarta, quia ipſe eſt ſecurus de pignore : vnde Iob. 5. cap. *Vinus eſt, & ſecundum non habet, & laborare non ceſſat, nec dicit in cerde ſuo, cui congregabo diuitias*, &c. Et eſt ita peſſimæ naturæ, quod non audet comedere: vnde erat quidam vſurarius plenus denariis, & erat ſolus, & iuit ad piſcariam, & vidit vnum pulchrum & delicatum piſcem, & volens mercari iſtum piſcem, piſcator petiit quinque groſſos, & auarus conſiderauit, quod in capite anni ipſe haberet quinque groſſos, & fœnus ipſarum, & quod erat ſingulis annis nummus, noluit emere. Superuenit vnus cerdo, qui mercatus eſt illum piſcem pro quinque groſſis : & vſurarius in ſe receptus dixit: væ mihi miſero, ego ſum ita diues & ſolus nunquam habui bonum paſtum, & neſcio gaudere vti meis diuitiis, & dixit quod volebat prandere cum illo cerdone, qui læta fronte ſua vota ſuſcepit, fecitque nitide, & abundanter cum iucunditate parare : finito prandio vſurarius dixit cerdoni, ego neſcio gaudere de diuitiis meis, ſi tibi placet, ego volo, quod ſis frater meus, & dedit ſibi claues domus, & capſæ denariorum, dicens, vade & fac me tecum gaudere donec vixero, poſt mortem meam facito ſicut vis : & ingrediens domum cerdo aperuit bene duodecim oſtia antequam reperiret capſam denariorum, & ingrediens cameram denariorũ, reperit vnũ atrum dæmonẽ ſtantem ſuper caſam, & dicẽtẽ, abi hinc, quia nolo quod accipias iſtos denarios, quia mei ſũt, & vis ipſos dilapidare in breui, quos meus ſeruus & martyr iam, tanto tempore, & cũ tot vigiliis & fame, & ſiti acquiſiuit. Sexta aculeata quia eſt tenax, & moritur ſicut canis deſperatus, quia moriendo videt relinquere diuitias ſuas, quas cum tanta affectione amabat, & vt plurimum videt ſe theſauriſaſſe, & neſcit cui, vel tali, quod ipſum pœnitet, vnde parum eſt, quod audiui ab vno magiſtro in ſacra pagina, quod dum vxor vnius vſurarij laborantis in extremis miſiſſet pro eo, vt confiteretur, & hortaretur maritum, vt confiteretur, & ille dixit, ad quid debeo dicere peccata mea huic fratri, da mihi ad comedendum, & ſi morior, quid curo facias me ſepelire : Notarius adeſt, vt faciat teſtamentum : inſtat frater, vt ablata reſtituat, & ille recuſat : inſtat vxor, hortatur Notarius : at ille dixit, iam non fœneratus ſum, & accumulaui theſaurum, vt ipſum diſperdam, quid ergo feciſſem in hoc mundo toto tempore vitæ meæ, ego non moriar : tamen ſemicoactus precibus & hortatu omnium, dicit, quod vult reſtituere : Notarius incipit ſcribere teſtamentum, vxor dicit, vultis reſtituere tali : & dicit auarus, non profecto, quia non fuit paruum ſeruitium illud quod ſibi feci, quia ſeruiui ſibi de meis denariis in ſua magna neceſſitate, & quid mei denarij non debent lucrari, vos eſtis bene fatui : & inſtat frater, dic in bona hora quod ſic neſcis, quia niſi tu reſtituas, tu ibis in infernum : & ille dixit, creditis eſſe infernum; certe credo, quod anima moritur pariter cum corpore, ah! non moleſtetis me, quia feciſtis mihi venire febrem, tandem cum precibus, & magna inſtantia omnium

Prouerb.

Vſurarius habet quatuor conditiones peſſimas. Iob. 5.

Digitized by Google

omnium fecit ſcribere, quod erat contentus, quod ſi moreretur, bona reſtituerentur, & aliter non. Septimum, aculeata, quia vſura eſt ars deſidum, & dans ſe vſuris in iuuentute, nunquam poteſt recedere ab ea, & viuit ſemper ad expenſas aliorum. Octauum, quia eſt ars magis abominata, quam aliqua alia ars mundi. Et nota quod ſemel vnus prædicator dixit, quod habebat libertatem dandi veniam omnibus à Summo Pontifice, & quod omnes venirent die Dominico, quia volebat eos abſoluere, & quilibet deponeret de per ſe in acies ordinatas ſecundum eorum artes: & dato die cõuocato populo in ordine, prout dixerat: primo vocat milites, ſecundo Doctores, tertio mercatores: & ſic ſucceſſiue per ſingulas artes, nouiſſimè vocauit vſurarios, & nullus vſurarius comparuit propter abominationem nominis ſui, & accidit de vſuris, ſicut de fele, quia vocando omnia alia animalia veniunt, excepto fele, quando vocas dicendo, felis, felis aufugit: ſic faciunt vſurarij. Nonum, aculeata eſt deſperatio, quia nulla ars facit hominem deſperatum, ſicut vſura, quia quandoque vſurarius habebit bonas inſpirationes, & conſcientia corrodet eum, vt reſtituat, & reſpicit filios, & filias, & vxorem, & dicit inter ſe, ô filij mei, væ mihi, quia propter vos vado ad inferos, ſi reſtituero, eritis deſerti, ſi non reſtituero moriar damnatus, item ſi reſtituo, efficiam pauper, & vxor, & filij ſemper erunt in continuo bello mecum: & dicit, ego volo potius ſtare miſeric ordiæ Dei, quam hominum, & cum iſto propoſito moritur deſperatus, & pluſquam deſperatus. Nam Iudas licet ſuſpendendo ſe deſperauerit, tamen confeſſus fuit peccatum ſuum dicens, *peccaui tradens ſanguinem iuſtum, & reſtituit triginta argenteos.* Sed vſurarius, qui iam propoſuit fœnerari, & non reſtituere, ſcit quod non reſtituendo non remittitur peccatum, & ſic non curat confiteri, nec reſtituit, nec pœnitet non reſtituendo, ita quod moritur plus deſperatus quam Iudas. Vnde quidam auarus exiſtens Arimini conſiderauit, quod propter paucitatem tritici futura eſſet magna egeſtas, & emit, omne triticum quod potuit & tenuit valde ipſum clauſum: & tranſactis aliquibus menſibus accreſcit pretium tritici, & quanto plus diminuuntur frumenta, tanto magis creſcit, in tantum, quod modius frumenti valebat quadraginta ſolidos, & vix reperiebatur. Et iſte diues auarus, cum à ſe peteretur, negabat ſe frumentum habere, & diſpoſuit non vendere granum, donec modius valeret quinquaginta ſolidos: & ne aliquis haberet cauſam petendi, quod ſibi venderet, iuit rus, & ibit ſtabat, & continuè à ruſticis redeuntibus petebat quantum valebat frumentum, & audiens, quod dietim eſſet carius, fingebat compati pauperibus ore, ſed corde gaudebat. Accidit, quod erant duo mercatores, qui audientes de iſta penuria onerauerunt vham magnam nauim frumenti in Apulia, & apportauerunt Ariminum, & videntes magnam famem ibi exiſtentem, & diſpoſuerunt exercere officium charitatis, & pietatis verſus proximos, & calculauerunt, quod poterant lucrari medium ſolidum de ſingulo modio, dando modium pro tribus ſolidis cum dimidio, & ſic proclamari fecerunt, quod volentes emere, irent ad portum pro tribus ſolidis cum dimidio modium, vnde omnes vicini, & ruſtici ſcientes prædicta cucurrerunt, emunt, & Deo agentes gratias, plenis cum ſaccis, & oneratis aſinis redeunt domum, iubilantes, *Gloria in excelſis Deo*, &c. Diues vero auarus ignarus prædictorum, quia longe à ciuitate equitauerat ad ſuam poſſeſſionem, vt difficilius poſſet quæri, videns, quod frumentum aſcenderat ad pretium quod volebat, rediens domum gaudioſus, obuiat iſtis villicis oneratis bono tritico cum magno comitatu, & inquit, boni viri, quid portatis in iſtis ſaccis, eſt verum, quod ſit tanta egeſtas in ciuitate, ſicut audio? At illi iubilando dixerunt, bone domine, iuimus ad forum tanquam deſperati, ſed gratia Dei apparuit nobis: ſiquidem heri duo mercatores, imo Angeli Dei, applicuerunt ad portum bono tritico onerati, & ex compaſſione omnibus volentibus, in dicto pretio, modium tradunt, cum tribus ſolidis & dimidio abundanter, pollicentes, quod iſto vendito de alio abundanter portabunt: vnde iſte diues auarus ſubito ſtupefactus, voce magna proclamauit, væ mihi tres ſolidos cum dimidio, Ah! heu mihi, quia ſum deſertus, & ſe ſtringens equitando vadit dicendo per viã, oyme, *tres ſolidi cum dimidio*, tres ſolidos cum dimidio, ſic obuiauit vni ſibi noto, qui dixit ad eum, domine bene ſteteritis: & ille reſpondit *tres ſolidi cum dimidio*: cum venit ad portam ciuitatis, Dux portæ dicit, bene ſteteritis domine: & ille reſpondit *tres ſolidi cum dimidio*: cum applicat ante portam domus, vicinæ dicunt, bene veneritis, & ille dicit, *tres ſolidi cum dimidio*: ſtat attonitus inſenſatus, & nil dicit præter *tres ſolidi cum dimidio*: pulſatur ad oſtium, deſcendit vxor, recipitur in domo, vxor petit qualiter ſibi eſſet, & ille par dicit, *tres ſolidi cum dimidio*, neſcit deſcendere de equo, vxor dicit, quod deſcendat: & ſtupefactus ad omnia reſpondit, *tres ſolidi cum dimidio*: vxor facit ipſum accipere de equo & facit eum aſcendere gradus, & dicit ſi vult bibere, & dicit, *tres ſolidi cum dimidio*, ipſum ponit in lecto, ſui mali ignara, & facit ferculum bene conditum dicens, vultis comedere, & ille reſpondit, *tres ſolidi cum dimidio*: adeſt medicus, quærit pulſum, & nullum ſignum huius altarationis inuenit, & quærit, ſi quid vidit, dolet, & dicit, *tres ſolidi cum dimidio*: & non febrit, & neſcit cauſam ſtuporis, & dicit, vbi patitur *tres ſolidi cum dimidio*: venit presbyter, vt confiteatur, & quærit, nil aliud dicit, niſi *tres ſolidi cum dimidio*, & ſic dicendo præ dolore crepauit, & diabolus eius animam aſportauit: & de cætero vſurarij in illis partibus vocantur, *tres ſolidi cum dimidio*. Decima aculeata, quia eleuat verecundiam ab homine, & timorem Dei, quia vſurarius faceret omnia ſcelera propter denarios. Vndecimum aculeata eſt, quia ſemper exercetur in malo: nam omnes peccatores aliqua hora faciunt inducias cum Deo: vſurarius vero ſemper fœneratur, & lucratur tam in diebus Dominicis, quam Natalis, quam Paſchæ, & nunquam facit inducias cum Deo, neque de nocte, neque de die, & omni hora fœneratur, & nunquam ceſſat à malo. Duodecimum, quia eſt ita inuolutus, quod ſemper eſt oblitus de Deo. Tertiumdecimum aculeata eſt, quia eſt priuilegiatus valde, quia toties eſt diaboli, quoties fœneratur. Quartumdecimum, quia quando moritur omnes gaudent, primo filij, vxor, & tota familia: vel ſi non habet filios, vxor gaudet, ſubtrahit, & ſubito quærit alium maritum, cum quo poſſit gaudere ad expenſas vſurarij, cum quo ſemper fuit mœſta, ad inſtar vnius dominæ cuius vir vſurarius de mane mortuus eſt, & in ſero accepit ſecundum virum iuuenem in vilipendium primi. Quintumdecimum, quia eſt porcus diaboli, quia in vita viuit ſicut porcus, & moriens omnes pueri, & alij ſunt circa, & vnus petit caudam, alius autem, alius veſicam, & vita nulli prodeſt, & nulli eſt vtilis, nec poteſt aliquis gaudere de ſuo, ſed poſt mortem omnes gaudẽt, quia pauperes ſperant rehabere vſuras, & ſimiliter fratres aliquid ſperant habere, & propterea gaudent, & quia eius vita omnibus eſt exoſa. Sextumdecimum aculeata eſt, quod ab omnibus Sanctis eſt derelictus, quia mors peccatoris peſſima, quia omni die feſto Sanctorum fœneratus eſt, & nunquam cuſtodit feſta, ideo in morte derelinquitur ab omnibus Sanctis. Decimumſeptimum, quia ab omnibus creaturis etiam eſt derelictus, quia nullus facit ita turpem mortem, ſicut vſurarius; & eſt ſignum, quod omnes creaturæ pugnant ſecum: primo dæmones ſubſanando ducunt ad infernum: Angeli, & Sancti deteſtantur eius vitam, cœli vociferantur, elementa deprauant eius damnatam artem,

Digitized by Google

panes,vinum,& carnes, quas comedit ipſum blaſphemant, quia conuerſa ſunt in eius ſanguinem, & carnem: domus, tectum, & paries conqueruntur, quoniam ea infecit: terra gemit, quia calcauit eam, & omnia clamant contra peſſimos vſurarios, dicentia ite ad ignem æternum maledicti, deſperati iuſtitia: & ſic multitudo magna ſequitur vſurarios, quia infinita mala veniunt propter auaritiam, à qua defendat nos Deus, vt peruenire poſſimus ad gaudia paradiſi, Amen.

FERIA SECVNDA QVARTÆ Hebdomadæ Quadrageſimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone

Hic Sermo, qui eſt de Amore irato, tres præcipuas continet partes, de damno proximi.

Prima pars principalis.

Agit de damno ſpirituali interiori.

Secunda pars principalis.

De damno corporali.

Tertia pars principalis.

De damno temporali.

De amore irato.

Sermo XXVII.

Ioan.7. *Vm feciſſet quaſi flagellum de funiculis eiecit omnes de templo.* Ioan.7. cap. In quo apparet ſecunda penna Alæ noſtri Seraphini, quæ vocatur Amor iratus: vnde, *Iraſcimini & nolite peccare.* Ita facit Chriſtus ad dandum intelligere, quod iraſci debemus contra peccata noſtra & aliena; non contra perſonam, ſed contra culpam, quia ſic ſunt diligendi homines, vt errores eorum non diligantur, ſed quia à Deo facti ſunt: quæ materia eſt neceſſaria, & vtilis Vnde dum Sanctus Franciſcus tranſiret per vnam ciuitatem, & eſſet poſt eum vnus dæmoniatus: quidam ciuis interrogauit eum dicens, quod eſt maius peccatum mundi? & S. Franciſcus reſpondit, quod homicidium erat maius peccatum mundi: & dæmoniatus exiſtens retro riſit dicens, eſt vnum aliud maius quam homicidium. Et Sanctus Franciſcus dixit: In virtute Dei, dic mihi quod eſt illud peccatum maius homicidio, & diabolus reſpondit, quod tenere rem alienam eſt maius peccatum homicidio, quia nulli vadunt tot ad inferos, quot vadunt de tenentibus aliena. Dixit S. Franciſcus, dic cauſam, quare plures vadunt ad inferos de tenentibus bona aliena, quam de aliis: qui reſpondit dicens, poſtquã deduximus homines ad accipiendum aliena, & acquirendum diuitias, bene iuuamus eos ad non relaxandum illa bona extorta, & ſic damnantur ipſi, & filij, qui eis ſuccedunt, & ſciunt, quod illa bona venerunt de furtis, & ſunt male acquiſita: & ſimiliter illi, qui participant de illis male acquiſitis, ſicut vxores, filij, & cæteri damnantur: ad cuius notitiam diſtinguendo nota tria damna, quæ fieri poſſunt proximo. Primum eſt damnum ſpirituale intus. Secundum eſt damnum corporale Tertium eſt damnum temporale, quod eſt de foris. Et ſecundum iſta tria damna, diſce tres regulas.

Tria damna poſſunt fieri proximo.

Prima Pars Principalis

De damno ſpirituali interiori.

Tres regulæ ad iſta damna.

PRima eſt de damnis ſpiritualibus factis: vnde cape pro regula generali, quod omne damnum, quod fit ſpirituale, ſeu datur proximo, inquantum poſſibile ſit, es obligatus ſatisfacere, quia non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, & intellige, quod dei et reſtitui tam damnum ſpirituale, quam corporale, & temporale. Circa quam regulam nota, quod tripliciter poteſt dari damnum ſpirituale proximo. Primo ſcandalizando ipſum, ſecundo infamando ipſum, tertio ipſum inducendo ad faciendum malum. Primum damnum in ſcandalizando proximum fit tripliciter: quia aut ſcandalizatur proximus cũ verbis, aut cum factis, aut cum actibus, dico quod verbis ſcandalizatur dicendo ſibi verba iniurioſa, vel generatiua ſibi ſcandalum: & tunc teneris ſibi reſtituere, quod tu furatus es eius animam: vel per te non ſtetit, quominus faceres ipſum peccare; ideo oportet quod tu vadas ad eum, & dicas tuam culpam. Vnde Matth.5. *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio*: iraſcendo cum corde intrinſecus. *Qui autem dixerit fratri ſuo, Racha, reus erit concilio.* Racha eſt actus iræ, cum dicit, heyſi: quia ſi oſtendis de foris ſignum iræ intrinſecæ, etiam oportet ſatisfacere, reconciliando te cum fratre tuo. *Si autem dixerit, Fatue, reus erit gehennæ ignis*, quia peccauit mortaliter: quia ex quo iratus fuiſti in mente, & oſtendiſti foris verbo iracundiam maledicendo proximum, oportet te ſecum reconciliari, & facere pœnitentiam de illo peccato. Item tertio poteſt offendi proximus cum factis puta tu deprædatus fuiſti proximum: & tunc fit dupliciter, aut palam, vel occultè: ſi palam, damnificaſti proximum, & tunc ſufficit reſtituere prædam, vel damnum, niſi ſecum reconcilieris, quia feciſti ſibi duo damna: vnum temporale tollendo res ſuas: aliud ſpirituale ſcandalizando ipſum Et ſi non potes reſtituere res ablatas, ſaltem dicas tuam culpam, & reconcilia te ſecum, offerens te ſatisfacere cum potueris, ſi tibi remittere non vellet damnum, vel vſuram, aut furtum. Si vero damnum, vel furtum eſt occultum, tunc non expedit, quod tu vadas ad eum, & ab eo petas veniam, niſi modo infraſcripto, & reſtitues ſibi etiam modo infraſcripto ablata. Tertius modus eſt, quia debet damnum ſpirituale reſtitui cum modis. Nam Deus non iudicat ſecundum modum, quem facimus, ſed ſecundum ſuum iudicium veriſſimum, & non ſecundum noſtrum apparere: pone quidam te offendit, interficit tuum patrem, vel te furatus eſt, vel tibi tenuit loquelam, & tu dicis: parco ſed nolo ſibi loqui, nec me ſecum impedire. Ego dico, quod niſi facias illi omnes actus, quos facis aliis tuis proximis, & amicis, ſecundum amorem, & charitatem generalem cum actis & ſignis, ſalutando eum, cum ſibi obuias, & ſi te ſalutat, reſpondendo ſibi, tu peccas, & ſimiliter Iudæo, & cuilibet alteri pagano, niſi foret prohibitum per eccleſiam, quia non debemus habere odio peccatorem, niſi ſecundum peccatum: vnde tuo inimico præterito teneris indicare ſignis & actis, quod ſibi remiſiſti iniuriam, loquendo ſecum, reſpondendo ſibi cum loquitur, & cætera faciendo quæ faceres cum aliis proximis tuis; ſaluo quod ſi eſſet talis perſona, cum qua ſi loquereris, poſſet ſequi peccatum, ſicut ſi eſſet aliqua fœmina, quę ſtetiſſet in adulterio cum aliquo, & nollet ſibi loqui, ne inducatur iterum ad peccandum: dico, quod tuc poteſt ſibi tenere loquelam, ne illud ſcandalum ſequatur: & ſic de aliis ſimilibus. Sed pone, es in circulo cũ pluribus hominibus alloquentibus, ſuperuenit inimicus tuus tecũ reconciliatus, tu mutas colorem, & ſubito inde recedis, quia tu oſtendis illud ſignum odij, & feciſti ſcandalizare proximum, tu peccaſti mortaliter. Nam illud odium remanſit tibi ſecretum in corde: & non vides quod diabolus tenet ipſum abſconſum, ita quod non videtur tibi quod ipſum odias. Sed Deus ſcrutator cordium, illud videt, & ideo obligaris de illo actu dicendo tuam culpam. Et quod ſit verum, vide Mat.5.c. vbi Chriſtus dicit: *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid*

Triplíciter poteſt fieri damnum ſpirituale proximo.

Matth.5.

Matth.5.

Digitized by Google

aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum, aliàs perdis oblationes. Sed intellige hoc solidè, quia vos stabitis per menses & menses tenendo loquelam vnus alteri, & male facitis, & peccatis. Non dico, quod si recordaris de odio fratris tui, quod tu relinquas Missam, & oblationem, quia si est tibi, vel possibile, quod non perdendo Missam reconcilies te secum, vade & reconcilia te secum: sin autem audi Missam, & offeras cum proposito reconciliandi secum, quamprimum poteris, offerendo cum bona contritione, & similiter facito cum vis ieiunare, vel eleemosynam facere: alioquin parum prodest tibi quantùm ad salutem animæ, quia es in peccato mortali, & bona, quæ facis non tibi prosunt, nisi cum contritione, & proposito confitendi, & veniam petendi à proximo tuo. Vide modo secundum damnum spirituale in infamando proximum: & licet possit addi temporali, tamē potest adaptari spirituali. Nam melior est bona fama, quam diuitiæ multæ. Et secundum Scot. Bonau. & S. Thom. & Rich. in 4. etiam tangit, & alios Doct. Iste punctus distinguitur tribus modis. Primus, quando aliquis diffamat alium cum veritate dicendo verum, & cum charitate. Secundus, quando dicit mendacium diffamando aliū cum peruersitate & iniquitate. Tertius, quando diffamat dicendo verum sine charitate. Et nota, quod esset periculosum valde diffamare proximum, quia nunquam poteris saluari, nisi petas veniam. Et si imposuisti aliquam infamiam alicui, & petendo ab ipso veniam, vel dicendo, quod fuisti mentitus per gulam restituendo sibi famam apud illas personas quibus dixisti, & diffamasti proximum, deberes potius incurrere omnem infamiam à tuo proximo, & apparere vnus mendax iustè, quam tuus proximus iniustè portet infamiam, quia iustitia præfertur iniustitiæ, & fuisti causa infamationis. Primus modus, quando tu corrigis fratrem tuum cum charitate dicendo verum, secundum euangelicam disciplinam, primo *inter te & ipsum*, secundo *si non audierit te*, dicendo ecclesiæ, vt tibi prædicaui in septimana præterita, in prædicatione, quæ incipit, *Si peccauerit in te frater tuus*, & si taliter diffamas ipsum cum charitate, non teneris ad restitutionem, verbi gratia si tua vicina iuuenis tenet malos modos, & tu cum charitate admones ipsam, & illa dicit, non est verum: & dicis sibi secunda, & tertia vice, & se non emendet: accipias vnam, vel duas bonas fœminas tecum, & graues, & cum charitate reprehendas ipsam: & si se non corrigit, & emendat, dic patri, & fratri, &c. Et si illa persona, quæ corrigitur dicit, quod tu mentiris, &c. certe tu non teneris dicere tuam culpam, imo peccares, quia videretur quod te pœniteret fecisse illud bonum. Secundus modus est, quando per odium infamas aliquem, vel accusas proximum contra veritatem: & isto modo temerariè diffamādo, vel accusando proximum contra veritatem, semper peccas mortaliter, & obligaris ad restitutionem. Similiter si malo iudicio iudicas proximum contra veritatem fecisse aliquid, quia tu peccas mortaliter, & istis casibus quando diffamas aliquam personam, vel malo iudicio, vel contra veritatē, tu teneris ad restitutionem dupliciter, scilicet, dicendo tuam culpam illi, quem diffamasti, & restituendo ei suam famam penes illos quibus diffamasti, vel falso modo iudicasti eum dicendo, quod mentitus fuisti, sicut si esset aliquis philocaptus de aliqua iuuene, quæ delectatur stare ad fenestras, & ridere, &c. sed non habet voluntatem peccandi, & iste mentiendo dicet alias, quod habuit eam certè: tu teneris dicere tuam culpam illi iuueni, si ipsa scit, quod diffamaueris eam, & retractare infamiam apud illos, apud quos ipsam diffamasti. Similiter si tu quæ audisti ab aliquo diffamari aliquam personam, postea alias retulisti illam infamiam, & ille venit ad te dicendo, quod mentitus fuit per gulam de eo, de quo diffamauit eam, tu similiter teneris ire ad quos tu retulisti illam infamiam, & dicere, quod non fuit, nec est verbum illud, quod dixisti de eo, quia ille à quo audiuisti retraxit reductus ad conscientiam, & dixit se mentitum fuisse, & quod illud dixerat ex odio, vel ex inuidia, vel temerario modo: alioquin tu peccas. Tertius casus est, quando tu diffamas aliquem cum veritate, sed non cum charitate. Et si videris fœminam fornicari, si dixeris alij, nisi actu charitatis, tu peccas mortaliter toties quoties illud dicis, nisi in actu charitatis, puta quia dixisti illi fornicariæ, & non vult corrigi, quia tunc seruando euangelicam doctrinam, potes dicere alteri, vt corrigat eam, cui magis credit, vel timet, vel adhibendo tecum duos, vel tres, &c. Vos ô virginellæ fatuæ, cauete vobis ab inamoratis, quia cum ridetis sibi in ore, vel respondetis suis verbis, vel sibi consentitis, ipsi habent socios, & referunt sociis se iactando de vobis, & multoties plus dicunt quam sit in veritate: & socij dicunt aliis, & sic repletur tota ciuitas antequam vos fatuæ sciatis: ideo nolite date aures suis verbis. Vides ergo qualiter, ex quo tu non dixisti veritatem diffamando aliquem, tu teneris isto modo restituere dicendo, dico meam culpam, quia dixi tibi pridie culpam proximi mei talis, & licet sit verum, non debebam tibi dicere, quia non seruaui officium charitatis. Sed pone, quidam iuuenis maritata tenet malos modos in fallendo marito: quædam bona domina perpendens corrigit illam: illa se non castigat: & videns hoc ipsa ex charitate adhibet secum vnam aliam vicinam, & adhuc vident quod non corrigit se, illa quæ mouetur ex charitate dicit illud patri: alia vero illud reuelat marito, charitas eius, quæ dicit patri est iusta: altera, quæ dicit marito non. Maritus vero dicit vxori, illa negat dicendo, quod mentitur, modo quæritur cui illa quæ negauit adulterium commisisse teneatur restituere? & certè dico, quod tenetur dicere suam culpam illi, quæ cum charitate se mouit, & alteri non: quia illa adultera non obligatur confiteri veritatem, quantum ad leuandum infamiam illi, quæ non correxit cum charitate, quia non meretur, quia non se mouit cum opere charitatis: in alia vero, quæ correxit cum charitate, tu distingue: quia aut illa adultera confitendo veritatem incurrit periculum vitæ: & illa quæ correxit cum charitate incurrit periculum infamiæ tantum; & isto casu adultera non tenetur confiteri veritatem, aut incurrit periculum infamiæ tantum, & isto casu tenetur adultera dicere verum, & potius velle incurrere infamiam, quam permittere incurrere illam, quæ cum charitate ipsam correxit, aut dicendo veritatem incurrit periculum mortis, & negando illa, quæ cum charitate correxit, incurrit periculum vitæ. Et isto casu debet potius eligere mortem, & dicere veritatem, quam velle pati, quod illa quæ iustè correxit, & cum charitate, moriatur, alioquin damnabitur. Tertium damnum spirituale, quod datur proximo est in inducendo proximum ad malum, sicut in inducendo fœminam ad luxuriandum: & est ita necessarium scire, sicut aliquid aliud: vnde pone, quod induxisti fœminam ad luxuriandum, & deuiauit, & male plectitur: quid es tu restituere obligatus sibi? certè tu pœnitens non solum debes te corrigere, sed obligaris quantum est tibi possibile reducere ipsam ad frugem melioris vitæ, nec sufficit te solum pœnitere, sed oportet, quod inducas etiam ipsam ad viam pœnitentiæ. Simile si proxeneta induxit aliquem ad fœnerandum, vel faciendo iniquum contractum, vel ad furandum, vel aliquod aliud malum faciendum, tu non potes saluari, nisi inducas illum ad restitutionem: & si illud non fecisset, nisi tu induxisses eum, tu teneris ad restitutionem, si ipse non vult restituere: sed alias latius tibi dicam de hoc. Simile si induxeris aliquem ad adulterandum aliquam, non sufficit pœnitere, nisi inducas illam, quam fecisti peccare charitatiuè ad emendandum se cum tuis orationibus, &

Quot modis infamatur proximus secundū Doct.

Digitized by Google

faciendo precari Deum, & cùm factis suadendo sibi, quod se emendet, simile si aliqua vetula deduxerit aliquas puellas, & ad se fucandum, & ad portandum capillos alienos,& vanitates,& ad alios actus minus honestos, procaces,licet pœniteat,non potest saluari, nisi induxerit illas iuuenes ad emendationem vitiorum, ad quæ illas induxit suis suasionibus, precibus, & orationibus. Simile si quæ induxerit nouas vanitates, vel iam repertas sequitur, peccat, & tenetur, vt supra. Sed quæro, quis magis peccat, vel vsurarius, vel mulier vana, quæ ponit sibi inania, capillos alienos, & nouas vanitates propter facere inamorare iuuenes ? Certè dico, quod talis mulier vana plus peccat, quam vsurarius, quam latro, & fur viarum, quamque incendiarius, quam prædo ecclesiarum, & viduarum, & ratio est illa,quia illi damnificant solum in rebus: illa vero fœmina vana in vna die est sufficiens prædari, & occidere mille animas trahendo iuuenes ad concupiscentiam sui: quia *qui respicit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est:* & quanto anima est præstantior rebus, tanto magis peccat, & tu ô fœmina vana, caudata, & fucata, portans capillos mortuorum, & indiabolata, non facis tibi conscientiam, nec vnquam confiteris de hoc tuo tam grandi scelere, diabolus te docet, tenet, & regit, & finaliter te equitabit, quia tu sola in vita tua es sufficiens occidere decem millia hominum ad concupiscendum te, & es exemplum, & das causam aliis mulieribus facere sicut tu. Sed qualiter istæ tales fœminæ vanæ satisfacient, & restituent animas peccantes in eas, quia non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum, dico quod non sufficit ipsas pœnitere, & abstinere amplius facere talia,nisi taliter se emendent, quod sicut prius fuerunt exemplum vanitatis & mali, efficiantur exemplum,& speculum honestatis & boni,quia debent portare vestes inferiores & viliores quam deceat statum suum,& leues, superfluas caudas, iocalia,capillos alienos,fucos & similia,& castigent alias & ipsas inducant quantum sciunt & possunt ad habitum honestum. Similiter in his,qui lucrantur ex malis lucris vetitis, non sufficit pœnitere, sed oportet quod restituant lucra, si possunt. Similiter Scot. in 4. 15. dist. distinguit ista tria damna spiritualia,corporalia,& temporalia,dicēs quod maius & periculosus peccatum,quod est damnum mali exempli illorum, qui debent dare bonum exemplum, sicut patres qui debent dare bonum exemplum filiis, magister scholaribus,presbyteri subditis,&c.quia obligantur ad restitutionem. Vide de hoc in decretis 5. quomodo 1. cap. ex merito deteriores sunt qui malis moribus vitam bonorum corrumpunt, quam qui possessiones temporales arripiunt.

Scot.

Secvnda Pars Principalis

De subdito criminoso.

Tria sunt damna corporalia.

Vide de damno corporali, de quo tolle secundam regulam principalem, quia tu debes satisfacere damnum corporale, & nota quod sunt tria damna corporalia, quia aut tu facis damnum feriendo,vel membrum mutilando, debilitando vel incidendo, aut occidendo. Cape primum, pone quod ferias aliquem, tu secundum conscientiam obligaris soluere omnes expensas percusso, scilicet, medici,& medicinæ, damna & interesse, vt de iniur. & danda in cap. si rixati fu. in tantum quod Doct. dicunt quod si percussus haberet paruos vel patrem senem,& c. tu teneris soluere omnes eorum expensas. Et in veteri testamento etiam habes, Exod. 20. c.&c. Secundum damnum corporale est incidendo membrum, &c. iniuste, quia similiter teneris ad expensas quas fecit in liberando & patris senis & totius familiæ, & ad damna & interesse, etiam si causa interfuisset. Tertium est si occidisti aliquem publicè, debet dari publica pœnitentia, quia sicut publice scandalizasti proximum, ita publicè debet dari pœnitentia & fieri, & hinc est quod in curia Romana faciunt spoliare homicidas & vadunt in circulo vbi sedent publice pœnitentiarij & quilibet percutit homicidam ter super humeris. Scot. dicit quod qui interficit hominem; debet ponere vitam in periculo mortis cum infidelibus pro fide Christi,vt ex quo priuasti proximum vita,adeo quod non potest facere pœnitentiam de suis peccatis, tu satisfacias pro eo ponendo te in discrimine seu periculo vitæ pro fide. Vnde pro regula tene,quod omne damnum datum proximo,quantum est possibile,teneris satisfacere: quia omne quod habes de alieno,quod ad tuas manus peruenit,vel quod pertineat ad alios, sine vero titulo, siue iniuste, teneris restituere. Circa quod nota tria notabilia. Primum notabile est, quia aliqua sunt aliena, quæ peruenerunt ad tuas manus licitè, quia reperisti denarios, vel caligas alicuius: nunquid licet tibi tenere illos ? Respondeo, non, quid ergo facies ? certè tu debes inquirere cuius sunt, & considerare & quærere,& teneris ei restituere ad instar furti, quod est contrectatio rei alienæ inuito Domino, sic in re perdita, quia est verisimile, quod si conuertis in tuos vsus, tu facis contra voluntatem eius, qui perdiderit. Secunda regula est,si non reperis cuius sunt, quid facere debeas ? Tertia regula, quia si es pauper, quia eges, tu debes ire ad episcopum & dicere necessitatem tuam, quando non potes reperire illum, cuius res inuentæ sunt: & si consulit quod teneas, tene cum animo restituendi, si reperitur ille cuius sunt,sed si es diues,& faciendo suprascripta non reperis,cuius sunt,& es paratus restituere si reperires, non reperiendo debes dare pauperibus: tamen si speras reperire Dominum, non peccas seruando animo restituendi semper. Sed securius est dare pro Deo, desperando reperire Dominum. Simile si licitè veniant ad manus tuas res dandæ pauperibus, quia es commissarius, &c. Si non das pauperibus, tu es fur & si das attinentibus tuis, tu es fur. Similiter si vicina accommodauit tibi rem & est oblita, tu teneris sibi restituere, alioquin peccas,quia furaris. Simile si emisti rem furto raptam, teneris restituere Domino. Sed alias tibi dicam de hoc. Similiter si mercator dedit ad terminum tibi rem, si tu non soluis in termino, teneris ad interesse suum. Et nota pro regula, quod omne,quod tibi licitè ad terminum datum est, in termino teneris restituere, alias peccas dupliciter, quia primo omne promissum est debitum: Secundo propter ingratitudinem. Tertia regula est, quod omne quod est alienum,& ad manus tuas licite peruenit, teneris restituere, sicut est furtum, rapina, vsura, radere monetam & tributa,& similia. Sed cui debent restitui, infra dicam alias. Simile,lucra superflua & facta in malis ponderibus & falsis mensuris, & omne lucrum quod vltra debitum facis. Simile in immiscendo malum granum cum bono, & cimatura cum lana, ad faciendum pannos,& aquam cum vino,& falsificando isto modo mercaturas, quia illud plus quod vendis vel recipis ex huiusmodi falsitate, restituere teneris.

Tria sūt notatu digna circa hanc materiam.

Tertia Pars Principalis

De damno temporali.

Tertium notabile est,quod omne quod pertinet ad alios, & licite peruenerit ad tuas manus, tu debes restituere: quia si habes cartas, instrumenta, vel libros rationum alicuius, tu teneris illi, cuius tu teneris restituere,tenendo iura aliorum,propter quod ipsi non possunt probare & ostendere iura sua, omnia sua damna & interesse & expensas factas in recipiendo scripturas illas de nouo, & in faciendo lites illa de causa teneris restituere: & si perderet causam ex defectu illorum iurium suorum occultorum: nam teneris ad restitutionem. Simile de decimis in quibus es obligatus secundum

Exod. 20.

Digitized by Google

cundum consuetudinem debes restituere, quia *quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo debentur*. Sed dices, sacerdos male expendit decimas in meretricibus & filiis suis, & non in erogando pauperibus. Respondeo, si male expendit, nihil ad te, & sibi imputet si non seruat mandata: sed quantum ad te pertinet, tu ipse serua. Sed pone, Dominatio ponit subsidium, mittit vnum exactorem: certè tu non teneris soluere, sed si exactor male facit, quia consumpsit denarios exactos, imputetur Dominationi, qui malum exactorem elegit. Sed quid si sacerdos iungit matrimonio filiam suam, & dat sibi dotem, tenetur ad restitutionem, 12.q.2. cap. gloria episcopi, quia qui dotes dant, similiter tenentur restituere. Similiter fœminæ concubinæ presbyterorum viuentes ad expensas crucifixi, tenentur ad restitutionem. Sed pone, aliquis credit dare vni, & dat tibi per errorem, quia errauit in persona, credens te fore illum cui dare debebat, certe licite illud datum peruenit ad manus tuas, tamen teneris restituere danti. Similiter si datur vel relinquitur xenodochio, rector xenodochij tenetur illud dare pauperibus. Similiter quærentes pro xenodochio sancti Boni, & pro sancto Antonio. Certe illud quod recipiunt & expendunt gaudendo cum meretricibus expendunt in tabernis & malo modo, sicut communiter faciunt isti quæstores, tenentur restituere pauperibus. Sed tu qui facis eleemosynas prædictis propter eorum fallaciam & mendacia verba, das eis triticum, linum vel carnes, & habes vicinam pauperrimam, melius faceres dare egeno quem tu cognoscis; quam talibus meretricibus. Insuper concedentes priuilegia istis talibus quæstoribus, tenentur ad restitutionem pauperibus de illis eleemosynis, quas inueniunt. Dixi de his qui acquirunt per errorem personæ: videamus secundum errorem, qui est error fortunæ. Pone tu facis eleemosynam diuiti, non egeno, qui posset tibi facere eleemosynam: certè tenebitur accipiens restituere illi, à quo accepit. Simile in fure, quia tenetur restituere illi cui furto rapuit. Sed si fur est effectus pauper, debet confiteri & pœnitere & facere secundum quod consulet confessor. Sed pone, quidam accipit pretium pro eundo pro alio ad sanctum Iacobum, & habuit solutionem integram, & vadit quærendo eleemosynas & quæstando: certè tenetur ad restitutionem illarum eleemosynarum aliis pauperibus, quia videtur spoliare illas eleemosynas aliis pauperibus. Similiter si datur eleemosyna pro missis dicendis: & non dicat, tenetur Deo restituere. Sed pone, aliquis est aptus ire ad Sanctum Iacobum de suis bonis, & facit votum eleemosynando, dico quod sicut non potest ire furtum faciendo, ita non debet ire eleemosynando, & tantum quantum subtrahit, tantum tenetur restituere pauperibus. Sed si vult ire ratione pœnitentiæ debet dare tantum de suo pauperibus, quantum lucratur de eleemosynis. Sed pone, quis interficit aliquem, an obligetur venire ad iudicium vt decapitetur? distingue in hoc casu, & similibus tria tempora, seu tres differentias, quia aut aufugit antequam capiatur post occisionem & licitè fugit & potest mittere acceptum bona sua sine peccato salua conscientia, & de ipsis facere quicquid vult. Aut post occisionem capitur & aufugit ante latam sententiam, seu condemnationem latam contra eum, & tunc fugiendo peccat mortaliter, sed non tenetur redire in manus Iudicis. Aut aufugit post latam sententiam iuste, & tunc peccat mortaliter fugiendo, & tenetur redire in manus iudicis, si vult saluari ad satisfactionem sententiæ vt decapitetur, si est taliter condemnatus; & si dat alteri res suas post latam sententiam, tenetur ad restitutionem, quia non sunt suæ. Similiter si quis iustè condemnatus in pecunia vt in re alia tenetur persoluere, alias peccat. Et sic habes tria damna, quæ restituere tenemur, scilicet spirituale, corporale, & temporale, si volumus consequi vitam æternam, quam nobis dignetur dare ille qui *cum fecisset quasi flagellum de funiculis deiecit omnes de templo*, &c. per suam misericordiam. Amen.

FERIA III. POST IV. DOMINICAM Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore non conformi, tres præcipuas habet partes iudicij.

Prima pars principalis.

De iudicio curioso.

Secunda pars principalis.

De iudicio criminoso.

Tertia pars principalis.

De iudicio periculoso.

De amore conuentuato siue non conformi.

Sermo XXIII.

NOlite *secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate*, Ioan. 7. cap. Ista est vtilis & pulchra doctrina ad sciendum & periculosissima ignorare, dicens, *Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate*, id est, secundum iudicium intrinsecum: nam maior ars quæ sit in mundo, est iudicium. Vnde fratres spirituales conuentuantur in duobus mensibus, & nullus facit iudicare in vno anno, & diabolus facit in vno die. In quo sacro eloquio tractabimus de amore non conuentuato. In quo tres considerationes faciemus, secundum quod sunt tria iudicia totius artis iudicandi, & non sunt plura in mundo. Primum est curiosum. Secundum est criminosum. Tertium est periculosum. Vnde antequam veniam ad ista iudicia, ego volo exponere textum. Vnde considera bene sermonem Christi, quia per faciem intelligitur apparentia de foris, quia cortex quandoque apparet bona, & medulla intus erit marcida, & arbor mortua. Et sic non poteris iudicare, secundum exteriora. Et textus dicit, *nolite iudicare*: & non dicit, nõ iudicate, quia interest inter ipsa. Vnde Augustinus super prima epistola ad Cor. 4. c. dicens, quod si non possumus suspicionem euitare, tamen cauere debemus temerarie iudicare, quia primos motus missos in intellectum secundum apparentiam extrinsecam expellere non possumus, quia primi motus non sunt in potestate nostra. Si ideo quando occurrunt nobis aliquæ suspiciones in principio, scilicet prima facie, non debemus consentire illis primis suspicionibus iudicãdo. Et nota vnum notabile, quod licet Christus dixerit, *Nolite iudicare*: tamen sunt aliqua ita expresse mala, quod iudicando aliter quam sint peccares, sicut si vnus esset publicus vsurarius, & iudicares bonum. Similiter si tu iudicares statum Iudæorum esse bonum, non haberes bonum iudicium. Vnde Ioan. *Qui non credit, iam iudicatus est*. Et Paulus ad Tim. *Sunt quædam, quæ præcedunt ad iudicium*, id est sunt quædam quæ possunt iudicari. Vnde cum tria sint iudicia suprascripta, Christus locutus est secundum illa iudicia. Cape primum iudicium curiosum, in quo est tota theorica iudicandi in mundo. In criminoso est tota practica mundi in iudicando. In periculoso est actus iudicandi. Et per hoc habes principium, medium, & finem. Principium est theorica iudicandi. Medium est practica iudicandi. Finis est actus iudicij vniuersi mundi.

Ioan. 7.

Tres considerationes, hic ponuntur.

Exemplum.

August. 1. Cor. 4.

Nota.

Ad Tit.

Digitized by Google

PRIMA PARS PRINCIPALIS

De iudicio curioso.

CApe primam partem principalem, qui est iudicium curiosum & facio arborem, quam diuido in radices, truncum & fructus, ita interuenit in primo iudicare, quia primo sunt radices, & exinde extenditur virgella siue truncus, & postea producit fructus. Radix est considerare facta aliena pluſquam tua. Truncus est intrare in suspicione aliorum, exinde producitur fructus, qui est tremere iudicare. Cape, scilicet, primum iudicare curiose, quod habet quatuor radices, in quibus appenditur omne iudicare mundi, quæ consistunt in quatuor infra scriptis. Quia actus, in quo apparet nullum bonum & malum. Aut actus, in quo apparet nullum bonum & omne malum. Aut actus, in quo apparet modicum bonum & multum malum. Aut actus, in quo apparet multum bonum & paucum malum. Aut actus, in quo apparet semper omne bonum & nullum malum. Ex his quatuor actibus procedunt quatuor signa, per quæ iudicamus facta proximi. Primum est signum violentum, secundum probabile, tertium pœnæ, quartum temerarium, in quibus quatuor signis omnia iudicia recluduntur. Signum violentum est actus, quem videre in proximo, totus malus & nihil boni, & est omne signum mali, sicut est furari, fornicari, dare ad vsuram, occidere hominem & similia. Vnde pone in hoc violento exemplum, pone, est commissum furtum in loco, vbi non sunt nisi sex, & necesse est quod aliquis ex illis sex commiserit furtum. Isti sex capiuntur, & ducuntur coram indice. Inquiritur de voce & fama & vita ac conuersatione istorum, & reperitur per fide dignas personas, quod quinque ipsorum sunt homines bonæ vitæ conditionis, conuersationis & famæ, & sextus est valde suspectus, vilis conditionis, malæ vitæ, conuersationis & famæ, habita hac informatione iudex facit venire coram se istos sex, primi quinque bonæ famæ non mutant faciem, sed stant constantes vultu & animo: sextus vero mutat faciem, trepidat & trementi voce respondet: certè istud est signum violentum. Et si iudex iudicat illum fore furem, non peccat & potest ipsum cum bona conscientia torquere & eruere veritatem. Simile, quidam interfecit vnum in vico & leuato rumore ignoratur quis interfecit: sed circunstantes currunt ad locum, interfector qui fugiebat videns multitudinem incipit currere versus rumorem & se miscens cum aliis detestatur illud maleficium & fingit dolere & cum venit super cadauere, subito sanguis incipit exire de plagis: sicut naturale est in similibus certe, quia hoc est naturale, istud signum est violentū & potest iudicari illum fore interfectorem. Simile habes in libro Regum 3.c. quando duæ meretrices in eodem lecto existentes de partu & vna suffocauit filium & clam furata fuit filium sociæ viuum & posuit iuxta illam dormientem suum filium mortuum, quæ videns non esse filium suum accersita socia coram Salomone petebat filium suum viuentem, & alia negabat. Vnde Salomon iussit diuidi puerū in partes duas vnam vni, & alteram dare matri, Et illa, cuius non erat, laudauit sententiam. Mater vero supplicauit, quod potius daretur integer illi, vt viueret, quam filius occideretur materna affectione compulsa. Altera vero, nullo fœdere charitatis inducta, sed potius liuore commota dixit, nec mihi, nec tibi, sed diuidatur, iuxta sententiam Salomonis. Quod audiens rex, hoc signo violento compulsus filium ipsum matri propriæ cōdonauit ex eo, quia natura non patitur quod mater morti filij consentiret, & ex parte meretricis, quæ volebat puerum diuidi erat omne signum mali, & nihil boni, ideo violentum, & sic de similibus. Secundum signum dicitur probabile, v. g. maritus fuit vltra mare non reditus in breui relicta vxore iuuene, vxor absēte viro vadit ad festa multum vana & fucata cum capillis alienis, &c. Certè ista non facit propter placere marito, sed est signum probabile quod hoc facit ob aliam causam. Similiter est vnus senex nullos habens filios & est cupidus, diues, vsurarius & nullam facit eleemosynam & nil curat de diuinis. Certè hoc est signum probabile, per quod potest iudicari quod ille damnabitur. Similiter vnus iuuenis robustus & sanus, qui staret tota die sine esu & potu ad videndum batuere, vel choræas & festa, & dicet se non posse ieiunare, certè est signum probabile, quod mentitur, quia sicut sine comedere stat ad videndum vana, ita potest ieiunare. Vnde nota & tene mente, quod quoties non ieiunas in diebus ab ecclesia ordinatis & præcepris, toties tu mortaliter peccas, & vide si potes ieiunare, quod si tibi daretur vnus ducatus pro omni vice, seu die, quo tu ieiunares: certe tu sæpe ieiunares, vt lucrareris illum ducatum, considera intra te, & dicis te ieiunare non posse. Similiter tu fœmina, dicis maritus meus vult quod portem caudam, vel quod portem capillos mortuorum. Certè tu mentiris: sed si tu haberes malum super capite, & medicus diceret quod non posses liberari, nisi incisis capillis: Certè pro salute corporis permitteres tibi radi capillos, & pro salute animæ nedum tuos, sed alienos capillos recusas deponere, & istud est signum probabile. Similiter tu habes meretricem quam tenes & nō vis repellere eam, ne malè puniatur propter magnam charitatem, quam habes: illud est signum probabile, quod facis propter luxuriam, ad instar lupi, qui vidit agnum errantem, qui perdiderat matrem & flebat. Vnde lupus motus ex passione & charitate voluit potius comedere eum quam perderetur vagando. Vnde istud signum est probabile, in quo apparet modicum bonum, & multum malum. Tertium signum leue est, in quo apparet multum boni & paucum mali. Exemplum, erit vna meretrix conuersa, quæ stabit in confessione ad pedes vnius confessoris: Alius videns eam & cognoscens eius præcedentem malam vitam, iudicabit dicens, vide illum presbyterum tenentem illam meretricem ad eius pedes: quid putas modo quod dicatur, &c. Istud est signum leue, in quo est multum boni, & parum mali, sicut in Samaritana loquente cum Christo, sed palliatur propter circunstantias in illo euangelio tibi dictas. Quartum est signum temerarium quando semper apparet omne bonum & nullum malum, verbi gratia, tu vides aliquem seruantem decem præcepta & spernere diuitias & frequentare ecclesias & semper exerceri in omni opere virtuoso & tu iudicabis malum de eo, sicut in euangelio hodierno, vbi Iudæi dixerunt, iudicantes Christum, *dæmonium habes*: & sic habes quatuor radices & quatuor signa, quæ no. in glo. fi. c. si quis in graui. de purga. cano. Sequitur videre de ramis istius arboris, & secundum quatuor suspiciones, quas potes habere de proximo ita distingue, istam arborem in quatuor ramos. Primus dicitur paruus. Secundus ramus suspicionis est mediocris, quando tu stas in suspenso. Tertius ramus est fortis, & violentus, quia videtur quod tu sis violentatus ad credendum illud esse malum. Quartus est determinatus, quādo indeterminate iudicas bonum esse bonum, vel malum esse malum. Cape modo fructus istius arboris, qui sunt quatuor: quia aut iudicas proximum de peccato mortali vel veniali, vel sciendo quod sit peccatum mortale, vel dubitando. Vnde cape radices cum ramis & fructibus, & possunt ire sursum directè, & deorsum directè, & econtrario, & sursum oblique, & per transuersum, qualitercunque & quomodocunque vadent, tu poteris iudicare esse peccatum, vel non, & quale peccatum, vltra veniale, vel grauissimum veniale, vel peccatum mortale, & quando. Veniamus ad praxim, & incipe à primo ramo, qui est parua, siue leuis suspicio proximi, & vade ad radices, & vade ad primam radicem, quæ est signum violentum, quod est de rege Salomone, qui volebat diuidere puerum, &

mater

Cōparatio. *Radix.* *Truncus.* *Fructus.*

Quatuor signa per quæ indicantur facta proximi.

Signum violentum.

Exemplū de latronibus.

Quatuor suspiciones quas habere possumus de proximo.

Digitized by Google

mater noluit: & de homicida, quo superueniente è cadauere sanguis exiuit, & de latrone tremente, in his & similibus tibi cadit vna leuis suspicio, & in hac leui suspicione nullum est peccatum. Et vade ad secundam radicem, quæ est signum probabile, & non est peccatum. vade ad tertiam radicem, & tertium signum, & erit peccatum veniale propter paruam suspicionem. Cape quartum signum totum bonum, & si efficereris suspectus, est peccatum veniale maius. Cape secundum ramum, qui est suspicio mediocris inter sic & non, & cape primam radicem signi violenti, & non est peccatum. Simile in probabili in tertia radice, vide signum leue, si non consentis, est peccatum graue veniale, in quarta radice est grauissimum veniale. Cape tertium ramum, & est violenta & fortis suspicio & cape primam radicem, quæ est violentum signum, in quo appareret omne malum, & nullum bonum, & non est peccatum in secunda radice probabile, in quo apparet modicum boni & plurimum mali, non est peccatum. Vade ad tertiam radicem, quod est signum leue, in quo apparet multum boni & parum mali, & est grauissimum plusquam primum veniale peccatum. Cape quartam radicem, & erit multo plus grauissimum veniale. Cape quartum ramum suspecti temerarij, & terminati, & oportet ponere radices cum fructibus & in hoc consistit periculum iudicandi & non iudicandi. Vnde in hoc ramo cape primam radicem, & est signum violentum in exemplo illius furis, qui trepidat, est signum violentum ad inducendum te ad credendum, quod ille sit fur & ita credendo tu non peccas mortaliter. Tolle modo secundam radicem in probabili signo, & in hoc tene frænum in manu, quia in hoc est periculosum iudicare, tamen non est semper peccatum mortale, sed nunquam erit sine veniali peccato.

Cape modo tertiam radicem, vbi apparet signum leue, & apparet multum boni & parum mali, & quando in hoc tu consentis, aut tu iudicas temerarie: si illud erat peccatum mortale, de quo tu vides plus boni quam mali, tu peccas mortaliter, quando cum corde iudicas, sicut si vna persona peccatrix confitebitur, & tu iudicabis quod sit hypocrita, in hoc si iudicas vnum de peccato veniali, peccas venialiter: Si iudicas de peccato mortali, peccas mortaliter, si credis quod sit mortale. Vnde secundum quod iudicas talem peccare siue venialiter, siue mortaliter, tu taliter peccabis. Et de eo de quo non vides nisi bonum, & consentis cum corde iudicando malum peccas mortaliter, sicut si videbis bonum virum & tu iudicas esse vnum hypocritam, tu peccas mortaliter, quia tu es hypocrita, & quanto es maior hypocrita, tanto magis deliberate peccas, nec potes credere quod sit aliqua persona bona, quia quod intus non habes, de foris tradere non vales: & vides cum tuis oculis marcidis ad instar solis percutientis in vitro variorum colorum tot facientis colores in terra, per quot variorum colorū vitrea pertransit, vnde cape pro regula, quod non potest peccare mortaliter, nisi in his in quibus vides omnia bona, & nil mali: vel in quibus est plus boni quā mali, aut totum bonū: & quando iudicas de rebus quæ essent peccatum mortale, si essent veræ, & quando iudicas de rebus quæ essent peccatum veniale, credendo quod esset peccatum mortale: vnde caueto qualiter iudicas, quia eodem iudicio quo iudicaueris, eris iudicatus. & *nolite iudicare, & non iudicabimini*. Sed iudicando in iudicio veritatem, Deus te non iudicabit, nisi in veritate. Et si iudicabis alios falso modo, ita te iudicabit mediante iustitia, sicut alios iudicabis, &c.

Secvnda Pars Principalis

De iudicio criminoso.

Secunda pars principalis est iudicium criminosum. Septem sunt modi periculosi, per quos homo iudicando periclitatur. Primus modus est periculosus. Secundus præsumptuosus. Tertius malitiosus. Quartus superstitiosus. Quintus pernitiosus. Sextus ponderosus Septimus curiosus. Dico quod primus modus iudicandi est periculosus, vt quantum iudicas de dubiis vel occultis alieni cordis: quia si iudicas illum peccare mortaliter, tu peccas mortaliter, & quod est ars intricata: hoc potest accidere tribus modis, quia aut iudicas de præsenti: vt quia vidisti vnam fornicationem, tu potes actum iudicare in qua forma fictiuum cor dispositum, quia potuit post fornicationem confessum fuisse & pœnituisse, & peccas mortaliter. Item peccat periculosissime, quia sit vnus fornicator quantum velit, vel sit de præsenti viurarius, non tibi licet iudicare, quod ille erit damnatus, quia Deus his voluit sibi reseruare, quia multi in senio possunt se reducere & restituere ablata, & vsque ad finem vitæ potest saluari, quia cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Vnde Sanctus Paulus primo ad Corinth. 4. cap. dicit, quod *non debemus iudicare proximum, donec veniat qui iudicaturus est viuos & mortuos, qui manifestabit secreta cordium & illuminabit tenebras*. De præterito autem non potes iudicare sine periculo magni peccati mortalis, verbi gratia vidisti aliquem actum malum in proximo de præterito & modo vides, quod facit actum bonum & male iudicas, quod est hypocrita, &c. Certe tu peccas mortaliter. Tolle secundum modum, qui est præsumptuosus, quia duo sunt, quæ sibi Deus retinuit, & spectant ad ipsum solum, scilicet gloriam & Iudicium, quia omnia vult fore facta & acta & fieri ad suam gloriam & honorem. Nam gloriam meam nemini dabo: quia dat tibi gratiam & ipse vult gloriam. Vnde Ioan. 5. cap. *dedit filio hominis*, scilicet Christi *iudicium facere*, & quando tu iudicas, tu accipis sceptrum de manu Dei & furaris Deum, & iste est modus præsumptuosus, & huic dicit Pau. in cap. epistola. *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum, quia suo Domino stat*, scilicet, iudicare, si bene vel male facit, quia tibi non est datum iudicare, sed potestatibus in hoc mundo per iustitiam, & Deo super omnia. Vnde Paulus nesciebat se ipsum iudicare, qualiter tu scies proximum iudicare, cum tu sis seruus, sicut proximus tuus, quem iudicas. Tertius modus est malitiosus, vt pura quando homo est malus & non vadit in tectitudine semper cogitat socium fore sibi similem & talem, qualis ipse est: & credit quod nullus bonus homo reperiatur & dicet, non reperitur vnus bonus homo. Dico quod non est verum; quia si non esset de bonis viris, quam multis mundus deficeret. Sed dico quod malignitas, quam talis habet in corde, facit illum ita maligne iudicare. Vnde de directis difficulter male sentimus. De non directis difficulter bene sentimus: quia vbi regnat affectio, perit omne Iudicium. Et Gregorius in 6. mora. dicit, quod quando vnus bonus reprehendit malum, ille malus semper credit quod iste bonus reprehendat ipsum propter arrogantiam, & quod arrogantia moueat ipsum, & de hoc loquitur Christus in 7. Matth. cap. *Aut quando dicis fratri tuo, sine eiiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabes est in oculo tuo. Vnde trahe prius trabem in oculo tuo quam trahas festucam de oculo proximi*, iudicando ipsum. Vnde Matth. 12. cap. Christus dicit: *Si autem sciretis, quid est dicere misericordiam volo & non sacrificium, nunquam condemnaretis innocentes*. Et Iac. in sua canonica. *Iudicium sine misericordia fiet ei, qui iudicauit proximum sine misericordia*. Quartus est superstitiosus, quando aliquis marcidus in peccatis de vno minimo peccato iudicabit proximum, sicut fuit semel Senis, tempore magnæ egestatis erant certa granaria super plateis in aperto, in quibus reponebatur farina ad vendendum & de nocte in faucibus plateæ stabant custodes: vnus fur ibat de nocte in quatuor, cum manibus per terram curuatus, & habebat vnam campanellam ad collum, & quando transibat

Septem modi periculosi quibus homo iudicãdo periclitatur.

1. *Cor.* 4.

Ioan. 5.

Gregor.

Matth. 7.

Matth. 12.

vertebatur

vertebatur in porcum, ibat & furabatur farinam & ligabat ſaccum ad collum & per tranſuerſum & redeundo velut quadrupes cum campanella grunniebat, & ſic redibat cum furto, & cuſtodes credebant videntes à longe & audientes vocem & campanellam ipſum eſſe vnum porcum Sancti Antonij & dimittebant ipſum tranſire ſine vlla ſuſpicione. Item accidit, quod vnus alius fur fuit publice condemnatus ad furcas, & dum ſuſpenderetur iſte, alius fur farinæ dicebat caſtigando alios, fratres mei capite exemplum ab iſto latrone, quia propter ſua latrocinia eſt ſuſpenſus: caueatis, ne faciatis ſimiliter: viuite de laboribus veſtris, quia ſi ipſe feciſſet & vixiſſet de laboribus ſuis, ſicut ego ipſe, non fuiſſet ſuſpenſus. Et paucis diebus poſt, iſte fur fuit deprehenſus in furto & etiam ſuſpenſus fuit. Et ſimiliter accidit in aliis vitiis, quia erit vnus totus ſceleratus & coopertus fornicator: & de vno actu proximi in aliquo paruo crimine diſcooperti faciet magnum facinus, & tales dici poſſunt Iudices non conuentuati, & tale iudicium dicitur ſuperſtitioſum. Vnde huiuſmodi iudicantibus Chriſtus dicit, ô Hypocritæ: *ſi autem ſcireti, quid eſt, miſericordiam volo & non ſacrificium*, nunquam condemnaſſetis innocentes, & quia ſunt plurimæ ſpecies hypocriſis, vna die de his tractabo, quia hypocriſis non conſiſtit ſolum in portando collum tortum, ſed etiam in alios iudicando, &c. Quintus eſt pernicioſus, qui pertinet ad officialem, quia in iudicando debet ſequi ordinem iudicij, ſecundum acta & probata, quia non ſufficit iudicare recte, niſi ſeruare modum & ordinem iuris: vnde in Deu- *Deut. 6.* teronomio. 6. cap. *Quod iuſtum eſt, modo iuſto iudica.* Sextus modus eſt ponderoſus, quia erit aliquis, cui videbitur habere bonam conſcientiam, & veram, & faciet de vna parua re vnum magnum quid. Nam non debet grauare rem pluſquam deceat, quia quando conſcientia non eſt bene formata in lumine veritatis, facit iudicium de vna feſtuca & valde iudicabit: vnde oportet quod ſi diceretur veritas, quia multoties aliquis grauabit rem vltra quàm ſit veritas, quia iudicando ſecundum veritatem non peccat: ſed iudicando aliter quam ſit veritas rei, vel contra veritatem, tunc facit conſcientiam magnam: vnde oportet facere ſicut boni ſagittarij, quia debemus dare in ſigno veritatis iudicando, nec ire hinc vel inde, vel ſurſum, vel infra, ſed iuſtum iudicium iudicare & non plus grauare quam oporteat. licet ſint aliqui dicentes, quod prædicando induco homines ad deſperationem. Ego dico quod nō eſt verum, ſed volo oſtendere foueam, vt qui nolunt incidere in ea ſibi præcaueant. Nam *verbum quod vobis prædico, non eſt meum, ſed patris mei qui miſit me*, & ſunt qui dicunt, quod diabolus non eſt ita turpis ſicut pingitur. Sed quando ipſum videbunt, ſcient mihi dicere, qualis erit. Et nota quod malus homo eſt peior, quam diabolus diſcatenatus, quando Ieſus dedit poteſtatem diſcipulis, dedit ipſam ſuper dæmonibus & non ſuper hominibus, ad ſignificandum, quod diabolus incarnatus eſt peior ſpiritu maligno. Iudica ergo æquum, & ſecundum veritatem, & non cures de maledicentibus ad inſtar ſolis, qui non deſinit lucere & micare, nec curat de habentibus malos oculos, qui non poſſunt videre eius lucem, quia ſunt ſicut noctuæ amantes tenebras, & fugientes lucem veritatis. Septimus modus dicitur curioſus, & accidit illis, qui ita parum habent facere de factis ſuis propriis, quod quærunt facta aliena, dicendo & iudicando, talia dicit talis, talia facit talis, &c. Et iſti cadunt in altero de duobus quia impoſſibile eſt quin, aut ita accurate quærendo facta aliena obliuiſcantur ſuorum, aut ſi bene vident ſua, bene etiam videant aliena.

TERTIA PARS PRINCIPALIS

De iudicio criminoſo.

TErtia pars principalis eſt videre tertium iudicium, quod dicitur periculoſum. Et nota quod ſunt bene ſeptem pericula in iudicare proximum. Primum periculum dicitur curioſitas. Secundum vagabundoſitas. Tertium præſumptuoſitas. Quartum crudelitas. Quintum rapacitas. Sextum iniquitas, & ſeptimum peruerſitas. Dico ergo, quod primum periculum in iudicando, eſt curioſitas, qui fructus male iudicandi eſt, quod talis obliuiſcitur ſua facta, & iudicat aliena, vt iam dixi. Secundum periculum, quod efficitur vagabundus, eſt beſtialis & vagando per aliena facta non conſiderat ſe ipſum ad inſtar filij prodigi, qui recedens à patre non conſiderans ſeipſum, diſſipauit ſua & iuit in longinquas partes, & talis cum audit aliquod verbum, ſemper iudicat. Tertium periculum eſt præſumptuoſitas, quia propter artem iudicandi ſemper vellet eſſe iudex in iudicando alios, & non vult iudicari. Accidit & quartum periculum crudelitatis, quod propter habitum iudicandi alios, efficitur ita inſenſatus, malignus & crudelis, quod quando videt proximum facere aliquod malum, ipſe gaudet de malo proximi, & efficitur ſpretor proximi. Ex quo ſequitur quintum periculum rapacitatis, quia rapis & prædaris Deum, quia ſemper gaudebis de aduerſitate proximi. Sextum eſt periculum iniquitatis, quia non cognoſcis bonum, nec mainm, quia bonum videbitur tibi malum & malum bonum, & iudicabis de bono malum, de malo peius, & de peiore peſſimum. Item ſequitur ſeptimum malum peruerſitatis, quia videndo & iudicando quod bonum ſit malum, & malum bonum, & malum peius, & peius peſſimum, efficitur detractor, & crepabit de bono proximi videndo, quod non poterit ipſum iudicare de bono. Inde venit, quod comedit de carne non cocta, corrodendo, diffamando, & iudicando proximum: ergo *nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate*, vt Deus omnipotens in die iudicij nos taliter iudicet, quod ſimus de ſuis electis, & nos perducat in paradiſum per ſuam miſericordiam, Amen.

Septem ſunt pericula in iudicando proximum.

FERIA QVINTA POST IV. Dominicam Quadrageſimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de amore illuminatiuo quatuor continet partes.

Prima pars principalis.

Quod rem alienam quam habes debes reſtituere quam primum potes.

Secunda pars principalis.

Quandocunque quis eſt in aliqua neceſſitate, vel non poteſt reſtituere ſine ſuo damno, debet petere licentiam à Domino Epiſcopo.

Tertia pars principalis.

Varia contractuum genera conſideranda vt quis ſciat quando reſtituendum.

Quarta pars principalis.

Ponitur notabile neceſſarium vt ſcias quomodo reſtituendum.

De

Digitized by Google

De amore illuminato.

Sermo XXIX.

Ioan.9.

Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus cum essem, nunc video. Ioan.9.cap.Verba sunt cæci illuminati contra scribas & pharisæos murmurantes de Christo dicentes, quod erat peccator. Scitis charissimi, quoniam habemus tractare de quarta flamma nostri Seraphini amoris acuti,qui dicitur amor illuminatus,de quo facimus tria lumina loquendo,quando debent ablata restitui: vnde dabimus tres regulas.

Prima Pars Principalis

Quod rem alienam quam habes, debes restituere quam primum potes.

Tria notabilia circa præsens inßitutum.

PRimo dicitur luminosa, quia rem alienam, quam habes,debes restituere quamprimum potes.Ad cuius declarationem,nota tria notabilia. Primum, quod omne quod ad te peruenit de male acquisito, sicut est vsura, rapina,furtum,simonia,& huiusmodi, incontinenti teneris illud restituere integraliter,& non debes înduciare dando tantum in anno, & quod sit verum, probo tribus rationibus magistri Alexandri. Prima ratio est fundata in regula iuris,quæ dicit,quod non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: quia ex quo tu obligaris restituere, & non potes esse sine peccato,nisi restituas,ergo &c. Et vt absoluaris, & venias in gratiã Dei,& stes in illa,necesse est,vt restituas contra illos, qui occupantes bona aliena confitentur, & dicunt suam culpam, & bonus confessor ignorans dicit,absoluo te, & remanes incatenatus, & perditus & non absolutus. Secunda ratio est, quia similis iniuria est tenere rem alienam iniuste, sicut ipsam prædari, & aliqui faciunt sibi conscientiam prędandi,sed non retinendi prædam. Sed ego dico quod minor culpa est prædari res alienas, quam ipsas retinere, quia citius parcet tibi de iniuria prædæ, quam ex eo quod retines ipsas res ablatas,& in hoc non sufficit dicere tuam culpam,quia dæmon dicit meam turtam, & non prodest, nisi restituas,confitearis quantum velis.Imo absoluendo te confessor confirmat te in manibus diaboli, quia tu putas retinendo ablata esse absolutus, & in totum liberatus, & remanes iam cum illa tua malitia retinendi,& non restituendi ablata. Tertia ratio est,quia facis contra vnum de decem mandatis Dei, de non habendo rem alienam & præcepta negatiua obligant semper, sicut istud, *Non furtum facies, nec rem cupies alienam*, obligat semper, & istud,non rem teneas alienam, includitur in illo,*non furtum facies*, nec intelligas quod tenere aliena sit affirmatiuum, quia retinendo committis furtum, contrectando rem ipsam inuito Domino:exemplum si accipis vnũ carbonem in manu, non ita nocebit tibi,si incontinenti deponis illum, sicut si diu illum tenes in manu. Ita est in auaritia carbonis æternalis ignis in retinendo aliena ablata & indebite. Nota in hoc vnum dubium.Doc.quærunt,si vnus vsurarius publice in puncto mortis condit testamentum, & relinquit quod restituuntur ablata, vtrum valeat tale testamentum? Magister Alexander dubitat, & assignat rationem,quia ex quo fecit malum,ipse debet satisfacere,quando ipse potest & satisfaciens non habet peccatum, quia quando potest restituit. Sed si quando non potest,vult restitui, tunc non valet. Secunda ratio,quia quando potest emendari, non vult.Et quando non potest vult, & est periculum quod si esset sanus, tunc ipse non foret in illa opinione. Ideo vt valeat illud testamentum pro salute animæ suæ, Doc.dicunt quod confessor antequam absoluat publicum vsurarium, debet facere quod ipse præstet publicam cautionem, & alia infra scripta de restituendo vsuras. Nam antequam absoluas ipsum,si habet pecunias mittas pro iis à quibus accepit vsuras,& incipias restituere magis egenis. Item est necesse quod sicut publicè dedit ad vsuras,ita publice fiant proclamationes in locis publicis per ciuitatem, & Alexander dicit, quod si publicus vsurarius restitueret omnia male acquisita, non potest absolui, nisi mittat publicam proclamationem, quia oportet quod sicut publicè vituperauit, & confudit fidem Christi & sacro-sanctæ ecclesiæ, & legem bene viuendi & legem euangelicam & naturæ, ita publice se confundat & vituperet per publicas proclamationes,quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum eo modo quo accepit. Nam in Quadragesima præterita reperi quod vnus vsurarius restituerat omnia male acquisita propter esse in statu salutionis, & nihilominus fuit consultum quod vltra hoc erat necesse facere publicam proclamationem, & ita factum fuit. Et habes duo: primum est, quod subito soluat: Secundum, quod fiat publica proclamatio. Item oportet tertium scilicet quod se obliget, & sua per publicum instrumentum de restituendo illis, qui habere debent,quia aliàs non potest absolui, vt in cap. 2. de vsuris. lib. 6. Et vltra hoc oportet, quod faciat vnum publicum instrumentũ, in quo cassentur omnia instrumenta & quaternos,in quibus contineretur vsuraria prauitas,vt nil petere possit. In his 4.factis potes ipsum absoluere, alias non. Simile est de publico fure & stipendiatio, quia quando est possibile ei satisfacere. non absoluas eum,nisi restituat,vel cautionem præstet de restituendo: sed in priuato latrone,infra tibi dicam, vt in cap.super. de rapto, qui ibi limitatur de fure publico prius admonito, licet Doct. intelligant quando esset vnus latro prius admonitus non vult se corrigere,& aliqui intelligunt de non publico latrone tempore pacis,vel tempore belli non iusti: vnde si peccatum non remittitur,nisi restituatur ablatum, & ex quo potest restituere & non restituit, signum est non bonum confess. sed si vellet confiteri de aliis peccatis,tu potes eum confiteri & absoluere, ne tantum se induret in peccatis, & non facit contra præceptum ecclesiæ, tamen verum est quod confessor debet ei dicere, qualiter absoluit eum ab aliis peccatis, sed non ab illo, nisi restituat & det sibi pœnitentiam discretam, hortando ipsum quod bene viuat & bene faciat, & quod disponat se ad restitutionem, & multum proderit sibi illa confessio,quia poterit disponi ad res,per quas induceretur ad restitutionem,& ad infusionem gratiæ.

Secvnda Pars Principalis

Quandocunque quis est in aliqua necessitate, vel non potest restituere sine suo damno,debet petere licentiam à Domino Episcopo.

ACcipe secundum notabile plenum succo, & artificiosum,quia quandocunque homo est in aliqua necessitate, vel non potest restituere sine suo damno, debet petere licentiam à Domino Episcopo, & de eius licentia potest retinere,& possunt esse tres licentiæ,sicut sunt tria mala lucra. Prima est, quia quidam possunt parum restituere, quia habent magnam familiam. Secunda,quia aliqui sunt ita pauperes quod nihil restituere possunt.Tertia est,quia quidã possunt restituere, sed diminuitur facultas eorum. Ita oportet tres licentias esse. Prima est licentia inuenta & consentita. Secunda est petita. Tertia est licentia interpretata.Prima licentia consentita,vt in hoc exemplo, erit vnus diues de vsuris & latrociniis: vadat ad illos,quos furatus est, & quibus tenetur restituere, & quærat licentiam de dando sibi 10.in anno: & si sunt contenti dare sibi inducias, ille talis cum bona conscientia potest induciare, &

Tres licentiæ restituendi.

Digitized by Google

& poteſt pœnitentiam agere, confiteri & ſumere corpus Chriſti, maximè ſi facit debitam cautionem de reſtituendo. Et dico quod iſta licentia talis debet eſſe libera, quia ſi non foret libera non eſſet bona, quod poteſt accidere 4. modis, quod illa licentia non erit libera. Primo modo ſi procedit per timorem, ſecundo modo ſi procedit propter verecundiam, tertio ſi procedit propter deſperationem; quarto, quando fit propter ſpem, quia ſi procedit propter aliquem ex iis 4. modis, illa licentia non erit libera. Per timorem, ſicut fuit in quodam Domino, qui multas fecit extorſiones indebite ſubditis ſuis, & laborans in extremis fecit ſe portari in plateis conuocato populo & dixit, quod volebat, quod parcerent ſibi de extorſionibus ſibi factis, & nihil reſtituit, qui dixerunt ſe eſſe contentos. Tamen ſi fuiſſent auſi potius voluiſſent quod reſtituiſſet ſibi ablata: vel erit potens, qui furto rapuiſſet pauperes & diceret, volo quòd deris mihi terminum ad reſtituendum vſque ad 10. annos, & illi per timorem darent illum terminum, non eſt libera illa licentia, quia illud fecerunt, quia ille petijt cum vno aliquo actu damnabili, &c. Secunda licentia fit per verecundiam: vt puta tu eris confeſſus alicui confeſſario de ablatis per vſuram vel furtum, & dices, ah male acquiſiui, & vellem reſtituere in certis terminis, ne me ſiniſtrarem, confeſſarius ille beſtialis ibit ad debentes habere, ſuadendo ſibi qualiter ille vſurarius ſemper ſeruiuit ſibi in ſuis neceſſitatibus, & quòd debeat facere ſibi terminos, infra quos ille poſſit commode reſtituere, & ille præ verecundia dicit, quòd eſt contentus, tamen ſi poſſet, potius vellet integraliter ſuos denarios quàm facere ſibi inducias. Dico quòd illa licentia non eſt libera. Per deſperationem fit, quando deſperabat vnquam aliquid rehabere ab illo vſurario vel fure. Per ſpem, quia dicet, ſi ego non do ſibi licentiam, ipſe non ſeruiret mihi vna alia vice, quia ipſe ſublata ille non daret ſibi licentiam illam. Sed dices, ego dubito qualiter ſciam, quòd illa licentia ſit libera vel non. Ego reſpondeo; quia præſuppono quòd in his tu ſis ſoluendo, & tunc accipe pecunias, quas debes reſtituere, & vade ad illum cui debes reſtituere, & dic, frater mi, ego accepi tibi indebite per vſuram iam prauitatem, centum ducatos. Ecce ipſos, & trade ſibi libere in manibus ſuis petendo veniam de ſiniſtro, quòd ſibi feciſti & retinendo eos: verumtamen ego valde egerem ipſis in tali meo negotio, ſi tibi placeret ipſos mihi mutuare vſque ad tale tempus, eſſet mihi magnum ſeruitium, & ſi poſtquam habuit illos denarios in ſua libertate ſibi ſeruit vel donat, vel eſt contentus quòd in terminis ſibi reſtituas, tunc tu potes cum bona conſcientia id facere dando ſibi bonam cautionem de attendendo: vel ſi non habes denarios, da illi pignus ſufficiens, ita quòd ſit ſibi bene cautum pro illa quantitate: vel ſi non habes denarios, nec pignora in bonis mobilibus, & habes immobilia, cape vnum notarium, & vade ad illum, cui teneris dicendo, ego non habeo denarios, nec pignora in mobilibus, accipe cautionem & cape terminum, quem tibi dabit: potes tamen dicere ſi velles, mihi inducias facere eſſet in ſeruitium, facito tamen ſicut tibi placet: per iſta tria ſigna ſupraſcripta tu poteris certificari, ſi illa licentia erit libera, & vocatur licentia conſentita: vnde patum eſt, quòd Senis, vbi prædicabam, erat vnus vſurarius, qui tenuit iſtum modum, & reſtituendo pecunias viuis ſibi libero tertium, aliis medietatem, &c. Et ſi ille tunc mortuus fuiſſet, moriebatur ſaluus. Secunda licentia petita, quando non habes tantum, quòd poſſis commode reſtituere ſine tuo incommodo vel dispendio: in hac oportet habere magnam diſcretionem, & conſulere valentem confeſſorem: pone, tu debes reſtituere quingenta, & non habes in facultatibus vltra trecenta, & habes ſex filios, tu obligaris reſtituere, ſed reſtituendo peris fame: quid facies? Sunt aliqui Doct. dicentes, quòd melius eſt reſtituere & mendicare quam inuito Domino retinere, tum prudens confeſſor debet conſiderare ſi ille, qui debet habere, habet tantos ſumptus, quantos & quot tu: & ſi eſt egenus, ſicut tu: tunc ſecundum Ioannem Scotum, cæteris paribus, conuenientius eſt, quod ille qui tenet indebite aliena, patiatur neceſſitatem, quam ille cuius ſunt illa ablata: ſed ſi ille, cuius ſunt ablata, eſſet diues, & qui habet reſtituere pauper, tum confeſſor poteſt dare ſibi licentiam de reſtituendo tantū in anno, & debes ſtare illi licentiæ confeſſoris, obligando te illi, cui teneris: & licet non velit ille, cui es obligatus, dare tibi illas inducias, tibi ſufficit ad ſaluationem. Tertia licentia dicitur interpretata, quando pro aliqua iuſta cauſa ille, qui debet habere, non debet velle quod ſibi ſatisfaciat. Et hoc poteſt interuenire, & eſſe 4. de cauſis. Primo, quando reſtituendo poteſt oriri periculum alicuius ſcandali, vel periculum infamiæ, vel periculum perſonæ, vel periculum animæ, ſiue peccati mortalis, quia quoties occurreret propter petere inducias alterum, vel plura ex iſtis periculis, potes induciare & expectare tempus ad petendum iſtam talem licentiam: exemplum, quando poteſt oriri ſcandalum. Tu es furatus alicui 100. quæ non potes reſtituere, ſi petis licentiam detegendo furtum, ille cuius furtum eſt, poterit ſcandalizari: tu videns hoc, poteris induciare, donec venerit tempus, quo ſine ſcandalo petere potes licentiam. Simile ſi eſſet periculum infamiæ, quia obligaris incontinenti reſtituere furtum: ſi reſtituis, infamabis, tu petes induciare expectando tempus. Tertium ſi eſt periculum vitæ, quia forte quærendo licentiam, vel reſtituendo furtum, ille poſſet te accuſare, & poſſes perdere vitam, quia potes expectare tempus. Quartum, ſi eſſet periculum animæ verbi gratia quædam fœmina furata fuerit aliquem iuuenem, ſi petit licentiam, ille diceret, niſi mihi conſentias, ego te accuſabo: certè ſi timet iſtud periculum animæ, & peccati mortalis non tenetur petere licentiam, ſed poterit præſtolari tempus commodum, quo illud petere poſſit ſine ſcandalo. Sco. in ſuo 4. 16. deſti. format vnum dubium. Si iſta pericula ſupraſcripta occurrunt illi, cuius eſt illa res, quam ſibi furatus fuiſti, ſi non manifeſtas te ſubtraxiſſe: an teneris illud manifeſtare? Reſpondit quod potius debes tu fur iuſte ſubire periculum quam pati, quod ille iniuſte patiatur aliquod periculum vitæ, infamiæ vel ſcandali, excepto quam periculum animæ, quod euitare debes: pone, duo ſunt in extremitate pereundi fame, quorum vnus habet tantum vnum panem, ſocius furatur ſibi illum panem: ſi reſtituit illum, morietur: ſi non reſtituit, morietur ſocius hic diſtingue, quia aut ſocius eſt in maiori periculo pereundi fame, & teneris illi reſtituere: aut tu es in maiori periculo pereundi fame, quam ſocius, cui furatus fuiſti, & non teneris ſibi reſtituere. Sed ſi ſint in pari periculo, potius fur debet ſubire periculum, & ſic intellige ſupraſcripta. Sed quod ſi tu mulier reſtituis, peccas mortaliter conſentiendo ſibi, vel aliter te accuſabit: & ſi non reſtituis, ille cui abſtuliſti peccabit mortaliter, quia iurabit falſo alium ſubtraxiſſe, & ſcis illum iuraturum falſo, an teneris potius peccare quam dimittere illum iniuſte peccare? certè tu non debes illam rem reſtituere, nec petere licentiam, donec durat illud periculum, quia tu teneris & debes præferre animam tuam omnibus rebus mundi. Sed pone, quod ille cui furatus fuiſti, ſit diues, & tu fur es pauper, & ille diues dicit quod nullo modo parcit, nec vnquam parcet illi, quod ſibi abſtulit, niſi reſtituat ſibi: quæro, an teneris petere ſibi licentiā vel reſtituere ſi cadit in aliquod periculum ſupraſcriptorum ſcandalorum? certè tu non obligaris, ex quo poteſt venire periculum petendo licentiam, vel reſtituendo, ex quo ille diues non facit debitum ſuum ex ſua parte, quia vult quod ſcandalizeris, vel perdas vitam, vel incurras infamiam, aut perdas animam pro ſuis diuitiis, quia charitas vult

quod

Digitized by Google

Obiectio. quod fama, vita & anima præferatur diuitiis. Sed si dices modo, ille fur non restituendo, nonne stat in peccato mortali, & debet potius perdere vitam quam peccare mortaliter, quia anima debet præferri vitæ corporali? dico quod debet præferre animam suam animæ

Solutio. sui socij, & vitam corporis diuitiis mundi. Sed de hoc aliàs latius tibi dicam, bene lex naturalis vult, quod ego plus amem meam animam, quàm illam socij mei, & debeam præponere meum corpus corpori socij mei, & præponere diuitias meas illis socij, & sic debes præponere animam, vitam & famam diuitiis.

Debet præponi anima propria animæ proximi.

Tertia Pars Principalis

Varia contractuum genera consideranda, vt quis sciat quando restituendum.

TErtium notabile, quod in aliis bonis, quæ non peruenerunt ad tuas manus ex vsuris & furtis, sed ex aliis contractibus, vt puta ex dotibus, sententiis & mutuo depositi, vel aliunde ex contractibus licitis, tu non obligaris ita subito restituere, & soluere, sicut illa, quæ prouenerunt ex furtis, sed debes considerare varias naturas contractuum & iuramentorum, quæ interuenerunt in illis, quia quanto obligatio est strictior, tanto magis obligaris ad citius restituendum. Sed pone, tu promisisti cum iuramento dare quingentos ducatos vigore vnius dotis vni vsque ad certum tempus, interim superuenit bellum vel aliqua tribulatio, vel comburitur substantia tua taliter quod volendo non potes adimplere, nec seruare promissa, nisi alienes tuas possessiones pro minori pretio dimidiæ eius quod valent. Certe Theologi dicunt quod tu non obligaris iactare tua in foro conscientiæ, ex quo habes bonam voluntatem: Et debens habere non habet charitatem in supportando te, sicut tenetur in casu isto necessitatis considerando quod leges obligationum & statuta ciuitatum quæ conditæ sunt pro conseruando bonam vnionem charitatis inter ciues & populum, non videtur quod ex bona conscientia illa lex vel statutum debeat ita sanctè interpretari, nec charitas suadet quod ille ciuis remaneat destructus pro satisfaciendo illi: verumtamen posset accidere quòd creditor tuus esset casurus

Quando debet restitui creditori. in simili damno, & in simili promissione; Certè tu non debes in simili casu & damno præponere tuum damnum suo, quia tu iuste es obligatus, & tuus creditor iniuste patitur respectu tui. Et hoc propter causas. Prima est gratia gratitudinis, quia ex seruitio non debet pati damnum. Secunda ratio, quia ex quo es obligatus ad dandum illud: non potes dicere esse tuum quod alteri debetur, & sic est suum & non tuum. Tertia ratio ex debito iustitiæ, quæ vult quod vnicuique restituatur quod suum est. Quarto, quia æquitas requirit quod quis de suo sibi subueniat. Secunda regula est quod quotiescunque propter restituere aliquam rem temporalem tu incurris periculum maius, quàm sit damnum proximi, in tenendo illam rem temporalem, tu non teneris restituere illam, donec durat illud periculum: vnde ad huius declarationem nota 3. notabilia.

Tria notabilia ad elucidationem præsentis materiei. Primum est, quod quotiescunque poterunt interuenire quatuor damna suprascripta quæ sunt scandalum, infamia, mors, & peccatum mortale, tu potes tenere illam rem temporalem, donec cessent illa pericula, vel aliquod illorum, in quod posses incurrere restituendo. Secundum notabile pone, quod ille cuius est res, quam subtraxisti, & restituere teneris, incursurus est, si non restituis, similia pericula in quibus tu incurres restituendo, quia incurret in periculum infamiæ vel personæ: certè tu potius debes restituere & incurrere illa pericula infamiæ & mortis, quia iustè incurris illa pericula, quàm dimittere illum incidere in illa iniuste, quia hoc requirit iustitia, & sic debes isto casu potius subire illa tria pericula scilicet scandali, infamiæ, & mortis corporalis quam socius. Tertium vero periculum animæ, tu semper debes præponere tuam animam animæ socij. Modo ego volo respondere illi dubio superius quæsito, quia si non reddit, stat in peccato mortali, & sic in dubio perdendi animam, dico quod est minus malum quod proximus perdat diuitias, quam ille perdat animam: imò minus malum est quod proximus perdat diuitias quam fur perdat famam, & vitam, multo magis animam, nisi simile periculum incurrat ille, vt supradictum est, ratio, quia vbi maius periculum est, ibi cautius est agendum. Sed maius est periculum animæ omnibus rebus, & fama, & vita: igitur præferenda etiam animæ proximi, vt dixi.

Qvarta Pars Principalis

Ponitur notabile necessarium vt scias quomodo restituendum.

QVartum notabile pone, vnus fecit falsam testimonium, propter quod damnificauit proximum in centum: tenetur ad emendationem illius damni, ac si furatus esset eum. Modo pauper est testificatus falsè, & propter falsum testimonium damnificat vnum mille ducatis, si contradicit illi suo falso testimonio, ipse perdet manum vel membrum, quid faciendum? debet ipse dicere, ego deposui falsum testimonium, ne ille damnificetur in mille: certè non tenetur contradicere sibi, quia debet præponere suam personam diuitiis proximi proponendo sibi in animo de restituendo illud damnum, si veniret ad pinguiorem fortunam, & cum habueris vnde satisfacias, satisfac & sufficit: tamen si potes retractare falsum testimonium sine periculo personæ & infamiæ, tu teneris illud facere &c. Ad instar vnius, qui per potentiam in ciuitate Paduæ misit ad vnum notarium, & dum esset in eius domo dixit, quod faceret vnum instrumentum contra alium de mille ducatis, alioquin quod faceret eum occidere. Ille notarius videns se male paratum, nec posse euadere, timens periculum vitæ, non inde recessit quod sibi fecit illud instrumentum solemne in publica forma, qualiter ille nequam mutuauerat mille ducatos tali in præsentia duorum testium mortuorum, & vnius, viui concurrentis cum voluntate Domini: facto instrumento falso ille notarius inde recessit, & iuit ad domum obligati, & dixit, ego, feci contra te vnum instrumentū falsum de mille ducatis ad petitionem talis petētis metu à me extortum: veni, quia sum dispositus quod sibi soluas de moneta, quam tibi dedit, & fecit sibi vnum aliud instrumentum solutionis factum eodem die, & in præsentia dictorummet testium scriptorum in illo primo instrumento obligatorio. Transactis aliquibus mensibus silentibus his, ecce primus cōuenit secundū, & petit mille ducatos, & producit illud instrumentum obligatorium. Ille opponit exceptionem solutionis: datur terminus ad probandū. Notarius vadit Venetias. Secundus in termino probat solutionem per secundū instrumentum. Ille replicat quod illud instrumentum solutionis est falsum, & dicit qualiter soluisti mihi certè de eadem moneta, quam mihi mutuasti, & facto vno saluo conducto, Notarius venit & narrauit factum Potestati secundum veritatem, & captis famulis illius nobilis, qui interfuerunt, reperit veritatem: vnde si testis falsus posset sine periculo cum sua prudentia recuperare dictum suum, & damni proximi contra quem deponit, sicut iste notarius prudens fecit, bene faceret. Secundus casus est, quidam Doctor dedit sententiam iniustam, vel falsum consilium: si non potest satisfacere damno in quod propter illud proximus incurrit, obligatur in refellendo se, vel dicendo se dedisse falsam sententiam, vel falsum consilium, nisi ex hoc incurreret magnum periculum infamiæ vel personæ: tamen posset esse tam grande damnum, quod deberet præponderare suæ famæ, & præponere illud

Digitized by Google

damnum famæ suæ, sicut si esset sententia de regno vel prouincia, & similia: quia sicut non sunt facienda bona, vt veniant mala: sic nec mala sunt facienda, vnde veniant bona. Tertius casus est, vna fœmina, quæ cupiens non potest habere filios: maritus vadit transfretando, & mercando, & ante recessum habuit rem secum, & post recessum mariti paulatim vadit sibi ponendo de bombyce corpori, ita quod videtur grauida, & scribens marito qualiter est grauida. Inde supponit sibi vnum puerum, & dicit fore filium illius boni mercatoris & succedens patri putatiuo spoliat illos proximos illius mercatoris hæreditate, quæ sibi spectabat de iure; vel ipsa fœmina fecit falsum viro, & parit puerum ex quæstu adeptum, qui succedet illi suo viro, & spoliat proprios hæredes: teneris illa fœmina manifestare hoc ante quàm moriaris, vel in puncto mortis? certè tu debes tacere, & nihil dicere nisi tuo confessori, & facere pœnitentiam. Meretrix, quæ sic faciendo tu ponis te in periculo perdendi vitam & animam: & postquam errasti meretrix, non te confidas de tua commatre, nec tuo compatre, vel socia, nec de aliqua persona mundi, nisi de tuo confessore bonæ & sanctæ vitæ etiam in puncto mortis; quia nõ debemus incurrere maius malum, vt euitemus minus malum. Et hoc pluribus rationibus. Prima ratio propter scandalum occurrens marito, & toti parentelæ donec viuunt, Secunda ratio, qualiter debet tacere, est propter infamiam, in quam tu mala fœmina incurris, quæ reputaris bona, & es vna porca, quia maior thesaurus quem habet fœmina, est bona fama: nam non est ita in viro: quia si perdit castitatem, potest habere alias dignitates. Nam fœmina perdens pudicitiã, *nil valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur à viris*: vnde Sal. 20. cap. *Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ.* Tertia ratio est periculum vitæ, quia dicendo illud, poteris venerari cum filio illegitimo, vt non participet de hæreditate tui mariti, & perdes corpus & animam. Quarta ratio, quia dato quod illud diceres, non tibi crederetur in iudicio, nisi illud probes, sicut vna fatua, quæ irata cum filio accusauit, & non erat filius legitimus, sed adulterinus, vt priuaret eum patrimonio patris, & proximum patri volens succedere, non potuit illud probare, & sic remansit delusus, & illa remansit pro vna fatua. Quinta ratio, quia vltra fidem quam rupisti tuo marito, tu accipis sibi filium suum, quem ipse putabat suum, perinde amabat eum ac si esset filius suus, & sciẽdo hoc perdit charitatem filialem, quam sibi habebat. Nam pater amando filium, amat æstimationem reputationis filialis, quia impossibile est scire illum esse filium suum, & nulla lex obligat patrem amare filium, nisi credat quòd sit filius suus: vnde obligat patrem credulitas & æstimatio, quòd sit filius, amare ipsum vt filium, & non veritas secundum Deum, & secundum legem Imperij. Sexta causa est, quia adiungis sibi verecundiam, quia semper credet quòd ostendatur cum digito, reperias modo tot bona, quæ eueniant, quot mala ex reuelatione huius. Certè non reperiri possunt, gloria magis est tacendum, quàm dicendum. Sed si dicta pericula non euenirent, & cessarent suprascriptæ causæ, melius esset dicere quàm tacere. Sed consulo quòd talis fœmina, quæ caderet in huiusmodi peccato, tenetur emendare & satisfacere omnia damna illis, ad quos spectaret successio sui mariti, & debet se ingeniare post eius mortem relinquere seu reficere illud damnum obligando dotem suam, & satisfacere si potest. Similiter pater adulter deberet nutrire illum filium spurium & quantum potest occulte regat ipsum si potest sine scandalo, sin autem ipsum dimittat. Sed si diceres, melius esset dicere quàm occultare, quia posset accipere vnam suam sororem in vxorem: dico quòd si ipse non scit esse suam sororem, non peccat: vnde est magnum peccatum adulterium, quia potest esse cum causa huius sceleris. Simile si illegitimus huiusmodi efficitur presbyter sine dispensatione si nescit. Sed quid si scit se fore illegitimum, quia mater discreta sibi dixerit cum discretione, & habet cautam credendi? certè tenetur restituere illam hæreditatem in foro conscientiæ. Sed secundum iudicium humanum non tenetur, si non credit, vel non habet cautam credendi, quia forte mater odiet eum, & illud dicet ad filij confusionem, & pudorem, & ipse non tenetur credere, nisi probetur in figura iudicij: simile quia mater quandoque odiet filium propter naturam, vel quia magis diliget vnum alium filium quàm ipsum, vel quia est fatua, & non tenetur sibi credere. Item medici dicunt, quòd multoties fœmina vtens cum pluribus, non potest esse certa, cuius sit partus, ita quòd in casu dubij non tenetur credere. Tertia regula est, quia ad impossibile nemo tenetur, de quo alias dicam. Et sic concludendo habemus de nostro auctore luminoso, per quem illuminati simus, qualiter possumus gratiam Dei consequi in restituendo aliena, propter quod possumus consequi misericordiam Dei, qua mediante possumus consequi vitam æternam, quã nobis cõcedere dignetur Christus Iesus, qui cœcum illuminauit, Amen.

Non debemus incurrere maius malũ vt euitemus minus.

FERIA QVINTA POST IV. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore desolato, quatuor constat præcipuis partibus.

Prima pars principalis.

Vtrum licitum sit vacare mercaturæ.

Secunda pars principalis.

Vtrum mercatori liceat vendere mercaturas quantum potest.

Tertia pars principalis.

In quibus casibus potest intervenire in mercatura vsura.

Quarta pars principalis.

Aliqua considerationi digna continet.

De amore desolato.

Sermo XXX.

VM appropinquaret Iesus portæ ciuitatis, & ecce defunctus deferebatur filius vnicus matris suæ, & hæc vidua erat. Luc. 7. cap. & in euangelio hodierno. In quo sacro eloquio dicemus de quinta flamma amoris, quam vocabimus amorem desolatum, & per istam viduellam intelligemus dominam mercaturam, eius vir qui est mortuus vocabatur quondam dominus Iustus; suus filius, qui etiam est mortuus, vocabatur quondam rectus, quia in mercatura hodie sunt mortui iustus, & rectus, id est iustitia & rectitudo. Nam iustitia & legalitas est prærogatiua mercaturæ, quia omnis status habet prærogatiuam. Nam sicut prærogatiua in fœmina est honestas, & prærogatiua religiosi fratris vel monachi est obedientia, & magistri Theologiæ defensare fidem Christi, & militum defensare rempublicam, cum iustitia: ita prærogatiua mercatoris est legalitas & rectitudo, quam si non seruat, non potest esse bonus mercator: vnde in mea ciuitate Senarum, est mos quòd cum moritur vnus honorabilis ciuis & magnus, sui attinentes ponunt aliquem super vno equo, qui vadit super plateis & locis publicis

Luc. 7.

Digitized by Google

publicis per ciuitatem,& alta voce proclamat omnibus, sit manifestum quòd Ser. Antonius Franciscus est mortuus, sui attinentes faciunt vos inuitare,quatenus placeat suo funeri interesse: & similiter volo vobis manifestare, quod Ser. Rectus est mortuus: domina Mercantia eius mater viduella, vos ô mercatores, inuitat quatenus vadatis ad suum hospitium ad honorandum eius funus. Et in ista flamma amoris formabimus tria dubia.

Prima pars principalis.

Vtrum licitum sit vacare mercaturæ.

Tria dubia proponuntur & soluuntur circa præsentem materiam. Chrysost.

PRimum dubium est, vtrum sit licitum facere mercaturam: quia Ideo Chrysostomus super Matth. dicit, quòd est impossibile, quod vnus mercator possit vnquam saluari, imò deberet expelli de Ecclesia Dei. Et ponit hoc ita aspere, non ex eo quod mercatura non sit licita,sed quia non fit iustè,nec licitè exercetur: vnde Alexander dicit quod res potest considerari illicita dupliciter: quia aut res est illicita secundum suam naturam,sicut est fornicatio, luxuria, mendacium, rapina, homicidium, & huiusmodi, quæ nunquam sunt licita de sui natura. Alio modo considerari potest illicita accidentaliter, ex malo vsu: nam mercatura licet sit licita,vtilis & necessaria de sui natura,tamen potes ita male vti, quod accidentaliter poterit esse illicita: & nota quod sunt sex causæ, quæ reddunt mercaturam illicitam.Prima est persona,secunda est causa,tertia modus, quarta tempus,quinta,locus, sexta consortium.Dic ergo quòd prima causa quare mercatura redditur iniusta, est ratione personæ, quia presbyteri, fratres & religiosæ personæ prohibitæ peccant mortaliter faciendo mercaturam, tamen non est eis prohibitum emere necessaria.Et nota, quòd est tantum peccatum presbytero facere mercaturam, quantum mercatori facere vsuras. Et quicquid lucratur per presbyterum ex mercaturis, est illicitum, cum sit prohibitum, nec illud potest tenere salua sua conscientia, sed totum illud debet dare pro Deo. Secunda ratio est ratione causæ. Nam erit vnus diues non habens filios, dico quòd mortaliter peccat faciendo mercaturam propter lucrari, ex quo est diues, quòd mouetur ex auaritia causa cumulandi,& non ex necessitate. Nisi illam mercaturam faceret causa dandi lucra inde prouenientia,licitè tamen habita pro Deo. Et nota quòd debent esse verissimæ causæ inducentes te ad faciendum mercaturam:vnde ô vos qui facitis mercaturam propter ditari, & animo cumulandi,& non ex causa necessaria nec habendo filios,nec causa dandi lucra amore Dei,peccatis mortaliter: vnde Iob. 5. cap. *vnus est, & secundum non habet, & tamen laborare non cessat, nec saturantur oculi eius, nec dicit in corde suo, cui congero diuitias istas*, & animam meam priuo omni gaudio, quia *nemo potest duobus Dominis seruire*, quia quanto plus ditaberis, tanto plus obliuiscris de Deo. Nam auarus non implebitur pecunia. Inde Cassiodorus super illo verbo, *non cognoui litteraturam, & introibo in domum Domini, & memorabor iustitiam Domini,quia non cognoui mercaturam:*& alibi hac animaduersione plectitur peccator vt moriens obliuiscatur sui, qui viuens oblitus est Dei: nam semel fuit vnus huiusmodi diues mercator auarus, senex & sine filiis,qui dum esset grauiter infirmus,vxor hortabatur eum, vt confiteretur, & ipse respondebat, venerunt noua de galeis Flandriæ:& vxor dicit,dimittatis galeas & cogitetis de factis animæ, & ille dicit, quantum valet piper, ascendit vel descendit eius pretium,& illa dicit, amore Dei dimittatis ista, nunc ecce Frater, confiteamini, & ille repellit vxorem, & omnes dicentes,quod confiteretur,dicens,vos facitis me mori ante horam recordando mihi talia: & sic dicendo de suis mercaturis animam diabolo condemnauit, dimissis denariis & mercaturis suis, quia in eo in quo homo versatur cum delectatione viuendo, in eo delectatur moriendo: vnde oportet tenere frenum parcitatis. Tertia causa, quare mercatura fit illicita, est modus, nam bene deficit modus in mercatoribus, quia dicunt mille mendacia pro vno denario, & vnus sutor causa vendendi vnum par calceorum vltra debitum, dicet multa mendacia,illo modo semper peccat mortaliter, cum falsificatione vendendi suam mercaturam, & cum malis ponderibus & paruis mensuris iurando, & mercaturam falsificando immiscendo & imponendo res falsificantes ipsas mercaturas, & exercetur hodie communiter mercatura malis modis:vnde verificatur dictum Ioan. in Apoc. 13. ca. in tempore Antichristi, quia faciet quod nemo posset vendere & emere nisi habeat caracterem in dextra manu, vel in frontibus suis.Nam mendacium est sigillum Antichristi, quia vult dicere quod nemo posset emere vel vendere, si non habeat suum sigillum, primo in corde, secundo in opere,tertio in ore dicendo mendacium,quia cum omni falsitate experietur decipere proximum, ita quod appropinquatur tempus Antichristi,qui iam portat suum sigillum scilicet mendacium in fronte, quia nullus verecundatur dicere aperte mendacia, & dolum propter decipere proximum. Quarta causa est tempus, quia in diebus festiuis & Dominicis & prohibitis per ecclesiasticum vendunt & emunt, & negotiantur contra diuinum præceptum, & semper peccant mortaliter.Et illud lucrum tantum valet,quantum vsura, exceptis licitis, de quibus declarabo die Dominico: licet tamen mederi & dare medicinas in festo. Quinta causa est locus, quia non licet vendere in ecclesia, sicut isti, qui vendunt confortinos in Ecclesiis, & super sacratis, & super corporibus mortuorum, quia vendentes & ementes peccant mortaliter: & oportet facere sicut fecit Christus, quando expulit de templo illos, qui mercabantur. Matt. 21. cap. *domus mea, domus orationis est:vos fecistis eam speluncam latronum.* Sexta causa,quæ facit mercaturam illicitam,est consortium,quia non licet tibi vendere plus vni quam alteri: plus ignoranti quàm astuto, vt in cap. placuit: de emp. & ven. quia sic faciendo est vna spelunca latronum. Si ergo vis bene facere mercaturam, serua contrarium prædictarum rerum. Primo sit persona non prohibita,& propter substentare se & familiam, serua modum,tempus, locum, consortium & sine mendacio, dolo & sine fraude, & isto modo placebis Deo & mundo. Vnde fuerunt tres mercatores Senis, qui fecerunt vnam societatem, & disposuerunt rectè facere mercaturas suas sine fraude, & in processu temporis effecti fuerunt ditiores aliis, quia propter bonum lucrum, & bonum nomen omnes concurrebant ad eos, & multa expediebant, & expediendo lucrabantur. Similiter reperi me Ferrariæ, possunt esse 15. anni, vel circa, vbi fuit vnus qui disposuit dare decimam de omnibus suis lucris, & rectè facere mercaturam suam, & modo rediens illuc reperi ipsum auxisse multum facultates suas, qui interrogatus mihi dixit, ex quo disposui bene & iuste viuere, Deus fecit mihi gratiam, quia omnia mihi successerunt prospere: vnde Deus permittit quod recti mercatores prospere agant & multiplicent facultates suas ad confusionem aliorum.Nam melius est iusto parcitas diuitiarum, quam iniusto plena domus, quia subito euanescit, iuxta illud,de male acquisitis non gaudebit tertius hæres: vnde Scot. Doct. subtilis in suo 4. dicit: cum reipublicæ sit necesse habere res necessarias ad bene viuendum, necessarium est esse mercatores, & esse duo genera mercatorum, aliquorum conducentium & portantium de vltra mare, & de aliis locis ad loca,vbi non sunt,& de illis rebus, & aliquorum conseruantium res illas, quæ portantur, & distribuentium ad tempus egentibus, & ex quo istæ res sunt necessariæ, ergo mercatura est necessaria ad conseruationem reipublicæ, & subiungit,quod postquam,

Sex causæ reddunt mercaturam illicitam.

Iob. 5.

Cassio.

Exemplum.

Apoc. 13.

Exemplum.

Scot.

Digitized by Google

mercatores se ponunt in periculis vitæ, & ponunt suum ingènium & industriam, & denarios suos, & periculum perdendi de suis mercaturis, merito ergo licet eis lucrari: Sed quantum licet lucrari, impossibile est dare certam regulam limitatam, quantum sit licitum lucrari: sed dicam tibi in parabola ista, quia tantum licet lucrari, quantum est licitum perdere verbi gratia. *Exemplum.* Tu habes vnam mercaturam, quæ valet centum ducatos, ponas tibi in animo quod propter nimium lucrari tu non vis perdere animam: respice & considera communem cursum, quantum valent non se concordantibus mercatoribus insimul de pretio, pro quo volunt currere dictam mercaturam. Modo si emisti pro 100. & communis cursus in illa prouincia, ad quam tu portasti mercaturam ipsam, est quod valeat 200. vel 300. tu potes licitè vendere pro illo pretio, pro quo communiter currit. Verte similiter per contrarium, quia tu emisti pro decem, & non reperis plusquam decem, vel emisti vltra mare pro 100. & non reperis hic secundum communem cursum vltra 50. tu non vis illam rem dare pro pretio, pro quo secundum communem cursum currit, tu peccas vltra vendendo illud quod valet secundum communem cursum, & dictus Doct. quando concurrit conseruare & conducere ista faciendo causa reipublicæ conseruandæ seu propter rempublicam, & eius vtilitatem; tunc licet mercari apportando de loco ad locum, & conseruando res illas emptas ad tempus pro subuentione ciuium, & tunc licet tibi tantum lucrari, quantum perdere: nec potes secundum bonam conicientiam plus vendere, quàm sit tibi communis cursus valoris illius rei, & tenèdo istud propositum firmum de vendendo mercaturas secundum communem cursum propter publicam vtilitatem, & non propriam tuam priuatam vtilitatem vendendo quandoque plus, quandoque minus, variando secundum quod variatur communis cursus, & apportando de loco ad locum, vel portata conseruando, tunc cum istis circunstantiis mercatura est sancta & licita, alioquin si facis propter tuam vtilitatem propriam & priuatam, & non conducis de extraneis locis, vel nõ conseruas, nec melioras ipsas mercaturas, quia emis lanam & facis pannum, vel emis ceram, & facis candelas, &c. non faciendo ista, sed mercaris rem aliquam in aliquo loco & illam rem talem vendis qualem emis, nulla facta melioratione, semper peccas nisi concurrant ista tria seu alterum istorum modorum. Primus est in transportando mercaturam de loco, vbi est, ad loca vbi non est in copia. Secundus, quando emunt causa conseruandi, vt supra dictum est. Tertius, quando mercatura empta melioratur, & istis tribus modis licet mercari secundum cursum communem. Sed vltra istos tres modos non licet, quia semper interuenit auaritia, sicut sunt vsurarij, & tales destruunt ciuitates, & deberent expelli de ciuitatibus, quia sunt contra rempublicam, & inde merito dicuntur vsurarij, quia transigunt & destruunt homines: vnde ego non admiror si diabolus vos portat, ô vsurarij proterui, quia statis prouisi, & venditis egeno vnum pannum pro 50. ducatis, & exinde facitis quod socius emet pro 40. & destruit illum talem ciuem, & dicitis quòd est consuetudo, sed imò corruptela & ars diabolica, & isti sunt vsurarij occidenter mercatores alios.

Secvnda Pars Principalis

Vtrum mercatori liceat vendere mercaturas quantum potest.

SEcundum dubium quærit idem singularis Doct. si licet mercatori vendere suam mercaturam quantum potest, & è contra, si licet emptori emere quanto minus potest & dicit, amice ego non cogo te emere: vnde ad declarationem huius dubij notantur tria notabilia. Primum notabile est, quia valor rei potest considerari dupliciter. Primo modo naturaliter, secundo modo vsualiter: siue primus est naturalis, secundus vsualis. Cape valorem naturalem, quid valet plus, vel vna pulex, & vna musca, an vnus ducatus. Certe secundum naturalem valorem, vna pulex plus valet quam vnus ducatus, quia habet vitam, & est plus similis Deo quam vniuersum aurum mundi. Secundus valor est vsualis, & secundum istum modum vsualem plus valet vnus ducatus quam 10. pulices. Similiter vnus panis, secundum modum vsualem valet plusquam 100. muscæ, & istud facit contra aliquos, qui considerant tantum vtilitatem, quæ sequitur ex rebus: vnde erit vnus medicus, qui dicet, ego dedi tibi talem medicinam, quæ liberauit te, & vult æstimare vtilitatem vitæ illi medicinæ dicendo, si non fuisset illa medicina, tu fuisses mortuus. Secundum naturale, quia res potest plus, vel minus valere tribus modis: primo modo secundum suam virtutem, quia panis bonus plus valet quam malus, secundum vigorem rei venditæ plus valet. Secundo modo secundum suam raritatem, quia sunt multa in vili pretio communiter, sicut aqua, quia communiter est copiosa: tamen potest esse in aliquibus montibus, vel partibus ita rara, quod ibi non est copia aquæ, quia æstimabitur plusquam aurum: sed propter magnam copiam abundantiæ aquæ quæ habetur, fit maior æstimatio auri quam de aqua. Tertio modo propter suam voluntatem & affectionem, quia sicut habeo vnum librum, in quo studui, & ei afficior, quia posui meam memoriam supra illum librum, non darem pro pretio communi, quo communiter æstimaretur. Quarto, quandoque etiam cupiditas facit apparere rem, puta pannum, plus valere suum quam alienum. Tertium notabile est, quia æstimatio mercium non est possibilis quod fiat æqualiter propter defectum humanum. Exemplum, pone decem pannos, & erunt 10. æstimatores, quilibet æstimabit diuersimode, qui plus, & qui minus, & istud accidit propter humanam cæcitatem, & ignorantiam. Respondeo ergo dubio supradicto, & dico quod non licet vendere quantum vis, quia cape communem cursum rei vsui hominis, & virtutem ipsius rei, & similiter considera raritatem, quia plus valet res quando reperitur modicum, quàm quando reperitur multum: vnde vos qui emitis frumentum tempore boni mercati, & facitis mercaturam tenendo ipsum clausum expectando penuriam, & tunc melius, & plus venditis, semper peccatis, & non potestis licitè tenere talia lucra, quia facitis illud propter cupiditatem; & nocetis reipublicæ propter inopiam, nisi illud emeretis causa portandi de loco ad locum: tamen si emisti pro te & tua familia, & supereſt, non peccas, quod supereſt vendendo secundum communem cursum. Item adiunge si est amor vel affectio rei. Nam si est amor, quia quis propter amorem vnius contratæ dabit de vna domo centum ducatos plusquam valeat, & potest vendi, licet secundum communem cursum non tantum valeat: sed si est affectio, debet vendi non plus, sed secundum communem cursum, & non secundum affectionem tam in emendo quam in vendendo: vnde pone quod sunt 10. panni eiusdem generis, & vnus pannus plus venditur alio & varie: nam vnus venditur pro ducatis 40. alius 41. alius 43. Sed valor vnius non transit vltra ducatum medium plus altero: quæro, quantum est licitum vendere communem cursum realiter vendendo illos pannos? dico quod non licet vendere vltra communem cursum: vnde noli transire multum communẽ cursum & noli transire 47. solidos vltra istum communem cursum de lucro cuiuslibet panni quia peccares si venderes pro ducatis 45. quia tu transis communem cursum, & si venderes vni pro 39. & alteri pro 41. non peccas, dummodo non transeas communem cursum,

Circa secundum dubium tria hic notabilia.

Res vna potest plus vel minus valere tribus modis.

Circa secun-

Digitized by Google

sum : sed si dicis, si vendo secundum communem cursum, ego perdo : certè melius est quod tu perdas rem, quàm animam, quia periculum venditionis mercaturæ non stat in vendendo pro minori pretio, sed in vendendo pro pluri & maiori pretio, quàm sit communis cursus valoris rei, & licet lex dicat quod licet contrahentibus, se decipere vsque ad dimidiam iusti pretij, dico illam legem non habere locum in foro conscientiæ, quia in foro poli teneris ad restitutionem. Sed quid si vnus vendit rem valentem secundum communem cursum, centum ducatos, & nō plus, & volente emptore sciente & consentiente vendet ei pro ducentis ducatis, certe valebit : sed si interuenit ignorantia, vt puta, vendens lapidem pretiosum valentem 50. ducatos pro sex, tamen non valet venditio, & tenetur emptor secundum conscientiam restituere : similiter si propter animi leuitatem, res pro minori pretio venditur, vel pro pluri emitur, non valet venditio, quia aut retractatur, aut resarcitur residuum pretij quod valebat, notat glossa si vendis rem pro maiori pretio quam valeat, tu teneris ad restitutionem, & est magnum periculum animæ : & tales sunt sufficiētes destituere ciuitates, qui stochizando plus vendunt, vel vident proximum in necessitate, & propter singularem necessitatem oportet redimere aliquas pecunias, & pro modico subtrahunt ei sua bona.

Tertia Pars Principalis

In quibus casibus potest interuenire in mercatura vsura.

In quibus casibus potest interuenire vsura.

TErtium dubium est, in quibus casibus potest interuenire in mercatura vsura ? dicunt Doct. quod potest interuenire mutuum : verbi gratia, tu dabis denarios mercatori, & vis esse certus de lucrando medietatem lucri mercaturæ, sed si perditur, tu vis quòd periculum totum sit socij, & capitale remaneat tibi solidū, quia erit potius mutuum quàm societas, & ad declarationem huius dubij potest interuenire peccatum vsuræ in mercatura quatuor modis. Primus, quando mercator vendit ad terminos plusquàm incontantis, vt in cap consuluit, extra de vsuris, quia accipit illas vsuras propter tempus, in quo eum expectat, siue propter inducias quas sibi facit : verbi gratia, vnus habet decem pulchros pannos eiusdem generis, & bonitatis, communis cursus erit de quadraginta, & quadraginta cum dimidio, & istud pretium erit maius secundum cursum communem, minus pretium erit de quadraginta secundum communem cursum, & mediocre pretium erit de quadraginta, & quarto vno, secundum communem cursum. Pone modo inter istum communē cursum maiorem, minorem, & mediocrem, duo extrema, vnum extendens istum communē cursum scilicet quinquaginta, vel quinquaginta quinque, & vnum infra istū communem cursum, valet triginta, vel triginta sex : modo considera, quòd erit vnus in necessitate positus, qui propter necessitatem dabit pannum, qui valet secundum communem cursum quadraginta pro triginta, & isto modo accipit ad vsurā, quia ille qui accipit pannum, tenetur resarcire vsque ad summā recti pretij, quod secūdum illum communem cursum valet quadraginta, vel quadraginta cum dimidio, vel quadraginta & vnum quartum, quia facit vsuram, & tenetur ad restitutionem illius pluris : sed tu qui emisti, vel pro maiori, vel pro minori pretio, quid facies : licet ne tibi vendere pro 50. sicut emisti ? certè non, quia efficieris latro, sicut ille qui tibi vendidit : sed dices, si do pro minori pretio ego perdam, quid faciam ? certe tene medium, & respice communem cursum, & pro illo vende, quia melius est perdere rem, quàm animā, simile facito in aliis. Vnde si das ad terminos plures, & propter illum terminum tibi accipis vtile, & ille habet damnum, ergo vsura. Sed quid si vendo ad terminum pro pretio communis cursus, & ille non mihi soluat in illo termino, propter quod ego damnificor & accipio aliqua necessitate compulsus ad vsuras : vbi si mihi solueret in termino, dico quòd ille tenetur restituere omnia damna, vsuras, & interesse, quæ patior, quia tibi in termino non satisfacit, quia est in culpa, vel est causa damni mei : sed quid diceret : ille qui vendit ad terminos, quia dando ad terminos est vsura, vendendo vltra communem cursum : quia si haberem meos denarios, ego interim lucrarer vltra. Respondeo secundum Butrigarium, tu potes etiam perdere, sicut lucrari. Secundus casus, quando tu emis frumentum in herba, & vinum in vuis, pro meliori foro quàm valet tempore recollectionis, dando denarios incontinenti, certe facis vsuram, quia propter illud præstare, plus lucraris, quàm si dares ad vsuram, quia ibi cadit mutuum indirectum : secus si præstares denarios pro frumento & vino, pro pretio quod valebit tempore recollectionis. Tertius casus est in his, qui mutuant denarios super vna domo, vel possessione, vt gaudeant domo, vel lucrentur fructus possess. donec sibi restituantur denarij, certe est vsura, & tenentur computare illos fructus, & pensionem domus in sorte. Quartus casus est in illis, qui non volunt vendere possessionem, sed pignorare, & mutuans denarios, vt cum titulo possit lucrari fructus, volet sibi fieri instrumentum venditionis, & dabit modicum pretium respectu sui valoris : sed faciet pactum de retrouendendo, &c. Certe est vsura, & similiter fructus debent computare in sorte, & parum est quod huiusmodi contractus solebant fieri in quadam ciuitate, & factum fuit statutum ibidem, quod tales contractus non valerent : & fuit indicta pœna notariis, qui talia scriberent instrumenta, vt extra de emptione & venditione cap. ad nostram. Vnde caue de huiusmodi contractibus. Vnde si vis cognoscere, vtrum sit vsura, vel non, quære tuam conscientiam, & potest apparere duobus modis. Primus est, si intelligis quòd ille non relaxet tibi possessionem illam pro pretio, quod sibi dedisti, si haberet modum exigendi, & de fructibus extrahendis in paucis annis lucraris pretium de foris in iudicio sæculari potest apparere dupliciter. Primo modo, quando pretium est multo minus quàm sit valor rei. Secundo modo, quando contrahens est vsurarius, & solitus facere similes contractus : & tunc notarius, qui scienter facit talia instrumenta, tenetur. Similiter & testes, & proxenetæ tenentur de huiusmodi contractibus vsurariis ad restitutionem. Sed si venditur iusto pretio, vel prope, & venditor propter affectionem suæ rei venditæ vult quòd sibi restituatur pro eodem pretio : certè potest fieri sine peccato, & emptor primus lucratur fructus. Alius casus est, quando das alicui artifici pecunias cum spe lucrandi octo, vel decem pro centenario ad discretionem, & non facis certum pactum de lucrando certum quid, sed ad discretionem artificis recipientis, & est peccatum tam respectu recipientis, sicut respectu dantis. & discretio illa est damnosa dictæ mercaturæ, quæ fornicatur tunc cum mammona accipiendo ad vsuram sub discretione 110. pro 100. Et licet non facias peccatum, dummodo habeas istud tale propositum in mente accipiendo octo, vel decem pro centenario in discretione artificis, alias tu non mutuasses sibi illos denarios : certè sufficit bona voluntas quantum ad hoc, vt commiseris vsuram, licèt nihil in te accepto, vt notat in glossa in dicto cap. consuluit, quia ecclesia facit tres intentiones voluntatem bonam, malam, & mediam. Bona intentio est, quando præstas tali intentione & si tibi daret aliquid tu posses illud accipere, si modo habeas hanc intentionem, quòd sine lucro mutuasses sibi charitatem animo nihil inde rehabendi. Secunda est non ita bona, sed mediocris, quando seruis mutuando alicui cum intentione inter sic, & non : videlicet quòd si tibi daret aliquid, acciperes illud : sed nihilominus siue det, siue non, tu sibi cum intentione libere seruiendi mutuas sine

Potest interuenire peccatum quatuor modu in vsura.

Quomodo cognoscatur quando sit vsura.

Vsura in cōtractibus potest apparere dupliciter.

Tres intentiones Ecclesia facit.

Digitized by Google

aliquo seruitio, tamen si sua sponte, & liberalitate tibi dat aliquid, vel decem pro centenario de lucro, tu potes accipere, & si vis cognoscere quando prouenit hoc potes accipere isto secundo modo cum bona conscientia, considera inter te, quòd quando essent transacti duo anni, & non dando aliquid de lucro, si peteres illos denarios tibi restitui, quos non peteres dando tibi illud lucrum: prima est meritoria, secunda minus; tertia quæ sequitur, est vsura, quando scilicet seruis propter te, & non propter proximum.

QVARTA PARS PRINCIPALIS

Aliqua consideratione digna continet.

SEquitur quarta pars principalis, tenendo propositionem euangelij faciamus tres considerationes, scilicet quia aliqua præcedunt huius resurrectionem, aliqua consequentur, & aliqua subsequentur; Vnde dicit euangelium, quòd *Christus ibat in ciuitatem, quæ vocatur Naim; & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa.* Naim interpretatur etiam cœnosus. *Cum autem appropinquaret porta ciuitatis,* & modo sunt aliqua præcedentia resurrectionem: *ecce defunctus efferebatur,* id est extra portam ciuitatis illius portabatur ad sepeliendum, *filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat*: hæc vidua modo suprascripto est domina mercatura priuata suo filio directo, quia pauci, imo rarissimi mercatores sunt, qui vtantur faciendo mercaturas directè, & subiungit Euangelista. *Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam dixit illi, Noli flere, & accessit, & tetigit loculum,* &c. *Ij autem qui portabant steterunt.* Loculus vocatur feretrum, siue capsa discooperta, in qua portantur mortui: spiritualiter intelligendo dico quod iste loculus significat malam consuetudinem, quæ portat omnes animas mercatorum ad inferos, & quatuor sunt portatores, qui portant eos mercatores mortuos ad mortem æternam. Primus portator est similitudo peccati, quia vnus mercator malus videbit alios committentes aliquas falsitates in mercaturis, vel facientes malam mensuram, & falsificantes pondera, & huiusmodi, & bene vident quòd faciunt mala, sed sequuntur similitudinem talia mala faciendi dicendo, *A torto, e a dretto impie la casa in fino al tetto*, &c. Secundus protitor est spes magna, quam habet in misericordia Dei, sed non recordantur dicti Gregorij dicentis dicentis: quòd misericordia Dei est magna, imo maior: sed hoc scias, quod non minor est eius iustitia. Tertius portitor est delectatio mundi, quam ponunt in istis caducis temporalibus. Quartus portitor est ignorantia, quia aliqui ignorant, & aliqui nolunt ire ad prædicationes, ne corrigãtur & vt perseuerent in ignorãtia sua, & isti quatuor portitores portant malos mercatores ad inferos. Vnde prædictus euangelista subiungit, quòd *quando Christus tetigit loculum*, hoc est declarauit istam malam consuetudinem, *steterunt* id est cessauerunt dicti portitores portare vlterius mercatorem mortuum in malis vsibus. Et Christus dixit, *adolescens tibi dico, surge*, ô tu mercator, qui per præteritum male vsus fuisti tua mercatura: & ô tu discorrecte, qui eras mortuus propter malam consuetudinem mercatorum, surge & eleua mentem tuam ad Deum, *& resedit, qui erat mortuus & cœpit loqui*, id est quia confessus fuit de omnibus malis contractibus, & pœnituit malè fecisse cum proposito bene faciendi in futuro, & tunc Deus *dedit illum matri suæ*, id est restituit directum suæ matri mercaturæ, quia proponit mercator deinceps recte exercere mercaturam, & modo ista subsequuntur resurrectionem & subiungit, quòd *turba hæc videns inceepit cum timore magnificare Deum dicentem, quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam*, qui visitando nos resuscitare digneturrelinquendo peccata, & restituere vitæ æternæ per suam misericordiam, Amen.

Quatuor portatores deferunt peccatorem in infernum.

FERIA SEXTA POST IV. DOminicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore putrido constat tribus præcipuis partibus.

Prima pars principalis.

Proponit dubium & illud soluit.

Secunda pars principalis.

Quare aliquid restituere debeas ostendit.

Tertia pars principalis.

Quomodo fauens vsurario teneatur restituere.

De Amore Putrido.

Sermo XXXI.

IAm fœtet, *quatriduanus est.* Ioan. 11. cap. Dilectissimi nos hîc habemus videre de sexta flamma nostri amoris, quæ vocatur amor fœtens: & cras prædicabimus declarando euangelium, quia est pulcherrimum, in quo videbitis septem gradus amoris Christi, quos habet versus peccatorem, & omnis gradus habebit in se vnum verbum amoris, quia donec habemus flatum in corpore, ipse nos est aptus recipere per suam misericordiam, si modo velimus, quia *cor contritum, & humiliatum Deus non despicies,* & iste noster amor est putridus, & fœtens, quia est ita difficile restituere aliena auferendo indebitè, quòd putrescimus in vitiis & peccatis, & dicam hodie de iis, qui tenentur restituere, quia primo locutus fui, quis tenetur restituere. Secundo die Mercurij, quando debemus restituere: hodie nos dicemus quid debemus restituere, & nota quòd quando mammona exiit in mundum considerando facere omne malum, dixit Lucifero, postquàm fecero accipere bona aliena, quid nobis proderit, quia ipsi raptores restituent ablata? dixit Lucifer, fac solum subtrahere, & extorquere, quia ego bene faciam quòd non restituent. Circa quam considerationem dabimus tres regulas.

Ioan. 11.

Psal. 50.

Quid debemus restituere.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

Proponit dubium & illud soluit.

ANte regulas moneo vnum dubium singulare. Quærunt aliqui Doctores theologici. Si homo potest sibimet soluere & ius dicere absque eo quòd imploret officium iudicis, verbi gratia aliquis per vim extorsit mihi, & aliquid de suo peruenit aliquo modo ad manus. Vel possum aliquo modo subtrahere, & mihi ipsi satisfacere, vel bene possum adire iudicem, sed mutuaui sibi centum nullo præsente, & negat, vel me decipit, habeo ius, sed deficit probatio iuris, & sic si ipsum conuenio coram iudice absoluetur, quia actore non probante reus absolui debet, &c. Duæ in hoc sunt opiniones. Vna Legistarum dicentium, quod nemo potest esse iudex in sua causa: Alia Theologorum dicentium secundum aliquos, quòd in duobus casibus licet cum bona conscientia sibi ius facere, & sibi soluere. Primo casu, quando efficitur dispensator, vt puta commissarius illius, à quo debet habere. Secundo casu, quando licite venit ad manus habere debentis de bonis dare debentis, à quo non potuit debitum consequi. Aliter non licet, quia possent sequi quatuor mala sibi ipsi

Tres regulæ circa præsentem considerationem.

Duæ hic ponuntur opiniones.

Digitized by Google

ipsi soluendo. Primum est periculum scandali, quia te accipiente clam aliena alius posset inculpari,& propter tibi satisfacere, posset propter hoc proximus damnificari,& periclitari. Vnde propter bona temporalia non debes scandalizare, & damnificare proximum. Secunda ratio propter infamiam, quam incurrere posses,quia reputateris latro, & fur, & debes præponere famam bonam diuitiis, quia *melius est bonum nomen quàm* Prou.5. *diuitiæ multæ*, vt ait Salomon, Prouerb. 5. cap. Tertia ratio,quia si posset probari,posses puniri tãquam fur & latro, & debes præponere vitam temporalem diuitiis: aliter peccas mortaliter. Quarta ratio, quia tu es transgressor legis,& constitutionis ecclesiasticæ,quæ non vult, quòd tu omnino pecces. Item iunge quatuor causas. Prima vt malefactor non se excuset sub isto colore dicendo,ego mihi soluã, quia habere debebam,& aliter non poteram mihi satisfieri,quia non habebam probationes,vel similia,quia esset excusatio furium: & ideo lex vult quòd causatur ad iudicium ad postulandum sibi ius fieri. Secunda ratio, quia esset bellum continuum inter populos, & possent sibi ipsis ius facere: tamen vbi non potest haberi ius, fiunt repræsaliæ. sicut solebat plerumque fieri in Foro Iulij contra Theutonicos alicuius loci,vbi aliquis mercator fuisset spoliatus, & non posset ibi consequi ius suum. Tertia causa, quia homo decipit se ipsum credens habere ius,cum non foueat iustitiam, quia credet debere habere, & debebit dare, &c. Vt ergo non decipiatur in hoc,oportet quod alius iudicet, quia vbi regnat affectio, non potest esse rectum iudicium. Quarta ratio, quia tu non æstimares rectè illud, quod tu acciperes causa tibi satisfaciendi: quia vbi res valeret decem, tu æstimares quinque: sed pone quòd tibi satisfeceris, & dices, quòd tu accepisti tuo debitori tantum, quia volebat tibi soluere, &c. Quid debet facere confessor? dico quod confessor in aliquibus casibus debet facere illud restituere, & in aliquibus non. Et nota quòd sunt quinque casus,in quibus debet iubere te restituere. Primus casus est,quando plus accepisti, quam habere debes, illud. plus debes restituere. Secundus casus, quando tenendo illam rem, eueniet scandalum proximo, quia inculpabitur,& reputabitur latro. Nam isto casu confessor debet facere restituere. Tertius, quia occurrit tibi infamia. Quartus,quando esset timor futuri periculi vitæ tuæ,quia debes præponere famam, & res vitæ,aliter faciendo facis contra iustitiam,& peccas mortaliter. Quintus casus est,quando propter non restituere eueniret aliquod peccatum mortale,vel periurij, vel huiusmodi, quia debes præponere animam rebus,quia forte daretur tibi iuramentum: si iuras male, periuras, si dicis verum, est periculum infamiæ, vel vitæ,&c. Sed extra istos quinque casus,si habuisti rem tui debitoris, à quo non potes aliter tibi satisfacere in foro iudiciali, vt supra dictum est, licèt non habueris rem illam, vt dispensator, nec venit tibi ad manus licite in casibus suprascriptis duobus, nec est possibile quòd errores notati in quinque casibus propè dictis possint venire, tu non obligaris rem illam restituere: sed debes dare confessori, & dicere tuam culpam, & confessor potest concedere,quod rem illam retineas dicendo tuam culpam, quòd rem ipsam subtraxeris. Et ad illam legem, quæ dicit quòd nemo potest esse iudex in causa propria, intelligendo quando aliquis est iudex publicus, quia tunc non licet sibi ipsi ius dicere, vel si casus est dubius,super quo vis iudicare:sed quando isti duo casus non occurrunt, secundum conscientiam potest sibi soluere, si non interueniunt pericula supradicta. Vnde meus Doctor dicit, licet lex ita instituerit, tamen in duobus casibus; primo supradictis, quando res tibi licite venit, potes rem retinere, quia si es dispensator bonorum tui debitoris,tu potes dispensare ita tibi, sicut dispensas aliis, & intelligitur permisisse, quòd sibi ipsi satisfaciat, si non prohibuit, quia si prohibuisset, tunc non liceret sibi soluere in alio casu, hoc est quando res debitoris licite venit ad manus creditoris, illam rem potest retinere donec erit sibi satis factum. Verbi gratia, dedi ad vsuram cuidam, qui me damnificauit in bello illicito,& comburendo mihi domum,vel prædando rem meam,certè non teneor restituere sibi vsuras,& damna vsque ad cõcurrentem summam mei damni, & possum illud retinere cum bona conscientia: quia sicut dispensator potest sibi satisfacere,ita vsurarius,si aliter non potest habere ius,sibi satisfieri,quia licèt vim vi repellere, & dolus compensatur cum dolo. Et vt melius scias hoc,cape pro secunda, quòd quotiescunque concurrit aliquis ex septem casibus subnotatis in soluẽdo tibi ipsi,semper peccas mortaliter. Primus casus est, quia si potest alio modo consequi debitum suum, quam soluendo sibi ipsi peccat. Secundus casus est, si tu es cum aliquo iudice in iudicando, faciendo tibi ius peccas, quia generatur scandalum in populo: quia licèt facias tibi ius secundum iustitiam, dicetur quòd feceris de facto. Tertius casus, quando est periculum animæ, quia est dubium, vtrum debeat habere,vel non. Quartus est,quando est periculum proximi,qui poterit inculpari cõtra debitum iuris. Quintus est, quando posset oriri periculum infamiæ, quia fama bona debèt præferri rebus. Sextus est,quando est periculum vitæ,quia debet præferri rebus,& peccas mortaliter. Septimus est,quando est periculum animæ, quia in his septem casibus suprascriptis semper peccas mortaliter, quando tibi ipsi soluis. Et non tamẽ dico, quòd in supra scriptis casibus semper teneris restituere, nisi in sex casibus. Primus, quando plus accepisti. Secundus, quando ponis te in dubio. Tertius, quando venit in scandalum proximo. Quartus,si venit infamia. Quintus, si est periculum vitæ. Sextus, si est periculum animæ.

Sãt quinque casus,in quibus imperari debet rem restitui.

Nota casus supradictos.

Secvnda Pars Principalis

Quare aliquid restituere debeas ostendit.

Secunda regula principalis est, quia omne damnum quod tu das proximo,vel es causa damni, vel quòd sibi sit damnum datum, quod proximus ipse non habuisset nisi dedisses causam: tu teneris illud sibi restituere,vt in c. si culpa, de iniu. & damn.da. quia qui occasionem damni dat,ipse damnum dedisse videtur. Ad cuius declarationem trado tres regulas,seu tria notabilia. Primum notabile est, quia erunt plures damnũ dantes, si omnes soluunt partem suam damni dati, tunc sunt absoluti,& non remanent amplius obligati. Secundum notabile est,quãdo plures,vt puta viginti quinque damnum dant,& habent vnum caput: si principalis soluit totum illud damnum, omnes alij damnum dantes sunt obligati soluere partem suam illi principali, qui soluit totum, & non alij. Tertium notabile est, quòd quando plures dant damnum, qui plus dat causam dãni,plus tenetur reddere secundum ratam ad eos peruentam,vel secũdum causam per eos damni dati: verbi gratia pone, erit vnus dominus volens facere bellum iniustum,in aliqua prouincia & habebit plures terras sub se,& requirit à qualibet ex suis terris centum homines, & faciunt suos duces,& cognoscũt,quòd illud bellum est iniustum, & Dominus iste mittet omnes istos ad comburendum, & deuastandum illam prouinciam, & omnes illi requisiti vadunt,& damnificant & depopulantur illam prouinciam, quis erit obligatus ad emendationem illius damni. Doct. dicunt,quòd primus Dominus, qui misit eos,& omnia eius bona sunt obligata: sed in illis,qui missi fuerunt distingue,quia aut omnes erant necessarij,puta erant trecenti,& habebat tres Duces:& tunc dico, quod quilibet illorum trium Ducum principalium est obligatus in solidum: sed si sufficiissent centum homines, tunc dico quod quilibet illorum Ducum tenetur pro rata ad refectionem illius

Tria notabilia circa præsentem regulam.

Digitized by Google

damni: famuli verò seu prædatores erunt obligati eatenus, quatenus dederint damnum pro sua speciali causa, secundum plus, & minus, prout damnificauerint, & quatenus fuerint causa damni dati. Verumtamen licet nullum inferant damnum, tamen peccant, quia sciunt illud bellum non esse licitum. Vnde concludendo dico quod aliqui obligantur in totum, quando dant totum damnum, & sunt causa totius damni. Aliqui in magna parte, quando sunt causa magnæ partis damni dati, vel ipsi dant magnam partem illius damni. Aliquando in particula, quando est causa parui damni, & in tantùm obligatur in quantum dedit damnum, vel fuit causa illius damni. Modo veniemus ad practicam istius secundæ regulæ principalis, & pone quatuor causas. Prima est, quando potest quis damnificare cum operibus, sicut si est vnus vsurarius, qui recipit centum ducatos ab aliquo paupere homine, qui habet vnam filiam nubilem, & soluendo istos centum ducatos, non potest ipsam maritare, & si vult eam maritare, oportet ipsum accipere ad vsuras illos centum ducatos. Quære, quis debet soluere istam vsuram? dico quod vsurarius tenetur soluere illud damnum vsurarum. Simile si pignoro vnam domum ad terminum, infra quem si non reluo, perdo ipsam domum: modo debeo habere centum ab vno alio vsurario, quæ centum si ille mihi restituisset, ego reluissem illam domum meam. Certe ille vsurarius tenetur ad emendam illius damni. Imo fortius Canonistæ, & Theologi volunt, quod quando vsurarius recipit aliquas res lucratiuas producentes fructus, vel pensiones, quòd non solum teneatur restituere res, sed etiam fructus. Verbi gratia tu dedisti pro vsuris vnam possessionem in solutum, certe teneris restituere possessionem, & fructus inde perceptos: sed si das denarios pro vsuris, quia non fructificant, non teneris ex eis dare fructum. Secunda causa, quare quis potest damnificari, est cum verbis, quia multoties vnum verbum potest esse causa faciendi magnum damnum proximo, & teneris ad restitutionem illius damni, in quod incurrit proximus propter illud verbum. Tertia causa damni potest fieri cum scriptura, eis faciendo instrumenta falsa, vel in falsificando libros mercationis, immutando numerum, vel quantitatem, tenetur falsificans ad emendam. Similiter in littera, propter quam quis damnificabitur scribens tenetur resarcire illud damnum. Quartus casus, quando accidit in male consulendo, sicut si aliquis confessarius, qui facit te restituere vni pro altero, tu teneris iterum restituere illi, cui debes de iure: & si non restituis, confessarius ipse tenetur restituere. Simile si esset vnus Doctor, qui daret vnum consilium falsum per imperitiam, vel propriam malitiam, aut negligentiam, tu teneris, quatenus ille damnificabitur propter illud falsum consilium, vel ignorantiam, vel malitiam, aut propter illam negligentiam: hoc probatur in cap. nuper de sen. excomm. & dico quòd tu teneris de imperitia, quia non debes exercere officium, quod ignoras. Item sunt alij quatuor casus, in quibus quis tenetur ad damnum. Primus, quando aliquis petens præcipit dari damnum, sicut facere comburi domum, vel occidere, vel incidere vineas, vel vastare: certe principalis præcipiens, quia est causa quare fit illud malum, tenetur xi. q. 3. cap. Iulianus; vbi dicitur, quòd plus peccat, qui præcipit, quàm qui infert damnum, quia illud damnum non fuisset factum, nisi mandasset. Secundus casus est, quando aliquis cum minis inducit aliquem ad inferendum malum, alias non facturum, minans tenetur. Tertius est, cum quis per blanditias, & adulationes inducitur ad faciendum damnum proximo, quia adulans, & blandiens tenebitur ad damnum, vt 80. q 6. c. si inimicus. Quartus casus est, exhortando, quia si per exhortationem inducis aliquem ad inferendum damnum proximo, tu teneris. Nota alios quatuor casus in aduocatione. Primus quando aliquis cum falsa aduocatione defensabit aliquem iniustè, tenetur aduocatus ille resarcire omne damnum, in quod incurrit pars aduersa sui culpa. Secundus casus, quando aduocatus fauebit parti, quam credet fore vsurariam, quæ secundum eius conscientiam vtetur instrumentis fœneratitiis, ille talis aduocatus tenetur ad restitutionem damni ex sui culpa illati alteri parti. Similiter officialis, quod credit contractum illum fore vsurarium, & potest inducere per aliquod ius ad notitiam veritatis, si potest, & non aperit veritatem obligatur. Tertius casus, quando aduocatus cum falsis allegationibus defendit iniustitiam, tenetur resarcire illud damnum: similiter si aduocatus defenderit ius, sed non possit illud defendere sine falsis allegationibus, certe tenetur ad restitutionem, si propter illas allegationes damnificaretur proximus: simile in falso teste, & in notario scribente scienter falsum instrumentum, tenetur ad damni restitutionem, simile in accusante aliquem falsè, quia tenetur ad damni restitutionem. Item nota alios quatuor casus. Primus est in illo cum deberet præseruare aliquem, & non præseruauit, propter quod ille talis damnificatus est, sicut in rectore, qui videt conculcare aliquem contra iustitiam, cum possit eũ præseruare si non præseruat, tenetur ad emendam dãn: similiter si non præseruat eum propter ignorantiam, negligentiam, vel fraudem, &c. Idem in medico, qui si esset doctus & valens, subitò liberaret infirmum, & si est ignorans, vel negligens, tenetur ad omne damnum, in quod incurrit infirmus propter eius ignorantiam, vel negligentiam, vt in cap. si culpa de iniuri. & dam. da. Secundus casus est in aduocato, qui accipiet defensionem alicuius causæ iustæ, si perdit propter eius ignorantiam, negligentiam, vel culpam, tenetur ad illud damnum, in quod eius pars incurrit, & caueant sibi studentes qui attendunt ad nugas, & non student, & postea reuertuntur domum ignorantes, & ferunt prauas, & iniquas sententias, & non considerant, quia in puncto mortis ipsi sentient in futuro. Idem in prælatis, episcopis, & aliis, qui habent præseruare subditos, si non præseruant, tenentur: sed si requiris medicum, vel alium aduocatum ad patrocinandum tibi, &c. & dicat se non esse valentem, nec sufficientem ad illud: certe si tu accipis eum tibi imputetur, quia tu fuisti in culpa, postquam certificauit te: & damnum quod quis sua culpa sentit, sibi imputet. Idem in nauta periclitante ex sua culpa, vel ignorantia, vel negligentia, tenetur, & sic de similibus. Tertius, quando aliquis officialis potest obuiare alicui malo, & non obuiat, ille officialis tenetur ad damnum, nisi forte esset in obuiando periculum suæ vitæ. Verbi gratia, si erit bellum, non potest obuiari vnde, nisi potestas equitet ad obuiandum, sed est periculum suæ vitæ, vel sui status: certe non tenetur istis casibus ire, nec resarcire damnum inde secutum, secundum legem naturæ, imo peccaret, vt in cap. sicut dignum, de hom. §. 3. Quartus casus est, quando aliquis mouetur ad inferendum aliquod damnum proximo propter suas exhortationes, alias non facturo. Idem in dante auxilium, consilium & fauorem. Verbi gratia sunt decem, qui vadunt ad prædandum, & non habent quid comedant, vadunt ad hospitem: hospes scienter dat sibi panem & victualia, quia alias non possent ire. Vnde dando sibi, vadunt & furantur, hospes tenetur ad damni refectionem. Accipe modo alios quatuor casus in conseruando, quia vnus furabitur, & alius conseruabit, quia si fur non haberet conseruationem, sciretur, & detegeretur eius latrocinium: si conseruator scit, tenetur ad damnum, si latro non restituit. Secundus est in receptatore, sicut erit vnus castellanus, qui recipiet fures viarum, tenetur ad restitutionem. Tertius est in obuiando, si potest obuiare, ne male ablata restituantur? verbi gratia erit vnus qui habebit suam vxorem, & filios, & habet vnam domum de bene acquisito, & lucratur de vsuris tantum, quòd illud lucrum vsurarium absorbet illã domum,

Quatuor causa veritatis istius regula.

Alij quatuor casus notantur.

Quatuor casus in quibus quis tenetur ad damnum.

Quatuor casus etiam in conseruando notantur.

Sunt etiam quatuor casus in aduocatione.

Digitized by Google

mum,ita detrahendo res alienas computatis expensis, quas semper fecit ille vsurarius sibi, filiis, vxori & familiæ, nil supereſt de patrimonio vsurarij, quòd non sit obligatum æri alieno pro vsuris,ad quarum restitutionem tenetur, ita quòd nihil habet, quod sit suum. Modo vxor videns maritum diuitem dicit, Ego nonne bene possum portare caudam, & ire bene indutaꝰ& dicet confessori,ego habeo tot Margaritas,tot vestes, & zonas,meus maritus est diues,& bene potest facere sic, &c. Sed ô fatua,considera inter te,de quo lucro est diues maritus tuus, nonne omnia quæ habet subiacent restitutioni eis, ex quibus extorsit per vsurariam prauitatem: & tu fatua teneris ad restitutionem omnium vestium,& expensarum,quarum tu es causa,quòd tibi fiant citra illud quod facere potest de suo patrimonio iuste acquisito non aliis obligato prius quàm tibi pro vsuris illis,seu malè ablatis acquisitis,& extortis,& illas vestes,quas consumpsisti non possunt restitui, vnde tu teneris restituere ex tua dote, alioquin diabolus te portabit: & certe in bona conscientia tua dos debet confundi per expensas,quas facis,& es causa quòd tibi fiant & etiam pro salario famulæ,quam tenet tuus maritus tui gratia. Item familiares stantes cum vsurariis similiter tenentur restituere mercedem iam annuo obligatam illis,à quib. ille eorum dominus vsurarius extorsit per vsuras,& expensas oris,& omnia quæ inde habuerunt.Quartus casus est in re,quæ ad tuas manus peruenit de furto,quia aut emis rem quæ ex certa sciẽtia est furto rapta,& es in mala fide, aut tu eras in bona fide,quia ignoras,nec habes causam sciendi. Primo casu tu teneris restituere illam rem & omne damnum, quod euenit propter illud illi,cuius est,cum fructibus inde perceptis, vel percipere potuisti habito respectu quanti plurimum valuerit res illa cum fructibus. Verbi gratia si ego emerem tres vitulas,& crescunt,& multiplicant in decem tu teneris si moriantur ad pretium, quanti plurimum valuerunt, & teneris de omni periculo,quia es in mala fide scienter emendo, vel habendo causam sciendo rem alienam. Verumtamen si fieret aliqua expensa vtilis,& necessaria in re ipsa,potest detrahi, & semper res illa vadat in quorumcunque manus, semper potest vendicare à vero domino, nisi obstet præscriptio. Secundo modo potest constitui in mala fide,quando tu nescis, quòd res illa per te empta sit furto rapta,sed habes iustam causam sciendi illud. Verbi gratia erit vnus latro,qui vendet vnum calicem,vel vnum missale,licèt ignoras rem illam raptam, euidens præsumptio, & iusta causa est quòd credas rem illam ad manus illius peruentam fuisse de furto. Vnde caue ne emas,quia teneris ad restitutionem, & ideo statutum est, quòd ista sacra, & talia publice vendantur & teneris restituere libere,& perdis pretium respectu eorum, qui vendicant res suas. Aliquando erit bona fide,& hoc potest esse dupliciter. Vno modo, quia scis cuius est, & emis animo sibi restituendi, & tunc non peccas,nec teneris sibi restituere, nisi tibi pretium restituat. Alio modo,quando tu nescis cuius sit,& emis rem illam cum intentione restituendi illi,cuius est, & quærendi cuius sit.; aut emis bona fide, nesciens rem illam furtiuam in publico foro à persona quòd verisimiliter poterat habere rem illam sine suspicione furti, vel rapinæ, & tunc quàmprimum tibi venit ad notitiam rem ipsam fore alterius, tu teneris restituere, & pores repetere socium illi à quo emisti. Item lucraris fructus illius rei emptæ, donec durat bona fides: sed superueniente mala fide,postquàm tibi venit ad notitiam,teneris etiam restituere fructus. Tolle alios quatuor casus,in quibus etiam damnificatur proximus cũ signis, quia quandoque damnificabitur cum signo indicatiuo: verbi gratia,sicut fuit vnus, fortassis est annus integer,qui erat stipendiarius, & cogitauit funditus euertere,furari vnum castrum, in quo erat,& ordinauit cum inimicis quòd starent in excubiis iuxta castrum,& cum audirent clamare venirent:tunc dato ordine & hora,iste proditor ascendit equum, & ligat sibi tibiam; & fingit se habere malum intensum ad tibiam, & fingens exire castrum,cum fuit super pontem, ipse incœpit clamare quantum potuit. Væ mihi tibia, væ mihi,inimici inuaserunt pontem, quia ille stetit cum equo super ponte donec intrauerunt & depopulati fuerunt illud castrum, &c. Secundus casus cum signo narratiuo,sicut sunt tubæ, quæ ducuntur in campis ad animandos equos, & animos virorum, quia omne damnum quod sequitur vigore illius vigorationis impressæ propter sonum tubarum debent restituere, sine quo signo illud damnum non fuisset datum. Tertius casus est,cum signo inceptiuo, quia vnus incipiet ponere ignem, vel incipiet furari, & alij sequuntur aliàs non facturi,tenetur reficere omne damnum, intellige semper in bellis illicitis. Quartus cum animo animatiuo, quia erit vna societas volens redire, & non prædari, & vnus inanimabit eos & inducet eos ad faciendum illud malum inanimans, & inducens tenetur ad emendam totius illius damni. Tolle alios quatuor casus. Primus est consentiendo, quando dedisti causam consentiendo,vt 2.q.1.c. notum fit. Secundus, quando non confitetur verum:cùm petitur, verbi gratia tu scis rem furto ablatam,& officialis mittit ad te, & præstat tibi iuramentum,si dicis verum,recuperatur res, & fur suspenditur. Tu verum prius dicas,quàm tu dicendo falsum condemnes animam tuam, quæ omnibus est præferenda,& sibi imputet fur,qui est causa sui mali, saluo si esset periculum confitendo perdere tuum statum, vel tuam vitam, quia in isto casu non teneris, quantum ad satisfactionem rei furatæ: sed tamen negando peccas, & respectu peccati teneris propalare etiam in periculo tui status & personæ,quæ debet postponi saluti animæ,vbi vertitur peccatum mortale. Tertius casus in participando, quia si comedisti de vsuris, teneris restituere: sed cui teneris restituere, die Lunæ tibi dicam. Vnde si participas de vsuris,vel furto, aut simonia,& de male acquisitis huiusmodi, tu obligaris eatenus restituere,quatenus communicasti, vt in c.sicut dignum. §. ille de vsuris. Quartus casus, quando tu obuias ne proximus habeat,quod suum est,sicut tenendo instrumenta,libros mercaturarum, & alia iura, propter quod proximus ex defectu iurium suorum non potest probare,nec consequi debitum suum,tu teneris ad damna, quæ patitur propter hoc. Secundus casus, quando euenirет damnum proximo propter tuam confessionem: verbi gratia testator instituit aliquem suum hæredem, & reliquit centum ducatos pro anima sua, pro maritando quatuor domicellas: hæres venit ad te,qui habes filiam nubilem, & es pauper dicendo: Si tu vis facere mihi vnum instrumentum, quod receperis à me 25. ducatos pro maritando filiam tuam, pro anima talis testatoris, ego dabo tibi quinque. Certe tu confiteris habuisse 25. propter habere illos quinque teneris ad restitutionem, quia fraudas pauperes Christi,& similiter notarius,qui scienter, & testes qui scienter interfuerunt,tenentur ad restitutionem, & hæres etiam remanet doloratus. Et si ipse hæres principalis non soluit,suprascripti tenentur, quia participant in illa fraude consentiendo, &c. Similiter quando imponuntur grauamina ciuibus, si superstites propter odium grauant aliquem vltra modum suarum facultatum, & minus grauant alium propter amicitiam quàm debeant secundum eius facultates, & sic ponunt grauamina inæqualia,isti tales tenentur ad restitutionem tam proximo de damno dato sibi, quam reipublicæ de honore imponendo omisso: & sic habes secundam regulam de damno dante proximo.

Quatuor alij casus.

TERTIA

Digitized by Google

TERTIA PARS PRINCIPALIS.

Quomodo fauens vſurario teneatur reſtituere.

TOlle tertiam regulam, quæ eſt tertia pars principalis, quod omnis dans fauorem vſurario, vt per vſurariam prauitatem acquirat vſuras & fœneretur, vel obuiat vſurario, ne reſtituat vſuras, talis qui eſt cauſa prædictorum, tenetur: ad cuius regulæ declarationem facio tria notabilia. Primum notabile comprehendit notarios, teſtes, inſtitores, & familiares attendentes ſtationibus dominorum, & banchis fœneratorum. Et cape pro veritate, quod quotieſcunque tabellio credit veriſimiliter, quod contractus, quem celebrat, ſit vſurarius, primo peccat mortaliter, & eſt infamis, quia eſt periurus, quia iurauit quando fuit creatus notarius facere recte officium ſuum: & tenetur ad reſtitutionem totius damni, quod inde ſequitur proximo, quia facit inſtrumenta dupli in fauorem vſurarum, & eſt cauſa vt vſuræ accipiantur per illum modum. Similiter teſtis tenetur, qui interfuit illi inſtrumento vſurario, ſciens illud ſimiliter proxeneta, tenetur ad damnum emendandum: ideo oportet quod omnes vos notarij, teſtes & proxenetæ qui interfuiſtis huiuſmodi contractibus, horremini iſtos vſurarios, vt reſtituant vſuras, alias vos eſtis obligati, & facio hic duo dubia. Primum ſi inducis vnum ciuem ad fœnerandum hortando eum vt fœneretur, quod non erat ſolitus fœnerari, an tenearis ad reſtitutionē vſurarum? Alexander dicit quod non teneris reſtituere, ſed peccas mortaliter: ſecus in inducendo aliquem ad furtum faciendum, & reddit rationem diuerſitatis, quia quando datur cauſa furti, facis duo mala. Vnum quia es cauſa furti: aliud rerum ablatarum, ſed in vſura ſolum eſt cauſa culpæ. Secundum dubium eſt, interceſſor, quia eſt mediator ad faciendum præſtari ad vſuram, an tenetur, vel non? & diſtingue, quia aut qui accipit ad vſuram, habet neceſſitatem accipiendi, vel non. Verte manum, aut præſtans voluntariè præſtat, vel eſt inductus præſtare. Cape primum caſum: vnus eget emere ad vſuram, interceſſor vadit ad publicum vſurarium & ne interponit, vt mutuet: certè nec ipſe, nec accipiens ex neceſſitate peccat, ſed mutuans ſolus peccat: & probatur per vnum dictum Auguſtini dicentis, quod aliud eſt malo vti in malo, ſicut vſurarius: Aliud eſt vti malo in bono, ſicut eſt in egente, qui accipit ad vſuram. Pone quod interceſſor non mouetur ex charitate, vt fœneretur egenti, ſed propter proprium lucrum, tunc interceſſor peccat mortaliter, & tenetur reſtituere illud damnum, ſed vſurarius non reſtituit illud. Sed quidam mercator accipit dotem mulieris in rationem decem pro centenario, non quia egeat, ſed propter mercari & ſuperlucrari xx pro centenario, peccat mortaliter. Similiter proxeneta peccat mortaliter: Similiter ſtipendiarij pignorantes arma, vt ludant ad taxillos, peccant mortaliter, quia vtuntur malo in malum. Similiter interceſſor ſi mouetur pro parte accipientis, non tenetur: ſed ſi mouetur pro parte vſurarij præſtantis, tenetur reſtituere. Sed quid de inſtitoribus, vel ſociis & familiaribus ſuperſtitibus, & attendentibus ſtationibus vſurariorum, & ſimilibus. Doct. diſtinguunt, quia aut ſtant pro famulis, & nil habent niſi ſuum certum ſalarium, & iſti non tenentur ad vſuras: ſed quia ſalarium, quod percipiunt, eſt turpe lucrum, ideo non poſſunt retinere illud tale ſalarium: ſed habens partem & tenens vices principalis, ipſe tenetur reſtituere totum, ſi principalis non reſtituit. Secundum notabile eſt de vxoribus, filiis, repetitoribus & familiaribus vſuriariorum: dicit Doctor meus, quod quando vxor vſurarij non habentis aliquid de proprio patrimonio quod non ſit obligatus pro vſuris reſtituendis, & quod omnia ſunt de male acquiſitis: ſi ipſa domina poſuit dotem in domo, ita quod ante male acquiſita illa ſunt ſibi pro dote obligata: & tunc poteſt viuere ſuper bonis non obligatis pro vſuris: aut poſuit dotem poſtquam omnia ſunt pro vſuris obligata, tunc viuat ſuper dote, donec durat, & finita dote viuat de ſuo labore, quia eſt capitata in manu diaboli. Similiter filius vſurarij, qui nil habet niſi de vſuris, non poteſt viuere de illis bonis, quia ſunt aliis obligata ad reſtitutionem. Sed pone, vſurarius moritur relicto filio, & reliquit quod reſtituantur quinque millia, tamen fuerit lucratus de vſuris decem, & expendit in filio pro ſtudio mille ducatos aliis obligatos pro vſuris: quæritur, vtrum filius teneatur reſtituere illos mille ducatos: dico, quod vltra illa quinque millia, quæ reperiuntur in bonis vſurarij filius tenetur etiam reſtituere quicquid pater expendit pro eo in ſtudio, quia illa bona ſubiacebant reſtitutioni & erant aliis obligata. Idem in famulo, quod in vxore, quantum ad expenſas, quia non poteſt comedere de bonis vſurarum, ſi omnia habet de vſuris, imo tenetur reſtituere & expenſas & ſalarium: ſimiliter medicus, aduocatus, procurator, barbitonſor & operarij tenentur reſtituere quicquid percipiunt ab vſurario, nil habente de bono patrimoniali, Iudæus tamen bene poteſt capere medicinas à medico Chriſtiano, & Chriſtianus poteſt mederi ſibi, ſed ſalarium ſibi datum debet reſtituere illis, qui habuerunt damnum de illa vſura. Et nota quod nullus poteſt recipere præmium ab vſurario ex ſuis operibus, niſi in faciendo operas, per quas ſaluetur fundus & vinea, niſi gratis fieret. In aliis verò artibus non eſt ita, quia artifex puta draperius, ſi dantur ei denarii pro panno à Iudæo, vel vſurario, tantum dat, quantum recipit, & ſic non videtur damnificatum in aliquo patrimonio vſurarij & ideo non tenentur tales artifices ad reſtitutionem precij. Idem in repetitoribus ſtantibus ſecum, quod ſupradictum eſt in familiaribus Tertium notabile in maritis filiarum vſuriariorum, qui ſciunt ſocerum non habere aliunde, quod de vſuris recipientibus dotes, quia tunc ad conſcientiam non poſſunt illas dotes tenere, & tenentur reſtituere, quia ſunt aliis obligatæ, & pater vſurarius vxoris illius non potuit plus iuris in illum transferre in illa dote alias obligata, quam ipſe habebat. Veruntamen, ſi aliquid ſupereſſet ex bonis incertis iſtius vſurarij, cum auctoritate epiſcopi poteſt dos conſtitui. Vnde iam fœtet, quatriduanus eſt: vult dicere quod propter quatuor cauſas iſti tales retentores bonorum alienorum efficiuntur putridi & fœtentes. Et prima cauſa eſt peccatum in talia retinendo. Secunda cauſa eſt facere operationem talis peccati, ſcilicet extorquere, fœnerari & furari. Tertia eſt dura reſtitutio bonorum alienorum raptorum. Quarta & vltima eſt putrida & fœtens damnatio, quæ inde ſequitur, à qua nos Deus liberet & me vobiſcum qui eſt benedictus & laudabilis in ſæcula ſæculorum, Amen.

Tria notabilia circa huius tertia regula declarationem.

Duo dubia hic proponũntur & ſoluuntur.

SABBATHO POST IV. Dominicam Quadrageſimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de amore euiſcerato, tres partes principales continet.

Prima pars principalis.

De præcedentibus reſurrectionem Lazari.

Secunda pars principalis.

De ipſius Lazari reſurrectione.

Tertia pars principalis.

De ſubſequentibus Lazari reſurrectionem.

Digitized by Google

De amore euiſcerato.

Sermo XXXII.

Ioan.11. Septima flãma amoris.

Maria ſumitur pro intellectu illuminato. Martha pro memoria.

Diligebat Ieſus Martham & Mariam ſororem eius & Lazarum. Hoc ſcribitur in Euangelio præcedentis diei. Chariſſimi, ſicut ſcitis, habemus hodie loqui de ſeptima flamma noſtri amoris, qui dicitur amor euiſceratus, & faciemus talem intellectum in hoc euangelio, quod per Mariam intelligimus intellectum illuminatum: nam Maria, illuminata interpretatur: Martha verò poteſt ſignificare virtutem operatiuam ſcilicet memoriam. Nam Doctor meus dicit. quòd ſignificat partem inferiorem: Lazarus autem ſignificat adiuuatum, ſcilicet noſtrum velle, quod ſemper adiuuatur à Deo, quia ego ſto ad oſtium & pulſo. Ita quod in iſtis ſignificationibus tu habes omnes tres potentias animæ, ſcilicet intellectum, voluntatem, & memoriam. Vnde accidit quod peccatori putrido in peccatis remanet aliquis intellectus. Ecce Lazarus putridus ſcilicet peccator quatriduanus fœtet, marcidus in peccatis: & licet voluntas conſentiat & operetur in peccatis, & perſeueret & induretur cor peccatoris, dummodo remaneat ſibi aliquid memoriæ, & poteſt intellectus adhuc reſuſcitare. Vnde per Lazarum intelligimus peccatorem, & ſic habes primum diem: Per Martham ſignificamus memoriam, & ſic habes ſecundum diem. Per Mariam ſignificamus intellectum illuminatum, & ſic habemus tertium diem. Per Chriſtum ſignificamus adiutorium. Ecce quartus dies: & ſic bene quatriduanus eſt. Et in iſto noſtro euangelio nos faciemus tres partes.

In prima parte tractabimus præcedentia reſurrectionem Lazari. In ſecunda de reſurrectione. In tertia tractabimus ſequentia.

Prima Pars Principalis.

De ſubſequentibus Lazari reſurrectionem.

Septem amores.

CApiamus primam partem de præcedentibus reſurrectionem. In qua nota ſeptem amores in ipſa, qui non deſerunt animam vſque ad mortem, qui ſequuntur.

Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Septimus. Amor annũcians.

Primus amor eſt annuncians, qui annunciauit infirmitatem Lazari Chriſto. Secundus amor retardans. Terrius amor ſequens. Quartus amor ſupplicans. Quintus amor compatiens. Sextus admirans. Septimus amor approximans. Cape primum amorem, qui eſt annuncians. Textus euangelij dicit, *Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania in caſtello Mariæ & Marthæ ſororis eius*, & ſecundum Nico. de Lira, Languor eſt infirmitas incurabilis. *Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis.* Cuius frater Lazarus infirmabatur: de quo habes Luc. 7. cap. & Ioan. 22. cap. Et ſubiungit textus, *Miſerunt ergo ſorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur.* Et videtis quod non mittunt vt veniat vel mittat: neque petiuit aliquam gratiam ſanitatis Lazari, ad denotandum magnam fiduciam amoris & charitatis, quam ſciebant Chriſtum habere Lazaro, quod abſque eo bene prouideret opportune. Nam vero amico ſufficit dicere neceſſitatem ſuam, quia non expectabat ad prouidendum: quod ſignificat ſingularem affectum, ita quod vtrique erat verus amor. Sed quis eſt iſte Lazarus infirmus? certè eſt peccator, qui conſentiendo tantum voluntate peccatis cadit in languorem incurabilem, & eſt impoſſibile quod poſſit liberari ſine gratia Dei, iuxta illud, noſter *ſpiritus eſt vadens & non rediens* de per ſe, ſine gratia Dei, à peccato non poterit liberari. Sed ſorores iſtius voluntatis conſentientis peccato, videlicet intellectus & memoria, annunciant Deo dicentes, *Domine, ecce quem amas, infirmatur*: quando intellectus eleuatur conſiderans & intelligens peccatum animæ, cui per voluntatem conſenſit, & memoria recordatur de morte & iudicio Dei, penſando peccatum & pœnas inferni, & tunc mittunt nuncium iſtius cogitationis & cognitionis ad Deum, iuxta illud Dauidicum, *Prouidebam in mente mea Deum meum* ſemper, mittendo ad eum cum ſuſpiriis, & dolore & lachrymis ſtratum meum rigando, quia frater meus eſt languidus, & quo languore, ſcilicet febri peccati incurabilis, cognoſcendo pultium ſuum variatum, guſtum deprauatum & ſtomachum multum faſtiditum & totum corpus aggrauatum. Ita facit anima, quando in ſe retenta conſiderans peccata ſua & ſe eſſe ita infirmam, quod videt ſe in manibus diaboli, & in ſtatu damnationis, ſtringit ſibi pulſum, & conuertitur ad pœnitentiam, ſed ſi ſentit ſibi magnum pulſum, dicet: ô magna eſt miſericordia Dei, & pulſus tunc aſcendit & poſtea deſcendit, quando peccator dicit in fine mortis, dicam meam culpam, & multoties non poteſt dicere ſuam culpam, & deſcendit vſque in abyſſum per deſperationem, iuxta illud. *Aſcendunt vſque ad cœlum, & deſcendunt vſque ad abyſſos, anima vero eorum in malis tabeſcebat*, & in Prouerbiis. *Cor ſtulti diſſimile eſt*, quia vellet gaudere ad expenſas aliorum, & habere paradiſum, & non reſtituere ablata, quia bene viuere & male viuere, gratia & culpa non bene conueniunt, & velle gaudere in iſto mũdo, & alio, non reperitur in hoc aliqua conformitas, & iſte eſt pulſus variabilis. Vnde ô vos, qui habetis filias nubiles, notate quod quando accidit, quod aliqua iuuenis erit philtrocapta, & ſtabit attonita, & in lecto ita vt videatur à medicis derelicta, & non cognoſcitur eius infirmitas, nec per pulſum dignoſcitur: tu cognoſces iſto modo, ſi dubitas quod ſit amore languida, capias brachium & tange pulſum, conſiderando in quibus poteſt eſſe philtrocapta, tene modum proferendo aliqua verba in quibus nomines aliquos iuuenes, & nomina plures antequam nomines illum, de quo potes dubitare, quod ſit philtrocapta, & continuè reſpice ipſam in oculis, & videbis quod ſicut nominabis ſuum amatorem, qui eſt valens, bonus & pulcher iuuenis, & huiuſmodi, ſubito mutabitur in oculis ſuis, & ſubito ſenties eleuari pulſum. Vnde quando peccator cecidit ad propoſitum reuertendo, quando tangit pulſum ſuorum peccatorum, quæ habet ſi eſt vſurarius, non amplius fœneratur: & ſi inſpiratio aliqua fœnerandi amplius ſibi occurrit, facit ad inſtar equi marcidi ſuper dorſo, quia cum tangitur calcitrat. Similiter poteſt cognoſci infirmitas in variatione guſtus, quia ſi dabis infirmo ſaccharum, videbitur ſibi amarum, ſimiliter animæ putreſcenti in peccatis, ſi dicis ſibi de dulcedine Dei, ſibi fœtent verba Dei: ſi tangis de denariis, luxuria, & huiuſmodi, ſubito lætatur, iuxta illud Iſaiæ. 5. cap. *væ vobis, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes dulcia amara, & amara dulcia*: & quibus videtur lux tenebræ, & tenebræ lux: quia iſta faciunt variare eorum guſtum: ſimiliter facit corpus languidum, ad dandum intelligere, quod quando homo eſt valde ſæculo deditus & attractus ab amore mundi, eſt valde grauis, quia peccatũ eſt grauior res mũdi, quia peccatũ ſuperbiæ fuit ita graue, quod deiecit Luciferũ de paradiſo vſque in profudũ inferni, iuxta illud, *fiant graues & immobiles, ſicut lapis*, ſcilicet peccatores. Veniamus ad ſecundum arcum amoris, qui dicitur retardans. Vnde, Ieſus autem audiens dixit eis, *Infirmitas hæc non eſt ad mortem*, ſcilicet, ad finem mortis, *ſed pro gloria Dei*, ſcilicet vt glorificetur filius Dei: & ſubiungit amorem Chriſti dicens, *diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam & Lazarum*, & dat duas cauſas, quare non iuit incontinenti. Prima, quia volebat ipſum mori propter ſuam gloriam demonſtrare, vt glorificaretur filius

Ioan.22.

Pſal.106.

Amor retardans.

Dei

Digitized by Google

Dei per eum. Secunda, quia volebat, vt per resurrectionem eius viderent dilectionem, quam sibi habebat: & ideo subiungit, Diligebat autem Iesus, &c. quod moraliter intelligendo significat, quod quando anima cadit in peccata, licet veniat sibi quandoque aliqua bona voluntas, non videtur quod Deus ita cito intelligat attendendo sibi, sed dimittit ipsam languidam, & insipidam sui amoris, vt peccator rediens magis sit in gratia, quia est maior gloria Deo de vno peccatore magno & pessimo conuerso, quam de vno non ita magno peccatore; quia quanto quis est maior peccator, & scit plura mala facere: tanto perfectior efficitur si conuertitur, & efficitur feruentior in amore Dei, & Deus facit eum longanimem, iuxta illud, *Deus nunquid irascetur nobis per singulos dies*, sed ô peccator, non confidas perseuerando in peccatis, quia forte non eris de iis, & poterit esse quod quando voles conuerti ad Deum, non poteris, quia noles efficaciter, & quia ignoras si tu habebis tempus, iuxta illud, Volenti dabitur, nolenti quod sibi videtur habere auferetur ab eo. Et subiungit euangelium: *Vt ergo audiuit, quia infirmabatur: tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus* volens quod moreretur & putresceret. Tertius est amor vocatus sequens, quia deinde post hæc dicit Iesus discipulis suis, *Eamus in Iudæam terram & non in Bethaniam*; quoniam iubebat: & dicunt ei discipuli, nunc Rabbi quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc, scilicet vt per hunc modum facilius te morti tradant, & excitemus eos qui non cogitant tibi insidias præparare, qui nondum erant bene vigiles. Respondit Iesus, *nonne duodecim horæ sunt diei?* quasi dicat, nonne potuerunt mutari de opinione ab illa hora citra? vel sic, *ego sum lux mundi*, & vos estis duodecim horæ diei: quia licet transiuerit pars istius diei non dubitetis, quia ego non moriar priusquam velim; *nondum venit hora mea*. Et melius subiungit dicens: *Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi vidit, Si autem ambulauerit in nocte offendet, quia lux in eo non est*, quasi dicat, qui vadit cum intellectu rationis, non potest cadere, & qui vadit cum lumine fidei Christi, vadit in die scilicet cum Christo, qui est lux mundi illuminans omnem hominem, quia omnis Christi actio, est nostra instructio, & qui eum sequitur, non offendit, nec vt desperatus morietur, sed mecũ veniet, dicit Dominus, & morietur in gratia, *sed qui sequitur tenebras*, id est infidelitatem sine lumine fidei *nescit quò vadat*, quia est excæcatus, offendit, & vadit ad infernum & in profundum abyssi: quia si cæcus, id est anima cæca, cæcum scilicet corpus ducit: ambo in foueam cadunt: & subiungit, *Ecce Lazarus amicus noster dormit*; Ecce significat amorem, quem sibi gerebat dicens, *sed vado vt à somno excitem eum*. Sed discipuli non intelligentes, nec habentes caput ad intellectum Christi, intelligebant de dormitione naturali, quia non habebant mentem ad ea, de quibus intelligebat Christus, & quia non habebant voluntatem eundi illuc propter metum Iudæorum. Ideo dixerunt discipuli, si dormit, saluus erit, & subiungit Euangelista, quod Christus palam dixit de morte eius, & illi putabant, quod de dormitione somni diceret: ideo manifestè dixit: *Lazarus mortuus, & dixit, gaudeo propter vos, vt credatis, quia non eram ibi*, quia tenuissem eum viuum, & videtur non facere ad propositum, sed dicit, quod resurgendo habebitis maiorem fidem videndo eum quatriduanum & marcidum, & putridum resurgere, & ita efficiemini creduli magis: vbi non videndo tantum miraculum non efficiemini ita creduli, sed *eamus ad eum*, Dixit ergo *Thomas, qui dicitur Dydimus, ad condiscipulos, eamus & nos & moriamur cum illo*, & ista verba possunt referri ad duplicem intellectum. Primo de Lazaro. Secundo de Christo, secundum quod sunt hic duo nomina scilicet. Thomas & Dydimus. Nam Thomas interpretatur amor, & Didimus interpretatur dubius: vnde Thomas significat amorem & abyssum charitatis, non secundum intellectum istum dixit eamus & nos, & moriamur cum illo, propter charitatem, & amorem quem sibi gerimus. Et quia Didimus significat dubium, secundo modo potest intelligi, quod dubitando de morte propter metum Iudæorum tanquam homo desperatus dixit, ex quo vult ipse ire vt ipsi non solum eum occidant, sed & nos, *ecce eamus & nos & moriamur cum illo*, sed moraliter, & debito modo intelligendo, potest intelligi, eamus & nos & moriamur cum illo, cum carne, sed anima cum consensu repleto charitatis diuinæ non deserat D. & magistrum nostrum, *venit itaque Iesus & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem*: vnde prima die facta fuit denunciatio mortis, & duobus diebus tardauit post ire: quarta autem die resuscitauit eum. Et ad literam voluit hoc ponere Christus, vt maius & magis appareret illud magnum miraculum. Et subiungit Euangelista, quod Bethania parum distabat à Hierusalem. *Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam, quasi stadiis quindecim.* Nam omne stadium est octaua pars vnius miliarij: vnde distabat Bethania à Hierusalem duobus miliariis minus vno quarto, & propter paruam distantiam multi ex Iudæis venerunt ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas, &c. Sed nota hic vnum dubium, considerato quod Martha & Maria erant ita amicæ Christi & coniunctæ cum Christo, & iam Iudæi & Pharisæi inierant consilium contra Christum & erat factum vnum præceptum quòd Christus non reciperetur ab aliquo; & quod communicantes cum eo, essent excommunicati & reputarentur transgressores legis: quare ergo tales personæ ibant ad consolandum Martham & Mariam iam discipulas Christi & communicabant cum Christo: Respondeo quod erant tales personæ earum propinquæ, & quæ amabant eas, & erat maior affectio amoris, quem sibi portabant, quam odium, quod tales personæ gerebant Christo. Tolle tertium amorem, qui est sequens, & dicit, quatriduanus est, in sepultura Lazarus id est peccator est fœtens postquam mortuus est in peccatis, significat quod Deus permittit quandoque quod peccator moritur in consentiendo peccato in operatione & in perseueratione & induratione, & tunc sepelitur & lapis ponitur super eius corpore, qui significat duritiem cordis, & fœtet propter infamiam quæ sequitur: quia efficitur infamis & fœtidus: sed cut visitatur ab amicis suis. Martha & Maria, scilicet intellectus & memoria. Amici sui sunt bonæ inspirationes pulsantes intelligentiam & memoriam peccatoris, quia in se receptus peccator dicet, me miserum, quid feci in hoc seculo, ego sum putridus in peccatis, nonne moriar, & veniunt de Hierusalem, quæ significat terram pacis, in Bethania, quæ significat domum panis, & angelus infundit tales inspirationes, & venit in Bethania, interpretata domus panis, vt dixi. Quartus amor est supplicans, & subducitur. *Martha autem vt audiuit, quia Iesus venit, occurrit illi*, quæ significat rationem inferiorem: & Maria significat rationem superiorem, quæ domi sedebat, id est in mente altiori, quia omnis peccator habet lumen superius, quia cognoscit peccatum suum per cognitionem intellectus, & luminis superioris, per quod illustratur, & demonstratur suum peccatum, si quicunque peccator velit. Martha, vt dixi, significat rationem inferiorem, quia peccator in se reuersus cogitat de sua morte, & tunc genuflectit se coram Christo, & dicit, *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus*: quasi dicat, moraliter loquẽdo, quod quando intellectus stat domi, & per cognitionem veri luminis pensat de morte crimina abhorrendo & mens consentit nunquam peccaret, iuxta illud, *Recordare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Et subiungit, dicens, *Sed scio quod quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.* Ecce magna fides Marthæ. Quasi dicat, si tu das mihi vnam veram cognitionem de

Moralitas.

Tertius amor sequens.

dimus dubius.

Consentiendo in operatione, perseuerantione, induratione.

Quartus. Amor supplicans. Maria ratio superior.

Martha ratio inferior.

Verba Thomæ duplicem intellectum habent.

Thomas id est amor Di-

Digitized by Google

de te, inſpirando animam meam à Deo, habebis illud quod voles & poſtulabis, quia ſaluabor: & reſpondet dicens Ieſus, *reſurget frater tuus.* Vult dicere, quando te ſentis in peccato, dices inſpiratus in anima tua, Deus faciet mihi gratiam, & alia cogitatio dicet contrarium, & iſto modo exercitatur ſpes & iuſtitia: dicit ei Martha: *ſcio, quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die:* & Chriſtus magis confortat eam dicens, *ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet; & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum*: quod ſignificat duas reſurrectiones, ſcilicet, reſurrectionem futuram, de qua loquitur Martha, quia in nouiſſimo die omnes reſurgemus: & reſurrectionem peccatoris mortui in peccatis, qui per pœnitentiam & contritionem cum propoſito amplius non peccandi reſurgit, quia viuens cum Deo in iſto mundo nunquam moritur, ſed præſens vita continuatur cum alia vita æterna: vnde Chriſtus dicit, *credis hoc? at illi ipſa*, ſcilicet reſpondit, *vtique Domine, ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei, qui in hunc mundum veniſti*, & confitetur tria in Chriſto Ieſu. Primo confitetur Chriſtum eſſe filium Dei, & Deum & hominem, & eſt conformis cum Ioanne dicente, *Verbum caro factum eſt*: ad dandum intelligere, quod anima quæ vult ſaluari oportet credere iſta tria, alias non poteſt ſaluari. Quintus eſt amor compatiens. Et cum hæc dixiſſet, *Martha abiit ab eo & vocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio dicens, magiſter adeſt & vocat te*, & tacite infert Euangeliſta, quod Chriſtus dixerit, vade, & voca Mariam, licet euangelium non dicat: vel etiam poteſt intelligi quod propter intellectum proprium iuerit proprio motu ad vocandum eam, vt veniret, & ſecreto vocauit eam, quia ex conſuetudine ſolebat loqui ſecreto, vel moraliter intelligendo, quod Martha ſcilicet vita actiua annunciat Mariæ ſcilicet contemplatiuæ, quia multoties vnus magnus peccator propter aliquod bonum opus, quod facit, & conſequetur gratiam Dei, quod eius intellectus illuminabitur taliter, quod remouebitur ab alio peccato, & tunc vocat Mariam ſcilicet vitam contemplatiuam. *Illa vt audiuit, ſurrexit cito & venit ad eum.* Et ſubiungit *quod nondum venerat Chriſtus in caſtellum, ſed erat in illo loco vbi occurrerat ei Martha*, ad monſtrandum eius humilitatem, ad docendum nos quod in magnis operibus nõ debemus nos ponere ante alios, ſed oſtendere humilitatem & facere nos precari, quia quando Chriſtus faciebat aliqua miracula, illa faciebat vel precibus motus aliorum, vel cum actu humilitatis, & differt à facientibus miracula dæmonum, qui illa faciunt cum iactantia & apparentia dicentes, dimittatis me facere, &c. *Iudæi ergo qui erant cum ea in domo & conſolabantur eam, cum vidiſſent Mariam, quia cito ſurrexit & exiit, ſecuti ſunt eam dicentes, quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo cum veniſſet, ibi erat Ieſus videns eum, cecidit ad pedes eius & dixit ei, Domine ſi fuiſſet hîc, frater meus non eſſet mortuus*: & non dixit tantum, quantum Martha. Primo propter abundantes lachrymas erat valde inducta & afflicta: ſecundo, quia erat ita fidelis & habebat tantam intelligentiam & fidem, quod credebat quod Chriſtus faceret, quod ipſa deſiderabat: vel moraliter intelligendo vult dicere quod mens noſtra, quando venit ad lumen intellectus veritatis, quod Deus nobis infundit per ſuam gratiam dicit, Domine ſi te cognouiſſem, nunquam feciſſem tot peccata. Et nota quod ſemper Maria cadebat ad pedes Chriſti, quare ergo ſemper cadis ad pedes Ieſu, ô Maria, quia ibi remittuntur peccata mea, Luc. 7. & 10 cap. quia ibi eſt locus meæ conſolationis, cum ſto ad pedes mei magiſtri audiendo verba oris eius, & quia ibi reperio meam tuitionem cum dixit, ſinite eam cum infudit vnguentum. Luc. 12. c. Et quia ibi reperio meam defenſionem, cum dixit *cur moleſti eſtis huic mulieri.* & etiam meam exhortationem: nunc vero credo etiam ibi ad pedes eius reperire reſurrectionem Lazari fratris mei. *Ieſus autem videns eam plorantem*, tunc venit quintum verbum amoris, quia Chriſtus teneritate cordis *infremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum* & conſenſit quod ſua mens turbaretur: non paſſiuè, ſed permiſſiue dicens, *vbi poſuiſtis eum?* quod ſignificat fremere Chriſti paſſionem quantam habet pro anima inuoluta in peccatis, in quibus eſt poſita, & in quibus eſt mortua, iuxta illud, *denigrata eſt ſuper carbones facies earum* & eſt priuata gratia Dei & poſita in maledictione Dei, & ideo petit *vbi poſuiſtis eum*; conſiderando ſeruitutem peccati, *ſeruus eſt peccati*, & facit priuare animam de ciuitate Dei, & promerere pœnas inferni: tunc dicunt ei, *Domine veni & vide*, hoc eſt facito me videre quantum ſit eſſe tanta gratia priuata, & illud quod eſt infernus in quo ſum damnata, vt poſſim pœnitere & viuere, *veni & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus*, hoc eſt dicere quod quando anima penſat de ſuo peccato ſi non plangit cum oculis corporeis, plangit ſaltem in anima quod amiſerit vitam æternam. Sextus amor eſt admirans, quia tunc dixerunt Iudæi admirantes: *Ecce quantum amabat eum*, quæ eſt iſta turba Iudæorum? certe ſunt animæ peccatrices, quæ vidẽtes quòd Deus dat gratiam alicui peccatori quod conuertetur & illuminabitur, tales admirabuntur quod Deus illuminauerit illum: & dicunt, ecce quando amabat eum, & ſubiungit Euangeliſta: *quidam autem dixerunt ex ipſis, non poterat hic, qui aperuerat oculos cæci facere, vt & hic non moreretur?* quaſi dicat ſi hic illuminauit cæcum, quomodo non tenuit viuum Lazarum, qui erat ita ſuus amicus? & ſic aliqui dicebãt propter murmurare. Aliqui non dicebant hoc propter infidelitatem: quaſi dicat, certè miraculum cæci non fuit verum, quia ſi fuiſſet verum, pari ratione potuiſſet tenere iſtum viuum, & aliqui illud dicebant pure ſine malitia, ſed procedebat ab ignorantia, ſecundum Bedam. Et ſubiungit ſeptimum amorem, qui eſt approximans. *Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo venit ad monumentum: erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. At Ieſus dixit: Tollite lapidem:* & Martha non habens integram fidelitatem dixit, *Domine iam fœtet, quatriduanus eſt*, quia pars procedebat, quia nondum erat bene perfecta in fide, & pars procedebat ex charitate ne fœteret Chriſto, pars ex confidentia quam habebat Chriſto, & pars etiam ex ignorantia ſua, quia nondum erat bene illuminata. Vnde dicit ei Ieſus, *nonne dixi tibi, quia ſi credideris, videbis gloriam Dei:* nos poſſumus hic præſupponere, quod Chriſtus dixerat ei alia verba præcedentia, ex quibus ſequebantur iſta verba: vel quòd alias ſibi dixerat ſimilia verba: quaſi dicat, quod Deus præcipit animæ, quod ſurgat à propoſito male viuendi & pœniteat de malis præteritis cum propoſito de cætero bene viuendi: & ipſe dabit ſibi ſuam gloriam amouendo lapidem duritiæ, & tenebrarum, & ſuperueniente luce intellectus, & bene viuendi.

Resurrectio generalis. Pœnitentia resurrectio à peccatis.

Martha tria confitetur de Chriſto.

Ioan. 1.

Quintus amor compatiens.

Martha vita actiua Maria vita contemplatiua.

Maria quare ſtupet ad pedes Chriſti.

Mens Chriſti permiſſiuè nõ paſſiue turbata.

Sextus amor admirans.

Septimus. Amor approximans.

Secvnda Pars Principalis

De ipſius Lazari reſurrectione.

Secunda pars habet tres conſiderationes. Prima orationis.

SEquitur modo ſecunda pars principalis, ſcilicet de reſurrectione, in qua faciemus tres conſiderationes. Prima eſt orationis Chriſti, ſecunda eſt exclamationis. Tertia eſt reſurrectionis. Prima eſt orationis, vnde dicit Euangeliſta, quod cum hoc dixiſſet, & tuliſſent lapidem, *Ieſus eleuatis ſurſum oculis dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam ſemper audiſti me. Ego ſciebã, quia ſemper me audis: ſed propter populum qui circumſtat, dixi vt credant, quia me miſiſti.* In iſto actu Chriſtus magiſter noſter docet nos qualiter debeamus orare faciendo actus, per quos mens moueatur & eleuetur in eleuando ſurſum oculos & manus iunctas eleuãdo & genuflectendo per actus exteriores, nõ quod iſta ſigna exteriora conferant orationi propter Deum, quia Deus eſt ſcrutator cordium & non mouetur propter ſigna exteriora,

Digitized by Google

exteriora, sed hæc fiunt seu fieri debent, vt scis, iunctis orationi corpore & anima, quia faciendo signa cum corpore efficitur conforme animæ: & quia tu debes te adiuuare ex tua parte quantum scis & pores, & te Deus etiam adiuuabit, quia Deus inspirat te, & tu debes illas inspirationes cognoscere,& te iuuare imitando illas,& non solum debes orare pro te, sed etiam pro aliis. Secundus actus fuit, quia hæc cum dixisset *voce magna exclamauit*, Ista sunt tria verba.Primum est *voce*, quod significat diuinam sapientiam. Secundum est *magna*, quod significat diuinam potentiam. Tertium *exclamauit*, quod significat diuinam clemẽtiam, iuxta illud Ioſue. 11.cap. *Ducam eum in solitudinem & loquar ad cor eius*,scilicet in intellectu, *& lactabo eum*, &c.Nam clementia & charitas Dei est magna,quando descendit vt trahat ad se peccatorem,& magna est misericordia eius facere vt peccator detestetur peccata sua & etiam,quia est maius factum releuare vnam animam à peccato mortali, quam facere & creare mundũ vniuersum omnésque creaturas. Vnde oportet ista tria interuenire scilicet sapientiã,clementiã, & potentiã ad salutem animæ. Iũge modo alia tria verba,& sic erunt sex scilicet. Lazare exi foras, quæ tria verba significant velle, scire & posse. Nam Lazarus significat voluntatem,quia Lazarus consentiendo peccatis cum voluntate mortuus est. Et Lazarus interpretatur adiutus,quia cum vocatur vt resuscitetur, per bonas inspirationes adiuuatur, quia illuminatur vt cognoscat Deum,quo cognito tunc videt peccatum suum. Vnde oportet, quod cum vocatur intellectus & voluntas cum affectu, consentiat, & fiant conformes voluntati diuinæ,& tunc volendo,possendo,& faciendo suscitatur,quia non sufficit quod illumineris lumine diuino, nisi te iuues, iuxta illud,quis ambulabit in terris, & non venit ei lumen,quia non sufficit lumen Dei, nisi te iuues sicut si claudis oculos non videbis solem, sed aperiendo oculos videbis radios solis, & alia quæcunque mediantibus radiis solis: vnde oportet quod velis suscitari, & volendo consentias:quia licet voceris, si non consentis,non iuuaberis: vnde *nullus venit ad me, nisi pater meus eum traxerit*:& alibi,*non vos elegistis me, sed ego vos*: quasi dicat ô tu te non cognosces, si non misero tibi meas inspirationes, iuxta illud,*veni de libano anima mea, & coronaberis*: vnde oportet, quod anima vocata per gratiam sentiat foris signa affectus, quia sine me nihil potestis facere: nam *sine ipso factum est nihil*,sed solum peccatum est per nos,sed tolli non potest sine Christo. Et subiungit Euangelista, *Et dictis his verbis statim prodijt,qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus*, &c.*& facies illius sudario erat ligata.* Vult inferre quod dato quòd peccatorem pœnituit,& habeat cor bene dispositum,adhuc est ligatus pedes, quia adhuc habet de alieno & non restituit, manus etiam adhuc sunt ligatæ, quia nondum operatur in restituendo,& bona opera faciendo,oculos adhuc habet sudario coopertos & alligatos, quia adhuc eius anima non est bene illuminata lumine veræ intelligentiæ.Et tunc dicit ei Iesus: *Soluite eum,& sinite abire:* quia cum peccator est illuminatus,cognoscendo Deum & pœnitendo de suis peccatis,confitetur peccata sua & eius cor conteritur & resuscitatur & reuiuiscit,& Christus, scilicet confessor repræsentans Christum absoluendo eum dicit, *soluite eum & sinite eum abire*, liberum à vinculo peccatorum, & sumendo corpus Christi pedes & manus à peccatis ligati dissoluitur, & oculi propter cæcitatem velaminis sudarij peccati dissoluti illuminantur lumine veræ fidei & veritatis, quia confessor dat tibi intelligere docendo,tale est magnum peccatum,& tale est maius, & peccatum à non peccato, & sic anima suscitata & liberata à vinculis abijt in gratia Dei tota clara.

Lazarus dicitur adiutus.

Ioan. 1.

TERTIA PARS PRINCIPALIS.

De subsequentibus Lazari resurrectionem.

SEquitur tertia pars principalis, de sequentibus istam resurrectionem,quia *multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam,& viderant quæ fecerat, crediderunt in eum*,quod significat moraliter loquendo, quod Deus nunquam relinquit peccatorem: quantumlibet sit marcidus & putridus in peccatis,si modo velit consentire in eum,consequitur gratiam Dei sui,nec vadat ad pharisæos, scilicet, ad dæmones, qui concilium ineuntes vorant ipsos æternaliter in igne æterno; A quorum manibus nos liberet Deus,qui Lazarum suscitauit,Amen.

DOMINICA QVINTA IN Quadragesima.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore fugiente, tres habet partes principales circa Christi Domini lapidatores.

Prima pars principalis.

Est de lusoribus taxillorum & alterius ludi vetiti.

Secunda pars principalis.

De blasphematoribus.

Tertia pars principalis.

De his,qui festa non obseruant.

In qua Dominica incipit quinta Ala Seraphini, quæ vocatur amor feruens: & habet septem pennas, quæ sunt Amor fugiens, Amor restituens, Amor conterens, Amor honestans, Amor incarnans, Amor conuertens, & amor præparans.

DE AMORE FVGIENTE.

Sermo XXXIII.

Ioan.8.

IEcerunt lapides,vt iacerent in Iesum. Ioan. 8. In quo sacro eloquio, iuuante & comitante gratia diuina, conducti sumus vsque ad mysteria passionis Christi, & ecclesia quasi incipit abscondere velando crucem in altari,ad significandum, quod amor & omnis carnalitas humanæ offensionis debet à nostris mentibus eleuari & abscondi. Et quia hucusque tractauimus de quatuor Alis nostri Seraphini, nunc verò dilectissimi, hodie debemus videre de quinta ala eiusdem, quæ vocatur Amor feruens, & incipit demonstrari tristitia de passione D. N. Iesu Christi. Et istam alam sicut alias diuidemus in septem pennas, seu flammas, quæ prima flamma vocabitur.

Quinta ala amor feruẽs.

Primus amor fugiens,de quo vobis dicam hodie.

Secundus amor restituens,scilicet cui,quo loco, & qualiter debet restitui ablatum & quantum.

Tertius amor conterens,in quo tractabimus de vera contritione,secundum solidum intellectum.

Ala amoris fugientis diuiditur in septem pennas.

Quartus amor honestans,de quo dicemus die Mercurij.

Quintus amor incarnans & humanans, & tractabimus de euangelio Mariæ Magdalenæ

Sextus amor conuertens, vbi tractabimus de bonis dominabus & malis,vt conuertantur.

Septimus amor præparans mentem ad recipiendum nomen Iesu in mente, ita quod nunquam excidat.

Redeamus

Digitized by Google

Redeamus ergo ad primum amorem, qui dicitur fugiens: quia *Iudæi tulerunt lapides, vt iacerent in Iesum.* Iesus autem non secundum humanam naturam, sed secundum diuinam potentiam se abscondit ab his, quos noluit: & dimittendo se apparere his, quibus voluit. In quo quidem amore faciemus vnam vtilissimam considerationem, propter quam multos peccatores pœnitebit propitio Deo peccatorum suorum præteritorum, & in præsenti. Et à futuris præcauebunt, ne peccent, & reducti ad frugem melioris vitæ, vitabunt futura scelera. Et nota, quod sunt tria genera peccatorum, qui possunt vocari lapidatores Christi: & merito, quia omnis culpa blasphemiæ, & omne peccatum mortale est vnus lapis percutiens Christum. Sed principaliores duces lapidatores Christi, sunt lusores taxillorum. Secundi sunt pessimi blasphematores. Tertij sunt illi, qui male custodiunt festa.

Tria genera peccatorum, qui lapidatores Christi dicuntur

Omne mortale peccatū lapis est percutiēs Christum.

Prima Pars Principalis

Est de lusoribus taxillorum & alterius ludi vetiti.

CApio primos lusores ad taxillos, & ad ludos vetitos, de quibus Dauid dicit: *Odiui ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo.* In quo eloquio ista tria genera malignantium designantur. Primi vocari possunt exosi. Secundi maligni. Tertij impij, & crudeles. Dico quod primi sunt odio perfecto odiendi, de quibus faciemus tres lucidas veritates.

Psal. 25.

Lusores taxillorū exosi, blasphemi, maligni.

Prima erit magnitudo peccati eorum.

Secunda erit stultitia ipsorum.

Tertia erit malitia sua.

Dico quod prima veritas est magnitudo peccati, quæ est in ludendo, in qua nota duodecim iniquitates, quæ oriuntur ex maledictione ludi. Prima iniquitas est, quia ludus generat vnam cupiditatem in lusore, quia perdendo accenditur cor suum, vt reludat propter recuperare deperdita: Etsi lucratur, magis accenditur auaritia ad ludum, vt magis lucretur: & hinc est, quod dicitur in Apocalypsi, 13. ca. *Et vidi vnum de capitibus suis, quasi occisum in mortem*, quod est quando multoties accidit, quod lusorem pœnitet de ludo, & plaga mortis eius curata est, quia reuertitur ad ludum, & loquitur ibi de auaritia Sanctus Ioannes, quæ est radix omnium cupiditatum: quia cum perdit homo, deberet cessare amplius ludere, sed auaritia lucrandi trahit eum.

In ludo iniquitates 12. Prima.

Apoc. 13.

Secunda malitia ludi est, quia facit hominem qui sequitur ludos, prædonem & furem & latronem: quia illud quod ego vinco, non est meum, quia lusor placibilius furatur quam grassator, qui vadit ad viam: nam taxilli non possunt mihi dare denarios, & lusores sunt maiores prædones, quam viarum grassatores, quia grassator non audet publicè apparere: sed alearum lusor est domesticus & patens latro. Tertia malitia, quia facit hominem proditorem pessimum, quia associabitur lusor cum vno, & sic bibendo, & comedendo secum, & recumbendo in tabernis furabitur sibi in vna hora omne illud, quod quis lucratus erit in septimana, ex quo debent viuere ipse, vxor & filij sui: & erit causa, quod tota familia peribit fame.

Secunda ludi iniquitas.

Tertia ludi iniquitas.

Quarta malitia est, quia facit hominem vsurarium, quia terribilior vsura quæ sit in mundo, & turpior quæstus, est ludus. Nam ex eo quod vsurarius accipiat centum pro centenario in vno anno, tu facies illud damnum proximo tuo in vna hora: vnde ista quatuor concurrunt insimul. Sed si diceres, Ego ludo de voluntate socij, &c. Respondeo, quod etiam vsurarius fœneratur de voluntate accipientis, & tamen peccat morraliter, & non saluatur, nisi restituat ablatum.

Quarta ludi iniquitas. Ludus facit vsurarium.

Quinta malitia, dico, quod ludus est nutritor mendaciorum, duplicitatum & fraudum & falsorum taxillorum, & teneris ad restitutionem omnium lucrorum: de quo tibi cras dicam.

Quinta ludi iniquitas.

Sexta malitia, quia facit hominem blasphematorem Dei, eiusque Genitricis gloriosæ, & omnium Sanctorum, & omne malum videtur sibi paruum. Septima malitia, quia facit hominem spretorem diuinorū præceptorum, & ecclesiæ, & semper quando ludis ad ludos vetitos per ecclesiam facis peccatum mortale. Octaua malitia est, quia facit scandalizare proximum, quia est causa quod pater-familias propter suum exemplum malum, quod prohibet filiis videntibus patrem ludere efficientur similes, & mali: & quando vos datis denarios filiis vestris, vt ludant, peccatis mortaliter, quia datis ad malum exemplum, & ponitis eos in manibus diaboli. Nona malitia est, quia est causa, qua perditur omne bonum, quod facere potes, & in primo ictu tu perdis animam, quia nullum bonum, quod facis, valet ad vitam æternam, & sic veteraſcendo in ludo vadis recta ad inferni profundum.

Ludus nutritor mendaciorum. Sexta ludi iniquitas. Ludus causa blasphemiarum. Septima ludi iniquitas. Ludus causa contemptus præceptorum Dei & Ecclesiæ. Octaua ludi iniquitas. Ludus causa scandali. Nona ludi iniquitas. Ludus amissio boni.

Decima eius malitia facit generare odia, iram, discordiam, homicidia, percussiones. Vnde semel dū prædicarem de ista materia, quidam lusor irrisus est; nā post concionem meam quam primum iuit ad aulam luforiā gladio percussus fuit. Vndecima malitia est, quia inducunt homines ad soluendum præceptum Dei, & festa solēnissima, quia in diebus Natiuitatis Domini solemnissimis, & Dominicis vniuersaliter plus luditur, & taxillatur, quam in alijs diebus, & plura peccata, extorsiones, & blasphemiæ, & iniuriæ Dei, & Sanctorū fiunt in illis sanctis diebus, quam in aliis temporibus, & non vadunt ad missas, nisi quando eleuatur corpus Christi, maxime in istis villis, & eleuato corpore Christi subito fugiunt, & redeunt currentes ad tabernā. Vnde ô vos rustici, attendite, quia in diebus Dominicis, & solemnibus ordinatis ab ecclesia, vos tenemini totā Missam audire à principio, & in medio, vsque ad finē, & benedictionem; alioquin semper peccatis mortaliter, iuxta illud, *Introite portas eius in confessione*, scilicet intra ecclesiam, & non foris stando, &c. Vnde occurrit mihi ad propositū, quod dum vnus noster Frater iuisset ad celebrandum in quadam villa die Dominico, & iuxta ecclesiam erat vna taberna, & carnarium: & dum pluries pulsasset campanam vocantem ipsos ad Missam, nullus veniebat: egressus vocauit eos ad Missam, & reperit, quod eorum multi bibebant, & comedebant vocantes, & dicentes, Veni domine & bibe, quia melius dices Missam: & rediens incœpit Missam, & dicendo Missam, carnarius incœpit vendere carnes, & omnes concurrunt, & vnus dicit; incide mihi de illo latere, & alius dicit, da mihi quia ego volo: alius dicit, imo ego volo: vnus blasphemat Deum, & Virginem, & Sanctos, alius capit carnes dicens, ego volo dicere, quis mihi arripiet de manibus meis istud frustū carnis. Aliqui stāt ante vestibulū ecclesiæ, & tractāt de suis bestijs, & frugibus, & factionibus suæ villæ, donec dictus Frater dixit precationem, & cū est in procinctu eleuandi corpus Christi, vt moris est, pulsatur cāpanella, & omnes currūt cū impetu, & se calcant intrādo ecclesiam portantes in manibus frusta carnium, baculos, scipiones, & enses, &c. Et eleuato corpore Christi vadunt & osculantur altare cū ore vncto adipe, condimentis, & madido vino, & ebrij, & inde aufugiūt redeuntes ad tabernā, & sorices postea corrodunt pannos altaris vnctos. Vnde post finitā cum multo turbine Missam, dixit eis, quod in sequenti Dominica deberēt venire ad Missam, quia finita Missa volebat eis monstrare vnum dæmonem. Et diuulgato hoc nouo omnes villici circunstantes vtriusque sexus conuenerunt ad locū, vt viderent istum diabolū: finita ergo Missa, bonus ille Frater ascendit pulpitū, & incœpit prædicare de eorum prauis moribus, & pauca credulitate Dei: quia dum in alia præcedēti Dominica vocaret eos ad videndum corpus Christi, stabant potius in tabernis ad se inebriandum quam vellent ire ad Missam

Decima Ludi iniquitas. Ludus mater odij & inimicitiarum peccatorum. Vndecima Ludi iniquitas.

Digitized by Google

ad videndum Deum, & modo vt videant diabolum, quia est dominus & Deus eorum, non solum illi de illa villa venerunt, sed etiam prouocauerunt alios circunstantes, vt ipsum videant. Videte ergo, dixit Frater ille, diabolum fore talem & turpiorem quam sit iste, qui est pictus in isto muro, quia in vestibulo ecclesiæ illius erat Sanctus Michaël, & ibi erat diabolus pictus, & inde recessit dimissis illis rusticis cum dicto suo diabolo, dicens, Propterea, quæ Dei sunt, vos non auditis, quia de Deo non estis, quia homo illud cupit audire, quod amat.

Duodecima ludi iniquitas. Duodecima malitia ludi est, quia facit aleatorem Deum renegare. & etiam omnium præceptorum Dei transgressorem propter denarios extorquendos propter auaritiam, & ludum.

Prima. fatuitas aleatoris. Secunda veritas est aleatoris fatuitas, quia est tantæ fatuitatis, quod liber homo, qui habet liberum arbitrium, cui Deus non potest facere bonum, si ipse homo non vult, se supponit imperio vnius modici ossis, & obedit plus sibi quam Deo. Et non est minus ridiculum recte consideranti, quam si tu videres, ad instar Boetij, vnum magnum murem stantem in duobus pedibus cum vno baculo in manu in medio multorum soricum imperando aliis, quanto magis est derisorium videre hominem rationalem, qui facit suum dominum vnum modicum ossis. Secunda stultitia hominis aleatoris est, quia non solum subijcit se illi ossi, sed obedit illi ossi, quia si imperat quod det omnia sua bona socio, dabit illico sine contradictione propter obedire sibi, & multoties dabit pannos de dorso vsque ad femoralia: & semel fui in vno loco, vbi quis iussit bis propriam vxorem subijciendam, nisi ipsa aufugisset, & non daret vnam minimam vestem amore Dei. Tertia stultitia est, quia facit, quod quando bene aleator obediuerit illi Domino suo ossi, & fuatus fuerit eum, tamen est magis sibi obediens in blasphemando Deum, Matrem, & Sanctos, & facit amare illos, qui faciunt sibi mala, & odire illos, qui faciunt sibi bona. Quarta fatuitas est, quia multoties inducit magnos Doctores, qui putabunt se paratos in iudicando, & consulendo ad subijciendum se illi ossi, & obedient sibi, quia subijcient se suæ legi. Et si dicet, da centum isti, incontinenti dabit sibi sine contradictione, & nolunt obedire mandatis Dei, neque prædicatoribus; & sunt tanto stultiores illo taxillo, quanto sunt magis inflati, & obediunt vni ossi mortuo. Quinta stultitia, quia facit hominem apostatare, postponendo omnem delectationem amoris diuini, & suæ famæ, quia propter ludum efficitur infamis, & perdit gratiam Dei, solum propter delectationem ossis. Sexta stultitia, quia sunt aliqui, qui non habent aliam delectationem quam in ludo, & perdunt tempus, quod est maius bonum quam habeat homo in hoc mundo post creationem suam, & gratiam Dei, quã in hoc tempore acquirere posset, indulgendo ita seruitiis Dei, sicut ossi, de quo adhuc egebimus de eius perditione flendo, quia si bene consideremus, non erũt 50. anni, quod nullus ex hic præsentibus vita fruetur ætherea, sed erunt puluis: vnde *operemur bonum dum tempus habemus*. Septima stultitia est, quando præfatus aleator stat ociosus in ludendo credens ocium fugere: vnde Bernár. Stultissimum est ocium ocio vitare: quia oportet, quod lusor efficiatur vna camera iniquitatis contra aliquos iuuenes, qui stant quotidie sub tugurijs ludentes, & credunt non reputari nobiles, nisi stent ocioſi, quod detestabile est se in aliquo opere virtutis non exercere. Octaua fatuitas est, quod cum manibus, cum quibus Christus te liberauit cruci infixis, animam perdis ludendo. Nona stultitia est, quia isti lusores perseuerant semper in omni malo: nonne diceres, quod talis foret bene fatuus: certe sic. Et fuit quidam, qui talia fecit, qui dum pro statu foret captus cum filio, pater sciens se non posse euadere mortem, dixit, quod volebat ridere & hilariter iocari illis diebus, qui illi supererant. Et omni die vixit luxurioſe, & abundanter de omnibus, & noluit confiteri, & mortuus fuit tanquam desperatus. Filius vero oppositum fecit, & confessus, ac contritus, & cum magna deuotione mortuus fuit: vnde multo maior est stultitia lusoris, quia continuè Deus condemnat eum: & ipse stat continuè in ludo.

Secunda stultitia aleatoris.

Tertia. stultitia aleatoris.

Quarta stultitia.

Quinta stultitia aleatoris.

Ludo efficitur infamis.

Sexta stultitia aleatoris.

Septima stultitia lusor camera iniquitatis.

Octaua stultitia.

Nona stultitia.

Decima stultitia. Decima stultitia nonne est fatuitas magna, seruire diabolo illo tempore, quo potes seruire Deo, & acquirere animam. Vndecima fatuitas est, quia si homo, qui videtur sapiens faceret aliquem actum puerilem reputaretur leuis & puer, quanto magis debet reputari lusor puerilis & fatuus. Duodecima stultitia, quia aleator non credit reperire consolationem nisi in ludo. Tertia veritas ostendit ludi malitias, vltra supra scriptas quæ sunt duodecim. Prima est, quia si taxillator habet patrem, vel matrem, necesse est, quod efficiatur dæmoniatus versus parentes, & expellit eos de domo, & eorum vita parentum vertitur in tædium lusoribus. Vnde ô vos patres docete filios taxillari, quia sunt aliqui peruersi, qui docent filios taxillari, & dant eis denarios vt ludant: vnde merito patiuntur, quod filij rebellent eis. Secunda malitia, quia nunquam stant in pace in domo cum vxore, & verberant eam, & sunt causa, quod efficiatur scortum & meretrix: vnde cauete maritare filias vestras talibus lusoribus. Tertia, quia est familiæ turi ator, & multoties isti filij lusores efficiuntur fures, & latrones, quia patres consumpserunt facultates suas, ita quod eorum filij vadunt, pro famulis aliorum, efficiuntur discoli, & furantur, & multoties suspenduntur, vel aliter male plectuntur propter patres. Quarta, quia maior pars aleatorum inclinatur ad furandum, & pauci euadunt furcas, vel aliter male finiunt. Item vltra ista quatuor mala, alia sex mala veniunt causa ludi. Primum, danti domum, vt intus ludatur; quia fit particeps tot peccatorum, quotibi fiunt. Secundum, danti tabulam, quia toties peccat mortaliter, quoties præstat. Tertium, præstanti denarios pro ludo, sicut qui conducunt domos, qui habent vnam capsam, & accipiunt denarios de rebus lucrantium, & ponunt in illa capsa, quia est maior vsura, & maius furtum, quod fieri possit. Quartum est præstanti taxillos, & fauenti, atque vendenti, quia impossibile est ipsos saluari, nisi relinquant illas suas artes maledictas. Quintum, superstantibus ad videndum ludere, quia semper peccant mortaliter, & fiunt participes peccatorum, & partiales, quia immediate superstans ludo capit partem, quia vellet alterum potius vincere quam alium. Sextum malum est officialibus & rectoribus ciuitatum, qui sunt negligentes in non prohibendo ludo, cum possunt, quia non possunt aufugere de manibus diaboli, nisi prohibeant. Istæ sex personæ possunt intelligi per sex puncta, quæ sunt in taxillo. Et tu ô qui tenes locum ad ludendum in domo tua, in die Natiuitatis, & festis solemnibus, tu es particeps omnium peccatorum & malorum, quæ ibi fiunt, & nullus confessor poterit te absoluere, donec remoueris illam tuam domum à tali pessimo vsu ludendi: & hi qui præstant denarios, & tabulam, & semper accipiunt denarios, nunc isti, nunc illi, & tandem omnes denarij remanent sibi, ô maledicti, & dæmoniaci, ego vellem potius viuere de denariis assassinorum, quam de talibus denariis, qui habentur ex ludo, & cum blasphemiis Dei, & peius facitis quam Iuda, qui vendidit Christum: væ ergo vobis, quia vos venditis Christum, & viuitis ex blasphemiis, & maledictionibus Christi: væ ergo vobis, qui talia lucra accipitis, &c. Septimum, vendentibus ossa talia, quia non cerno fore maius peccatum quam vendere tesseras, quæ sunt loca tot maledictionum, quia patres, mãtres, antiqui, & magistri, qui non prohibent ludos, grauissimè peccant, si prohibere possunt. Et isti tales vendentes, & lusores sunt presbyteri diaboli: vnde aduertendum, quod ludus fuit repertus isto animo, quia dum Lucifer mississet per mundum

Decima stultitia.

Seruire diabolo.

Vndecima stultitia.

Duodecima stultitia.

Ludi malitia.

Prima.

Secunda malitia.

Tertia malitia.

Quarta malitia.

Sex mala sequuntur ex ludo.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Rectores ciuitatum non prohibentes ludos peccãt.

Septimum.

Ludus à diabolo inuẽtus.

Digitized by Google

mundum multas legiones dæmonum ad seminandum zizanias, & maledictiones, & tentationes, accidit quod tempore Natiuitatis, dæmones valde cruciabantur, & portabant maiores pœnas quam toto tempore anni: vnde conuenerunt in vnum, & miserunt vnum legatum seu nuncium Lucifero, & miserunt legatos suos Azardum, & Sbarainum: vnde isti legati exposuerunt qualiter illa nocte, & festis Natiuitatis, dæmones erant magis cruciati quam in aliis temporibus: vnde Pluto voluit scire causam: dixerunt, causa est, quia in illa nocte Natiuitatis omnes Christiani vadunt ad ecclesias cum magna deuotione, & quilibet sacerdos celebrat illa nocte tres Missas, & confessi communicant, & succesiuè illis festis totis peragũt pœnitentiam, & delentur taliter eorum peccata, quod parum possumus prævalere eis, & sic multos patimur cruciatus cum suis orationibus, & multum torquemur, nisi tua astutia capiat modum in istis, tunc dixit Lucifer, qui sunt isti sacerdotes, & quos ritus seruant, & qualiter faciunt, tunc dixerunt legati: Dicemus tibi, ipsi habent prouincias distinctas in episcopatus, & quilibet episcopatus habet vnum, qui præest aliis, quem vocant Episcopum, & sub eo sunt omnes alij scil. archipresbyteri, presbyteri, diaconi, subdiaconi, & clerici, &c. & habent parochias, in quibus stant isti presbyteri: in istis ecclesiis parochialibus sunt altaria, super quibus dicunt Missas, & primo induunt se & ponunt sibi pluuiale, camisium, & planetam, & paramenta, & habent vnum Missale, super quo legunt Missam: habent hostiam quam transmutant in corpus Christi, & calicem, in quo sacrificant sanguinem Christi, & eleuant corpus Christi, & calicem, & de hostia faciunt tres partes, & postea comedunt corpus Christi, & populi stant ad videndum, & audiendum istas Missas cum variis, & multis deuotis orationibus, & cum feruenti corde, & faciunt multas cruces, & deuotiones, propter quas concurrit in illo sacrificio corpus Christi, cum multitudine Angelorum, qui expellunt nos de ecclesiis, & locis, & patimur magnas torturas; in tantum, quod non possumus resistere, nec durare si ad hæc non prouides, quia isti Christiani in illa nocte, & illis festis efficiuntur ita deuoti, & feruentes, vt valeant vsque ad magnum tẽpus in gratia permanere, & nos miseri remanemus confusi, nec est modus tentandi ipsos &c. Tunc magnus Lucifer ait: Ego reperiam vnum modum, si vos eritis mihi obedientes, & fidi: Iube inquiunt, & iussa perficiemus, Ego volo, quod illud, quod fit pro Christo, fiat econtrario pro meo nomine, faciatis quod in omni ciuitate ædificetur vnus episcopatus in nomine meo, & vocetur aleatorium, Episcopum volo esse dominationem illius ciuitatis, quæ amat ludum ipsum: dicunt legati, Episcopi Christi habent vicarios, quis ergo erit vicarius tui Episcopatus? Pluto respondit, vicarius erit conducens tabulam, plebani verò volo quod sint tabernarij in ciuitatibus, & villis, & istas tabernas volo esse ecclesias meas plebanas, scilicet, tabernarij proprie vos estis plebani diaboli, quia in tabernis vestris semper sunt loci lusorij, vbi luditur, & blasphematur Deus, & ibi fiunt omnes spurcitiæ, lasciuiæ, & ebrietates, & estis participes omnium peccatorum, quæ ibi fiunt, & non debetis vnquam aperire tabernas, donec sint celebratæ Missæ vsque prope tertias, maxime in diebus Dominicis, & festis præceptis custodiri per ecclesiam, & similiter in Quadragesima non licet aperire tabernas, donec homines audiuerint Missas, & summo mane vos aperitis, & mittitis clamando per plateas ad leones ad leones vbi venditur bonum vinum ad duos solidos, puta bochale, ad duos solidos: nam vngit, & pungit, & trahit ad maturum: & allicitis homines ante Missas ad se inebriandum, & sic leuiter incurritis peccata mortalia, quia potest esse, quod sint dies ieiuniorum, & datis

Auditus missæ confert vim ad resistendum diabolos.

causam, quod non ieiunent, seu frangant ieiunium, & estis etiam causa multorum, & multorum aliorum malorum: & tabernæ vestræ sunt receptacula renegationis Christi, licet tamen vendere vinum in tabernis honesto modo horis debitis viatoribus & personis sitibundis, & senibus, non tamen habentibus oculos ignitos propter nimias potationes. Item volo quod diuersoria & cauponæ, & etiam domus nobilium vbi luditur, sint ecclesiæ parochiales meæ; & quod tabula seu mensa super qua luditur sit meum altare, & super ea accendantur candelæ maxime de nocte, sicut faciũt Christiani in nocte Natiuitatis. Quæ erunt reliquiæ quæ ponuntur in altari; reliquiæ inquit erũt, quia volo, quod fritillus, seu discus loco altaris sit grossus, & habeat vnum foramen per quod immittantur denarii, quos colliget vicarius mei Episcopi, qui supererit ab isto, & ab illo, & illi denarij impositi volo, quod sint loco reliquiarum. Missale autem istorum dicentium mihi missas, volo quod sint tres taxilli, & volo, quod in eis scribantur litteræ, quas omnes sciant legere, scilicet, viri, mulieres, & pueri, & omnes habeant causam essendi meos sacerdotes, & volo quod ita mulieres possint dicere mihi missas in illa nocte Natiuitatis, & pueri sicut viri, & volo quod non ferant magnos labores in voluendo cartas in isto missali, quia vndecunque voluant ipsos taxillos immediate sciant legere lectiones & litanias, nec quod in isto meo missali sint plures viginti vna literis, & volo, quod loco calicis sit ducatus, & loco hostiæ sit grossus. Sed qui erunt sacerdotes, volo quod omnes taxillatores, & lusores sint mei sacerdotes, & volo habere hanc prærogatiuam à Christo, quia vbi solum viri sibi celebrant missas, & volo quod tam senes, quam iuuenes, mulieres, & pueri sint mei sacerdotes, & possint celebrare missas meas: Ita quod omnes lusores sint dæmonis sacerdotes. Sed qualiter faciemus de clericis, quia oportet etiam habere clericos, dixit Sathan, clerici mei erunt pueri, qui addiscunt ludere, & isti qui vadunt colligendo taxillos: diaconi vero erunt iuuenes, qui seruiunt mensæ in dando de taxillis, & luminibus, & portando vinum vt reficiantur, &c. Sed quæ erunt planetæ, planetas volo esse stultiloquia, quæ proprie sunt appropriata istis lusoribus, sicut planetæ quibus vtuntur Diaconi, qui dicunt euangelium; & loco albæ faciemus ludere pannos, & remanebunt in camisia albæ; loco manipuli, qui ponitur ad manus, faciemus istos taxillatores furari, & ligabuntur sibi manus: & loco stolæ, quæ ponitur ad collum, faciemus sibi ponere vnum funem, & suspendi eos pro præmio missarum nobis dictarum. Sed ipsi dicunt introitum, Introibo ad altare Dei, & loco introitus volo quod sit inuitatio ad ludum, scilicet, altare diaboli, quando dicunt, volumus modicum ludere, & respondent, volumus, & tunc loco Gloriæ in excelsis Deo, volo quod mei sacerdotes perdentes dicant maledicatur Deus, Virgo, Sancti Angeli, Archangeli, &c. Et isti presbyteri Christi dicunt, Dominus vobiscum, volo quod loco illius dicatur, sic bestiis, in nomine diaboli: & quod respondeatur loco & cum spiritu tuo, vtinam possit te portare & euellere oculos, & loco crucium; quas faciunt super calice, ego volo, quod percutiant de pugnis super taxillis, ita quod intrent carnem præ rabie perditionis suorum denariorum: & loco euangelij, quod interpretatur annunciatio, ego volo, quod quando isti lusores sunt accensi in ludo, dicant, perdo in nomine diaboli, & dent malã annunciationẽ socio: & ille respõdeat, inter corpus tuũ: & loco transubstantiationis hostiæ in corpus Christi, ego volo, quod sit transmutatio denariorum ludi de vno in alium. Sed Episcopi eleuant corpus Christi: & loco illius faciatis, quod leuent taxillos. Sed ipsi diuidunt corpus Christi: &

Taxilli missale dæmoniorum.

Aleatores Sacerdotes dæmonis. Pueri aleatores clerici dæmonis.

Digitized by Google

loco eius vos diuidatis eis corpus, animam,& diuitias: quia ſicut de corpore Chriſti fiunt tres partes,ita de ludo veniunt tres principales perditiones, ſcilicet corporis, quia plurimum interficiuntur, vel debilitantur propter vulnera & diſſolutiones, & perdunt famam, animam, & diuitias. Et ipſi comedunt corpus Chriſti: & vos comederis eorum animas æternaliter damnatas. Sed eccleſiæ Chriſtianorum implentur Angelis: & vos iſtas eccleſias meas vbi luditur, implebitis de legionibus infinitis Diabolorum. Reuertamini ergo ad principes meos, qui vos miſerunt, & facto concilio inter ſe, quilibet reperiat diuerſos ludos,vt diuerſimode poſſit nobis ſacrificari, & deleri ſacrificium Chriſti: & in præmium eorum,qui ludos repererint, volo quod ludi iſti denominentur ab eis, & ſicut inuenti fuerunt ludi per Diabolos in nocte Natiuitatis, vt ſacrificetur Diabolo in deſpectum Chriſti: & ludus geſticulatorius repertus fuit per Diabolum, qui dicitur Sbarainus: ludus aleæ, fuit repertus per Azardum dæmonem: ille vero, qui minoris mali eſt cauſa, fuit repertus per Minoretum dæmonẽ, & ſic de aliis. Vnde quicunque ludit iſtis ludis prohibitis celebrat diabolo, quia ex ludo nil oritur,niſi malum de quibus ſupradictum eſt,& multa alia infinita: & finaliter luſores male plectuntur.

Secvnda Pars Principalis

In blaſphematores.

Blaſphematores lapidant Chriſtum.

Secunda pars principalis prædicationis noſtræ,lapidatorum Chriſti, ſunt blaſphematores. ô fatui, ô linguæ diabolicæ, quid poteſt te inducere ad blaſphemandum Deum tuum, qui te plaſmauit, in quo tuum ſummum bonum conſiſtit, qui te cum ſuo ſanguine pretioſo redemit. Vnde faciam hîc tres cõſiderationes malignitatis iſtorum blaſphemantium. Prima in principio, ſecunda in medio, tertia in fine conſiſtit. Ex prima tres iniquitates deſcendunt. Prima eſt intentio, ſecunda eſt delectatio, tertia eſt ingratitudo.

Blaſphematium malignitates tres.

1. Malignitas blaſphemantis.

Quantum ad primam malignitatem dico, quod intentio blaſphemantis eſt ſolum in offendendo Deo: & ſi bene conſideres, omnes alij peccatores licet habeant intentionem, & voluntatem faciendi omnia mala, & facinora, nihilominus intentio eorum eſt velle facere illa mala ſine offenſa Dei, & non cauſa deſeruiendi Deo, ſicut in luxurioſo, & homicida vſurario, & fure, vellent poſſe exercere illa vitia ſine offenſa Dei. Sed tota intentio iſtius blaſphematoris, cuius lingua dirigitur ad blaſphemandum Deum, eſt ſolum ad iniuriandum Deo, & efficitur vnus enſis acutus, & percutit cum illo pectus Chriſti, & Virginis glorioſæ.O impij, & ſine miſericordia, quia miraculoſe vſum eſt, quod iſti tales blaſphematores in iram conuerſi volentes percutere figuram Beatæ Virginis, ſeipſos percutiunt. Vnde Dauid: *Et gladius in labiis eorum, & fructus eorum de terra perdes, & ſemen eorum à filiis hominum* propter ſuas blaſphemias.

Lingua blaſphemantis enſis acutus

Pſal. 58.
Pſal. 20.

2. Iniquitas blaſphemantis delectatio. Qui habet maiorẽ cauſam inductiuam ad peccandum minus peccat. Blaſphemia nulla cauſa inductiua.

Secunda iniquitas eſt delectatio, quia nullus eſt peccator, qui habeat tantamidelectationem ſui peccari, quantam habet blaſphemator, quia nullam habet cauſam, quæ inclinet illum ad blaſphemandum: quia in genere peccatorum habemus, quod quanto plus qui habet cauſam inductiuam ad peccatum, tanto minus peccat ille, qui minorem cauſam habet peccandi; quia in luxuria, & alio vitio ſubeſt aliqua cauſa inclinans, & inducens hominem ad id:ſolus autem blaſphemator ſine cauſa peccat, verbi gratia erit vnus,qui habebit magnam familiam, & erit non multum diues,minus peccabit fœnerando, quam diues & ſolus auarus fœnerans. Similiter vna fœmina dilecta, & bene tractata à marito, & turpis, plus peccat meretricando, quam vna pulchra exoſa à marito,& malè tractata. Similiter ſenex luxurioſus plus peccat, quam iuuenis,&c. in talibus ſubeſt aliqua cauſa: ſed in blaſphemando nulla eſt cauſa,ſed ſola propria malitia.

3. Malignitas blaſphemiæ eſt ingratitudo. Peccata naturalia remittit Deus.

Tertia malignitas blaſphemiæ eſt ingratitudo,quod eſt terribile peccatum. Vnde quæro, quod eſt maius peccatum, an peccatum naturale, ad quod aliqua cauſa naturalis appetitus inclinat hominem, an blaſphemia; Certè peccata naturalia, ſi pœnitentia interuenit, Deus parcit, & remittit: ſed blaſphemator efficitur inimicus Dei, & efficitur tantum ingratus,quod non vult ſibi illud, parcere non confitendo illud, iuxta illud Matthæi 12. c. *Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ſibi. Qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, nec in hoc ſeculo,nec, nec in futuro:* quia propter eius ingratitudinem in puncto mortis non recordatur pœnitendi ſe, iſto modo remanet damnatus, quia eſt extra gratiam Dei, & eſt peccatum in Spiritum ſanctum, iuxta illud: *Serue nequam nonne omnia dimiſi tibi*, &c. & facit eum eiicere in carcerem. Vnde præpara dicere tuam culpam de talibus peccatis, & perge pœnitentiam, & noli amplius blaſphemare.

Matt. 12.

Blaſphemia neque in hoc ſeculo neque in futuro remittetur. Matth. 12.

Quanto perſona offenſa eſt maior,tãto eſt culpa maior. Blaſphemia agit in Deũ. Deus pluribus modis offendi poteſt. In rebus. In perſona. In blaſphemia.

Secunda conſideratio iſtius ſecundæ partis principalis eſt medium; & eſt offendere Dei bonitatem per malitiam, quia omnia alia peccata videntur procedere partim ex fragilitate, & infirmitate humanæ naturæ, partim ex ignorantia: ſed iſtud peccatum blaſphemiæ procedit ex propria malitia: & quanto eſt maior perſona offenſa,tanto maior eſt culpa, & plus creſcit malitia culpæ,& ſic blaſphemia continet in ſe maiorem malitiam aliis peccatis, & nullum eſt peccatum, quod habeat in ſe tantam iniquitatem, ſicut blaſphemia. Nam Deus offendi poteſt pluribus modis, quia poteſt offendi in rebus humanis,& mundanis,ſicut vſurarius,qui vſurpãdo bona proximi offendit Deũ. Secundo modo poteſt offendi in perſona, ſicut occidendo hominem,quia magis offendit Deum,quam accipiendo bona.Tertio blaſphemando Virginem Mariam eius genitricem glorioſam,& Sanctos, quia occidit cũ ſuo propoſito matrem Dei, & ſanctos. Quarto poteſt offendi in corpore Chriſti, quia qui proiicerent corpus Chriſti in terram, & calcarent illud pedibus, offenderent eius ſacrum velamen. Quinto offendendo Deum in propria perſona,& in ſuo eſſe proprio & iſtud eſt maius peccatum, quod poſſit eſſe. Vnde concludit Beatus Aug. quod eſt maius peccatum blaſphemare Deum, & offendere ipſum in eſſentia ſuæ ſummæ bonitatis, & in ſua perſona, quam occidere hominem & non eſt creatura angelica & humana,& pecudes, & quæque animalia,quæ non laudent benedicentes Domino,iuxta illud, *Laudate Dominum omnes gentes*, & ibi *Benedicam Domino in omni tempore*, & in Pſal. *Benedicite Domino omnis terra*,&c.excepto homine, cuius præceptor eſt diabolus,qui blaſphemat Deum: ſed væ, væ ei, &c,

In corpore Chriſti. In propria perſona & in ſuo eſſe proprio.

Pſal. 116. 33. 112.

Tertia conſideratio malignitatis iſtius ſecundæ partis prædicationis noſtræ,eſt reſpectu finis iſtorum blaſphemantium, quia grauitas iſtius peccati eſt digniſſima punitio, quia omnia alia peccata videntur minoris ponderis quam blaſphemia Dei,quia in ſe continet infidelitatem, & infidelitas continet in ſe omne peccatum, & alterat omnem virtutem, quia iniuriatur Deo, in quo conſiſtit omnis bonitas virtutis. Vnde Sanctus Gregorius in ſuo dialogo dicit,quod erat vnus puer quinque annorum, qui quando non habebat quod volebat, ſubito blaſphemabat Deum, & pater & mater tacebant: tandem vna die, dum pater haberet eum in brachio, & puer iratus blaſphemaret Deum, Diabolus arripuit ipſum puerum de brachiis patris,

Digitized by Google

ttis, & ipsum exportauit propter blasphemias Dei. Similе tempore quo vigebat bellum inter Ducem Mediolani, & Florentinos in Alpibus de Vbaldinis erat vnum castrum, vbi erant aliqui stipendiarij pro custodia illius castri, inter quos erat vnus magnus blasphemator: & vno die dum luderent aleis & dum blasphemaret Deum, venerunt diaboli, & visibiliter ceperunt ipsum causa asportandi eum, & ipse cepit socios, & tenuit se illis, & illi tenuerunt eum, adeo quod non asportauerunt ipsum pro tunc. Sequenti vero die itetum dum luderent, ipse incœpit blasphemare Deum, & Sanctos, circa meridiem diaboli visibiliter ceperunt eum, & portauerunt eum per aerem omnibus ipsum videntibus, & per spatium vnius miliaris cadebat calceus, & per aliud spatium tibiale, & per aliud spatium vestis, & sic de aliis vestibus, & portatus fuit ad inferos. Vnde dum ergo frater Bernardinus essem Florentiæ in loco, qui dicitur Sancta Maria de Busco, venerunt duo Fratres pro parte Reuerendi Patris Domini Fratris Ioannis Dominici Cardinalis, quos mittebat ad illud castrum causa videndi illud prodigium. Similiter vnus venerabilis magister sacræ paginæ mihi affirmauit, quod Cumis erat vnus faber magnus blasphemator, qui dum vna die blasphemaret in sua apotheca, diabolus traxit ipsum per capillos in aëre vsque ad stillicidium domus, & tenebat ipsum pendulum suspensum per capillos, donec religiosæ personæ venerunt ad illum locum, qui cum aqua sancta & orationibus confitendo reatum suum, & pœnitendo, depositus fuit. Et nota, quod sunt generationes, quæ communiter faciunt malum finem, scil. lusores, blasphematores, vsurarij, & incantatores, & ostendunt in mente eorum cum turpibus signis malam eorum mortem, ad significandum, quod sicut viuunt, ita moriuntur. Vade ad æternam considerationem æternalis damnationis, quia incipiunt in hoc mundo loqui, & blasphemare Deum, & Sanctos, sicut facient in alio mundo tanquam desperati videntes se esse priuatos diuina visione in æternum, totus eius cogitatus, & locutio versabitur circa blasphemias Dei, & eius diuinam potentiam, semper accrescendo eis plures dolores, & pœnas propter tales eorum blasphemias. Vnde potest dici, quod eorum pœnæ suæ damnationis incipiuntur eis in hac vita venire.

Exemplum blasphemantis.

Qui malè moriuntur sunt lusores. blasphemi, vsurarij, & incantatores.

TERTIA PARS PRINCIPALIS

De his qui festa non obseruant.

DE tertia principali, scilicet de his, qui non celebrant festa, alias prosequemur. Caueatis ergo à blasphemiis Dei, vt dignetur concedere suam gratiam nobis, qua mediante consequi mereamur vitam æternam, Amen.

FERIA SECVNDA QVINTÆ hebdomadæ Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore restituente, duas partes principales continet,

Tertia pars principalis.

Quod quilibet debet satisfacere & restituere illi, cui debitor est.

Secunda pars principalis.

In quo loco debet restituere.

De amore restituente qui est secunda penna quinta ala amore feruentis.

Sermo XXXIV.

Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Ioan. 7. c. Charissimi, sicut scitis non habemus tractare de secunda flamma, quæ vocatur restituens, siue reddens. Vnde restat videre circa restitutionem faciendam, cui restitui debeat, in quo loco; & quo modo restitutio fieri debeat. Ad cuius scientiam ego do vobis tres regulas, secundum tres considerationes.

Ioan. 7.

2. Penna seu flamma dicitur restituens.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

De restitutione,

PRima regula est, quod quilibet debet satisfacere, & restituere illi, qui de iure debet habere. Ad cuius regulæ declarationem nos habemus facere quatuor notabilia.

Restitutio & fit cui debetur.

Primum notabile est, quod sunt tria genera hominum, qui habent, & tenent bona aliena iniustè: quia quidam tenent cum vero titulo iuris, sed non iusto, quidam tenent aliena cum vero titulo iuris, & iusto, quidam tenent aliena, qui non habent verum titulum iuris neque iustum.

Tria genera hominum qui tenent aliena iniustè.

Tolle primum tenentium aliena cum titulo iuris, sed non iusto, sicut vsurarius, cui tu dabis tua bona liberè, licet illa tua voluntas non sit bene libera, & si post datum velles illud datum repetere, tu non posses propter titulum, quem ipse habet, & transfertur per tuam traditionem dominium illius rei in ipsum vsurarium adeo quod si sibi illam rem furareris, tu suspenderetis. Ratio est, quia voluntariè dedisti, licet non liberè. Sed pone, vsurarius dedit mihi vnam eius filiam in vxorem, & centum nomine dotis, qui nihil habet nisi de vsuris, vel dedit tonsori, vel medico decem, cui restituetur illud datum nomine dotis, vel nomine medicinæ, vel tonsoriæ, seu nomine patronatus, vel huiusmodi, & præsuppositio, quod nihil habet quin sit de vsuris, & quod taliter data sint aliis obligata nomine vsurarum, cui restituentur illa data, dico quod debent restitui eidem vsurario, saluo quam in aliquibus casibus, in quibus non debent sibi restitui, sed habere debenti. Vnde distingue, quia aut non est lata sententia, quod illa bona vsurarij restituantur, & non sufficiunt bona, quæ reperiuntur tempore eius mortis in domo dicti vsurarij ad restitutionem faciendam. Et isto casu teneris restituere ipsi vsurario, vel hæredibus suis. Si vero sententia esset lata per Episcopum, quod omnia bona restituantur habere debentibus: & tunc isto casu post latam sententiam non debes restituere vsurario, vel hæredibus, sed illis qui habere debet, & cui vsurarius tenebatur restituere post factam declarationem de prædictis, & in primo casu vbi teneris restituere vsurario, si diceres. Si restituo vsurario, ipse nunquam restituet alteri debenti, nec satisfaciet ei. Respondeo tibi, quod restituendo sibi tu feciſti tuum debitum ex parte tua: & si ipse non restituit, sibi imputet, quia non debes facere sicut lupus, qui dum obuiasset agno quærenti matrem suam: motus quadam lupina charitate dixit. Ego valde compatior isti agno, qui perdidit matrem, & nescit quo vadat, faciliter posset se perdere: melius est ergo, quod comedam eum, quam perdatur, & sic vocauit eum. Consulo ergo tibi, quod vadas ad vsurarium, vel hæredem & redde quod habes iniustè ab eo, si nondum est lata sententia, & si scis rem illam extortam esse ab vsurario per vsurariam prauitatem ab aliquo, tu potes dicere, talis facit tibi conscientiam, quia extorsisti sibi istam rem ex vsuris, si placet tibi ergo sibi restituam: & si est contentus, tunc restituas illi, cuius est: sin autem, trade ipsi vsurario, vel hæredi.

Digitized by Google

Sunt quidam, qui habent verum & iuſtum titulum, & tunc tu teneris ſemper reſtituere illi cuius eſt, vel ſuis hæredibus. Et ſi ſunt plures hæredes diuiſi, vnicuique reſtituere teneris pro rata, ſi ſunt in ſua poteſtate: ſed ſi ſunt in poteſtate tutoris, vel curatoris, ſiue adminiſtratoris, tunc reſtitue pro rata tangente pupillis illis ſuis tutoribus, & gubernatoribus, ſi non ſunt ſuſpecti: ſed ſi ſunt ſuſpecti, tunc non reſtituas tutoribus ſuſpectis, niſi eſſes coactus de iure, ſed depone apud fide dignam & idoneam perſonam reſtituendam pupillis, cum erunt legitimæ ætatis, & ſic euades periculum auaritiæ. Idem ſi haberes rem reſtituendam mente capto, vel furioſo, quia debes ſeruare prædictum modum. Sed quid ſi habui ab vno diſpenſatore alicuius eccleſiæ vel ab aliquo zenodochij domino rem eccleſiæ, vel xenodochij, tunc tu teneris reddere illi diſpenſatori, vel xenodochij Domino ſi non eſt ſuſpectus, da rem illam reſtituendam tempore congruo alicui fido, ſed ſi ille diſpenſator, vel œconomus eſſet mortuus, tunc redde ſucceſſori ſuo. Veruntamen Doctores dicunt, quod ſi habui à diſpenſatore alicuius loci, vel ab aliquo monacho rem monaſterij propter aliquam malam cauſam, ſicut ſi dediſſet meretrici aliquid, tunc teneor dare & ſtituere loco, cuius eſt, ſeu ſuo Gubernatori, & Priori, vel Abbati.

Tertia differentia eſt, quando aliquis habet rem ſine vero, vel iuſto titulo, ſicut ſunt latro, fur, & huiuſmodi: & illa res peruenit ad tuas manus, quam fur ille furatus eſt, nunquam reſtituas illi furi, vel latroni ipſam, quia teneris iterum ad reſtitutionem illis, quorum res illa eſt: redde ergo illi, cui fuit prædata, vel furto, ablata. Similiter ſi emiſti à fure, vel raptore, teneris reſtituere illi, cuius eſt, ſi ſcis, & perdis pretium, ſi ignoras infra dicetur.

Res aliena tribus modis ad manus noſtras poteſt venire.

Secundum notabile ſcias, quod res aliena poteſt venire ad tuas manus tribus modis.

1. Ex culpa.
2.
3.

Vno modo ex culpa tantum illius, qui ipſam rē accipit, & ſubtrahit, & non ex culpa dantis: aliquando ex culpa illius, qui ipſam rem dat & non accipientis: quandoque ex culpa vtriuſque ſcilicet dantis, & accipientis, & hæc diſtinctio eſt magiſtri Alex. Primo caſu ſicut in fure, & vſurario, quia culpa eſt ex parte furantis tantum: vſurarius tamen poteſt habere rem ex ſui culpa, & dantis, vt quando accipit rem ab illo, qui non eget denariis, ſed accipit denarios ad vſuram, vt ex eis poſſit lucrari: & iſto caſu rem, vel pecunias, quas recipit vſurarius, non tenetur reſtituere illi, à quo habuit, ſed tenetur reſtituere pauperibus Chriſti, quia eſt culpa vtriuſque ex parte dantis, & recipientis, ſicut ſunt, qui accipiunt dotes mulierum, & viduarum in rationem decem pro centenario, vt ex illis denariis negotientur cauſa lucrandi vigeſimo quinto pro centenario, & non egent, quia poſſent facere ſine: & vidua vult illa decem pro centenario, ſaluo ſuo capitali, quia fit gratia vtriuſque ſine culpa vtriuſque, mulier, quæ recipit illa decem pro centenario, non tenetur reſtituere illi, qui ſibi dedit, ſed dare debet pro Deo, & ſibi reddendo iterum teneris dare amore Dei, vt 14. q. 5. c. non ſane, in fi. Et nota, quod ille, quod ille, qui quærit accipere ad vſuram,

Qui accipit ad vſuram dupliciter poteſt peccare mortaliter.
1.
2.

poteſt dupliciter peccare mortaliter. Primo modo, quando accipit non egendo, ſed vt magis lucretur animo ditandi, & cumulandi. Alio modo, quando inducit alium ad ſibi præſtandum ad vſuram, qui non præſtaret, quia tunc peccat dupliciter in accipiendo, & inducendo, & quoties aliquis non vellet fœnerari licet moriaris fame, non licet tibi eum inducere, vt tibi fœneretur ad ſubueniendum tuo corpori quia ſalus animæ debet præferri ſaluti corporis. Vnde oportet, quod duo interueniant ad hoc, vt accipiens ad vſuram non peccet.

Duo neceſſaria vt accipiens ad vſuram non peccet.
1.
2.

Primum, quod egeat, & neceſſitas inducat eum. Secundum, quod accipiat à publico vſurario, quia non inducit illum à quo accipit, ad fœnerandum, & vides quod quando procedit ex ſola culpa recipientis, & non dantis, debet reſtitui illi cuius res eſt. Et volo reddere rationem, quare vnus qui inducit ad præſtandum ad vſuram, non tenetur perdere, & ille qui conſulit fieri prædam & furari, & etiam ille, qui inducit ad prædandum, tenetur: ratio eſt, quia in vſura eſt aliqua voluntas dandi ad vſuram reſpectu dantis, & recipiendi reſpectu recipientis. Sed in præda, & latrocinio ceſſat omnis voluntas reſpectu illius, cui violentia prædæ fit, & ſimiliter in furto. Item quando inducit aliquem ad dandum ad vſuram, illud lucrum quod ille inductus recipit per vſuram, non eſt propter illam ſuaſionem, vel inductionem alicuius: ille qui inducit eſt cauſa immediata, quia fiunt illæ prædæ, & illa furta, & dandi illud damnum & iniuriam paſſo, cuius nulla voluntas intercedit: & ideo vnus notarius qui inducit aliquem ad fœnerandum, licet peccet mortaliter inducendo, tamen non tenetur reſtituere illud damnum, niſi faciat inſtrumentum vſuræ, quia tunc bene tenetur. Tamen inducens aliquem ad fœnerandum, qui alias non fœneratus fuiſſet, ſimiliter eſt obligatus inducere illum ad reſtituendum extorta per vſurariam pranitatem, vt vitet peccatum, & ratio, quia notarius faciendo inſtrumentum vſuræ tenetur ad reſtitutionem vſuræ: ratio: quia ex illo inſtrumento acquiritur ius vſurario, in quo obligat ſe & omnia ſua bona, & ſuos hæredes, & ideo tenetur. Secundo modo, quando res peruenit ad tuas manus ex culpa dantis tantum, Exemplum erit aliqua paupercula habens filiam nubilem pulchram, vnus amator dabit matri aliquid, illa bona fide accepit, poſtea ipſa perpendit quod intentio illius qui dedit, non fuit bona: cui debebit reſtituere iſta illud ſibi datum? Tunc diſtingue, quia vt ille qui dedit, potuit dare vel non, quia aut eſt in poteſtate tua aut in poteſtate aliena, ſi eſt in poteſtate ſua, tunc transfertur dominium in te: ſi eſt in poteſtate aliena, quia eſt filius in poteſtate patris, qui non poteſt dare res patris, tunc non licet ſibi retinere illud datum, ſimiliter in familiari dante rem Domini ſine eius voluntate, ſimiliter in vxore, quæ non poteſt dare rem mariti, ſimiliter Frater, & Monachus, dantes ſine licentia ſui ſuperioris, ſimiliter in presbytero dante rem eccleſiæ mala intentione, licet receperis à prædictis bona intentione, tu teneris reſtituere, quam in ſe habeat, tamen ſi dans licet mala intentione ſit Dominus rei datæ, accipiens bona intentione non tenetur reſtituere, probatur in 4. q. 5. capite non ſane. & capite nolite. &c. immolantis, & capite forte. Tertio eſt ex culpa vtriuſque dantis, ſcil. & recipientis, tunc non debet reſtitui, ſed dari pro Deo, tamen in foro ciuili in pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis. Sed magiſter Alexander dicit, quòd ſi iſta res data foret cum iniuria alterius; verbi gratia aliquis dabit denarios homicidæ, vt interficiat ſuum inimicum, cui dabuntur iſti denarij dati iſto modo, certe offenſo, & non pro Deo. Sed pone, vnus officialis qui debet iudicare ſine præmio aliquo, quia ſtipendium habet de publico, non potes conſequi ius tuum ſine præmio, & tributo, tu dediſti ſibi aliquid, vt obtineas, quid fiet de iſto dato? Dico quod non debes rehabere, ſiue iudex ille ſit ex voluntate & beneplacito totius publici ad ius dicendum cōſtitutus, ſiue à principe, quia potuiſti dare, ex quo tuum eſt: ſed nec iudex ille poteſt illud datum retinere, quia indebitè accepit, & ſic dabitur pro Deo. Simile in teſte, qui non vult dicere veritatem ſine præmio, non eſt obligatus reſtituere datum illi, qui dedit, ſed pro Deo, tamen iſta ſunt limitata iſto modo: quia aut dans erat certus & ſciebat ius fore pro ſe, & non dedit illud ad promerendum iudicem, ſed vt vendicaret ius ſuum: quod ſciebat ſe habere, & non ad circumueniendum teſtem, ſed vt obtineret ius ſuum: & tunc iudex & teſtis debent ei datum reſtituere, ſed ſi res eſſet dubia, & ille qui dedit, dedit vt partes ſuas tueretur tam iudex quam teſtis:

rum non peccet.
1.
2.

Notarius inducens ad fœnerandum & conficiens inſtrumentum tenetur ad reſtitutionem.

tunc

Digitized by Google

tunc non debet restitui danti, sed dari pauperibus, quia videtur magis fecisse propter corruptelam quam ob aliam causam. Et quando venit ex culpa vtriusque; nunquam restituitur danti, sed pauperibus dari debet: sed prædallegatus Doct. adiungit, quod si quis dederit denarios alicui vt interficiat aliquem, & ipsum interfecit, illi denarij dabuntur hæredibus offensi, & non pro Deo. Similiter tu ô mulier quos habuisti à tuo amasio denarios, qui habet vxorem, & certe teneris restituere vxori, quia illos recepisti ab eius marito, sed si non habet vxorem, non teneris sibi restituere: quia Doct. dicunt quod meretrix turpiter facit luxuriando sed non turpiter facit pretium recipiendo. Tamen si dans meretrici, esset in potestate patris, vel alterius sui superioris potestate, tunc meretrix recipiens debet restituere patri, vel Domino, vel priori, sub cuius potestate est, sed quando est in potestate sua, & dat meretrici, tunc meretrix potest id retinere, licet culpa sit vtriusque, quia in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis, hoc habet locum in foro ciuili: sed in foro conscientiæ, quia turpiter quæsitum est, est dandum amore Dei. Sed pone, vna maritata dat alicui suo adultero: adulter tenetur restituere marito, cui fit iniuria illa. Imo ipsa adultera debet perdere dotem suam, vt in c. olim. de diuor. Iunge alium casum, erit vnus officialis deputatus pro iure reddendo, & habebit certum salarium sibi ad hoc deputatum, sibi præsentabitur aliquid & recipiet, totum illud quod recipit, tenetur restituere illi Communitati, vel Dominationi, quæ posuit eum ad tale officium, & dat sibi salarium, sicut etiam sunt milites deputati super mensuris, & ponderibus panis, vini, & victualium, & similibus totum illud quod recipitur per eos, vt populus fraudetur, tenentur restituere fisco, seu communitati quæ dat eis salarium, & tenentur ipsi officiales, & milites, & saltuarij restituere damnum totum, quod infertur propter eorum malitiam, vel negligentiam in inquirendo, vel omittendo. Sed ille qui est vsurarius cum sola intentione habendi aliquod præmium, illud quod sibi datur, quid fiet? certe tenetur restituere illud sibi datum non danti, sed pauperibus & ideo tu qui dedisti, habuisti intentionem puram, & bonam transferendi dominium in eum rei datæ, sed ipse ab initio habuit malam intentionem habendi à te aliquod præmium, licet non fuerit expressum, ideo tenetur pauperibus erogare, quia vsura est. Tertium notabile pone, moritur vnus vsurarius, sua bona remanent obligata restitutioni, & antequam moriatur, cauet de restituendo, & relinquit hæredes, vel commissarios & reperiunt bona certa & incerta, quia mutuauit certis personis super aliquibus pignoribus ignotis, & nescietur quæ sunt illæ personæ, & lucratus fuerit decem millia de male acquisitis, & in morte non reliquit vltra tria millia reperiuntur de certis sex millia, de incertis volo duo millia, & residuum volo restitui certis, potest ne illud facere episcopus licite? dico quod sicut non potest licite furari, ita nec licite potest aliquid pro incertis accipere, nisi prius satisfiat certis, similiter fratres, & presbyteri, & omnes qui recipiunt aliquid, vel candelas, ceram, pannum, vel denarios in sua sepultura talis vsurarij, tenentur restituere ac si furarentur, quia omnia illa bona sunt illorum, à quibus ille vsurarius extorsit, vt in c. sicut dignum, de homici. & totus mundus paciscitur de talibus incertis, nec potest fieri vna eleemosyna, nisi prius satisfiat certis, & si quid supereſt, debet dari episcopo, vt illud distribuat pauperibus Christi, & aliter facientes tenentur de suo restituere. Et vos ô hæredes & commissarij vsuriorum, aliter faciendo, tenemini restituere iterum certis. Quartum notabile est, & nota bene quod semper debet primo restitui, & præponi in restituendo illud, quod prouenit de male acquisitis, quam illud quod prouenit de male acquisitis. Exēplū, vsurarius habet de male ablatis, & bene acquisitis, & reliquit quòd hæredes faciāt capellas, xenodochia, eleemosynas, vel ecclesias, dico quod primo debet restituere illud, quod extorsit de male acquisitis quam relicta pia, & ratio est, quia adimplendo legata, facis quod debes: sed restituendo ablata, facis duo. Primum, quia iustitiam adimples: secundum exoneras culpam, quia illa bona ita tenentur cum culpa, sicut venerunt cum culpa. Nam in primo casu soluendo legato, tu bene facis, quia facis quod debes, sed tu nullam culpam habuisti in acquirendo, sicut in secundo casu, ergo &c. Sed Bonauentura quærit de vno dubio, quæ est ratio quod prius soluitur relictum, quam furtum, rapina, & vsura? Respondet, quia petitur in iudicio vigore testamenti, sed si res forent pares, conscientia rei alienæ debet purificari prius. Quintum verò notabile, cæteris paribus, qui prior est in tempore, potior & in iure. Sed priuilegiati, sicut sunt dotes, & habentes hypothecam expressam, & debitum fisci præferuntur aliis debitis non priuilegiatis, & vltra hoc primo debet satisfieri creditori, qui habet pignus quam alijs: Alij Docto. volunt dicere, quod exceptis casibus priuilegiatis depositum debet præcedere, sicut etiam in tutelis, quia debent præcedere, simile in distributione legatorum. Primo debet solui magis egenis, sed vbi sunt omnes priuilegiati æqualiter, sicut in pluribus sororibus, &c. tunc sequere leges, statuta ciuitatis & consuetudinem approbatam, & in cæteris conscientia te regat cum discretione.

3. Notabile.

4. Notabile. Qua primo restituenda male acquisita.

5. Notabile in restitutione.

Secvnda Pars Principalis

In quo loco debet restituere.

In quo loco restituendum regula tres.

CIrca secundam partem, scilicet in quo loco debet restitui ego do tres regulas. Prima, quando habes restituere res alicui, qui sit de longinquis partibus, & considera duo. Primum valorem illius rei, si est pretiosa. Secundum, si illa res peruenit iniuste ad tuas manus. Tertium, si propter tuam culpam, vel negligentiam non restituisti, tolle tres casus contrarios, si illa res est parui valoris, & non venit de malo lucro ad te, & sine tua culpa, & isto secundo casu tu non obligaris mittere illam rem illi, cuius est: sed debes deponere illam rem sigillatam, & consignatam in manu alicuius personæ idoneæ, & securæ, & facis duo bona. Primum, quia te securas: secundum, quia liberaris ab auaritia, & dabis bonam intentionem, & bonum exemplum de te, si veniret ille, cuius est res illa. Primo casu, si commode potes rem illam mittere illi cuius est, mitte quamprimum potes: sin autem tene, vel depone vt supra, donec videbis tempus sibi mittendi. Sed si non esset spes, quod ille rediret, cuius res est & nescis in qua parte stet: tu debes dare pauperibus rem illam, seu pretium: sed si es pauper, vade ad Episcopum, vel superiorem, & dic necessitatem tuam & poterit fieri dispensatio. Secundum notabile est circa expensas factas in mittendo rem illam, in longinquas partes illi, cuius est, & certè si furatus es, tu es obligatus mittere rem illam, secundum bonam conscientiam, tuis expensis, vt in capite primo de rap. & capite super eo. Et ne decipias te ipsum propter varios casus, qui possunt occurrere, & consultor debet tria considerare. Primum, valorem rei, secundum, periculum quod est in mittendo rem illam si est bellum, vel latrones, &c. tertium, expensam faciendam & necessitatem illius, cuius est, cui mittere teneris, quia erit vnus pauper cui esset magna expensa in mittendo rem parui valoris vni diuiti, & si erit pauper aliter consulet, vel dicet, expecta aliud tempus, & secundum varietatem temporis & personarum consulet. Sed si pactum est mittere vel soluere in certo loco, & in certo tempore, sufficit si ad locum destinatum, vbi promisisti mittere, mittas, & in tempore stabilito. Tertium notabile est, de incertis; & potest

1. Notabile circa expensas.

Tertium notabile esse

Digitized by Google

tabile adreſtitutione rerum incertarum.

eſſe tripliciter, quia aut perſona incerta eſt, quia habuiſti à communitate : & tunc cui debet reſtitui ? & dico quod eſt maius peccatum accipere iniuſte à communitate, quàm à ſingulari perſona, & debet reſtitui ipſi communitati. Item poteſt eſſe incerta reſpectu multarum gentium, ſicut in tondente monetas, quæ diuerſimode veniunt ad tuas manus, in diuerſas perſonas expendendas, cui reſtitues illud lucrum ? certe communitati, quia non videtur dari damnum perſonis quibus diſpenſas illas monetas, ex quo currunt, licet in futurum poſſent damnificari aliquo euentu mutationis monetarum, & ſimilium. Tamen aliqui volunt dicere, quod poteſt dare pro pauperibus in illa terra, vbi damnum datum eſt : ſed verius eſt dare communitati. Alio modo poteſt eſſe incertum ratione perſonæ, ſed locus erit certus, ſicut in vſurario, qui fœneratus fuerit in aliquo loco, ignorabit perſonas, ſed ſciet locum vbi debet reſtitui : certè in illo loco pauperibus illius loci, vnde habuiſti, damnum dediſti : ſed ſi poſſes diſtribuere in vna alia terra, melius, quia eſt maior neceſſitas quam in loco vbi habuiſti, tu potes illud facere ſine conſcientia, quando es certus quod eſt maior neceſſitas ibi. Sed, ô vos Dominæ, quæ ſæpe fraudamini à fratribus, & presbyteris falſis, quibus datis pecunias in manibus diſpenſandas, ſi ipſi non dabunt, quibus de iure tenemini, vos tenemini ad reſtitutionem, ſi ſcitis perſonas quibus tenemini reſtituere, & non eſtis aliquo modo liberatæ. Sed formo vnum dubium, de cuius conſilio debent diſtribui talia bona incerta? dico quod ſecundum conſuetudinem, epiſcopus poteſt dare licentiam quòd diſtribuatur, ſi ſunt bona incerta publica, ſed ſi non publica incerta, tunc Epiſcopus non habet ſe impedire, ſicut ſunt occulta incerta, quia commiſſarius habet dare pro Deo. Bona incerta publica, ſunt bona publici vſurarij, quorum diſtributio ſpectat ad Epiſcopum : ſed pone, hæres vſurarij habens de bonis incertis, & facit eleemoſynas ſine licentia Epiſcopi, quæritur, vtrum teneatur ad reſtitutionem illorum diſtributorum amore Dei ? dicit meus ſingularis Doctor, quia quod ſi bene diſpenſauit, non poteſt arctari verum ſatisfacere : ſi tamen fuit publicus vſurarius ille, cuius bona ſunt diſtributa, Epiſcopus poteſt dare ſibi pœnitentiam ex eo quod ſine ſua licentia præſumpſit diſtribuere : ſed ſi male diſpenſauit, poteſt iterum arctari ad ſatisfactionem, ſed pone, quidam habet bona incerta diſtribuenda pauperibus, & conſtrictus eſt ab Epiſcopo expendere, quæritur an poſſis certificari, ſi bene expenduntur pro Deo, & perſonis egenis ? certe dico quod tu potes velle ita & taliter certificatus, quibus & qualiter diſtribuuntur, ſicut poteſt eſſe coactus, & Epiſcopus debet conferre, & eſſe contentus diſtribuere de conſenſu, & ſciru tuo ex hæreditate vſurarij cuius intereſt reſpectu periculi

Quartũ notabile circa modum reſtitutionis.

animæ ſuæ, nec poteſt Epiſcopus pro ſe retinere, niſi eſſet ita quod oporteret ſe nutrire. Quarta regula ſeu notabile eſt, quomodo debet reſtitui, & facio tria notabilia quantum ad modum. Primum eſt, quod quotieſcunque in reſtitutione rei alienæ tibi occurrit aliquod ex iſtis quatuor periculis, ſcilicet vel ſcandalum proximi, vel infamia tibi, vel periculum vitæ, aut peccatum mortale, non teneris reſtituere, donec imminent illa pericula : ſed ceſſante cauſa periculorum, ceſſat iſte effectus, & tunc teneris reſtituere : tamen videndum eſſet, ſi non reſtituendo rem illam, occurreret aliquod periculum iſtorum ſcandalorum prius occurrerent illi, cuius res eſt quam tibi, tu teneris prius ſubire illud tale periculum reſtituendo ex quo iniuſte tenes, niſi eſſet periculum animæ, quia tu in omnibus rebus mundi debes præferre animam tuam animæ proximi.

Secundum notabile circa modum.

Tolle ſecundum notabile, quia ſi habes rem alienam, quam non potes palam reſtituere ſine ſcandalo : tene modum quod ille rehabeat rem ſuam, ponendo rem ipſam ſecreto in domo taliter, quod reperiat rẽ ipſam, ſicut factum fuit in Lombardia, maxime in Papia, quãdo fuit depopulata per Facinum Canem: quia dum prædicarem, fuerant reſtituta multa bona iſto modo, quia de nocte proijciebant in domo, vel ponebãt ante oſtia taliter quod reperiebantur: vel ſi non potes proijcere in domo ſine periculo ſcandali, tene modum reperiendo vnam perſonam fidam, quæ reſtituat rem ipſam & non nominet perſonam. Vel ſi non potes hoc facere, teneas modum quod dones illi rem æquiualentem, nec habeas reſpectum, ſeu quæras ex illo quod tu donas in cambium rei reſtituendæ rehabere aliquod ſeruitium: vel præmium, quia non valeret, & teneris reſtituere iterum. Tertium notabile, pone quod vnus vſurarius

Tertium notabile circa modum.

venit ad conſcientiam, & vult reddere, & vadit ad confitendum vni confeſſori, qui dicet, dimittas me facere, quia faciam quod de illo quod habes de vſura, tu poteris aliquid retinere, & iſte confeſſor ibit ad illos, qui debent habere quod ex vſuris ſoluerunt, & dicet ſe interponendo, tu ſoluiſti centum pro vſuris tali, ipſe reductus ad conſcientiam, tu non debes velle quod per te ſtet quin reducatur & ſe emendet : veritas eſt, quod iſte tibi ſeruiuit in neceſſitatibus tuis, & allegabit defenſionem vſurarij quæ eſt, quod ingratitudo eſt magnum vitium in non volendo recognoſcere ſeruitia ſibi facta. Ego volo quod tu recognoſcas ſeruitium in partem, quòd ipſe etiam recognoſcit meritum ſibi factum per te & volo accipere vnam mediam iuris prudentiam, videlicet quod vbi habuit centum, reſtituat quinquaginta. Et facias ſibi pactum de amplius non petendo quicquam vltra : & certe illud tale reſtituere, & paciſci non valet. Vnde nota quod ad hoc vt reſtituens non remaneat obligatus, oportet quod quatuor interueniant. Primum, quia debens rehabere non remittat dare debenti per timorem, ſicut fuit in quodam domo Regulo, qui fecerat multas extorſiones ſuis ſubditis : & dum lethaliter infirmaretur, fecit ſe portare in medio plateæ, & acceſſito populo petiit veniam, qui dixerunt, parcimus tibi & dum ille poſſet reſtituere populo ablata, potius voluit relinquere ſuo hæredi pecunias extortas, & ire ad infernum, quam reſtituere, & parum profuit illa remiſſio, quia fuit per metum hæredum futurorum extorta. Secundum, quod illa remiſſio non fuit propter verecundiam, ſicutin prim o caſu, quando confeſſor ſe interpoſuit, & induxit habere debentem propter verecundiam ad conſentiendum. Tertium, ſi inducitur ad remittendum propter deſperationem : quia ille qui rehabere debebat, deſperabat vnquam habere aliquid, ita quod deſperando accipiet quicquid ſibi dabitur & minimum quid de vna magna quantitate, Quartum, ſi ex illo remiſſo ſperabis habere aliquod ſeruitium, vel remunerationem : certe in iſtis quatuor caſibus non prodeſt remiſſio in totum vel in partem, quia remanes obligatus eatenus, quatenus reſtas ſoluere. Sed quæro, qualiter potero cognoſcere quod ego perfecte reſtituerim, & ſim abſolutus à tali obligatione ? dico quod tu illud cognoſces per tria ſigna, quæ dabunt tibi intelligere, quod eris liberatus libere, pure, & ſine ſcrupulo conſcientiæ : nam tu debes liberè dare pecuniam, quam teneris reſtituere, in manibus, & poteſtate recipere debentis, & ſi poſtquam illam libere in ſua poteſtate habuit, tibi reſtituat aliquos denarios, potes tenere ſine ſcrupulo conſcientiæ : & ſi tibi nullum reſtituit, noli turbari in mente tua : & non facias ſicut fecit, qui dum diſpoſuiſſet ablata, & iuit ad vnum, à quo habuerat quinquaginta ex vſuris, & ſibi reſtituit, & ille omnes retinuit nullo remiſſo, & iratus ad ſe reuerſus iurauit non reſtituere plures. Secundum, quia ſi non habes denarios, dare debes illi pignus libere in poteſtate ſua, vel fac ſibi cautionem per publica inſtrumenta, ita quod ſit bene ſecurus cum illo termino, quem vellet apponere pro ſuo libito voluntatis: & poſtquam feceris ſupradicta, ſi ille tibi aliquid remittit, vel donat ex tali debito, tu ſecure accipere potes: & taliter

Qui reſtituere debet non tenetur ob quatuor.

Primum.

Secundum.

3.

4.

Signa perfecta reſtitutionis.

1. *Liberè dare pecuniam.*

2. *Cautio debiti.*

Digitized by Google

3. Donatio dati. taliter facaendo remitteretur tibi culpa, & consequeris gloriam Dei, quam nobis concedere dignetur qui sitientes potat, Amen.

FERIA TERTIA POST V. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone

Hic Sermo qui est de Amore conterente duabus constat partibus præcipuis.
Prima pars principalis.
Est de contritionis varietate.
Secunda pars principalis.
De contritionis quantitate.

Tertia penna. *De amore conterente. Tertia penna quinta alæ amoris feruentis.*

Sermo XXXV.

VOs ascendite ad diem festum hunc: Ego enim non ascendam ad diem festum istum, quia meum tempus nõdum impletum est. Ioan. 7. c. Sunt verba Christi, qui respondendo dixit fratribus suis, scilicet consanguineis suis desiderantibus quod Christus iret ad festum, vbi fiebat congregatio gentium, vt manifestaret se mundo, & faceret miracula, vt exaltaretur cum eo propter mundũ & fastum, nondum enim credebant in eum Et nota quod duo sunt festa, scilicet temporalia & spiritualia. De temporalibus Esaias loquitur dicens, *Calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea. Ascendite ergo vos, ego autem non ascendam.* Scilicet ad ista festa mundana, vana, & temporalia: Alia sunt festa spiritualia, & ad illa iuit Christus in occulto: festa spiritualia sunt displicentia peccati, dolendo de peccato facto, & quod dolendo gaudet dolere, quia peccauit: similiter gaudere de bono & de Deo, & tristari quod non gaudet de bono, & de ipso Deo, & similiter gaudere de mundo extrinsecus, quod ad corticem propter solam necessitatem viuendi: sed gaudere intrinsecus in bono spirituali, & festum nostrum debet esse in occulto: scilicet in conscientia nostra pura bene contrita de perditione temporis, tristando de temporalibus & caducis, & plorando peccata nostra, & gaudendo, & iubilando de spiritualibus, & ista est flamma amoris, qui dicitur conterens. In quo faciemus tres considerationes. Prima est contritionis varietas. Secunda est contritionis sua quantitas. Tertia est contritionis sua contrarietas.

Ioan. 7.

Duo festa temporalia & spiritualia Primo.

Festa spiritualia displicentia peccati &c.

Flãma amoris conterentis tres considerationes.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

De contritionis varietate.

1. consideratio, varietas contritionis. Differentia contritionis ab attritione.

DIco primo, quod consideranda est contritionis varietas, & Doctores ponunt dubium, & varietatem inter contritionem, & attritionem. Nam attritio est, quando peccatori displicet malum crasso modo: Contritio vero est, quando peccatori displicet malum minutum, sicut quando cum Maria Magdalena flendo peccata nostra, & discurrendo vitam nostram fore inuolutam in fœce peccatorum, & vndique plenam miseriis & fœtore & cogitando totum nostrum tempus fuisse perditum, & in statu damnationis psalmum faciens: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Nam primo cor fit amaricatum, secundo contritum, tertio humiliatum. Vnde in quantum est sacrificium Deo, est cor tribulatum: quia primo oportet quod sit amaritudo in corde, secundo contritio, tertio humilitas & obedientia. Vnde nisi habeas ista tria, tu non es bene dispositus ad confessionem, & non possumus scire si non habemus veram contritionem omnino, nisi per signa exteriora: & sunt tria signa secundum Dauid. Primum quod sit cor bene contribulatum à con, quod est simul & tribulatum, sicut conscientia dicitur à con, & scientia id est simul scientia, scilicet quod pars inferioris scientiæ in cognoscendo se ipsum & mundum fragilem coniungitur cum sapientia intelligendo Deum, & gaudia paradisi. Inde venit vna conscientia, quod homo ab horret peccata, & facit sibi conscientiam bonam & rectam vitando mala & faciendo bona, & reddendo honorem Deo. Similiter in contritione, quia pars inferior, quæ est cor con, id est simul teratur, id est cum parte mallei superioris, qui est conscientiam sibi facere de tot, & tantis sceleribus, & peccatis factis, & offensis factis Deo teratur, id est conterendo puluerizetur, & teratur cum vna amaritudine compunctionis cordis: quia vbi cor primo erat durum, efficiatur molle, sicut puluis: cape lapides, & tere ipsos cum vno malleo bene, cum percutis incutiendo ipsos faciunt rumorem, cum franguntur, & quanto plus in minores partes franguntur, tanto minus crepitant, siue sentis facere rumorem: ecce duo. Postea cape puluerem, sentis eum leuem & humilem. Ita cor induratum propter peccata, quando accipis malleum conscientiæ, & percutis cor induratum stridendo gemit, & suspirat: & quanto lapides, scilicet duriores peccatorum sunt maiores, tanto maiora emittis suspiria, & magis proclamas, & sentis maiorem amaritudinem, & cum isto malleo doloris, & compunctionis. Primo cor fit amarum, secundo fit tritum, sicut lapis. Primo, quando frangitur est asperum, quando est bene tritum, & puluerizatum, si misces puluerem, nullum facis rumorem; si capis per digitos, & minuis, est leuis: si ponis super puluerem lapidis triti manuum facis impressionem, & figuram manus, & digitorum, si calcas cum pedibus cedit & imprimitur pes, & dimittit figuram pedis, si percutis super puluerem, nullum facit timorem, si proijcis in aëre, est leuis. Vbi primo antequam ille lapis esset tritus faciebat per omnia contrarium, quia erat durus, sonum emictebat, erat asper, offendebat pedem, percutiendo in eo erat grauis, &c. Ita ad propositum in vera contritione oportet quod concurrant ista tria scilicet amaritudo cordis: 2°. tritio seu subtilitas conscientiæ. Tertio humiliatio: vnde *cor durum in nouissimo male habebit.* Occurrit mihi in ista auctoritate iam primum vna pulchra consideratio, quam prius non habui: quia secundum diuersa puncta, potest habere diuersos intellectus: quia si dicis cor durum, faciendo punctum hic, significat, quod cor durum perseuerans vsque ad mortem scilicet vsque ad finem vitæ in nouissimo malè habebit, scilicet erit damnatus in puncto mortis, quia sic est sententia: sed dicendo cor durum in nouissimo malum habebit, id est damnabitur: oportet ergo quod cor durum sit tritum, & confractum antequam veniat ad punctum mortis, vt bene habeat, quia sero addiscitur seruire Deo, cum homo moritur: quia in illo puncto homo obliuiscitur sui ipsius. Et nota, quod tres sunt causæ quare cor debet amaricari. Prima est amor & dilectio, secunda est valor, tertia est contradictio. Dico quod prima causa amaricandi cor est dilectio: probo per auctoritatem, quia quid est propter quod tu odis mortem? certè est dilectio vitæ, & tantum doles perdere diuitias, quantum amas illas, & sic tantum doles perdere honorem, quantum amas illum. Vnde Hiero. Qui diligit honorem timet verecundiam. Et Deus est omnia, &

Amaritudo, contritio & humilitas tria necessaria ad cõfessionem.

Signa exteriora contritionis.

1. Cor cõtribulatum.

2. Cor contritum.

In vera contritione tria cõcurrere debent. Eccles. 5.

Homo moriẽs non seruit Deo.

Tres causæ ob quas cor debet amaricari.
1. amor.
2. valor.
3. contradictio.

Psalm. 50.

Digitized by Google

& est noster amor: quia omnis consummationis est finis scilicet Deus, quia Deus charitas est, & est tantum largus in nobis, quanta est charitas, quam habemus, quia omnia diriguntur ad illum finem, scilicet vt gaudeamus & fruamur Deo: nam nos amamus medicinam propter finem sanitatis: ergo plus amamus sanitatem, quam medicinam & medicum: si ergo amamus aliqua propter Deum, & ad finem vt fruamur Deo, & propter finem ipsius Dei, nos debemus odire illud, quod tollit illum finem, scilicet peccatum, per quod priuamur Deo, fac ergo quod nihil opereris, per quod impediatur ille vltimus finis beatificus Dei, quia *non habemus hic ciuitatem permanentem*, quia peregrini sumus. Salus ergo nostri finis Christus est, & per consequens ipsum imitari debemus, in quo tota spes nostra consistit, & peccatores, & superbi, & luxuriosi deuiant ab isto fine, quia sunt indurati, & non intelligunt peccatum, nec eorum finem quo priuantur, quia damnati magis dolent de priuatione tanti infiniti summi boni, quam de toto igne infernali, quem perenniter patiuntur: si ergo doles perdere quod amas, quanto res est magis pretiosa quam amas, tanto magis ipsam perdendo doles, considera ergo, quanta est perditio Dei propter vnum peccatum. Vnde Ierem. 1. *Lamentum & planctum vnigeniti*, fac tibi lamentum amarum, scilicet quando peccas, quia tuum thesaurum perdis, & ideo anima videns se priuatam suo creatore, debet multum dolere, quia nil est pretiosius illo, qui est finis omnium bonorum. Nam Dauid dum vnus eius filius infirmaretur, posuit se in solitudinem, & continuè fleuit tota die & nocte, donec sibi relatum fuit, quod vnicus eius filius mortuus fuerat, quia tunc confortatus alium assumpsit. Nam bona voluntas, & bonus amor est filius, & peccatum cui consentit voluntas delet, & accipit amorem & gratiam Dei, & anima infirmatur & cum intellectus intelligit se perdidisse amorem & gratiam Dei, & animam esse infirmatam, & stare in periculo mortis æternæ, non cessat flere suum reatum, donec confiteatur & pœnitentiam agat, donec sentit se recuperasse sanitatem, scilicet Dei gratiam, & amorem diuinum: quia tunc reuiuiscit, & cibum capit spiritualem, scilicet corpus Christi. Tertia ratio est contradictio: quia si bene ponderas, per culpam tu perdis quod habes per gratiam, quia per gratiam tu consequeris vitam æternam, & fugis ignem æternum, quod non est paruum bonum, & sic per contrarium non est parua perditio perdere gratiam Dei. Vnde in Apoc. 7. c. & in 12. c. Facta est salus, quia deiectus & proiectus est draco ille magnus, scilicet serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Sathanas qui seducit vniuersum orbem proiectus est in terra & Angeli eius cum eo missi sunt. & Ioan. 7. c. *Benedictio, claritas, sapientia & gratiarum actio, honor, virtus, fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen.* Nam fortitudo est amor diuinus, per quam saluamur & saluati sumus, quæ perditur propter peccatum, quia nulla creatura mundi posset priuare animam suam libertate, excepto peccato, cui consentiendo perdit diuinam gratiam & gaudia paradisi: quia qui est in gratia Dei, est in gratia omnium Sanctorum, & totius paradisi: & econtrario propter culpam perdit gratiam Dei, & omnium Sanctorum, & gloriam paradisi. Considera ergo pulchritudinem animæ, quæ est facta ad similitudinem Dei, quam pulchritudinem propter peccatum amittis, quantum deberes dolere perdere illam propter peccatum ad instar matris habentis pulcherrimam filiam, quam sperat tradere sponso sine dote propter decorem suæ pulchritudinis, & sibi superueniret vna lepra quæ deformaret totam faciem, & & pulchritudinem eius filiæ: quantum putas doleret illa infœlix mater. Ita dolere debet anima denigrata, & deformata propter lepram peccati: & hoc quantum ad cor amaricatum. Cor contritum, quia sic dando de malleo durus lapis in puluerem atteritur. Ita oportet cor nostrum teri & minui, id est de omnibus peccatis dolere tam de paruis, sicut de magnis, & tam de multis, sicut de paucis, quia si sic non fit, non est vera contritio, nec vera confessio: & si vis cognoscere, quando tu es bene confessus, considera si te pœnitet de omni peccato commisso tam verbo, quam opere, tam in omittendo, quam in committendo, & in quinque sensibus corporis, & in omni mala cogitatione, & cõsensu. Vnde cor contritum, &c. Contra aliquos dolentes de aliquibus peccatis magnis, & confitentur de illis tantum, & non de paruis: sicut vsurarius qui audiens peccatum vsurariæ prauitatis esse graue, dimittit fœnus, sed non restituit vsuras, & tunc est attritio, sed nõ contritio: similiter fœmina fornicatrix dimittit actum fornicationis, & dolet de actu fornicationis: sed multoties consentit corde sine opere, & tamen dolebit de primo actu, & non de secundo, scilicet de consensu, & concupiscentia erit attritio, sed non contritio, & non sufficit. Similiter domina faciet fieri vnum vestimentum pretij ducatorum ducentorum, ad quid perditio hæc? si consideras, ô fœmina à diabolo sollicitata, quę inducis tuum maritum ad prædandum pauperes ad faciendum istas vestes sumptuosas, tu reperies, in illis tuis manicis suffultis, & veste caudata tot furta, quæ comedunt sanguinem pauperum cum lachrymis vxorum, & familiolæ suæ degentium domi fame, & frigore propter illam tuam vestem, quod vtique non gauderes, sed plangeres die, noctéque, quia erunt in testimonium tibi in die iudicij ad perdendum animam tuam. Similiter ferre capillos mortuorum, est magnum peccatum. Similiter si fiet tibi iniuria, tu applaudes illi vultum, & tamen seruas in pectore vulnus, confitendo de huiusmodi, & non se corrigendo, nil valet. Similiter in peccatis venialibus tu debes confiteri, & dolere secundum qualitatem, quantitatem, & grauitatem peccatorum: & talis est vera contritio, & occurrit in confessione, sicut in mercatoribus vendentibus pannos eiusdem bonitatis, conditionis, & collationis, & vnus vendet pannum suum pro minori pretio quam alter, certè ille mercator habebit maiorem concursum, qui vendet minori pretio, quam qui vendet maiori. Ita hodie accidit in confessione, quia confessores, qui dant pœnitentias minores habent maiorem concursum quam dantes magnas, & sic fit mercatura de pœnitentiis, & sic peccatores decipiuntur, & mittuntur ad inferos: & isti qui vadunt ad tales, qui dant minores pœnitentias causa euitandi bonos confessores, causa non habendi congruas pœnitentias & magnas, non plus contritionis habent quam diabolus, quia confessor cæcus non faciet conscientiam fœminæ de suis vanitatibus, nec quærit, & non examinat de debitis circunstantiis peccatorum, & sic mergitur in profundo, & se mergendo, te pariter trahit ad æternum supplicium, nisi per medium iustitiæ tibi consulat, nec valet dicere, est ita consuetudo Paduæ, quod fœminæ vadant caudatæ, & cum capillis alterius, quia non est bona excusatio, nec est consuetudo approbata, sed corrupte la. Vnde oportet habere conscientiam contritam, sicut puluerem. Non tamen dico quod consulat nimis stricte, nec nimis latè, sed stet in medio signi, quia virtus consistit in medio ad instar balistarij, quia non debet trahere sagittam à dextris, nec à sinistris, nec nimis sursum, nec nimis deorsum, sed in medio signi. Et considera balistam tuam, quia si plus trahit, teneas per medium signum, si minus trahit, teneas magis sursum, & tunc bene collimando recte trahes in medio scopi. Ita confessor cum discretione, & prudentia debet considerare illum, qui confitetur & eius conditionem, ætatem & peccata, familiam, artem, & si est sui iuris, vel in alterius potestate, & recte consulat, &c. Tertium est obedientia: & ideo dicit humiliatum, id est in puluerem redactum, & bene contritum: quia si ponis manum super illo puluere, vel crucifixum, monstret formam manus,

Heb. 13. 1. Deus finis noster.

Ierem. 1.

2. valor Dei.

3. contradictio.

Apoc. 7. 12.

Amor diuinus fortitudo.

Pulchritudo animæ ob similitudinẽ Dei.

Mater dolet quando pulchritudo filiæ deperditur sic anima se gerere debet

quando peccat.

Confessio tam magnorum peccatorum quam minimorum esse debet. Exempla.

Dissimulatio iniuriæ peccatum est.

Confessio ad instar mercaturæ.

Cõfessores similes mercatoribus. Pœnitentia congrua & respondentes peccatis imponi debent.

Consilium confessoris ad instar balistarij.

3. obedientia.

Digitized by Google

nus, vel crucifixi : & ſit ita mollis quod forma ipſius crucifixi imprimatur in puluere illius cordis contriti, & non ſit aſperum, ſed tenerum; molle, & humile, & ſi percutitur quòd non reſonet. Nam ſi ponis manum ſuper lapidbus aliqualiter tritis, & non in puluerem redactis, niſi leuiter, non monſtrat ſignum manus : & ſi ponis pedum ſupra, non imprimetur forma pedis. Imo noceret pedi, ſi res ſupra quia eſſent nimis duri, & aſperi illi lapides : & ſi diceres, vel percuteres illos lapides cum baculo murmurarent, & ſonitum ederent, ſeu reſpirarent : ita eſt cor bene contritum, ſed leuiter attritum : & ſi vis ſcire iterum, quando es bene contritus, quando confeſſor inungit tibi pœnitentiam, & licet ſit aſpera, & libenter cum obedientia ſine aliqua contradictione illam ſumis, & facis ſine murmuratione : ſed quando confeſſor facit tibi conſcientiam, & dicit, ego volo quod tu deponas vanitatem, & quod de cætero non portes caudas, nec capillos alienos, & criſtas, neque fuces amplius tibi faciem & huiuſmodi : & tu dicis, ego non poſſum, quia maritus meus vult quod portem vel faciam, quia facio etiam vt placeam marito meo : & ego dico, quod tu mentiris, quia ſi faceres ad placendum tuo marito, tu ita ires per domum fucata, ſicut tu vadis extra domum, & iſtud eſt murmur & rumor lapidum percuſſorum : nec facias vt ſolent dicere nonnullæ mulieres, habeo omnia peccata, excepto quia non peccaui de corpore meo, & nunquam fornicata fui nec noui alium virum quam maritum meum : quia tales ſic dicentes mentiuntur; quia millies mœchatæ ſunt deſiderando alios calamiſtratos : quia qui videt mulierem ad concupiſcendum eam mœchatus eſt, & econtra : ſi non confiteris de omnibus modo prædicto, & quando vadis ad confeſſionem cum vſutis, & contractibus illicitis, non ſeruando feſta, & animo non reſtituendi, nec deſerendi meretricem, quam tenes, vel te non emendandi cum propoſito amplius non peccandi, peius facis quam ſi non fuiſſes confeſſus. O vos pigmentarij, qui in diebus dominicis venditis, & tenetis apothecas apertas, niſi in caſu neceſſitatis medicinarum, & confitemini : & cur perſeueratis non cognoſcendo vos. Et ô vos vſurarij diabolici, qui ita fœneramini in diebus Dominicis, Paſchæ, & Natiuitatis, ſicut in aliis diebus, diabolus vos expectat. Sed ſi vultis ſaluari, eſtote obedientes confeſſoribus veſtris, & peragite pœnitentiam, quia animæ renouantur ſicut flores tempore Veris per confeſſionem, & pœnitentiam, & frequentate prædicationes, vbi inſtruemini de his, quæ ignoratis. Nam ſapiens interrogat, quare Deus dedit ſenſum homini ſapienti: reſpondit, vt inſtrueret fatuos, & ignorantes.

Nota bene contritionis.

Secvnda Pars Principalis,

De contritionis quantitate.

De contritionis quantitate. Circa quantitatem 3. dubia.

CApiamus ſecundam partem principalem noſtræ prædicationis, quæ eſt ſcilicet ſua quantitas contritionis. Circa quam conſiderationem nota tria dubia. Primum quærunt. Doctores ſecundum Franciſcum de Maironibus, quanta debet eſſe contritio. Reſpondit, quod ſicut in infirmitate corporali tanta datur medicina, quantus eſt morbus, ita in infirmitate ſpirituali animæ tanta debet eſſe contritio & pœnitentia, quanta ſunt peccata. Vnde in Deuter. cap. 25. ordinabat Deus pro multitudine peccatorum erit plaga eorum, nam morbus & plaga animæ peccatricis eſt infinita, quia priuat bono infinito, & ita ſequitur pœna infinita, & ita debent eſſe per conſequens pœnitentiæ infinitæ: & videtur impoſſibile, & graue valde poſſe habere veram contritionem, quia oportet quod plus doleas de vno peccato mortali, quam ſi perderes filios, vxorem, diuitias, membra, vitam, & omnia bona temporalia, & corporalia : quia propter peccatum mortale, tu perdis animam. quæ cunctis rebus eſt præferenda, ergo, &c. Et verè potius homo rectè conſiderando deberet velle mori quam facere vnum peccatum mortale : & eſt ratio, quia ſicut eſt melior anima quam corpus, ita melior mors corporalis quam peccare, quia peccatum occidit animam. Secunda ratio, quia tu debes præponere Deum tibi: quia dicit Deus, ama me ſuper omnia, & amare vitam corporalem, & iſta temporalia pluſquam vitam æternam, quæ nil aliud eſt quàm frui ipſo Deo, quùm vitam æternam perdis propter peccatum, eſt præponere ſe Deo : ergo, ſi igitur eſt ita difficile, & quaſi impoſſibile habere veram contritionem, quis ſaluabitur? Cum videatur quaſi impoſſibile. Dico, quod hic eſt punctus omnium agibilium, dixit, Lippotopus, & eſt concluſio totius operis vitæ hominis. Nam iſte Lippotopus fuit homo valde hilaris in mundo, & ſicut gaudioſe, & ſolatiosè vixit in mundo, ita mortuus eſt mundo: habebat enim pro ſolatio facere ſuos familiares deſides & ita triſtes, quod quando ipſos expellebat nemo ſciens illos ſteriſſe cum Lippotopo accepiſſet eos aliqua via mundi. Vnde dum infirmaretur voluit facere teſtamentum : & vocatis teſtibus, & notario, dixit: primo relinquo xenodochio Senenſi mille ducatos, domino Epiſcopo mille. Item relinquo carceratis quingentos ducatos. Item pro maritando viginti domicellas, mille ducatos. Item viatoribus quingentos ducatos. Item cuilibet ordini fratrum, mille ducatos. Item relinquo p resbytero Iacobo rectori S. Danielis de Padua, mille ducatos. Item pro pontibus aptandis vndecim ducatos. Item pauperibus nobilibus verecundis quinque mille ducatos, &c. Et in effectu reliquit triginta ducatos. Aſtantes vero commiſſarij & notarij qui cognoſcebant ſuum patrimonium eſſe modicum, quia conſumpſerat magnam partem ſuarum facultatum in dando ſibi delectationem & in ſolatiis, & gaudiis in hoc mundo, dixerunt, Bene, tu bene ordinaſti ſic : vbi ſunt iſti denarij : vnde ille : reſpondit, hic ſtat punctus. Et exinde certo vocabulo communiter dicitur, hic ſtat, punctus, dixit Lippotopus : vnde ad propoſitum redeundo, iſta contritio eſt ita difficilis res, quod niſi præponas Deum omnibus exiſtentibus in mundo, & filiis, & vxori, & ſolatiis, gaudiis & diuitiis, attinentibus, & amicis, & potius velles perdere vitam quam offendere Deum, tu in puncto mortis reperies te deceptum: & crede mihi, quia non dico tibi ſomnia, ſed veriſſima, nam ſunt aliqui, imo infiniti, qui male viuunt & ſperant dicentes, cum moriar dicam meam culpam & ero ſaluus : & crede mihi, quia niſi habueris iſtam contritionem, de qua iam tibi cecini, eſt impoſſibile quod tu ſalueris, quia difficilior res mundi eſt ſcire ſeruire Deo, & tu voles incipere ſeruire Deo in puncto mortis : vere, niſi diſcas tempeſtiue viuere ſecundum Deum, & habere veram contritionem, ſero incipies, cum morieris, & qui non recordatur de Deo in vita, non auditur in puncto mortis. Et accidit iſtis talibus, ſicut accidit domino, qui annuebat capite quod famulus iret ad eum, & familiaris ſuus etiam annuendo & mouendo caput ſignificabat, quod volebat ire, & tandem dominus vocauit eum ore dicens: es tu ita habes, quod quando annuo caput iſto modo, tu ignoras, quod ego volo quod tu venias ad me. Et famulus reſpondit, ignoras & tu, quòd quando ego moueo caput : ſignificat quod ego nolo venire : ſimiliter facit Deus, quia quando peccator modo ſupraſcripto vult vocare Deum, Deus obaudit dicens : *amen dico vobis quia neſcio vos*, quia nunquam vidi vos, nec veniſtis ad me in conſpectu meo per orationem, confeſſionem, & contritionem: ſed ſicut plus amaſtis caduca quàm me, cadendo in profundum, iuuemini ab his, quibus ſeruiuiſtis in proſperitate vitæ veſtræ: vnde hac animaduerſione plectitur peccator, vt Deus, obliuiſcatur eius,

Plaga animæ peccatricis eſt infinita. Plus dolendũ pro vno peccato mortali quam pro amiſſione quarũcunque rerum.

Deum nobis præponere debemus.

Teſtamẽtum Lippotopi Senenſis.

Adagiũ, hic ſtat punctus eſt ex teſtamento Lippotopi.

Contritio in aliud non remittenda.

Exemplum.

Mat. 25.

Digitized by Google

Deus obliuiscitur eius qui Dei oblitus est.

qui oblitus est Dei. Et B. Augustinus dicit, quod quoties homo viuendo, vel moriendo non pœnitet propter amorem Dei, nec custodit se à peccato amore Dei, ne ipsum Deum offendat, sed tantum metu pœnæ infernalis, non est actus contritionis, sed isto modo moriendo ingreditur profundum inferni: quia timor illius non est fundatus in charitate. Itaque fundemus nos in timore dilectionis Dei, & iste timor sit in charitate fundatus: & exoneremus grauitatem peccatorum per confessionem cum vera contritione fundata in charitate Dei, vt in puncto mortis leuiter prosilire possimus maximam foueam, & latissimam, quæ est de isto mundo in alium, & ita taliter quod onerati non potentes saltare cadamus in foueam profundi abyssi: vnde capiamus vnum terribile exemplum. Dominus aliquis ponit legem, quod quicunque non exit ciuitatem per talem portam, suspendatur vsque ad vnam horam: & ante portam erat vnus pons cum vna profunda fouea vndique murata, & pons est remotus, & illa fouea est ita profunda quod qui cadit intra, non potest exire, sed oportet omnino suffocetur. Certe non esset homo qui si iret bene oneratus auro & argento, & gemmis, cum videret periculum vitæ imminere non saltando foueam, & saltando haberet spem euadendi vitam si saltaret vltra: & si caderet videret se morituram, nonne deponeret aurum, gemmas & vestes, & faceret se leuem quantum posset, & poneret se potius in periculo cadendi in foueam cum spe euadendi, quàm remanere in ciuitate, quia scit etiam quod non exeundo suspenderetur: certe sic, imo si esset ille terminus appositus in præfixo die, omnes per vnum diem ante conarentur experiri saltare, vt melius possent in illo puncto saltare foueam illam, & ponerent sibi in manibus duos lapides, vt melius saltarent: vnde si ad euitandam mortem corporalem, tu vtereris tanto ingenio: quanto majori ingenio tu, ô homo cæce! vti deberes & experiri discere scire saltare de isto mundo in alium in puncto mortis: quia si reperieris esse onustus & grauatus peccatis, tu non poteris saltare: & nisi cautè ambules offendes pedem & magnum inde detrimentum senties; nec credas in illo puncto posse ita subito deponere sarcinam peccatorum: vnde disce ô miser, ô peccator, à S. Ioanne Chrysostomo, qui in puncto mortis rogabat suos fratres orando & dicendo: Fratres, orate pro me, quia habeo facere vnum magnum saltum, quem nunquam feci. Et Pau. qui dicebat, *conuersatio nostra in cœlis est*, dixit: nescio qualiter sciam salire, quia non in hoc iustificatus sum, &c. Et nos miselli peccatores, quid faciemus, & scimus quod nobis inuitis oportet, quod nos moriamur, & lege statutum est quod omnes faciamus illum saltum, & tu, ô vetula cantatrix quomodo cum tuis mammillis loco lactis abundantibus peccatis, qualiter saltabis. Sed tu ô Bernardine, qui studuisti iam 28. annis in sciendo saltare illam foueam, & noluisti habere vxorem, nec filios, nec diuitias, vt sis agilior in saltando illo puncto, quid facies? verè ego timeo valde quod in illo puncto non sim impatiens, vel aliquid tentationis impediat saltum meum, & perdam quæcunque fecero, quia dubius valde est saltus ille: ergo fratres discite & vos prouidi scire saltare: volue modo, & ne forte desperes quod non possis habere istam contritionem, ego volo tibi probare, quod est bene habere eam. Primo per auctoritatem legis de re. iur. c. nil est tam naturale quam eodem vinculo dissolui, quo ligatur, quia peccatum nostrum à voluntate procedit, & voluntas est grauior, & est leuior res, quæ sit in mundo. Nam si voluisti facere malum, modo voles facere bonum: qui siue sis dives, siue pauper, siue infirmus, vel sanus, senex, vel iuuenis poteris leuiter tuam voluntatem exercere & dirigere in hanc sententiam, quod tibi displiceat malum adeo, quod potius velles mori, quam offendere Deum, quia Deus offenditur per peccata, & hoc est possibile, & leue volenti; vnde Bonauentura mouendo istud dubium, si homo deberet velle potius mori quam offendere Deum & peccare mortaliter. Respondet quod dupliciter potest intelligi scilicet sensitiuè in dolendo: & intellectiue scilicet in ratione intellectus volendo potius præponere Deum & animam omnibus aliis rebus, quam econtrario: alius est dolor sensitiuus quando homo dolet & lacrymatur compunctione cordis, & pœnitet se peccasse, & illud est signum magnæ gratiæ, & iste dolor sensitiuus non est possibilis & debitus omni creaturæ. Sed dolor intellectiuus est insitus naturaliter omnibus: vnde consentiendo, & cum consensu volendo dolere, pœnitere & flere peccata nostra cum proposito amplius non peccandi & emendandi vitam nostram, est vera contritio. Sed quando dolor sensitiuus & procedens à sensu corporali communicato cum sensu intellectiuo, quod velit potius mori quàm offendere Deum, tunc est magna gratia Dei, adeo quod reperrum est, quod dum quædam meretrix audiret prædicationem, tanta gratia Dei prosiliuit in istum tantum dolorem corporalem communicatum cum sensu spirituali, quod ipsa venit in tantam contritionem quod intelligendo offensam, quam fecerat Deo, cœpit magna voce clamare, misericordia, misericordia: & sic eiulando expirauit, & ni fallor ego credo quod illa ad gloriam pertransiuit. Sed tu ô mercator, & tu ô artifex: propter lucrari vnum solidum dices mendacium, & tunc præpones vnum solidum, imo quandoque vnum denarium Deo: qualiter ergo poteris saluari, certè nunquam poteris saluari, nisi præponas potius non velle te esse Imperatorem quàm velle peccare mortaliter. Et hoc totum consistit in voluntate, quæ est libera homini. Et non miteris si Deus voluit hoc esse difficile propter magnum lucrum, quod lucramur cum sola voluntate, qua mediante leuiter & agibiliter possumus acquirere perpetua gaudia & thesauros paradisi, & transubstantiari in ipso Deo: vnde ex parte carnis est difficile, sed ex parte animæ in qua consistit voluntas, est leue. Si ergo tu præponis animam corpori, leuiter acquires veram contritionem. Nam sic faciendo iustitia & pax osculabuntur, & facies quicquid voles suppeditando corpus, sicut martyres, *qui ibant gaudentes à conspectu concilij* ad martyrium, & S. Paulus dicebat, *cupio dissolui, & esse cum Christo*. Secundum dubium est, si homo potest habere tantam contritionem, quod possit sibi remitti culpa & pœna: & dicunt Doctores, quod contritio potest venire duplicata respectu corporis & animæ, & potest esse tanta, & concurrere in tanto dolore, quod anima à corpore discedens in illo dolore & punctione corporis & animæ subito volat ad gaudia paradisi, sicut iam supra dixi de illa meretrice, quia in intellectu rationis tantus est dolor quanta est charitas, quemadmodum quanto plus sol intrat cameram, tanto plus illuminatur camera; quia quantò est maior charitas in anima, tantò est maior contritio, in tantum quòd potest esse tantus dolor sensitiuus in corpore communicatus cum dolore intellectiuo animæ, quòd Deus remittit culpam & pœnam, sicut fuit in Maria Magdalena, quæ habuit tantam contritionem primo animæ, & postea in sensibus corporis flendo de peccatis factis in visu, odoratu, tactu, gustu, & auditu, quod Christus dixit, *vade in pace* propter rationalem, *quia remittuntur omnia peccata tua*, propter sensitiuam: vnde nota quòd vna lachryma est tantæ virtutis, quòd plus mortificabit ignem inferni quàm totum mare: vnde Bernardus: Humilis lacryma sublime regnum impetrat paradisi.

Quæstio an homo debet potius velle mori quam Deum offendere.

Responsio distinguenda intellectiuè mori & sensitiuè.

Exemplum.

Act. 5. Phil. 1.

An possit esse tanta contritio vt per eã remittantur culpa & pœna.

Phil. 3.

Luc. 8.

Lachryma virtus infernũ extinguit.

FERIA

Digitized by Google

FERIA QVARTA POST V. Dominicam Quadrag.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore honestante, tres habet considerationes duabus partibus comprehensas.
Prima pars principalis,
De domina honesta, & de ista gloriatur maritus,
Secunda pars principalis,
De domina vana, de qua suspicatur maritus.

De amore Honestante, quarta penna quintæ alæ amoris feruentis.

Sermo XXXVI.

Ioan. 10.

SI mihi non creditis, operibus credite. Ioan. 10. cap. In hoc sermone intendo tractare de amore, qui dicitur honestans. Et intendo tractare de triplici specie dominarum, quæ reperiuntur. Prima vocatur domina honesta, & de ista maritus habet gloriam. Secunda vocatur domina vana, & de ista maritus portat suspicionem. Tertia vocatur domina saltatrix, garrula & vaga, & de ista maritus habet tristitiam.

Triplex species mulierū.

Prima Pars Principalis,

De domina honesta, & de ista gloriatur maritus.

DIco quod quædam dominæ sunt honestæ, modestæ & pudicæ, & multoties habent maritos, qui sunt minimè digni habere tales dominas; & vbi sunt tales dominæ, bona semper augentur, & mala conculcantur: vnde si accidit quod talis domina honesta habeat, vel habuerit maritum, ipse bene potest esse contentus: Si vero habet vanam vel saltatricem, semper viuet in suspicione zelotypiæ, & cum tristitia & amaritudine cordis, & si habebit filios, erit dubius vtrum sint sui, & quia ars malitiæ mundi est omne bonum conculcare & vituperare, necesse est quod in illa domo, vbi sunt tales mulieres, mala augeantur, & bona conculcentur. Et nota quod tres sunt causæ, quare maritus debet amare vxorem honestam. Prima, quia est ab ipso in fide desponsata. Secunda, quia debet esse ab eo, sicut est ecclesia à Christo amata. Tertia causa quia debet esse propter eius honestatem & virtutes appreciata: dico primo, quod est à marito in fide desponsata. Vnde Prophera loquens in persona mariti dicit, *Desponsabo te mihi in fide in æternum*: hinc est quod desponsatur mulier in signum fidei: & ideo cum sunt sibi ad inuicem infideles, sunt proditores. Et nota quòd annulus datur vxori sub triplici consideratione. Prima consideratio est, quod digitus est longior annulo. Secunda, quia annulus est latior digito, & circundat digitum. Tertia, quod ponitur in digito venæ cordialis: vnde annulus excedit in latitudine digitum, & exceditur in longitudine à digito, ad significandum, quòd secundum sententiam S. Pauli, vir non habet potestatem sui corporis sed mulier, & econtra mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir: & in hoc vir, & vxor sunt æquales, quia non debet alter alteri consentire, nisi in licitis & honestis, & cum modis, locis, & temporibus indicendis. Sed quæro, quod est maius peccatum, vel quod maritus rumpat fidem vxori, vel vxor marito: & primo dico, quod secundum modum est maior verecundia vxori, & maius periculum, quia cum maritus sit fortior, potest eam occidere. Sed væ illi, qui occidit vxorem maxime vt vinculum soluat ad ducendum aliam, & raro dispensatur super homicidio vxoris, nisi in tribus casibus. Primus, quando reperit ipsam in flagranti crimine, quia tunc dispensatur. Secundo, quando occidit eam per iram & tunc raro dispensatur. Tertio, quando est philtro captus de alia, & occidit ipsam vt matrimonium ducat cum illa saga & nunquam dispensatur, quia maritus occidens vxorem plus peccat, quam occidens matrem. Modo respondeo ad quæsitum, & dico, quod est maius peccatum homini fallere fidem vxori quam econtra: ratio diuersitatis est, quia est caput vxoris, sicut Christus est caput Ecclesiæ, & est magis constans, & mulier est magis fragilis & mutabilis. Tu ergo ô vir, cum sis caput mulieris, noli esse sicut illi, quorum caput est vxor, & vxor est supra maritum, quia est magnus pudor homini, quod vxor sit virtuosior eo, & gubernet familiam loco viri. Item vir ponit annulum in digito cordis, in quo est vena procedens à corde, ad significandum quod debent se cordialiter mutuo amore diligere: vnde si maritus, vel vxor ponant cor ad concupiscendum alium, vel aliam quam ad sibi inuicem, licet non vellent esse in actu carnali cum illo vel illa, quem vel quam concupiscunt mentaliter tantum, tamen rumpitur fides, & est fornicatio mentalis, & iam mœchati sunt. Secunda ratio, quare maritus debet amare vxorem bonam est, quia nos debemus imitari Christum, vnde Paulus dicit: *viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, quia hoc sacramentum magnum est*, &c. Et Christus amauit Ecclesiam tribus modis. Primo modo ad eius salutem, vt inde intelligatis quod similiter debetis diligere vxorem: quia datur vxor viro non ad perditionem, sed vt sit ei adiutorium, vnde in Genesi, primo, *faciamus sibi adiutorium*, &c. vnde si vxores vestræ volunt ieiunare & facere bonum, orare & opera Dei facere, vos debetis eas dimittere vt bona opera perficiant, alioquin vos pœnitebit non solum in futuro, sed forte etiam in hoc mundo: quia si impeditis ipsas indulgere diuinis & virtutibus, vt immergantur in vanitatibus, vos ipsi eritis caussa vestri mali: ô insensati, quot sunt qui haberent vxores virtuosas & honestas, qui dant causam suo pudori incitando ipsas in lasciuiis & vanitatibus mundi, damnum ergo quod sua culpa sentiunt, tales sibi imputent. Secundo amauit Christus Ecclesiam, quia sustinuit passionem pro ea. Ita debet esse bonus maritus: quia si vxor infirmatur, compati sibi & subuenire ei debet, si est senex, supportare eam in patientia: & sunt aliqui, qui si vxores non sunt bonæ ad luxuriandum, non ipsas amabunt, &c. vnde qui diligit vxorem suam, se ipsum diligit, quia *hoc os de ossibus meis, & erunt duo in carne vna: & relinquet homo patrem & matrem*: quoad habitationem, non tamen quoad dilectionem: *& adhærebit vxori*. Itaque tempore pestis si inficitur, non derelinquas eam, nec econtra: sed prouideant sibi ad inuicem necessitatibus animæ & corporis. Vnde Salomon dicit, *In tribus placitum est, spiritui meo quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum & amor proximorum & vir & mulier bene sibi consentientes*, quia pulchrum & laudabile valde est concordia fratrum, dilectio vxorum & populorum vnio: & tu, ô honesta, consenties viro tuo inhonesto: similiter & vir, si igitur vult ire ad villam & quod secum vadas, vade si imperat tibi aliquid, dummodo non sit contra Deum & bonos mores, consentias sibi, & econtra cum discretione semper: nam Christus voluit pro Ecclesia mori. Ita debent facere coniugati, sed mariti communiter sunt contrarij vxoribus. Tertio ostendit Christus Ecclesiæ quod non est peccator, qui velit

Tres causæ ob quas maritus amare debet mulierem honestā.
1.
2.
3.

Osee 2. Coniugati si non fideles, proditores.

Annulus triplici consideratione datur vxori.
1.
2.
3.

1. Cor. 7. Quæstio an maritus grauius peccet fidem frangendo quā vxor.

Dispensatio vxoricidij raro conceditur nisi in tribus casibus.
1.
2.
3.

Responsum quæstioni.

Locus annuli maritalis.

Ephes. 5.

Christus ecclesiam amauit tribus modis.

Genes. 1.

2. ratio cur Christus ecclesiam amauerit.

Genes. 2. Matth. 19. Marc. 10.

Eccli. 25.

3. ratio quia Christus non est peccator. Duæ regulæ.

Digitized by Google

Omni potenti volenti redire ad Deũ non denegatur gratia.

in veritate reddere se Christo, quin Christus sibi parcat. Sed non qui dixerit, *Domine, domine, saluus erit:* sed *qui fecerit voluntatem patris mei, qui misit me.* Et nota duas regulas. Prima est, quod cuique peccatori volenti redire ad Deum, Deus non potest sibi denegare veniam peccatorum suorum, secundum pœnitentiam ordinatam. Secunda ratio est, quod impossibile est, quod Deus parcat ei, qui non vult voluntariè se sibi reddere: vnde Ierem. *Tu autem fecisti tot fornicationes*, quia fornicatio est omnem aliam rem pluſquam Deum amare, & nihilominus si vis pœnitere & redire ad diuinum amorem, Deus parcit tibi. Similiter maritus debet cordialiter parcere vxori, quæ errauit marito, si ipsa in veritate velit redire ad frugem honestatis & laudabilis vitæ. Tertia causa, quia maritus debet mulierem honestam amare & appreciare propter eius virtutes & honestatem: Nam domina honesta debet talis esse, qualiter apparuit S. Ioan. 12. ca. *Et signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens*, &c. quod significat quod domina honesta est vestita Sole, qui est vigorosus, luminosus, & calens, quia domina honesta est illuminata radiis veræ fidei, & vigorosa præmiis magnæ & indubitatæ spei, & habet calorem feruentis charitatis: quia vidi per experientiam & probaui meliores esse fœminas quàm viros in spe, fide & charitate: nam in sola Maria fides remansit, & mulier ponit spem suam solum in Deo. Sed vir communiter ponit spem in diuitiis mundanis. Luna significat vanitatem: Nam Luna est lucens, tamen ex sui naturali influentia est frigida, & lucet in tenebris: similiter domina vana, est mundus apparenter de foris lucens: sed influentia & fructus suarum vanitatum est plenus turbine, miseriis, tristitiis, infortuniis, & peccatis: & est ad instar fumi, qui quandoque lucet de foris, intrinsecus autem est putridus. Similiter potest assimilari ligno marcido, quod lucet de nocte, & tamen est totum marcidum. Tu ô voluptuose fatue, vis videre in quo posuisti amorem tuum: dic amasiæ tuæ, quæ tantum te amat, quod tu vis eam mœchari. Ego scio quod propter amorem patietur se scortari: tolle eius pellem, & pellem vnius felis, & porta illas pelles vni pellipario, certè tu reperies plus de pelle vnius felis quàm de illa pelle, quæ videtur tibi ita splendens, in qua posuisti tuum amorem, & facis tot fatuitates: considera dempta illa pelle tuæ amatricis, quid remanet nisi vnus saccus fœcis plenus putredine, & tandem efficitur esca vermium & vertitur in cinerem, & anima istius dominæ vanæ descendit in puteum abyssi. Nam dum quidam prædicaret de vanitatibus Dominarum, videns quòd se non corrigebant, posuit in pulpito vnam fœminam repertam siccam in quodam sepulchro, valde visu horribilem: & dum prædicaret volens ipsis ostendere, quales dominæ vanæ efficiuntur, accepit istam mortuam, deformem & siccam, & ipsam palam ostendit in pulpito illis, Domina, dicens, ista fuit vana, sicut & vos, & tandem efficiemini sicut ista cum vestris vanitatibus, & anima forte cruciatur in inferno. O vana, considera & contemplare, qualis eris, cum sis certa quod morieris. Et nota, vnam regulam, quod si vna Domina vana & impudica dealbaret sibi tempora & vultum quantum scit, & minio ruberet illa cum suis capillis tam anterioribus, quam posterioribus & vestibus caudatis minus placebit viris suis quam domina vana pudica, honesta impudicè vestita, & facit maritum zelotypum & censebit eam impudicam & vilem, & non poterit cordialiter diligere ipsam etsi fingat eam amare, iuxta prouerbium antiquorum, quod tria sunt quæ spernuntur, sensus pauperis, portitoris fortitudo, & pulchritudo meretricis. Nam si domina vana transit per viam, omnes derident eam, & faciliter diffamatur. Sed si domina honesta pertransit, omnes cedunt sibi & benedicunt ei, multos habebit defensores, & nihil mali poterit credi de ipsa: vnde B. V. Maria, mater Dei, erat tantæ modestiæ, pudicitiæ & honestatis, quod homines qui videbant eam, non solum non tentabantur, sed omnis tentatio, si quam habebant, cadebat ab eis & fuit honesta honestarum, & virgo virginum & vidua viduarum, & voluit esse maritata, ad ostendendum quod ipsa erat antesignana nuptarum, & fuit dux viduarum, & gloria virginum, & habebat 12. *stellas in capite* propter duodecim proprietates bonæ & honestæ mulieris, & erat amicta Sole: nam pulchrior res mundi est Sol, sic pulchrior res, quam potest habere ciuis, est vxor honesta, quia excedit vitrum, argentum, lapides pretiosos, vestes, domos, possessiones, & omnia quæ possideri possunt. Vnde Eccles. 26. cap. *Sol oriens in altissimis Dei*: ita bonæ mulieris species in ornamento domus suæ, quia sicut Sol illuminat totum mundum, creata nutrit, & sine eo deficerent omnia creata, & victualia morerentur, si sol deficeret, quod non faceret cursum suum per diem super terram secundum naturales: sic honesta domina pulchra & virtuosa illuminat totam domum patrisfamilias lumine veræ fidei, quia est fundamentum omnibus de domo in inducendo pulchris suasionibus maritum & filios atque familiam ad confitendum, & sumendum corpus Christi, castigando filias suas, & faciendo ipsas modestas & virtuosas, & ne filij blasphement & docet ipsos præcauere à malis societatibus, & domus illa in qua est domina honesta, est plena gratia & pace atque quiete. Vnde Eccles. cap. 26. *gratia super gratiam mulier sancta & pudorata*, quia non solum gratia, sed super gratiam, quia non portat caudam, non scortatur, nec se fucat, non portat holoserica acu elaborata, non quærit placere marito nisi in licitis & honestis, quinque sensus subordinat rationi, honestè conuersatur cum marito stando, orando in domo & in ecclesiis semper cum modestia & discretione, nunquam relinquit prædicationes & missas, sacra veneratur & reliquias sanctorum, custodit festa, confitetur crebro, & cum deuotione sacrificium corporis Christi sumit, & si scit legere, cum tempus ei vacat: & maximè in festis diebus deuotis libris indulget legendo, & meditando, choreas non curat, nec in cantilenis versatur, sed honesta ipsa omnia honeste facit.

2. Deus non parcit ei qui se sibi non vult reddere.

Amare rem aliã pluſquã Deum fornicatio est.

3. Causa amoris mariti circa honestam.

Luna est frigida. Exemplum.

Regula notanda.

Beata Virgo Maria ob honestatem non erat causa tẽptationis. Apoc. 12. Honesta mulieris 12. proprietates. Sol est mulier honesta & bona. Exemplum.

Eccl. 26.

Actiones honarii & pudicarũ mulierum.

Secvnda Pars Principalis,

De domina vana de qua ſuſpicatur maritus.

SEquitur secunda pars, scilicet de domina vana. Et quia contrariorum eadem est disciplina, verte per contrarium conditiones Dominæ vanæ cum conditionibus dominæ honestæ: quia sicut domina honesta est amicta sole, & habet lunam sub pedibus, per contrarium vana est amicta luna, scilicet vanitatibus, & sub pedibus eius tenet solem, scilicet splendorem virtutum, & dic signum magnum apparuit mundo, scilicet in inferno mulier amicta tenebris & luxuria, &c. In capite eius corona 12. stultitiarum, de quibus infra dicam: quarum stultitiæ quatuor pertinent ad iustitiam Dei, quatuor ad offensam sui ipsius, & 4. ad offensam proximi. Et volo primo incipere à capite mulieris vanæ, & non considerat vana fœmina vanitates esse peccatum. Sed Alexander, primus mag. Theo. fons doct. & pelagus sapientiæ, quærit si mulier vana portat capillos alienos, licet portet ad placendum marito suo, si potest sumere corpus Christi: & disputat pro & contra: tamen allegando Auguſt. & Cyprianum, qui tenent quod Domina vana, quæ mentitur capillamento, peccat mortaliter, quia facit contra dictũ Christi dicentis, tu non potes facere album vnum de capillis tuis. Dicit, quod dealbantes capillos & faciem, &c. conantur interpretari dictum Christi, quia licet tenere capillos

Quæstio, an mulier capillata capillo alieno possit sumere corpus Christi.

Matth. 5.

Digitized by Google

capillos delicatos, tamen non licet tenere eos,& facere artificiatos : quia ita faciendo volunt facere Christum mendacem,& non licet facere ista,maxime mulieri non habenti virum : sed nec etiam habenti , nisi in certis casibus, quia semper peccant mortaliter. Et similiter vendentes comas , & facientes aquas, & similia ad dealbandum capillos & facies mulierum , quæ omnia & similia sunt ad instar ephippiorum equi , scilicet hominis,quem equitat diabolus. Et stipendiarij communiter ferunt vestes interpolatas ad significandum,quod sicut incidunt peniculatos pannos : ita demonstrant de foris, quod eorum intentio & propositum est incidere alios homines in frusta & diuersas partes, similiter de his, qui ferunt caligas gemini coloris tibiis quasi consutas. Similiter in fœminis depingentibus sibi vultum, quia huiusmodi tales, & mulieres volentes facere se pulchriores , vel maiores quam sint, vel artificialiter facientes sibi ostendere mamillas, maiores pulchriores quam habeant , vel ponendo sibi bombycem ad spatulas vel ad sinum , vel retro subtus crines , faciendo macagnonos , & huiusmodi , semper peccant mortaliter. Nam macagnonus est vnum os in porco in renibus, quod nisi recipiatur, facit putrefacere carnes , & est nomen diaboli, qui induxit illum , vt mulieres vtantur eo : vnde si Deus fecit nigram vel rubeam seu albam , & si fecit te paruam , vel magnam, crassam vel gracilem , pinguem vel macram , tu debes satisfacere , quia Deus vult ostendere suam omnipotentiam in singulis creaturis : nam tu vides quod ex innumerabilibus faciebus quas creauit, vna non est similis alteri : & secundum S.Cyprianum , Deus est similis vni pictori , verbi gratia, sicut fuit Zotus, qui volens ostendere dignitates sui magisterij pinget vnum hominem macrum, claudum vel cæcum vel gibbosum : vel pinget vnum equum macerrimum , & illud facit non quia non sit magnus opifex, sed quia est difficilius magisterium in faciendo picturam deformem & macram quam pinguem & naturalem:vnde Deus volens ostendere nobilitatem sui magisterij,facit varias formas sub variis qualitatibus & quantitatibus , & ideo non oportet te facere aliter quam ipse summus opifex fecit : tamen si tu es clauda , postquam nupseris,tu potes celare tuos defectus & teneris antequam nubas dicere tuos defectus, si quos habes : alias tu fraudares eum de illa mercatura: nec facias sicut vna parua,quæ dum vellet nubere, iussit sibi emere calceos vnius cubiti & super caput turres altas valde coopertas capillis cuiusdam in arbore suspensi , & circa pectus , & spatulas bombycem in vna inuestitura: vnde videretur habere personam bene formatam & grossam,quia erat aliqualiter gibbosa: & factis nuptiis postquam maritus transduxit ipsam,illa bona domina deposuit calceos & monticulos,& remansit ita parua quod maritus credebat, quod staret genuflexa, vnde ipse dixit : noli stare ita genuflexa , venias in lectum : & dum sibi extraxisset mendacia muliebria, aspiciens eam ita paruam & gibbosam , & deformem dixit, vbi dimisisti residuum tuæ personæ?& exurgens reperit quod ipsa dimiserat super scabellum plusquam dimidium suæ personæ ; & exiens de thalamo repudiauit eam, quia vidit se ita delusum. Et istæ tales volunt fraudare Deum opificem,qui vult te talem esse, stare & apparere , qualem te creauit , & eo modo & forma, quibus te creauit: & si voluisset te aliter apparere , aliter te creasset, & si non es contenta voluntate Dei , non poteris saluari : si ergo saluari cupis , fac te conformem diuinæ voluntati dicendo , *fiat voluntas tua , sicut in cœlo & in terra* , Cauete ergo , ô vanæ mulieres linire figuram vestram , faciem & capillos, & à superfluis vestibus & caudatis. Tamen dominæ regum , principum & magnatum debent præferri aliis dominabus in vestibus , secundum conditionem maritorum ,honeste tamen etiam in illo suo genere vestimentorum. Sed tales inferiores vxores artificum & pauperum . quæ volunt æquari magnis & potentibus , & in dignitate constitutis , magis peccant & inducunt maritos ad furandum, ita quod suspenduntur. Et ista est prima stultitia, quam fœmina vana habet. Secunda stultitia vanæ est, quia offendit Christum , qui incarnari venit in mundum , vt & ipsam vanam saluaret in ligno amaræ Crucis, nudus suum sanctissimum sanguinem effudit : & tu , ô maledicta, cras ibis ad festum caudata & fucata, & bene cristata, & occides mille animas , de qua Prouerb. *Et ecce mulier occurrit illi , mulier cum habitu meretricio ad capiendum animas* , quas Christus redemit cum suo sanguine pretioso. Notate ergo , vos ô Confessores, quia tales vanæ non possunt saluari , nisi restituant animas , quas occiderunt , scilicet eundo in humiliori & depressiori habitu , quàm deceat suum statum, ædificando & dando bonum exemplum illis , quos occidit cum sua vanitate. Ecce vos accenditis ignem, oportet quod ardeatis. Accenditis ignem , cum vos geritis vultum cum capillis dealbatis & caudis vestris & habitu , gestu , & visu inhonesto. Tertia stultitia, quia non solum iniuria afficiunt Christum , sed virginem Mariam , quia cras vos vanæ ibitis ad festum Annunciationis Beatæ Virginis , quæ fiet in Arena cum vanitatibus vestris, & ibi emetis crepundia & iocalia, & facietis etiam peccare vendentes , quia omnes ementes & vendentes in diebus festiuis præceptis ab Ecclesia custodiri , & in diebus Dominicis peccant mortaliter. Et vos apothecatij , qui in talibus diebus tenetis apothecas apertas , & venditis. Aperite corda vestra , quia tot peccata mortalia facitis, quot venditiones exercetis : & vos Dominæ vanæ diabolo deuotæ melius faceretis stare domi , quam ire ita vanæ ad ecclesias , quia tales sancti , quorum ecclesias ingredimini , indignari merito possunt , & dicere scortum , domus mea , domus orationis est , & non lenocinij. Quarta stultitia est , quia mulieres debent intrare ecclesias cum capite velato & ire ad subsellia honestè , & non cum vanitatibus. Vnde Paulus Apost. 1.Cor.11. dicit, quod *mulieres in ecclesia portent caput velatum propter Angelos seruientes altari* , scilicet presbyteros & fratres , qui seruiunt diuino officio, quia habent oculos , & carnei sunt : vnde vos Dominæ, quando statis in ecclesia , velitis ad prædicationem vel coram Confessore, necesse est, quod stetis ita honestæ quod Sacerdos , Prædicator , vel Confessor non videat aliquam vanitatem , ne sibi occurrat aliqua tentatio & mala cogitatio. Vel intelligas propter Angelos hominum , qui veniunt ad ecclesiam: nam quilibet homo habet vnum Angelum ad custodiam : vnde homo quando propter tuam causam tentatur , diabolus ridet , & Angelus tristatur videns,propter mulierem vanam anima illa peccat & tentatur, & dicit : Væ tibi vana , tu es causa damnationis illius animæ,propter quam Deus misit me ad salutem ipsius, ego ero testimonium aduersus te in die iudicij , & sic Angeli odiunt tales vanas. Vel tertio intelligas propter Angelos , hoc est qui in missis & aliis mysteriis , & officiis ecclesiæ , & in consecratione corporis Christi intersunt, quia illic venient infiniti Angeli, quia vbi est corpus Christi , sunt Angelorum infinitæ legiones , & etiam sunt Angeli omnium personarum, qui ibi intersunt : & aliqui Doctores dicunt quod homines ratione officij habent Angelos , quia vltra suum quem quilibet habet ratione officij , habet etiam alium : vnde vnus miles vel doctor ratione officij habet Angelos spirituales,ratione illius sui officij. Considera ergo tu,ô fœmina vana, quot Angelos offendis. Et tu,sacerdos,conserua manus tuas, & os tuum,per quod intrat corpus Christi ab illicitis & procacitatibus , & mendaciis , quia dicendo mendacium sacerdos facit sacrilegium : & tu, ô nequam mulier , quæ exerces

Inuncta non licet capillos crispare.
Nec nupta nisi in certis casibus.
Vendentes comas & aquas ad facies lauandas peccant mortaliter.
Eximplum.
Contra ornamenta mulierii.
Matth.6.
1.Stultitia. Vana mulieris.
Prouerb.
3.Stultitia.
4. Stultitia vana.
1.Cor.11.
Presbyteri Angeli sunt. Angeli hominum custodiunt etiã in ecclesia.
Vbi corpus Christi ibi infinita Angelorum legiones.

Digitized by Google

ſacerdotem in voluptatibus, diabolus te equitabit in æternum. Sequuntur alia quatuor mala ſeu malitiæ, reſpectu offenſæ ſuiipſius & animæ ſuæ miſeræ. Prima erit vana occupando tempus ſuum fucando ſe, & dealbando faciem & capillos, & portando vanitates, perdit totum tempus quod ſibi dedit Deus ad lucrandum animam ſuam, quia poſt animam nihil poteſt habere homo, quod plus valeat, & maioris pretii quam tempus, quia in media hora poteſt acquirere vitam æternam, & perdit illud tempus & animam. Secunda malitia eſt quia deformat naturam & pulchritudinem ſuam mulier vana propter eius vanitatem: vnde Cyprianus dicit, quod propemodum tolerabiliora ſunt adulteria, quia illis violatur pudicitia, per hanc natura, ſcilicet propter vanitatem. Et nota bene, quia hoc non dico ex me. Tertia malitia eſt, quia vana perdit omnem operationem bonam quam facit, quia orando non exauditur, quia Deus non dabit aliquam gratiam, ſi in vanitate orabit: vnde Paulus ad Timot. c. ſuperbus habitus non impetrat, ſcilicet homo orando in illo habitu vano & ſuperbo, non exauditur. Quarta malitia, ſeu ſtultitia eſt: quia de duobus erit alterum; quia fœmina vana aut eſt fornicatrix, vel ſi non eſt, reputatur, quia videntes eam ita vanam, potius exiſtimabunt malum quam bonum, quia eſt maius ſignum mali quam boni in ea in quocunque ſtatu exiſtat, ſiue in ſtatu virginitatis, ſeu matrimonij: & ſunt ſicut canes quas ſequuntur catuli, quia ſi illi canes non expellunt alios canes ſequentes ipſas, eſt malum ſignum. Et nota quod quando catulæ vadunt in ſaltum, catuli ſequuntur eas, & non aliter: & quando vadunt in ſaltum, licet percutias catulum, tamen reuertitur & nunquam recedit, niſi cum deſunt ire in ſaltum, quod ſignificat quod ſi mulier vult eſſe honeſta expellit plus amantes quam enſis mariti. Et ſi vis cognoſcere fœminam aptam cadere in infamiam, quod facit ſicut illi qui volunt facere magnos ignes, faciunt magnum caminum: ita facit fœmina ardens, quia facit caminum latum in capite cum ſuis capillis in altum eleuatis, & portando vanitates & caudas, &c. & cum vides fumũ vanitatis, tunc eſt impedita, quia ſi non cadit vitium, non euitabit infamiam, quia tantum vadit felis ad caſeum, quod incidit in caſei retiarium, & accidit de iſtis fœminis, ſicut de iis qui volunt vendere equos, qui ponunt paleas ſuper aures, & volens emere non petit ſi mercator vult vendere illum equum, ſed tantum petit quid vult, quia ad ſignum paleæ videt quod eſt venalis: ita fœmina fucata & vana eſt, quod illa vanitas & fucatio, &c. oſtendit ſignum, per quod iuuenes ſciunt quod ipſa eſt venalis, & ſolum petunt de pretio cum ſignis & actibus, & cito inde vituperatur, vel vno modo, vel alio, quia ſaltem non euitabit magnam infamiam. Tolle alias 4. ſcilicer vltimas reſpectu offenſæ proximi. Prima eſt, quia ſequitur iſtud damnum, quia video quod maritus furabitur proximum, non reſtituitur, & ſic damnificatur proximus, & damnatur anima mariti tui. Et tu, ô Domina vana, es cauſa & teneris ad ſatisfaciendum, & pariter cum tuo marito damnaberis non reſtituendo ablata. Secunda ſtultitia eſt, quod ſi pateris filiam tuam ire ita vnam, tu das intelligere aliis quod non eſt tua filia, quia ſi eſſet tua filia, natura inclinaret te ad amandum ipſam, & amando eam non patereris talia: & caueant parentes, ne decipiant generos cum filiabus ſuis. Tertia eſt dare cum ſuis vanitatibus malum exemplum aliis, quia cum capitis crines colore fucantur, & facis perſonam tuam cum calceis altis, & cum cauda longa, aliæ fœminæ omnes facere volunt ſimiliter: & ſic nocet proximo & eius mulieribus ſimiliter vana fœmina ſi docet alias diſtillare aquas, componere fucos & capillos dealbare, & lucere ſibi vultum & vnguenta appropriata ad hæc. Caueant ergo, quia tales ſunt participes omnium illorum ſcelerum & ſicut vident aliquam publicam meretricem portare aliquam vanitatem in veſtibus vel in caliga, domina vana incipit illam vanitatem portare, & dat cauſam aliis facere ſimiliter: vnde vellem potius habere peccata illius, qui interfeciſſet homines, quam illius fœminæ malæ introducentis aliquam conſuetudinem alterius mali vſus & inhoneſtæ vanitatis. Quarta malitia ſeu ſtultitia, quia ſemper contemnit ſuum virum & dat cauſam, quod ſimiliter aliæ mulieres contemnant maritos ſuos, quia ſicut vna vana induxit aliquem modum nouum, immediate aliæ mulieres vanæ volunt ſcire vnde ille modus venit, quis fuit ille magiſter qui ſciuit ita bene facere, & quo pretio haberi poteſt: & ſollicitant maritos ſuos de die & de nocte, & nunquam dant pacem marito, donec maritus fecerit aliquem contractum vſurarium, vel extorſerit à proximo tot denarios, quod ſubet fieri vxori ſuæ ſimilem veſtem tali modo. Et ideo Florentiæ & in aliquibus ciuitatibus eſt limitatum, quod fœminæ portent veſtes & iocalia ſecundum conditiones & ſtatus maritorum, quia nulla Dómina auderet ferre varium, neque vir, niſi eſſet vxor militis vel Doctoris, &c. & vide in Decr. de conſec. vlt. c. fucare. Et quando Confeſſor dicit, quare portas iſtas vanitates, dicunt ad placendum marito meo, & mentiuntur, vt ſupra dixi, quia veſtri mariti plus vident vos non vanas in domo quam extra domum, & iſtas vanas volo aſſimilari laniſtis, qui omnibus oſtendunt & poliunt carnes mortuas, vt expediant eas. Item poſſunt æquiparari iſtæ vanæ tabernariis tenentibus in tabernis ſuis Piſtorium vinum, ſcilicet vinum de monte optimum & hoc vendunt viatoribus & aliis dantibus lucrum tabernæ ſuæ, & habent vinum non ita bonum: de iſto dant domeſticis de domo ſua. Ita facit Domina, quæ dat pulchritudinem ſuam ornatam fuco & capillis alienis cum criſtis & cauda aliis forenſibus, & marito ſuo ſimplici apparebit in domo tota male compta, & ab ea nunquam poterit habere vnum bonum verbum: ſed tanquam beſtialis, quando adibit lectum, ponit ſibi in capite vnam faſciolam & lintea veſtimenta, tunc videtur perornata: & ecce quomodo curat placere marito ſuo. Et nota quod Domina vana ſemper portat lunam, id eſt, vanitates & caudam ſuper capite. In qua cauda conſidero 12. ſtultitias. Prima ſtultitia eſt in hieme fimus, quia oportet eam trahere caudam per lutum, & tunc qualis, prætextura in ſuis veſtibus, & tamen licet gloriari traxiſſe poſt ſe lutum, mulier eſt nobilioris naturæ quam vir, factus fuit de limo terræ, & mulier facta fuit de carne, & ſic de nobiliori materia, & in ſignum huius quantuncunque vir lauet ſibi manus, ſemper aqua eſt lutoſa: ſecus eſt in fœmina: & ideo eſt contra eius naturam, quod appetat lutum: & ideo tu vides quod Domina honeſta non portat iſtas caudas, ſed veſtes honeſtas vſque ad talos: ſed ratio eſt, quia Domina vana eſt carnalis & ſemper deſiderat eſſe in põpa, ideo inclinatur ad ſordidandas in caudas luto, ad indicandũ de foris, quod intus habet. Secunda ſtultitia eſt puluis in æſtate, quia ſunt ventoſæ & plenæ fumo, dant de fumis & puluere ſub naſo aliis ſequentibus eas, & ſubluunt ſibi de fumo, quem ſequuntur. Tertia eſt, quia Domina vana eſt incenſaria diaboli, quia dat incenſum ſub naſo ſequentibus eas. Quarta ſtultitia eſt, quia ſcopat vias cum ſua cauda, quam eleuauit maritus eius de ore pauperis, qui perit fame cum filiolis ſuis. Quinta ſtultitia eſt, quia Dominam vanam oportet ſemper habere famulas, quæ hieme lauent & tergant caudas ſuas pollutas fimo: & in æſtate quæ excutiant puluerem de earum veſtibus: & credo quod multoties pediſſequæ excutiendo veſtes, cum puluis vadit ſuper earum naſo, dicant de Domina vana, naſcantur tibi vermes canis, & apoſtemata, cum tuis caudis, quod diabolus te portet, quia tota die ſumus occupatæ circa tuas caudas.

1. *Malitia perdere tempus.*

2. *Deformare naturam.*

3. *Malitia vacare ab omni bona operatione.*

4. *Malitia vanitatis eſt mala fama.*

Vanitates ſigna vẽditionũ mulierum ad inſtar equorum.

Quatuor mala de vanitate.

1. *Reſpectu proximi.*

2. *Parẽtes nõ debent pati filiã vanam.*

3.

Inuentio vanitatum peccatum.

4.

1. *Stultitia.*

2. *Stultitia.*

3. *Stultitia.*

4. *Stultitia.*

5. *Stultitia.*

Sexta

Digitized by Google

6. Stultitia. Sexta stultitia est perditio temporis, quæ fit in acquirendo diuitias, propter quas homo possit, sequi voluntatem & voluptatem Dominæ vanæ, quia tempus deberet expendere seruitio Dei, & expendit in seruitio Diaboli, & in perditione animæ. Et nota, quod etiam ille, qui vendit pannum volenti facere istas caudas sciens, peccat mortaliter. Similiter sartor sciens & faciens caudas. Similiter & fimbriarum artifex peccat mortaliter, quia pauperum expensis & de sudore eorum huiusmodi caudæ fiunt.

7. Stultitia cauda accipiter diaboli. Septima stultitia est, quia cauda est accipiter diaboli: quia sicut aucupator capit coturnices ita diabolus capit animas cum istis caudis damnatis.

8. Stultitia. Octaua, quia assimilatur serpenti, qui portabit vanã, & vorabit eam: quia quando vadit per viam, ipsa vadit ducendo nates, ad instar vnius serpentis: vnde N. prophetauit de hoc, quod veniret tempus quo mulieres portarent istas caudas, dicens, Mulieres in incessu serpentis, & gressus plenus omni superbia, & reædificabunt domos Veneris.

9. Stultitia sella diaboli. Exemplum Ambrosii. Nona, quia est sella diaboli: Vnde Cyprianus, & Zeno discipuli sancti Ambrosij, dum irent post sanctum Ambrosium, Zeno incepit ridere; & S. Ambr. vertens se retrò vidit aliquas dominas inde transeuntes, & dixit versus Zenonem, quid habes, quod rides? & dixit Zeno, Pater vides quod video? respondit S. Ambrosius, non: dic mihi quid vides: non vides illos diabolos dormientes super caudis illarum dominarum? vna ex illis fœminis transeundo illud lutum leuauit caudam, & vnus diabolus, qui dormiebat super suam caudam cecidit in lutum, & est totus cœnosus: vnde alius suus socius incepit valde ridere, propter quod ego etiam videns istud solatium non potui me abstinere à risu, & modo iste diabolus, qui cecidit parat se figere in tibiis illius mulieris statim in transitu istius simi, & videbis, quod faciet cadere illam resupinam cum sua cauda: & sicut dixit ita fecit, & lutosa fuit tota illa domina vana cum sua cauda: & vltus fecit magnum festum cum aliis sociis suis diabolis, & illa remansit tota vituperata.

10. Stultitia pauoni simili. Decima, quia est similis pauoni, quia ponit vanam gloriam in sua cauda, sicut pauo? & si haberent bonum discursum rationis, deberent verecundari ferre caudam, quia aut oportet esse maculatas, aut oportet semper tenere caudam.

11. Stultitia. Vndecima stultitia tamen colorata aliqua ratione, quia credo, quod ista cauda fuit reperta ab aliqua habente scabiem, quia leuando caudam se scabere potest. Alia & vltima ratio potuit esse propter istas plenas pulicibus, quæ fingunt tenere & leuare caudas, & se scalpunt vbi pulices pungunt eas, & illo modo expellunt eas, quia alias esset verecundia se scalpere. Estote ergo honestæ, & virtuosæ, & pudicæ, vt consequamini gratiam Dei, quam nobis concedere dignetur omnipotens Deus, Amen. Tamen non reperi alibi ita honestas fœminas sicut in hac ciuitate.

FERIA QVINTA POST V. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore incarnante, tribus præcipuis constat partibus.

Prima pars principalis,
De amore incarnante ab Angelis desiderato.

Secunda pars principalis,
De amore incarnante à sanctis Patribus desiderato.

Tertia pars principalis,
De amore incarnant e Virgini gloriosæ donato.

De amore Incarnante, quinta penna quintæ alæ amoris feruentis.

Sermo XXXVII.

STENDE *nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me Dominus meus, quoniam loquetur pacem in plebem suam* Psal. 80. In quo sacro eloquio demonstratur quintus amor, qui dicitur incarnans, de quo faciemus tres contemplationes. Prima de amore incarnante ab Angelis in cœlis à Deo petito ibi, *Ostende nobis Domine misericordiam tuam.* Secunda de amore incarnante à Sanctis antiquis desiderato ibi, *Saluatorem tuum da nobis.* Tertia de amore incarnante Virgini gloriosæ donato ibi, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus, quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Vnde tu vides qualiter Dauid in isto eloquio in spiritu viditistas contemplationes amoris Verbi incarnati. Prima fuit de amore incarnante ab angelis desiderato, quod est primum contemplari, scilicet cum quanto desiderio Angeli id expectauerunt. Secunda contemplatio Sanctorum Patrum petentium, & dicentium. *Salutare tuum da nobis.* Tertia contemplatio fuit Beatæ Virginis gloriosæ dicentis, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus, quoniam loquetur pacem in plebem suam.*

Psalm. 80. Tres contemplationes amoris incarnantis.
1. Angelorũ in cœlis.
2. Sanctorum antiquorum.
3. In vtero Virginis Mariæ.

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

De amore incarnante ab Angelis desiderato.

ACcipe primam contemplationem, quæ est pro intelligentibus, quia Angeli petebant à Deo dicentes, *Ostende nobis Domine misericordiam tuam,* id est, gratiam tuam nobis ostende per medium incarnationis humanæ carnis, quam vis capere, quia propter tuam gloriam, mediante Christo, vis humano generi communicare illam. Nam cum fecit lucem dixit Deus, *Fiat lux*, id est, Angelica natura. Et primum lumen, quod ostendit Angelis contemplantibus in speculo diuinitatis fuit, quia communicando de diuinitate intellexerunt, & repræsentatum fuit eis, quod Dominus debebat sumere carnem humanam, Verbum incarnari debebat. Et quamprimum Deus creauit Angelos, ipsis tunc existentibus viatoribus, & in libera voluntate, fecit primam legem, quæ est, quod qui se exaltabit humiliabitur, & qui se humiliabit exaltabitur: & voluit seipsum humiliare, & sumere carnem humanam. Vnde Dauid Psal. 80. *Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum,* &c. Faciendo Angelicas creaturas videre de summo ad infimum: & de primo ad nouissimum, quia *in principio erat Verbum & Verbum caro factum est,* & dicendo, ô Angeli creati, Ego volo propter meam humilitatem profundam sumere carnem, & filium meum incarnari, & volo, quod inclinantes ei exaltentur, & recusantes ei inclinare, in profundum præcipitentur. Vnde præcepit omnem creaturam inclinare se, vt adoraret filium Dei Christum. Quapropter Lucifer videns se pulchriorem creaturam cæteris, & tam excellentis naturæ, & quod homo debebat esse vermis & puluis, iuxta illud: *Ego autem sum vermis, & non homo*, & cum suo intellectu contemplaretur quod Verbum debebat incarnari, & fieri homo, & se ita illuminosum debere ei inclinare, genuflectere, & eum adorare, inuidens homini, quod deberet præferri sibi. Tunc superbia motus, & accensus

1. Contẽplatio Angelorũ.

Gen. 1. Lux Angelica natura.

Legũ omniũ prima hæc fuit qui se exaltat humiliabitur & qui se humiliat exaltabitur.

Ioan. 1.

Psalm. 21.

Digitized by Google

Isa.14. inuidia, inquit, *Ponam sedem meam in Aquilone & similis ero Altissimo.* Et quia Deus fecerat illam legem, qui se exaltabit humiliabitur, de cœlo in profundum abyssi præcipitatus est, quod probatur per vtranque legem. s. veteris, & noui testamenti, vide Ioan. in Apoc.

Io.Apo. 11. 11.c. *Et apertum est templum Domini in cœlo, & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna.* In quo sacro eloquio notãtur tres veritates. Prima, quod Christum velle incarnari, fuit Angelis demonstratum. Secunda veritas, quod Verbum velle incarnari fuit in arca testamenti eius in templo eius Angelis denunciatum. Tertia veritas, quia Christus fuit ab Angelis adoratus consentientibus voluntati diuinæ. Cape primam veritatem, quæ est, Christum debere incarnari, fuit Angelis demonstratum: & probatur, quia dicit, *Apertum fuit templum*, scilicet Ecclesia, quæ est duplex, scilicet militans, & credentium in Deum. Vnde Sanctus Paulus, *Templum Dei est sanctum*, scil. ad sanctos Dei ordinatum, & in Apoc. 11.c. *Et datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi surge, & metire templum Dei, & altare & adorantes in eo*, ad intelligendam mensuram sanctæ Ecclesiæ, qualiter debet mensurari. Sed quædam est ecclesia triumphans, scilicet in cœlis, quando lux creata est, scilicet Angelica creatura. Et quod sit verum, Dauid, in templo sancto suo, & in cœlis sedes sua: in cœlis, scilicet in mente Angelicæ creaturæ: sed fuit apertum, quando intellectus Angelorum fuit apertus in videndo Deum debere humanam sumere carnem: & creaturam humanam, non suo præmio, sed mediante gratia Dei, gloriari debere; *quia non sunt condigna passiones*, &c. Adeo vt nec omnia merita creaturarum humanarum, & diuinarum possent promereri, quod solus homo glorificaretur, sed oportet vnum Christum per veram iustitiam debere incarnari, vt præmium infinitum acquireretur per infinitatem Christi acquirendo etiam gloriam infinitam. Vnde non erat conueniens, quod Angelus posset promereri infinitum meritum, quia est finitus. Ergo oportet vnum esse causam tantæ gloriæ infinitæ, qui esset infinitus secundum regulam iustitiæ. Vnde ista apertio templi Domini in cœlo, nil aliud fuit, nisi ostendere Angelicæ naturæ incarnationem Christi. Cape secundam veritatem, quæ est, quod Verbum velle incarnari, fuit in arca Angelis denuntiatum. Nota, quod est arca testamenti eius in templo eius. Nam arca dicitur ab arcendo, quia in arca tu ponis quod vis, & est arctatum: sed specialiter loquendo, est fides nostra: & fides merito dicitur arca, quia arcet nos credere, quod videri non potest. Vnde Paulus, *Captiuate omnem intellectum vestrum in fide* Christi: quia sicut ostensa fuit Angelis in cœlo illa fides, ita necesse erat ostendi hominibus in terra, & præcepit Deus Moysi, quod fieret arca fœderis de ligno imputrescibili, sed quod posset ardere: & quod arca esset cooperta de foris, & intus esset de auro, in qua poneretur vas aureum plenum manna, quod pluerat in deserto, & virga Aaron florida, & tabulæ decem mandatorum datæ à Deo Moysi in monte Sinai. Quæ res repræsentant, & comprehendunt totam fidem Christi, scilicet Christum Deum & hominem, Virginem, & legem timoris & amoris. Dico primo, quod in fide requiritur humanitas cum diuinitate credi in Christo. Vrna, seu vas auri significat sapientiam, quia caro plena sapientia, manna est cibus delicatus, sapidus de omni sapore, quod significat diuinitatem, quæ pluit de cœlis inuisibiliter, quando Verbum, scilicet diuinitas, caro, scilicet manna, factum est. Ecce vrna, seu vas auri. Secundario requiritur in fide credere Virginẽ in partu, ante partum, & post partum. Virga Aaron florida significat virginitatem Mariæ Virginis florentem. Vmbra significat verba Angeli annunciantis, & dicentis, *Spiritus sanctus obumbrabit tibi.* Fructus significat fructum cum cortice dura, ad instar amygdalæ, ad figurandum fructum Virginis gloriosæ habentem corticem duram, scilicet duros labores in cortice, scilicet carne assumpta, & morte quam passurus erat Christus. Tertio ad fidem Christi oportet credere testamentum vetus: ecce tabulæ præceptorum decem, & tenere legem timoris, & amoris per testamentum nouum. Vnde oportet habere amorem cum timore, & timorem cum amore. Vnde si bene intelligis, fuit demonstratum intelligentiæ Angelicæ filium Dei in vtero Virginis obumbrandum, & qualiter debebat nasci, & mori, & qualiter oportebat Christum pati voluntariè, & intrare gloriam, & habere illud præmium quod pœnas luerit & satisfecerit pro humano genere: sed qualiter poterant hoc videre, quia nondum Christus natus erat? Item qualiter poterant Patres nostri antiqui, & beati habere gloriam, & promereri ante Christum? Respondeo, quod Christi futurum meritum ita extendebatur beatis Patribus ante Christi natiuitatem, sicut futuris beatis post eius aduentum. Tolle tertiam veritatem, quæ est, quod Christus fuit ab Angelis adoratus in cœlis, quia aliqui Angeli conformantes se voluntati diuinæ, sicut intellexerunt Verbum incarnari debere, & sumere carnem, & filium Dei nasciturum, subito humiliati genuflexerunt ei, & adorauerunt eum. Quidam vero ex Angelis admirantes celsitudinem incomprehensibilis deitatis, & infirmitatem, & fragilitatem humanæ carnis, debere incarnari, & Deum fieri, stabant inter sic & non, sed postea consentientes voluntati diuinæ adorauerunt, se humiliantes, Verbum. Tertij vero nullo modo voluerunt consentire diuinæ voluntati, nec se humiliare: sed adhæserunt Lucifero proclamanti, *Ponam sedem meam in Aquilone, & similis ero Altissimo.* Et subito facta sunt fulgura, quia subito nubes rupit, & voces, & terræmotus, & grando magna, *& factum est prælium magnum in cœlo, Michael & Angeli eius prœliabantur cum dracone: & draco pugnabat, & Angeli eius, & non præualuerunt, neque locus est inuentus eorum amplius in cœlo: & proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem, proiectus est in terram, & Angeli eius cum illo missi sunt: & audiui vocem magnam de cœlo dicentem, Nunc facta est virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi*, eius nubes est voluntas Dei, quæ cum rupit subito fulgura facta sunt, id est, subito Deus illuminauit splendore fulgurum suorum, id est; voluntatis suæ spiritus illos beatos, qui se humiliauerunt ad adorandum Christum, quia per illam humilitatem, in qua inclinati fuerunt, voluit, quod confirmarentur in gloria. Vnde Paulus: *Lapidem angularem in Christo*, in quo est gloria: quia non solum coniunxit Paganos cum Christianis, sed est angularis, quia coniunxit diuinitatem cum humanitate. Sed qualiter potuerunt Angeli gloriari, nisi per illum lapidem angularem, quia sic placuit Deo, quod per Christum vniretur non solum humanitas, sed & Angeli vnirentur, & ideo dicit, *Facta sunt fulgura*, scilicet Angelorum; de quibus Iob 28. *Fulgura missa ibunt, & redibunt.* Ecce ista fulgura sunt Angeli, qui videntes humiliari bonos, redeunt referendo Christo de his, qui humiliati sunt, quia redeunt de natura ad gratiam, & de gratia ad gloriam, natura scilicet Angeli boni ad gratiam consentiendo, & de gratia ad gloriam, natura, scilicet Angeli mali est ad culpam, & de culpa ad damnationem. Vnde, *Facta sunt fulgura*, scilicet bonorum Angelorum laudantium Deum, & iubilantium, dicendo, Factæ sunt voces, &c. *quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos die, ac nocte, & ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animam suam vsque ad mortem, propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis.* Vnde qui vellet contemplari quantas laudes

1. *Christus demõstrat Angelis velle incarnari.*

2.

3.

Ecclesia duplex, militãs.

Apoc.11.

Ecclesia triũphans.

Psal.10.

Rom.8. Omnia merita creaturarum non possunt promereri gloriam.

Angelus finitus.

2.Veritas.

Arca etymologia.

Fides arca dicitur.

1.Cor.10.

In Arca erãt mãna, virga Aaron quæ floruerat & tabula legis.

In Christo humanitas & Diuinitas. Caro Christi plena sapientia.

Beata Maria Virgo ante partũ, in partu, & post partum est.

Virga Aaron significat virginitatem Mariæ matris Christi.

Luc.1.

Fructus amygdalæ repræsentat labores & mortem Christi.

Veritas Christus in cœlis ab Angelis fuit adoratus.

Duæ partes Angelorum adorauerunt Verbum.

Tertia pars Angelorum noluit adorare verbum.

Apoc.12.

Ephes.2. Christus lapis angularis quia coniunxit diuinitatem cum humanitate.

Iob 28.

Apoc.12.

Digitized by Google

des exhibuerunt magnificando Deum, mens ſtupendo deficeret: quas laudes tu habes in Apoc. 7. c. quia dicebant, *Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum*, Amen. Et iſta ſunt ſeptem verba, in quibus conſiſtit omnis laus communicata de Deo in Chriſto. Aliqui vero Angeli conſiderantes ex vna parte celſitudinem immenſi Dei, quem intelligebant incarnari velle, & ex alia parte intelligentes imbecillitatem fragilis carnis, & quod homo erat vermis, & puluis inter iſta duo extrema ſtabant dubij, & terra tremuit, quia terræmotus factus eſt: qui ſignificat vacillare, quia iſti Angeli vacillabant, terra requieuit ad intelligendum, quod ipſi poſtea confirmati fuerunt, & glorificati. Tertij vero non conſentientes deiecti fuerunt, & ideo *facta eſt grando magna* & terribilis, quia ceciderunt ſicut grando. Vnde nota, quod grando, & tempeſtas valde nocent & ſignificat dæmones, quorum deprauata natura eſt ſemper nocere. Et vides, quod *grando eſt parua, & magna*, & ſignificat varietatem dæmonum. Item grando eſt aqua gelata, quod ſignificat liberam in eis voluntatem, quã habebant, quæ eorum voluntas cum fuit amore Dei priuata, fuit congelata, & indurata, & ruerunt pluetes ſicut grando. Et boni Angeli præliantes dicebant, viuat Ieſus, Ieſus, Ieſus, Ieſus, Ieſus, quia facta eſt ſalus in ſanguine eius, quia intellexerunt eum paſſibilem. Non tamen intelligas, quod ibi fuerint enſes, & arma: ſed fuit in Angelis, ſicut eſſet in aliquibus hominibus, quorum aliqui credunt vnam rem eſſe bonam, & aliqui malam. Ita fuit in Angelis, quia voluntas beatorum Angelorum adhærentium voluntati diuinæ fuit contraria malis Angelis: in tantum, quod illa duo contraria non poterant ſimul ſtare, quia voluntas Dei cum ſit contraria diabolo, non poteſt ſimul ſtare, & ideo grando illa diabolica cecidit in terram. Vnde boni Angeli patienter terræ dixerunt, *Va terræ, & mari*, quia deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam, &c. quia conturbauit omnia: vnde tertia pars Angelorum fuit grando malorum. Vnde habes Ioſue quinto capite quod dum populus Dei pugnaret cum populo Amorrhæorum, venerunt ad locum, qui vocatur Veteron, vſque ad Zota, & ibi venit grando, quæ fregit populum Dei, & intelligitur boni & mali. Veteron ſignificat domum iræ, & ſuperbiæ, quia diaboli non poterant ſtare ibi in cœlis, oportuit eos cadere in profundum. Tempeſtas eſt mens indurata vſque ad Zota, quæ interpretatur muſcipula, ſiue caſſis, in qua capiuntur mures. Ita diabolus captus fuit ad muſcipulam, quia primo Deus dixit, noli plus amare te, quam me, quia remanebis captus in caſſide; niſi conſentias voluntati meæ. Vnde diabolus dicitur induratus vſque ad Zota, id eſt, vſque ad obſtinationem, fuit incatenatus in inferno. Vnde poſtea in cœlis Deus interrogatus fuit ab Angelis dicentibus, *Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis*. Si vis videre per vetus teſtamentum, nota bene in Iob, 38. c. & videbis breuiter, quis dimiſit lapidem angularem, cum dimitterent, *& laudarent aſtra matutina*. Lapis angularis eſt Chriſtus & ſcripturæ dicunt, quod ille lapis, qui portatus fuit in templo coniunxit arcus templi, & figuratiuè aſſimilatur Chriſto vero Deo, in cuius honorem ſtructum fuit templum, quia Chriſtus quando fuit incarnatus, fuit lapis angularis, quia coniunxit naturam humanam cum Angelica, & tunc laudabant aſtra matutina ipſi Angeli boni, cum intellexerunt Chriſtum naſciturum, & naturam humanam ita exaltari, & glorificari, & iubilauerunt, & concluſit oſtiũ malis, ſcilicet alligando malos Angelos, quia qui creauit eum ſcilicet, dæmonem, alligauit eum, ſcilicet Deus alligauit dæmonem in inferno, vt non poſſet nocere Angelis, nec hominibus pluſquam ipſe Deus velit, & tunc dæmum alligauit eum, quando ipſi mali Angeli inſurrexerunt contra bonos Angelos.

Apoc. 7.

Apoc. 11.

Grãdo aqua gelata eſt.

Ioſue 5.

Veteron domus ira & ſuperbia.

Iob. 38.

Aſtra matutina ſunt boni Angeli.

Secvnda Pars Principalis,

De amore incarnante à ſanctis Patribus deſiderato.

TOlle ſecundam veritatem, quæ qualiter amor incarnans fuit à ſanctis Patribus deſideratus. Vnde Dauid ſubiungit, *Et ſalutare tuum da nobis*, ne ſimus damnati. In quo eloquio ſignificatur deſiderium ardens, vt Deus mitteret Saluatorem *quis det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ*, ſcilicet Virginis Mariæ, *Rorate cœli deſuper, aperiatur terra, & germinet Saluatorem*. Vnde rumpantur cœli, & veni dulcis amor incarnans: vt poſſim te amplecti, & *annuntiate dilecto meo*, quia totus ſum in ardore ſui amoris, vt viſitet plebem ſuam. *Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis: oſtende faciem tuam, & ſalui erimus*. Vnde Sancti Patres proferebant hæc, & ſimilia verba deſiderantes incarnationem Verbi, & erat iam plenum tempus incarnationis, quando Chriſtus natus fuit præcedentibus prophetiis, & orationibus Sanctorum Patrum, quibus credere firmiter debemus.

2. Veritas. Pſal. 80.

Cant. 8. Iſa. 45.

Cant. 2. Pſal. 84. Pſal. 79.

Tertia Pars Principalis,

De amore incarnante Virgini glorioſæ donato.

CApe tertiam partem prædicationis noſtræ de Amore incarnante Virgini glorioſæ donato. *Audiam quid loquatur in me*, &c. De quo amore nota tres veritates ſecundum quod tres veritates Angelus Dei ſpeciales in annunciatione, quam fecit Beatæ Virgini Mariæ facere intendit in Euangelio hodierno S. Lucæ in 1. c. Et primo Euangeliſta præmittit hiſtoriam narrando, qualiter *miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo in ciuitatem Galilea, cui nomen Nazareth*, qui interpretatur flos, *ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid, & nomen Virginis Maria*. Et tria facit Angelus ingreſſus ad eam, quia primo ſua oratione Ciceroniana reddit ipſam attentam, mentem Virginis diſponendo ad præbendum ſibi auditum ibi, cum dicit, *Aue gratia plena, Dominus tecum*, &c. Secundo reddit ipſam timentem ſecuram ſuadendo ei, & docet, atque informat eam, cum dicit, *Ne timeas Maria*. Tertio intendit ipſam doctam, & informatam inducere ad conſentiendum ibi, *Et reſpondens Angelus dixit ei, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, &c. Et tripliciter facit eam attentam. Primo ex ſublimitate ſuæ creationis, cum dicit, *Aue Maria*, quia eſt ſublimis ſuper omnes creaturas in natura. Secundo ex ſublimatis gratificatione, cum dicit, *Gratia plena, Dominus tecum*, quia exuberat omnes creaturas in gratia. Tertio, quia excedit omnem creaturam in gloria, cum dicit, *Benedicta tu in mulieribus*, &c. Dico primo, quod eſt ſublimior cæteris creaturis humani generis, quia excedit Euam primam parentem in natura: & ideo dixit, Aue, ab à, quod eſt ſine, & ve, quod ſignificat expreſſionem mentis dolentis, quod eſt contrarium Euæ. Nam Eua induxit gemitum & dolorem humano generi, quia damnauit. Per iſtud Aue inducta fuit ſalus, & lætitia humano generi per Virginem Mariam, quia ſaluauit conſentiendo illi Angelicæ ſalutationi, vt intelligamus, quod ſicut Eua nobiliſſima creatura fuit creata in gratia, quia manus Dei plaſmauerunt eam, & poſtea intulit mortem. Sic Virgo glorioſa reſtaurauit vitam. Per Euam perdita fuit gloria, quam per Virginem glorioſam recuperauimus, ideo merito eſt ſublimior aliis creaturis. Dico ſecundo, quòd Angelus facit ipſam attentam, laudando eam à plenitudine omnis gratiæ ſingularis, quam dare

3. Veritas qua tres habet veritates. Pſal. 80. Luc. 1.

Nazareth flos.

Angelus miſſus ad B. V. tria facit. 1. Reddit attentam. 2. Securam. 3. Conſentientem.

Attenta ob tria. 1. Ob creationem. 2. Ob gratiã. 3. Ob gloriã.

Digitized by Google

dare posset vni creaturæ Deus omnipotens, secundum suum posse ordinarium, & secundum intelligentiam sibi datam, quia verè cognouit Deum creatorem suum, & Angelos, & omnes alias creaturas propter excessum gratiæ suo intellectui diuinitatis attributæ. Ideo merito *gratia plena* in contemplando Deum, & cuncta creata, plusquam Paulus Apost. raptus sine comparatione, quia si essent tot Pauli, quot sunt creaturæ, non attingerent suum contemplari. Nam Paulus fuit *vas electionis*: Virgo vero Maria fuit vas diuinitatis, quia nulla creatura tantum amat, nec tantum timet Deum, quantum Virgo gloriosa. *Dominus tecum*, quia tanta est vnio, & communio tui cum Deo, quod, secundum ordinatam potentiam Deus est tecum plusquam cum omnibus aliis creaturis: quia in natura respectu intellectus, & in gratia respectu voluntatis, & in memoria respectu gloriæ, & timoris, & amoris diuini est sublimior cæteris creaturis, & exuberat omnes mulieres in omni intelligentia, voluntate, & memoria: ideo *Benedicta tu in mulieribus*. Vnde Benedicta videns tantam Angelicam legationem, & facta attenta in omni attentione, quæ dici, aut excogitari possit, dixit, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus*, &c. Et nihilominus audiens se tantum laudari, metu iactatiæ effecta fuit tota timorosa, non tantum quia dixit, *Gratia plena*, quia sciebat se esse in gratia Dei: sed quia dixit *Benedicta tu in mulieribus*. Nam laus humilibus est timenda: sed facta superbis est elatissima. Vnde Virgo Maria cum audisset istam legationem, *turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset salutatio ista*. Et Angelus vsus est maiore Rhetorica, qua quisquam vti posset, vel imaginari. Nam si ipse dixisset, tu ô Maria es lasciuior quæ sit in mundo, non ita admirata fuisset, quia ipsa reputasset ipsum dicere verum propter profundam eius humilitatem, vnde admirando turbata fuit de tantis, & cum tanto eloquio, & per tantum excellentem nuntium laudibus sibi attributis reputando & intelligendo se esse fœminam humilem, & carnem putrescibilem & ideo dicit, *Turbata in sermone eius*: quod de alio non ita turbata fuisset: & turbata fuit, quia verebatur qualis esset salutatio eius, qui sicut superbus turbatur audiendo sibi dici turpia, & opprobria, & in subitam prosilit turbinis iram & inflatur, & exaltatur cum laudatur. Ita humilis Virgo minime fuit exaltata, nec superba propter celsitudinem tantæ salutationis, & laudis: imo tota verecunda turbata est, & *cogitabat* cum suo sublimi intellectu, *qualis esset salutatio ista*. Et Angelus secundo facit eam attentam in docendo, & informando, & assecurando eam, dicens, *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum*, & demonstrat illi quam, & quantam gratiam sit consecuta, & quid eueniet ex hac salutatione, dicens tria. Primum, *Ecce concipies in vtero*, secundum, *Et paries filium*, tertium, *Et vocabis nomen eius Iesum*. Et narrat quinque futura in isto suo filio, quem pariet; & reddit eam in hoc valde attentam, & docilem, dicendo primum, *Hic erit magnus*; secundum, *Et filius Altissimi vocabitur*, tertium, *Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius*, quartum, *Et regnabit in domo Iacob in æternum*, quintum, *Et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum*, quærendo, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quia voui virginitatem mem Deo, adeo quod ex proposito meæ voluntatis si essem conceptura filium Dei, nollẽ consentire parere filium: tamen ex proposito meæ virginitatis, quæ est conformis diuinæ voluntati, Deus potest dare mihi intelligere quicquid vult, quia non intelligo habere virum, *quia virum non cognosco*. Et respondens Angelus ita occultè, quod nullus potuisset id mysterium conceptionis intelligere dixit ei *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*, quia nec ego, nec omnes Angeli sumus sufficientes intelligere tantum mysterium: sed experientia facti demonstrabit, quia Deus omnipotens cũ sua vmbra defensiua demõstrabit, & in toto gremio intrabit, *quia quam cœli capere non poterãt, tuo gremio contulisti*. Tertio suadendo, ipsam prouocat ad consentiendum illi ostendendo, quod dicit per rationem demonstratiuam dicens, *Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua*. Consentias ergo Maria, quia sicut possibile est, quod Elizabeth cognata tua, quæ erat sterilis, & senex, per potentiam diuinam conceperit, ita tu potes credere Spiritum sanctum obumbrare tibi: *Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei: quia & ipsa Elizabeth concepit filium in senectute sua: Et hic mensis sextus est illi, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum*. Contemplare anima, Virgini deuota, cum quanto ardore, & desiderio charitatis humani generis saluandi piis Oratoribus instabant Seraphini, Cherubini, Virtutes, Potestates, Dominationes, Throni, Archangeli, & omnes Hierarchiæ Angelorum fuerunt concurrentes cum voluntate diuina Patris, Filij & Spiritus sancti, in mittendo Verbum, quod ad instar missilis emissi ex forti balista mox cum Virgo sanctissima consentiendo dixit, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Cum virtus Altissimi obumbrauit sibi, & concepit de Spiritu sancto. Et tunc iustitia, & pax osculatæ sunt*. Vnde in illo actuantequã purissima Virgo diceret, *Ecce ancilla Domini*, omnes Angeli, & omnes creaturæ, limbus, & mũdus expectabant consensũ Virginis, dicentes, Consenti Maria, & dic *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo*, & in me. Angeli quidem, vt adimplerent sedes Angelorum propulsorum: limbus, vt inde Sancti Patres exuto tartaro exirent: inde mundus vt liberaretur à potestate diaboli & fieret regeneratio, & sublimatio naturæ humanæ. Ideoque Beata mater Domini desiderans adimplere voluntatem Dei, & ad saluationem humani generis cum profunda humilitate dixit: *Ecce*, ad monstrandum largum consensum. *Ancilla Domini*: & non mater. *Fiat mihi secundum verbum tuum*: ad notandum obedientiam, & latitudinem charitatis: & profunditatem humilitatis in istis profundissimis virtutum abyssis in tantum fuit submersa, quod *Verbum caro factum est, & habitauit* in Maria. Et ideo bene verificat illud dictum, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus, quia loquetur pacem in plebem suam*. Vnde considera, quod hodie fecit magnum festum Trinitas, scilicet Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & Virgo Maria, & Sancti Patres & omnes Angeli. Fecit inquam Pater festum de hac Incarnatione prædicando illam in Angelica natura à principio, & in Testamento veteri per Prophetas. Et fecit festum in Filio, in quantum cœpit carnem humanam, quia fuit verificatum, quod à principio fuit demonstratum, in tantum, quod credentibus in eum *dedit potestatem filios Dei fieri*: sed non vno & eodem modo, quia nos peccatores oportet mediante Christo consequi gratiam Dei, & per ipsum consequi gloriam. Et est festum Trinitatis, & Virginis gloriosæ, quia possumus facere de festo isto conceptionis festum Sanctorum, quia per hanc gloriosam, & sanctissimam conceptionem mater Dei est posita in sublimiori gradu, & excellentiori merito, & altiori gloria, quam aliqua creatura, *quia astitit Regina in vestitu deaurato, circumamicta varietate*, festum celebrant Angeli, quia vident, & contemplantur, quod fuit à principio demonstratum. Festum agit humanum genus, quia per hanc incarnationem *gloriæ, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum*. O immensitas & bonitas Dei, qui voluisti exaltare humanitatem in tanta celsitudine gloriæ, quia videtur, quod plantæ lapides, elementa, & animantia quæque, & omnes creaturæ terrestres, & cœlestes, scilicet & stellæ videntur omnia exaltata esse per creaturam, quæ creata

Laus humilibus timẽda.

Pſal.84.

Quinque de Christo prædicantur in Angeli annũtiatione.

1.
2.
3.
4.
5.

Angeli non possunt intelligere mysteriũ Incarnationis.

Ioan.1.

Dies Incarnationis festũ festorũ.

Pater diuinum festum agit.

Filius quoq;

Ioan.1.

Pſal.44.

Pſal.8.

Annunciatio V fuit facta die dominico.

sunt

Digitized by Google

Dies dominicus & Sabbata ob tres rationes custodiri debet.
1. Ob memoriam creationis.
2. Ob requiē.
3. Ob Cultū Dei.

sunt ad vtilitatem hominum. Vnde nota, quod istud festum Incarnationis, & Annuntiationis Beatæ Virginis Mariæ incepit in die Dominica, quia primus dies fuit dies Dominicus. Et ideo Dominus præcepit ita stricte quod custodiretur dies Dominicus, & Sabbata, scilicet festa per tres cõsiderationes. Prima causa, quare vult custodiri diem Dominicum, & Sabbatha, est propter recordationem creationis nostræ vt habeamus menti nostram creationem. Secundo propter peregrinationem & recreationem, ac detractionem ab operibus, vt quiescamus. Tertio, vt exerceamur in his sanctis diebus in sancto exercitio, & deuotione diuini operis. Et propter hæc tria habes principium, medium, & finem. Et ideo dicit, Memento, vt intelligas, quod Deus te creauit: & est homo ita negligens vt non custodiat festa, quæ præcepit Deus, cum & ipse requieuit septima die ab omni opere, quod patrarat. Et causa damnationis Luciferi fuit, quia primum festum huius Incarnationis Verbi sibi reuelatæ noluit custodire. Vnde ementes, & vendentes in diebus festis peccant mortaliter. Et tu ô auare, & vsurarie, qui in diebus Dominicis, & festis continue fœneraris, & diripis pauperum bona, facis sicut dicit Sactus Lucas 12. c. de illo diuite dicente, *quid faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ, anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte anima tua repetetur à te, quæ autem parasti, cuius erunt?* Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues, quia ex repentina morte sibi occurrente non potest dicere suam culpam, & diabolus eum portat ad infernum & ideo, quia non habemus hîc mansionem manentem, custodi mandata, & festa, vt cum hinc à tua peregrinatione discedes, redeas ad tuam mansionem diuinam. Tertia causa, quod recorderis, de tua gloria. Vnde *Thesaurizate vobis thesauros in cœlis.* Et nota, quod in hoc mandato dicit, Memento, & non dicit sic in aliis mandatis. Vnde memento primo, quia es generatus. Secundo memento, quia es peregrinus, & semper es fatigatus, si de medio. Memento tertio de fine, scilicet cui laboraueris, & thesaurizas. Vnde nota, quod in die festo tu debes tria seruare. Primo, caue tibi à laborando in diebus festiuis, scilicet, quod tu, ô rustice non ducas plaustra, neque artes exerceas manuales, quia teneo, quod Officiales deputati vt videant si obseruantur leges & statuta ciuitatum, peccant mortaliter, quoties non faciunt seruare statuta, & leges, & seruare festa. Et ita econtra, merentur dum curant custodiri, & seruari festa, leges, statuta, ordinationes terrarum, & quoties præbent causam seruandi prædicta. Similiter vos apothecarij, qui in diebus Dominicis, & festis, postponendo Missas, & sacra, tenetis stationes vendendo gratia lucri, & auaritiæ, semper mortaliter peccatis, quoties venditis. Similiter & ementes peccant his in diebus festis mortaliter, nisi forte pro medicinis dãdis in casu necessitatis pro salute corporum, quia in his dumtaxat licet vel in similibus. Similiter lanij vendentes car..es in diebus Dominicis, & festiuis, & ementes. Similiter tonsuras radentes vsque ad vnam, vel plures horas noctis in diebus prohibitis, sicut in Sabbatis, & vigiliis Natiuitatis, & huiusmodi. Similiter alij artifices laborantes in diebus festis, & horis prohibitis. Similiter Notarij facientes instrumenta illicita, & in diebus festiuis, & prohibitis, &c. Secundum, quod debes seruare, seu præcauere tibi in diebus festis, & Dominicis, est, quia debes tibi præcauere à peccatis illis diebus magis quam in aliis, quia peccata magis grauantur, & sunt grauiora facta in illis diebus festis, quam in aliis diebus: & communiter à diabolo introductum est, quod in istis sanctis diebus homines magis peccant, quam in aliis, qui expendunt suum tempus præcipuè in illis diebus, in choreis, & tripudiis, luxuriis, tabernis, vanitatibus pompis, & carnalibus desideriis, ac delectationibus corporis, magis quam sacrificando, orando, & eundo ad Missas, prædicationes, vesperas, & ad diuina officia. Nam quoties tu tripudias in Dominicis, & diebus præceptis custodiri, toties peccas mortaliter, nisi esset in festiuitatibus communitatum, vel pro matrimonio honesto tantummodo. Tertium, quod debes seruare, & fugere, quia debes in istis festiuis diebus fugere ociositatem, & debes te exercere, primo in oblatione, secundo in oratione, tertio in prædicatione. In oblatione, quia debes offerre animam tuam totam in obsequiis diuinis istis diebus contemplando, & meditando Deum creatorem tuum. Item in audiendo Missas, & offerre animam cum corpore in Missis, & sic exercendo animam, & corpus, & custodiendo festa Dominus illuminabit tuam animam, quod cognosces Deum, & cognoscendo vitabis peccata, & dabit tibi gratiam, per quam habebis veram contritionem, per quam saluabitur anima tua, quia qui non est memor Dei in vita, Deus obliuiscitur eius in morte. Et nota, quod oportet, quod homo audiat omni die Dominico, & in omnibus festis præceptis vnam Missam integram ad minus ieiuno stomacho: alioquin non euitat peccatum mortale, quia dicit præceptum Dei *Sabbata sanctifices.* Et non debes facere sicut rustici, qui stant in taberna bibendo, corpus adimplendo, donec audiant campanellam, quæ significat, quod corpus Christi debet eleuari, & bibunt, & velociter currunt: & cum corpus Christi est eleuatum, vadunt cum suis labiis vnctis, & ebrij sæpe osculantur altare, & inde fugiunt, & redeunt ad vinum: & postea mures corrodunt mantilia, & mappas altaris vnctas. Secundo debes te exercere in oratione, quia oratio penetrat cœlum, & est gratiarum impetratiua, & facit animam appropinquare Deo, sibi, & aliis confert viuis, & defunctis. Tertio sanctificare, & totum tuum tempus istis diebus festiuis, & solemnibus, & Dominicis debes expendere in audiendo diuinum officium, & prædicationes, & postponere omnia mundana, & isto modo tua anima dicet, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus, quoniam loquetur pacem in plebem suam*, quæ faciet opera sua. Et sic faciendo ostender nobis Dominus misericordiam suam, quam nobis concedere dignetur, qui viuit, & regnat in sæculorum sæcula benedictus. Amen.

Luciser damnatus, quia noluit festum Incarnationis custodire.

Luc. 12.

Matth. 6. Cur dicitur memento de mandato festi & non de aliis.

Diebus Dominicis præcauere debemus peccata.

Peccata cõmissa festiuis diebus maiora.

Exercitium festorum est in oblatione, oratione & prædicatione.

Missa quoties audienda est ieiuno stomacho sub peccato mortali.

FERIA SEXTA POST V. Dominicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore præparante, tres considerationes habet vnica parte comprehensas.

1. *Consideratio est in opere.*
2. *In verbis.*
3. *In corde, sed sub ratione domesticarum V. gloriosæ.*

Istam prædicationem posui hîc, quia continuatur ad præcedentem. licet sequens præcesserit.

De

Digitized by Google

De amore præparante Septima penna quintæ alæ amoris feruentis.

Sermo XXXVIII.

Ioan.12. 7. Penna amoris. Amoris præparantis tres cõsiderationes.

VOLVMVS *Iesum videre.* Ioan.12.c. Sunt verba aliquarum animarum deuotarum,& fidelium cupientium Iesum videre. In quo sancto eloquio sequitur septima penna amoris præparantis. Intendo tractare qualiter anima debet se præparare ad sumendum Iesum id est corpus Christi. In quo amore præparante faciemus tres considerationes. Prima considerario est in opere, secunda in verbis, tertia in corde. Prima consideratio est præparatio in opere, scilicet honestæ conuersationis cum opere. Secunda est præparatio feruidæ orationis cum verbis. Tertia est præparatio cordialis deuotionis cum corde. Vnde hodie habebimus pauca verba, & bonum sensum. Vnde in superiori sermone habuisti qualiter glorioſa Virgo benedicta, quando fuit annuntiata, fuit præparata recipere Iesum, quia recepit ipsum opere, verbo, & corde, quia beatissima Virgo nil aliud desiderabat, nisi Iesum. Et nota, quod quando beata Virgo fuit annuntiata, erat in camera, siue cubiculo, cum septem domesticis. Prima erat domina Clausura, secunda erat domina Timor, tertia domina Taciturnitas, quarta domina Honestas, quinta domina Prudentia, sexta domina Humilitas, septima domina Obedientia: vt intelligamus quod volens sumere corpus Christi, oportet, quod primo se disponat bene velle viuere. Vnde domina Clausura erat ianitrix Virginis glorioſæ. Et cum Angelus sero venit & pulsauit ad portam, accessit ad ianuam, & domina Clausura ianitrix dixit. Quis es tu qui pulsas? & respondens Angelus dixit, Ego sum Angelus Domini, qui volo loqui Reginæ mundi, scilicet Mariæ Virgini à patre summi Regis creatoris sui. Et domina Clausura retulit Virgini, quæ iussit aperiri Angelo. Hinc est quod Euangelium dicit, *Et ingressus est Angelus*, &c. Vnde tu qui habes fœminas in cura, & custodia, disce quod stent clausæ in domo. Et si habes filiam, non cures quod exeat domum nisi vadat cum omni honestate ad missam, vel prædicationem, vel nisi ducas eam ad loca, vbi possit lucrari animam. Et cum exis domum, caue ne dimittas filiam tuam solam,sed stet ad instar virginis clausa, & sociata in domo, & possunt assignari tres causæ, quare iuuenes fœminæ non debent exire domum, si non sunt bene associatæ.

In die Annunciationis B.V. erat domi cũ septẽ Domesticis.

1. Clausura. 2. Timor. 3. Taciturnitas. 4. Honestas. 5. Prudẽtia. 6. Humilitas. 7. Obediẽtia.

Luc.1.

Tres causæ ob quas iuuenes filiæ & fœmina exire domo non debent.

1. Sunt cera mollis.

Prima causa est, quia iuuenes sunt sicut cera mollis, quæ apprehendit formam sibi datam, & nostri sensus fragiles sunt magis inclinati ad malum, quam ad bonum, Vnde si ducuntur extra domum & non habent bonam custodiam, discunt multa mala, & si non sunt versatæ stant cum oculis grauibus, procliuibus & inhonestis. Similiter in auditu: quia si non sunt expertæ extra domum, cum audiunt iuuenes aliqua dicentes sibi, audiendo erubescunt & pauent. Similiter in tactu, quia si tripudiant cum iuuenibus, in tactu manuum assecurantur & audaces efficiuntur, & cum sunt assecuratæ perdunt verecundiam, quæ verecundia est vnus de quatuor custodibus custodientibus virgines, sicut habebitur in sequenti prædicatione, nam vbi non est verecundia, cessat amor Dei, & pudicitia & perdit verecundiam, dum lenocinatur & fit domestica & securata, tunc male credit suæ pudicitiæ & est ad instar auiculæ. vel animalis siluestris, quod à principio cum capitur fugit à conspectu hominum, & non permittit se tangi: sed cum tangitur, domesticatur, & sequitur hominem quocunque vadat. Ita virgo modo suprascripto assecurata efficitur domina domestica, & est fatua, eo ipso, quia est effecta domina domestica,& est vna asina, & scropha. Sed domina siluestris est vna bona domina. Itaque tene filiam tuam siluestrem,adeo vt cum videt forensem intrantem domum fugiat à conspectu virorum, & latitet ad instar vnius felis, quem habebant Fratres in vno monasterio, qui cum videbat seculares intrantes monasterium, subito fugiebat: sed videns fratres non se mouebat. Caue etiam ipsam à conuersatione domesticorum attinentium,& etiam propriorum fratrum suorum, nec permittatis fratres & sorores in eodem loco dormire: quæso credite mihi, quia confessor fui, & scio quid loquor,imo & patres caueant, ne siliæ dormiant secum, sicut sunt aliqui fatui, qui non considerant diabolicas tentationes. Vnde teneatis filias vestras in timore & pudore,quia si ista sibi deficiunt,efficientur domesticæ,& dimittent se palpare, & tandem vltra plurimas infamias quas patientur tandem pro vltima infamia damnabuntur:& hoc de prima domicella, scilicet domina Clausura.

Secunda assecla,quæ dicitur timorata erat cum beata Virgine. Vnde puella debet esse ita timorata, quod cum audit hominem loquentem, subitò debet rubere & tremere, & tunc est bonum signum. Et hinc est quod cum Angelus dixit, *Aue gratia plena*, &c. Virgo intemerata *turbata est in sermone eius tremendo*, quid ergo feciſſet in præsentia hominis? & est bonum signum, quia qui tremit, sapiens est: & qui est stultus, communiter est temerarius & insolens & stultus Vnde Eccles. 18. cap. *Sapiens in omnibus trepidat & timet*, quia videt pericula. Vnde valens medicus semper dubitat, & sic de aliis, multo magis in Virgine quæ non posset non esse multum timorata. Vnde vide 2. Reg. 13. de Thamar quæ cum esset cum fratre in camera, credens se fore securam, fuit violenter à fratre corrupta.

Eccles.18.

2.Reg.13.

Tertia assecla fuit domina Taciturnitas, quæ erat valde sapiens, & pauca loquebatur, & nunquam loquebatur de aliqua vana, & de rebus vanis & inutilibus, sed potius semper de diuinis. Vnde cogitabat cum ista sua domicella *qualis esset illa salutatio*, stando sic taciturna: & docet mulieres, quid facere debeant, cum eis mittitur aliquod nuncium, quia non debent subito respondere, sed debent duo prius cogitare, scilicet quid sibi dicitur, & quid debeant respondere: Propterea Virgo beata merito *cogitabat, qualis esset ista salutatio*, & nota quod tria mala accidunt fœminæ garrulæ. Primum quia maritus nunquam diligit vxorem loquacem, quia efficitur tædiosa, quia *in multo eloquio non deest peccatum.* Ergo,quia fœmina loquax communiter est audax, & procax, & exinde maritus efficitur zelotypus & generatur odium sibi. Tertio, quia cum maritus dicit aliquid, ipsa vult respondere, & respondendo pertrahit maritum in irã, ex quod sequitur,quòd sæpe pulsatur à marito duris verberibus, & semper fœmina loquax est contentiosa in domo. Vnde solet dici, quod non est locus pacis, vbi est lingua loquacis. Ad instar illius fœminæ, quæ dicebat marito, quod ipse erat pediculosus, & maritus verberabat eam, & nil proderant verba: quia quanto plura sibi dabat, tanto magis sibi dicebat, quod erat pediculosus, & peius faciebat. Vnde vna dierum dum ista pessima fœmina multiplicaret in malo eloquio, proposuit obturare sibi os taliter, quod non posset sibi dicere quod foret pediculosus, & portauit eam super ripa fluminis,quod discurrebat secus domum eius, & proiecit eam in aquam tenendo ipsam per pedes, & caput subter aquã & videns quod non poterat loqui, & sibi dicere pediculosum, eleuauit ambas manus & cœpit conglutinare vngues, & ipsos ad inuicem incutere, quemadmodum si ipsa interficeret pediculos. Indicans per signa,quæ nõ poterat proferre ore. Vnde tu ô mulier,fac quod

3. Taciturnitas.

Fœmina garrula tria mala.

1. Maritus non diligit loquacem. Prou. 10.

2. Mulier loquax est audax & procax.

3. Respondet marito.

Mulieres nõ verecunda nec pudica.

Digitized by Google

4. Domestica Honestas. B. V. honestate decorata.

quod domina Taciturnitas sit tua socia, ne tibi similia accidant & stes in charitate cum tuo marito.

Quarta assecla fuit domina Honestas quia glorioſa Virgo fuit ita honesta, quod nunquam voluit aspicere Angelum in vultu. Inde est quod Angelus Gabriel dixit, *ne timeas*, videndo ipsam ita verecundari, quia tu habes actus ita honestos, tam corporales, quam mentales vt te Deus amauerit, quia nihil est quod faciat ita amare fœminam, sicut actus honestus. Vnde in veteri testamento dicitur, quod plurimæ propter actus honestos placuerunt maritis. Vnde Eccleſiast. c. 26. *gratia super gratiam mulier pudorata.*

Eccles. 26.

5. Domestica prudentia.

Quinta fuit Prudentia, nam licet non conniueret mundo, tamen sciebat fraudes mundi & hominum propter eius prudentiam, quia non frequentans mundum, melius cognoscit illum, quam qui ipsũ frequentat: vnde dum quidam mãgister in Theologia prædicaret de vsuris: & qualiter vsurarij contrahunt, quidã mercator ibi existens, dixit versus socios. Nos plus scimus dormiendo de huiusmodi contractibus & praxi mundi quam iste prædicator vigilando Sed si ipsum audiuissem, ego illi respondissem, quod ille bene sciret celebrare contractus illicitos vsurarios, me autem nullo modo scire, sed melius cognoscere illos, & suos effectus. Exẽplum, verbi gratia, si tẽpore caliginis vadis per plateam cum vno socio, si ille socius separatur à te aliquãtulum, tu non poteris eum videre, nec ita bene vides nubem, licet sis & tu in caligine, sicut ille qui esset supra nubem, vel separatus à nube, qui melius videt & discernit ipsam nubem. Ita in homine qui quanto magis est separatus à mundo, tanto magis videt & intelligit caliginem & pericula mundi, quam ille qui est inuolutus in turbine & caligine mundi. Ita erat in Virgine, quæ cum prudentia sua speculando in radiis diuinitatis supernæ cum sua immensa prudentia sciebat & cognoscebat fraudes & dolos mundi & hominũ. Et hinc est, quod Virgo quærit à prudentia, *quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quia credo quod Virgo glorioſa nunquam respexit virum in vultu, quod tamen intellige cum effectu. Vnde consule filiæ tuæ vt omnia cum prudentia faciat, & si mater est male edocta & imprudens, prudentia filiæ stat in magno periculo, ne pereat, quia pecora scabie infecta alia inficiũt & erit similis exemplo virginum fatuarum. Vnde Matt. 25. c. *Simile est regnũ calorum decẽ virginibus, quæ acceperũt lampades suas, & exierunt obuiã sponso & sponsæ. Quinque autẽ ex eis erant fatuæ quæ acceptis lãpadibus non sumpserunt oleum in vasis suis cum lampadibus*, &c. *& media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam sponso, tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas: fatuæ autem sapientibus dixerunt, date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur, & prudentes recusauerunt. Vnde dum fatuæ irent ad vendentes, prudentes intrauerunt cum sponso ad nuptias, quia parata erant: & nouissimè reliquæ virgines fatuæ venientes dicebant: Domine, Domine aperi nobis, at ille respondit: Amen dico vobis quia nescio vos. Vigilate itaque,* quia vigilantibus & non dormientibus, prudentibus & non fatuis aperitur porta regni cœlorum. Anima est virgo sapiens, sponsus est Deus: sponsa est virgo Matia Regina cœlorum: quinque sapientes accipiunt & emũt de oleo sapientiæ, & de lumine veritatis, & stant paratę, & ornant lampades suas, vt intrent cum sponso ad illas nuptias cœlestis regni audiendo verba Dei & prædicationes, &c. Accidit quod fatuæ non iuerunt ad prædicationes, sed stando domi se fucant & ornant, ac docent alienas lectiones impudicas, quia dum matres stant ad prædicationes, istæ fatuæ diaboli discipulæ remanẽt domi & tunc procant, cantant, ludunt, & tripudiant, & aliqua alia factitant, quæ vestrũm aliquæ dum essetis iuuenes benè scitis, & non portant de oleo, *& media nocte clamor factus est*, cum venit hora mortis *ecce sponsus venit*, & sapientes iam præparatæ ornant lampades

B. V. valde prudens.

Matt. 25.

Anima virgo sapiens.

Matt. 25.

suarum virtutum, & cum splendore lucis veritatis æternæ timoratæ & illuminatæ intrant cum sponso, & sponsa ad nuptias æterni gaudij, & fatuæ plenæ malis vitiis, & tenebrosæ cum suis vanitatibus incidunt in manus alicuius fatui, qui colaphum infringet, quia non habent de oleo sapientiæ qua possint iluminari, & videre viam rectitudinis & salutis tuæ, & tandem vadunt cum fatuis. Ideoque vigilate, &c.

6. Domestica humilitas. B. Virgo maior gratias habebat, eo humilior.

Sexta est humilitas, quia licet virgo Maria benedicta esset pulchrior omnibus creaturis, & esset plena gratia & regina: tamen erat tantæ humilitatis quod tanto magis stabat depressa, quanto plũres habebat gratias: & ideo dixit, *ecce ancilla Domini*, quamuis indigna, tamen fiat voluntas tua, ad docendum puellas, quod sint humiles in capiendo bonam doctrinam & obediendo suis superioribus, & humiliter faciant omnia sibi præcepta, vos ergo matres, quæ habetis filias sub vestra custodia, satagite vt vestræ filiæ sint humiles & obedientes, & ita vt filiæ vestræ faciant omnia exercitia domus contra aliquas, quæ nolunt quod earum filiæ faciant exercitia domus, nec quod filent, neque verrant domos, nec lauent scutellas, nec faciant coquinam, neque panem, &c. Sed tantum attendunt illecebris vitiorum & curant earum vultum, & apponunt eis crines cincinnatos vt postea conducant ad festa, & choreas, & cum matrimonio traduntur, nihil sciunt, ignorant suere, coquere, filare & penitus nullius sunt valoris: curem vero falso colore polluere, stare ociosè ad fenestras lasciuiæ, & petulantiæ ergo non eas præterit. Vnde Romanorum filiæ addiscebant filare lanas, & alia & nunquã sinebant ipsas torpere, & stare ociosas. Vnde tu mater facito quod nulla mora teneat tuã filiã ociosã quia si est virtute prædita, erit sufficiens manu tenere maritũ & familiã suã. Vnde doce eam facere omnia, suere & filare vsque ad stamenta, quẽadmodũ faciunt Fratres, quia quantumcunque sint nobiles in sua septimamana lauant scutellas, faciunt coquinã & omnia alia vilia & necessaria. Vnde Virgo humilis dixit, *ecce ancilla Domini*, ideſt, sclaua. Tu ergo iuuenis, caue ne accipias vxorẽ, nisi sit humilis, & sciat omnia facere, quia melius est habere virtuosã & prudentẽ & humilẽ indotatã, quã fatuã & vanam plenam diuitiis, Sed communiter in his partibus patres dotant pulchriores & dant eis magnas dotes, quæ communiter nihil sciunt facere, nisi ornari cultius, & libidinũ fomitem accendere. & turpiores dedicant Deo, & ponunt ipsas in monasteriis contra earũ voluntatem, hinc est, quod postea non fundatæ in Deo maledicunt parentibus & tanquam desperatæ supponunt se fratribus. & faciunt filios cum fratribus & nunquam seruiunt Deo, sed semper attendunt vanitatibus, quia regulariter nunquã fuit domina ociosa quin sit vana: & si est vana, nõ potest facere quin sit adultera. Ideoque vos mariti teneatis vxores vestras in cõtinuis exercitiis. Similiter tu ô mulier, caue ne accipias maritum, qui non faciat aliquod exercitium, quia vir non virtuosus nunquam fuit quin sit vitiosus. Fugite ergo ocium Nam tu fœmina, si aliquod exercitium facis, tu ponis amorem illi exercitio, qaod facis: Verbi gratia, tu filas & facis camisiam: tu dicis, ista camisia est ex meo opere & geris illi amorem, & sic de aliis exercitiis, quia dum placet tibi illud licitum exercitium tu fugis amorẽ vitiosum, & est valde vtile domui, in qua est vna virago, quæ apprime gubernat filios & familiam, quæ si nescit regere, oportet magnum numerum ancillarum & famulorũ nutrire & mercedem tribuere, &c. quibus occurrentibus maritus vi quadam impulsiua efficitur vsurarius & sic tu fœmina es causa perditionis animæ tui mariti & tuæ animæ.

7. Domestica obedientia.

Septima est domina Obedientia, nam Virgo mater Christi intelligens voluntatem diuinam, fuit obediens effici mater Dei. Vos ô patres & matres, facite quod filij vestri sint vobis obedientes, & quod filiæ vestræ cum illis præcipitur aliquid, nõ dicant non faciam, vel

Digitized by Google

Filia inobediens malum signum.

non possum facere, quia quando filia est inobediens, est malum signum, maxime cum excedit decimumquartum annum, quia est signum quod ipsa est amore turgida. Et si est obediens, subitò cum illi præcipis, illud faciet sine mora, & sine excusatione. Vnde maximum signum obedientiæ est semper mandata adimplere & nunquam se excusare. Alia est præparatio, quæ in deuotione consistit, in qua volebam exponere Pater noster. Tertio erat tertia præparatio cordialis, de quibus duabus alias vobis dicam. Præparemus itaque nos, vt possimus Iesum videre, mediante misericordia sua, quam nobis concedere dignetur, qui viuit & regnat per infinita sæculorum sæcula, Amen.

SABBATHO POST V. DOminicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore conuertente, tres partes præcipuas continet.

Prima pars principalis.

Est animam euellere à peccato.

Secunda pars principalis.

Est animam à peccatis contrariis defendere.

Tertia pars principalis,

Est animam inflammatam in amore Dei perseuerare.

De amore conuertente Sexta penna alæ amoris feruentis.

Sermo XXXIX.

De Maria Magdalena, & de bonis & malis mulieribus.

Luc.7. De sexto amore conuertente.

VI *minus dimittitur, minus diligit.* Luc.7. c.& in euangelio hodierno, quod sacrum eloquium est magnæ confortationis peccatorum, quia quanto sunt maiores peccatores: cum conuertuntur ad Deum, maiores faciunt operationes: & ideo magis diliguntur ab eo, & est mirabile dictum, quod plus dimittatur maiori peccatori, qui minus diligit; quia cum incipit gustare de Deo, feruentius studet in amando Deum, & sicut fuit peruersus, quando non cognouit Deum, tanto magis fit conuersus ad seruitia Dei, cum intelligit ipsum. Sed quid in beata Virgine, quæ non poterat peccare? dico quod plus peperit sibi, quam alicui alteri creaturæ. Et nota quod per experientiam loquor, quia expertus sum, quod erit vna domina magne naturæ, & intellectus subtilissimi, quæ quia nescit regere sensus suos, in peccata cadet. Quæ quando conuertitur ad Deum, tanto efficitur melior aliis, quanto suum ingenium prævalet, & scit facere maius bonum & licet errauerit, fit melior. Vnde sanctus Augustinus, Paulus, & sanctus Petrus & Dauid, similiter Maria Magdalena in luxuria deturpata, &c. quando conuersi fuerunt, si ante sciebant facere malum, cum viderunt veritatem effecti fuerunt magis singulares, & feruentiores in amando & seruiendo Deo, quam alij: quia multi sunt, qui ideo non faciunt malum, quia ignorant illud facere, sed nec sciunt facere bonum: & si faciunt bonum, illud tepide faciunt. Et in hoc denotatur sextus amor, qui dicitur conuertens. In quo nota tres modos conuersionis,

Primus est animam euellere à peccato.

Secundus modus est animam à peccatis contrariis defendere.

Tertius modus & processus, est animam in amore Dei inflammare, & in eo perseuerare.

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

Est animam euellere à peccato.

1. Modus conuersionis.

PRimus modus conuersionis est dulcis & pulcher, & est ipsam animam à peccatis euellere, & in isto modo conuersionis anima per quatuor status vocatur & excitatur.

Anima quatuor modis vocatur ad conuersionē.

Primus status est offensionis.
Secundus est conuersionis.
Tertius est satisfactionis.
Quartus status est murmurationis.

Vnde si vis ponere te ad seruiendum Deo, dispone te ad sustinendum multas murmurationes contra te. Et notandum, quòd dominus, non facit tibi occurrere aliquas tentationes quas non possis bene euadere cum triumpho & victoria, & est primus status offensionis, quo incipit Euangelium: *Rogat Iesum quidam pharisæus, qui vocabatur Simon leprosus* in peccatis, & inuitauit Christum ad cibum non corporalem, sed spiritualem, & credo quod illud fecit propter inanem gloriam magis quam ex charitate, ex eo quia non seruauit signa charitatis, quia non lauit pedes Christo, nec ostendit signa pacis in osculando eum, nec vnxit caput eius vnguento, prout mos erat illius regionis, vnde Christus iuit non propter fumum inanis gloriæ illius pharisæi, sed propter fructum spiritualem, qui inde sequi debebat. Et nota tres modos offensionis Dei. Primus est peccatorum magnitudo, scilicet, quod presbyteri teneant meretrices. Secundus est peccatorum exercitium & certitudo, scilicet quod peccatum publice exerceatur, vt est in publica meretrice, publico vsurario & similibus. Tertius est peccatorum multitudo, quod consistit in frequentatione peccatorum, sicut publicè fœnerari, publicè fornicari, perpetrare homicidia, dicere falsa testimonia, sodomias & similia committere: omnes istos tres modos offensionis Dei habuit Maria Magdalena. Et si vis videre magnitudinem peccatorum ipsius Magdalenæ, considera verba Euangelij dicentis, *Ecce mulier* ad demonstrationem peccatorum suorum, ac si digito ostenderetur admiratione dicendo, ecce mulier proterua, &c. Vnde Isaias similiter dicit 21. *Babylon dilecta mea posita es mihi miraculo*, vt sis supposita tot miseriis & calamitatibus, vt tu anima cum sis bona, diues & habeas tot attinentes honorabiles & sis nobilis, & habeas imaginem similem Deo, & memoriam ita nobilem & excellentiam intellectus, plus amas mundum fragilem & caducum quam Deum tuum creatorem, & plus diligis damnantia te, quam bona salutifera tibi. Vnde *tu es mihi miraculo.* Nã Babylon interpretatur confusio, quia nil aliud cogitat, nisi de luxuria, de auaritia, de superbia, & de mundanis delectationibus, & merito es mihi miraculo, quia propter modicum corporalis delectationis, vis perdere infinitam, & perpetuam lætitiam paradisi.

Luc.7.

Magnitudo peccatorum Magdalenæ.

Isa.21.

Babylon confusio.

Secundus modus, quia Maria Magdalena fuit in peccatis exercitata quia fuit meretrix occulta, & denotatur certitudo peccatorum illius ibi, cum dicit, *quæ erat in ciuitate peccatrix.* Vnde fuge iuuenes lasciuos ô mulier, quia si vni consentis, ille dicet aliis & publicaberis, & forte tu ignorabis credens illud fore occultum, & cum ibis per plateas ostenderis digito dicendo, ecce illa est meretrix, deprauata est, &c. iuxta illud Isaiæ 23. capite. Dum cum cithara circuibat ciuitatem meretrix, adiutorium non inuenit. Cithara est vacua, & significat meretricem, quæ habet melliflua verba, sic cithara habet dulcem melodiam, & est vacua meretrix, sicut

Magdalena in peccatis exercitata.

Cithara vacua significat meretricem.

Digitized by Google

sicut cithara & vadit quærendo per ciuitatem & destruendo, fornicationes faciendo, donec est iuuenis & postea efficitur publica & tabernaria, & adiutorium non inuenit. Tertius est multitudo peccatorum, & ideo subiungit, *peccatrix*, id est meretrix. O magna miseria, cuius ars est diabolica, quia non solum animam suam perdit, sed studet perdere animas tot hominum quibus consentit & sæpe numero ipsa meretrix erit nobilis, & de bona familia & consentiet viris vilissimis, scabiosis, leprosis, cuilibet miserrimo viro, & stabit cum vno vili rustico, qui verberabit eam & percutiet ipsam, & stabit cum seruitute & in miseria, & non habebit ad quem recurrat & erit peccatrix. Nota, quot modis fœmina periclitarur: & sunt septem gradus, quibus fœmina inducitur ad periclitandum, ruendum & peccandum.

Fœmina 7 Gradibus periclitatur.

1. Gradus ruinæ mulieris studium pulchritudinis.

Primus est studium pulchritudinis & præparatio vultus, pilando, fucando, & sibi crines mortuorum imponendo, vt videatur pulchra, & illa sunt signa impudicitiæ & peccat sic faciẽdo mortaliter: & si maritus consentiret: si ipsa nollet, nec econtra, nec mulier tenetur consentire marito in his, in quibus peccaret mortaliter, & caue tu mater, ne permittas filias tuas se fucare & faciem depingere, &c. quia istud est principium, per quod fœmina errat & ruit.

2. Gradus addiscere cãtilenas.

Secundus gradus est addiscere cantilenas vanas & libidinosas, & tu mater, cogita de te ipsa, si offendisti, vel si vidisti aliquas alias ruere per istam viam, quia cantilena est fauilla ad incendendum ignem. Nam virgo filando, & suendo cogitat & cogitando cantat, & cantando incitatur, & accenditur taliter, quod quando sentit equitantes, vel iuuenes cantantes, vel transeuntes per viam, currit ad feneſtras, vnde tu ô mater, & tu pater, custodi filias tuas, & corripe, ne talia faciant intercedente baculo.

3. Gradus portare capillos.

Tertius gradus est portare capillos alienos, vel suos inordinate & mutare ipsos, vt videantur flaui, sed considera bene, quod si daretur tibi in pœnitentia, quod tu portares vnum os alicuius mortui super caput de die & de nocte, tu trepidares & timeres, ne ille mortuus te portatet. Sed in portando capillos mortuæ, diabolus adeo excæcat te, quod tu non consideras. Et nota quod quando tu vides aliquam portare capillos alienos credas pro firmo quod aut morbo aliquo inhonesto capillos perdidit aut habet aliquem defectum.

4. Gradus est oculus.

Quartus gradus ruinæ mulieris est oculus, quia cũ suprascriptis gradibus fucandi se & cantandi, & portandi alienos capillos occasionem præbet vt iuuenes in eam oculos coniiciant, & sit tanquam scopus in quem sagittarij collimant qui est illorum iuuenum casus & ruina, & rediens domum considerando amatores suos scinditur in varias curas & stat in magno periculo periclitandi.

5. Gradus æstimatio sui 6 Gradus.

Quintus gradus est reputatio suæ pulchritudinis, quia reputando se pulchram superbit.

Sextus gradus est, quia cum habet ista, necesse est, quod resupina ruat, & postea dicit, me miseram, dolore repletam, quia sum nata sub tali misero sidere. Si ergo vis vitare ista cum vadis ad festa, vadas honesta cum capite inclinato, & cum oculis demissis, & serua modestiam & omnem pudicitiam.

7. Gradus eũ extollitur in laude. Cogitationes mulierũ meditatio mortis, inferni &c.

Septimus gradus est, quia cum laudatur ab amatore suo extollitur, & præbet illi aures, & respondendo capit audaciam, & postea ruit, sed si vis vitare ista, cũ audis homines tibi loquentes non exaudias ipsos, neque respondeas quicquam eis; sed recurre ad crucem Christi & considera quod cito morieris & cõsidera te esse puluerem, & in puluerem reuersuram, & pellem tuam quæ videtur ita pulchra, esse saccum escæ vermium & considera infernum, & eius durissimas, & sempiternas pœnas & etiam considera si cadis, quod eris semper diffamata, & nunquam deseres illa turpia, quæ omnia habuit, & in eis inuoluta fuit Maria Magdalena. Nam communiter mulieres conantur facere, vt videantur pulchræ: & quanto sunt pulchriores, tanto superbiores, nam Maria Magdalena habuit plures dotes. Prima, quia erat pulcherrima in facie. Secunda eius dos, quia erat magni & sagacis intellectus. Tertia, quia habebat valde pulchros capillos. Quarta, quia habebat pulchros & splendentes oculos. Quinta, quia erat nobilis & magnæ parentelæ, & reputabat se magni status. Sexta, quia proposuerat sibi vitam luxuriosè transigere ad instar illius diuitis, dicentis, Luc. 12. *anima mea epulare* &c. Ita credo quod faciebat Maria Magdalena. Et ideo propter prædicta ruit. Et nota quatuor causas quæ conducunt mulieres in ruinam. Prima est pulchritudo quando mulier est pulchra & fatua, quia illa pulchritudo est valde periculosa: Vnde Salomon, Prou. 11. *circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua*, sed quando mulier pulchra est & sapiens, est magna & bona gratia homini, qui potest illam habere, quia est *sicut vitis abundans in lateribus domus suæ.* Psal. 127. & sequuntur multa bona in illa domo. Secunda causa sunt diuitiæ, quia si fœmina est pulchra & diues, est valde periculosus status eius, quia si ipsa habet maritum, adiuuet eam Deus, si est vidua, adiuuet eam Deus, Virgo Maria, & sanctus Franciscus. Si est virgo, adiuuet eam Deus cum omnibus sanctis. Tertia est libertas, quia si mulier habet illa tria, sicut habuit Maria Magdalena, tunc fac signum crucis, quia est expedita, & nulla est redemptio, nisi subsit quædam præexcelens virtus in ea, quæ ratio reperitur in talibus. Quarta est simplicitas, quia si illa quatuor concurrunt, nisi concurrat iunamen Dei adiuuans illam, sine dubio ruet. Et nota tu ô mulier vesana, quod si cognosceres studia proditionum & fraudũ ac deceptiones virorum, tu nullatenus confideres ipsis & fugeres blanda verba, & adulationes lenonum: nam vnus docet alium & senes rugosi docent iuuenes, quo pacto vos decipiant & capiant, & notetis vos ô fœminæ, septem proditiones virorum, quas exercent vt vos prodant & decipiant. Prima proditio viri est, quia fingit atque docet diligere te bono amore & multa tibi promittit, sed quę̃so ne fidem verbis adhibeas, nec quicquam respondeas, neq; in aliquo aperias te, quia nihil aliud à te vellet, nisi spoliare tibi famam & virtutes corporis & animæ, & te vituperare & priuare te vita: quia si audiunt tui parentes vel maritus tuus, te fore vituperatam, venenum propinabunt. Secunda proditio est, quia dicet tibi, quod vult tibi dicere in secreto tantum vnum verbum, & si tu es ita fatua, vt cum auscultes & ducat te in secreto loco, te vituperabit, & per experiẽtiã loquor, & experti sunt mihi testes quod quotiescunque vnus calamistratus iuuenis loquitur mulieri in secreto, necesse est quod aut illa vituperetur, vel diffametur, aut mala morte moriatur. Et si incipit cõuersari tecum, oportet te cõtinuare, donec capiaris in casside & moriaris. Tertia proditio, caue fatua, quia promittet tibi fidẽ seruare, & te celatã tenere, & nullã aliã accipere in vxorẽ, præter te, & cum recesserit à te, non videbit horam quo minus dicat consocio, & socius reuelabit illud vxori, vxor vicinæ, vicina marito, maritus suo consocio, & sic de vno in alium, donec publicè dicatur, & tota ciuitas erit plena: *quia nihil opertum, quod non reueletur: & nihil occultum, quod non sciatur.* Nam tria sunt quæ cælari non possunt: Scabies, tussis, & amor: quia amoris flamma accensus non potest ita occultè lasciuire, quin astantes perpendant, licet creditus ille integritatis corruptor credat quod nullus aduertat. Vnde dum semel vnus mihi referret, & totus anxius reuelaret quæ egerat cum sua amasia. Ego dixi, qualiter poterãt facer ita occultè, quod non perpenderentur: ipse dicebat quod quando erat publicè, ita occultè faciebant quod nullus perpẽdebat, & hinc est, quod amor pingitur cæcus, quia amantes sunt cæci & credunt alios esse ita cæcos, sicut

Magdalena dotes plures habuit.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
Luc. 12.
Quatuor causæ obquas mulieres ruunt.
1. *Pulchritudo.*
Prou. 11.
Psal 127.
2. *Diuitiæ.*
3. *Libertas.*
4. *Simplicitas.*
Septem proditiones virorum in mulieres.
1. *Proditio.*
2. *Proditio.*
3. *Proditio.*
Matth. 10. Tria quæ celari nõ possunt, scabies, tussis & amor.

Digitized by Google

ipſi ſunt, & iudicium Dei, quod talis mulier remaneat confuſa, nec cognoſcat ſuum peccatum, ſed miſericordia Dei quandodo cognoſcit peccatum, vnde imple Domine facies earum, vt reuertantur ad te, & hoc propter miſericordiam tuam quoniam Deus permittit, quod fœmina confundatur per iuſtitiam ſuggerentem propter tuum delictũ reuelabuntur tua pudẽda, & caue ne ſecrete conſentias alicui: quia ſi tibi promittit, nõ attendit & efficieris adultera, & tales merito poſsũt appellari ſcrophæ & vaccæ, & natura vaccarũ eſt, quia vacca cum ſentit veſpas, & pungitur ab eis, ſubito leuat caudam & fugit quærendo latebras & arbuſta. Ita mulier effecta vna vacca, cum ſentit, audit & videt iuuenes libidinis mancipia, leuat caudam, & cautè quærit opportunitatem & remanet vituperata, & infamata.

1. Remedium timor Domini.

2. Remedium bona cuſtodia.

4. Proditio. Quarta proditio eſt, quia cum proditor homo non poteſt intentũ finẽ conſequi minatur accuſare ipſam marito, vel patri, ſi habet; niſi illi cõſentiat, ſed ſi tibi occurreret, ô mulier, quæ amas Deũ & pudicitiã tuã, quod aliquis vellet te actus venereos exercere ſub ficto colore minarũ, fac ſicut fecit ſancta Suſanna, quæ potius voluit confidere in Deo, qui poterat defendere ipſam innocentem, quã conſentire illis tribus ſenibus qui illam libidinoſe amabant & iudicati ſunt Danielis ſententia quæ Suſannam liberauit. ☞ Et nota, quod ſicut Daniel Propheta liberauit Suſannam innocentem, ita decet deregere mulierem nocentem. 13. capite. Nam erat vnum templum paganorum Babyloniæ, in quo erat vnum Idolum, cui offerebat populus multa edulia: & rex ciuitatis iubebat apponere multa fercula ſuper altari & in menſis, dicentes regi & populo, quod illud Idolum & dij ſui comedebant nocte illas eſcas & omnes conabantur mittere fercula delicata diis ſuis, & ſacerdotes nocte veniebant in templum cum mulieribus & filiis ſuis, & edebant illas eſcas. Vnde Daniel Propheta dixit regi, Iſtud Idolum habet os, & non comedit; & habet oculos & non videt, & *præcepit Daniel pueris ſuis & attulerunt cinerem & cribrauit per totum tẽplum corã rege & egreſſi clauſerunt templum*, & facto craſtino rex cum Daniele aperto tẽplo, & non reperierunt de edulibus niſi oſſa, & rex dixit, ecce quia Deus noſter comedit omnia, quid vis tu modo dicete. Vnde potuit aliquis intrare templum & comedere illa, præter iſtum Deum meum, & Daniel dixit, aſpice veſtigia rex pedum tuorum ſacerdotum, quia aliqua ſunt magna, & illa ſunt ſacerdotum, quia aliqua mediocria, & iſta ſunt fœminarum ſuarum: & aliqua ſunt parua, & hæc ſunt puerorum ſuorum, & quærens ſub altari reperit oſtium occultum, per quod intrabant in templum, & conſumebant quæ erant ſuper menſam propter quod rex interfecit ipſos. Vnde caue tu mulier concupiſcentiæ libidinem nutrire, peccandi fomenta quæritare, miſericordia ſeu iuſtitia Dei ſurgente manifeſtabitur tuus reatus & vituperaberis vel vitam perdes. Sexta proditio eſt, quia multoties iſti homines fingũt ſe diuites, & habent vnam veſtem à Iudæo mercede conductã, & permutant vnam veſtem cum alia ſub vſuris, vt videantur diuites & habere plures veſtes vt ſic decipiant viduam, & poſtquam erit prodita, ſerò perpendet, vnde caueat.

Dan. 14.

5. Proditio.

7. Proditio. Septima proditio eſt, quia ſi aliquid mali, poſtquam deſponſauit te, tibi perſuadere poteſt, ſemper habebit te ſuſpectam, quia homines mali credunt quod intus habent, quia credunt quod omnes dominæ ſunt tales quales ipſi ſunt: quia communis opinio hominum eſt, quod paucæ dominæ ſint caſtæ & pudicæ iuxta prouerbium Florentinum. Fœmina nulla bona, ſi non bona, non caſta: ſi autem caſta, non probata, ſed ego vidi contrarium, vnde conſidera, quãta ſit ſimplicitas mulieris: quæ dimittit ſe ſeducere & crede mihi, niſi matrimonium quæratur debito modo per tuos maiores & per illos, quorum intereſt, aliter fit mala fide. Nota modo remedia ad euitandum proditiones iſtas virorum, & Auguſt. in libro dat quatuor remedia ad fugiendum proditiones hominum. Primum remedium eſt timor Domini, quia tu quicunque habes vxorem timentem Deum, bene potes agere gratias Deo quia raro reperis dominam timoratam impudicam, ſed erit omnibus virtutibus plena, & ſi infirmaberis, erit anxia in te iuuando: ſi occurret tibi aliquod infortunium te confortabit, ſi peccabis, te diriget in viam veritatis dulcibus monitis, & ſemper viues in pace cum iucunditate, cum potentia & augmento tuæ domus. Sed ſi eſt mala habebis tuum purgatorium in hoc mundo. Secundum remedium eſt bona cuſtodia quia fœmina naturaliter eſt timida & fragilis. Vnde oportet quod habeat bonam cuſtodiam: propterea tu marite, noli confidere de tuis ſociis, neque de tuis fratribus, neque de tuis cõpatribus, quia multoties vidi à talibus mulieres fuiſſe ſeductas & eſt bonũ ſignum, quando fœmina ſtat & requirit ſemper timoratam ſocietatem. Tertia cuſtodia eſt timor mundi, quando timet infamiam. Quarta cuſtodia & remedium, eſt timor legum: quia ſecundũ Ius diuinum, fœmina debet lapidari, ſi rumpit fidem marito, & ita debent eſſe de iure ciuili. Item nota tu ô mulier, duas cuſtodias, & duo remedia in viro tuo. Primum eſt timor Dei in viro. Secundum eſt virilitas in ipſo, & non muliebritas, & effeminati, & abominabiles facti ſunt, ſicut quem dilexerunt, & nota quod eſt peccatum mortale etiam ire cum publicis meretricibus, quia aliquæ ſunt publicè deſponſatæ, aliquæ clam maritatæ, aliquæ monachæ, & multoties poteſt accidere quod tu poteris peccare cũ tua ſorore ſpirituali, quam tuus pater leuauit ex ſacro fonte, quando etiam peccabis cum illa, cum qua peccauit pater tuus, vel frater tuus, aut germanus: Nam ſi erit nupta, committis adulterium: ſi erit monacha, committis ſacrilegium: ſi attinens, vel ſoror ſpiritualis fit inceſtus: & mulier fatua non intelligit iſta ſcelera, ad quam ſimiliter concurrunt presbyteri, religioſi, fratres ſpirituales, &c. Et omne quod illis datur ob turpem hanc cauſam à filiis familias, vel exiſtentibus in aliena poteſtate, tenetur reſtituere. Similiter inuoluet ſe turpiter ori, per quod intrat corpus Chriſti & manibus ſacratis, quæ adminiſtrant filium Dei, ô nefandæ, infernus vos expectat pariter cum ipſis religioſis, cauete ergo, &c.

3. Remedium dedecus

4. Remedium pœna.

Remedia ad euitandas à mulieribus proditiones, hominum.

Magdalena conuerſio fit ob tria nẽpe lumẽ, intellectum, & cognitionem.

Anima conuerſa debet habere lumẽ, intellectum & cognitionem.

Vide modo conuerſionem Magdalenæ. Vnde nota, quod oportet, quod anima conuerſa habeat tria. Primum oportet, quod habeat lumen, intellectum & cognitionem, quia ſi non cognoſcit malum, non poteſt deſerere illud, & ſic moriendo in illo peccato damnatur. Secundum oportet, quod cognoſcendo malũ anima habeat ardorem in deſerendo illud. Tertium, quod habeat vigorem in perſeuerando vſque in finem. Et omnia iſta habuit Maria Magdalena, quia primo habuit contritionẽ. Ideo dicit tex. quod Maria *cognouit, quod veniſſet Ieſus in domum phariſæi*, Vnde credo quod Ieſus, quando prædicauit dicens, qui ſitit, ad me veniat, &c. Et Maria audiens hoc, hauſit de illo fonte diuinę ſapiẽtiæ delectando ſe in odio carnis, & credo quod illa die locutus fuit Ieſus de vanitatibus & concupiſcentia carnis: & Maria ſtans in illa prædicatione, quia habebat bonũ intellectum, & perſpicacem animum, eleuata eſt in ſublimitate ſui perſpicacis intellectus, & incœpit conſiderare ſtatum ſuum, & diſcurrere per vitam ſuam, & impudicitiam, & laſciuiam vitæ eius, & audiendo Ieſum Chriſtum dicentem, ô paupercula, tu occidiſti mille animas, aperias modicum oculos tui intellectus, cur me tantum offendis, dilecta anima mea. Ignoras, quoniam iſti tui oculi ita procaces, & attractiui animarum ad luxuriam obſcurabuntur? Nonne conſideras, quod tua florida & virens iuuentus ad inſtar floris, & velut fœnum areſcat? & citata ſenectus te incuruabit Nonne vides quibus, & quantis miſeriis tu es ſubiecta? ô Maria, Maria, nimis amara animæ tuæ, aperias feneſtrã tui intellectus, vt intres lumen veritatis & illumi-

Luc. 7.

ner

Digitized by Google

net illum. Putas-ne semper gaudere in hoc fragili mũdo cũ senecta aggredietur te, hispida fies, capilli canescent pariter & cadent, dentes eburnei marcescent, genæ iam floridæ contrahent rugas, flatus aromatibus putrescet & olidus fiet, dorsum incuruabitur sicut arcus, & omnes te fugient, & intelligendo prædicta, subitò compuncta repetit domum, & clausa in camera incipit flere, & crede quod subito omnia medicamina, fucos, & vanitates abiecit, & repetit audita à suo magistro Iesu Christo dicens, ô anima mea, quid fecisti in hoc sæculo, quia iamiam video te esse damnatam: ô oculi mei, euomite pelagus lacrymarum & plangite peccata vestra, quia occidistis animas infinitas, & tu ô os quod tantum offendisti Deum verbo & opere, exprime gemitus, cor tanto tempore induratum cogitationes carnales, & vanitates considera quantas feceris offensiones Deo, contere te & humilia te Deo, & creatori tuo contra quem fuisti ita ingratum, & nunquam cogitasti gratias, quas plurimas tibi dedit. Quid sapiam misera, ibo-ne ad conspectum Iesu Christi filij Dei viui? Ego nocentissima ibo ad tantam puritatẽ & innocentiam? Ego fœtida ibo ad tantum splendorẽ lucis æternæ? Quid facies desperata Maria, audebis cõparere coram eo, qui palam omnia habet & cordis intima vidit? vince misera, vince pudorẽ: pelle timorẽ, carpe iter, & vade ad illũ, qui te potest solari pariter & saluare. Sed quis veniet tecum, ibis-ne sola? vade, quia ipse est filius Dei: ipse est fons gratiæ, & est ita pius & misericors ac miserator Dominus & iustus, quod tibi parcet & credo quod his dictis accensa spe, & fide accepto alabastro vnguenti venit audacter.

Et cape secundam partem, scilicet conuersionis, & venit portans vnguentum amoris dicens, fac me reminisci amoris tui Christe, & inflamma me amore diuino, sicut fui inflammata amore mundi, & Maria conuersa habuit tertium scilicet vigorem, quia venit, vt intelligamus quod non solum cognouit eius miseriam & malam vitã, sed etiam suam cõuersionem. Et nota quod quæ publice portauit capillos mortuorum, publicè debet illos comburere. Cape tertiam partem scilicet satisfactionis, & considera septẽ modos offensionis, Dei, & videbis remedia satisfactionis quæ fecit Maria Magdalena, Vnde nota quod fœmina, quę publicè offẽdit Deũ, debet publice ostẽdere signa suæ pœnitentię. Itẽ Dominus Episcopus debet facere, vt blasphemator Dei & Virginis ac Sanctorum, stet ante ante fores Ecclesię maioris horis missarum genuflexus per septem dominicas ita quod omnes intrantes Ecclesiam, videant eum, & septima Dominica stet nudus ante fores Ecclesiæ, & septem diebus ieiunet in pane & aqua, & pascat duos vel tres pauperes, secundum suam possibilitatem, & septima die Episcopus introducat ipsum ad audiendum diuina officia. Vnde satisfactio debet esse condigna offensioni, vnde si publice peccas, publica debet esse satisfactio, & sicut accepisti publice hominem Deo, ita obligaris publice ipsum restituere, & nõ potes absolui, nisi satisfacias. Modo vide, qualiter Maria satisfecit per satisfactionem contrariam peccato, & fac septem gradus contrarios 7. peccatis, quæ habebat: quia in ea primo fuit vigor mentalis contra suum malum propositum, quod habuerat prius. Secũdo in ea fuit pudor virtualis contra suum vitium actus carnalis. Tertio fuit in ea timor reuerentialis contra eius superbiam. Quarto fuit dolor pœnitentiæ contra procacitatem suorum oculorum. Quintò splendor spiritualis contra modestiam ornatus suorum pulcherrimorum capillorum, in quibus habebat magnam vanitatẽ & vanam gloriã. Sexto est ardor affectualis cõtra pigmenta sui vultus. Septimo est sapor sapientialis cõtra perpetrationẽ suorũ peccatorũ. Dico quod primus gradus satisfactionis Mariæ, vigoris sui mẽtalis fuit contra suũ malũ propositũ, & hinc est quod

Magdalenæ satisfactio.

7. Gradus satisfactionis B. Magdalenæ

3.
4.
5.

1. Gradus vigor mẽtalis. Luc. 7.

dicit Euang. stãs: quia fœmina impudica quando cõuertitur debet stare firma, ita & taliter quod sit semper memor propositi quod nolit amplius peccare. Ita debet facere vsurarius qui debet firmare suũ propositum de amplius non fœnerando contra suum primum malum propositũ. Secundus gradus est pudor virtualis contra actum carnalem, quod notatur ibi, *retro* quia Mariã pudebat ire ante vultum Christi: ideo *stabat retro* dicendo anxia: miserã me, quid feci? nã Christus qui omnia videt, Virgo gloriosa eius mater purissima, & Angeli viderunt mea mala & scelera, qualiter potero apparere corã eo: & sic plangendo & lacrymando tã confusa stabat retro ad instar publicani dicens, *Miserere mei domine*, quia indigna sum venire ante conspectũ tuũ præ verecundia de meis peccatis. Venit etiã ad tertium gradum satisfactionis, qui est timor reuerentialis ibi, *secus pedes eius*: quod significat, quod vbi prius erat superba & volebat sibi inclinari & antecedere alios præ superbia, nũc mutãdo propositũ, stabat humilis *secus pedes* Christi, & infima in domo Pharisæi: similiter in domo eius stabat ad pedes eius, & in cruce, & in horto semper reperis Mariã Magdalenã ad pedes Christi, quod significat humilitatẽ profundã contra eius superbiã, & postulationem veniæ & misericordiæ. Quartus est dolor pœnitentiæ sc. & lacrymarũ contritionis, quæ tanta fuit, quod dolor corporis cõmunicatus cum contritione compunctionis cordis fuit tantus, quod promeruit suorũ remissionem peccatorum propter confessionẽ quã sibi habuit Christus dominus noster. Et legitur Maria semper flere, & cœpit tunc propter contritionẽ, & eius lacrymæ etiam mouerunt Christũ lacrymari pro Lazaro fratre, id fuit propter affectionẽ proximi ad significandũ etiã cõpassionem, quam sibi habuit. Itẽ post Resurrectionẽ Christi plorando & quærendo Christum magistrum suum in horto, meruit potius videre ipsum, quam aliquis alius. Item fuit lacryma consolationis, quia Maria 30. annis stetit in deserto, & septies in die sumebat 7. consolationes de Deo, quia septies in die eleuabatur à terra in spiritu contemplando Deum, quas omitto modo, quia non habeo tempus. Sed tu, ô anima peccatrix, disce plangere tua peccata: quia primo considera offensas, quas fecisti Deo, quia Maria stans ad pedes Christi plorabat & cogitando suspirabat de suis peccatis, & & cũ corde contemplabatur Christum, & os nõ poterat loqui, quia erat occupata à Deo, quia præ nimio dolore non poterat vociferare cum ore, sed bene credo quod in suo corde fortiter proclamabat dicendo in corde suo, ô peccata mea, quia contra me estis semper: ô iniquitas mea, ô amor Dei, vbi te reliqui? ô ætas mea, quam turpiter & inane expendi te, quod de cætero antequam velis offendere Deum potius eligas mori quam peccare anima deturpata, & in nimia peccatorum fœce submersa, quo vultu audebis respicere Deum tuum, plange misera peccata tua, ô oculi mei, qui veneno sagittarum vestrarum infinitos homines excæcatos peremistis, quia hactenus obtenebrati fuistis in caligine vitiorum, donec misereatur vestri *lux vera quæ illuminat omnem hominem*, & agite pœnitentiam; vt qui dedistis causam cæcitati, madendo pedes Dei mei, inde mereamini lumen veri luminis accipere ex claritate veræ fidei radiantis in Iesu Christo, ô anima cæca contemplare lucem tibi hactenus incognitam & sic dicendo, plangendo & fortiter dolendo in corde suo lacrymæ fluebant ab imo cordis emissæ: & sic adhęrendo pedibus Christi illo modo lauit pedes eius ex abundantia lacrymarum. Sequitur quinta satisfactio, quæ est splendor intellectualis: deinde capiens capillos suos dixit, Capilli mei in quibus hactenus fuit potestas & vis diabolica, amodo relinquite omnem vanitatẽ & abrenuntiate Satanæ, & põpis eius, & adhærete pedibus Saluatoris mei, in quo consistit salus mea, & efficiamini Sacramentum Christi, & cũ eis ter-

Secundus gradus pudor virtualis.

3. timor reuerẽtialis.

4. Satisfactio dolor pœnitentiæ.

Magdalena sẽper flebat.

5. Gradus satisfactionis splendor intellectualis.

Digitized by Google

gebat sanctos pedes Dei: deinde dixit, Os meum pollutum tot osculis & verbis purga te omni immunditia, taliter quod de cætero nunquam præsumas dicere, vel tangere vana, & tremẽti ore osculata est pedes Christi. Deinde venit ad quintam satisfactionem, quæ fuit splẽdor virtualis contra vanitates suorum capillorum, quia capillis capitis sui tergebat pedes eius: nam capilli significant signum spirituale & clarum intellectum, quia capillus est pulcher & longus; & significat illuminationem animi. Sexta satisfactio est affectus totus ardens, & feruens in amore Dei. Et hinc est, quod subiungit, *& osculabatur pedes eius*, quod significat charitatem indiuidui amoris diuini, quasi dicat: *porro vnum necessarium est*, vt te Christum solum amem ex toto corde, & calcitrem mundo, quia amor mundi deficit, tuus est sempiternus: ille damnat, tuus saluat. Ideo pie Iesu, parce mihi & miserere mei. Septima satisfactio fuit sapor sapientiæ, contra eius peccata per ignorantiam veræ cognitionis perpetrata, *& vnguento vngebat pedes eius*. Nam sicut vnguentum purgat & sanat plagam mortiferam: Ita significat, quòd Christus purgauit & sanauit animam istius Mariæ miseræ peccatricis, quæ mortua erat, & reuiuiscit. Sequitur videre de 4. statu conuersionis Mariæ, per quem ipsius anima à Christo vocata fuit, vt inflammaretur amore diuino, & nota quod quotiescunque quis disponit se emendare, præparet se ad tolerandas multas murmurationes, infamias, & persecutiones: & quod sit verum, experientia docet: & Christus permisit quod murmuratio veniret ad campum & nota, quod est maius peccatum impedire bonum, & turbare seu obuiare bonis operibus, quam facere malum: quia facere malum, est peccatum fragilitatis: sed obuiare bono & turbare volentes facere bonum, ne fiat, est peccatum malitiæ r vnde euangelium dicit, quod videns Pharisæus ista, incœpit murmurare intra se: & primo murmurauit de Maria, secundo de Christo. Et Christus videns cor Pharisæi murmurantis, respondit ei corde etiam: & murmuratio illa erat aduersus illam Dominam scilicet Mariam Magdalenam: & credo quòd ille Pharisæus in corde suo murmurabat dicens, quis diabolus conduxit modo istam mulierem huc, irato animo? Et Christus in corde respondit, non fuit à Diabolo, sed à me vocata fuit in templo, dum dicerem: O vos qui sitistis, venite ad me, quia dabo vobis aquam vitæ salientis in cœlum: & secure venite vos omnes, qui estis grauati peccatis, quia teneo brachia aperta, & omnibus volẽtibus se emendare, volo eis parcere, & credo quod ille Pharisæus dicebat in corde suo, qualiter ista vagabunda quærit apptopinquare, vade & recede, instabilis mulier & discola es. Et Christus in corde respondebat, tu maledicis: imo ipsa est in bono proposito firmata & stabilis: ideo dicit, *stans*, & ille Pharisæus subiungit tertiam murmurationem dicens, vide qualiter ista mulier sola venit habens frontem meretricis sine aliqua verecundia, & quia est discola & vagabunda, sola vadit: & Christus excusabat eam dicens: imo non venit ita valde cum fronte meretricis, sicut dicis: sed venit cum anima pudorata, & firmata in proposito taliter emendandi suam vitam, quod erit tota cõtemplatrix diuinitatis & humanitatis Christi, quia *retro*. Quarto murmurando dicit, vide qualiter ista male morigerata venit cum superbia & magna audacia sine salutatione aliqua: & Christus sibi respondet, imo venit valde humilis, quia *secus pedes*. Quinto iterum murmurando dixit, ista petulans exuta omni verecundia, instruit modo aliquas insidias lacrymis suis. Ego credo, quod diabolus duxit modo eam vt ploret & riget pedes eius, & tollat consolationem Christi, quam habuisset mecum in isto conuiuio, & Christus dicit, certe non venit ipsa tribulari, sed consolari, quia gaudium est Angelis super vno peccatore plangente peccata sua, &c. quia Angeli rident, diabolus plorat. Audit sextam murmurationem dicens, non sufficit tibi ostendisse tuos flauos capillos amatoribus & secularibus, quæ & modo ostendit ipsos sacerdotibus, scilicet Christo & discipulis suis, quia capillis capitis sui tergit eius pedes, & Christus eam excusat dicens, imo venit contrita, & hoc facit, vt magis inflammetur amore meo diuino: quia *vulnerasti cor meum* Maria in *vno ictu oculorum tuorum*, quia cerno per prædestinationem quod debes contemplari gustando septies in die diuinas contemplationes & cum capillis cooperiet sanctificata eius membra præ nimia pœnitentia transfigurata in deserto. Alia contemplatio credo quod murmurando septimo dixit, vide de ista vacca, ah! vesana sine aliquo pudore, quia non verecundatur in præsentia tot & tantorum virorum osculari pedes eius: & Christus respondet, tu male loqueris, quia caro eius iam facta est purificata & munda, sicut, caro vnius pueri hodie nati sine macula. Octaua murmuratio Pharisæi dicentis, ecce quanta audacia & temeritas est in ista stulta, ah! vecors, ipsa, venit sola huc, vt aliquis putet quod sim eius leno, & non puduit eam vngere pedes eius vnguento. Et Christus respondet, imo ipsa est sapiens, & est repleta iam lumine veritatis & diuinæ sapientiæ, quia tota domus est repleta odore suauitatis vnguenti suæ sanctitatis. Sequitur 9. murmuratio de Christo, quia Pharisæus iste intra se dicit, credidi conferre honorem vni Prophetæ: sed hic si esset Propheta, sciret vtique, quæ & qualis est mulier ista, quæ tangit eum, quia peccatrix est, quasi dicat, si Propheta esset, cognosceret ipsam esse vnam meretricem, & nõ permisisset eam appropinquare sibi. Et tunc Christus cum discretione incœpit exire ad conuincendum prauas cogitationes illius Pharisæi, & ad declarandum mẽtem eius infectam peccatis. Et est prima pars principalis.

6 Gradus affectus ardis.

7. Gradus sapor sapientiæ.

Secvnda Pars Principalis,

Est animam à peccatis contrariis defendere.

SEquitur modo secundus modus, qui exttahit animam de peccato, quia Christus incipit eam defendere, sicut defendet illas dominas quæ conuersæ dabunt suos capillos à mortuorum capite euulsos aliaque meretricum ornamenta, vt comburantur & fiat sacrificium Deo, ad confusionem diaboli, & incidunt sibi caudas & deponunt vana, sicut fecit Magdalena. Et ecce secundam defensionem, de qua subiungit euangelium, quod Christus respondens dixit: *Simon habeo tibi aliquid dicere:* & fecit eum attentum. Et Simon dixit: *magister, dic*, Credens forte quod per aliquod signum Iesus perpendisset de cogitationibus suis, & dedit ei funem, quo eum ligauit dicens parabolam hanc: *Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, alius 50. non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque, quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: æstimo, quia is cui plus donauit: & ille dixit, recte iudicasti.* Quis est iste vsurarius? certe est Deus, quia væno danti debitum fœnus Deo, quia est territorium nõ laboratum & incultum. Et sunt duo debitores huic fœneratori debentes vnus in committendo sc. Maria Magdalena, quæ peccauerat cum 5. sensibus corporeis, quia debebat isti fœneratori Deo quingentos denarios, propter 5. sensus corporeos. Alius debitor in omittendo multa bona, quæ facere poterat, quia custodiebat se à malo, & non faciebat bonum, quod facere poterat: & istud est debitum 5. denariorum: vnde vertens se Christus primo reprehẽdit eum de superbia contra humilitatem Mariæ Magdalenæ dicens Simoni: *vides hanc mulierem?* Nam vbi regnauit iniquitas, ibi regnabit & gratia. *Intraui domum tuam* ad faciendũ operimentum tuæ hypocrisi, *aquam pedibus meis non dedisti* de tua cisterna, vel de flumine: *hæc autem lacrymis pedes meos rigauit* cum aqua sui cordis amaritudine pleni propter profundam humilitatem, *& capillis suis tersit.* Secundo reprehẽdit eum de sua tepiditate, quia *osculum mihi*

Cant. 4. Qui sunt duo debitores Deo fœneratori. Vnus in committẽdo peccata. 2. Debitor in omittẽdo bona. Pharisæus reprehensus à Christo de superbia, tepiditate, & auiditate.

Digitized by Google

mihi non dedisti : hæc autem, ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos, non dico vultum, sed pedes meos, quod est signum magnæ humilitatis & charitatis : *pedes*, ecce humilitatis: *meos*, ecce charitatis, quia est trãsformata in me propter magnam eius charitatem, quia iam disposuit relinquere omnia vitia pœnitendo de peccatis iam factis cum contritione cordis communicata cum lugenti dolore corporis cum proposito castigandi illud & comprimendi quinque sensus corporeos ad virtutem & seruitia Dei contra vitia tua ô Pharisæe qui neque modo incipis te disponere. Tertio reprehendit eum de eius ariditate, quia tu non fecisti mihi aliqua signa amoris & charitatis, quia *oleo caput meum non vnxisti : hæc autem vnguento pedes meos vnxit, propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, cui autem minus dimittitur, minus diligit.*

TERTIA PARS PRINCIPALIS,

Est animam inflammatam in amore Dei perseuerare.

Anima accensa amore Dei perseuerare debet. Perseuerãtia vsque in finẽ necessaria. Matth. 10. & 24. Luc. 8.

SEquitur modo 3. pars prædicationis nostræ, quæ est inflammatam animam in amore Dei perseuerare, quia Deus animæ perseueranti in eius amore vsque ad finem facit misericordiam, quia non qui incœperit, sed *qui perseuerauerit, saluus erit.* Ideo Christus *dixit ad illam, remittuntur tibi peccata.* Quibus dictis etiam aliqui, *qui simul accumbebant*, murmurantes *cœperunt dicere intra se, quis est hic, qui etiam peccata dimittit?* Et Iesus reuoluens se *ad mulierem dixit, fides tua te saluam fecit, vade in pace.* Quam nobis concedere dignetur dominus noster Iesus Christus, qui remisit peccata Mariæ Magdalenæ. Amen.

Dominica VI. in Quadragesima.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore officioso, tres habet præcipuas partes.

Prima pars principalis,
De domo naturæ, & hæc est anima nostra.
Secunda pars principalis,
De domo gratiæ, & ista est Ecclesia.
Tertia pars principalis,
De domo gloriæ, & ista est domus paradisi.

In qua Dominica incipit sexta Ala Seraphini, quæ dicitur Amor liberalis, & habet pennas septem, quæ sunt Amor officiosus, Amor ineffabilis, Amor pauidus, Amor sanatiuus, Amor sapidus, Amor dolens, & Amor quietus. Et nota quod sequens sermo adaptatur præcedenti.

DE AMORE OFFICIOSO.

Sermo XL.

De Mariæ Magdalenæ officio seu vnctione pedum.

6. Ala Seraphini habet septẽ pennas.

DOMVS *impleta est ex odore vnguenti.* Ioan. 12. & in Euangelio hodierno loquente primo de Amore officioso perseuerato in Maria Magdalena, quæ vnxit pedes Iesu, dum cœnaret in domo Lazari in Bethania: vnde ad intelligenda dicenda notandum tres domos siue status. Prima domus est naturæ, & ista est anima nostra, Secunda domus est gratiæ & ista est Ecclesia. Tertia est domus gloriæ, & ista est domus paradisi. Nam à statu naturæ transitur ad statũ Ecclesiæ, scilicet gratiæ, & de statu ecclesiasticæ gratiæ itur ad statum gloriæ. Et volumus loqui isto mane de amore gratioso, & sic de prima domo, seu de primo statu naturæ ibimus vsque ad domum gloriæ, vbi Deo propitio mansionem nostram sempiternam faciemus in gloria patris, vbi multæ sunt mansiones: vnde isto mane consideramus de vnguento multarum gratiarum posito in anima nostra. Et nota inter alias, quod nouem sunt gratiæ quas debemus considerare. Prima quod tu consideres in quanta altitudine tu es creata. Secunda gratia est, quod tu consideres, quanto thesauro tu es æstimata. Tertia gratia, cum quanta diligentia tu es custodita. Et istæ tres gratiæ spectant ad statum naturæ. Quarta gratia est, quod tu anima consideres cum quanto dolore tu es perdita. Quinta gratia est, quod tu consideres, cum quanto labore tu es quæsita. Sexta quod tu consideres, cum quanta culpa tua tu es perdita. Et istæ tres gratiæ siue considerationes pertinent ad statum gratiæ. Sequuntur modo aliæ tres, quæ pertinent ad statum gloriæ videlicet. Septima est, quod tu anima consideres, cum quanto gaudio & festo iubilationis recipieris in paradiso. Octaua quod consideres, cum quanto pretio tu es redempta. Nona & vltima gratia, quod tu consideres, cũ quanta gloria & beatitudine tu es beatificata.

Ioan. 12. Tres sunt domus seu status hominũ.
1. Natura.
2. Gratia.
3. Gloria.
Nouem sunt gratia considerãda.

1. Altitudo creationis tuæ.
2. Quanto thesauro cõparata.
3. Quãta diligentia anima custodita.
4. Cõsideratio lapsus.
5. Quãtum à Deo quæsita.
6. Quãta culpa perdita.
7. Gaudium introitus paradisi.
8. Quãto pretio redempta.
9. Quãta gloria repleberis.
Gratia statuũ naturæ sunt tres.

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

De domo naturæ & hæc est anima nostra.

REdeo ad primam gratiam considerandi, in quanta altitudine tu, ô anima es creata. Et in hoc debes tria contemplari. Primum, quis te creauit. Secundum, qualiter te creauit. Tertium, ad quem finem te creauit. Prima contemplatio, est considerare, quis te creauit, quia vere est summus opifex & magnus magister, & ingentis opificis est omnia sua opera facere mirabili artificio, quia non vult quod aliquid exeat de suis manibus nisi sit bene factum, sicut est in magno pictore, sc. Zoto, & in bono scriptore, & in magno Doctore, & cõsultore, & similibus quia volunt quod omnia quæ ipsi faciunt, sint sine defectu aliquo. Sed quid dicemus de Deo, in quo consistit omnis scientia, omne velle & omne posse, & quicquid est: nã ex quo ipse Deus magister magistrorum creat animam, ipsa anima infallibiliter est magna res, & tanto maior omnibus aliis creaturis, quanto ipsa magis conformis & similis Deo: *vnde faciamus hominem ad similitudinem nostram*, &c. Si ergo cupis cum magno desiderio & deuotione videre picturas S. Lucæ, certe multo magis sine comparatione tu deberes desiderare, videre & contemplari animam, & eius dotes & gratias, quæ est à Deo facta & ad eius similitudinem, & tu es ita fatuus quod non consideras quicquam de ea. Imo plus æstimas & doles perdere vnum canem quam vnam animam. Capiamus secũdam contemplationem istius animæ, scilicet qualiter te creauit, & qualis es, scilicet qualiter es facta, quia nulla lucida arma nec castrorum acies ordinata, nec palatium, neque elementa, nec stella, neque luna, neque sol, neque cœlum stellatum sunt ita pulchra, sicut tu, ô anima: vnde volo quod cum vno pulchro eleuato & nobili intellectu scias, comprehendas & quæras, quid est anima: & quæras causam propter quam Deus fecit animam: vnde Paul. 2. c. ad Rom. dat viam contemplãdi animam, quod *inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur.* Et nota, quod Deus omnipotens fecit elementa, animalia cætera, planetas & cœlum stellatum & cristallinum propter nostrum corpus, quia creauit Deus omnia corporalia propter

Anima nihil pulchrius.

Rom. 2.

Digitized by Google

nostrum corpus, & creauit corpus propter nostram animam, animam autem propter se Deum: vnde Aug. omnia creauit Deus propter hominem, & creauit hominem propter se. Et ideo anima debet esse sine comparatione multo pulchrior quam sit corpus, & cætera corpora creata, ex quo ipsa est facta solum propter Deum. Vnde considera in mente tua, quod ex quo Deus fecit ista corporalia, scilicet elementa, planetas, cœlum stellatum & cœlum cristallinum solum propter nostrum corpus, & corpus propter animam, & animam propter se, & hæc fecit vt perueniamus ad spiritualia. Ita per omnem gradum ipse fecit spiritualia, vt te conducat sensim ad cœlestia, vt quasi per vnam vmbram visibilium tu possis comprehendere Angelos, ipsum Deum, & spiritus intellectuales, semper tendendo sursum: quia illa pars instat terræ. Et ista elementa sunt schola Dei: nam vides, quod aliqua meteororum cœli proiiciuntur in terram, & fœx, & omnia turpia proiiciuntur in terram. Et nihilominus tu vides quantum ista fœx terræ est pulchra & pulchros producit effectus. Sed multo pulchrius, & pulchrioris naturæ est videre de rebus naturalibus. Nam aqua est decies pulchrior, quam sit aqua: & ignis est decies pulchrior, quam aër, & vnum elementum inficit aliud, & vertitur in aliud. Nam terra corrumpit aquam, & aqua densatur, & vertitur in terram, & econtra. Potest terra sic rarefieri, quod verti potest in aquam, &c. Ita quod vnum elementum prædominatur alteri, notabiliter alterat, & inficit illud, cui prædominatur, & trahit illud ad sui naturam: & postea Deus fecit Lunam cum tam mirabili sua influentia, quia cum luna mutatur omnia elementa alterantur; similiter Luna est pulchrior decies, quam sint omnia elementa: similiter Sol est longe pulchrior quam luna. Et sic discurrendo per planetas, similiter cœlum stellatum est decies pulchrius, quam sit Sol; & cœlum cristallinum est decies pulchrius, quam sit cœlum stellatum, & cœlum empyreum est decies pulchrius, quam cristallinum, & anima est decies pulchrior, quàm sit cœlum empyreum: considera, qualis, & quam pulchra est anima, & quantæ excellentiæ, & dignitatis.

Terra schola Dei.

Contemplare modo terram, quæ est schola Dei, & res valde abiecta respectu aliarum rerum creatarum, quantum est pulchra, & nobilis, quia nullum est ingenium humanum, quod possit comprehendere cum omni industria, & subtilitate terræ naturam, & eius dignitatem. Respice in tempore veris vnum pratum, quantum est pulchrum, virens, & ex quot variis floribus ornatum diuersorum colorum, odorum, & saporum, & quot sint genera herbarum, arborum, arbustorum, & fructuum. Sed & considera ornamenta tot montium, & quæ producuntur in his, dejice mentem tuam in visceribus terræ, vbi reperies aurum, argentum, lapides pretiosos, & tot diuersitates metallorum, & generum lapidum pretiosorum, & gemmarum, quæ omnia tamen sunt terra, & ex ipsis fiunt tanta, & tot pulchra, & varia in scientia, sicut sunt organa, tubæ, cymbala, citharæ, symphoniæ, psalteria, violæ, campanæ, & huiusmodi tam dulcia, & tam ore resonantia, omnia sunt de terra: Vnde Dauid resonando citharam, tantam melodiam sentiebat. Similiter in psalterio, quod rapiebatur in spiritu, & anima illius subleuabatur in tantum, quod subleuata contemplabatur Deum propter sonum vnius modicæ terræ. Sed si audiuisset harmoniam supercœlestium, quid fecisset? & in illo raptu nulla erat psalterij symphonia, quia exibat extra se, similiter sapores croci, sacchari, aromatum, balsami, & aliorum innumerabilium saporum ex terrena specie procedentium, quorum species sunt diuersæ, & infinitæ. Considera species mellifluorum fructuum infinitas, ficus, vuas, poma, & cætera, quæ omnia terra producit, & in terra existunt. Nam pelagus sapientiæ Dei omnia in sapientia fecit. Et si omnes Philosophi mundi simul contemplarentur, non possent comprehendere vnum capillum, nisi ex gratia Dei infusa. Nam legitur, quod vnus Philosophus non potuit cum omni suo studio, naturali scrutinio in 30. annis discere, & cognoscere naturam vnius apis, Considera virtutes lapidum pretiosorum, margaritarum, & gemmarum, ac colorum lanarum, varietates serici, & quot auium genera, & animalium genera sustentet, & quot species hominum nutriat ipsa terra: ô terra, terra, quam mirabilia sunt opera, & virtutes tuæ, quæ cum in tempore prouehis, producis, & nutris, cito in terram vertuntur, quæque sunt ex terra producta, & omnia immunda in alueo terræ proiiciuntur, & ideo illi, qui non habent altiorem intellectum, nil cupiunt, nilve amant, nisi terram, sicut sunt auari, & vsurarij, qui ponunt totum suum affectum in ista viliſſima re terræ, isti tales sunt similes illi, qui esset rex, & recedens à gubernaculo regni poneret se in fœce, & diceret illud esse beneficium sui regni, poneret suum summum bonum, & fœlicitatem in illa fœce: certe iste talis esset merito priuandus, & expellendus à maiestate sceptri regalis tanquam indignus. Similiter est iste cupidus, & auarus, qui propter terrena, & fœtida, & caduca deserit animam, atque Deum: & isti tales sunt similes vni puerulo, qui nondum habet dies discretionis, cui si apponeretur vnum cerasum & diceretur, eligas quid mauis, an istud cerasum, an vnum regnum? certe ille puer eligeret cerasum potius quã illud regnum, & si esset filius tuus, tu multum doleres, quia tu cognosceres iacturam, & damnũ perditionis illius regni pro vno cerasio, & hæc propter imbecillitatem, & ignorantiam illius pueri indiscreti. Similiter, qui propter auaritiam perdunt regnum cœlorum æternaliter duraturum, in quo consistit summũ bonum, & omnis fœlicitas propter ista momẽtanea, & caduca & terrena, propter stercus, quæ sunt similia vni cerasio, in comparatione ad gaudia regni cœlestis, & tu dices auare, dices de illo stercore, & de illa fœce vellem illam habere in abundãtia, & tu habeas in hoc mundo, ex quo vis, quia tu non haberes si velles, quia tu habes liberum arbitrium eligendi, quid vis. Si ergo voluntarie vis esse potius fatuus, & indiscretus, quàm discretus & illuminatus, non vis cognoscere Deum, sed perseuerare in fœce terrenorũ in hac vita, tu digne proiicieris in tenebras exteriores, & in fœce æternalis tormenti in alia morte cum omni obscuritate ignorantiæ tui intellectus, qui nõ vult illuminari, dũ tẽpus habet in præsenti vita, quæ est meritoria: & ideo noli perdere hoc tẽpus meritoriũ, dũ lucem habes speculandi res supracœlestes, & quanto res est superior, tanto est nobilior: & vides in istis elementatis inferioribus, quod aqua est nobilior terra, & ignis nobilior aëre, &c. Sed dices, aurum est pulchrius aqua, sed tu non intelligis: nã licet videatur sic oculo corporali esse pulchrius aurum, quam sit aqua: tamen secundum considerationem veri intellectus, non est ita. Sed si deficis intellectu veræ cognitionis rerum naturalium; quas vides, & palpas, comedis, & de quibus es compositus; quanto ergo magis deficies in cognitione rerum inuisibilium, & supercœlestium, ac spiritualium? sed eleua altius mentem tuam, contemplando res incorporales, vt paulatim venias ad cognitionem rerum spiritualium. Nam per ingenium naturale si totum humanum ingenium esset in vnum conglutinatum, non intelligeret vnam guttam aquæ: ergo multo minus cursum naturæ lunæ, nisi illuminetur à parre luminum, qui desursum est: præterea tu vides in istis inferioribus naturalibus, quod vnum modicum aëris reuerberatum in cythara, vel organo, facit pulcherrimam melodiam. Sed quid si totus aër mundi esset simul conglutinatus, & percussus in vno instrumento apto comprehendere illum, quantam credis faceret melodiam? certe tu iudicares non fore maiorẽ, nec pulchriorem harmoniam in paradiso: sed quid foret in igne vniuersi orbis simul collecto? quãtas

Philosophus naturã apis 30. annorum statio nõ potuit cognoscere.

Auari & vsurary similes regi, qui vitam regiam degeret in luto.

Auari similes pueris qui eligunt cerasum & relinquunt regnũ & aurum.

Aurum non est pulchrius aqua.

vires

Digitized by Google

vires credis haberet, tu non posses æstimare, considera leuando mentem tuam altius, & metire cursum lunæ, & eius decorem; respice solem & eius velocissimum cursum, & suos radios vigore præditos, splendidos, & calentes, qui est tantæ virtutis, & influentiæ, quod naturales dicunt, quod si ipse sol cessaret vno solo die facere circulum sui cursus, omnia animalia quæ in terra sunt morerentur; & si pro vno singulo homine essent tot homines, quot sunt singuli: iste solus sol omnes nutriret, & regeret, amplius eleua intellectum tuum magis sursum, & intra considerationem cœli stellati mobilis, & quis fuit ille opifex, & tam bonus conditor, qui fecit illa sidera ita fulgida, & cum tanto ordine, & vniformiter rotantia sine aliqua sui ordinis alteratione, & facientia suos meatus continuo cursu cum influentiis proportionaliter sibi datis: & sola vna minima stella est pulchrior, & major, quam sit tota terra, in cuius fœce tuus intellectus est mersus, & non considerat vltra, sed quid dices de cœlo cristallino transparente: cuius modicum si posses videre, videretur tibi tanto pulchrius cœlo stellato mobili, & aliis supradictis, quanto sol est pulchrior terra. Sed ascende alium gradum altius, & considera cœlum empyreum, quia si posses videre modicum ipsius cœli empyrei, videretur tibi centies millies pulchrius cœlo stellato, & cristallino, & aliis omnibus, & tantum distat ab illa in pulchritudine, quantum sol si luceret centies millies plusquam facit, distat à terra, quæ per se est corpus opacum, & obscurum, & omnia ista suprascripta sunt facta propter corpus nostrum; & vnum corpus beatum est multo pulchrius, quam sit cœlum empyreum. Et considera, quantum cœlum empyreum debet esse pulchrum, in quo habitat Deus: & vnicus eius filius gloriosus dominus noster Iesus Christus, beatáque Virgo, & omnes Angelorum chori, & intelligentiæ, & omnes Sancti. Nam si esset vnus Imperator, & dominus mundi, & vellet facere sibi vnum pulchrum palatium pro sua habitatione, & pro habitatione sui filij, & vxoris suæ, & totius suæ curiæ, quanto cum ingenio magistrorum, & splendore ædificiorum, & multo artificio habitationum diuersarum curiarum, & mansionum, plausu cordis illud palatium eleuaret? Et illud tantum excederet omnia alia ædificia mundi, quantum Imperator ille totius vniuersi dominus per pœnitentiam excederet alios potentatus, præsupponendo, quod ipse haberet ad hoc scire, posse, & velle: multo ergo magis sine comparatione tu debes imaginari, quod cœlum empyreum, vbi est habitatio, & domus superni luminis, & in qua Virgo gloriosa cum omnibus Sanctis, & nos, qui sumus filij Dei adoptiui inhabitamus, debet mirabiliter esse pulchrum, adeo quod lingua humana proferre nequiret, nec intellectus hominis capere posset secundum cursum suæ naturæ, nisi quatenus permitteretur à Deo: & omnia quæcunque sunt creata infra Angelos, nihil sunt respectu animæ, quia anima est multo pulchrior quam sit terra, aqua, aer, ignis, luna, sol, stellæ, & cœlum stellatum, cristallinum, & cœlum empyreum & probo auctoritate Gen. 2. c. *Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam*: & dicit *hominem*, id est animam? & nota, quod dicit suam, ad denotandum quod si Deus crearet tot mundos quot sunt stellæ in cœlo, continentes singulos, omnia contenta in isto mundo non essent ita pulchra, sicut est anima. Tu ergo, ô pulcherrima anima, aperias lumen tui intellectus in tenebrarum valle, & considera tuam creationem, & pulchritudinem, atque dignitatem: & considerare cum admiratione debes, si vera dico, quantum sis pulchra, & pulcherrima rerum respectu tui opificis, ad cuius similitudinem te fecit. Quod probo per exemplum: pone quod est major pictor mundi, & pulchrior omnibus aliis hominibus, & vellet, sciret, & posset facere vnam imaginem pulcherrimam ad similitudinem suam, quãto artificio, & studio, & mirabili ingenio, credis, quod studeret facere illam? Et quam pulchram? immo pulcherrimam credis, quod faceret illam, quam mirabilis pulchritudinis credis ergo animam fore, quam ad sui similitudinem fecit Deus, quem oculus non vidit? quia inquit Deus, videbit me homo: quia nullus intellectus potest comprehendere Deum, quia finitum non potest comprehendere infinitum: nisi ex voluntate diuina procedat, si ergo est ita sapiens, quia lingua non potest exprimere, & potest in ictu oculi quodcunque vult, quia *quæcunque voluit fecit*, & in creatione ipsius animæ ad similitudinem eius factæ concurrunt velle, & scire, & posse, quantum ergo debet esse pulchra hæc anima nobilissima, quia audeo dicere, quod si esset possibile, quod homo incarnatus posset videre animam in abstracto glorificatam, & ipse non crederet Deum fore pulchriorem vna anima: vnde similitudo est respectu gratiæ Dei, & imago est respectu trium potentiarum animæ, scilicet memoriæ, voluntatis, & intellectus: quia memoratur, vult, & intendit seu intelligit: vnde, *signatum est super nos lumen tuum domine, dedisti lætitiam in corde meo*, Psalm. 4. in lumine intellectus signatum significat voluntatem liberam, & quod sit similitudo, quod debet velle, est voluntas Dei: vnde, *voluntariè sacrificabo tibi*, Psal. 53. est similitudo, & *prouidebam Dominum in conspectu meo semper* Psal. 15. ecce intellectus, sed quando est apta ad ista, tunc est imago Dei propter aptitudinem, vel sic, imago est charitas, à qua infinitus actus amoris procedit. Item habemus vnam aptitudinem ad amandum, vel bonum incommutabile, quod est Deus, vel bonum commutabile: & sic est peccatum mortale, quia peccatum mortale est relinquere bonum incommutabile, & adhærere bono commutabili. Et adhærendo Deo, & communicando, & anima transsubstantiatur in Deum, & est imago Dei: hinc est, quod anima nunquam satiatur, quia est capax infiniti Dei, & si esset domina cœlorum, & omnium creatorum, & omnium spirituum beatorum, & non haberet fruitionem Dei, non esset quieta: & solum gaudendo Deo in fruendo ipso absque aliis, ipsa esset beata: quia est vna de dotibus animæ gaudere de Deo. Immo plus, quia si Deus faceret mille millia cœlorum, & etiam esset domina omnium illorum, & in se haberet omnia gaudia beatorum simul conglutinata, adhuc non esset contenta sine Deo: ergo ô cæce, qui relinquis æterna, perdendo Deum, ad cuius imaginem es creatus, propter caducum, & commutabile, relinque transitoria & mutabilia & ama Deum tuum æternum, & incommutabilem. Similitudo Dei in anima ideo dicitur, quia sicut in Deo procedit vnus amor, & vna charitas: Ita in anima, quia si tuus maritus est Venetiis, tuus animus est Venetiis. Ita est tuus animus velox, quia spiritus vbi vult spirat, & vno ictu cor tuum leuatur in paradiso, & prolixus est, sed non infinitus. Item tertio, quia sicut Dominus creans fuit principium omnium creaturarum: sic homo primus Adam à Deo creatus generans fuit pater omnium aliorum hominum: quia omnia generata veniunt, & procedunt ab vno principio. Quarto similatur anima Deo in hoc, quia sicut Deus est pure rationalis. Ita homo est animal rationale. Quinto similatur Deo, quia sicut Deus spiritus est: ita nostra anima est spiritus. Sexto, quia sicut Deus est interminabilis, & infinibilis, ita anima, licet habeat principium, nunquam habebit finem, contra aliquos stultos credentes, quod mortuo corpore moriatur anima: quia tunc pulex esset maioris gratiæ, quam homo: vnde dato quod foret, tu non deberes hoc credere. Septimo, quia sicut Deus est simplicissimus, & purus: ita anima. Octauo sicut vides Deum esse in toto orbe: ita anima est in toto corpore. Nono, quia sicut Deus est vbique scilicet in inferno per iustitiam, in terra per præsentiam & gratiam, & in cœlis per gloriam: ita anima est in toto corpore, & est tota in qualibet parte ipsius corporis: sed

Stella minima pulchrior & maior tota terra.

Corpus beatũ pulchrius cœlo empyreo.

Cœlum empyreum pulcherrimũ & sedes Dei, Iesus Christi, B.V. & sanctorum.

Anima pulchrior rebus creatis infra Angelos: homo sumitur pro anima.

Exemplum.

Psal. 113.

Anima similitudo est respectu gratiæ Dei.

Anima est imago Dei sed respectu trium potentiarum, scilicet intellectus, voluntatis & memoriæ.

Anima apta est amare Deum, vel peccatum.

Amare bonũ commutabile est peccare mortaliter.

Anima quare ad Dei similitudinem.

1.
2.
3.

Anima habet quindecim similitudines ad Deum.

1.
2.
3.

secundum

Digitized by Google

Deus vbique, in inferno per iustitiam, in terra per præsentiam & gratiam, in cœlis per gloriam.

secundum diuersas operationes. Decimo, quia sicut Deus est inuisibilis. Ioan 1. *Nemo vidit Deum vnquam*: ita anima est inuisibilis: quia sicut cum calcaneo non potes videre solem, sic nec cum oculis corporis, potes videre animam, neq; Deum. Vndecimo, quia Deus in quocunque loco turpi existat, non deturpatur, vel deformatur radius in simo, & in stercore. Ita anima in quocunque corpore leproso, infirmo, vel debilitato, & deformato existat, non deturpatur vel deformatur propter illud corpus: sed solum propter peccata deturpatur, & inficitur. Duodecimo, quia sicut Deus nunquam dormit, quia *neque dormitabit, neque dormiet* Psalm. 120. similiter anima nunquam dormit. Tertiodecimo, quia sicut Deus stans in toto mundo, omnia vario modo ornat: Ita anima stando in corpore, variat diuersimode membra, dando vnicuique membro varias, & mirabiles operationes: nam oculo dat visum, naribus olfactum & odoratum, ori gustum, auribus auditum, manibus palpatum, & varias operationes ad iuuamen corporis, & pedibus gressum, & sic de aliis organis corpori seruientibus. Quartodecimo, quia sicut Deus in omnibus creaturis stando facit omnia augeri, videlicet, fructus, plantas, herbas, & cuncta animantia: Ita anima infusa in corpore facit illud paulatim accrescere, & augere membra. Quintodecimo, quia sicut Deus stabilis manens dat cuncta moueri: Ita anima in corpore quiescendo, facit humores discurrere per corpus, & membra mouet diuersimode, secundum corporis dispositionem, & prout placet ipsi animæ.

Animæ non deturpatur nisi peccatis.

Secvnda Pars Principalis,

De domo gratiæ, & ista est Ecclesia.

CApe modo secundam considerationem, & contemplationem secundæ gratiæ, quanto thesauro, & pretio tu es æstimata, & cuius sit valoris. Sed tu non consideras hoc: nam vnus studens cognoscens vnum librum, æstimabit illum 30. ducatis. Et vnus rusticus pluris faciet vnum sextarium frumenti; quia est imperitus literarum, & non cognoscit valorem, & doctrinam illius libri: similiter vnus armiger videns vnum pulchrum equum percussum, potius dolebit damnum illius equi, quam mortem vnius sicarij, quia non intelligit, neque cognoscit pretium animæ, quia *animalis homo non percipit, quæ sunt Dei*, 1. Cor. 2. sed tantum percipit ea, quæ sunt carnis & ventris, & quæ sunt congrua suo vitio, & brutali appetitui, & homines creati ad imaginem, mnon intelligentes Deum, nec creationem animæ laudant solummodo temporalia & semper oculos habent terræ affixos, & terram diligunt: & nisi esset experientia mortis, quam quotidie vident, quod omnes tam docti, quam indocti, & tam principes, & diuites, quam pauperes moriuntur: nullus crederet alium paradisum fore, quam istum mundum. Considera ergo, quod omnia corpora hominum, & animalium moriuntur: & quod rationalis anima nunquam moritur: vnde primas concede animæ immortali, non autem corpori mortali à peccatis si vis viuere in æternum. Vnde nota, quod semel diabolus misit vnum legatum Deo, quod si Deus volebat dare sibi partem suam, quod nunquam bellum secum indiceret. Vnde Deus vocauit diabolum ad se, & dixit, si vis facere pacem mecum, dabo tibi totam terram: qui respondit, nihili habeo terram, quia nolo voluere terram: deinde promisit sibi aquas: qui dixit, nolo ducere naues: deinde obtulit illi aërem: qui negauit dicens, ad quid mihi prodest mittere aërem hinc inde? Item obtulit illi ignem: & respondit, nolo imperium ignis: quia tædet me stare semper in igne. Tunc dixit Deus: vis tu cœlum stellarum & errantia sidera? qui recusauit dicens: esset mihi magnus labor sine vtilitate rotare solem, & lunam singulis diebus: & nil aliud operari. Tunc dixit Deus: bene, ego volo tibi dare cœlum cristallinum, & esto pacificus mecum. Cui respondit Sathan: ego nolo, quia essem vicinus tibi. Quid ergo requiris à me? dixit Deus. Tunc respondit diabolus, nil aliud volo, nisi animam: tunc dixit Dominus: animam non tibi dabo, quæ est ad similitudinem nostram facta, & sic remanserunt discordes: vnde pluris fecit Deus omnipotens animam, quam cæteras creaturas: & tu, ô auare plus amas vnum ducatum, quam ipsam animam. Similiter tu præfata anima, si perdis gallinam tuam, non poteris dormire, neque quiescere, nec pacem habere discurrendo per vicinarum domos quousque reperiatur gallina. Et si ipsam non reperis, valde dolebis, & de perditione animæ tuæ nihil curas, & stabis per viginti annos, parum sollicita recuperare animam perditam in peccatis nec quicquam somniabis de ipsa. Et plus diliges tuos calceos, quam animam tuam: quia si sunt infecti, & sordibus scatentes, tunc tergis ipsos: animam vero quantuncunque sit infecta, & in fœce peccatorum deuoluta, & deturpata, non curas mundare, & tergere, ac lauare ipsam, & neque forte curabis quicquam de ipsa. Immo tu, ô cerdo, & artifex, pro vno solido non curas perdere animam, adiurando corpus, & sanguinem Domini, quod illam tuam mercaturam tanti emisti, vt emptor alliciatur ad dandum tibi vnum solidum plus: & falso periurabis, & peccabis mortaliter periurando, & sic moriendo, vt crebro accidit, vadis recto tramite pœnas æternas sustinere ac persentire. Vos ergo, ô boni ciues, artifices, & mercatores, capite, & assuefacite vos in bona consuetudine in non iurando, quando venditis vestras mercaturas, dicendo: res mea tantum valet, & tantum volo sine iuramento. Et sic dicendo, plus credetur vobis. Similiter nolite vos emere, nec vendere diebus festiuis, & præceptis ab Ecclesia: nam illi qui impediunt ne bona fiant, & ne festa custodiantur, & sunt causa malorum, sunt participes illorum peccatorum. Similiter tonsores cessent à lucris in festis, & cæteri artifices: quia aliter faciendo, dominus permitteret venire aliquod infortunium ingratum, quod tales contra facientes, vno puncto amitterent omnia, tam lucra, quam totam substantiam suam, adinstar vnius, qui dum confitendo diceret quod mercabatur in festis, & confessor prohibebat, ne venderet in festis: & ille dicebat, quoniam ego plus lucror in festis, quam in aliis diebus: & bonus confessor dixit, videns quod non poterat conuincere eum; bene, ex quo video semper te dispositum vendere in festiuis diebus, ego volo saltem à te, quod tu ponas separatim lucra, quæ facis in diebus solemnibus, & festiuis, à lucris, quæ facis in diebus non feriatis; quod cum mercator ille fecisset, in capite omnium cernens lucra festiua, reperit denarios illorum lucrorum versos in carbones: & rediens ad confessorem, confessor dixit, Dominus rex permisit propter suam misericordiam, vt intelligas quod si perseueras in tuo damnato proposito, tua anima ab istis carbonibus cruciabitur in inferno; *quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, & anime sue patiatur detrimentum?* Considera ergo quanto pretio anima æstimatur à Deo, & cuius valoris sit diabolo, qui recusauit terram, cœlum, & quæ continentur in eis, propter animam: & tamen Deus hoc facit ex plenitudine gratiæ suæ bonitatis, quia Deus sine anima non est minor, & cum anima non est maior.

Diabolus vult solum animas.

Vendere vel emere in festis peccatū. Exemplum.

Matth. 16. Marc. 8. Luc 9.

Tertia

Digitized by Google

TERTIA PARS PRINCIPALIS,

De anima in ſtatu naturæ.

CApe tertiam conſiderationem, ſcilicet cum quanta diligentia tu es cuſtodita. Tu ſcis, quod habens theſaurum, vel rem pretioſam, quanto eſt excedens pretium, tanto magis & maior adhibetur ei cuſtodia, & cum maiori diligentia? quia intelligit exceſſum illius theſauri. Et ſi à caſu habens illum theſaurum, eſſet cum eo in mari, & ſuperueniret quædam valida tempeſtas, ita, vt timeretur naufragium, talis abiiceret aliquas capſas cum aliquali parte ſui theſauri in mare ad ſubleuandam nauem, vt ſic euadere poſſet cum ſuo theſauro illud periculum. Ita facit Deus, quandoque cum permittit occurrere tribulationes corpori noſtro volens ſaluare animam. Vnde Sa. 3. *Iuſtorum anima in manu Dei ſunt*: ita charas habet ipſe Deus animas, Iob. 1. ca. quando diabolus dixit Deo, Iſte Iob non eſt talis qualem credis, quia benedicit tibi, cum benefeceris illi: ſed tange eum, & videbis qualis erit, quia ita benedicet tibi. Vnde Deus dedit libertatem diabolo in corpus Iob tantum, dicens, *verumtamen animam eius ſerua*. Nota ergo cum quanta diligentia, tu ô anima es cuſtodita. Sed dic quæſo tu ô fœmina, quid melius cuſtodis, & cum maiori diligentia, an gallinam, vel animam? certè tu melius cuſtodis gallinam, & prouides ſibi, quam animæ: & tu ô auare, qui cum tanta cura & diligentia accumulas, & cuſtodis theſaurum tuum, certe tu non portabis illum tecum, ſed alieno quæris hæredi, & anima tua portat ſecum peccatum, & gehennam ignis æterni, quæ acquiſiuit pro diuitiarum & fuluæ arenæ congregatione.

Sap. 3.

Iob. 2. *Anima cuſtoditur magna cura.*

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

Status gratiæ.

CApe quartam conſiderationem, ſcilicet cum quãto dolore tu es perdita, quia Deus deſtruxit multa regna, & nunquam fleuit; ſed pro anima, licet de ſua natura non ſit paſſibilis, tamen voluit aſſumere naturam humanam paſſibilem, vt intelligamus quantum dolorem patiebatur ob caſum & ruinam animæ pro cuius ſaluatione voluit mori in cruce pendens. Nunquid etiam videns ciuitatem Hieruſalem, cœpit flere ſuper eam & filios ſuos. O infelix anima, ſi tu intelligeres conditionem tuam, tu non ceſſares lachrymari in iſta, ideſt in hac illuminatione, quia Deus nunquam perdidit aliquam animam, ſed quærit ſaluare ipſas animas, ſed in diuerſis marſupiis: bonas, ſcilicet in marſupio paradiſi, & malas ab inferno liberare. Vnde ait: Filiæ Hieruſalem, flete ſuper vos, &c. quia dæmones circumdabunt vos cruciando in inferno. Tu ergo, ô anima, quæ cupis ſaluari, plange tua peccata in hoc mundo, & fac voluntatem Chriſti, faciendo te conformem illi, & ad hunc ſenſum loquutus de Lazaro, ideſt de peccatore fœtente in peccatis, pro quo Chriſtus in ſe ipſo lachrymatus eſt, non propter ſe, ſed quia Lazarus ſignificat animam peccatoris mortuam, id eſt perditam, & damnatam, quæ non quærit, reſurgere, & liberari à peccatis.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS,

Status gratiæ.

CApe quintam, ſcilicet cum quanto labore tu es quæſita: nam Deus receſſit de paradiſo, & venit in mundum, vt quæreret animam perditam, dicens: *Quis veſtrum, habens centum oues, & ſi perdiderit vnam in deſerto: nonne redit vt quærat eam*, &c. Matth. 5. 18. Ita Deus humanatus eſt, & deſcendit in hunc mundum, quando *verbum caro factum eſt*, relinquendo ſuam gloriam, vt quærat animam perditam in deſerto iſto, & ipſam conducat ad ouile paradiſi, & ſecundum B. Bernardum, ipſe Deus deſcendit in ventrem gloriosæ Virginis Mariæ propter animam: & exiens de eius ventre flendo dixit, A, a, a, ad ſignificandum, quod non querebatur de Adam, neque de Eua, tanquam tu, & ſicut alij infantes conqueruntur, ſed ad alium ſenſum, quaſi vellet dicere: Anima mea conſidera, quia pro te veni, & deſcendi de ſummis cœlorum, & humanam naturam aſſumpſi: ego volo te ducere; veni ad me, anima mea dilecta, audi me, ſemper deſidero te. Fugit in Ægyptum, te longo itinere quærens: & poſtea reuertens de Ægypto Chriſtus benedictus, factus annorum duodecim, majori labore quærens te in Hieruſalem, & *non cognouerunt parentes eius*: ſed quærentes eum *inter cognatos & notos, poſt triduum inuenerunt eum*, qui ſedebat *in medio Doctorum*, de te anima audiens, atque quærens, vbi credo, quod inter alia diſputauit de dignitatibus animæ, qualiter pro anima recuperanda venerat, & quanta poſſeſſio, & fruitio Dei datur animæ in cœleſti regno, & quantis pœnis anima cruciabitur in profundo inferni. Deinde ſterit vſque ad triginta annos quaſi dormitaſſet: ſed tamen quærebat animam: inde in fluuio Iordani, vbi baptizauit eum Ioannes, & poſtea transferens ſe in deſertum, *quadraginta diebus ieiunauit, & poſtea eſuriit*, quia habebat famem deſiderij ſpiritualis, ſcilicet ipſius animæ, diabolum confundendo in profundùm demerſit, dum tentaretur propter animam, & exiens de deſerto cum victoria, circuit loca prædicando, & docendo animam, & dicendo: *ô vos, qui laboratis, & onerati eſtis, venite ad me, & ego reficiam vos*. Item omnia miracula quæcunque fecit, illa fecit, vt conuerteret animam ad ſe, vt anima ſaluaretur & omnis actio ſua in terra fuit propter iſtam animam dicens ei: pœnitentiam age, quia appropinquat regnum cœlorum, & anima quæ ſitit, *veniat ad me & bibat*, & ego volo amplecti te anima mea, & volo tibi omnia tua peccata remittere. Veni ergo, veni dilecta mea, quia aperta brachia ſemper teneo, vt te complectar. Tu autem non es tui amans, ſi ad Deum tuum, qui te plaſmauit, non vis venire: & ſicut alias audiuiſti, fuit in omni ſua operatione fatigatus in itinere, in prædicatione, in fame, & ſiti vt te ô creatura nobiliſſima reperiret & anxius quale refrigerium tribueret tibi feſſus, fame lãguidus, & ſitibũdus neceſſe habuit redire in Ierico ad ſe refrigerandum. Sed tandem poſt multos labores & afflictiones, cum venit hora, vidit animam ſaluari non poſſe, niſi vita moreretur: vnde quærit vocans animã, paſſus eſt effici de diuite pauper, de rege regum ſeruulus, paſſus eſt ſe prodi, capi, ligari, cædi, blaſphemari, colaphis cædi, conſpui, neruis duris flagellari, coronari ſpinea corona vſque ad cerebrum profundum, & tandem crucem baiulans ex itinere fatigatus, vſque ad montem caluarium anxius venit ſemper te animam quærendo, vbi relinquens omnia, veſtibus denudatus, crucis patibulum aſcendit, duriſſimis manus & pedes clauis confixus, apertis brachiis ſemper clamabat, anima dilecta mea, imago mea, vbi es? vbi es? ſimilitudo mea, veni anima mea: & voluens ſe cum vultu verſus orientem dixit: *venite ad me*, in quo eſt ſalus, ô vos infantes, & voluens ſe in meridionali plaga iuuenibus dixit: *venite ad me*: & voluens ſe in ſeptentrionem dixit ſenibus, & vos *venite* etiam *ad me*; deinde voluens plantas pedum, verſus occidentem vocauit omnes generationes, & omnes animas, vt ad vitam venirent per medium ſuæ mortis. Et poſtquam ſaluauit omnes, dixit: *conſummatum eſt*. Et demum dixit: *ſitio*, iterum mori pro ſalute animæ, dicens: reperi modo pecudem ſcilicet animam, quã perdidera, qua comperta *inclinato capite* expirauit propter te, ô anima, vnde Chriſtus fuit maior peccator omniũ, quia omnium peccata ipſe tulit. Cõſidera ergo anima, cum quãto labore tu es quæſita.

Chriſtus ſẽper quærit animam.

Luc. 2. *Chriſtus in medio Doctorum de dignitatibus anima diſputabat.*

Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4.

Matth. 11.

Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Ioan. 7.

Matth. 11.

Ioan. 19. Ibidem.

Luc. 15. Ioan. 1.

TERTIA

Digitized by Google

TERTIA PARS PRINCIPALIS,

Status gratiæ.

CApe modo sextam considerationem, scilicet cum quanta tua culpa, ô anima es perdita. Nam dedit quatuor pulchritudines ipsi animæ naturales, quia primo creauit ipsam pulcherrimam ad sui similitudinem, & dedit ei liberum arbitrium, quia fecit eam liberam in tantum, quod nullus Angelus potest eam sua libertate priuare; ac dedit ei gratiam, & finaliter gloriam. Et videns Deus, quod propter vnum peccatum mortale, tu, ô anima perdis omnes istas tuas pulchritudines naturales, quas tibi dedit, & damnaris; non minus dolet ipse pater animarum, quam doleret vnus paterfamilias, qui haberet vnam pulcherrimam filiam, quæ posset effici regina, & rex vellet ipsam desponsare; & ipsa propter eius fatuitatem diffamaretur in tantum, quod nedum ipse, sed omnes cuiuscunque minimæ conditionis illam nollent in sponsam accipere, quantum credis, dolorem haberet eius genitor? Ita facit Deus, quando anima vesana denigratur, se inuoluens in labe peccatorum. Vnde ad instar Lazari dicere potest, vbi posuistis eum, ô peccatores miseri, & infelices, vbi posuistis animam vestram? in monumento inferni, fœtentem præ multitudine peccatorum: ergo ô peccator, exi foras de isto monumento, & resuscita confitendo, pœnitendo, & Eucharistiam deuotè sumendo, & viues restaurando gratiam, de qua transibis ad gloriam tibi paratam.

Anima pulchritudines naturales habet.

Ioan. 11.

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

De anima in statu gloriæ.

SEquuntur aliæ tres considerationes, quæ pertinent ad statum gloriæ. Et proxima istarum trium, quæ est septima in ordine continuando cum superioribus est quod tu anima consideres cum quanto iubilo recipieris in paradiso à Deo, & Angelis. Nam vno verbo tu potes cœlestem curiam gaudio replere, dicendo scilicet tuam culpam. Nam tunc omnes Angeli gaudentes celebrabunt festum; quia *magnum gaudium est Angelis super vno peccatore pœnitentiam agente*, &c. Luc. 15. vnde considera, ô anima immemor cum quanto festo recipieris ad instar patris currentis versus filium prodigum, qui luxuriosè viuendo consumpserat totam substantiam suam, quia cadens præ lætitia super collum eius, & amplexando eum non quæreret, vbi est equus, nec vbi sunt calceamenta, & vestes, &c. Immo cum iubilatione dedit ei annulum, calceos, vestes & vitulum saginatum mactatum conuocatis amicis apponere iussit & cum, symphoniis epulãdo gauisus est, & diem festum egit. Ita facit Deus, quando dat tibi gratiam præuenientem reuertens ad te ipsum & cognoscens te peccatorem, disponis redire ad domum patris tui, disponendo, & firmando te in bono, & sancto proposito bene agendi. Et tunc dat tibi gratiam subsequentem, & cadit super collum tuum quando agis pœnitentiam de peccatis tuis, & confiteris de peccatis perpetratis conterendo cor tuum, & tunc tu es in gratia Dei, & tunc dat tibi gratiam subsequentem, & cadit super collum tuum, dans saginatum vitulum, scilicet gaudia paradisi inducendo te in domum suam lætitiæ, vt recorderis, quod propter te ipse mortuus est, & dat tibi calceamenta, & annulum, &c. id est non es amplius mancipium peccati quia annulo subarrhauit te faciens liberum. Nam antiquis temporibus soli liberi ferebant annulos, & non alij.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS,

In statu gloriæ.

CApe octauam, & nota cum quanto pretio tu es redempta, quia sanguine, & vita Christi, ad denotandum excellentiam animæ: quia vnus passus pedis, & vnicus ictus oculi Christi, & quilibet actus Iesu, & vna gutta sanguinis Christi, erat sufficiens pro redemptione decem millium mundorum: hinc Sanctus Paulus dicit 1. Cor. 6. *Empti enim estis pretio magno: portate Christum in corpore vestro.* Nam si aliquis vestrûm posset habere vnam guttam sanguinis Christi, certe haberet illam valde charam. Sed quantum debes habere charam vnam animam, pro qua totus sanguis Christi est sparsus, qui nullo pretio potest comparari, nec intellectus potest intelligere? considera ergo quanto pretio tu anima fuisti redempta.

TERTIA PARS PRINCIPALIS,

In statu gloriæ.

NOna, & vltima contemplatio est, quod tu, ô anima, consideres quanta gloria, & beatitudine donaberis & glorificaberis, & quantum præmium dabitur intellectui quod erit ipse Deus propter vnum modicum fidei, quia reddetur possessor ipsius Dei, & ipse Deus. Nam ab angelo infra, anima est pulchrior omni alia creatura, & Angelus est pulchrior anima: considera modo, quam pulcherrimus debet esse Deus creator, & factor omnium, cum minimus Angelus sit pulchrior omni anima, excepta anima Christi: & vide etiam quantum præmium dabitur memoriæ; quia per spem conducitur memoria ad recolendum semper Deum & eius diuinitatem; & recolet anima beata, se nunquam habituram finem, & semper debere frui ipso Deo, cum omni summo bono, & fœlicitate, & sine defectu aliquo cum plenitudine gloriæ, sine fine: & dabitur voluntati tuæ, propter vnum modicum gradum amoris diuini, quod tu habebis charitatem æterni amoris, & charitatem Dei, quæ *nunquam excidit.* Et sic anima ipsa pretiosa, & beata semper videbit Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum cum omni perfectione trium suarum potentiarum scilicet, intellectus, memoriæ, & voluntatis: quia domus ipsius animæ est repleta *ex ore vnguenti*, transeundo de domo gratiæ in domum gloriæ paradisi, ad quam amor Dei gratia plenus nos perducat per suam misericordiam Amen.

Anima Christi pulchrior Angelis.

1. Cor. 13.

Ioan. 12.

FERIA SECVNDA POST VI. Dominicam Quadrag.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore ineffabili, tribus constat præcipuis partibus.

Prima pars principalis,
Disserit de statu incipientium.
Secunda pars principalis,
De statu proficientium.
Tertia pars principalis,
De statu pœnitentium.

DE

Digitized by Google

DE AMORE INEFFABILI.

Qui est 2. penna 6. ala, quæ dicitur amor liberalis.

Sermo XL.

De nomine Iesu.

Psal. 2. *IN nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur : quia dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei patris.* Ad Philippenses 2. cap. & in epistola hodierna. Charitas me pungit, & timor me reprehendit, hinc charitas me vrget vt loquar, & clamor, & timor me angit vt fileam non valens congruè & dilucide sermonem habere talem, qualis congruit materiæ, videlicet in secunda epistola amoris ineffabilis, vnde loquendo taceamus, & tacendo loquamur. Et dicamus de suo excelso nomine, quod omnibus nomen contulit rebus, & humilitas mihi dicit, quod non possim de ea loqui, considerata sua immensa gloria, de qua non solum lingua humana, sed & Angelica virtus deficeret glorificando quantum decet & meretur nomen glorioſum Iesu. Nihilominus, quia charitas vult, quod ego prædicem vobis de tali nomine secundum facultatem, quæ inest mihi, non tam in me confidens quam in illo, qui me fecit, tantum quantum ille, cuius est hoc nomen dicere, dabit, prædicabo. Sed quid de eo dicemus boni ex nobis ? Si dicam, quod sit magnum, videre videor dicere, quod sit paruum considerata sua incomprehensibili magnitudine. Si dixero, quod sit dulce, videbor dicere ipsum fore vnam amaritudinem, cõsiderata sua immensa dulcedine. Si misericors prædicetur, ipsum crudele nominare videbor, considerata sua ineffabili misericordia, quæ est infinita, sicut sunt aliæ sui nominis dignitates. Non ergo potest tantum laudari, quantum plures ei laudes conueniant, & quãtam perfectionem suarum virtutum magnificentiæ poscãt, iuxta illud Dauidicum, Psalm. 41. *Sicut nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ*: quasi dicat, sicut Deus est vnum infinitum, ita laudẽ infinitam meretur istud nomen Iesu. Vnde quod res creatæ finitæ sunt, & mensuratæ, sequitur quod nulla res sola, & particularis, nec omnes simul conglutinatæ possint istud sublime nomẽ Iesu iam à mentibus hominum longa excisum oblivione, & à memoria absens suam copiosam sufficienter laudare virtutem. Ideoque nos illius subsidium inuocabimus, quæ tale nomen mũdo fecit, quæque propter suam humilitatem, virtutem nobis, & gratiam dignabitur augere, qua mediante possimus loqui, ad quę de iis, maiorem poterint conferre laudem, & gloriam Dei, eiusque nominis glorioſi, & animarum nostrarum salutem, pariter corporum, idcirco mente & voce pia dicam : *Aue Maria* : &c. Loquentibus ergo vobis, cum dicitur gratia, de hoc nomine glorioſo Iesu, de quo in themate nostro proposito mentionem facit S. Paulus Apost dicendo, quod *in nomine Iesu omne genu flectatur*, &c. dico quod dignè Apostolus loquitur sic quia si bene consideramus, à principio creationis mundi reperiemus, quod dum creata Angelica natura specularetur diuinam essentiam, in qua futura videntur tanquam præsentia vidit & cognouit Iesum incarnari debere, quem Angeli, qui hodie sunt beati, facti conformes voluntati diuinæ adorauerunt. Et draco ille superbus Sathanas, & sui sequaces, difformes diuinæ voluntati ipsum adorare sunt dedignati. Vnde subito factus est rumor, & tonitrua, & terræmotus, & prælia inter ipsos Angelos in cœlo ; & in nomine Iesu Angeli beati victoriam habuerunt, & eiecerunt spiritus malignos de paradiso in abyssum : vnde ego ratiocinor bonos inter se dixisse : viuat Iesus, viuat Iesus, quemadmodum hodie faciunt armigeri de principe, & duce, ad vocem cuius nominis illi dæmones resistere non potuerunt, quin protinus de paradisi apice in imum abyssi ceciderint. Exinde creati fuerunt Adam, & Eua, qui etiam propter transgressionem mandati diuini ceciderunt, quia comederunt de fructu ligni eis vetiti : & propterea fuerunt expulsi de paradiso : vnde dolentes, & plangentes pœnitentiam egerunt in tantum, quod de generatione in generationem succedendo peruenerunt vsque ad Prophetas, quibus facta est per Spiritum Sanctum reuelatio de hoc salutifero nomine Iesu, & sic prophetizauerunt naturam humanam per tale nomen debere saluari : vnde nihil aliud desiderando clamabant, cum dicebant : *sonet vox tua in auribus meis*, Cant. 3. *dic anima mea, salus tua ego sum*, Psal. 33. Isa. 45. *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem* : & alibi, *mitte Domine quem missurus es.* Et post tot planctus, & desideria placuit Deo mittere illud glorioſum nomen de cœlo in terram pro nostra salute, quando vnius Dei Filius de purissima Virgine eius genitrice induit carnem & interpretatur Iesus saluator : vnde nomen bene conuenit rei, & effectus reddit testimonium rei, quia per ipsum liberati sumus à manibus diaboli : & ideo bene dicit S. Ioannes cap. 5. *scimus quia verum est testimonium eius.* & nota celsitudinem istius sublimis nominis : Nam dicit Io. de Pisis super Cantica, quod omne quod Deus vnquam fecit, facit, aut faciet, dixit, dicit, vel dicet ad animam saluandam est in hoc sacratissimo nomine inclusum. In hoc nomine tu reperies eius Incarnationem, Peregrinationem, Passionem, Mortem, & Resurrectionem, & Ascensionem ad cœlos, quæ propter nos fecit. Ibi qui bene contemplatur reperiet omnem eius prædicationem, omnem doctrinam, & legem, & omnia eius miracula, quæ vnquam fecit, & quicquid continet cœlum, & terra, est in hoc ineffabili nomine comprehensum : & ideo dicit S. Paulus, *Verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram*, vt non sit *qui se abscondat à calore eius*, quasi dicat, licet istud nomen Iesu sit breue, quia aut per tres, vel quinque literas scribitur : nihilominus in sententia & virtute quicquid cœlum, & terra continet, in se concludit. Vnde digne dicunt verba proposita, *In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum*, Et didicit S. Pau. dicere hoc, quando fuit *raptus vsque ad tertium cœlum*, vbi sensit tantam dulcedinem Iesu, quod exclamando dixit, Iesu *trahe me post te* : ad significandum quod tanta est dulcedo istius nominis glorioſi, quod trahit vsque ad cœlos, qui bene gustat ipsum, & ad istam prolationem nominis Iesu, Paulus raptus vidit omnes Angelos beatos breuiter per gloriam, & homines per gratiam, & dæmones damnatos per pœnam, iuxta illud, *Sanctum, & terribile nomen eius.* Et istud nomen est sanctum, & glorioſum atque gratioſum beatis spiritibus, & illis qui quærũt salutem animarum suarum : & est terribile malignis spiritibus, & hominibus obstinatis in malis operibus, sicut lux radiantis solis est grata sano oculo, & terribilis oculo infirmo : ita istud sacratissimum nomen Iesu, est gratum bonis, & terribile malis spiritibus. Et ideo serui Dei, quanto magis sunt in gratia, tanto maiorem deuotionem & dulcorem sentiunt in nomine Iesu, sicut de S. Paulo, qui fuit singulariter acceptus à Deo, quemadmodum indicant verba Christi Ananiæ de ipso Paulo dicendo, Elegi ipsum mihi in *vas electionis, vt portet nomen meum coram gentibus*, elegit enim Deus inter alios Apostolos specialiter S. Paulum, qui suum glorioſum nomen per mundum spargeret, & propalaret : & bene id fecit, quia legitur in epistolis S. Pauli quingenties hoc glorioſum nomen Iesu esse nominatum. Et vos, qui negotiamini in mundo, si vultis res vestras optimum & intentum finem consequi, regite vos in omnibus operationibus vestris cum nomine Iesu secundum doctrinã, & regulã

De glorioso nomine Iesu.

Psalm. 41. Iesu nomen laudem infinitam meretur.

Oratio Aue Maria in cõcionibus in vsu tempore sancti Bernardini.

Nomen Iesus saluator.

Rom 9. Psalm. 18. Iesu nomen etsi paucis complectatur verbis, tamen omnia continet. 2. Cor. 12.

Cant. 1.

Psal. 110. Iesu nomen sanctum bonis, terribile malis. Iesu nomen lux est.

Act. 9. Iesu nomen quingenties in epistolis Dini Pauli nominatur.

Digitized by Google

S. Pauli dicentis, Colossens. *Quicquid facitis, aut dicitis, in nomine Iesu facite, aut dicite:* & ego magis infra demonstrabo non à me, quia nolo quod solum mihi credatis, sed per auctoritates noui & veteris testamenti, quod non est nomen in cœlo, neque in terra, quod sit tanti valoris, sicut est nomen Iesu. In quo nomine omnia antiqua miracula, noua facta sunt, fiunt, atque fient: & vt possimus de ipso ordinatè tractare, distinguamus tres status. Primus est status incipientium. Secundus est status proficientium. Tertius est status perfectorum. Et æquiparando istud grande nomen, quod est super omne nomen, Soli, iuxta illud, Psal. 103. *ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster*, capiemus duodecim radios istius solis, quorum quatuor explicabimus de primo statu, & quatuor de secundo statu, & alios quatuor de tertio statu, quos omnes videbimus ordinatè. Primus vocatur refugium pœnitentium. Secundus auxilium bellantium. Tertius remedium infirmantium. Quartus solatium patientium. Isti quatuor radij pertinent ad primum statum, qui est status incipientium. Quintus honor credentium. Sextus dulcedo prædicantium. Septimus adiutorium proficientium. Octauus sustentario deficientium. Isti alij quatuor radij aspiciunt secundum statum, qui status est proficientium. Nonus suspiratio meditantium. Decimus suffragium postulantium. Vndecimus gustus contemplantium. Duodecimus gloria perseuerantium. Isti alij quatuor radij spectant ad tertium statũ, qui est status perfectorũ.

In Iesu nomine omnia antiqua & noua miracula facta sunt. fiũt, & fient. Nomẽ Iesus, est sol cuius duodecim sũt radij.

Prima Pars Principalis,

Complectens quatuor radios nominis Iesu pro statu incipientium.

1. Radius nominis Iesu refugiũ pœnitentium.

ET incipiendo à primo radio dico, quod est refugium pœnitentium. Et ideo attendite, ô peccatores: quia quanto quis fuerit sceleratior, tanto magis tangit eum. Sed tu ô iuuenis, siue senex, vis deserere tua peccata, committe te glorioso nomini Iesu deuotè, quia est impossibile quin ad istud præstantissimum nomen recurrens non conuertaris, & peragas pœnitentiam, & habeas veram contritionem tuorum peccatorum diuino auxilio nominis Iesu coadiuuante. Et cogita de diuina iustitia, quia non est peccator tam horridus, & crudelis, qui si cognoscit illam non tremiscat, iuxta illud Iob, *Tremens factus sum ego*, & cætera. Vnde considerando esse naturam humanam fragilitate ita hebetem, quia videt iustum septies cadere in die, Prouerb. 24. & omnipotentem Deum non seruare illam seueritatem iustitiæ, quæ in veteri legitur testamento, quia pauci essent salui: Ideo de cœlo misit in terram istud nomen Iesu glorioſum, quando vnigenitum Verbum ex Virgine dulcissima assumpsit carnem, cuius nomine mediante sumus in statu gratiæ collocati. Vnde non est amplius tempus timoris, sed modo est tempus gratiæ, & dulcoris: nec est amplius tempus vltionis, & vindictæ, sed misericordiæ: expectat enim Deus in præsenti tempore peccatorem, vt conuertatur ad pœnitentiam, quia tempore veteris testa menti, in quo nulla erat memoria huius dulcis nominis Iesu, subito post commissum peccatum Deus mittebat vindictam sine mora & rigidam iustitiam super populo suo, sicut tu habes ab Isaia, quod centum & octuaginta quinque millia hominum permisit Deus trucidari de populo suo propter vnum peccatum: & ideo merito vocatur illud tempus timoris & vltionis Vnde Isa. 30. capit. *Ecce nomen Domini terribile venit de longinquo*, scilicet dominus iustus, furens, & ardens & grauans, ardens inquam, quantum ad voluntatem, furens quantum ad intelligentiam, ardens & grauans quantum ad potentiam: ita quod humana conditio non poterat tale pondus portare. Vnde non erat Deus illo tempore visibilis, & palpabilis, sicut tempore præsenti, quia apparendo Moysi in rubo ardenti tãtum ardorem & splẽdorem impressit in faciem Moysis, quod Iudæi nullatenus potuerint respicere & intendere in eius faciem redeuntis ad ipsos. Ita splendebat, vt coacti fuerint sibi velare faciem cum loquerentur secum, quod significat quia, non solum Deus, sed & illi qui regunt pro ipso sicut fuit Moyses cum tanta seueritate iustitiæ procedebat, quod populus non poterat ipsum sufferre. Comprehende hoc cum isto rudi exemplo, quia erat ad instar vnius magnæ massæ ferri bene ignitæ, & flammiuomæ quam oculus vix potest videre quin lædatur visus nec potest palpari, nisi proiiciatur in aquam: & extinguatur, quia tunc fit palpabilis, & visibilis sine pœna & læsione visus. Ita erat Deus omnipotens tempore veteris testamẽti præuaricatoribus suæ legis, rigidus cum sua subita iustitia rigorosa, quam exercebat in delinquentes & inobedientes: sed postquam in illum fontem aquæ viuæ salientis in cœlum fecit descensum, hoc est in ventrem virginis, ex quo post nouem menses nascens exportauit nobis gratiosum nomen Iesu, & est nobis factus visibilis, & palpabilis & mutauit prædictas conditiones: quia vbi primo erat præuaricatoribus, timor & pœna, & seuera iustitia, est modo factus spes & dulcedo per infinitam misericordiam, & gratiam peccatoribus expectando, & confortando ipsos ad pœnitentiam: bene est ergo primus radius declaratus, scilicet quod dulcissimum nomen Iesu est refugium pœnitentium. Vnde benedixit Angelus Gabriel annunciando ad Virginem: Luc. *Ideoque quod ex te nascetur, sanctum vocabitur*, &c. Sanctus Ioannes 4. c. dicit: *Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vestra peccata propter nomen eius.* Et S. Petrus in Actis Apostolorum. 4. c. *Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo sit salus, nisi in nomine Iesu.* Et in summa intellige in hoc sanctissimo nomine Iesu nostram humanam apprehendisse gratiam, & gloriam, quia per ipsum habemus potentiam redeundi ad pœnitentiam post peccatum, & finaliter post vitam præsentem consequendi gloriam paradisi. Vnde non est ita sceleratus peccator, qui mediante nomine Iesu non possit ad pœnitentiam redire & animam suam saluare: & vide hoc per totum nouum testamentum, quia nullus fuit infirmus, qui si deuote proferret nomen Iesu, quin fuerit ab eo ex corpore, & anima liberatus, & ista de primo radio sufficiant.

Cur Moyses faciem velauerit.

Luc. 1. Ioan. 4. Act. 4.

Lex vetus tempus timoris & vltionis erat.

Secundus radius nominis Iesu.

SEquitur secundus radius, qui vocatur adiutor bellantium. Vnde nota, quod habemus tres inimicos, cum quibus in vita præsenti continue bellum gerere contingit, scilicet diabolum, mundum, & carnem, contra quos fides est fortissima armatura & deuotio nominis Iesu: & ideo tu, ô peccator, cum es bene confessus cum proposito nolendi ad priora peccata redire, scio quod tu eris multum ab istis inimicis tentatus, & tanto plus tentaberis, quanto meliorem vitam eliges: vt possis ergo illas tentationes aufugere, deuore & cum magna fide debes te nomini Iesu committere, iuxta illud Dauid Psal. 34. *Assumite scutum fidei*: quod si feceris, ego non dubito quod cum Dei gratia de nomine Iesu eris ita armatus quod de omnibus prædictis inimicis victoriam referes, iuxta illud Dauidicum, *Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno, à damonio meridiano, à negotio perambulante in tenebris*, &c. Et ego vere testificari possum de multis miraculis, quæ reperi facta à pauco tempore super benedictum nomen Iesu, sicut inferius vobis dicam. Vnde mihi videtur, quòd Dominus velit modo renouare antiquam & iã obsoletã magnã virtutẽ nominis Iesu, descriptã à S. Marco. 3. cap. sui Euangelij, *In nomine meo damonia eycient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferũ quid biberint, nõ eis nocebit: super ægros manus imponent,*

Tres amicos diabolus est Psal. 90.

Marc. 3.

Digitized by Google

imponent, & bene habebunt : hæc verba S. Marci fuerunt Christi Iesu, qui est, *via, veritas, & vita.* O peruerse & infidelis hæretice, qui non credis quod in virtute nominis Iesu glorioſi possint dæmones expelli, & alia miracula fieri. Tu ergo, ô homo, & domina fidelis, crede quod tali nomini hæc virtus fuit in cœlis donata, & in terra à Christo Iesu suo proprio ore confirmata, & si aliquis dæmon, vel spiritus caliginosus susque deque verteret omnia quæ essent in domo tua vel te, ita quod in ea domo non posses habitare, si es in peccato aliquo, confitere & habeas contritionem peragendo pœnitentiam de perpetratis malis, & satisfaciendo cum proposito corrigendi vitam tuam, & perseuerandi in bono, & reductus in gratia Dei cum grandi fide vade per domum illam, asperge de aqua benedicta in nomine Iesu, & liberaberis ab ista molestia. Vnde dum ego essem Mātuæ, quidam de Hostilia venit ad me causa consilij, narrauit mihi qualiter in domo sua conuersabatur vnus spiritus, qui videbatur ludere cum eius filia, & tangebat manus, & genas, & sensibiliter actitabat multos actus perinde ac si esset vnus homo, adeo vt vir ille, pater illius iuuenis, dicebat quod spiritus ipse se collocabat inter ipsum & filiam in lecto, erat tamen inuisibilis & cui consilium dedi, quod tibi do & trado, videlicet quod ipse confiteretur cum tota familia sua cum bona fide & pura, & facta diligenti confessione ipse aspergeret domum, & lectum aqua benedicta in nomine Iesu: & ita mihi inde redeūti post multos dies retulit se fecisse, & inde liberatum fuisse ab illa molestia. Similiter me prædicante in Alexandria de tali nomine Iesu, quidam puer posuit nomen Iesu super vna energumena & confestim extitit liberata : & plura alia exempla possem dicere, sed quid percurrere exēpla lōginquiora? nā mihi ex fide digno relatu dicitur quod erat in hac vestra ciuitate Paduæ in Burgo omniū Sāctorum vna dæmoniū habēs, quæ liberata fuit in nomine Iesu: & ecce ipsam hic, quæ de hoc potest vobis tribuere bonam fidē, quæ ex cœtu aliarū mulierū consurgens omnibus videntibus, & intelligētibus suo proprio ore confessa fuit ita fuisse & esse, & se in nomine Iesu benedicti liberatam fuisse. Et nō miremini, quod etiam hominibus sunt subiecti diaboli in nomine Iesu, prout describit S. Lucas 10. cap. sui Euangelij, quia Apostoli redeuntes cum lætitia ad Christum dicunt ei, Nescis magister, *quia in nomine tuo etiam dæmonia subijciuntur nobis* : & respondit Iesus, *videbam Sathanam tanquam fulgur cadentem de cœlo* : quasi velit dicere, non admiremini, si in virtute mei nominis expellitis dæmonia de isto mundo, quia in nomine meo fuerunt expulsi de paradiso impetuose, hoc est ruendo tanquam fulgur cum impetu descendit. Vnde si vos videtis aliquem dæmoniacum, si vultis eum liberare, sit aliquis vir sanctus vel aliquis habens magnam fidem nomini Iesu, qui non sit in peccato mortali, & nominet nomen Iesu super illo dæmoniaco, liberabitur, si fuerit salus animæ suæ. Vnde inter cætera miracula in hoc proposito habetis, quod dum S. Bernardus Mediolani rogaret pro vno dæmoniaco Deum, dæmon qui obsederat illum loquendo dixit, non exibo propter te Bernarde sed solùm exibo propter magnum Dominum. Et S. Bernardus quæsiuit, quis est iste magnus Dominus, & si vnquam viderat eum. Cui respondit diabolus, quod erat Iesus, quem viderat ante quam eiectus foret de cœlo. Et tunc S. Bernardus præcepit isti dœmoni, quod in nomine Iesu exiret ab illo homine, & ita exiit, & homo ille remansit liberatus. Itaque vos ô patres, & matres deuoti nominis huius Iesu, docete filios vestros, quod omnia quæcunque faciunt, exceptis peccatis, faciant in nomine Iesu, siue comedunt, siue bibūt, siue in cubili se collocent, vel surgant: siue legere velint, scribere, aut loqui in nomine Iesu semper incipiant, & videbitis prosperos effectus sequi & inimicos in nomine Iesu videbitis superatos primos, scilicet dæmones. Secundus inimicus noster est mundus, scilicet mundanæ contrarietates, & mundani homines subdidascali diaboli, qui sunt cōtrarij saluti animæ nostræ, & pacificæ, & sanctæ vitæ quia reperiuntur aliqui in malis ita obstinati quod sufferre nequeunt quod alij sint dissimiles ipsis. Vnde in vna domo reperitur quod frater vitiosus erit susurro in fratrem virtute præditum, & similiter in quadam vrbis parte erit vna domina quæ timebit Deum, & vellet relinquere vanitatem: & vna alia diaboli captiua meretrix scandalizabitur de illa iuxta illud Matthæi decimo *Inimici hominis domestici eius*, sed tu ô deuota, & fidelis nominis Iesu, fac in illo nomine tibi signum sanctæ Crucis, quando à tali inimico tu es ita tentata, & sancta videberis, & deludens te remanebit delusa. Similiter, tu qui nauigas maria sis deuotus nomini Iesu, & te illi fideliter cōmenda, qui te potest ab omni tempestate euellere & defendere. Et tu ô blasphemator Dei propter malam tuā consuetudinē, in qua es constitutus sæpe cadis in tali vitio, vel periuras ex habitu deprauatæ cōsuetudinis, vel sæpe nominas diabolū, si vis emendari, cum tu cadis in aliquo istorum vitiorum, subitò genuflectas te in terra deuote dicendo Iesu, quia non pronuntiabis sic decies, quod mala tui habitus cōsuetudo te relinquet: quia dæmon, qui nos conducit ad blasphemādum, vel talia faciendum, multum cum talibus actibus confunditur. Et similiter in omni tuo periculo deuote recurras ad nostrum Iesum, & noli ferre verba appensa, nec alia signacula, vel superstitiones, & bubulas, quia talia sunt opera diabolica, quæ erunt causa tui casus & ruinæ sed istud nomen Iesu, est breue breuium, quod in se cōprehendit omnem virtutem sacræ paginæ aptum, & sufficiēs in omni tuo periculo te iuuare, iuxta illud dictum Salomonis, Prou. 18. *Turris fortissima nomen Domini*, & per os Dauid dicit Dominus. Psal. 90. *protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.* Cape illud etiam per exemplum, si es fidelis alicuius potentis Domini mundani, si humiliter te illi committis in tua necessitate, nonne certissime credis quod te adiuuabit & libenter? certe sic, multo magis crede de Deo, in quem non cadit ignorantia, nec ingratitudo, neque aliquis defectus, sed esse bonum cognoscit, & vult & potest, & iam declaratum habes, qualiter de secundis inimicis tu potes victoriam reportare in nomine Iesu. Tertij inimici sunt caro propria, scilicet fragilitas, & duritiēs cordis, quæ remouent nos à bonis operibus, contra quæ non est fortius obstaculum quam nomen Iesu. Vnde dicit beatus Bernardus, quod non est res quæ tantum humiliet cor nostrum, quantum est nomen Iesu dulcissimum. Istud nomen, si te illi fideliter commendas, ab omni tentatione te eripiet, scilicet à tentatione carnis, iræ, superbiæ, auaritiæ, &c. Et ideo non immerito S. Bernardus æquiparat hoc benedictum nomen vni electuario communi contra omnem infirmitatem, quia contra omne periculum saluat animam atque corpus, iuxta illud dictum Prophetæ 2. c. *Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Et sic habes secundum radium declaratum, qualiter scil. nomen Iesu est adiutoriū bellantiū.

Ioan. 14.

Exemplum.

Aqua benedicta valet contra spiritus immundos.

Exemplum.

Diaboli in nomine Iesu hominibus obediunt.

Exemplum. S. Bernar.

In nomine Iesu omnia facienda.

Inimicus

Hominis inimici.

Matth. 10.

Prou. 18.

Psal. 90.

3. Inimicus hominis est caro.

Ioël. 2. Rom. 10.

Tertius radius, qui dicitur remediū infirmitatū.

SEquitur tertius radius, qui dicitur remedium infirmitatum. Et ideo vos, qui habetis infirmos, attendite ad hunc passum, quæ sunt illæ infirmitates, quę in nomine Iesu non sint sanatæ? Audite, quid dicit Christus per S. Marcū vltimo c. sui Euangelij: *In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt*, considera hic, quia quicūque dicit primū quia homines fideles, & deuoti in meo nomine dęmonia eijciēt, & istud est supra declaratū, in secūdo radio. 2. est, quia sine nocumēto serpētes tollēt in manibus, & de hoc habes, quia legitur de S. Paulo, quia vnus serpēs pepēdit de digito eius fortissimè ipsū mordendo

Marc. 16.

Act. 28.

Digitized by Google

in multorum præsentia, & nullam aliam læsionem ei facere potuit, quia erat deuotus, & fidelis nominis Iesu. Intellige etiam, quia multoties accidit quod corrumpunt aërem. Vnde sequitur pestilentia in aliqua terra, vel regione vbi regnant, & talis pestilentia cum nomine Iesu auferetur, illud expertus sum quod me prædicante tempore vigentis pestis Ferrariæ de nomine Iesu, ad tantam fidem illius nominis fuerunt accensi, & deuoti vt quasi totus ille Ferrariensis populus mediante nomine Iesu quod superliminari cuiuscunque domus, apposuerit vt remedium illius pestiferi morbi, quo illa pestis cessauit, quando secundum naturalem rationem magis debebat accrescere, & inde fuerit. Et ita faciet Deus per suam gratiam hic Paduæ & vbique, vbi vigebit fides & deuotio sui glorioſi nominis. Tertium quod dicit Christus est, quod deuoti prædicatores nominis Iesu, locuti fuerunt *nouis linguis*, sed respice, si ita est, omnibus vobis videtur quod prædicam res nouas prædicando vobis ea, quæ per alios dicta sunt, quia quod dicit Christus est quod si fideles, & deuoti sui benedicti nominis Iesu intelligunt, ipsi bibent res veneno infectas, quæ naturaliter perducunt ad mortem, hoc eis nil nocebit. Et hoc habes de S. Ioanne Euangelista, qui in nomine Iesu bibit vnum cyathum veneni, & nil ei nocumenti fecit. Quintum, quod Christus dixit est, quod fideles Christiani nominis Iesu *super ægros manus imponent & bene se habebunt*, scilicet de anima & de corpore, ad exemplum Christi, qui quando sanabat de corpore, etiam semper sanabat de anima. Et ideo tu, qui vis miraculose liberare infirmos, noli vti verbis, herbis, & superstitionibus, quæ sunt prohibita à sancta matre Ecclesia: sed vade cum regula, quam tibi monstrauit Iesus Christus, scilicet in *eius nomine benedicto*. Pone manum tuam super infirmum, tangendo sibi caput, vel aliud membrum honestum dolorosum cum signo palpabili, & videbis quod miraculose liberabitur, quia subito in nomine Iesu erit sanatus, & non liberabitur cum induciis sicut liberatur paulatim cum medicinis naturaliter. Istum effectum mirabilius reperies in nomine Iesu, scilicet cum certis conditionibus procedes, quas magis infra tibi ostendam. Tu habes dictum Christi præallegatum verificatum iam per exempla: Capias modo per auctoritatem. Vnde Sancta Ecclesia dicit in benedictione aquæ sanctæ *ad expellendos dæmones, morbosque fugandos, diuinæ gratiæ sumat effectum*. Et Propheta dicit, *Saluauit eos propter nomen tuum, vt notam eis facerem potentiam tuam*. Et Petrus Rauennas super illud verbum salutationis Angeli id est, & *vocabis nomen eius Iesum*, dicit: hoc est illud nomen, quod dedit cæcis visum, surdis auditum, gressum claudis, vitam mortuis, & potentiam diaboli extinxit, & habes tertium radium, qui declarat Iesum esse remedium infirmitatum.

Per Inuocationem nominis Iesu pestilẽtia aufertur.

Marc. 16.

Psal. 165.

Luc. 1.

Quartus radius nominis Iesu consolatio omnium patientium.

SEquitur quartus radius, qui vocatur consolatio omnium patientium. Et quod sit verum, respice. 5. c. Euangelij Sancti Matthæi, vbi Christus dicit: *Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & mentientur propter nomen meum, & gaudebitis, quia merces vestra magna est in cœlis*, Et Sanctus Paulus dicit: non solum *alligari, sed & mori pro nomine Iesu paratus sum*. Et alibi, *ibant Apostoli gaudentes in conspectu concilij*, & sciebant bene, quod quando essent delusi & spreti à quo forent consolandi, non certe ab alio quam à *nomine Iesu*, pro quo *pati* volebant: est ergo nomen Iesu solamen, & consolatio patientium, qui est quartus radius, & vltimus ex radiis, qui pertinent primo statui incipientium.

Act. 21. c. Act. 5.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS,

Cuius sunt 4. radij nominis Iesu pro proficiẽtibus.

SEquuntur modo alij quatuor radij pertinentes proficientibus. Quorum primus vocatur honor credentium, & quod sit verum cogita, quis est major honor, quo honorari possimus? Certe est quotiescunque nominamur & sumus filij, quod, erimus etiam eius hæredes, & sic erimus in honore, & in beatitudine simul hæredes cum Christo, qui est Filius Dei, & honoratus in cœlo, in terra, & in inferno supra omnem alium, qui honorem mereatur, quia in eius nomine *omne genu flectitur*, cœleste, terreſtre, & infernale, sicut dicit nostrum thema propositum. Et quod ita sit, quod in nomine Iesu credendo fideliter acquiramus istum honorem, & efficiamur filij Dei, probat Sanctus Ioan. 1. sui Euangelij, vbi dicit, *Dedit potestatem Filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius*, scilicet in nomine Iesu benedicti, debent fieri Filij Dei, ô magna exhortatio peccatorum, quia nullus est ita sceleratus, qui non possit effici Filius Dei. Emenda ergo ô peccator tuam miseram vitam & efficieris mediante nomine Iesu Filius Dei: & noli tardare, quia tardatio boni, sæpe vitium inducit. Et in Apocalypsis vigesimo secundo capite, tu habes quod Sanctus Ioannes voluit adorare Angelum, qui apparuit sibi valde lucidus, ostendendo aliqua secreta Dei: & Angelus dixit, noli me adorare, sed creatorem adora, quia simul tecum, & cum sociis tuis ego sum eius seruus, vbi apparet quod propter nomen Iesu nos sumus ita exaltati, & in honore ita collocati, quod angelica natura vocat se consociam nostræ naturæ humanæ, & non permittit nos honorare ipsam, bene est ergo nomen Iesu honor credentium, & sic habes primum radium secundi status, qui est proficientium.

1. Radius nomen Iesu honor credentium.

Nomine Iesu natura angelica consocia natura humana.

Secundus radius nominis Iesu proficientium dulcedo prædicantium.

SEquitur secundus radius secundi status, qui vocatur dulcedo prædicantium, quia non est dulcedo alicuius rei cognitæ, quæ aliquid adiungat dulcedini cogniti nominis Iesu. Vnde si vnus Philosophus cognoscit vnum lapidem pretiosum per scientiam, propter illam notitiam venit in amorem illius lapidis pretiosi propter auaritiam valoris eius. Vnde plus est cognitio amata quam res cognita. Sed non est ita de nomine Iesu, quia qui plus cognoscit ipsum, magis eum amat quam res cognita: & si nunquam deberes propter illud habere præmium aliquod, tanta est illius suauissimi nominis dulcedo, quod solum contemplando illud præmium bene reperis. Et ideo prædicatio veritatis, dulcissime prædicat & sentit de nomine Iesu plus quam aliquis Philosophus, vel quiuis alius scientificus aut scientia instructus alicuius rei creatæ quam per suam scientiam cognoscat, & etiam constringitur ab amore, quem sibi gerit prædicare de eo iuxta illud Petri descriptum per Sanctum Lucam Actuum Apost. 4. c. Quod dum esset eis per principes sacerdotum prohibitum & præceptio, quod non prædicarent plus nomen Iesu, respondit: *non enim possumus quæ vidimus & audiuimus, non loqui.*

Tertius radius nominis Iesu pro proficientibus adiutorium proficientium.

TErtius radius nominis Iesu, qui pertinet isti secundo statui proficientium, est adiutorium proficientium, quia si tu proficiens in amore Iesu, apprehẽdis specialem deuotionẽ nominis illius, mirabiliter reperies tuã voluntatẽ ad maiorẽ & maiorẽ amorẽ accẽsã, iuxta illud dictũ Dauidicũ, *Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum*. Psal. 22. dicit Dauid, quod Deus,

Psal. 22.

Digitized by Google

moriemini, intelligendo de morte corporali primo, Deus conduxit eum per semitas iustitiæ mediante nomine suo, scil. Iesu benedicti, & nota quod semita iustitiæ, est via secreta, qua itur in vitam æternam, sed via consiliorum sunt voluntaria paupertas, obedientia & castitas, & multi ducuntur in paradisum per istam viam, provt dicit Dauid, mediante nomine Iesu, & etiam per viam latã vadunt multi in vitam æternam per virtutem illius nominis Iesu glorioſi, & vocatur via lata, qua itur in vitam æternam, via præceptorũ legis, quę sunt decem, sicut tu scis, & si ignoras, discas ipsa decem præcepta bene, quæ in his versibus continentur, qui sequuntur.

Via secreta paradisi est via consiliorum.

Vita lata æterna est via præceptorũ.

Vnum cole Deum, nec ires vana per ipsum,
Sabbatha sanctifices, habeas in honore parentes,
Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus,
Alterius nuptam, nec rem cupias alienam.

Et per quamcunque viam ascendatur in vitam æternam, non sine lumine & auxilio nominis Iesu quisquam ingreditur, iuxta illud Psalmographi Psal. 88. *in lumine vultus tui ibunt, & in virtute nominis tui exultabunt*, bene est ergo nomen Iesu auxilium proficientium, quod fuit tertius radius secundi status.

Quartus radius proficientium in nomine Iesu subuentio deficientium.

SEquitur quartus radius, qui dicitur subuentio deficientium, quia si aliquis est tepidus & piger in bene operari, vel frigidus quia sit in peccatis inueteratus de malo in peius per viam infernalem ruens, potest si vult à nomine Iesu mirabiliter subuenirj, & quod sit verum respice actum S. Petri versus illum pauperem claudum qui ab illo petebat eleemosynam. Cui dixit S. Petrus, sicut habetur Actuum Apost. 3. *Mihi non est aurum, neque argentum, sed quod habeo, tibi do, In nomine Iesu surge, & ambula*, & subito ille claudus retractus lætus surrexit, & perfectè sanatus iuit. Vide quantum ad sensum litteræ, quod nomen Iesu fuit subuentio ad defectum sanitatis illius. pauperculi claudi eneruati, qui ex vtero matris suæ talis editus fuerat. Sed moraliter intelligendo, possumus per illum claudum intelligere peccatorem in peccatis natum, qui est satis infirmus anima, & eneruatus, & infirmatus corpore & claudus qui ex se non potest ire in paradisum. Isti dicit S. Petrus, quod ipse surgat & perambulet, & hoc est quando confessor & prædicator consulit quod se remoueat à mala consuetudine peccandi, & confiteatur sua peccata, disponendo se de cætero ad bene operandum, & quando peccator huic sano consilio acquiescit tunc illi confessor, vel prædicator dat de eo quod habet, non aurum, nec argentum, sed quod excedit aurum & argentum: quia secundum auctoritatem, quam confessor ipse habet à vicario Christi Iesu, ipse absoluit eum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & per istum modum vadit ipse absolutus perseuerando in paradisum, vnde primo propter suum defectum ruebat versus infernum. Modo nomen filij, quod simul cum nomine Patris, & Spiritus sancti iste infirmus anima & corpore absoluitur, est nomen Iesu. Verum est ergo, quod nomen Iesu est subuentio deficientium, & sic habes quartũ radium secundi status declaratum.

Tertia Pars Principalis,

Quæ habet quatuor Radios nominis Iesu pro perfectis.

1. *Radius perfectorum est inspiratio.*

REstat modo de quatuor vltimis radiis, qui spectant ad perfectos. Primus vocatur suspiratio meditantium, qui in hoc statu est & experitur, me intelligit, quia anima deuota, fidelis & contemplatiua dulcis nominis Iesu, non potest tacere, nec ascendere quin indicet sæpe dulcia suspiria, quæ habet & sentit pro eo, & quod sit verum, audi illa dulcia suspiria S. Bernardi dicentis: Iesu dulcis memoria, dans vera cordi gaudia, sed super mel & omnia, eius dulcis præsentia. Nil canitur suauius, nil auditur iucundius, nil cogitatur dulcius, quam Iesus Dei filius. Iesus, spes pœnitentibus quam pius es petentibus, quã bonus te quærentibus, sed quid inuenientibus, nec lingua potest dicere, nec littera exprimere, expertus nouit credere, quid sit Iesum diligere. Iesus dulcedo cordium, Fons viuus, lumen mentium, excedens omne gaudium, & omne desiderium. Iesum quæram in lectulo, priuatim & in publico, clauso cordis cubiculo, quæram amore sedulo, cum Maria diluculo, Iesum quæram in tumulo, cordis clamore querulo mente quæram, non oculo. Tumbam perfundam fletibus, locum replens gemitibus, Iesu prouoluar pedibus, strictis hærens complexibus, Iesu rex admirabilis & triumphator nobilis, dulcedo ineffabilis totus desiderabilis, mane nobiscum Domine, Mane nouo cum lumine, Pulsa noctis caligine, mundum replens dulcedine. Amor Iesu dulcissimus, & vere suauissimus, plus millies gratissimus, &c. Experti recognoscite amorem pium poscite, Iesum, ardenter quærite, quærendo ardescite. Iesu auctor clementissime, totius spes lætitiæ, dulcoris fons & gratiæ, veræ cordis lætitiæ. Cum digne loqui nequeam de te tamen ne sileam, amor facit vt ardeam, cum solum de te gaudeam. Iesu tua dilectio, grata mentis refectio replet sine fastidio, dans famem desiderio. Qui te gustant esuriunt, qui bibunt adhuc sitiunt, desiderare nesciunt nisi Iesum quem sentiunt. Quem tuus amor inebriat, nouit quid Iesus sapiat fœlix gustus, quẽ satiat, non est vltra, quod cupiat. Iesus decus angelicum, in aure dulce cãticum, in ore mel mirificum, in corde nectar cæli cum. Desidero te millies, mi Iesu, quando venies: quando me lætum facies, & tecum me suscipies. Iesu mi dulcissime spes suspirantis animæ te quærunt piæ lacrymæ, & clamor mẽtis intimæ. Dilecte mi reuertere, consors paternæ gloriæ, hostem vicisti prospere: Iam cœli regno fruere. Iam prosequar cum laudibus Iesum hymnis & precibus, vt nos det in cœlestibus cum Christo frui sedibus, amen. Et si tu ô homo, vel domina habes ista, vel aliqua huiusmodi suspiria propter benedictum nomen Iesu, sæpe deuote meditando scias ipsa conseruare, & si non habes, quære ipsa suspiria, quære & acquire, quæ acquirere potes, si modo velis. Et tene proregula quod quoties audis nominari nomen Iesu, toties te genuflectas, sicut cum dicitur, *Aue Maria*. Ibi & Christus benedictus, &c. & in *Salue Regina, & in Iesum benedictum fructum*, &c. & similiter per omnem alium modum, quẽ audis nominari Iesu, inclina tuum genu, & scito quod illud non facies frustra, quia pro omni vice tu lucraberis quadraginta dies indulgentiarum Sacræ, & Romanæ Ecclesiæ: & aliqui dicunt 80. si vis ergo inter perfectos pertransire, tu debes continue nominis Iesu cum prompta memoria recordari & ipsum intellectu sæpe orare, & voluntate summam eius dulcedinem gustare & totis conatibus in dulcibus suspiriis nominis Iesu perseuerare. Et habes de isto tertio statu perfectorum primum radium, qui dicitur suspiratio meditantium.

Secundus radius nominis Iesu perfectorum, qui nuncupatur suffragium orantium.

Nomen Iesu est suffragium orantium.

SEquitur secundus radius, qui vocatur suffragium orantium. Vnde si vis de aliqua infirmitate, vel aliquo malo liberari, vel si vis aliquam honestam gratiam à Deo postulare, genuflectas te, & cum feruente oratione posce in nomine Iesu illud, quod vis, quoniam tu illud habebis, si cum conditionibus, quas tibi dicam, procedis. & quod sit verum, vide S. Ioan. 15. c. sui euangelij. Vnde dicit: *Quodcunque petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis*, loquitur Iesus Christus dicens, *quodcunque petieritis*, &c. quod si non credis, tu es hæreticus, quando veritas tibi dicit, quia ego hæc ex me non dico.

Digitized by Google

Petitio in nomine Iesu debet fieri cum aliquot conditionibus.

1. Conditio.

Sed tu dices, ego multas gratias petij in nomine Iesu, quas ego non habui. Et ego respondeo tibi, quod tu nihil petiisti in nomine Iesu, si non fiant aliquot conditionibus. Primum est, quod volens petere gratiam, purè confiteatur cum tota eius familia, quia similiter oportet facete cum Deo, quod fieret cum vno Domino temporali, si velles aliquam gratiam postulare, quia primo satageres fieri eius amicus, & vitares recipere in domum tuam aliquem eius inimicum: similiter facito cum Deo, quia primo confitere, vt efficiaris eius amicus: & fac confiteri totam tuam familiam, vt nemo eius inimicus habitare reperiatur in domo tua. Et scito quantum est vtilis ista tua confessio, quia à sancta ecclesia per vnum decretum præcipitur medico, quod si medetur alicui infirmo, qui non fuerit de proximo cõfessus, ante omnia pro prima medicina debet suadere illi vt ipse confiteatur, considerando quod sæpe pro peccatis superueniunt infirmitates: non solum veniunt his, qui talia peccata perpetrant, sed etiam superueniunt filiis vel personis, quas valde amant, vt tales peccatores per tales infirmos ad cor redeant in hunc mundum, & affligantur: qui enim experitur, sentit & potest de hoc testimonium perhibere, quoniam non est modica afflictio videre amantem affligi tribulationibus, vexatum torqueri, nec ingerat tibi aliquod dubium illud dictum. *Non portabit filius iniquitatem patris*, quia illud dictum intelligitur in alia vita, hoc est dicere, non damnabũtur filij propter peccata parentum. Attamen non impedit, quin filius infirmetur corpore propter peccata patris. Et quando modo suprascripto tu feceris confessionem.

Decretũ medico quod suadeat ægrotanti cõfiteri.

2. Cõditio petitionis seu orationis.

Secundario tu debes petere rem iustã, & non iniustam, quia vnus sapiens dominus mundanus rem petitã non tibi concederet, si peteres rem iniustam, quanto ergo magis Deus te irrideret, in quo summa iustitia & sapientia viget, & accidit, quod filius sæpe sanatur, quia remouetur causa ægritudinis, qua remota remouetur effectus: ergo vtilis, imo necessaria est confessio ad sanitatem tuam, vel aliorum, propter virtutẽ nominis Iesu acquirendam. Hæc est sententia S. Augustini, quod si iniustè vel te existente in peccato mortali aliquid petis à Deo, dato quod dicas, & nomines tuo ore nomen Iesu, nõ propterea intelligitur etiam si in nomine Iesu facias tuam petitionem. Tertia res, quæ tibi necessaria est vt satisfacias pro tuis peccatis iuxta tuam potentiam & facultatem pro omnibus tuis commissis. Verbi gratia, si recepisti aliquid ab aliquo sub vsuris, vel alio modo de malè ablatis, redde si tu vis habere gratiam, quam petis & restitue famam illi, quem maculasti inique, & etiam redde honorem sacræ ecclesiæ, quæ non vult quod tu portes verba collo, nec credas istis superstitiosis appensa chartulis, sed vult te credere nomini Iesu, se posse sequi omne magnum miraculum, quia ipse Iesus Christus suo proprio ore nobis id reuelauit, & similiter alij sancti toti mundo cum magnis miraculorum exemplis manifestauerunt: O dæmoniata vetula rugosa, non bonis vetulis dico, sed incantatricibus, & vos ô miseri homines à diabolo excæcati, qui potius credere vultis vni vanæ phantasiæ vnius mulierculæ, & eloquio vnius mimi, & gesticulatoris & circulatoris, quam verbis & orationibus ecclesiæ sanctæ, & verbis Iesu Christi, qui est *via, veritas & vita*. Crede ergo tu ô deuote & fidelis, quod omnis virtus bene operandi inclusa sit in virtuoso nomine Iesu in tantum, vt quemadmodum adoras Iesum in carne, ita tu debes nomẽ Iesu adorare: non dico sculpturam, vel colorem, sed saporem: non signum, sed significatum, quia nomẽ Iesu tibi significat Saluatorem, redemptorem & filium Dei, & ideo laudo, quod quando de fonte baptismatis vos leuatis aliquam creaturam, in cambium aliorum variorum donorum, quæ ex consuetudine dari solent, sub fascia vos largiri debeatis vnum ex istis nominibus Iesu de argentis deauratis magnum, vel paruum secundum facultatem dantis, & recipientis, vt infantulus super se ex deuotione portet:

Satisfactio est facienda vt impetremus postulationẽ.

Ioan. 14.

Susceptores seu patrini infantium largiebantur sub fascia monetam deauratam nominis Iesu.

& non quia sit de argento, vel auro, sed propter virtutem illi sanctissimo nomini insitam. Et puer veniens in dies discretionis possit comprehẽdere deuotionem nominis Iesu, & de illo continue possit recordari ad instar picturarum repræsentantium vobis B. Virginem, vel alios sanctos, quæ picturæ solum fiũt ob memoriam ipsorum sanctorum. Vnde nota quod reperiuntur quatuor species litterarum: vna melior altera. Primæ species sunt litteræ grossæ pro gente rudi, sicut sunt picturæ. Secundariæ pro hominibus mediocribus reperiuntur litteræ mediocres, sicut sunt litteræ scriptæ, & istæ meliores quam primæ litteræ. Tertiæ sunt litteræ vocales repertæ pro illis, qui volunt in actiua propter charitatem se volunt exercere, petendo & conferendo vt remaneant docti, & alios doceant & istæ sunt præstantiores quam aliæ duæ primæ. Quarto & vltimo sunt litteræ mentales à Deo ordinatæ pro illis, qui volunt in contemplationibus semper perseuerare, & ista inter alias est perfecta & excedit alias, quæ aliæ ad istam sunt ordinatæ, & non ista ad alias, & qui potest has vltimas litteras continue habere, non oporteret habere alias, sicut tu habes de S. Ignatio, qui fuit ita meditatiuus, & contemplatiuus nominis Iesu, vt in sua morte cuullo sibi corde repertum fuit in eius corde insignitum nomen Iesu cum litteris aureis, sed quia paucis est concessa talis gratia portandi nomen Iesu continue in corde, conueniens & vtile est quod aliæ species litterarum repertæ fuerint & ipsis diuersimode vtuntur secundum hominum diuersas facultates. Quartum, quo eges, & est tibi necessariũ, vt tibi conferat nomen Iesu, si tu vis gratiam aliquam in eius nomine petere, est quod petas cum firma fide, *quia sine fide impossibile est placere Deo*, secundum Paulum Apostolum. Quintum est necessarium, vt petas gratiam, quæ conferat animæ, quia multoties petimus stulte gratiam, quæ esset omnino contra animam nostram, si Deus illam gratiam concederet, & hinc est quod non exaudit nos Deus talia petendo, quia ipse plus amat animam quam corpus, & ideo dicit Christus illis duobus filiis Zebedæi, qui petebant effici magni in mundo, dicens, nescitis quid petatis, & ideo tu qui vis habere gratiam mediante nomine Iesu, semper pete illam conditionaliter, si bene cedit tibi pro salute animæ tuæ, vel illius pro quo petis. Et vltimate humilia te dicendo, *fiat voluntas tua*. Et si cum istis modis, & conditionibus, quas supra dixi, procedis, sine dubio in nomine Iesu exaudieris. Audi Dauid, qui probat hoc fore verum *Beatus vir, cui spes est nomen Domini, & non respicit vanitatem, nec insanias*, Psal. 39. Et nota hic vnum pulchrum exemplum, ante quam procedam ad vlteriora: quia cum esset vnus deuotus sancti Thomæ, valde eius familiaris in vita, & post mortem S. Thomæ grauiter infirmaretur, audiens miracula quæ faciebat, ex deuotione iuit ad sepulturam ipsius rogando deuotè, quatenus per medium suæ intercessionis liberaretur ab illa infirmitate, & ita obtinuit, & sanatus cum lætitia rediit domum: & sicut Deo placuit, quia erat & ipse de electis ad vitam æternam, considerauit intra se quod non potierat gratiam suæ sospitati cum ista conditione si foret pro meliori animæ suæ, putans forte illam infirmitatem posse proficere sibi ad salutem animæ ex diuina permissione, & ita timens se male petiisse rediit ad sepulchrum beati Thomæ, & veniam postulans si male postulasset, omissa conditione. Et iterum orauit dicens, vt intercederet pro eius sanitate ad Dominum nostrum Iesum Christum, vt sanaretur, & sanus permaneret, si tamen infirmitas illa esset magis sibi vtilis pro salute animæ suæ, vt redeat idem infirmitatis status, in quo prius erat, ita vt conseruaretur in sanitate, vel infirmitate secundũ diuinam voluntatem in eo statu qui esset salubrior animæ suæ, & completa oratione sua subito passus est statum suæ pristinæ infirmitatis, vnde colligere possumus, quod primo ignorauerat petere ex eo quia sanitas erat damnosa animæ suæ, & infirmitas erat sibi vtilis, in

Litterarum quatuor species.

1. Pictura sũt littera.

2.

3.

4.

4. Conditio.

Hebr. 11.

tantum

Digitized by Google

tantum, quod patientia ferendo illam infirmitatem vsque ad mortem, promeruit ire in vitam æternam, & ideo tu qui intelligis, disce postulare gratias à Deo, modo & cum conditione prædictis.

Tertius radius nominis Iesu perfectorum qui dicitur gustus contemplantium.

SEquitur tertius radius, qui pertinet ad prædictos, qui dicitur gustus contemplantium. Et quod sit ita, audi sanctum Bernardum dicentem: aridus est omnis spiritus, nisi hac pinguedine condiatur, loquendo de nomine Iesu. Et Isa. *Nomen Domini, & memoriale tuum desiderium animæ*, scil. perfectorum contemplanti, bene est ergo nomen Iesu gustus contemplantium, qui est tertius radius. Isa. 26.

Quartus radius nominis Iesu qui est gloria perseuerantium.

SEquitur modo videre de quarto radio, qui pertinet tertio statui perfectorum. Et iste quartus radius vocatur gloria perseuerantium, ad quam nemo poterit peruenire, nisi, qui vsque ad mortem cum firma fide & deuotione nominis Iesu perseuerauerit. Vnde Apostolus: Non qui incœperit, sed *qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit*, & scito quod nullus vnquam ibit in vitam æternam, nisi cum isto schemate nominis Iesu inscripto super fronte. Et quod sit verum, vide 14. cap. Ioan. in Apoc. vbi sanctus Ioannes dicit, *Vidi supra montem agnum stantem, & cum eo 144000. omnes habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis*, &c. Et Dauid: *Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum*, quasi dicat Dauid: O Domine, nos recipiemus à te vltimate omnes gloriam, dummodo perseuerauerimus in dilectione nominis tui. Et ideo tu qui futuram gloriam expectas in nomine Iesu, studeas illud nomen taliter imprimere in tua mente, vt in transitu huius vitæ in aliam te associet ad instar Pauli Apostoli, qui ita habuit illum impressum in sua mente, & ita ab eo fuit associatus, vt in vita & in morte continuè habuerit ipsum in ore: Ita vt non legitur aliquis sanctus in ecclesia, qui frequentius nominauerit nomen Iesu, quam fuerit Paulus, & qui maiorem fructum concionando illius prolationis fecerit. Vnde inter alios mirabiles effectus cape duos. Vnum in vita sua, alium in morte. In vita sancti Pauli tu habes, quod ipso prædicante Athenis, vbi vigebat studium, nomen glorioſum Iesu, erat inter alios magnos philosophos Dionysius philosophus valde incredulus, licet eum delectaret audire sanctum Paulum prædicare. Cui sanctus Paulus cum firma fide & deuotione dixit, Dionysi, vade & dic illi infirmo vt surgat in nomine Iesu. Et Dionysius licet esset incredulus, fecit sicut ei dixerat sanctus Paulus: & subito ille infirmus surrexit sospes, quo viso subito Dionysius se conuertit, & scripsit postea factus Christi pugil & fidelis Christianus, vnum librum mirabilem valde de diuinis nominibus, & in morte sancti Pauli tu habes, quod dum iret ad martyrium amore Iesu Christi, ita sæpe corde, & ore nominabat nomen Iesu, quod dum caput fuit separatum à corpore pluries dicebat Iesu, ita vt fecerit tres saltus in terra, & in singulo saltu, singulum fontem aquæ viuentis terra scaturiuit, qui vsque in hodiernum diem apparent. Et sic vides qualiter in deuotione nominis Iesu perseuerando sanctus Paulus promeruit, in vita, & in morte miracula facere, tam in creatura rationali, sicut fuit in Dionysio prius incredulo ad fidem conuerso, & illum infirmum sanando in virtute nominis Iesu, quam etiam in creatura irrationali, sicut fuit in aqua producta de terra in illis tribus fontibus scaturientibus in singulis illis locis, vbi caput S. Pauli prosiluit, solum tactu suo in virtute sanctissimi nominis Iesu, & sic promeruit de hac vita cum nomine Iesu in vitam beatam transire. Vnde merito nomen Iesu est gloria perseuerantium, qui est vltimus radius.

Effectus duo mirabiliter in vita & morte D. Pauli obrecitationem deuotam nominis Iesu.

S. Dionysium adhuc infidelis obediens D. Paulo dixit infirmo in nomine Iesu surge & surrexit.

Dionysius Christianus factus est ob miraculum nominis Iesu.

Feria III. post VI. Dominic. Quadrag.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore pauido tribus constat precipuis partibus.

Prima pars principalis,
Est de tempore preterito.
Secunda pars principalis,
De tempore præsenti.
Tertia pars principalis,
De statu perfectorum.

De amore pauido qui est 3. penna 6. alæ nuncupatæ amor liberalis.

Sermo XLII.

De peccati maledictionibus.

PEccatum meum contra me est semper. Psal. 50. Charissimi, quia scriptum est Rom. 8. quod *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, secundum S. Paulum, quemadmodum in bono stomacho, in quo etiam malus panis, & malus cibus conuertitur in bonam carnem, & bonum sanguinem: Ita econtra, Saccharum comedat serpens venenosus, conuertitur in venenum. Et licet proposuerim dicere hodie de misericordia; quia estis pauci, reseruabo illud pro die Martis futuro, & quia pridie vobis dixi de pulchritudine animæ, recitare censui hodie vobis de ipla anima facta nigerrima propter peccatum, secundum thema propositum, s. *Peccatum meum contra me est semper*. In quo sacro eloquio declarabimus hoc tractando de Amore pauido, quia non erit homo, qui non intelligat, quæ in hoc sermone sum dicturus, & quin paueat considerando gratias animæ attributas, quas perdit propter peccata. Et considera attentè de hoc amore pauido, quia quanto plura peccata habes, tanto plures gratias perdis, & plus anima denigratur. Et nota tria tempora ad huius rei declarationem. Primum est tempus præteritum. Secundum est tempus præsens. Tertium est tempus futurum, hoc est ante mortem, in morte, & post mortem. Psal. 50. Rom. 8.

Quanto plura peccata habemus tanto plures gratias perdimus.

Prima Pars Principalis,

De tempore præterito.

ET capiamus primum tempus. Et nota, quod sunt septem maledictiones peccati. Prima est peccatum animæ vulneratiuum. Secunda est peccatum omnis boni animæ spoliatiuum. Tertia maledictio est peccatum animæ deturpatiuum. Quarta maledictio est peccatum in inferno animæ obligatiuum. Quinta maledictio est peccatum malorum virorum conscientiæ amaricatiuum. Sexta maledictio est peccatum cordis indurativum. Septima maledictio est peccatum ad insensibilitatem cordis inductiuum, & intelliges mirabilia peccata. Cape primam maledictionem, quæ est peccatum animæ vulneratiuum, quia anima percussa peccato mortali est mortua, nisi per medicinam pœnitentiæ veniat ad vitam. Vnde Luc. 5. c. Inquit, *homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho, incidit in latrones, qui etiã spoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto,*

Peccatum 7. Maledictiones habet.

1. Peccati maledictio peccatũ animæ vulneratiuum. Luc. 5.

Digitized by Google

licto, &c. In quibus verbis oſtenduntur tres potentiæ animæ, ſcilicet potentia intellectiua, memoria & voluntas, hoc eſt facultas faciendi bonum, quæ tres potentiæ percutiuntur, cum peccat anima. Vnde cum ipſa anima deſcendit de Hieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis, ſi quando quieſcit in pace, & tranquillitate mentis recedit à pace, quæ eſt ipſe Deus, & vadit in Iericho, quæ interpretatur luna, quæ ſignificat vanitatem, inſtabilitatem, id eſt amorem peccati, & ignorantiam. Vnde anima ſtulta & ignorans deſcendens de Hieruſalém, & viſione pacis diuinæ in Iericho incidit in latrones, ſcilicet diabolos & fures, quia latro *non venit niſi vt furetur & mactet*, & diabolus ſimiliter venit vt animam furetur & mactet ipſam, priuando, & ſpoliando charitate Dei. Nam malus ſperans in Deo faciendo malum decipitur, quia poſtea Chriſtus dicit, *quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem*, &c. & plagis peccatorum animæ impoſitis abiit relicta anima ſemimortua, quia *ſpiritus eſt vadens, & non rediens*: quia quando anima eſt vulnerata per peccatum intellectu, & eſt ſpoliata voluntate bona, & debilitata in facultatibus operandi bonum cadet in ignorantiam, & cæcitatem viæ veritatis, & vadit in Iericho, & perpendendo charitatem incidit in latrones, & ſpoliatur ipſa charitate, adeo quod ipſam non poteſt recuperare ſine Deo. Nam peccator, quantumcunque ſit magnus: licet eius anima ſit mortua in peccato, tamen illud corpus dum habet flatum, poteſt pœnitere & dicitur ſemiuiuere propter animam mortuam propter peccatum, & pœnitendo reuiuiſcit. Nam ſpiritus ex fide viuit, & priuatus gratia ſemiuiuit, & poteſt adhuc pœnitentiam agendo, & exercendo virtutes reuiuiſcere & ſaluari. Secunda maledictio peccati eſt, quia peccatum eſt omnis boni ſpoliatiuum & fugatiuum: quia cum tu peccaſti, omnia bona quæ toto tempore vitæ tuæ feciſti, fugantur & delentur & perduntur: & hoc eſt, quo me multum tremiſcere ſentio. O frater Bernardine, quid facient prædicti peccatores? ex quo tu vides quod ille qui ſemper bene & virtuoſe toto tempore vitæ ſuæ vixerit, in ſolo puncto mortis propter vnum ſolum peccatum mortale damnabitur, hinc eſt, quòd S. Hilarius hoc intelligens factus in agonia dicebat, dum eſſet in puncto mortis: anima mea, quare times, quia non audes exire de fœtido corpore, &c. Et ſunt aliqui peccatores, ita ſecuri, ac nil pauent, ac ſi nunquam aliquid mali fecerint, quia firmamentum poſuiſti ſanctum, formidinem. Vnde duo ſunt firmamenta. Vnum eſt ſanctorum, qui ſemper trepidant: & iſtud eſt ſanctum firmamentum, quia qui plus videt & cognoſcit peccatum, plus trepidat, & plus illud vitat, & magis declinatur ad bonum, & continuè plus confirmatur in bonis operibus, ſicut in habente oculos; & videndo pericula, magis illa vitabit quàm non videns illa. Aliud eſt firmamentum diaboli, quia diſcipuli diaboli nil trepidant. Nam malus quanto plus eſt induratus in prauis operibus & peccatis: tanto magis efficitur ſecurus & magis firmatur in ſuis ſceleribus. Vnde in eo in quo reperies te firmatum, in eo reperies te ſecuratum, quia firmamentum timoris eſt Dei, & firmamentum ſecuritatis eſt dæmonis: & cum peccas, priuaris omnibus bonis, quæ feciſti & gratia Dei, & ſi es timoroſus, ſubito cum ceciderit, leuabis te pœnitendo, & gratiam prædictam recuperabis: ſecus facies, ſi es ſecurus, & nota hic, quod Doctores ponunt differentiam dum facimus bonum in gratia, & facimus malum in culpa, quia illud bonum quod fit in gratia, valet & prodeſt, quia quanto plus boni facis in gratia, plus præmij expectabis in vita præſenti, & in futura, ſed dum facis bonū in culpa, te exiſtente in peccato mortali, quia vadis ad S. Iacobum: illud bonum ſecundum Doct. nil valet tibi ad vitam æternam, ſed bene valet ad duo. Vnum ad bonū temporale, aliud ad bonum ſpirituale. Ad temporale valet, quia prodeſt filiis, & vxori, acquiris amicos, & habebis bona temporalia, & habebis bonas fortunas in ſtipendiis, & lucris in mari, & mercaturis, & ſimilia, ſicut aliqui ſtipendiarij, qui aliqua deuotione, die ieiunant Sabbathi in honorem B. Virginis, defenſant mulieres, ne vituperentur, neque ludunt taxillis, non comburunt domos, nec blaſphemāt: quia nullum bonum irremuneratum, Deus eis dabit præmium in hoc mundo, quia forte multoties poſſent capi & vulnerari, & cuſtodienrur à Deo propter illa bona quæ faciunt. Item poſſunt habere etiam bona ſpiritualia, ſed indirectè & ſecundariò, quemadmodum accidit quandoque in percutiente in murum. Quia lapis ille proiectus in murum reuerberat, & percutit crus alterius, & quandoque ipſius percutientis præter eius propoſitum. Similiter quandoque accidit, quod ſi agis aliqua bona in peccato mortali, Deus tenet cor tuum languidum & molle, vt non induretur taliter quod aliquo caſu, vel legendo, vel audiendo prædicatorem, vel in puncto mortis venit tibi contritio, & ſaluaberis. Sed ſi feciſti bona te exiſtente in peccato mortali, & redis ad gratiam, an recuperas illa bona? dico quod non. Vnde rhythmus.

Sæpe reuiuiſcunt, quæ mortificata fuerunt,
Nunquàm reuiuiſcunt, quæ mortua facta fuerunt.

Sed pone, homo facit bonum, ſed cadens damnabitur, vel econtra: quid erit de illo bono, quod ille fecit? dic ſecundum Doctores quod accidet huic ſicut diuiti decedenti ſiue filiis ab inteſtato. Nam bona ſua transferuntur in proximiorem: ſimiliter euenit damnatis, quia bona quæ fecerunt, veniunt ad proximiores ſuos parentes, ſcilicet ad animas proximioris gradus exiſtentes in gratia, ſicut in viro, qui fuit cauſa quod vxor fecerit aliquod bonum, aliàs non factura, quæ damnatur, quia omnia illa bona diſtribuuntur viro, qui curauit fieri illud bonum, & eſt contra Franciſcum de Mairono dicentem, quod Deus diſtribuit animabus purgatorij illa bona ſecundum earum gratiā. Vnde Ier. 4. *Diſperſi ſunt lapides Sanctuarij*, ad inſtar exulis, cuius bona & domus diſperduntur, & ſubuertuntur, & quilibet rapit, ſic accidit animabus, quia omnis virtus animæ eſt vnus lapis magnus, vel paruus, ſecūdum virtutes magnas, vel paruas, ex quibus fit ædificiū in vita æterna, anima virtuoſa omnes iſtos lapides portat in vitam æternam, & ex eis ædificat ſibi palatium. Et nota, quod iuſtus nunquam moritur niſi completa ſua domo, & tunc reperit ſuam domum ædificatam: ſed cum peccat mortaliter, omnes iſti lapides deperduntur & diſſipantur. Similiter in malis, qui ædificant ſibi gehennā, quia ſemper cum peccas mortaliter, diabolus tibi cuſtodit lapides illius peccati in inferno. Et ibidē, tibi ædificat domum infelicem pœnarum. Vnde tūm nunquā deſiſtas facere bonum, quia etiam ſi nunquam eſſes ſaluandus, ſenties ſaltem minus malum, ad inſtar cancri rodentis patientem, quia ſi ſuperponitur gallina, vel carnes ligantur ſuper illo malo, non vorat carnē patientis. Ita accidit peccatori ponenti bona opera ſuper peccato, quia dabit minores pœnas in inferno, ſi in peccato mortali moritur, & poſtea eſt damnandus. Tertia maledictio, quia peccatum eſt animæ deturpatiuum. Vnde nota hic regulam, quod quanto res eſt perfectior, ſi corrumpitur, tanto magis efficitur putridior, exemplum, ſi vnus magni ſenſus, & boni naturalis peccat, quanto plus ſenſus habet peccando, tanto efficitur peior, & magis diabolicus, quia poſt nubilum peccatorum, venit pluuia pœnarum. Vnde Lucifer, quāto fuit pulchrior & ſapientior aliis ſpiritibus, tāto magis effectus eſt cęteris iurpior & peior aliis ſpiritibus dānatis. Ita accidit animæ, quia quanto eſt nobilior, tāto magis peccando fit peior & turpior, & deteſtabilior. Vnde Ierem. 3. c. *Denigrata ſuper carbones facies* eatū animarum peccatriciū quia tales animæ ſunt priuatæ pulchritudine ſibi à Deo data. Quarta maledictio quia peccatū eſt animæ in inferno obligatiuū. Vnde habes in Gen. 2. quòd Deus dixit Adæ & Euæ, Nolite comedere de hoc fructu: quia quacunque hora comederitis de eo, morte morie

Peccato tres anima facultates percutiuntur.

Ioan. 10.

Matth. 10.

Pſal. 77.

Peccator omnis dū viuit poteſt pœnitere.

Semiuiuus eſt cuius anima peccato mortua.

2. Maledictio peccati.

Peccatū animam omni bono ſpoliat.

Bona facta in peccato m. nō merentur vitam æternā, ſed valēt ad bonum temporale & ſpirituale.

Bona mortificata damnatorum diſtribuuntur animæ proximioru exiſtētiū in gratia.

Ierem. 4.

Virtus quanis eſt lapis pretioſus.

Iuſtus nunquā moritur niſi completa ſua domo.

Peccator ſibi ædificat gehennam.

3. Maledictio. Peccatum anima deturpatiuum. Res quo perfectior eo deterior in ſui corruptione. Lucifer quāto pulchrior & ſapiētior, tanto turpior & peior.

4. Maledictio. Peccatum in inferno obligatiuum. Gen. 2.

Digitized by Google

Psal.54. & postea de morte spirituali scilicet animæ, quia *viri sanguines & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Quinta maledictio est peccatum conscientiæ malorum amaricatiuum, nonne percipitis, quia mali incipiunt ex hoc mundo esse in inferno, quia licet illis conscientia non remordeat, tamen est in peccatis & amaritudine quia nunquam reperies vsurarium, vel peccatorem habentem vnicam horam quietam, & tranquillam in hoc mundo, quia comedendo roduntur. Vnde si bene consideras, boni & serui Dei semper stant læti & iucundi: siue bene habeant, siue male, & mali semper sunt mœsti, quantumcunque accumulent ista caduca quia secundum S. Paulum, *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, & conscientia semper rodit malos, licet extrinsecus ab aliis videatur oppositum, & ad propositum potest dari tale exẽplum. Pone quod sunt duæ dominæ, quarum vna est in continua tribulatione, & habet vnum felem valde pinguem, & morbidum & ludentem per domum: sed ipsa domina & tota familia semper stat in rancore & tribulatione. Altera vero domina semper cum tota eius familia stat in continuo gaudio & lætitia, sed habet vnum felem valde macrum & tristem. Modo si intrares domum illius dominæ mœstæ, & videres illum suum felem pinguem, ludentem & lætum & ex illo fele velles arguere quod ipsa domina & tota eius familia esset similiter læta & iucunda, sicut eius felis, nonne errares? Similiter si intrares domum illius dominæ lætæ, & velles arguere ipsam fore mœstam ex eo, quia videres eius felem fore macrum & tristem, tu certe decipereris, sic est in proposito, nam si conscientia sit nitens & libera, licet corpus sit anxiatum, tamen anima semper stat læta & iocunda ad instar Sancti Laurentij, cuius licet corpus super craticula combureretur, tamen eius anima erat læta expectans coronam gloriæ sempiternæ: nam martyres ibant ad martyrium gaudentes in conspectu concilij, sed mali & vsurarij, licèt habeant denarios & regnum, semper sunt in continuo bello, & semper amaritudine replentur ab eorum conscientia. Vide ergo anima, quantum malum est relinquere Deũ, & adhærere diabolo, quia incipis cruciari in hoc mundo & sentire infernum antequàm moriaris. Sexta maledictio est peccatum cordis indurativum adinstar chrystalli, nam flauit Aquilo, & indurauit: quia propter peccata induratur cor nostrum, sicut aqua quæ flante Aquilone induratur adeo, vt conuertatur in crystallum. Vnde Iob. 41. *Indurabitur cor eius, quasi lapis*, & quando cor est induratum, tunc in fine male se habebit, quia non poterit mulceri & morietur in perditione. Septima maledictio est, quia peccatum est inductiuum cordis ad insensibilitatem ad instar cadentium ex morbo caduco, quia efficiuntur insensati & memoria hebetatur in illis. Ita accidit in peccatoribus, qui sæpe cadunt, quia sæpe cadendo anima ita est in luto peccati, quòd non perpendunt, & nunquàm putant, nec considerant quicquam de peccatis, & efficiuntur insensibiles qui nunquàm matureicunt, neque curant de fama, neque de Deo, neque de proximo, dummodo accumulent & efficiantur bestiales, quia qui brutaliter viuit, brutus efficitur, & est similis bestiis, sequendo tantum sensualia, & efficiuntur tales sicut asini: quia si tu habes vnum asinum & diceres, asine tu non vadis per bonam viam, quia intrabis nemora, & lupi te vorabunt: flecte ad dextram, quia bene ibis: certe asellus te non audiet, & recto tramite sequetur iter suum inceptum per arbusta, & nemora, & lupi vorabunt eum. Ita isti sunt peccatores indurati, effecti animales: quia licet audiant prædicatores euangelizantes de gaudiis paradisi & pœnis inferni, & de gratiis animæ attributis: tamen nihil percipiunt, nec aduertunt, & æquiparantur canibus inutilibus, quos Dominus præcipit famulis ligare & portare ad flumen, vt necentur, quia canes ipsi dimittunt ligari sibi molam ad collum & pedes, & postea proiiciuntur in flumen, & nunquam aduertunt nisi quando sentiunt se proiectos in aquam submergi & necari. Ita accidit in peccatore indurato, quia expedit, vt tandem suspendatur eius collo lapis molaris, & mergatur in profundum: quia secundum sanctum Augustinum impossibile est peccatorem bene mori, ô tu vsurari, & ô tu mulier à diabolo fascinata & vos excæcati in duritie pecatorum, audientes & non ad mea verba aduertentes, facti insensibiles & brutales, nisi corrigamini & emendetis vitam vestram, moriemini in peccatis vestris & diabolus transferet vos ad habitaculum suum. Intellexistis inquam suprascriptas septem maledictiones peccati.

Rom.8.

Exemplum.

Comparatio.

Et sic succedentes, videatis modo alias septem maledictiones. Prima maledictio, quia peccatum est animæ occisiuum. Secunda maledictio, quia vnum peccatum est alterius attractiuum. Tertia maledictio est, quia peccatum est inferno similatiuum. Quarta maledictio est, quia peccatum est innocentiæ irrecuperatiuum. Quinta maledictio est, quia peccatum est pœnæ temporalis obligatiuum. Sexta maledictio est, quia peccatum est temporis perditiuum. Quia si scires & intelligeres, quod bona tua perdis propter peccatum, subito, dum tu peccas, adires confessorem, & ageres pœnitentiam, quia dum es in peccato, totum tempus est perditum, quia quicquid boni facis, est perditum, quantum ad saluationem animæ, vnde iuxta sententiam Ezechiel. 7. cap. nunquam redit quod vendidit. Ideoque si vendis tẽpus tibi datum à Deo ad vendicandum paradisum diabolo, tu nunquam illud poteris recuperare. Septima maledictio, quia peccatum est debilitatiuum, quia debilitauit hominem ad resistendum peccatis ad instar Samsonis fortissimi, qui habebat fœminam nomine Dalilam, quam Philistæi inimici Samsonis induxerunt vt sciret ab eo in quo consisteret vis eius fortitudinis, & perderet eum qui primo dixit, quia si ligaretur cum certis herbis nihil posset aduersus inimicos suos, & dato ordine dum dormiret & ligasset eum cum illis herbis, & superuenissent Philistæi, dixit, surge cito, quia hic sunt inimici tui, qui ruptis vinculis herbarum exurgens fugauit illos cum cæde multorum. Secundo dum Dalila instaret vt sciret, in quo consisteret fortitudo eius, inquit quòd si ligaretur cum funibus nouis, non posset se iuuare; quod cum fecisset superuenientibus Philistæis excitatus ruptis vinculis iterum fugauit eos. Tertio iterum volens scire quid posset obstare fortitudini suæ dixit, quod si ligaretur fune capillorum in terra affixo cum clauo nouo non possum præualere inimicis meis, vnde Dalila dato ordine ipsum ligauit fune capillorum cum clauo in terra affixo, & superuenientibus hostibus rupto ligamine vinctus est dissolutus, & inimicos fugauit. Quarto dum Samson vellet dormire super gremio suæ Dalilæ, ipsa conquerebatur dicens nequaquam me diligis quia non vis mihi aperire inquilus resideant vires tuæ, & in tantum profecit vt Samson ei dixerit vires habere in capillis. Et dato ordine cum suis inimicis, dum Samson male cautus dormiret in gremio Dalilæ, ipsa totondit eum, tonsus captus fuit à suis inimicis, & orbatus positus fuit ad molendum loco vnius aselli. Nam Dalila significat sitim & desiderium mundanæ delectationis, & anima consentiendo sibi, alligatur primo desidero cupiditatis, secundo ligatur funi peccatorum operando peccata nunquam prius facta: deinde tonsis capillis, scilicet illuminatione mentis & veritatis: quia capillus significat illuminationem clari intellectus, eleuatur ab anima omnis cogitatio boni, & cogitatio veri, & tunc perdit vim, quia non potest resistere peccatis: excæcatur à Philistæis inimicis suis, scilicet à diabolis, quia non videt viam veritatis, & cadit in ignorantiam, ponitur ad molendum loco asini, id est bestia factus

1. Alia maledictiones peccati.

Exech.7.

Iud.16.

Dalila significat sitim delectationis

Psal.54. 6. Maledictio Peccatum malorũ amaricatiuum.

6. Maledictio peccatũ cordis indurativum.

Iob.41.

7. Maledictio peccatũ cordis inductiuũ ad insensibilitatem.

Digitized by Google

ctus vehitur ad supplicium. Et habes quatuordecim maledictiones peccati, in quas incurrit homo viuendo.

Secvnda Pars Principalis,

De tempore præsenti.

Peccatores morientes septẽ habẽt dolores. Psal. 115.

SEquitur secundum tempus, scilicet præsens tempus mortis, in quo videamus modo dolores, quos inducit peccatum animæ moriendo. Et nota, quòd sunt septem dolores peccatorum morientium: quia sicut iustis *mors est pretiosa in conspectu Domini*, ita est pessima peccatoribus: vnde si modò non mihi credis, tu experieris. Primus dolor est, quia videt se priuari omnibus delectationibus, quas habere potest in hoc mundo: quia quanto est maior peccator, tanto magis amat omnia transitoria: sed iustorum conuersatio est in cœlis: quia *vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum*, & S. Paulus dicit, *nostra autem conuersatio in cœlis est*, sic est in auro, quia si de duobus millibus ducatis perdit mille, ipse suspendit se, sicut actualiter fuit Paduæ: quia tempore quo prædicabam, dicit frater Bernardinus, quidam propter vnam sententiam contra se latam de ducentis libris pro vna fideiussione, quam fecerat, se suspendit, & repertæ fuerunt sibi in capsa vltra quingentas libras, & sic accidit in multis, qui multoties se suspendunt propter amissionem partis bonorum suorum, & tamen licet priuentur illis bonis sibi remanent alia bona & filij, & vxores etiam possunt adhuc lucrari de aliis bonis: & si priuantur filiis & vxoribus non se surpendunt, & propter auaritiam sic.

Luc. 16. Item si priuantur filiis remanent adhuc vxores, bona & amici: sed priuando se vita, priuantur omnibus quibuscunque rebus. Considera ergo tu, ô auare, qui cumulare non cessas, cum quanto dolore oportebit te relinquere omnia bona tua, & nescis forte cui tu accumulas, quia hæres tuus gaudebit, & tu ibis ad reddendam rationem villicationis tuæ, vbi nunquam habebis aliquam delectationem, sed sempiternum dolorem. Secundus dolor est, quia peccatores & auari ante mortem vident se priuari bonis, quibus tantum gaudebant & delectabantur, ad instar illius diuitis, qui mortuus fuit intestatus, à quo nepotes traxerunt caligas coccineas, quas medici iusserant tibiis apponi propter infirmitatem, & diabolus eripuit eius animam, vt supra dixi de diuite Lazari. Item semel in quadam ciuitate vidi quod filius deseruit patrem, qui erat vsurarius: & vnus alius filius, quẽ ille vsurarius habebat, mortuus est: & dum infirmaretur, proximi & affines intrauerunt & expulerunt vxorem domo, & clausa porta consilium dederunt testamentum condere ad eorum voluntatem, & ipso crepante, & vidente eos transferre de domo omnes suos denarios, & eo inuito mortuus est desperatus, & parentes quos odio prosequebatur, habuerunt omnia eius bona, & diabolus habuit eius animam. Similiter fuit quidam, quem cognouistis, si nominaretur vobis, valde diues & plenus denariis, qui dum esset lethaliter infirmatus, vxor & parentes hortabantur vt confiteretur, & non erat locus in eius anima confessioni: vocauit filium dicens, aperi capsam meam, & porta mihi denarios intus existentes: quibus allatis iussit ipsos poni in vno catino, & incœpit clamare & suspirare dicendo, heu mihi denarij mei, debeo vos ita deserere, & capiens plenis manibus ponebat ipsos ad vultum & ad pectus, & cum lacrymis se voluens suspirando clamauit, & diabolus eius animam de corpore attraxit & noluit confiteri, nec sacramenta capere. Similiter in alia ciuitate in Italia, quidam qui fuerat semper magnus vsurarius, habebat pulchriorem domum illius ciuitatis, & pulchros equos, & argentarias, & denarios infinitos, & pulcherrimam dominam. Ad quem Deus misit vnam phreneſim, & non fuit recordatus Dei, neque animæ, & vsque eo peruenit quod medici dixerunt, vt illi darent quicquid vellet: vnde vsurarius ipse videns se moriturum incœpit blasphemare Deum & Sanctos: dicens, modo quod accumulaueram vt gauderem, ego debeo mori, &c. iussit se deferri in locum, vbi poterat videre equos & vxorem: & filios, & coram se accersiuit vxorem & filios, equos suos & omnes denarios, iocalia, vestes pretiosas, & argentarias, & respiciens omnia blasphemando Deum, exclamando diabolum, capiebat argentarias dentibus, & flendo dæmonem inuocando & blasphemando in rabiem versus animam expirando, diabolo condonauit, & filiis mortuis vxor dilapidauit, in lasciuiis, & vidi ipsam magnum prostibulum: vnde multoties isti auari cum magno dolore vident se priuari bonis suis. *3. Dolor.* Tertius dolor est, quod malus quando moritur, efficitur horribilis, sicut diabolus: vnde quando euenit punctus mortis, Deus immittit tractus mortis, vt videatur corpus stimulare animam, quod nullus vestrum poterit euitare, neque effugere, quin hoc probet, est tanta vnio materialis inter corpus & animam: quia anima est vbique tota, in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, quia anima videns se priuari corpore, omnes nerui & ossa & pulpæ & medullæ corporis stimulant animam cum tanto terrore, quòd nullus exprimeret nisi experiretur quod qui male vixit vltra illum dolorem considerat, & sibi repræsentat coram omnia sua mala opera & pœnas infernales imminentes: vnde moriendo extẽdit pedes, & voluit oculos, extenuat membra, torquet ora, & dolor mortis æternæ circundat eum, & efficitur turpis sicut diabolus: vnde Dauid in persona illius tristis animæ dicit, *Circundederunt me dolores mortis & pericula inferni inuenerunt me.* *Psal. 17. & 114.* Sed iustus cogitat bona, quæ facit & habet spem salutis, & considerat qnod transit de morte ad vitam, quia nullus confisus in Domino derelictus est: & istius felix anima vna cum Hieronymo dicit, anima mea liquefacta est vt inuenire possim dilectum meum, quem in mundo quæsiui & non inuentum ostende Domine lumen tuum, illumina nunc me, vt nunquam amplius *obdormiam in morte*, & sic in Domino morirur, cupiens *dissolui, & esse cum Christo.* *Psal. 12. Philip. 1. 4. Dolor.* Quartus dolor est, quia ante quam separetur anima mali à corpore, diabolus illi ostendit omnia mala, quæ vnquam fecit reuelando ei omnia peccata & pudenda sua, & dat videre, quod est damnatus: nam mors animæ est horribilior quàm sit mors corporis: vnde modo tu potes considerare quantum peccatum sit horribile: vnde Dauid loquens de ista anima dixit, *Psal. 17.* *Torrentes iniquitatis turbauerunt me.* Torrens est quasi terrens mentem. Ita euenit animæ in isto quarto gradu, quia spiritus speculatur & videt se ruiturum in istũ torrentem infernalem & omne peccatum de se est vnus torrens, qui torquet ipsam animam infœlicem in inferno. *5. Dolor.* Quintus dolor, quia in illo puncto transitus reuelatur ipsi animæ quanta iniquitas est peccatum, & quanta pœna datur animæ propter peccatum, & aperiuntur illi cataractæ inferni, & iam videt ipsas pœnas per intelligentiam antequam per experientiam: *Psal. 17. & 114.* vnde merito dicit Propheta Regius *dolores mortis circundederunt me, & pericula inferni inuenerunt me.* *Sextus dolor. Moriens videt Dominũ Iesum Christum & dæmones.* Sextus dolor, Dolor est, quia in extremo puncto mortis aspiciet visibiliter dæmones. Et similiter videtur Dominus noster Iesus Christus, quia nullus moritur, quin videat Dominum nostrum Iesum Christum, & dæmones: quia si est malus, diaboli veniunt iubilando, & Christus apparet iratus & rigorosus contra peccatores, & diaboli stant parati cum gaudio ad arripiendam illam animam dolorosam: sed bonis Christus apparet mitis & benignus brachiis apertis paratus recipere & amplecti eius animam beatam: vnde Propheta dicit, videbit eũ omnis oculus bonus & malus: & qui pupugit

4. Dolor.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Digitized by Google

Matt. 8. & 22. & 25. 7. Dolor.

git eum gladio peccati mortalis audiet FiliumDei dicentem, *proiicite eum in tenebras exteriores*: Septimus dolor est, quia quando anima est spirata à corpore peccatoris, & rapta in manibus diaboli, dicit cum Propheta, Inimici eius apprehenderunt eam in angustiis eius.

Tertia Pars Principalis,

Quæ est de tempore futuro.

TErtium est tempus futurum post mortem: quia si bene fecerimus, debemus sperare gaudia paradisi: Si malè, certum est nos acerbissimas sed quod acerbius est æternas passuros pœnas nisi in hoc mundo fecerimus dignam pœnitentiam. Operemini itaque bona, quibus mediantibus possitis consequi vitam æternam, quam nobis concedere dignetur omnipotens Deus, qui est vita viuorum & resurrectio mortuorum, Amen.

FERIA IV. POST IV. DOminicam Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone

Hic Sermo, qui est de amore sanatiuo agit de memoria mirabilium Dei id est de Sanctissimo & Sacratissimo Eucharistiæ Sacramento, & tria complectitur mysteria; sed de duobus partibus duabus verba habentur, de tertio sequenti sermone.

Prima pars principalis.

Qualiter Eucharistiæ Sacramentum est memoriale respectu memoriæ.

Secunda pars principalis.

Quomodo mirabile respectu intellectus.

DE AMORE SANATIVO

Qui est 4. penna 6. alæ vocatæ amor liberalis.

Sermo XLIII.

De Augustissimo ac mirabili Eucharistiæ Sacramento.

MEMORIAM *fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* Psal. 110. Hodie tractare intendimus de quarta Ala scilicet de amore sanatiuo. Et dicemus. Quæ sunt mirabilia Dei, quibus dedit se in escam timentibus se. Et ista prædicatio & crastina sunt maturatio fructuum omnium concionum, quas inseruimus & seminauimus in ista Quadragesima: quia ante Quadragesimam incœpimus arare cordium vestrorum terram, & in hac Quadragesima inseruimus & seminauimus: nunc vero instat tempus metendi, quia metemus panem Angelorum: vnde Christus volens ostendere suam immensam potentiam, largitatem, misericordiam & charitatem; volens recedere de præsenti vita, dedit se mãducandum suis discipulis, & per ipsos omnibus Sacerdotibus, vt suum sacratissimum corpus possent in eius perpetuam memoriam sacrificare, & fideliter capere, & vobis aliis communicare, sine quo cibo nullus posset, saluari: qui cibus in vetri testamento fuit præfiguratus & monstratus multis signis, sicut apparet in illo lapide à Moyse percusso, ex quo exiuit aqua, & saturauit populum sitientem, ad significandum quod in isto sacramento corporis Christi petra est Christus, quia illo sacramento corporis Christi emisso ex ista petra, quæ est Christus, omnis anima sitiens contrita & deuota potest saluari. Similiter potest hoc sacramentum assimilari diuino mannæ, de quo cras prolixiori sermone dicemus, & non sufficit solum quod sit demonstratum signis, sed etiam fuit figuratum in sacrificio oblationis sacerdotis Melchisedech in pane & vino, ad denotandum quod hoc verum sacramentum corporis Christi debebat fieri in pane & vino: simile etiam omnibus aliis sacrificiis veteris testamenti fuit annunciatum, quod omnia sacrificia facta & oblata à populo Dei præfigurabant hoc sacrificium corporis Christi, quod sacrificium sacrificiorum: & vide, quia victimæ vitulorum, hircorum, columbarum & aliorum sacrificiorum, quæ fiebant tunc, habent mysterium ad hoc sacrificium sanctissimum significandum actibus & signis demonstratum, & sacrificiis antiquæ legis prophetizatum, de quo sacramento Dauid singulariter & specifice vltra alios in sermone nostro proposito denotauit dicens, *Memoriam fecit Deus mirabilium suorum*, &c. iuxta illud, *mirabilia sunt opera tua Deus*, quia tale sacrificium est tantum miraculosum ad demonstrandum quod lingua humana non possit ad plenum exprimere, & mens stupet gustando: & est mirabile in contemplando suam immensam charitatem nobis communicatam in tanto sacrificio, cuius memoriam nobis reliquit, quæ omnia includuntur in proposito versu. Cuius versus eloquium suspendit mentem nostram ad tres contemplationes, quæ consistunt in tribus mysteriis, quæ sunt in ipso sacramenti alloquio. Primum mysterium contemplationis huius sacramenti corporis Christi, est memoriale. Secundum est admirabile. Tertium mysterium est desiderabile, secundum quod habemus tres potentias in anima nostra. Prima potentia animæ est memoria ad recolendum. Secunda est voluntas, in qua delectamur. Tertia est intelligentia, per quam cognoscimus, desideramus, & intelligimus. Quæ tres potentiæ animæ fuerunt deformatæ in nobis propter fructum veritum, quem comedit Adam, contra præceptum Dei: & primo fuit deformata memoria, non memorando tunc de Deo. Similiter intellectus Adæ tunc fuit cæcatus & repletus ignorantia & tenebris. Similiter nostra voluntas, quæ tunc subiacebat tantum rationi, & erat conformis voluntati Dei, fuit propter illud peccatum priuata charitate & deformata & supposita carnalibus desideriis, iuxta sententiam sancti Pauli dicentis: Et video in carne mea aliam legem, quæ resistit menti meæ, quia non possum dirigere mentem meam ad Deum propter deformationem memoriæ, intellectus & voluntatis, quia lex carnis est torpere, dormire, stare in continuis ludis & delectationibus corporis: lex vero spiritus est esse promptum ad vigilias, orationes, ieiunia & pugnare aduersus carnem, quia *spiritus promptus est, caro vero infirma & spiritus aduersus carnem, caro vero aduersus spiritum*, &c. vnde in hoc sacratissimo sacramento ex spirituali cibo Deus ordinauit quòd memoria iam deformata reformaretur ad recolendum Deum communicando eius sacratum corpus *in memoriam*. Item ordinauit ipse Deus vnum cibum mirabilem intelligentiæ ad reformandum ipsam intelligentiam, id est *mirabilium suorum misericors & miserator Dominus*: & ad reformandam voluntatem tepidam factam promptam in delectatione sumendo corpus Christi cum amore & timore *in escam dedit timentibus se*: Et dicam hodie de duabus partibus principalibus. Tertiam partem reseruabo ad diem crastinam. Ex quibus reformationibus mentis postea venit reformatio corporis. Et nota quòd hodie volo procedere alio modo, quàm soleat facere communis

Exod. 17.

Eucharistia sacrificiorum sacrificium.

Eucharistiæ memoria mirabiliũ Dei.

Rom. 7.

Matth. 26. Matth. 14.

Gal. 5.

Digitized by Google

munis mos hominum quia primo ponunt bonum vinum; sed volo tenere contrarium, quia volo seruare meliorem partem in vltimis pro intelligentibus, quia res diuinæ procedunt contrario modo quam mundanæ, quia semper vadunt crescendo de bono in melius, & finiunt in gloria, & mundus finit in luctu & tristitia.

Prima Pars Principalis,

Qualiter Eucharistiæ Sacramentum est memoriale respectu memoriæ.

Eucharistia est triū memoriarum memoriale. 1. Memoria dilectionis infinitæ.

VNde primo considerabimus, qualiter est memoriale: vnde nota, quod tres memorias voluit Dominus noster Iesus Christus relinquere nobis. Primam suæ infinitæ dilectionis. Secundam nostræ mirabilis transformationis. Tertiam suæ acerbæ passionis, & sic habemus principium, medium, & finem. Tolle primam, scilicet suæ mirabilis & infinitæ dilectionis. Et ideo Christus reliquit suum corpus gloriosum, vt sacrificaretur in terra, vt cognosceretur sua immensa charitas, quam circa nos habuit ad instar vnius amantis, quia subit omnem laborem pro re, quam amat: quia si amat scientiam, vel aliam rem magnam operatur, & subit multos labores, vt consequatur id quod amat. Similiter tu vides in amore inordinato mulierū, quia qui amat illam, multa pericula subit, & magna facit: vnde Gregorius dicit, operatur amor magna, si est: si nō est, nō operatur. Ita voluit facere Dominus noster Iesus Christus, qui voluit ostendere quanto amore dilexit humanum genus, quia quamquam fuisset cruci affixus propter nos & humanam naturam, & Iudæi persecuti fuissent ipsum: tamen voluit ostendere charitatem nobis, & reddere pro malo bonum, quia si quis pater contumelia afficeretur à filio & nihilominus pater amore eum prosequeretur, & subiret pœnas, opprobria, iniurias & mortem pro ipso filio, nonne esset signum in patre feruidæ charitatis erga filium? Sic itaque Dominus noster Iesus Christus, plures sustulit iniurias, & fuit paratus suspendi propter humanam naturam: vnde de eo dixit Ioan. 13. *cum dilexisset suos,* qui in mundo erant præsentes, vel qui venturi erant *vsque in finem,* præcepit omni Christiano, quòd comederet ipsum in eius commemoratione dicendo, *comedite, quia hoc est corpus meum: quoties ergo comederitis meam carnem, & biberitis meum sanguinem, mortem Domini annunciabitis, donec veniat:* vt possimus comprehendere suum immensum huius charitatis diuinæ amorem,

Ioan. 13.

Matth. 26. 1. Cor. 11.

2. Memoria transformationis nostræ.

Secunda memoria nostræ trāsformationis est, si amauit nos, debemus amare ipsum, quia si vis amari, ama, ne simus ingrati, quia magna ingratitudo est amantem non amare, & hæc est secunda memoria, vt quæramus vniri Deo: & docet nos amare ita Deum, quod nostra anima transformetur in ipsum: vnde Hugo de S. Victore dicit, quod amor transformat amantem in amatum: vnde in rima dicitur, &c. Vnde anima trāsformatur in id, quod amat, fumus transformatur in fumum, si amat carnem vel denarios, &c efficitur id quod amat: si amat Deum, transformatur in Deum: vnde Augustinus dicit, qui adhæret Deo: vnus spiritus est, quia si ponis ceram iuxta ignem, liquefiet: & si ipsam ponis in igne, efficitur ignis. Ita accidit animæ, quia si appropinquat Deo, calefit amore diuino: & si amat ipsum cordialiter, non propter naturam, sed per gratiam vnitur Deo, & transformatur in ipsum per vnionem: vnde S. Paulus transformatus in Deum, raptus & eleuatus inquit, *siue in corpore, an extra corpus nescio, Deus scit:* & ipsemet nesciebat, qui erat in ipsum Deum transformatus: vnde Dauid: *ego dixi, Dij estis & filij Dei* participatiue, & ideo Christus voluit 5. sacramenta relinquere mundo, vt anima nostra amet Deum, se transformando in ipsum per medium istius sacramenti, quia nil est tam conforme in præsenti vita ad transformandum se in Christum, quam hoc sacramentum, & reperti sæpe nostris temporibus sunt multi, sicut Ioan. de Lauernia, & alij qui communicando Corpus Domini in extasim ascenderunt propter transformationem in Deum: & quod hoc sit verum & credibile, scito quod sicut substantia panis tranformatur in substantiam corporis Christi: ita anima nostra transformatur in Deum. Et quando Deus fecit hominem ad imaginem suam, non propterea homo erat vnitus Deo, dato quod haberet intellectum ad cognoscendum, & memoriam ad memorandum Deum, & voluntatem, qua posset amare & contemplari Deum, quia ante hoc sacramentum nunquam fuit demonstrata transformatio animæ in Deum, nisi nunc: quia tempore creationis Adæ non transformauit eum in Deum isto modo, licet haberet corpus ita nobile: & licet vniuersa suppositorat illi & fecerit illum Dominum mundi, tamen non erat vnitus Deo: Et licet dedit ad tuam custodiam Angelos, non propterea erat vnitus ipsi, & quando assumpsit carnem humanam, non tamen quælibet particularis creatura erat vnita Deo: & dato quod foret noster pater, noster frater, noster dux, noster corrector, & præceptor, nihilominus nunquam fuit vnitus nobis: sed ad faciendam talem vnionem, voluit se dare manducandum nobis, & sic nos comedentes ipsum transformamur in Deum, & non Deus transformatur in nos, & licet cibus corporalis efficiatur caro, non tamen est sic in isto cibo sacramentali, imo & ipsum comedendo efficimur cibus Dei, & subito transformamur in Deum, & efficimur corpus & sanguis Christi. Sed quando tu comedis panem, vel carnes: causa quia conuertitur in tuam carnem, est quia virtus potentiæ tui stomachi naturaliter conuertit minus potens scilicet, cibum in eius carnem: sed in hac transformatione animæ in Deum potentior est Deus, quam homo, & ideo homo comedendo ipsum conuertitur in Deum, tanquam in potentiorem & non est contra, quia ipse est creator & homo creatura, & ideo conuenientius est, quod maior potentia in se conuertat minorem potentiam. quam contra: vnde de hoc loquens Aug. dicit, Crede, & manducasti, & non mutabor ego in te, sed tu in me. Et multi Confessores capientes corticem verborum, credentes quod per ly manducasti, sufficiat solum credere, quia credendo perinde sit ac si manducassent mentiuntur, quia omnis persona, quæ habet discretionem, debet manducare corpus Christi saltem semel in anno sub pœna peccati mortalis, vt in cap. omnis vtriusque sexus, de pœni. & re. & nisi cures etiam infantes tuos si est fœmina, cum est 12. anno. si masculus, cum est 14. anno sumere corpus Christi omni anno, tu peccas, nec potes digne capere tu Christi corpus: vnde Aug dicit quod talis cibus transformat aberrantem in se, & non è conuerso. Exemplum, si proiicis vnam guttam aquæ in fornacem ardentem, intensus calor illius fornacis, subito consumendo illam guttulam transformabit illam in se, & absorbebit in se debilitatem illius guttulæ: similiter corpus Christi est tantæ virtutis, tanti vigoris vt sit fornax ignis diuini amoris, in quo qui intrat, non consumitur, sed consolatur & delectatur, sicut Daniel. cum suis sociis fecit, & non transformatur, sed transformat, & habes duas memorias: vnam dilectionis, aliam tranformationis.

Eucharistia Sacramentū animam in Deum transformat.

Eucharistia fornax diuini amoris. Dani. 3.

Tertia memoria est suæ acerbæ passionis, vt semper recordemur suæ passionis. Et ideo fuit ordinatum & formatum in formam passionis: vnde Luc. 20. cap. & Paulus 1. Cor. 11 dicunt, *quoties hunc panem comederitis, & sanguinem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat,* quasi dicat, tantum vos, ô Christiani amaui, quòd in cruce me consummaui: vitam occidendo propter

Eucharistia sacramentū est memoriale passionis Domini. Luc. 20. 1. Cor. 11.

1. Cor. 12.

Psal. 88.

Digitized by Google

propter vitam vestram. Item Paulus ideo dicit *hoc facite in meam commemorationem*, quasi non sufficeret tantum semel mortuũ fuisse pro nobis: sed vult, quòd omni die fiat commemoratio suæ passionis per quemlibet presbyterum cum gratia, gratitudine & delectatione. Prima eius mors fuit in cruce per contrariũ, quia facta fuit cũ odio & liuore, & quia quotidie peccamus, ideo voluit nobis quotidianum cibum vitæ relinquere, ad denotandum quòd sicut per mortem Christi fuimus redempti, ita per eius passionis memoriam quam facimus mediante hoc sacrificio corporis Christi sanemur à peccatis, & resurgamus ad vitã animæ, & da tur quotidie, vt sustẽtemur & fortificemur in fide. Ideo fit quotidie ab Ecclesia, & sic vidisti medium, & causam quare fuit ordinatũ. Vide tertium, qualiter est formatum, quia primo hostia fit ex adipe frumenti infra duo ferra calida & ignita; & vinum, quo sacrificatur sanguis Christi, est purum & clarum, & vides quòd illa duo ferra ignita sunt certæ figuræ: sed à principio Ecclesiæ ponebatur ab vno latere hostiæ solum nomen Iesu, ab alio latere nihil est, & est azyma, quod significat sinceritatem & purgationem, iuxta illud, *Expurgate vetus fermentũ*, quia *peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius*. Item duo ferra significant duo: vnum significat iram & odium Iudæorum: & ignitum significat odium Pharisæorum. Aliud ferrum significat amorem & charitatem Christi. Et intra ista duo ferra fuit scriptũ corpus Christi à latere Iudæorum & scribarum remansit sculptura & signa iræ cum toto corpore afflicto, quia odium & liuor Iudæorum & scribarum suspendit Christum in cruce & occidit, quia in hostia à latere ipsorum Iudæorum remanserunt vulnera, passi Christi & flagella corporis Christi & oculi liuidi, à latere scribarum. Sed ex latere Christi nihil remanet. Ideo in cruce clamauit dicens, *Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt*: & hoc quantum ad sacerdotiũ: sed quantum ad passionem Christi presbyter frangit hostiam in tres partes: duas partes ponit super patena, tertiam partem ponit in calice: frangere hostiam significat verbera & flagella corporis Christi & passionis suæ, quæ habuit in vita suà, & orationes significant murmurationes contra ipsum factas vsque ad mortem, dum dicebant Iudæi, *vah qui destruis templum Dei, & post triduum reædificas illud*. Et deinde venter & stomachus Sacerdotis, qui recipit ipsum corpus Christi comestum, significat sepulturam Christi, in qua positus fuit post eius mortem.

Passionis cõmemoratio fieri debet quotidie per presbyterũ cũ gratia, gratitudine & delectatione.

1. Cor. 8. Isa 53. & 1. Petr. 2.

Luc. 22.

Matt. 25.

Secvnda Pars Principalis,

Quomodo mirabile respectu intellectus.

Secunda pars principalis prædicationis, in qua est secunda contemplatio reformatiua intellectus: vbi apparent suæ sapientiæ mirabilia in institutione, sua immensa potentia apparet in transsubstatiatione. & sua clementia apparet, in cõmunione & assumptione: quia scilicet principium, medium, & finis. Principium, quia *in principio erat verbum*, infinite potens, & sic mediũ, quia *omnia per ipsum facta sunt, Alpha & Omega, principium & finis*. Ad primum huius sacramenti corporis Christi ostendi tibi per tres causas, quia eius mirabilis sapientia voluit illud fore nobis celatum & velatũ, quia post eius consecrationem, & institutionem tu nõ vides aliud quàm panem: nec adoras, nisi panes. Prima ratio fuit, quia in hoc apparet multo plus profundissima eius sapientia, quàm si mutaretur aliter. Secunda in faciendo tale, & tam altum sacramentum. Tertia ratio, quia apparet adhuc profundissima eius ineffabilis sapiẽtia, quòd dederit seipsum nobis in cibum, & habet in se mirabilissimum stuporem ista tertia causa, in qua incipiamus primo, quia videtur magis stupendũ quod dederit se nobis in escam. Et sunt tres causæ, quare dedit se comedendum nobis. Prima propter nostram corruptionem. Secunda propter nostam defectionem. Tertia propter nostram conditionẽ. Dico, prima causa fuit propter nostram corruptionem, quia Adam comedit de fructu vetito & de ligno mortis, & nos de arbore vitæ quia sicut mors intrauit per lignum mortis in Adam: ita exiuit per lignum vitæ, scilicet S. Crucis ex nobis, per quam recuperati sumus, iuxta ilud Prou. 3. cap. *lignum vitæ est, qui bene apprehenderit eam, & tenuerit, beatus*, & vocatur viaticum exemplo Heliæ, qui itinerauit cum illo cibo, quem comedit vsque ad montem Dei, qui significat vitam æternam, quod fuit figura & demonstratio cibi huius sacramenti: & sicut per cibum intrauit & venit mors, ita per hunc cibum est constituta vita. Et merito Ecclesia bene intellexit, hoc opus nostræ salutis, ordo popoſcerat &c. & medela foret illi, vt vnde mors intrauerat, inde exiret, & vita intraret, quia per illum modum tolleretur mors, quo introducta fuit, quia aliter non poteramus saluari, secundum iustitiam ordinatam: quia nil est tam naturale, quàm dissolui eo vinculo, quo ligatur.

Iean. 1. Apoc. 21.

Cur Christus se dederit ad comedendum.

Responsio quæstionis.

Prou. 3. 3. Reg. 19. Eucharistia vocatur viaticum.

Secunda causa, quare debemus comedere corpus Christi, quia considerato defectu nostræ fragilitatis: si non comedimus cibum corporalem, non possumus viuere: nec anima potest viuere sine cibo spirituali, & non possumus dicere illum habere animam, qui saltem semel in anno accipit Corpus Christi, & omnis anima deuota debet illud sumere omni festo principali, si est sine peccator mortali: & antiquitus communiter sumebatur omni die: & August. quòd sumere illud diebus Dominicis laudat, sed sumere omni die nec illud laudat neque vituperat, intelligendo de sæcularibus & non de sacerdotibus, qui omni die debent illud sumere, si modo non sit causa legitima. Sed sunt aliqui dicentes, ego nolo illud capere, quia ego possem peccare, postquam accepissem illud, sed falluntur: nam si tu deberes resistere inimicis & bellũ genere contra ipsos & stares per tres dies, itaut non comederes: certè tu esses ita debilis quòd vincereris: nec posses eis resistere: quia secundum Matth. 4. cap. *non ex solo pane viuit homo, sed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei*, &c. vnde si non habes pro tua substentatione glorioſum sacramentum corporis Christi, tu non poteris resistere, nec prævalere alicui tentationi. Et hinc est, quòd Dauid dicit contra tales, *percussus sum sicut fœnum & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum*. Ita tu, ô peccator, qui nõ vis capere corpus Christi, *& sicut fœnum tectorum, quod prius quam euellatur exaruit*, &c. & quia non vis accedere ad mensam tanti sacramenti, tu reperies cor tuum & intellectum lumen suum perdere, & Deum ie induratum & excæcatum relinquere. Istud dicitur in oratione Dominica quam ordinauit Christus Dominus noster, in qua nos postulamus tale sacramentum omni die dicendo *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, & tu non vis illud sumere: vnde si illud non capis, debilitaberis adeo vt tu deficies, & anima finaliter tua damnabitur, in cuius signum dixit Christus, *Misereor super turbam hanc, qua tribus diebus me sustinuit*, & dixit solum tribus diebus, quia tria tempora erant præterita, quibus non dederat talem cibum Angelorum spiritualem. Primum tempus fuerat legis naturæ, secundum tempus scripturæ tertium fuit tempus Prophetiæ, in quibus nõ dederat istum cibum. Sed quando venit tempus gratiæ, quod fuit tempore Iesu Christi, in quo tempore nos præsentialiter sumus, voluit dare nobis ad edendum tale & tantum sacramentum.

2. Causa comestionis corporis Domini nostri Iesu Christi.

Sacerdotes debent quotidie cõmunicare.

Matth. 4. & Deut. 8.

Psal. 101.

Psalm. 128.

Matt. 18.

Christus tribus temporibus non dederat cibum Angelorum.

Tertia causa, quare dedit nobis se in escam, fuit consideratio conditionis humanæ, ô altitudo sapientiæ diuinæ, & profunditas iustitiæ suæ! quantum occulta & inuisibilia mysteria sua, quia dedit cibum secundũ conditionem naturæ humanæ: nam homo habet animã & corpus, & ideo dedit ei cibum appropriatum & condecentem, Angelo non dedit cibum sibi congruum,

Digitized by Google

qui est firmus, qui consistit in gaudio & fruitione ipsius Christi & visione illius *facie ad faciem*, iuxta illud 1. Cor. 13. *panem Angelorum manducauit homo* Psal. 77. & iste cibus non est velatus Angelis, sed alio modo dedit istum cibum omnibus viatoribus, & non firmatis ita sicut sunt Angeli firmati, quia dedit istud sacramentum celatum & velatum respectu corporis & respectu animæ propter velatum spiritum, qui est intus in ipso corpore. Item etiam apparet diuinæ sapientiæ pelagus dando suum corpus collatum nobis, & hoc in immenso sacramento propter tres conditiones hominũ, quia quidam boni, aliqui mali, aliqui debiles & imbecilles. Ideoque datus est nobis celatus iste cibus, quia boni merentur videntur ipsum velatum ad hoc vt fides locum habeat in nobis, quia ad habendum cor sincerũ, sola fides sufficit: nam *fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium*, & si videres, non haberes fidem, nec meritũ: vnde fides est medium inter infernum & paradisum, quia fides non habet meritum, vbi humana ratio perhibet experimentum, & merito, quia sicut venit mors propter malam fidem: ita debet venire vita propter bonam fidem: nam diabolus dixit: non *moriemini*, & male: & Christus dixit, *moriemini*, & bene: & nunquam dixit mendacium. Ideo audi Ioan. 6. cap. dicentem, *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in ipso, & ego resuscitabo ipsum in nouissimo die*, &c. quod credas firmissime: nam exemplum Esau, qui fuit deceptus à Iacob fratre astutia matris Rebeccæ. Nam postquam Isaac pater vocauit Esau dicens, fili vade venatũ, & *affer de venatione tua, vt comedam*, & benedicam te prius *quàm moriar*: Iacob doctus à matre interfecit hœdum, & ex eo parauit ferculum: & quia Esau piloſus erat brachia & manus, cum pelle hœdi cooperuit sibi manus & brachia: & intrans ad patrem dedit illi ferculum dicens, quòd erat Esau: vnde Isaac audiens inquit, *Vox quidem est Iacob*, sed palpans manus & brachia dixit fore Esau, & dedit ipsi Iacob benedictiones dandas Esau: vnde istud exemplum præfiguratum fuit in hoc sacramento, quia in Isaac deceptus fuit visus, quia caligati erãt oculi Item fuit deceptus iu gustu, quia credebat comedere siluestria, & comedit hœdinas carnes. Itẽ fuit deceptus in tactu, & odoratu: *ecce odor filij mei*, quia vestis redolebat, & credebat quòd redoleret, quia fuissent per flores & arbusta fragrantia odorem in venando. Item fuit deceptus in tactu credens tangere manus & brachia Esau, sed non fuit deceptus in auditu, quia ait, *vox quidem Iacob est*, & c. vt intelligamus, quòd in quatuor sensibus corporeis nos sumus decepti in isto sacramento quantũ ad hoc, vt per actus exteriores per istos quatuor sensus possumus certificari, excepto quàm per auditũ: ratio, quia fides comprehenditur per auditum & audiendo hoc, comprehendit illud sacramẽtum esse corpus Christi: quia dicit Christus, *hoc est corpus meum*: quia *fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei*: Nam etiam Deus est vsus suo immenso & incomprehensibili sensu, videns homiuem reputari se esse tanti sensus quòd credit intelligere mysteria Dei.

Hinc est, quòd secunda causa, quare Deus voluit dare se velatum in hoc sacramento, fuit propter peruersos & malos homines, qui sunt ita curiosi, quòd eis videbuntur esse sapientiores homines mundi, & volent comprehendere tantum mysterium, quantum est istud sanctissimum Sacramentum: vnde ad confundendum superbos voluit esse celatus. Nam olim August. volens scribere & comprehendere in libello hoc incomprehẽsibile mysterium, & deambulare contemplando super hac materia, ad ripam maris, legitur reperisse infantulũ accipientem aquam maris cum vno cochleari, & imponentem ipsam in quandam fossulam: inquit Augustinus puerulo, quid facis? qui respondit, volo euacuare pelagus cum hoc cochleari in hac fossa: ait Augustinus nullo modo poteris hoc facere, quia impossibile est? Cui infans dixit: ita possibile est te explicare mysterium corporis Christi, sicut me euacuare mare, & disparuit ad confusionem curiosorum, & superborum: & in secundo libro Regum. 3. cap. vbi figuratur hoc in arca fœderis, quia cum videbatur à malis, & à Paganis subito moriebantur ipsi mali. Ita facies tu, quicunque vis istud quærere, sicut fecit August. vt supradictum est. Cui Deus exemplariter reuelauit, quòd volebat istud mysterium fore secretum & celatum.

Tertia causa, quare celatur, est propter nostram imbecillitatem, quia nostra fragilitas & humana debilitas non potuit comprehendere solum suam transfigurationem, quæ apparuit Apostolis in monte Tabor in sola sua humanitate, ostendendo suum corpus gloriosũ simplex, sed totum quomodo substinebimus trãsfigurationem suæ diuinitatis: & in Exod. 34. c. dum descendisset Moyses de monte Sinay erat ita ardens, vt necessarium fuerit populum cooperire sibi vultum, si volebat ipsum videre, & erat homo simplex: qualiter ergo nos sustineremus diuinitatem, si appareret nobis simpliciter, non velata. Nam si tu Doctor loquereris cũ infantulo de apicibus iuris, reputareris fatuus, iuxta sententiam Pauli, *loquimur sapientiam inter perfectos* vnde si per rationem firmissimam velles istud ostendere, esset magna præsumptio tibi, & cuilibet humano corpori. Ideoque omnipotentis Dei sublimis sapientia videns intellectum nostrum ita debilem, quòd non posset capere infinitam altitudinem huius sacramenti diuinitatis, voluit ostendere se celatum nobis, quia creatura nõ potest comprehendere creatorem, nec finitum potest comprehendere infinitum, & per consequens in hoc me non extendam ad vlteriora.

Videamus modo de eius transsubstantiatione, & volo tibi monstrare istius sacramenti transsubstantiationem, quod nulla erit fœmina, quæ non possit ipsam intelligere cum viuis rationibus, qualiter est possibile, quòd fiat ista transsubstantiatio remanentibus accidentibus.

Tertiam particulam secundæ partis principalis, vbi apparet in communione magna charitas Dei, cras tibi tangam, quia maius factum, quod appareat in tali sacramento remanentibus talibus accidentibus, scilicet consistentibus in visu, gustu, tactu, odoratu, albedine & rotunditate, & huiusmodi, illa substantia panis transsubstantietur in verum Corpus Christi, qui fuit flagellatus, passus, mortuus, & sepultus. Et ad huius declarationẽ, volo vt subtili ingenio consideres infra scripta: & vide sex mutationes, quæ sunt in vniuerso orbe. Incipias ab infimis gradatim ascendendo de gradu in gradum, in modum scalarum.

Prima mutatiò vocatur naturalis, seu artificialis.
Secunda mutatio vocatur ardoris, seu caloris.
Tertia vocatur generationis.
Quarta vocatur nutritionis.
Quinta vocatur mutatio delectationis.
Sexta vocatur mutatio totalis transsubstantiationis.

Prima mutatio artificialis, seu naturalis: nonne videtur magna tibi mutatio, quod aqua transiens per vitem efficiatur vinum, quæ est mutatio naturalis secundum philosophos, & est vnus stupor, & admiratio contemplando vnum racemum vuarum, qualiter generetur & procreetur, quia omnes philosophi deficiunt ad intelligendũ & contẽplandum hoc: videas herbas, quæ nascuntur ex terra, quæ producunt folia & flores, deinde fructus, considera mutationes humorum in illis herbis & arboribus, qualiter natura variat suos humores in diuersitate foliorũ, florum & fructuum atque specierũ plantarum & arborũ, quæ producunt folia, & postea cadunt & debito cursu tẽporis redeunt, & vides, qualiter vnus fructus est dulcis, alius acerbus, alius amœnus, alius amarus: & aliqua planta est longa, aliqua breuis, aliqua hispida, aliqua lenis, & sunt tot varietates &

1 Cor. 13. Psal. 77.

Sapientia diuina apparet pelagus in Eucharistia sacramento.

Christus velatus in Eucharistia quare.

Hebr. 11. Fides medium inter paradisum & infernum.

Genes. 3. Gen. 2.

Gen. 27.

Exemplum. Isaac deceptus in multis sensibus.

Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. & 1. Corin. 11. Rom. 10.

2. Reg. 3. Arca fœderis visa à malis morte infligebat.

Matth. 17.

1. Cor. 2.

Creatura cõprehendere non potest creatorem. De transsubstantiatione sacramenti Eucharistiæ.

1. Mutatio naturalis siue artificialis.
2. Mutatio caloris.
3. Generationis.
4. Nutritionis.
5. Delectationis.
6. Totalis transsubstantiationis.

Digitized by Google

& mutationes in creaturis ex terra productis, quod nulla mẽs hominis potest esse capax, & omnia ex terra producta terra sunt: qualiter ergo poteris comprehendere tam grandem transsubstãtiationem in Corpus Christi: & ita est de aliis rebus creatis. Vade ad mare, & considera quot genera piscium & corallium, species gemmarum, vnionum, & aliarum mirabilium rerum, quas producit, & vides pisces magnos comedere paruos, & vnus piscis sic comestus conuertitur in alium, & transmutatur in alium: Similiter in aliis bestiis feris comedentibus vna aliam, & similiter in auibus assimiliter vides, quod ouum transformatur in gallinam, & gallina generat ouum. Itẽ in naturalibus tu comprehendis quod corruptio vnius est generatio alterius, & in his trãsmutationibus naturalibus inferioribus humanus deficit intellectus, & cognoscendo, & apprehendendo, qualiter fiant & vis capere, & intelligere transsubstantiationem incomprehensibilem Corporis Christi?

2. Mutatio ardoris. Ignis omnia in se mutat. Secunda est mutatio ardoris, quia si ponis ferrum in ignem, efficitur ignis, & sic videtur, quod vna substantia vadat & mutetur in aliam, si ardet lignum, efficitur ignis: similiter si ponis herbas, fructus, arbores, animalia, lapides & cuncta terrena in igne præpotenti vertentur in ignem.

3. Mutatio generationis. Tertia mutatio fit per generationem: nonne vides, quod alterando formam rei in generatione alicuius animalis, res non vitalis producit animal vitale? & ista mutatio est maior primis duabus, & videtur quod in iis mutationibus sine operatione plus deficiat intellectus quam in duabus primis.

4. Mutatio nutritionis. Quarta mutatio fit per nutritionem: quia si comedis panem, ille panis transmutatur in comedentem, & efficitur caro, nerui & ossa: similiter vinum efficitur sãguis, & sic non solum mutat vnam substantiam in aliã, sed efficitur propria caro, & proprius sanguis illius, qui comedit rem illam: quia si tu comedis panem, efficitur tua propria caro.

5. Mutatio dilectionis. Amicitia est idẽ velle idẽ nolle. Genes. 2. Quinta mutatio est per dilectionem: nam potest esse tantus amor & dilectio, quod diligens efficitur illud quod amat, quia amicitia est idem velle, & idem nolle, iuxta illud, amicus est alter ego, & *erunt duo in carne vna* per dilectionem: non ergo vides, quod amans efficitur amatum: vnde homo potest tantum diligere temporalia & denarios, quod efficitur illud quod amat, sicut fuit in miraculo beati Antonij confessoris de illo auaro, qui cũ mortuus esset, B. Antonius dixit, quod, cor eius erat in suis denariis: *quia vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*: & repertum fuit eius cor in capsa domini: vnde anima potest venire ad tantam dilectionem Dei, vt efficiatur vnita Deo, iuxta illud, *ad nihilum redactus sum, & nesciui*, quia non remansit esse meum: quasi dicat, quod totum suum esse erat esse Dei, & videre Deum ad instar ferri igniti, quod habet naturam ignis, quia relucet, & calet atque ardet, sicut ignis: similiter anima potest venire ad tantum ardorem amoris diuini, vt penitus absorbeatur, & vertatur & tandem in Deum transformetur, neque illa anima poterit dicere se in se esse sed solum in ipso Deo: vnde Doctores dicunt, quod iste annihilator apparuit in Deo qui non erat suppositus alicui, & simpliciter voluit annihilare, sed sumendo carnem humanam, quæ caro Christi ita fuit assumpta in diuinitatem, quod, facta fuit filia Dei naturaliter, & transformata in Deum, & sic Filius Dei voluit se transformare in nos, & nobis in totum se coniungere, & vnire mediante sui corporis sacramento. Videte, quid facit dilectio, quia de centum facit vnum, quia si nos omnes vocaremur à Deo, & amaremus Deum, nos omnes efficeremur vnum, & essemus vna anima, iuxta illud, *erat cor vnum & anima vna*. Considerate ergo, quod omnes suprascriptæ quinque mutationes, simul collectæ nil videntur aliud dicere, nisi quod in Deo est transsubstantiatio, & omnis creatura varie mutatur, & videtur clamare, transmuta, transforma, transsubstantia; id est, mutando suum creatorem, quæ transmutatio creaturarum tantum differt à transsubstantiatione Dei, quantum interesset inter creaturam, & suum creatorem, quia transsubstantiatio Dei fit remanentibus accidentibus. Si ergo supra quinque mutationes sunt incomprehensibiles ad intellectum humanum, multo magis sine comparatione, sexta transsubstantiatio corporis Christi erit incomprehensibilis, & tanto plus quantum distat creatura à suo creatore, & ista est maior transsubstantiatio, quam Deus facere possit. Postquam ergo vides quod omnes terrestres, & cœlestes semper mutantur, & videntur clamare, muta; muta, muta: quanto magis ipse creator omniporens potest facere, & facit talem transsubstantiationem remanentibus suprascriptis accidentibus.

6. Transsubstãtiationis. Transsubstãtiatio corporis Christi est incõprehensibilis.

FERIA V. POST VI. DOMINICAM Quadragesimæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore sapido, contemplatur Sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum, vt est mysterium desiderabile pertinet ad animæ voluntatem, cuius tres sunt contemplationes.

Prima Contemplatio.

De conuiuio.

Secunda Contemplatio.

De præparatione ad illud.

Tertia Contemplatio.

De fructu seu effectu illius.

DE AMORE SAPIDO

Qui est 5. penna 6. alæ dictæ amor liberalis.

Sermo XLIV.

De tertio mysterio desiderabili quartæ pennæ amoris liberalis pertinente ad voluntatem.

SCAM *dedit timentibus se.* Psalm. 110. Iterum vbi supra. Sequitur tertia pars prædicationis proximè suprascripta, in qua tractabimus de amore sapido, de quo tres contemplationes faciemus. *Psal. 110.*

Prima de conuiuatione, quia *escam dedit.*

Secunda de præparatione, quia *timentibus.*

Tertia de fructificatione ibi, *sc.* quia sumentes digne hoc corpus efficiuntur Christus per participationem.

PRIMA CONTEMPLATIO,

Est de conuiuio.

CApe primam de conuiuatione, in qua
Primo datur cibus suauitatis.
Secundus cibus est auiditatis.
Tertius cibus ebrietatis.

Primus suauitatis, scis tu per illud manna, quod Deus pluit in deserto, quia *panem Angelorum manducauit homo*, cum mysterio significatum fuit istud sacramentum altaris per septem significationes, seu considerationes. *Exod. 46. Psal. 77.*

Exẽplũ miraculosũ D. Antonij cordis reperti in area diuitis. Matth. 6. Psal. 72.

Actu. 4.

Digitized by Google

Mãna significabat Eucharistiam.

7. Considerationibus.

Prima consideratio est suæ generationis modus, quo pluit illud manna.

Secunda consideratio est locus generationis, scilicet in quo loco generatum fuit.

Tertia consideratio est generationis tempus, in quo tempore pluit.

Quarta consideratio suæ mensurationis terminus, scilicet quantum pluebat.

Quinta præparationis eius, scilicet qualiter condebatur.

Sexta reseruationis vsus.

Septima eius saporis gustus.

1. Cõsideratio, modus generationis manna.

Prima consideratio est modus generationis, quia pluebat de nocte de cœlo miraculose, quia nullus poterat illud videre: ita facit hoc sacramentum, qui venit de nocte quia licet sit aliquale lumen de nocte propter stellas, scilicet per fidem, non tamen videtur in totum, sed solum per medium fidei hoc sacramentum, quia non videtur per aliquod argumentum experimentale, sed per medium fidei capitur, quia omnis sensus corporalis decipitur in eo, excepto per auditum ipsius fidei.

2. Manna locus desertũ.

Secunda consideratio est, in quo loco pluebat: quia in deserto, vbi erat castrametatus campus & exercitus populi Dei: quod significat, quod in deserto vitæ præsentis populo Christiano tantum communicatur sacramentum, quia nullus est, cui Deus tantum appropinquet, sicut Christiano; *quia non est natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquãtes sibi, sicut adest nobis Deus noster*, quia extra fidem Christi, non est sacramentum altaris.

Deut. 4.

3. Manna pluebat sex diebus tãtũ.

Tertia consideratio est tempus, quo pluebat, quia ipsum manna pluebat sex diebus in hebdomada, & septimo die desinebat pluere: ô vos diaboli discipuli & auari, qui non vultis custodire festa; attendite, quia Deus ipse omnipotens custodiebat, quæ figuratiue significant sex dies: dies vitæ præsentis laboriosæ, quia

Septimus dies gloriam designat.

septimus dies significat gloriam, & dicit gloriæ, quia in ista vita præsenti habemus & vtimur isto manna scilicet huius sacrificij & post diem iudicij, & in illo die iudicis videbimus istud manna aliter quam in vita præsenti, quia *videbimus eum facie ad faciem*, vel cum gloria beatificati, vel per iustitiam in inferno cruciati.

1. Cor. 13.

4. Manna mensura soliũ gomor.

Quarta consideratio est terminus suæ mensurationis, quia quicunque capiebat de illo manna vltra vnũ gomor pro quolibet existente in familia, illud plus euanescebat, nec plus reperiebat se habere, quam vnum gomor pro singulo capite, & illud sufficiebat, & si minus vno gomore capiebat pro singulo de sua familia ad sufficientiam reperiebat. Gomor enim erat vas certæ

Gomor vas certa mẽsura.

mensurationis, sicut esset, vnũ sextariũ apud nos, quod figurate significat; quod ita capis integrũ Corpus Christi in paruula hostia, & in qualibet, quantuncunque minima particula vnius hostiæ fractæ in mille partibus quantum si reciperes vnam magnam quantumcunque hostiam consecratam, quia in qualibet particula hostiæ sanctificatæ conseruatæ est integrum Corpus Christi: quia Deus est totus in tota hostia & integer in qua-

Christus totus in tota & in qualibet minima hostiæ parte.

libet sui parte, sicut anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, secundum philosophũ, contra aliquos fatuos, qui dicunt quod presbyter non dedit sibi hostiam integram, & caueant sibi sacerdotes quod in talibus diebus, in quibus debent communicare Corpus Domini populo, ne sibi deficiant hostiæ ad dãdum Corpus Christi: quia in omni ciuitate vbi prædicaui, hoc sacerdotibus consului, ideoque bene prouideant habere hostias in sufficientia: & si deficerent hostiæ, possunt diuidere hostias consecratas in plures particulas: quia vt dixi in qualibet minima particula est integrum Corpus Christi. Similiter si supereſſent plures hostiæ presbytero, ipse potest dare duas & tres, pluresve hostias simul tibi & tamen tu non sumeres, nisi vnum corpus Christi.

5. Consideratio. Manna coquebatur igne nõ autẽ solis ardore vel calore.

Quinta consideratio est ritus præparationis istius mannæ, scilicet qualiter coquebatur. Nam qui ponebat ipsum manna ad coquendum super igne, conseruabatur & non demoliebatur: sed si ostendebatur Soli, consumebatur & corrumpebatur: figuratiue ignis significat feruidam mentem amoris diuini, quia deuota mens, licet non videat mysterium Corporis Christi, tamen perinde amat & credit per fidem: sed si ostendatur Soli, corrumpitur & cõsumitur. Sol enim interpretatur curiosum: quia si aliquis Doctor vellet curiosè per rationes supestitiosas: & non per fidem videre & intelligere hoc sacramentum, tunc consumitur & non prodest illi, quia hoc sacramentum per rationes probari non potest, quia impossibile est quod intellectus humanus finitus possit capere ratione mysteria Dei incomprehensibilia ex infinitis: quia sicut vas non est comprehensibile, nec potest tenere in se plusquam sit eius capacitas: Ita nec videtur humanus intellectus posse plus comprehendere per rationes, quam sibi concessum sit, & quam sit capax, quia datus est terminus intelligentiæ naturalis, vltra quam præterire non licet, nisi quatenus de potentia absoluta diuina sibi concedatur, sicut sancto Ioanni Euangelistæ, & sancto Paulo rapto, & similibus concessum est, &c. Debet ergo in hoc sacramento, & similibus fieri fundamentum per fidem, videlicet quod habeatur fides indubitata quod per auctoritatem datã sacerdoti & per illa sanctissima verba, quæ ipse sacerdos dicit in actu sacrificandi Corpus Christi cum proposito & intentione ipsum sacrificandi, & conficiendi, illa hostia azyma transsubstantietur in verum Corpus Christi: vnde istud mãna huius altissimi mysterij sacrificij Corporis Christi, deficit portatũ ad Solem, scilicet in quocunque curioso volente ipsum per rationem intelligere, cognoscere & videre: sed conseruatur in fideli credẽte, sicut Ambrosius dicens, panem istum quem sumimus in mysterio, istum vtique intelligo, qui manu sancti Spiritus formatus est in Virginis vtero, & igne passionis decoctus, & in ara crucis fuit.

Sol sumitur pro curioso.

6. Manna non poterat reseruari.

Sexta est reseruationis vsus, quia qui reseruabat illud manna in vermes conuertebatur & putrefiebat vltra septimanã, seu transacta septimana, vt intelligamus, quod qui seruat & non vult sacrificare propter auaritiã Corpus Christi reperiet rodi & consumi à verme cõscientiæ & credo quod non sit peior auaritia, quã vendere Corpus Christi, & nolle celebrare ipsum propter cupiditatẽ auaritiæ: non tamẽ dico, quod qui seruit altari, nõ debeat viuere de altari: sed intellige quæ ego dico sane.

7.

Septima consideratio est saporis gustus, quia in illo manna erat cuiuscunque materiei cibi gustus, quem comedens cupiebat gustare: quia si desiderabat carnes siluestres, vel domesticas, volatiles, vel pisces, herbas, legumina, vel sapores cuiuscunque cibi, gustus & materiei sibi sapiebat & gustabat perinde ac si ad corpulẽtiã & saturitatẽ haberet de omnibus, quæ poterant cõcupiscere & desiderare: & nihilominus ingratus ille populus dicebat & murmurabat, *nauseat anima nostra super isto cibo leuissimo*. Vtinã mortui essemus, cum sedebamus super ollas carnium in Ægypto comedẽtes illas carnes desiderantes eadem gulæ irritamenta habere, quæ habuerant in Ægypto: & tales sunt homines vino madidi, qui capiunt Corpus Christi sine deuotione. Sed homines, qui illud sumunt deuote, sentiunt in eo omnes sapores variorum desideriorum, secundum quod sunt variatæ conditiones humanæ. Relinquit Deus illud corpus, in quod intrat saturatum de desiderio, quod cupit: nã sicut hominum diuersæ sunt facies: ita sunt multiplices hominum voluntates & desideria: & sicut sunt variæ hominum conditiones, ita in cibo spirituali Deus saturat mentem ipsam gustantem omnibus suæ cupiditatis desideriis, diuersimode tamen secundum quod diuersa sunt sumentium desideria: exemplum, pone ante oculos duorum hominum vela diuersorum colorum scilicet rubei, & nigri, albi & cœrulei coloris: certe vnus

Num. 11.

videbit

Digitized by Google

videbit vno modo, alius alio modo: similiter habes quod in transfiguratione Christi super monte Thabor, aliter apparuit Petro, quia videbatur esse totus feruens, quia ipse erat feruens in amore suo. Ioanni apparuit totus contemplatiuus, quia & ipse erat contemplatiuus. Iacobo verò apparuit totus actiuus, quia & ipse erat actiuus. Similiter erit in recipiēte Corpus Christi, quia si erit dispositus in amando cum, erit totus feruens in tali sacramento capiendo. Si erit timidus, sentiet timorem cum dulcore in sumendo ipsum. Si erit contemplatiuus reperietur in contemplatione illud sumendo: si erit pius in capiendo, liquefiet cor eius in pietate, & sic in spe, fide, & charitate, & sic varios dulcores sentient in sumendo ipsum, secundum varias eorum sumentium dispositiones, in quibus reperiuntur tempore sumptionis, & secundum quatuor complexiones hominum, scilicet melancholicas, colericas, sanguineas, & phlegmaticas: ita illa anima sentit illud sacramentum secundum quod inclinabitur in complexione sua, & dato quod quandoque homo se præparet, non tamen semper dabitur ei tanta consolatio, quia Deus vult ostendere, quod illam consolationem homo habeat de gratia, & secundum quod quis est præparatus, tantum lucrum consequitur, iuxta Paulum dicentem, *scio abundare & penuriam pati.* Nam frater Ioannes de Lauernia, aliquando in pulpito prædicando verba eius videbantur sagittæ ignitæ, quia tunc erat in illa dispositione, & amor ignis diuini erat in eo. Et aliquando existens in pulpito non sentiens sibi inesse illum feruorem Dei dicebat, nihil est: quia tunc non sentiebat punctum de amore diuino, & gratia Dei tunc nondum venerat in eo, quia in prædicatione oportet, vt in eum veniat præparatio talis, vt ardeat in charitate Dei & proximi, ad hoc vt efficaciter exprimantur verba Dei, & etiam audientes afferant fructum. Secūdus cibus significatur in illo vitulo saginato, id est, impinguato, quod significat plenitudinem gratiæ: quia in illo sacramento est omnis dulcedo Christi, *sicut vnguentum, quod descendit de capite in barbam, in barbam autem Aaron, & in oram vestimenti eius*, hoc est quod intrinsecus cordis sui & quod habeat tale sacramentum humiliādo cor vsque ad corpus purificatum. Tertius cibus est ebrietatis animæ: vnde Salomon in cantica. 5. c. *Comedite & bibite & inebriamini charissimi.*

Matth. 17. Christus Dominus diuersimode tribus apparuit Apostolis.

Consolatio Eucharistiæ est à gratia. Philip. 4.

Psal. 132.

Secvnda Contemplatio,

De præparatione ad illud.

Secunda pars principalis de præparatione generali, & die sabbati dicam de præparatione particulari, & exponam *Pater noster*, & significat in agno, de quo in Exodo. 12. cap. In quo facio quatuor considerationes.

Prima consideratio est tempus.
Secunda consideratio est ritus.
Tertia consideratio est cultus.
Quarta consideratio est fructus.

Vnde primo considera tempus, quia primo mense. Secundo considera ritus, quia decima die mensis. Tertio cultus, quia xiiij. Luna. Quarto fructus, quia hora vespertina primi mensis, quoniam est mensis pœnitentiæ, qui est Aprilis, & significat statum gratiæ, & vtinam sit iste mensis Aprilis in quo aperiatur cor tuum, & oporteret quod tria interuenirent; scilicet contritio, confessio, & satisfactio ad sumendum sacramentum. Vnde præcipua & principalis causa ad diu permanendum in bona dispositione est frequenter cōfiteri & absolui, quia, qui sunt confessi & non sunt absoluti, non debent illud capere, nisi modo quo dicam, quia oportet quod ibi sit vera confessio, & vera contritio, & vera satisfactio. Et magister Alexāder mouet vnum dubium: si domina, quæ portat capillos alienos, potest illud capere: & dicit, quod non, nisi esset calua, quia tunc, & nō licet nisi displiceret marito, nec etiam licet ei portare capillos alienos, si sui cecidissent, nisi displiceret marito & timeret ne aliam amicam quæreret, quia tunc potest portare alienos capillos factos, sicut erant sui, & non pulchriores, sed similes suis. Item magistri facientes taxillos caueant sibi, ne sumant corpus Christi, nisi prius deserant illam maledictā artem cum proposito amplius non faciendi artē illam. Similiter fimbriatū factores & alij facientes similes artes prohibitas, & damnatas non recipiant Corpus Domini, nisi deserāt illas: similiter tubicines qui deseruiūt castris, & exercent artē suam in bellis prohibitis: & similiter tympanorum, & mensarum: quia multoties sunt causa quod damna inferantur excitando armigeros cū suis classicis: quia vt supra dixi in materia vsurarum, tenentur ad restitutionem: & donec restituāt, non possunt digne capere Corpus Christi, & non dico de omnibus tubicinibus generaliter, sed solum suprascriptis seruientibus bellis vetitis & qui sunt causa dānorum illatorum. Similiter tu, qui vendis respectu dilationis solutionis pretio maiori, quā venderes præsenti pecunia, si existens in isto peccato comedas Corpus Christi, diabolus te secum deducet, nisi proponas amplius illud nō facere. Similiter tu, qui non vis custodire festa, & capis illud cum proposito non te emendandi, & vos ô barbitonsores, qui laboratis vsque ad duas horas noctis in sabbato, & in festis prohibitis, & non proponitis de certo emendari, nonne illius socij eritis, & similiter vos ô vsurarij publici, & quilibet peccator publicus abstineatis à sumptione huius sacramenti, nec sacerdos debet vobis dare: neque similiter meretrici, quæ stat in peccato mortali, sacerdos debet eam expellere. Similiter stans in concubinatu, debet repelli à sacerdote ita masculus, sicut fœmina. Similiter mulier suspecta stans cum sacerdote, licet quod non peccet, debet repelli propter suspicionem. Item institores & famuli, qui stant cum aliis vendentibus ad terminos & vendunt pro eis, vel qui exercent fœnus pro aliis, non possunt suprascripti sumere Corpus Christi, nisi emendent se cum proposito amplius taliter non peccandi mortaliter.

Secundum tēpus est decima die mensis, numerus denarius significat decē præcepta, quæ seruari debent, iuxta illud, *qui in vno offendit, factus est omnium reus*, vnde qui non proponit seruare ipsa, non sumat Corpus Christi.

Tertium tempus est xiiij. Luna, quod significat numerum quadratum, hoc est quatuor virtutes cardinales, scilicet iustitiam, fortitudinem, prudentiam, & temperantiam. Secundum quas virtutes debemus moraliter viuere, secundum quas quicunque non viuit, nec custodit dies ab ecclesia custoditi ordinatos, secundum suam possibilitatem, non sumat Corpus Christi.

Quarta est hora vespertina, in qua Sol declinat & tendit ad occasum & propinquat nox, quod significat quod tu, ô fœmina vana, debes cogitare de vespertina hora, scilicet de tua morte, & amodo deponere vanitates: & tu ô diues potens & superbe, debes deponere, & amouere superfluam gloriam, quæ non conuenit tuo statui: quia si non deponis ista, tu non poteris participare mensæ Corporis Christi digne hora vespertina, scilicet mortis, fac ergo taliter, quod tu possis capere illud meridie, & qualibet hora, scilicet dum iuuat viuere.

Attende ritus, quia Deus ordinauit illum agnum comedi. Sed aduerte quatuor.

Primum, quod non comederetur crudus.
Secundum, quod non ederetur lixus.
Tertium, quod non comederetur frictus.

Quartum, quod comederetur assatus, quæ significāt, quod sunt quatuor genera sumentium Corpus Christi: quia aliqui illud tumunt crudum, non facientes aliquam præparationem: & isto modo captum facit magis damnum quam vtilitatem. Non tamen dico de omni damno, quia si non habent peccatum mortale, non peccant: sed tamen si non sunt præparati, deuotio eis deficit. Secundi capiunt illud lixum cum mēte occupata, & non præparata, sed intricata in familia hinc inde, & plena

Aprilis mēsis est pœnitētia.

Sexus muliebris portans capillos alienos nisi caluus sit non potest sumere Eucharistiā.

Luna 14. significat numerum quadratum.

Comestio agni paschalis ceremonialis.

Sumentium Corpus Christi quatuor sunt genera. 1. Corpus Christi quādo crudum. 2. Quando lixum manducatur.

Digitized by Google

plena acedia nondum facta aliqua præparatione, ſicut ſunt mercatores & magni ciues perplexi in occupationibus, & factionibus mundi, qui hodie quærunt & volunt ditari, & cras intendunt capere Corpus Chriſti, & ſic dum erit in actu capiendi illud, vacillabit mens eius ad negotia mundi, & cogitabit, qualiter fuit deceptus in tali mercatura; & quod talis non ſoluit ſibi, & quod perdit tempus & horam ad faciendum tale forum, &c. Vnde primo debent ſe præparare, & poſtea cum mente compoſita & tranquilla illud ſacramentum ſacramentorum capere. Tertij ipſum comedunt frictum, ſicut ſunt aliqui curioſi, qui ſolummodo volunt videre & ſcire, qualiter tranſſubſtantiatur Corpus Chriſti in illa hoſtia, & volo tibi dare vnum exemplum, ſi diſcere cupis. Nam res naturales prius intelliguntur, quam creduntur: ſed in ſpiritualibus ſecus, quia oportet quod prius credantur quàm intelligantur: quia hoc ſacramentum quanto plus credis, tãto magis intelligis, ſicut accidit in magiſtro ſcholarum, cui quanto plus credit diſcipulus, tanto plus addiſcit: quia ſi non crederet ſuæ doctrinæ, nunquam addiſceret: ita accidit in curioſo infideli: quia ſi non credit, nunquam poterit intelligere: ſed quanto plus ſcrutatur ſcire per rationes, tanto fit plus rudior & induratur ſicut Iudæi, quia potentia diuina tranſcẽdens non ſubiacet, nec poteſt cõcludi ſub noſtris rationibus finitis, quia ſapiẽtia hominis eſt ſtultitia apud Deum: vnde oportet quod ſimpliciter credas, alioquin tu comedis ipſum frictũ, quia talis tua curioſitas volens per rationes hoc intelligere, eſt cauſa tuæ perditionis, & multoties diabolus repræſentabit vnã aliquam rationẽ illuſiuam, quæ nunquam excidet mentẽ tuam, & ſemper ipſam tenebis, donec te perducat ad ſempiternũ horrorem. Quarti qui comedunt hoc ſacrificium veri agni immaculati aſſatum ſiue igne toſtum ſunt perſonæ deuotæ, quæ ſunt in medio ignis ardoris diuini abſque eo quod ſentiant, vel eis appareant, ſeu ſciant. Nã nihil eſt medium inter carnem ſeu id quod torretur & ignẽ: ſed in carnibus frictis in ſartagine eſt mediũ inter ipſas carnes, quę friguntur, & ignẽ, quod ſignificat tuã talis myſterij cognitionem & intelligentiam, quia ſic tibi videtur: ſed ad habendum cor ſincerum ſola fides ſufficit.

3. Quãdo frictum.

Res ſpirituales prius creduntur quam intelliguntur, econtra res naturales.

4. Quãdo aſſatum.

Tertia conſideratio eſt cultus, in quo notantur quatuor conditiones. Prima, quia Deus volebat comedentes agnum eſſe calceatos. Secunda quod haberent baculum, ſuper quo ſe firmarent & ſuffulcirent. Tertia, quod eſſent ſubcincti. Quarta, quod comederent cum lactucis agreſtibus. Iſtud calceare duos pedes, ſignificat diſciplinam corporis mundatam ab affectionibus mundi, vel cogitationem, animæ conculcationem. Nam pedes ſignificant deſiderium noſtrum: quia quando reſtringimus noſtra deſideria, nec magis amamus mundũ, quam Deum, tunc ſumus calceati per diſciplinam pœnitentiæ corporalis & mentalis, quod ſignificat vnum pedem, & alium. Eſſe cinctos, ſignificat reſtitutionem cogitationum corporis & animæ, quia oportet eſſe purgatos omnibus malis cogitationibus ad comedendum iſtum agnum Corporis Chriſti immaculatum, contra illos qui accedunt ad altare, ſicut porci, quia debẽt eſſe mundi corpore & anima. Tertio baculus ſignificat duo: vnum eſt peregrinatio, quia non habemus hic manſionem manentem: aliud eſt patientia, ad tolerandos labores & tribulationes, quæ habere debemus in hoc mundo, in quo ſumus peregrini: vnde etiam hodie peregrinantes ferunt ſcipionem, & vocantur peregrini. Vnde Paulus *Patientia vobis neceſſaria eſt:* & tu qui nõ vis parcere aliis tuis inimicis, non potes ſaluari capiendo Corpus Chriſti, niſi eis parcas, & ſis ſine peccato mortali. Quarto eſt cũ lactucis agreſtibus, ad ſignificãdum amaritudinem contritionis, & duram pœnitentiam, quam facere debemus in iſtis ſanctis diebus, quia deberemus dormire veſtiti per tres dies ante aſſumptionẽ ipſius, & ſtare in orationibus. Secunda, quia paſſio Chriſti fuit acerba, & quando accipimus Corpus Chriſti, debemus reminiſci & contemplari paſſionem, & amaritudinem crucis Chriſti Ieſu, & Domini redemptoris noſtri.

Culcus ad eſcam Agni paſchalis.

Baculus ad vſum Agni paſchalis.

Hebr. 10.

Lactuca agreſtes ad edendum agnũ neceſſaria.

Quarta conſideratio eſt fructus, qui ſequebatur ex comeſtione illius agni aſſati, quia Deus concedebat cuicunque facienti, quod ſibi præcipiebat in comedẽdo de illo agno duas gratias. Primam, quia aufugiebãt aſportando omnia ſua bona, quæ habebant in domo, & omnia alia quæ habebant extra domũ: ſed volebat quod de ſanguine illius agni tingerentur oſtia à parte ſuperiori, & à latere dextro. Vngere ſeu tingere à latere dextro oſtij diuina cuſtodia, iuxta illud, *Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo:* à ſiniſtro latere ſignificat cuſtodiã angeli tibi dati à Deo, vt te cuſtodiat & defendat, quia nulla tẽtatio carnis vel diaboli tibi poterit nocere, ſi accipis illud digne. Tingere oſtiũ de illo ſanguine deſuper oſtium ſignificat, quod tu efficieris illuminatus & amans Dei, & mẽs reformabitur timorata in gratia Dei, qua cuſtoditis. Et nota bene quod volo primo ponere reſupinũ, ſiue reuerſum, & poſtea directũ,

Fructus eſus Agni paſchalis.

Pſal. 117.

Tertia Pars Principalis,

Quæ eſt de effectu ſeu fructu ſumptionis Corporis Ieſu Chriſti Domini noſtri ſecundum diſpoſitionem ſumentium.

CApe tertiam partẽ de fructificatione, quæ ſequitur ex comeſtione Corporis Chriſti. Si indignè ipſum ſumis id eſt ſi in peccato mortali exiſtẽs & ſciens & non es confeſſus, vel non vis relinquere illud, tu capis diabolum: vnde vos ô ſacerdotes, qui continue celebratis, cauete qualiter de illo participatis, ne ſitis in peccato mortali. Similiter vos ſeculares: tamen raro reperi ſeculares capientes illud cũ peccato mortali: & legite Pſ. 68. *Saluum me fac quando intrauerunt aqua:* vbi videbis maledictiones indignè ſumentium hoc ſacramentum: vbi dicitur, *fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, in tribulationem, & ſcandalum, obſcurentur oculi eorum, ne videãt & dorſum eorum ſuperincurua. Effunde ſuper ipſos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos, fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorũ non ſint qui habitent. Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt: appone iniquitatẽ ſuper iniquitatem eorum & non intrent in iuſtitiam tuam. Deleantur de libro viuentiũ & cum iuſtis non ſcribantur.* Et ſic potes cõprehendere, quod duodecim maledictiones ſunt datæ per Deum talibus indigne recipientibus hoc ſuum ſacramentum, contentæ in illo pſalmo.

Indignè cõmunicantes duodecim habent maledictiones.

Prima, quod tales ſemper ſunt in illo peccato, in quo ſunt quando recipiunt illud ibi, *fiat menſa eorum in laqueum*, quia ſunt in poteſtate diaboli: quia menſa eorum eſt altare, & fit in laqueum diaboli.

Secunda, quia præparant ſe damnationi: quia ſicut illud receperunt cum offenſione, ſic habebunt punitionem, ibi, *in tribulationem.*

Tertia ſcandalum proximi: quantum ſcandalum eſt proximo, quod ſacerdotes teneant meretrices, & nihilominus diuina conficiunt & ſumunt Corpus Chriſti, ô vos clerici & Fratres diaboli mancipia aduertite, quia ſi crederetis, vtique ſemper tremeretis, ibi, *in ſcandalum.*

Quarta, *obſcurentur oculi eorum, ne videant:* & ita eſt quod communiter tales perſonæ, ſiue ſacerdotes vel fratres, aut ſeculares qui comedunt Corpus Chriſti in peccatis, ſemper excæcantur & obſcurantur, adiungendo peccata peccatis in eorum confuſione & damnatione comedentes Corpus Chriſti, ac ſi comederent vnum fruſtum panis & moriuntur tandem deſperati: ideo merito obſcurantur oculi eorum ne videant.

Quinta maledictio *dorſum eorum ſuperincurua.* vult dicere, quod eſt ita in poteſtate diaboli, qui ſumit indigne hoc ſacramẽtum, quod facit eum cadere quoties, & quando & quomodo vult, adeo quod Dei nunquam poſſit recordari, & in iſtis terrenis facit eum incuruare

in

Digitized by Google

in tantum quod quanto plus senescit, tanto plus efficitur induratus.

Sexta maledictio. *Effunde super ipsos iram tuam:* quia quandoque in puncto mortis antequã moriantur, mittit eis infirmitates & tribulationes, ita vt nullam habeãt aliquam consolationem in hac vita. Imo incipiunt esse in inferno antequam moriantur, & post mortem merguntur in profundum.

Septima maledictio, & *furor iræ tuæ comprehẽdat eos*, quia priuantur vita corporali ante tempus.

Octaua *fiat habitatio eorum deserta, in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet*, quia Deus permittit superuenire incursus hostium, & bella, & pestes, quibus mediantibus habitationes, & loca destruuntur, deseruntur & comburuntur, & nullus remanet in eis, qui habitet. Item potest intelligi etiam, quod corpus est habitatio, in quam intrat Corpus Christi: vnde illud corpus quod sumit indigne Corpus Christi, fuit desertum gratia Dei: & ante tempus priuatur anima, quia moritur ante tempus.

Christus magis dolet de indigna communione quã de vulneribus à Iudæis inflictis. Luc. 23.

Nona quia priuantur intellectu & efficiuntur obstinati, & sũt crucifixores Christi, iuxta illud, *quem percussisti percusserunt & afflictiones addiderunt:* quasi dicat, magis dolet Christus ista vulnera facta à peccatoribus sumentibus corpus suum indigne, quia iterum crucifigunt eum quam vulnera sibi facta à Iudæis, quia Deus permisiue dimisit percutere Christum à Iudæis, qui ignorabant quid faciebant eo respectu, quia nesciebant ipsum esse Filium Dei, iuxta dictum Christi, *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt:* sed isti existentes in peccato mortali scienter sumunt ipsum indigne: & sciẽter addunt ei vulnera vulneribus. Et hoc est, quod dicit, & *super dolorem vulnerum meorum addiderunt.*

Decima maledictio, *appone iniquitatem super iniquitatem, & non intrent in iustitiam tuam*, quia nesciunt inuenire viam.

Vndecima maledictio est, *deleantur de libro viuentium*, quia de eis in paradiso non erit memoria.

Matth. 25. Luc. 16.

Duodecima, & *cum iustis non scribantur*, quia dicet eis Christus benedictus, *Ite maledicti in ignem æternum*, &c. Et *inter nos & vos est magnum chaos.* Et nota, quod istasmet maledictiones incurrunt omnes homines vtriusque sexus, mares, scilicet post completos quatuordecim annos, & fœminæ post completos duodecim annos, qui non accipiunt Corpus Christi saltem semel in anno.

Omnis vtriusque sexus debet semel in anno communicare, mares scilicet post 14. annos, fœminæ post 12. cõpletos, alioquin incurrit duodecim maledictiones.

Prima, quia Deus permittit quod anima non capientium illud saltẽ semel in anno, sit ligata laqueo diaboli.

Secunda, quia non recipies retributionem.

Tertia, quia generas scandalum aliis conciuibus, si illud non recipis. Ideoque illud recipe publicè in tua parochia, palamque vt videaris, & des exemplum aliis, vt similiter ipsi faciant: nec te moueat quod dicas, ego nollem videri, ne reputer vnus hypocrita: quia sic *luceat lux vestra coram hominibus, vt videant*, &c. vnde nisi publicè communices, habebis istã maledictionem.

Matth. 5.

Quarta maledictio, quia plus excæcaris, nec valet quod dicas, ego non sum dignus.

Quinta maledictio, dorsum eorum superincurua, quia si tu es inclinatus ad malum, non accipiendo, tu plus incurnaberis.

Sexta funde super eos iram tuam, quia infirmitates superuenient tibi, filij & vxor morientur tibi, & multæ aliæ maledictiones occurrent, scilicet bella, pestes, fames, &c. & consideraui & per experientiam vidi, quod in locis, vbi non recipitur digne Corpus Christi, regnant istæ maledictiones: imo in aliquibus locis, quãdo aliquis confitetur vel sumit Corpus Christi & huiusmodi, alij derident eum dicentes, quod ipse est vnus hypocrita, & vult dare fidem hospiti, &c. vnde communiter vbi admittitur Corpus Christi cessant istæ maledictiones magis quam alibi, vbi non capitur.

Septima maledictio, quia citius moriuntur, qui non capiunt, quam qui illud sumunt: ibi & *furor iræ tuæ eos comprehendet.* Et nota bene, quia volo vos docere notam qua possitis agnoscere si vxores vestræ vos diligant, & quando cupiant vt moriamini & ducant alium sponsum. Pone menti, quia si non curat tempore Quadragesimæ, & tempore Paschę, quod tu accipias Corpus Christi, & non stimulat, neque te sollicitat, quod tu illud sumas, nec curat, scias, quod ipsa cupit & desiderat tuam mortem. Similiter si infirmaris, & non curat, neque sollicitat quod illud sumas, est signum quod ipsa vellet te mori: ratio est, quia citius morieris: & probo, vt 3. c. ibi infirmitas, de pœnit. & re. vbi notatur, quod multa mala veniunt propter peccata. Et ibi præcipitur medico, quod antequam medeatur infirmo, inducat eum ad se confitendum: ratio, quia infirmitates multoties veniũt propter peccata. Et timorati medici ad hoc prædicandum in aliquibus locis me impulerunt, quia euenit quod aliter faciendo medicus sæpe dedecore afficitur, & infirmus non ita desperat de vita, neque tristatur, si à principio medicus illi dicit, Amice habeo de more, & ita iura ecclesiæ præcipiunt, quod nemini medear, nisi primo confiteatur infirmus, quia multoties Deus permittit infirmitates venire hominibus propter eorũ peccata. Nam si ista tua infirmitas esset à Deo permissa propter tua peccata, mediante confessione Deus te liberabit, alias parum valerent meæ medicinæ aduersus voluntatem Dei, &c. Similiter tu, ô domina, quando tuus maritus non curat inducere te ad confitendum, scito quia parum curat de vita tua: vnde quando pateris, non expectes, sed subito mittas ad confessorem & confitearis & communica.

Octaua maledictio, quia superueniunt multæ maledictiones & infortunia tam corporis quam animæ & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Nona maledictio, quia indurati & priuati intellectu Christum crucifigunt de nouo, quando quem tu percussisti, &c.

Decima, quia iungunt iniquitatem supra iniquitatem omni anno: quia licet confitearis, nihilominus non sumendo Corpus Christi, tu peccas, & non remittuntur tua priora peccata, de quibus es confessus, & sic iungis peccata peccatis, & non valet tibi illa confessio, quia facis vnum peccatum mortale de nouo, quia transgrederis mandata ecclesiæ, præcipientis quod saltem semel in anno quilibet accipiat Corpus Christi: & sic contra faciendo tu peccas mortaliter, & non intras iustitiam, neque gratiam, & per consequens non tibi prodest confessio illa.

Vndecima, quia deleris de vita viuentium, quia non poteris viuere, & non viuendo deleris de libro viuentium.

Duodecima, quia cum iustis non scriberis, nec miraberis: verumtamen grauiores sunt istæ maledictiones in his, qui indignè capiunt Corpus Christi, quam in his, qui non capiunt.

Digne communicantiũ duodecim fructus.

Videamus modo fructus, quos recipit anima, quæ dignè sumit Corpus Christi, de ligno vitæ in medio paradisi, de quo qui dignè comedit, non morietur: & sunt duodecim fructus dignè recipientium Corpus Christi. Primus est animæ viuificatiuus, provt scribitur in Apoc. cap. pen. de ligno vitæ. Secundus est intellectus illuminatiuus, tertius est affectus mentis confortatiuus, quartus est mentis fortificatiuus, quintus est peccatorum purgatiuus, sextus est pœnarum satisfactiuus, septimus est inimicorum defensiuus, octauus est casus & ruinæ releuatiuus, nonus fructus est meritorum augmentatiuus, decimus fructus est bonorum conseruatiuus, vndecimus fructus est infirmitatum liberatiuus, duodecimus fructus est vitæ æternæ apertiuus.

Apoc. 22.

1 Fructus cõmunio dignã animam viuificat. Ioan. 6. Rom. 1.

Primus igitur fructus arboris vitæ est animæ viuificatiuus, quia sine eo impossibile est animam posse viuere: vnde Ioan. 6. cap. *Qui manducat me, viuit propter me, quia iustus ex fide viuit*, & alibi, *Non ex solo pane viuit*

Digitized by Google

homo, sed ex omni verbo, quod procedit ex ore Dei, &
Matth.4. Matth.4.c. *Lignum vitæ est & qui apprehenderit & tenebit, beatus erit,* & Ioan. 6. cap. *Qui manducat meam*
Ioan.6. *carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: & nisi manducaueritis, non viuetis.*

2. Fructus. Cõmunio digna intellectũ illuminat. Secundus fructus est intellectus illuminatiuus: nam in illo cibo Corporis Christi est tota sapientia Dei, & ideo capiens ipsum efficitur intellectus illuminatiuus lumine veritatis: & isti sunt oculi Ionatam, qui fuit illuminatus: & hoc est, quod dicit Ioan. Apoc. 3. *Vnge collyrio oculos tuos, vt videas.* Collyrium est puluis purgatiuus oculorum, qui potest æquiparari Christo, qui non solum purgat oculos mentales, sed etiã est medela oculorum corporalium, quibus respiciendo Corporis Christi deuotè proficit ad medelam: vnde tu, cui deficit lumen, audi deuotè Missam, & sume Corpus Christi dignè, & proficiet tibi corpori & animæ, & vendicabis gratiam Christi: qui autem faciunt secus, perdunt oculos ante horã: vnde sicut habes de vita & honeſt. c. vbi dicitur, quod stes cum honestate ad Missam, & non impedias officium. Tertius fructus, est affectus mentis confortatiuus, & refectiuus, quia si recipis Corpus Christi cum deuotione, sicut infra tibi dicam, tu recipies tantam consolationem, quod omnis alia delectatio videbitur tibi pœna, iuxta illud, *Parasti mensam in conspectu meo:* & alibi, *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, & in loco pascuæ me collocauit.* Et recipiens Corpus Christi reperit in eo de omni cibo, quem vult spiritualiter, sicut populus Dei comedendo manna satiabat gustum de omni cibo, quem volebat corporaliter.

Ioan. Apoc. 3. Collyrium est puluis purgatiuus oculorum.

3. Fructus. Cõmunio digna animam reficit & recreat. Psal. 22.

4. Fructus. Cõmunio digna animam roborat. Quartus cibus est mentis roboratiuus contra aliquos, qui dicunt: si confiteor, & capio Corpus Christi, ego non ero fortis contra tentationes: imo dico, quod capiendo illud mens roboratur, & magis fortificatur, & magis amas bonum, & vitas mala, & adhæres appropinquando magis Deo, & Deus te adiuuat, iuxta illud,
Psal. 117. *Deus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.*

5. Fructus. Cõmunio digna peccata purgat. Peccatorum duo sunt genera venialium & mortalium. Quintus fructus est peccatorum purgatiuus. Nota, quod duo sunt genera peccatorum, venialium, & mortalium, & in confessione remanent multa peccata venialia. In sacramento est sacramentum, & res sacramenti: in quantum tu consideras sacramentum sumendo illud deuotè, purgaberis ab omni peccato veniali, & plus & minus secundum tuam deuotionem, quam poteris habere, quemadmodum demonstratur in ignis elemento quod operatur in rebus positis in ipso igne secundum materiam & conditionem, seu dispositionem illarum rerum, quæ ponuntur in ipso igne, quia si ponis paleam, nihil durat, & subitò consumitur: si ponis lignum, plus durat: si ponis lapidem, adhuc plus: si ferrum multo plus, & sic de aliis. Ita est in amore diuino, quia secundum dispositionem animorum plus, & minus operatur, quia capiendo Corpus Christi, quandoque omnia peccata venialia delentur. Ita potest esse charitas feruida, & contritio, ac dolor animi, & cordis communicatus cum dolore corporis, si præcedit confessio, & alia requisita. Tolle modo peccatum mortale, quia peccatum est equuleus conscientiæ. Et quæro, vtrum valeat assumptio Corporis Christi in peccato mortali ad absoluendam animã de illo peccato, dico quod possibile est, quod etiam si habens peccatum mortale, de quo non recordaris, quod deletur illud peccatum, de quo non recordaris, & non habes animum illud peccatum faciendi: alioquin si sciens te habere illud peccatum, & recordetis, & nolis confiteri, vel habes animum illud perpetrãdi, tu iudicium tibi manducas, & bibis: quia sicut mortuus non manducat ita tu in peccato existens, censeris mortuus, & manducando non manducas ad vitam, sed ad mortem perditionis tuæ: vnde si habes peccatum mortale, & illud sumis, male est. Et tamen nota, quod potest valere duobus modis. Vno modo dispositiuè, verbi gratia tu non voles parcere, vel non vis restituere ablata, ô fœminæ caudatæ, quia credo, quod capiendo

Peccatũ mortale est equuleus conscientiæ.

In peccato existens mortuus. Cõmunio indigna id est cum peccato mortali valere potest duobus modis.

Corpus Christi, dicendo, non mereor capere, & propter reuerentiam capies cum mente, & poteris venire ad contritionem. Secundo modo, quãdo tu habebis vnum peccatum mortale, de quo non recordaberis, nec habuisti præparationem mentis, & voles, quod confessor petat, & examinet conscientiam tuam, & habebis peccata, quæ ignorabis fore mortalia, vel non intelliges fore peccata, si capis Corpus Christi cum tali peccato, quod ignoras propter tuam negligentiam illud capiendo deuotè, recordaberis illius peccati & habebis feruentem contritionem, qua mediante Deus dabit tibi illam gratiam, quã non habuisses, & faciet te saluari, vbi si nõ accepisses, nõ fuisses coactus, & per consequẽs damnatus.

6. Fructus. Cõmunio digna est pœnarum satisfactiua. Sextus est pœnarum satisfactiuus, iuxta illud, Nullũ malum impunitum, &c. vel in hoc mundo, vel in alio. Nam si sumis Corpus Christi sæpe digne fieri poterit, quod pœnas purgatorij non senties. Primo, quia ibi est sacramentum, quia sacrat mentem. Nam sacramentum idem est, quod sacra mens, vel sacrans mentem, & mentem sacratam Dei amantem efficit & charitas purgat non solũ culpas, sed etiã pœnas, secundum magnos Doctores: quia si virtuosè viuis, & capis sæpe Corpus Christi, sæpe liberaris, non tantum à culpa, sed etiam ab omni infirmitate corporis, & animæ. Et nota, quod secundum deuotionem, quam habebis subleuabit tibi pœnas in isto mundo, & in alio. Vnde semel quæsiui, cum Corpus Christi sumitur, quare non ardet mens? & responsum mihi fuit, propter dispositionem accipientis, quia tantum habes dulcedinis, quantum es dispositus. Similiter considera illud sacramentum, in quantum est sacrificium, quia faciens dicere Missas cum deuotione, non solum illud sacramentum, seu sacrificium purgat culpam, sed etiam pœnas, non solum illi, qui iussit dicere & facere illud sacrificium Missarum, sed etiam illis pro quibus in commemoratione animarum suarum dicitur, & fit iubendo illud sacrificium fieri, & illas Missas dici per personas timentes Deum, dum autem personæ non verentes Deum celebrare volunt tum adiungitur iniquitas super iniquitatem, cum vero celebrans digne paratus est, tunc Deus dimittit tibi pœnas, quas debebas propter tua peccata soluere, & mitigatur pœna. Similiter in sumendo Corpus Christi, potes lenare pœnas animarum existentium in purgatorio, ac si imperaies celebrare Missas.

7. Fructus. Cõmunio digna est inimicorum defensiua. Homo tres habet inimicos. Septimus est inimicorum defensiuus. Et nota, quod habemus tres inimicos. Vnus est mundus, secundus est diabolus, tertius est fragilitas carnis, contra illos, qui dicunt, ego nolo accipere Corpus Christi, quia non sum dignus, nec mereor, & dico, quod est defensio animæ, & corporis. Primo contra dæmones, quia non poterunt te tentare in ira, superbia, luxuria, auaritia, & custodieris ab omni peccato cõtra diabolum: vnde Dauid:
Psal. 22. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me,* scilicet dæmones: & eris sic armatus multo magis securus quã si esses inermis aduersus inimicos. Nec valet dicere, ego non sum dignus, & nolo præcingi armis huius sacramenti: quia sic operando tu esses fatuus, quemadmodum si deberes ire ad bellum, & diceres, ego nolo portare arma, quia possem cadere cum armis. Similiter si tu es Deo associatus, tu stas magis securus quam sine Deo, & cum Deo, quam sine Deo, iuxta dictum Iob, *Pone me iuxta te,* & veniat dæmon, & contra-
Iob 17. dicat mihi. Item habes carnem inimicam & contrariam tibi: & accipiendo Corpus Christi expelles à te omnem tentationem carnalis desiderij, iuxta illud, *Super*
Psal. 22. *aquas refectionis educasti me,* quasi dicat sicut aqua extinguit ignem, ita sacramentum Corporis Christi extinguit peccatum. *Nam si ambulauero per medium* vmbræ mortis non timebo.

8. Fructus. Cõmunio digna à ruina releuat vocandi. Octauus est ruinæ releuatiuus, ad instar aliquorum, quos vidisti, qui hodie, quia est dies Iouis sanctus, sumunt Corpus Christi, vt habeant maiorem libertatem in die Paschæ, ad vacandum vanitatibus: & multi

Digitized by Google

multi sunt volentes hodie sumere Corpus Christi vt retineant illud per duos, aut tres dies in corpore: & postea, vt euomant illud in fœce. Nam si tu haberes Corpus Christi in vno vase, certe tu custodires illud: ergo multo magis debes illud custodire in tuo corpore. Sed ego volo respondere illis, qui dicunt, ego nolo recipere illud, quia non sum dignus, vel quia postea ego caderem iterum. Ad primum vbi dicis, quod tu non mereris, nec es dignus, respondeo, quid intelligis per ly promereri, & quomodo potes promereri illud sacramentum? credis tu, quod ad sumendum illud requiratur quod sis sacratus, sicut fuit Sanctus Petrus, & Sanctus Paulus, aut sis quis alius Sanctus? quia audeo dicere, quod si tu excederes in sanctitate omnes Sanctos, & Beatissimam Virginem, tu nunquam posses promereri illud recipere. Sed duo sufficiunt ad hoc vt possis illud sumere digne. Vnum est, quod sis sine peccato mortali, & sis bene confessus. Aliud est, quod sis dispositus nolle peccare, & ista sufficiunt. Ad secundum respondeo, quod si ieiunares semper, & nunquam comederes, & ires peregre omni die, & perficeres omnia opera misericordiæ, non sufficit. Item si ageres in seruitio Dei, quæ nullus homo vnquam fecit, non sufficit. Vnde illud, Quod nos ex nostra fragilitate facere non possumus, ipse omnipotens Deus facit, & sufficit, quod mandatis paremus, quia quæ desunt nobis, ipse cognitor defectuum nostrorum supplet, exemplo infantuli tui, qui vellet te osculari, & non posset, propter eius imbecillitatem, & tu inclinas te, & apertis brachiis expectas donec paulatim venit, & capis amplexando eum, & accipis in tuo sinu ipsum osculando. Ita facit Deus, quia ex quo fecit hominem fragilem, Deus vult te iuuare in tua fragilitate, & supplere tuos defectus. Sed tu debes etiam cooperari secundum tuum posse faciendo quod in te est, quia sic Deus per suam gratiam tibi infusam facit te dignum: & si dicis postquam recepero Corpus Domini, ego iterum cadam: & impedit hoc quo minus sumas illud: certè sic faciendo tu es obstinatus, & efficieris diabolus, qui est obstinatus, nec potest pœnitere, sicut sumendo ipsum digne efficieris Deus, quia transmutaris in Deum. Exemplum, sunt duę Dominæ bene vestitæ, quæ ambo cadunt in fimo, vna surgit tota maculata, & adit domum, lauat se, & mundat sibi vestem. Alia non vult surgere, timens si surgit iterum cadere, quæ istarum dominarum erit sapientior? certè illa, quæ si millies cadit, surgit semper, & se tergit, quam illa, quæ semper stat in stercore, & fimo. Vnde ita facito tu, quia si cadis, eleua, & vade ad confessionem, & terge te, quia etiam *iustus septies in die cadit*, & surgit: & noli effici obstinatus, quia est peccatum obstinationis, sicut fecit Lucifer obstinatus, qui nunquam surrexit. Sed Adam fragilis homo cecidit, & surrexit pœnitentiam agendo. Vnde isti obstinati vt possint vitare peccatum fragilitatis, incurrunt in peccatum obstinationis, & propriæ malitiæ. Vnde tu ô proditor animæ tuæ, redde te, & humilia te Deo, quia accipiendo Corpus Christi, eris fortior ad te leuandum si cadis, ad instar vnius cespitantis in lapide, quia si est agilis & fortis, sicut cespitat, subito salit, & si inclinat se versus terram, subito salit in pede: & si est debilis immediatè sicut cespitat cadit, & non potest ita se iuuare propter eius debilitatem. Igitur sæpe sume ipsum, & fortificeris, & saluetis.

Ad communionem dignè duo solum sufficiunt.

Pron. 24.

9 Fructus Communio digna meritorum augmentatiua.

Nonus fructus est meritorum augmentatiuus ad tria, quia primo augetur deuotio ad Deum, secundo augetur amor diuinus in te, tertio augetur charitas in proximo, quia ipse Deus est fons charitatis: & ideo vos ô matres inducite filias vestras, & filios vestros adultæ ætatis ad confitendum, & ad sumendum Corpus Christi, alioquin non speretis, quod vnquam sint boni.

10. Fructus Communio digna bonorū conseruatiua.

Decimus fructus est bonorum conseruatiuus. Nam qui sciret lucrari, & non conseruare, nihil faceret: vnde cum sumis Corpus Christi, dic, Domine gratiam quam mihi dedisti, custodi mihi illam, tu Domine.

Tolle vndecimum fructum, qui est infirmitatum liberatiuus: vnde Apost. Paulus in epistolis dicit, quod multi infirmantur, quia non accipiunt Corpus Christi, vel quia illud sumunt indigne.

11. Fructus communio digna infirmitatū preseruatiua.

Duodecimus fructus est vitæ æternæ apertiuus, quia accipiens illud, potest esse ita contritus, & ipsum capere cum tanta deuotione, quod purgat ipsum ita, & taliter, quod recto tramite ingreditur paradisum, sicut demonstratur in Elia, qui iuit cum illo cibo spirituali, quem sumpsit ad montem Oreb, quem nobis sumere dignetur ille, qui suo proprio ore constituit, & ordinauit hoc sacratissimum sacramentum sacramentorum pro salute animarum nostrarum nunc, & in hora mortis per suam misericordiam, Amen.

1. Cor. 11.

12. Fructus Communio digna est vita æterna apertiua.

FERIA SEXTA IN DIE Veneris Sancto.

SYNOPSIS

Eorum quæ præcipuè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore dolente, agit de Passione Domini, quæ dicitur lignum vitæ & tres præcipuas complectitur partes.

Prima pars principalis,
Contemplatur radicem ligni vitæ.
Secunda pars principalis,
Tangit amorem illius fructificantem duodecim fructus.
Tertia pars principalis,
De amoris sanantis foliis.

DE AMORE DOLENTE

Qui est 6. penna 6. alæ dicta amor liberalis.

Sermo XLV.

De Passione Domini nostri Iesu Christi quæ dicitur lignum vitæ.

LIGNVM *vitæ in medio paradisi.* Gen. 2. In quibus verbis loquemur de amore fructuoso, quia lignum vitæ, affert fructum vitæ. Et etiam in hoc sermone loquemur de sexta Ala, scilicet amore angustioso seu dolente. Et quia vita non potest haberi & obtineri sine gratia, ideo oportet ipsam gratiam implorare, & ipsam gratiam non possumus hodie à consueta Virgine implorare, nec ad eam recurrere: primo, quia nobis non adest aditus recurrendi ad eam, considerato, quod eius vnigenitus filius hodie est pro nobis vituperatus, flagellatus, & mortuus in crucis patibulo, vnde propter hoc perdimus accessum. Item quia etiam nobis deficit potentia, qui si volumus eam salutare dicendo, *Aue Maria*, quia aue significat sine ve, ab à, quod est sine, & ve: ipsa Virgo plena dolore ex passione sui geniti potest respondere, quod hodie est magis plena ve id est tristitia, & dolore, quam fuerit aliqua creatura mundi. Nam si vocabimus ipsam Mariam, quæ dicitur illuminata, quid poterit respondere, nisi quod ipsa est omni lumine priuata? & si volumus ei dicere, Maria id est amarum mare, ei multiplicabitur dolor: & si dixerimus, Gratia plena, ipsa merito poterit respondere, imo plena pœna, & dolore, & omni tristitia. Nec possumus dicere, Dominus tecum: quia respondit, quomodo est Dominus mecum, imo prædilectus filius non tanquam Dominus,

Genes. 2.

Maria id est illuminata.

Digitized by Google

Dominus, sed tanquam seruus vilissimus est mihi cruce appensus,& cum iniquis deputatus, & à me est proditorie sublatus. Sed si dicimus,Benedicta tu in mulieribus : ipsa respondebit,imo videor hodie mundo cœco maledicta. Et si dixerimus, Benedictus fructus ventris tui : erit in memoriam illi reuocare,& renouare & augere dolorem , & poterit dicere , quod imo apparet perfidis Iudæis eius fructus magis maledictus quam vnquam fuerit aliquis. Si dicemus , Sancta Maria ora pro nobis : ipsa dicet, Ego non possum pro me orando redimere filium meum,& multo minus hodie potero pro vobis orare : deficit etiam scire & velle , quod est ita absconsum in mente diuina , quod ipsum alibi habere non possumus : vnde non habemus hodie recursum , nisi ad crucem , à qua talis & benedictus dependet fructus : vnde orando ipsam salutabimus lachrymabili voce dicentes,Aue crux passiua. In proposito enim themate demonstratur amor fructuosus , de quo loquitur Ioan. 22. cap. dicens: *Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum procedentem de sede Dei, & agni in medio platex eius,& ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim per menses singulos reddens fructum suum., & folia ligni ad sanitatem gentium, & omne maledictum non erit amplius,& sedes Dei,& agni in illa erunt , & serui eius seruient illi,& videbunt faciẽ eius,& nomen eius in frontibus eorum , & nox vltra non erit , & non egebunt lumine lucerna,neque lumine solis,sed Dominus illuminat illos , & regnabunt in sæcula sæculorum.* Vnde eleuando mentem nostram in isto eloquio sancto , quia sunt quamplures intelligentes,& omnibus debitor factus sum, diuidam in tres amores contemplandos. Primus est amor radicans , qui consistit in radice huius arboris ligni vitæ. Secundus est amor fructificans , in quo videbitis duodecim fructus huius arboris vitæ,& hoc erit pro intelligentibus , quia videbunt in his passionem Domini nostri Iesu Christi,in qua stupebunt.Tertius amor erit sanans, quia folia eius ligni ad sanitatem gentium , & erit pro omnibus gentibus.Et notetis bene vos,qui scribitis,quia declarabo vobis res de passione animæ Christi in secunda parte, quod faciam , vt vos intelligentes videbimini intus recollecti , quia commemoratio passionis Christi non fit propter corpus , sed propter animam. Prima pars erit breuis, & sic habebitis istam arborem in cortice , & in medullis scilicet in corpore , & anima Christi.

Apoc.22.

Commemoratio passionis Christi fit solum propter animam.

Prima Pars Principalis,

Quæ contemplatur radicem ligni vitæ.

VEnio igitur ad primam partem, scilicet ad fundamentum radicis istius ligni: quia lignum vitæ in medio paradisi à quo anima capit cibum in medio paradisi, scilicet comedendo eius fructum in hoc mundo acquirit gratiam, & postea gloriam in medio paradisi à sancta catholica ecclesia, & habet tres radices , secundum tria tempora continuo visa per animam Christi cum diuino Verbo vnitam : quia vt scias Christus verus Deus, & homo , per vnionem quam habebat cum Verbo diuino,cui omnia tempora præterita,præsentia, & futura semper sunt præsentia , sciebat in præsentia omnia quæ futura erant de sua passione:vnde Ioan.10. cap.*Videns omnia,quæ ventura erant super eum*,quod videre illuminatiuum repræsentabat illi omnes iniurias sibi factas,& omnes iniurias, & peccata, quæ vnquam facta fuerunt ab Adam , & descendentibus ab eo vsque ad eius incarnationem , & in vtero Virginis ; & postquam natus fuit,& sic omnia peccata,quæ fiebant , & futura erant ipse præsentialiter semper habebat , & sic nulla fuit operatio præterita,præsens,vel futura , quin fuerit semper à Christo præsentialiter visa. Et sic habes tres radices visionis Christi, scilicet trium temporum, scilicet præteriti,præsentis,& futuri,de quibus visionibus fundamentorum , siue istarum trium radicis istius ligni Dauid Propheta loquitur dicens , *Fundamenta eius in montibus sanctis :* montes sancti sunt suum videre ista tria tempora præterita,præsentia , & futura,de quo diuino visu ipse Dei Filius erat illuminatus.

Radix ligni vitæ erat visio Christi per tria tempora Psal.86.

Secvnda Pars Principalis,

Tangit amorem illius fructificantem duodecim fructus.

ELeua modo mentem tuam, & considera secundam partem duodecim fructuum cuiuslibet mensis huius arboris,qui continet dolorem,& amorem.Nam cortex est amara,scilicet dolor, & fructus est dulcis & suauis , scilicet amor. Primus fructus dicitur priuationis, secundus fructus est obligationis,tertius fructus est incisionis,quartus fructus est fornicationis, quintus fructus est contritionis , sextus fructus est compassionis, septimus fructus est deformationis,octauus fructus est offensionis,nonus fructus est receptionis,decimus fructus est ignorantiæ , vndecimus fructus est abbreuiationis,duodecimus fructus est reuerberationis.

Cortex passionis est amara. Fructus passionis dulcis & suauis.

Capio igitur primo fructus , & omnis fructus nihil aliud est,quam amaritudo animæ Christi,& illa amaritudo animæ Christi erat cum voluntate & gaudio dolendi,quia secundum August.Nemo inuitus bene agit: vnde anima Christi tantum gaudebat , quantum dolebat.

Primus igitur fructus , siue pomum primum dicitur fructus priuationis, quia Christus benedictus considerabat tria tempora priuationis æterni regni , scilicet præteritum tempus, præsens,& futurum , quia videbat omnes tam natos ab initio mundi,& qui erant nati, & nascituros fore priuatos, atque priuandos gloria paradisi.Hinc est,quod considerans,quod propter eius passionem omnes credentes debebant saluari , dolendo de eius passione , gaudebat , quod doleret propter istum fructum priuationis dolendæ,& redemptionis mediante eius morte faciendæ. Et omnem fructum diuidam in duas partes,& sic erunt xxiiij.horæ diei naturalis.& sequemur Solem huius diei : quia est illa dies,de quo loquitur Prophera. Ecce nox solum sibi nota, quia solus Deus nouit illam diem : vnde ipse Christus intelligebat quot animæ debebant priuari vita æterna , & dolebat,& gaudio replebatur,quod doleret,& tantum dolebat, & gaudebat de illo suo dolore , quantum erat bonum , quo bono priuari debebant. Secundo propter longum tempus, quo priuabantur. Primo enim quantum erat illud bonum,quo priuabantur ? certè erat infinitum,& per consequens ipse habebat infinitum dolorem : quia si crearentur plures creaturæ,quæ vnquam fuerunt,sunt,& erunt, non possent comprehendere illum ineffabilem dolorem passionis Christi. Vnde etiam infinitè conquerebantur de tanto tempore istius priuationis : quia illud bonum , quod exinde sequebatur, erat infinitum,ideo erat infinitus ille suus dolor.Ex alio latere tantum dolebat,quanto tempore videbat animas illo summo bono priuari : & illud tempus illius priuationis durare. Si ergo gustas saporem huius considerationis,tu videbis , quod tantum dolebat, quantum erat magnum bonum , quod animæ perdebantur , & quantum erat tempus immensum,quo tanto bono debebant priuari : Exemplo vnius Reginæ matris plurium filiorum expulsorum de suo regno,quantum credis , quod ipsa doleret de expulsione suorum filiorum, & priuatione illius regni ? certè tantum ipsa doleret, quantus esset valor illius regni , & secundum illud tempus per quod consideraret illos suos filios fore priuandos illo regno, & tanto plus doleret,quantum plus sciret, & cognosceret magnitudinem illius regni , & quãto tempore videret illos debere esse exules à regno suo,

Primus fructus priuationis regni æterni secundum tria tẽpora.

Christus doluit secundũ tẽpus p inationid regni æterni.

Digitized by Google

suo, vt dixi. Sic fecit Dominus & redemptor noster Iesus Christus, quia secundum valorem priuationis, & perditi paradisi, & prolixitatem temporis, quo illa priuatio durare debebat, habuit passionem doloris. Fuit ergo sua cum ratione voluntas, quia gaudebat de suo dolore, per quem humanum genus à priuatione tanti boni, & tam longa redimeretur: vnde Isa. 29. *Tristis erit*, & tristis apparebat non solum pro propria passione, sed pro nostra dispersione, non quod essemus damnati, gaudebat, quia tunc vt saluaremur tantam pœnam offerebat se soluturum pro nostra saluatione, tantus erat eius amor.

Christus dolens & lætus in passione. Isa. 29.

2. Fructus obligationis.

Secundus fructus est obligationis, quia Christus glorioſus intelligebat omnes, qui erant obligati inferno, & dolebat, quod incurrerent tantum malum infinitè, sicut infinitam esse intelligebat pœnam inferni, & tantum quantum erat tempus illorum, qui erant inferno deputati. Ergo quanta est pœna damnatorum, & futuram intelligebat, tantam pœnam portauit Christi anima benedicta, & quanta erat ira Dei aduersus damnatos implacabilis, quia in inferno nulla est redemptio, & sic erat dolor ille infernalis in anima Dei, & totum illum dolorem ferebat in eius mente ex compassione. Exemplum si esset vna mater, habens filium, quæ videret ipsum capi, & in atro carcere trudi, & ad proprium carcerem condemnari, & nunquam speraret amplius videre ipsum, quantum doleret illa mater: certè ipsa tantum doleret, quantum intelligeret iram illius damnationis, quæ condemnasset eum fore implacabilem versus ipsum. Ita erat in Christo, videndo pœnas infinitas inferni, & iram Dei infinitam, & implacabilem aduersus damnatos. Erat igitur tanta pœna in anima Christi, quanta datur, aut dabitur in perpetuum omnibus damnatis: vnde Propheta Regius Psal. 142. *Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est spiritus meus super me.* Ecce vna pars huius pomi, siue fructus huius, ibi, *sicut mortuos.* Ecce alia pars huius pomi, *in obscuris*, scilicet in inferno, *vbi nullus est ordo, sed sempiternus horror*, & priuatio lucis, & omnis boni, vnde eius pœna poterat dici infernalis.

Iob. 10.

3. Fructus incisionis.

Tertius est fructus, seu pomum incisionis, quia Christus tantum dolebat, & tot dolores habebat, quot intelligebat fore corpora damnatorum, quæ diuidi debebant ab eo, & quanta erat infirmitas illorum, qui debebant diuidi ab eo. Vis bene intelligere hoc. Pone, quod sit vnus, cui incidatur omnis iunctura membrorum, quot dolores sentiet ille? certè tot dolores sentiet, quot iuncturas abscissas habebit: sic erat in Christo, cuius sumus membra, à quo separamur ob peccata nostra, quia tot dolores habebat, quot animas intelligebat separari propter peccata ab eo. Et quando vnus prælatus diuiditur à Christo, tunc euellitur vnus oculus Christo. Et si est vnus prædicator diuisus ab eo, tũc abscinditur ipsi lingua. Si est vnus peregrinus, tunc abscinditur sibi pes. Si est eleemosynarius, abscinditur ei manus; & sic de aliis: & iste erat sibi vnus dolor immensus. Adiunge modo supradictis doloribus pœnas infinitas, quas habebat, quia est caput omnium. Nam habuit tot pœnas, quot intellexit fore infirmitates in membris suis, scilicet in nobis, qui sumus membra eius, quas infirmitates ad nos mittit Deus propter peccata, per quæ peccata membra abscinduntur, & separantur ab eo, vnde renouatus est ei infinitus dolor abscissionis tot illorum dolorum: vnde Thren. 1. *foris interfecit gladius, & intus est mors similis*, foris est incisio hominis, & animæ Christi dolor intrinsecus, quia intus est anima, & foris est corpus: vnde quando homo per peccatum est abscissus, intus in anima Christi est dolor peccati similis morti propter separationem hominis à se, qui mittitur in profundum propter peccatum.

Peccata separant nos à Deo.

Prælatus dicitur oculus Christi. Prædicator lingua est Christi. Peregrinus pes est Christi. Eleemosynarius est manus Christi. Thren. 1.

4. Fructus fornicationis.

Quartus fructus est pomum fornicationis, quia valde dolebat, intelligens scilicet animas amare ex totis visceribus mentis plus mundum, & res caducas, quam Deum, & ita postponendo amorem diuinum mundanis rebus animæ taliter fornicarentur, vnde ex hoc valde dolebat, quemadmodum si Imperator mundi nobilis quidam acciperet in suam vnicam & legitimam vxorem vnam pauperculam villicam, quam vestiret purpurales vestes, & eam sub eodem throni velo locaret, & ipsam amaret vltra alias creaturas, & ipsa submitteret se vni luxurioso: quantum credes, quod doleret Imperator eius maritus? certè tantum dolorem haberet in eius mente, quantus est amor ille, quo eam adamabat, & quanta esset gratia qua eam decorauerat. Ita facit Christus, qui *de stercore erigit pauperem* animam, & tantum dolebat, quanta erat fornicatio animæ, & quantus erat amor, quo eam deperibat; sed quot fuerunt, sunt, & erunt animæ fornicatrices? certè innumerabiles, & certè tot dolores ipse Christus in eius anima habuit. Item tot dolores sustinuit, quot animas amauit, quæ fornicatrices fuerunt, & erant, & fornicatrices futuras esse intelligebat, quorum numerus est infinitus: vnde Hier. de humana generatione loquens inquit: Tot autem passus est dolores, quot animas amauit, & quot animæ fornicariæ fuerunt, erant, & esse futuras intellexit, qui omnia palam habebat.

5. Fructus contritionis.

Quintus fructus, siue pomum est contritionis, quia Christus tantum dolebat, quantum videbat multitudinem peccatorum, & eorum magnitudinem, & horrorem intelligendo, quod omne peccatum mortale priuat animam gratia Dei, quia omnia peccata mundi præsentia, præterita, & quæ futura erunt, ipse Dei Filius ita habebat præsentia, sicut tu habes istud pulpitum, quia tanto plus videt te, quantum visio creatoris exuberat visionem tuam, & omnes creaturæ sine aliqua comparatione: & vos peccatores nunquam peccati rei estis, quin viderit ante quando fuistis in rerum natura: & tu ô fœmina, nunquam fornicaris, quin te videat, caueto ergo: vnde Ioan. in Apoc. 1. *Videbit omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Et sic istud pomum est diuisum in duas partes, quia videbit multitudinem peccatorum, & eorum magnitudinem. Exemplum, tolle quendam patrem habentem filium, qui pater timeat Deum, & diligat filium, sed maxime eius animam. Iste pater videt hunc filium suum committere homicidium, certè tantum dolet de illo homicidio, quantum ipse pater amat Deum, & ipsum timet, & quantum amat animam filij sui: & sic propter duas causas dolet, quia prima deseruit Deo: & de hoc tantum dolet quantum amat Deum. Secunda, quia dolet propter amorem, quem defert filio tantum quantum est amor filij. Ita occurrebat Christo considerata magnitudine, & altitudine peccatorum, & eorum multitudine, ex anima Christi exibat infinitus dolor, quia & ipse est infinitus, & peccata sunt infinita: tu vides, quod vnum peccatum mortale est infinitum malum, & tam grande, & infinitè offendit Deum, & est causa tanti doloris ei: propterea caue quantum potes, ne pecces: vnde Hiere. 2. cap. *Magna sicut mare est contritio tua*: quia sicut innumerabiles sunt tempestates maris, & innumerabilia sunt peccata, & quam grande est mare, ita innumerabiles fuerunt dolores Christi, & tam magni.

Apoc. 1.

Peccatum in fructum malum.

Hier. 1.

6. Fructus compassionis.

Sextus fructus, siue pomum est compassionis, quia tot dolores habebat Christus, quot erant martyrum dolores & supplicia, qui debebant sufferre passionem pro eo, & quot erant iusti, qui debebant affligi propter eius nomen. Tolle ergo modo labores, & pœnas omnium suorum martyrum, & confessorum, & iustorum, ipse Christus sentiebat omnes pœnas, quas ipsi senserunt, & similiter sensit omnes pœnas quas tulerunt viri sancti, & Prophetæ pro eo, sicut habes in testamento veteri; & etiam pœnas aliorum martyrum futurorum vsque ad finem mundi, & sic sentiebat pœnam S. Laurentij, & habebat maiorem pœnam quam postea habuit S. Laurentius; & sic de Stephano, & sic de

Digitized by Google

de aliis, quia in præsentia videbat futura, præsentia, & præterita, & omnibus istis ipse compatiebatur valde. Ita compatiebatur confessoribus, prædicatoribus, & aliis quibuscunque se affligentibus in aliis bonis operationibus propter eum: & tu nunquam dixisti vnum *Pater noster*, cum labore, quin Christus senserit illum laborem, & sic de ieiunio quod facitis, & de aliis bonis operibus, quæ facitis pro eo: similiter si vides aliquem offendere Deum, & tu doles de illa offensa tantum dolet Deus quantus fuit tuus dolor, & plus, & compatitur ad instar matris habentis filium, quem videbit suspendi, membratim lacerari, & cruciari: quantum dolorem credis quod habebit illa mater dolorosa? certè tantum dolorem habebit quantum dolorem & pœnam videbit suum filium pati. Similiter Iesus Christus videns pœnas omnium suorum martyrum, quas pro suo nomine passi fuerant, patiebantur & pati debebant, tot pœnas patiebatur, quot pœnas passi fuerunt, & pati erant. Similiter si tu videres tuum filium vnicũ ieiunare, & valde infirmari, vel valde doloribus oppressum, quantum dolorem haberes? certè multum, & magnum: sic fecit Christus confessoribus, prædicatoribus, & aliis suis seruis: vnde Dauid, *Sicut aqua effusus sum*, diuide in duas partes, & *dispersa sunt omnia ossa mea*. Ossa Christi fuerunt sancti martyres, qui fuerunt cruciati, sicut aqua significat confessores fatigatos.

Psal 21. Martyres ossa sunt Christi.

7. Fructus deformationis.

Septimum pomum est deformationis, quia tantum dolebat Christus, quod anima esset deturpata, quantum ipsa anima est grandis, & pulchra, & eius imago, & similitudo: nam imago Dei est infinita, similiter & similitudo: vnde Christus videns imaginem suam fore ita deturpatam in nobis, & eius similitudinem, quanta est magnitudo ipsius imaginis & similitudinis, quas habemus cum ipso Deo, tantum dolebat: & quia est eius imago infinita, ideo infinitè dolebat de turpitudine ipsius animæ, quam videbat ad instar matris, quæ haberet vnam pulcherrimam filiam, circa quam poneret totum suum studium, vt appareret pulchra, vt bene nuberet, & eius facies efficeretur tota leprosa, & capilli splendidi caderent, & efficeretur calua, & tota deformaretur: certè ista mater tantum doleret quantus esset amor, quem illi deferret, & quanta erat sua pulchritudo deperdita, & spes quam habebat ad eam marito traducendam. Ita fecit Christus de anima nostra deturpata in lepra peccatorum: vnde Thren. 4. cap. *Denigrata est super carbones facies earum*: Vnde ergo Christus habebat infinitum dolorem, sicut eius imaginis pulchritudo est infinita, & quanta est infinitas culpæ à peccatoribus perpetratæ.

Imago & similitudo Dei qua sit in anima peccatis deturpantur.

8. Fructus offensionis.

Octauum pomum est offensionis, & diuide istud pomum, quia Christus infinitè dolebat quantum amabat Patrem æternum offensum, & quantum amabat creaturas ipsum offendentes, & sicut infinitè amabat Patrem, & creaturas, ita infinitè dolebat, ad instar patris habentis vnum bonæ indolis filium, & tres filios malos, qui pater esset bonus, sapiens, & gratiosus Deo & mundo, & tres filij nequissimi veniunt ad tantam iniquitatem quod verberarent patrem, & percuterent lapidibus, & blasphemarent eum, & sæuirent in eum, certè bonus filius tantum doleret, quantum amaret patrem suum & fratres suos. Ita facit Christus videns Patrem æternum esse tantum offensum, qui est infinitus, infinitè doluit, & quantum ipsum amabat, quia infinitè, & quantum habebat peccatores ipsum offendentes: vnde Dauid, *Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua*: quia anima faciens vnum peccatum mortale, occidit Deum, & sufficit tua malitia quamuis ipse non sit mortalis: vnde si velis occidere Papam, vel Regem, licet non existas feruens in tuum malum propositum, quia tu ipsum non occidisti tantum ex parte tua, perinde est ac si ipsum occidisses: sic est in peccatore, quia peccatum mortale vult dicere, quia aufert vitam, vbi est, sicut dicitur, *Qui concupiscit mulierem ad mœchandum eam, mœchatus est*: licet non venerit ad actum. Vnde peccare mortaliter nihil aliud est quam occidere te, & Deum, & priuare te Deo, quia priuatur omnium vita, & infinito bono, quia est infinita mors, & tollit vitam, vbi est. Nam anima habet vitam ab illo, qui est vita, iuxta illud: *Ego sum via, veritas, & vita*: vnde quælibet res, quæ habet vitam, sicut arbores, plantæ, herbæ, vermes, bestiæ quadrupedes, pisces, aues, omnes dæmones, & Angeli, & quæque cætera habentia vitam, illam habent à Deo, qui est vita; & non essent elementa, nisi esset ille Deus, in quo consistit vita, & est vita viuentium: vnde cum sint quatuor naturæ, scilicet natura creata corporalis, & natura creata rationalis, & natura creata spiritualis, & natura naturans diuinalis: & cum tu peccas mortaliter quantum in te est, tu occidisti Deum, qui est vita, quia negando in te infinita mors, deficit infinita vita in te, quantum est ex parte tui, & sic tu tollis esse vitale corpori tuo, & similiter animæ, ex quo tollis vitam animæ, tu tollis gloriam Angelis, & sic deficiunt gloriæ Beatæ Mariæ Virginis, & omnibus aliis Sanctis paradisi, quia non potest esse gloria paradisi sine sanctis; tu ergo cum peccas mortaliter, occidis animam tuam, & tuum corpus, Beatam, Virginem, Angelos, & Sanctos, &c. & quia si esses beatus augeretur gloria paradisi per te, quæ consistit in Sanctis, & sic augeretur gloria Sanctorum omnium, & Angelorum, ac Beatæ Virginis: vnde occidendo animam tuam per peccatum, occidis in te Deum cum omnibus dependentibus ab eo: vnde solet dici, Remanserunt orphani, quia filius occidit patrem, & vxor eius vidua. Considera ergo quantum dolorem habuerit Christus Filius Dei, qui videns occidere patrem, & matrem, Beatam Virginem, Angelos, & omnes Sanctos, toties quoties peccatores peccant mortaliter, quia tantum doluit quantum amabat patrem, matrem, angelicam naturam, sanctos, & ipsos peccatores.

Christus infinite doluit quia pater infinitus offensus.

Psal. 168. Peccatũ mortale occidit Deum.

Matth. 15.

Ioan. 14.

Omnia viuentia vitam à Deo habent.

Natura quatuor sunt vitã habentes.

Peccãt mortaliter vitã aufferre ab omnibus eam habentibus.

9. Fructus dolor recisionis.

Nonus est dolor recisionis, & significat quod Christus videbat quanto tempore debebat viuere, & tempus quo debebat mori, & recedere de hoc mundo: & sic duo videbat, scilicet dolorem, quem sufferre debebat morte, & passione sua, & amore, quo se amabat qui erat moriturus; & tantus erat eius dolor; quantus erat ille dolor, quem ipse portare debebat in patibulo duræ mortis, qui dolor erat infinitus, & ideo infinitè dolebat ex illa parte pomi, quia se infinitè amabat, infinitè etiam ex hac parte dolebat: amabat enim se propter se, & secundario, quia videbat eius mortem fore salutiferam animabus: vnde diuidendo illud pomum Christus tantum dolebat quantum amabat, quia infinitè: & sic considera, quod in eius anima fuit infinitus dolor, exemplo sapientissimi ciuis, qui esset dux sui populi, & videret se comburendum, vel moriturum, & non posset euadere, & intelligeret pœnam illius suæ duræ mortis, & ab alio latere consideraret iacturam sui populi propter suam mortem, quia videret se esse valde vtilem populo, certè multum doleret propter ista duo, & tantum quantum plus saperet, & intelligeret illa. Ita Christus, qui infinitè intelligebat, & se infinitè amabat, ita infinitum habuit dolorem in mente sua: vnde Ioan. 18. *Videns omnia, qua ventura erant super eum*, orans in horto inquit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, quia licet non habeam illum dolorem per experientiam, tamen illum habeo per intelligentiam: & vide si erat magnus dolor ille, quia factus in agonia guttæ sanguinis decurrerunt vsque in terram, &c.

Matth. 26.

Luc. 22.

12. Fructus ignorãtiæ cæcitatis humani generis. Christus dolebat ob beneficium incarnationis nõ intellectũ.

Decimum pomum est ignorantiæ cæcitatis humani generis: quia primo cognoscebat, quòd eius incarnatio non debebat intelligi à natura humana. Secundo, quia cognoscebat infinitum beneficium suæ incarnationis, & tantum dolebat, quantum erat illud beneficium suæ incarnationis, non intellectum, & quantus erat amor, qui fecerat ipsum incarnari, & ista duo

mysteria

mysteria ipse intelligebat & infinite dolebat, quòd non erant intellecta ab anima, & quantum amorem ipse ostenderat in tali sua incarnatione, quia virtus venit in Maria Virgine: *& sic Deus dilexit mundum:* ecce primum *vt filium daret mundo*: ecce secundum. Exemplum si esset vnus pater habens filios & causa ditandi ipsos laborasset diu, exponendo se multis periculis maris, & senex factus videret filios non cognoscere hoc, & fore ingratos versus patrem, & male se tractare, quantum doleret senex pater: certe tantum, quantum fuisset beneficium illud, & quantum amorem sibi ferret: sed beneficium, quod nobis donauit Deus se incarnando, est infinitum & non est appretiatum mundo cæco, neque cognitum, quia fecit nos Filios Dei participatione & glorioſos, & videns nostram ingratitudinem contemplare anima, quantum dolebat & quàtum dilexit nos, & labores suos quos portauit pro nostra salute vsque ad mortem crucis: vnde si propter hoc non lachrymaris, valde est induratum cor tuum, & illud dedisti morti: vnde Ambrosi. Tristis erat, quia paruulos nos relinquebat: quasi dando tibi vnum aliud exemplum, quia si moriendo relinqueres post te plures filios tuos paruulos cum vna mala matre & prauis affinibus, & coniunctis, pro explorato & certo haberes, quòd te mortuo omnes spoliabunt ipsos & nulla, eorum cura & sollicitatio, quantum doleres? & si videres filios tuos ludere in conspectu tuo, quid diceres in corde tuo? certe si vos intelligeretis hoc, vos fleretis mecum: sic fuit in Christo nostro redemptore, qui infinite dolebat de nostra cæcitate, & beneficio nobis dato non cognito. & nostra perditione, quam non intelligimus.

Ioan. 3.

11. Fructus abbreuiationis.

Vndecimum pomum fuit abbreuiationis, in quo præuidebat Christus breuitatem temporis, in quo debebat manere in præsenti mundo & dolebat secundum humanitatem de sua morte futura: & diuide pomum, quia primo cõsiderabat meritum, quod acquirebat mũdo in sua conuersatione, quæ erat infinitæ vtilitatis & infiniti meriti: quia omnis actus Christi erat infiniti meriti, quod infinitum meritum breuitas temporis quo debebat permanere in præsenti vita auferebat humano generi: ex alia parte videbat se in breui passurũ & moriturum propter quas duas præmeditationes Christus tantum dolorem habebat quãtum erat illud infinitum meritum, quod promerebatur degẽdo in mũdo, & quãta futura erat pœna suæ diræ mortis ad instar vnius generosissimi viri, qui faceret vnum præclarum opus quod foret factum in mundo, & esset sapientior homo mundi & iuuenis, quantum doleret mori considerando vtilitatẽ & meritum, quod deberet sequi, qui dolebat infinite de merito & tua conuersatione sequebatur, & illud perdebat, & de sua morte cito futura: vnde Isaias. *Vere dolores nostros ipse portauit, & lãguores nostros ipse tulit.*

Omnis actio Christi erat infiniti meriti.

Isa. 53.

12. Fructus reuerberationis.

Duodecimũ pomũ fuit reuerberationis, quia Christus videbat matrem suam, dum penderet in cruce totã transformatam, & esse ità crucifixã, sicut erat ipse Christus, quia erat vnita cum Christo, & è contra, adeo quod totus dolor Virginis Mariæ reuerberabat in Christo, & è contra, iuxta illud, *Ipsius animam pertransibit gladius:* vnde ipsius Virginis dolor erat maior & plusquam omnes creaturæ mundi possent portare in tantum, quod si ille dolor foret partitus & diuisus inter omnes creaturas mundi vitales, caderent mortuæ, quia quãto plus amabat Christum virgo beata, tanto plus dolebat, & amor suus, quem ipsa portabat Christo eius vnigenito filio, erat infinitus: ergo eius dolor erat infinitus. Et fac duas partes de isto pomo. Prima est, quia ipse Dei Filius Christus glorioſissimus tantum doloré portabat, quantus erat amor, quem portabat virgo benedicta, & è contra, & quantum Christus de ipsa condolebat, & exinde ipse Deus infinitum dolorem sentiebat coniungendo vtrunque hinc inde, exemplo matris sapientissimæ videntis publicè affligi filium suum magni intellectus & prudentissimi: quia filius habebat dolorem suum & tantum maiorem dolorem ex afflictione matris, quantus erat amor immensus, quem habebat ad eam, & quantum afflictam videbat eam: ita erat in Christo & plus sine comparatione, iuxta illud Ierem. *O vos qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor*, per reuerberationem, *sicut est meus*: quia omnes dolores mundi, & alij suprascripti, si essent simul coniuncti, non essent tot & tanti, quantus fuit dolor glorioſæ Virginis Mariæ reuerberati & recepti cum illa crudelissima passione Christi, & iste est magnus sensus animæ eleuatæ in Christo.

Virgo Maria crucifixa in cruce cum Christo Filio. Luc. 2. Virginis Maria dolor maior quã omnes creaturæ sufferre possent.

Thren. 1.

Ego volo formare tria dubia. Primum est, quare dolebat ita Christus de damnatione peccatorum, vt supra dictum est, ex quo ipse videbat causam damnationis ipsius Christi. Secundum dubium est, cum voluntas Christi est vniformis cum voluntate Dei, & ipse Deus non dolebat de damnatione ipsorum damnatorum, quare ergo debebat ipse Filius Dei qui in omnibus debet conuenire cum mente diuina, cum nec sancti dolẽt de impiorum damnatione, qui sunt conformes cum mẽte diuina: multo magis debebat gaudere, & non dolere Christus ipso existente in peregrinatione. Ad quorum duorum dubiorum declarationem, nota quod anima Christi habebat duo obiecta: vnum obiectum diuinitatis, in quantum erat Deus, & aliud obiectum humanitatis in quantum erat verus homo: vnde in quantum habebat obiectum diuinitatis ipse Dei Filius non dolebat quemadmodum nec Angeli, neque beati dolent de damnatione ipsorum, imo gaudent etiam si viderent animas parentum & filiorum damnari, quia eorum animæ sunt conformes voluntati diuinæ: sed Christus in quantum homo & viator, habebat omnes dolores, quos tibi supra dixi, & plures, imo plus, quia Deus volebat, quòd ipse eius Filius sic vellet, iuxta illud, *voluntarie sacrificabo tibi*, &c. Sed si diceres, quare ergo Christus in quantum homo non moriebatur in ipso instanti, ex quo habuit tot infinitos dolores, sicut superius demonstratum est: quia si illi dolores, quos ipse passus fuit, fuissent partiti & communicati inter omnes creaturas mundi, omnes subito mortuæ præ nimio dolore fuissent: Ego respondeo tibi secundum naturales, nullus potest mori in hac vita ex dolore aliquo, nisi dolor ille communicetur sensualitati, & animæ sensitiuæ: vnde licet Christus perciperet tot dolores in anima sensitiua, tamen donum fortitudinis diuinæ tenebat illum dolorem reclusum ita, quòd veniret ad partẽ animæ sensitiuæ, & non cõmunicaret sensualitati Christi, donec peruenit ad illum punctũ, vbi ipse dixit: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti.* Tertium dubium est, quare erat necesse quod Christus pateretur tantam pœnam & tot dolores. Respondeo, quòd fuerũt quinque causæ, quæ induxerunt Christum ad tantum dolorem & pœnas sustinendas: & facio differentiam inter doloré in corde & pœnam in corpore: & ipse Dei Filius voluit portare vtrũque quãdoque rationibus contradicentibus Prima causa fuit ad honorandũ patrem ex sua sãctissima vita & virtuosa, quæ fuit tãti honoris patri, quòd omnes alij Sãcti nõ potuissent honorare tantum ipsum Deũ patrẽ & creatorem omnium, quantum fecit Christus cũ illo suo dolore, qui excessit omnes dolores omnium creaturarum in infinitum. Secunda causa fuit vt satisfaceret æterno patri mediante eius vnigeniti filij immenso dolore de offensis & iniuriis sibi illatis à nobis. Tertia causa, quia voluit tantum doloré sufferre ad ostendendam viam cœlorũ nobis, ad quos cœlos tu ascendere non poteris sine pœna, & nisi efficiatur tua anima humilis, quia via quæ ducit nos ad vitam est arcta, & vos ô cæci & stulti vos non poteritis intrare regnum cœlorum, nisi per viam Christi, quia ipse Christus est ostiũ, per quod oportet ingredi, qui vult intrare regnũ cœlorũ aliter autẽ qui vult aliũde intrare quàm per *ostium, fur est & latro.* Itaque si vultis intrare cœlũ,

Quare Christus ita dolebat de dãnatione peccatorum.

Christus obiecta duo habebat.

Psal. 53.

Ex dolore nemo moritur nisi dolor communicetur sensualitati, seu animæ sensitiuæ. Matth. 27.

Christus cur tot dolores passus.

Dolor est in corde, pœna in corpore est.

Ioan. 10.

Digitized by Google

intrare per viam crucis Christi. Nam, vt ait Lucas vlt. cap. *oportuit Christum pati*, & sic intrare gloriam suam, & alibi, *primogenitus mortuorum*, & Princeps regum: & alibi, *non est discipulus super magistrum*: & ipse Dei Filius ostendit, & aperuit nobis viam ad intrandum paradisum pœnis & doloribus crucis: & vos fatui creditis cum vestris gaudiis & mundanis delectationibus intrare vitam æternam? discite ergo à magistro vestro Christo: exemplum etiam dedit nobis, vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus, &c. Quarta causa, quare voluit portare tot & tantos dolores fuit, vt satis-faceret Deo pro nobis, & sic liberaret nos soluendo debitum nostræ culpæ culpa sua, quam portauit pro nobis à vinculis inferni & à potentia diaboli, quia iustitia Dei volebat quòd tantum restitueretur Deo quãtum erat illi ablatum: vnde nullus mortalis propter peccatum primi parentis poterat intrare regnum cœlorum, nisi solueretur illud debitum, quod persoluere nullus erat sufficiens, nisi Christus: vnde Christus propter eius meritum soluit vinculum nostræ obligationis cum multiplici & infinita eius pœna, quia oportuit ipsum pati, & sic intrare gloriam & parare nobis viam, ad significandum quod similiter & nos facere debemus, ita quod Christus voluit sustinere tantum dolorem ad restituendum Deo illud, quod ipse habere debebat, quia infinita culpa erat ei facta per creaturam, vt supradictum est.

Luc. 24. Apoc. 1. Luc. 6.

Perfectio vitæ perfecta posita est in pœnis sufferendis.

Quinta causa fuit, vt demonstraret perfectionem vitæ perfectæ, quæ consistit in laboribus & pœnis, & omnes, qui perfectionem huius vitæ fugiunt, non poterunt saluari. Beata Virgo, Apostoli & omnes Sancti intrauerunt in regnum cœlorum per istam viam perfectionis vitæ æternæ & tu credis cum tuis vanitatibus & gaudiis attingere huius vitæ perfectionem, & certe tibi ipsi sic alludendo diabolus tibi illudit.

Tertia Pars Principalis,

De amoris sanantis foliis, quæ sanitatem gentibus dederunt.

SEquitur tertia pars principalis nostræ prædicationis, quę tangit omnes gentes magis communes, & in ista parte est significatio contemplatiua; & postquam diximus de fructibus istius arboris, in hac parte dicemus de foliis, quæ sunt ad saluationem gentium. Et diuidemus passionem Christi in 12. folia duplicata, & sic erunt 24. folia: videlicet duo folia in quolibet suprascriptorum pomorum. Ita quod cuilibet pomo attribuimus duo folia, quæ consistunt in 24. amores, de quibus infra patebit. Prima duo folia vocantur Amor orans deuotus, amor sanguinatus: Secunda folia amor totus inflammatus, amor captus & ligatus: Tertia folia, amor circumcirca intendens, amor renegatus: Quarta folia amor se demonstrans, amor sententiatus; Quinta folia amor crucem portans, amor angustiatus. Sexta folia amor Mariam inspiciens, amor debilitatus. Septima folia amor totus inflammatus, amor crucifixus. Octaua folia amor sanguiuersans, amor tribulatus. Noua amor clamans, amor vita priuatus. Decima amor mundo vociferans, amor mõstratus. Vndecima amor percutiens, amor impallidatus. Duodecima amor cor ferués, amor intumulatus.

Passio Christi. 12. Habet folia sed duplicata.

Primum itaque folium habet duos amores, scilicet amor deuotus orans, amor sanguinatus, vbi est contemplandum quòd sicut Christus contemplatus est vltimam suam cœnam: sciens quia debebat tradi à Iuda postquam prædixerat dicens, *vnus vestrum me traditurus est* cum mãsuetudine, & charitate, vt desiderauit cũ discipulis suis iuit in hortum & cœpit orare: & primo admonuit discipulos dicens, *vigilate & orate, ne intretis in tentationem*, ne me abnegetis & hortabatur Petrum, cui prædixerat antequam Gallus cantet, ter abnegaret eum dicens, *spiritus quidem promptus est, caro vero infirma*, & tunc cœpit orare patrem, & leuans oculos in Deum, & videbat Iudam, qui iuerat ad prodendũ, & iram Iudæorum & Scribarum & Phariſæorum parãtium se ad prehendendum ipsum, & videns omnes pœnas, quas passurus erat, & sic orando versabatur dolor ex eius anima sensitiua, & secundum sensualitatem, & præ angustia petiit dicens, *Pater, si possibile est transeat à me calix iste*, secundum sensualitatem: & est supponẽdum, quòd ipse etiam dixerit, Pater tu vteris tanta clementia & charitate aliis dissimulans tãto tẽpore pecta, quòd oro te pater mi, vt parcas eis sine tot & tantis pœnis, flagellis & doloribus istius meæ sensualitatis: vnde vtere etiã tua charitate & clementia versus meam sensualitatem, *vt calix iste transeat à me*. Et pater respõdebat: fili mi, tu debes esse paratus mori, quia iustitia poscit quòd propter infinita & grandia peccata humana generatio sit tota perdita & deleta de libro viuentium, nisi redimatur per mortem huius tuæ sensualitatis, ita quòd hoc modo oportet, quòd tu persoluas debitũ culpæ generis humani, & erat magna cõtrouersia inter rationem & sensualitatem Christi: quia ratio dicebat, *pater mi, non tamen sicut volo, sed fiat voluntas tua*: venit ad discipulos suos, qui præ agonia tristitiæ non poterat orare & sic ociũ soporis obduxerat eos, & inuenit eos dormiẽtes, & dixit Petro: & tu Petre, qui volebas pati tãta, me protegere, & vos alij, *non potuistis vna hora vigilare mecum?* perseuerate in oratione, *& vigilate & orate, ne intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*. Iterũque secundo abiit & orauit similem orationem dicens, *pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua*. Et pater respondit dicens, fili mi, nõne vides, quia propter tuam salutiferam mortem tu illuminabis vniuersum orbem radiis meæ dilectionis, & propagabitur mea gloria, quia propter eandem tuam mortem tot qui sacrificabant diabolo, sanctificabunt nomen meum: vnde subeundo mortem, tu dilatabis meum honorem magis, quàm alio modo. Et ita moriendo ego dabo tibi potẽtiam infinitam & exaltabo te in gloriam, si te humiliaueris vsque ad mortem, quia qui se humiliabit, & exaltabitur, & volo videre te mori in cruce: gaude ergo moriendo, & morieris afflictus cum infinitis doloribus gaudendo: & Christus iterum dixit, pater fiat sicut vis, sed oro pro salute meæ dulcissimæ & charissimæ genitricis & pro conseruatione istorum meorum discipulorum, quos mihi dedisti, quos digneris conseruare in mea fide & charitate. Est credendum, quòd pater respõdit Christo in illa oratione: licet ego dimittam tuos discipulos conquassari & multa flagella pati, tamen non deseram ipsos & tenebo tuam matrem in firma fide, nec dimittam eam in aliquod opprobrium cadere, saluo quòd sufferet & participabit pœnam pariter tecum, sed ipsam tuam matrem & sponsam meam semper in doloribus iuuabo.

Passionis Christi. 1. Foliis duos habet amores. Amor deuotus orans. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Matth. 26. Marc. 14.

Tũc venit ad discipulos suos, & dixit illis, *dormite iam & requiescite*, & rediens ad orãdum, *factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terrã*: & ratio, est quia cõcurrerũt ad inuicẽ timor, & amor, scilicet timor pœnæ, quã passurum se intelligebat & videbat, qui timor pœnæ fecit currere totũ sãguinẽ ad cor. Et amor humani generis, pro quo passurus erat, similiter concurrit ad cor, & tunc amor ita impleuit cor, quòd subito & magno impetu expulit de corde sanguinẽ dicens, exi foras sanguis, quia amor vincit timorẽ, quia volo quod Christus moriatur pro populo suo Christiano, & cum tãto impetu sẽsit cor Christi, quod omnes pori corporis aperti sũt & exiuit sãguis pallidus per omnes poros & pilos corporis Christi vsque in terrã. Et sic habes duo folia: vnũ amoris deuotæ orationis. Secundũ amoris sãguinati, &c. Et Dominus noster Iesus Christus existens ex sudore sanguinis, ita madidus, pensa, quòd cum sua veste tergebat vultum suum: tamen aliqui contemplãtes imaginantur, quòd in Torrente se lauaret: ô vtinam,

Luc. 22. Sanguineus sudor in Christo quare & vnde.

Digitized by Google

nam, quis posset habere modicum illius amoris, vt sanguis similiter præ nimio amore pulso timore per tempora emanaret, certe esset Filius Dei.

Amor inflammatus.

Sequuntur alia duo folia, videlicet amor totus inflammatus, amor captus & ligatus, quia finita oratione prædicta Christus venit ad discipulos dicens, venit hora, vt præparem me pugnæ flagellorum. *Ecce tradetur Filius hominis in manus peccatorum: Surgite eamus cito,* qui tradet, prope est. Contemplare anima, secundum aliquos docet quòd mos erat inter discipulos, quòd quando aliqui discipuli recedebant à Christo & consortio aliorum condiscipulorum Christus dabat eis suã benedictionem, & redeuntes in signum pacis, amplexabantur Christum eorum magistrum, & osculabantur eum: vnde Iudas proditor dederat Iudæis hoc signum dicens, *quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite eum caute,* & secundum consuetudinem iam dictam Iudas admonens Iudæos, qui venerant ad locum illum vbi erat Christus cum multitudine armatorum venientium cum magno strepitu, *cum gladiis & fustibus*, & laternis, summis Sacerdotibus & scribis & senioribus, vt caperent Iesum, volens ostendere, quòd non veniebat vt traderet eum, sed vt solum aspiceret & eum Iudæis ostenderet festinanter appropinquauit ei dicens, *aue Rabi & osculatus est eum*, & Christus tunc dixit, *Iuda filium hominis osculo tradis?* & credo quod putredo illius osculi fuit de horribilioribus fœtoribus, quos vnquam senserit Christus: sed credo quod Deus permisit illud os fœtidum dare signum suæ capturæ, demonstrando desiderium suæ mortis, per quam fœtores peccatorum debebat delere: & hoc propter illum diuinum amorem immensæ charitatis, quam habebat humano generi, & tunc Christus inquit, *quem queritis? Si ergo me queritis, sinite hos abire.* Ecce charitas immensa Christi glorioſi, quasi se inuitando attribuit culpam sibi, & alios excusauit defendendo. Quod tamen videntes hi discipuli qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt, *si percutimus in gladio*, & Petrus in illo fragore percussit ex illis seruum nomine Malchum principis sacerdotum, *& amputauit auriculam eius dextram.* Et Christus se voluens versus Petrum, ipsum reprehendit dicens: Petre, Petre *gladium tuum in vaginam conuerte, quia qui gladio ferit, gladio peribit*: & dixit, *Sinite huc vsque, & cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum:* & propterea illi perfidi Iudæi videntes hoc miraculum non dimiserunt eum: imo credo quòd ille Malchus sanatus, fuit primus, qui ligauit Christum, & cæteris iniquior. Cum ergo Christus dixit, *quem queritis? ego sum: omnes retrorsum ceciderunt,* quia Christus voluit ostendere suam immensam potentiam. Et si voluisset, non potuissent comprehendere eum nisi voluisset cõsentire, quia necesse erat ipsum mori pro salute nostra. Et verum dixit, *quem queritis*, &c. Illi autem dixerunt, *Iesum Nazarenum.* Respondit Iesus: *dixi vobis, quia ego sum*, &c. *Tunc vero cohors & tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum & ligauerunt eum*, & quantam crudelitatem fecerunt tunc ei: contemplare Iesum quomodo, aliqui depilabãt eũ, aliqui percutiebant ipsum in vultu, aliqui vno modo, & aliqui alio modo, & ducebatur cum tanto impetu, & quia nox erat in monte, & discalceatus, & trahebãt per scopulos & lapillos percutiendo pedibus in illis scopulis propter quos sanguis emanabat, & omnem derisionem iam sua charitas substinebat, & sic *adduxerunt eum ad Annam primum: erat autem socer Caiphe, qui erat Pontifex anni illius: erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo*: & ductus coram pontificibus incœperunt Iudæi inferre illi grauissimas iniurias dicentes, nunc videbimus si tu es Filius Dei, cum illis verbis acerbis & opprobrio plenis percussionibus, & sputis, quia ille se æstimabat beatum, quia iniurias & maledicta patiebatur, & vt dicunt aliqui Doctores, posuerunt eum in quodam loco vili domus illius & ligauerunt eum ad vnam columnam & Sacerdotes & Pontifices petierunt lectum vt dormirent relicto ac dimisso Iesu in manibus illorum militum & perfidorum Iudæorum & Pharisæorum ligato ad illam columnam, quemadmodum si omnem commisisset culpam percutiendo ipsum, aliqui vno modo, aliqui alio modo colaphizando ipsum pugnis grauibus, & pedibus conculcando personam, spuendo in suam diuinam faciem, depilando sibi barbam & extrahendo ei capillos, &c. Et Christus benedictus tota illa nocte fuit modo prædicto angustiatus, & cum sua profundissima humanitate omnia sufferebat in pace, & ipsi perfidiores & crudeliores magis efficiebantur aduersus eum. Glorioſa autem Virgo Maria mater Christi, vt credo, erat in domo Mariæ Magdalenæ: Ioan. vero adolescens relicta sindone nudus perfugiens venit ad domum vbi erat B. Virgo totus anxius & plenus tristitia dicens, ô mater gloriæ, infœlix nuncium, quia Iudæi cœperũt magistrum meum cum tanto furore, & cum tot durissimis verberibus & iniuriis abduxerunt eum, quod neque ore proferre poterat: tunc Virgo glorioſa cum maximo dolore leuatis oculis ad cœlum petiit misericordiam à Deo dicens, pater si misereris peccatorum, miserere redemptoris filij tui: & Virgo quæsiuit, vbi est Petrus & alij discipuli eius, & Ioannes respondit quod ipsi confugerant: & tunc Magdalena accensa dnlore cum maximis querelis volebat exire domum quia parata erat mori cum suo magistro increpans, discipulos quod aufugissent & non comitati fuissent ipsum in vita & in morte: & Ioan. timuit & non permisit eam exire illa nocte de domo.

Matth. 26. *Ioan. 18.* *Luc. 22.* *Ioan. 18.* *Matth. 26.* *Luc. 22.* *Ioan. 18.* *Ioan. 18.* *Marc. 14.*

Sequitur videre de tertiis foliis, quæ sunt de amore interno vndante, amore negato, quia illa nocte nunquam dimiserunt eum quiescere & interim vsque ad crucem Christus Dei Filius nunquam quieuit: & leuando ipsum à columna ligauerunt illi manus, & circundederunt collum rudi & crasso capistro, & vinctum sic conduxerunt ipsum ad domum Pilati vndique flagellatum & ob sanguinis fluxiones & emissiones languidum ac deficientem. Pilatus vero examinato Christo videns quod per inuidiam tradidissent eum, & *audiens quod Galilæus esset*, vt se à iudicio proferendo liberaret, *misit eum ad Herodem qui Ierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde: erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quod audiuerat multa de illo, & sperabat signum aliquod videre*, & hoc faciebat propter vanitatem, & Iesus multis sermonibus interrogatus *nihil respondebat ei. Spreuit autem illũ Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum* in modum vnius fatui, *& facti sunt amici Herodes & Pilatus ex illa die: quam antea inimici erant ad inuicem*, & Pilatus examinato Iesu dixit, *ego nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eũ accusatis.* Sed neque Herodes & Pilatus considerauit si flagellaret Christum vt Iudæi mitigarentur, & iussit eũ ligari ad vnã columnã, & sic denudatus fuit totus cęsus & flagellatus: & in nulla sui corporis parte reamansit intactus. Ita quòd vndique pluebat sanguinem: & tunc iussit Iesum duci & dixit turbis, ecce correxi eum: *emẽdatum ergo illum dimittam*, & vidẽs Pilatus, quòd nihil prodesset, proposuit sibi aliã viã relaxandi eũ: *necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnũ* vinctum, & dixit turbis, quem *vultis dimittã, Iesum, an Barrabã*, & illi crudelissimi clamauerunt volentes *Barrabam, qui propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium fuerat missus in carcerem*, & tenuerũt Christum pro nequissimo qui erat Saluator omniũ credentium. Iterum autem Pilatus experiendo num posset liberare Iesum, *locutus est ad illos, volens dimittere Iesum. At illi clamabãt dicentes, crucifige.* Considera anima tuũ Redemptorem & vindicem peccatorum passum se castigari à Pilato, qui voluit tantũ verberibus affici ipsũ

Luc. 23. *Ioan. 18.* *Matth. 26.* *Luc. 23.* *Ioan. 18.* *Ioan. 18.* *Isa 53.*

Secunda flagellatio ad columnam.

Digitized by Google

quòd compaſſione ducti conſentirent ad dimiſſionem illius,& vt illius vitæ parcerent, Sed diabolus intrauerat in illos,& erant ita indurati,quia licet viderent eum totum plagatum per faciem & per totam perſonam, velut deſcribit eum Iſaias Propheta 53.cap.dicens, *vidimus eum,& in eo non apparebat vlla ſpecies, neque decor:* nullatenus fuerunt mites effecti. Petrus vero qui viderat Ieſum deludi & cruciari in domo Pontificis, dum ſecutus fuiſſet Ieſum & ſtaret ad prunas, ſicut
Luc.23. prædixerat Chriſtus *ter negauit eum priùs quam Gallus*
Luc.23. *cantaret*,& ſic abnegando,& periurando quod non nouerat hominem,Chriſtus reſpexit eum, & *tunc Petrus recordatus eſt verbi Domini*, & quod ipſe patiebatur illas deriſiones propter ſuam culpam, vt eum redimeret à manibus diaboli, & quod ipſe Petrus non ſtaret promiſſis,quia dixerat, *& ſi oportuerit me mori tecum,non te negabo, exiuit foras & fleuit amare* agens pœnitentiam. Conſidera etiam anima,cum quanto furore Phariſæi adduxerunt Ieſum ad Pilatum dicentes, quod fecerat ſe regem,& induerunt eum vnam veſtem purpuream, non ad decorem,& honorem, ſed ad irriſionem & cauillationem & ad vituperium, & coronauerunt eum corona ſpinea, & vno linteo velarunt oculos, ſicut quando aliquis ducitur ad iuſtitiam. Et ſecundum Bernardum, ſpinæ illius coronæ fuerunt ita acutæ quod pertranſierunt,vſque ad cerebrum: & tu ô fœmina vana vis facere de capillis alienis coronam diabolo:
Capillus alienus ſpina eſt Chriſto. quia omnis capillus alienus,quem portas,eſt vna ſpina Chriſto,& tantus fluebat ſanguis ex capite vt obturaret oculos, qui non poterant videre, nec tergere illos ſanctos oculos, quia habebat manus ligatas, dic ergo, tu ô mulier,cum aptas tibi caput, num habes in reuerentia illam coronam ſpineam Ieſu Chriſti.

Quarta alia duplicata folia ſunt amor ſe demonſtrans, & amor ſententiatus:quia non erat membrum, neque pars membri à ſummo capite vſque ad plantas pedis,quæ non foret læſa & cruciata, & ita percuſſus, ſputis deluſus & coronatus,fuit populo demonſtratus per Pilatum,vt ſuperius dictum eſt.Et virgo benedicta tota anxia iam venerat, & cum Pilatus oſtenderet ipſum populo dixit, *Ecce homo*,& tunc benedicta virgo ſuper omni eius membro plangebat & lamentabatur dicens,ô fili mi coronate in cœlo, tu es in mundo ita vituperatus,ô oculi vnigeniti filij mei, qui illuminant totum mundum,qualiter eſtis caligine ſanguinis tenebrati. Et credo quod oculi Chriſti reuerberati erant cũ oculis beatiſſimæ eius genitricis,qui vix poterant eum videre propter ſanguinem diſcurrentem ex torrente capitis ſui,ſed audiebant piæ voces Virginis proclamantis,ô manus ſalutiferæ,quæ plaſmaſtis hominem,quem permiſiſtis per nos creaturas ligari, & credo quod peſſimi illi canes Iudæi expellebãt eam dicentes illi multa opprobria & contumelias.Et credo quod Maria Magdalena,quæ comitata erat matrem Domini videns eius magiſtrum ita deludi,& verberatum,cœpit magna voce clamare,ô os glorioſiſſimum,quod tam ſanctam doctrinam prædicaſti, & me à manibus diaboli liberaſti, quomodo perfidi Phariſæi potuerunt pati tam decoram ſpeciem vituperare? nam tu me peccatricem ab omni culpa liberaſti,& credo quod lamentando & gemendo ipſa defecerit,adeo, quod exanimata in terram ceciderit.Tũc vero duræ voces Phariſæorum cœperunt clamare magis & magis, *crucifige, crucifige eum*.Et tũc Virgo beata eleuans oculos ad ſydera dicebat, Pater non ſinas filium meum mori priùs quam me. Pilatus vero volens populo ſatisfacere, lotis manibus dimiſit eis Barabbam, tunc lata fuit crudelis ſententia per Pilatum *&*
Matth.1. *tradidit eis Jeſum flagellis cæſum,vt crucifigeretur*,& Virgo mater Dei clamabat dicens, ô fili mi,oro te quatenus velis me trahere ad te, vt tecum pariter crucifigar in patibulo crucis.

5 Folium duplicatum. Sequitur aliud quintum duplicatum folium. Videlicet amor crucem portans, Amor anguſtiatus.Nam poſuerunt ſuper ſanctis humeris ſuis ingentem crucem ſine aliqua compaſſione ad eius maiorem deriſionem. Et beata eius genitrix hoc videns alta voce clamabat,fili mi, vita mea, qui das vitam habentibus vitam, miſerere tuæ miſerrimæ matris, vt patiaris ipſam tecum pariter crucifigi, ne ita ſola orbatáque remaneat. Et illi perfidi ducebant ipſum per ciuitatem & per viam longiorem,vt maior afflictio & dolor adhæreret paſſo.Et Virgo doloroſa iuit currendo per medium & breuiorem viam,& vt videret filium ſuum pœnis afflictum. Iudæi ipſum fune ad collum tanquam publicum latronem ducebant per ciuitatem ſemper cum illa ponderoſa cruce ſuper humeris ſuis, & hanc iniuriam potius ei quam aliis duobus latronibus faciebãt, & Chriſtus ibat valde incuruatus & anxius non poterat vltra crucem portare,& tunc angariauerunt, & Simonem ceperunt, & dederunt illi crucem ſ. Simoni
Luc.23. Cyrenæo, vt citius expedirent ſuum malum propoſitum, ne forte interim Pilatus poſſet pœnitere ſententiæ latæ ad mortem.

Sextum folium duplicatum,videlicet amor Mariam *6. Folium duplicatum.* inſpiciens, Amor debilitatus. Vnde B. Virgo Maria poſuit ſe ſuper vno angulo & videns ſuum dilectiſſimum filium liuidum, cuius non erat aſpectus neque decor,ille occurrit,& dolor matris reuerberatus in corde filij ita ſcidit eius cor,vt ceciderit in terram,& ſimiliter econtra dolor filij reuerberatus in corde matris ita penetrauit eius intima, vt prolapſa fuerit in terram, & Magdalena,& Maria Iacobi minoris,& Ioſeph, & Salome,quæ ſequebantur eum, dolentes acriter flebant, & ſic exiſtente in terra mortificata credendum eſt, quod illi perfidi Iudæi calcabant eas pedibus,& à quibuſdam eorum vim & iniuriam, ab aliis atrociora patiebantur,& tandem violenter & crudeliter releuantes eum duxerunt ipſum cum multis iniuriis & blaſphemis vſque ad montem Caluarium.

Sequitur ſeptimum folium duplex, quod dicitur *7. Folium.* Amor totus inflammans, Amor crucifixus, meditare quod cum fuerit in loco, qui dicitur Golgotha, quod eſt interpretatum *Caluariæ locus*,ſuper vno ſcopulo aliqui foderunt lapidem,vbi poſuerunt crucem: & cũ rabie,furore, & clamore poſuerunt crucem in illa petra, quæ eſt altare noſtræ redemptionis,& credo quod poſuerunt tres ſcalas ad crucem,videlicet vnam ad pedes,
Scala tres ad crucifigendũ Ieſum Chriſtum. & fecerunt Chriſtum ire retro ſuper illa ſcala,ſicut fures,qui ſuſpenduntur, nudatum veſtibus ſuis ſicut exiuit ex vtero matris, & tunc poſtquam aſcendit ſcalam illam apertis brachiis oſtendit ſe mundo. O munde excæcate eleua mentales oculos, & vide ſolem qui incipit apparere & appropinquare tuo redemptori, & credo quod aperiendo brachia clamabat dicens, *ô vos*
Io.4.& 7. *omnes, qui ſititis, venite ad me*, quia reficiam vos, quia volo hominibus credentibus parcere. Venite ergo, *ve-*
Matth.11. *nite ad me qui onerati eſtis, & reficiam vos?* Pater mi, volo ſubire mortem pro ſalute totius humani generis: Configite ergo me, & petiit gratiam à Deo quod inſcriberentur in ſuis brachiis quinque literæ,quæ dicãt, amor, amor amor, & poſuerunt illas duas ſcalas retro crucem ſingulo brachio, vnam ad brachium dextrum, & aliam ad ſiniſtrum, & comprehenſis brachiis, & extenſis ſuper ligno tranſuerſo crucem acceptis clauis,& malleo incœperunt conclauare digniſſimas eius manus duriſſimis ictibus, & mater glorioſa audiens illos impios ictus alta voce clamabat,configite me,ô Iudæi pariter cum meo filio innocente: & ille clamor percuſſionum penetrabat illius cor: & vertens ſe conquerebatur verſus diſcipulos,qui ibi aderant,deinde clauata prima manu conclauauerunt aliam manum,& confixis manibus eleuauerunt ſcalam de ſubtus pedibus Chriſti,& dimiſerunt ſic eum pendulum, & traxerunt eum ita confixum, & ille ſic pendens in cruce figurabat ſe eſſe ſerpentem; qui fuit appenſus in deſerto, quem morſi à ſerpentibus aſpicientes liberabantur.

Vnde

Digitized by Google

Vnde tu ô anima, quæ es tribulata, respice hũc serpentẽ, qui pro te voluit ita viliter pẽdere & mori in ista cruce, & conforta te in eius passione, quia liberabit te, deinde confixerunt etiam pedes & sic fuit adimpleta illa Prophetia Dauid, qui dicit, *Foderunt manus meas, & pedes meos & dinumerauerunt omnia ossa mea.* *Psal.21.*

8. Folium geminatum. Sequitur octauum folium geminatum, quod dicitur amor sanguinem versans: amor tricoloratus. Ecce confixo Christo sanguis fluebat per manus & pedes, & tamen Magdalena vadit ad lignum salutiferæ Crucis ad pedes Christi, & leuatis manibus non poterat eius pedem iungere. Ecce primus color Magdalenæ rubeus, posse iungere monitis: ecce secundus, quia triumphus & tunc possidens, sic clamat ad omnes existentes in mundo scilicet pueros, iuuenes & senes, dicens, Christiani cum exaltatus fuero, omnes traham ad me, nunc ergo exaltatus sum in Cruce, vt omnes contemplentur in me, contemplare ergo anima Deum tuum creatorem & redemptorem: & considera, quia pro tua salute in cruce confixus fuit, & ideo sequere eius doctrinam, vt te trahat ad se, & crucifixerunt alios duos latrones: vnum à dextera, & alium à sinistra, & tunc Iudæi, & Pharisæi, *Blasphemabant eum dicentes, vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus ædificas illud, saluum fac temetipsum, descende de cruce. Similiter summi Sacerdotes illudẽtes ad alterum cum Scribis dicebant, alios saluos facit, se ipsum non potest saluum facere,* Christus si *rex Israel est, descendat nunc de cruce,* vt videamus & credamus, & diuiserunt vestimenta eius, & mater Domini cum Ioanne adhæserunt cruci, & ibi contemplabantur Iesum. *Matt.27.*

9 Folii duplicatum. Septem verba Christi in cruce pẽdẽtis fuerunt. 7. Flãma ardentis amoris. 1. Verbum Christi in cruce pendẽtis fuit flamma amoris ignoscentis. Sequitur nonum folium geminatum, scilicet amor alte clamans, amor vita priuatus. Et vt possis hoc folium amoris bene contemplari: Nota quod Christus clamauit septem clamores. Et omne verbum illorum septem verborum quæ protulit fuit vna flamma ardentis amoris. Prima flamma fuit parcens. Secunda flamma fuit contemplans. Tertia flamma fuit transformans. Quarta flamma declarans. Quinta amor sitiens. Sexta amor deficiens. Septima flamma amor recommittens. Dico, quod prima flamma fuit parcens. Disce tu, ô peccator qui non vis parcere aliis iniurias tibi illatas, intellige suum primum verbum amoris inflammatum, quia primo Christus efficitur excusator & defensor persequentiũ se, & orauit pro te peccatore, qui ipsum videns cruci affixum mente, & effectus fuit tunc noster aduocatus, dicens. *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Vadit tanquam ad patrem, non tanquam ad iudicem, excusando & petendo vindictam & punitionem: sed tanquam excusator, & aduocatus & simplex filius, quia volebat propter eos misericordiã, & dicit, *dimittẽ,* & non dicit, considera culpam illorũ, qui me crucifixerunt, & facit tria. Quia primo ipse petit, secundo excusat eos, tertio orat patrem pro eis, quasi dicat, licet eorum iniquitates requirant iustitiam seueram contra eos, tua misericordia est tanta, quod ad ea non aduertat, sed quasi currentibus oculis pertranseat, & dicit omnibus peccatoribus, quia me non cognoscunt, & nesciunt quid faciunt, iuxta illud Pauli, *Si cognouissent eum, non interfecissent,* & allegat eorum ignorantiam. Vult dicere, sunt homines, & adhuc potest eis parcere. *Luc.23.*

2. Verbum amor condonans. Secundus sermo, seu secundum verbum Christi in cruce fuit amor condonans, & considera mirabilem amorem, quem Christus ostendit versus latronem, qui erat ad dexteram Christi, dum dixit, *memento mei Domine, cum fueris in regno tuo.* Et Christus vertens se versus latronem dixit, *amen dico tibi, hodie eris mecum in paradiso.* O vos Sodomitæ, ô vsurarij, & tu ô fœmina vana, aperite oculos vestri intellectus, & considerate, quia datur in hoc instanti regnum cœlorum latroni, qui toto tempore vitæ suæ mala operatus fuerat, & primo datur latroni, & peccatori quam alteri *Luc.23.*

personæ, ad significandum quod Christus subibat mortem pro salute peccatorum, & quod ipse erat ostium, per quod oportet ingredi paradisum. Et primo aperuit illud ostium latroni per medium fidei, quia credidit dicens, *Domine memento mei,* &c. & nota septem verba. Primum fuit, *Amen,* hoc est in veritate, quia *iurauit Dominus & non pœnitebit eum,* Dico, *ego* Deus verbum pietatis. *Tibi* scilicet peccatori, cui parco cum tanto dolore, & charitate. *Hodie,* est tempus breuitatis. *Mecum,* est quantum verbum dulcissimæ societatis, quia maiestas diuina passa est comitem habere vnum latronem, tantus erat amor, quem deferebat humano generi, & ipse latro non poterat habere meliorem societatem. *Eris,* est verbum firmæ certitudinis. *In paradiso,* est verbum vtile iucunditatis, & beatitudinis. Et nota bene, quia non videbis in tota Scriptura septem verba tantæ dulcedinis, & efficaciæ. Et non est mirandum, si Deus dedit tantam gratiam huic latroni, quia est de maioribus sanctis paradisi, excepta Virgine gloriosa, eo quia ipse solus habuit plus fidei quam omnes alij Apostoli, & quam aliqua alia creatura, excepta beata matre Dei; quia Petrus negat Christum in terra, & latro Christum confitetur in cruce, & sanctissima Virgo reseruauit fidem in mente. Vnde fides remansit postea in sola Virgine, quia in omnibus aliis perdita fuit ita, quod post Virginem sola fides erat in latrone, quia ipse solus credidit Christum filium Dei, similiter spes post Virginem sola remãsit in latrone: nam Petrus ex se fuisset in desperationem deuolutus, nisi postea audiuisset Christum resurgere, &c. Similiter in latrone superuenit feruida charitas, quia quando audiuit quod Christus promisit illi vitam æternam, & intelligens pœnas inferni quas intrare debebat, & perpetuo inhabitare & contemplabatur paradisum, vbi est summa beatitudo indeficiens, fuit accensus ardore tantæ charitatis, quod cum corde ipsum amabat & in cruce defendebat eum cum lingua dicẽdo firmiter Christum filium esse Dei dicendo versus alium latronem eius consocium, *nos quidem digna patimur: hic autem, quid mali fecit?* Nam primo confitetur se esse peccatorẽ dicens, *digna se pati* & reddit se in culpa. Secundo defendit eum super cruce confitendo ipsum esse iustũ, & innocentem. Tertio ad proximum se vertẽs eum corripit dicens: *nec tu times Deum.* Quarto se voluens contra Christum dixit, *memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum,* petens quod eius spiritus esset sibi commissus in eius regno. Vnde nota bene ista verba latronis, quia in tota sacra pagina, tu non reperies peccatorem cum talibus, & tam efficacibus, & substantialibus verbis petere gratiam à Deo post Virginem Mariam, quia in illo verbo latronis includuntur Fides, Spes, & Charitas; amor sui, Dei, & proximi, & virtutes cardinales, nonne apparet fides in latrone, quia solum in ipso & beata Virgine remansit, & nulli alij crediderunt. Tunc apparuit etiam spes in ipso, quia videns Christum ab omnibus spretum, delusum, in cruce pendentem, morti damnatum, summa cum spe se eidem commisit, dicens, *memento mei Domine.* Charitas etiam apparuit in hoc, quia dixit; *memento mei Domine,* propter amorem, quem cognouit Christum deferre sibi & aliis peccatoribus, quia pro eis moriebatur: quasi dicat, tu tantum amas me, quod sufficit quod tu habeas memoriam mei, quia hic non petit potentiam, neque diuitias, neque aliquid aliud, nisi quod recordetur sui. In illis verbulis latronis etiam virtutes quatuor Cardinales cõprehenduntur, & primo prudentia, quia nõ quæsiuit vitam temporalem, sed solum memoriam sui. Item fortitudo, quia latro ipse pendens in cruce in tormentis obliuiscitur suorum peccatorum, & adhæret tantum Deo, & voluntati diuinæ qui non petit se liberari ab aliis pœnis in præsenti vita: sed præbẽs se conformẽ voluntati diuinæ dicit sufficere sibi quod recordetur sui in suo futuro regno. Item

Fidei spes, & charitas remanserunt in bono latrone.

Latro bonus est de maioribus sanctis paradisi.

Psal.109.

Verba boni latronis comprehendunt virtutes theologicas & quatuor Cardinales.

Digitized by Google

temperantia, quia non dicit, fac me beatum, ſed petit illud quod placet ipſi Deo cum dicit, *memento mei.* Item iuſtitia denotatur in hoc, quod dicit, *nos quidem digna patimur*, quia iuſtitia requirit vt propter noſtra ſcelera digna patiamur, dicendo de ſe & eius proximo, ſe culpãdo,& etiam in eo quod defendit Chriſtum cum iuſtitia ipſum excuſando,*hic enim nihil mali fecit.* Propter quæ Chriſtus ei donauit quinque priuilegia, quæ aliis non donauit.Primum priuilegium fuit,quia mortuus ſimili morte, & in eo loco & eo modo, quibus Chriſtus mortuus fuit,ſed tu diceres:Iſte latro mortuus fuit propter ſua peccata, & dignè, non ita Chriſtus, reſpondeo tibi, quod amor fecit conuertere eius latronis animã in tãtum,quantũ prius fuerat nequã & peruerſa, in tantum, quod omnia eius peccata conuerſa fuerunt in maximo feruore charitatis, quod ſicut fuerat prius ſagax prauus & ſubtilis furando res mundanas, ita fuit feruidus capiendo res diuinas.Secundum priuilegium, quia ipſe latro ſolus plus cõpaſſus fuit Virgini glorioſæ quam aliqui alij, quia alij comitati ſunt Chriſtum tanquam hominem: ipſe latro, tanquam verum Deum, & hominem,& ideo compatiebatur ei tanquam matri Dei & veri hominis. Tertium priuilegium, quia nullus repertus eſt in paſſione Chriſti, qui publicè prædicaret nomen Chriſti,præter furem, & excuſat eum:at inculparet Phariſæos, niſi ipſum ſolum, ſecundum aliquos Doctores,quia ipſe increpabat eos profitendo, & prædicando Chriſtum eſſe verum Dei filium & innocentem. Quartum priuilegium,quia latro fuit primus,qui tempore vindemiæ gratiarum Chriſti,peteret gratiam à Chriſto. Quintum priuilegium fuit, quia nunquam fuit aliqua creatura quæ melius & verius ſignificat animas peccatorum redemptas, & ſaluatas per gratiam, quam ipſe latro. Tertium verbum, quod fuit ex ore Chriſti prolatum in cruce,eſt amor transformatus,quia vides eius beatiſſimam genitricem totam pœnam affictam,& transformatam inquit humili voce ſua, *Mulier ecce filius tuus:* & diſcipulo, *ecce mater tua,* Conſidera anima, quantus fuit ille dolor Virginis glorioſæ conſiderando, qualem permutationem ſuſtineret capiendo creaturam pro filio rerum omnium creatore, ſeruum pro Domino. Sed ipſum pro ſuo filio accepit, ex quo vidit ita eſſe filij voluntatem, cui ſemper erat conformis,& iſta fuit vox Dei intercidentis flammam ad plantandum cor virginis,quia Ieſus interpretatur fons gratiæ,quod ſignificat quod omnis anima deuota tunc effecta fuit filia B. Virginis Mariæ, & ſic exinde Virgo accepit eum in ſuum & ipſe eam in ſuam matrem. Quartum verbum fuit amor declarans cum dixit,*Deus meus, Deus meus,vt quid dereliquiſti me,* ac ſi diceret,tu permittis,& vis me mori vt ſaluetur humana natura, in quo declaratur amor, quem nobis demonſtrauit, iuxta illud, *veni in altitudinẽ maris,& tempeſtas demerſit me.* Quintum verbum,quod in cruce protulit Chriſtus,eſt amor ſitiens,cum dixit, *ſitio,* quaſi dicat, ô animæ meæ redemptæ propter meam exaltationem,venite ad me,& incorporemini mihi, quia adimpletur quod ſcriptum eſt de me,*cum exaltatus fuero, omnia traham ad me.* Vnde ſitio,ac ſi dicerem,tanta eſt ſitis mihi trahere ad me humanum genus propter amorem & feruentem charitatem quam illi gero, quod quaſi oportet me ſubire infinitas mortes, ſcilicet pro omni peccatore vnam mortem, & pro omni peccato iterum crucifigi, & pro omni præmio peccatoris, vt ſaluaretur, ego vellem facere: quia *ſicut cervus ſitiens ad fontes aquarum*, &c. Vnde tu ô anima ſitiens, ſequere iſtum amorem tui creatoris, ſicut ipſe ſecutus eſt verſus te, quia ſponte ſubiuit mortem pro tua ſalute. Sextum verbum eſt amor conſummatus,dum dixit *conſummatum eſt*,Io.19. Nam omnis actus Chriſti indicabat vnum actum infiniti meriti animarum electis ſecundum illos, qui debent ſaluari. ô fœlix illa anima, quæ includit in hoc verbo, *conſummatum eſt*, & bene conſummatum eſt, ſcilicet in perſona Chriſti, ſcilicet ſcripturæ & prophetæ iam conſummatæ ſunt in Chriſto, ſanguis meus iam conſummatus eſt, miracula & ſigna amoris iam conſummata fiunt in me. Iniuriæ mihi factæ iam conſummatæ ſunt in me,quia omnino ſum oblitus iniuriarum,verborum & lamentationũ,dolorum,tormẽtorũ, irriſionum,& opprobriorum in mea perſona illatarum, & factarum, quia *vox Domini confringens cedros*, id eſt ſuperbos.Septimum verbum Chriſti eſt amor commendatus, qui tamen omnis conſummationis vidit finem Domini noſtri. Ieſus Chriſtus ardens amore voluit caput ſuum ſanctiſſimum verſus partem dextram vertere, vt facilius faciem Virginis genitricis aſpiceret & ſic voluit caput verſus peccatores clamando ipſos, & oculos verſus patrem cum lacrymis, & voce magna clamando, *in manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, inclinato capite emiſit ſpiritum.* Decimum folium duplicatum eſt amor alta voce clamans, Amor mundo monſtratus, quia beatiſſima Virgo:videns hoc fuit transfixa gladio, & cogitauit quod tunc foret adimplera prophetia Simeonis,dum dixit in templo, quod Chriſtus eſſet vnus gladius penetrans cor eius, & tunc totus mundus cœpit vociferare, & ſigna oſtendere de iſto immenſo amore ſummi creatoris, quem detulit humano generi, quia omnis creatura ad vtilitatem humani generis clamando oſtendit clare iſtum immenſum amorem vniuerſo orbi terrarum: nam cœlum incœpit clamare de hoc amore, quia Sol ſe obſcurauit & *tenebræ factæ ſunt ſuper terram.* Infernus clamando obturatur & clauditur, lapides cum magno ſtrepitu ſcinduntur & confringuntur. Vnde beata Virgo vna cum Sole, duriſſimis lapidibus, & tota machina mundi eiulabat de iſto ad palum ligato amore,indicantes ſigna dolorum ex paſſione Chriſti: quia cum eſſet iuſtiſſimus, portabat languores noſtros & dolores, quos nos pati debebamus pro peccatis propriis noſtris, exceptis crudeliſſimis animabus, quæ non planxerunt, neque compatiuntur morti Ieſu Chriſti, neque clamauerunt de tanto diuino amore. Inde venit vndecimum folium duplicatum. Amor cor feriens. Amor pallidus, quia poſtquam Chriſtus emiſit ſpiritum, eius corpus remanſit pallidum, & ita Sol fuit obſcuratus, & terra tremuit, *& velum templi ſciſſum eſt.* B. Virgo contemplando filium & videndo ipſum mortuum flebat præ nimio dolore, & tunc eius cor pertranſiuit gladius. Duodecimum folium duplicatum, Amor cor fruens, Amor tumulatus. Tunc venit turba vt frangerent cura latronibus, & Virgo glorioſa putans quod vellent etiam rumpere tibias Chriſto genuflectens ſe coram eis incœpit denuo plangere orando ipſos, ne frangerentur illi crura. Tunc miles vnus Longius nomine cum vna lancea aperuit latus Chriſto, *& exinde exiuit ſanguis, & aqua*, & tunc beata mater Dei fuit transfixa, & nouus dolor ex illa apertura iterum penetrauit cor & animam matris glorioſæ attrito gladio, & ſic mater Domini, Ioannes,& Magdalena cum his,qui ſecum erant incœperunt voces querulas, & nouos planctus facere.

* * *

Latro bonus habuit quinque priuilegia quæ alius non habuit.

1. Priuilegiũ.

2. Priuilegiũ.

3. Priuilegiũ.

4. Priuilegiũ.

5. Priuilegiũ.

3. Verbum Chriſti pendentis in cruce amor trãsformatus. Ioan. 19.

4. Verbum Chriſti in cruce pendẽtis amor declarans. Matt. 27. Marc. 15.

5. Verbum Chriſti in cruce pendẽtis amor ſitiens. Ioan. 12.

Pſal. 41.

6. Verbum Chriſti in cruce pendẽtis amor cõſummatus. Ioan. 19.

7. Verbum Chriſti in cruce poſiti amor commendatus.

Luc. 23.

10. Foliũ duplicatum. Amor clamans.

11. Folium amor cor feriens.

12. Folium amor cor fruens.

Ioan. 19.

IN

Digitized by Google

IN DIE SABBATI SANCTI.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore quieto, id est mortuo & sepulto tractat de depositione à cruce & sepultura amoris quieti, insuper sunt meditationes circa ea quæ dixerunt Beata V. Maria mater amoris quieti & discipuli de Christo mortuo.

DE AMORE QVIETO.

Sermo XLVI.

Ioan. 19. *Ioseph ab Arimathia tulit corpus Iesu* Ioan. 19. Postquam omnia quæ audistis peracta de Iesu saluatoris morte, turba inde recessit dimisso Christo in cruce affixo, relicta Virgine gloriosa, & tunc dolorosa cum Ioanne, Magdalena, & paucis aliis secum. Considera anima deuota, quantos, qualesve clamores, & querelas, anxietates, lachrymas & dolores ibi faceret B. Virgo, & Magdalena, cum aliis, &c. Et inde mater Dei aspiciens filium benedictum querula voce clamabat, fili mi, qualiter potero te euellere de illa cruce, vt possem te tantillum tangere fili mi, &c. Aspiciens vidit venientes Ioseph, & Nicodemum, & illico renouando, & emittendo lacrymas, & dolores asperrimos adinuicē deposuerunt ipsum de cruce adorando prius ipsum tanquam filium Dei viui, & deponendo ipsum. Erant tres scalæ ad euellendos illos ingētes clauos, duæ scalæ erant retro ab vtroque latere, & vna à pedibus, & Ioseph ascendit ad vnam scalā & euulsit clauum vnius manus, & illum dat secreto Ioanni, ne Virgo illum videret, quia beata Virgo contemplabatur aspiciendo eius beatam faciem totam discoloratam, & manus Christi pendentes in latus eius tangebat, deinde euulsit secundum clauum alterius manus, & similiter ipsum porrexit discipulo, & corpus Christi brachiis Ioannis Apostoli, qui erat de subtus, & ascēdit scalam pedibus positam, extraxit illum clauum, & tunc ipsum deposuerunt, beatissima eius mater cœpit eum osculando eius caput, vultum, manus, & omnes plagas dicendo cum duris lacrymis, & lamentationibus inspiciendo oculos eius: quis vos priuauit lumine, qui mundum totum illuminastis, iuxta illud, *ego sum lux mundi?* similiter dicebat, ô sacratissimum os, quod alios docuistis, quomodo es priuatum eloquio tuorum sacrorum dogmatum? ô manus sempiterni regis quæ omnia plasmastis, quî permisistis creaturas ita sæuire in suum creatorem? ô caput coronatum corona gloriæ, qualiter permisistis vos tam crudeliter istis pingentibus spinis coronari vsque ad cerebrum penetrantibus: & sic de membro ad singulum membrum discurrendo, & flendo conquerebatur simpliciter postulando, vt Deus eam ab hac vita in meliorem trāsferret vt esset cum Christo Iesu filio suo, ex quo secum viuere nō poterat, &c. Et Maria Magdalena prostrauit se pedibus Domini, ipsos osculando, & suis solitis lacrymis balneando & clamando dicens, ô sanctissimi pedes mei Dei & Domini, qui me purgauit, & mundauit ab omni peccato: vos docuistis me quo pacto debeam effugere, & exire de manibus diaboli, & sic discurrendo cum multis lamentationibus, & planctibus, super quibus mēbris corporis Christi faciebat vnum planctum pariter cum Ioanne, & aliis ibi astantibus, & sic cōtemplando passionem Domini superuenit hora serotina, bonum est amodo, vt sepeliamus eum, & Ioseph, & Nicodemus dixerūt matri Dei, quid volumus facere, hora est vespertina, ne recludamur extra ciuitatem: & volebant eum sepelire, vt virgo Maria posset requiescere, quia illa nocte præcedente nunquam quieuerat vsque in illam noctem, nec illa die comederat, neque biberat, ita quod erat ita defessa & tabescens vt vix posset stare, & portauerunt ipsū ad sepulchrum, tenebat semper Virgo Maria ipsius caput, & Magdalena pedes, & tandem vix posuerunt eum in sepulchro, quia Virgo volebat sepeliri cum eo. Et deposito corpore Christi in sepulchro & reuoluto lapide ad ostium monumenti: tunc Virgo anxia se voluit ad lapidem dicens, ô lapis, qui tenes meum vnigenitum filium, vtinam me cum eo pariter retineres, sed ex quo me tibi rapiunt isti Ioseph, & Nicodemus, amplectens lapidem illum inquit: tu anima mea remaneas hic: & tu intelligentia mea remaneas hic: & omnis memoria mea non hinc recedat, sed omnis sensus corporis, & animæ meæ remaneat cum sociis hic in sepulchro, & solus dolor, gemitus, lacrymarum fons, & anxietas concomitetur corpus meum, & inde iuxta eandem recedens multi dicebant versus Virginem gloriosam, quanta iniquitas, & iniustitia est hodie tibi facta contra sanctissimum tuum filium, qui tot & tanta miracula fecit, qui tam bonam doctrinam prædicabat: qui mortuos resuscitauit: qui surdos audire fecit: qui cæcos illuminauit, &c. & Nicodemus & Ioseph volebant ipsam ducere ad domum suam, & cum grandissimis planctibus recedens ab eis deliberauit ire, & iuit cum Ioanne, & Maria Magdalena ad montem Sion semper incessu gemebundo, & velata sicut vidua, & dum applicuissent in monte Sion, intrauit domum & incœpit alta voce, dicere, O mi Ioannes, vbi est tuus magister & dulciter atque pie commemorabat omnes alios discipulos dicendo, fili mi, hic heri de sero cœnasti cum discipulis tuis nouam institutionem tui sacratissimi corporis docēdo, donasti, & te illis comedendum dedisti, ô populeque nequam: hoc est meritum quod dedisti meo dulcissimo filio de prædicationibus, & doctrinis tibi datis, & de maximis miraculis per eum tibi ostensis, & tu populeque tam crudelis tormentis ipsum crucifixisti. O Maria Magdalena, vbi est tuus dilectissimus magister, qui te à tuis peccatis voluit liberare. O tu Petre, qui eras ita feruidus, ad amandum filium meum, & ad verba vnius vilissimæ ancillæ te remouisti ab eo, ipsum tam viliter abnegando. O Ioannes fili mi: vbi est tuus magister, qui te tantum amabat. Ioannes, & Magdalena cum totis conatibus suis hortabantur & quærebant consolari eam: & ipsa mater Dei habens fidem & plenam certitudinem de resurrectione sui sanctissimi filij cœpit aliqualiter vigere laudando, & benedicendo Deo dicens, ô humana natura, pro qua meus prædilectissimus filius recepit mortem pro redemptione tua, contemplare hanc sanctissimam passionem, quam filius meus sustinuit pro tuo peccato, & sic faciendo non incurres peccatum, & peruenies ad eius gloriam, ad quam ipse Dei filius nos perducere dignetur, qui est vita, mors & resurrectio & pepercit latroni, Amen.

IN DIE PASCHÆ.

SYNOPSIS

Eorum quæ præcipuè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Amore triumphante in die resurrectionis duabus constat partibus quarum

Digitized by Google

Prima pars principalis,
Agit de quatuor victoriis.
Secunda pars principalis,
Est cordialis lætitiæ contemplatio.

DE AMORE TRIVMPHANTE.

Sermo XLVII.

De victoriis Christi.

Apoc.5. *VIcit Leo de tribu Iuda, aperire librum & soluere septem signacula.* Ioan.in Apoc.5. cap. Operante diuina gratia nos peruenimus ad desideratum diem Paschæ resurrectionis Domini nostri Iesu Christi per eius victoriam, in generali pro humana generatione & in particulari verba proposita faciunt ad propositum vniuscuiusque vestrum, dicente sancto Ioanne, *vicit Leo*, &c. Quod sanctum eloquium ad tres contemplationes subleuat mentes nostras ad amorem victoriæ. Prima contemplatio est triumphalis victoriæ. Ibi, *vicit Leo.* Secunda est cordialis lætitiæ, ibi *de tribu Iuda.* Tertia est spiritualis intelligentiæ ibi, *aperire librum & soluere septem signacula.*

Prima Pars Principalis,

Agit de quatuor victoriis.

DIco quod prima meditatio est triumphalis victoriæ. Vnde subleuemus mentes nostras quia *vicit Leo de tribu Iuda.* Vnde nota quod habuit quatuor victorias Dominus noster Iesus Christus. Prima victoria fuit peccati, quod praua generatio Iudaica toto conamine facere procurabat. Secunda victoria fuit dæmonis, quia vicit dæmonem. Tertia victoria fuit inferni. Quarta victoria fuit paradisi. Vnde oportuit quod Christus haberet istas quatuor victorias, vt aperiret nobis portas paradisi.

Iesus Christus quatuor habuit victorias.

Prima ergo victoria fuit peccati, quia istis tribus diebus post mortem Christi nihil aliud egit nisi vt victoriam acquireret. Vnde primo vicit Leo peccatum, cui victoriæ diabolica astutia Iudæorum, dum Christus esset in cruce, obuiabat loquentium per os diaboli, & dicentium, *si filius Dei es, descende de cruce & credimus tibi.* Et dæmon suadebat eis loqui illa verba ad hoc, vt non haberent victoriam peccati, *quia generatio praua & adultera signum quærit & non dabitur ei nisi Ionæ propheta, quia oportuit Christum pati & mori, & sepeliri & post tertia die resurgere à mortuis*, sicut Iona qui reputabatur mortuus, non tamen erat mortuus morte naturali, quando Cete deglutiuit ipsum, & stetit sepultus tribus diebus in eius vtero, & post triduum piscis euomit eum super littore maris ad similitudinem resurrectionis Christi, sed illis, qui vltra aliud signum datum est signum resurrectionis Iesu Christi, & eius ascensionis in eius signum datur intelligere, quod ipse habuit victoriam ex eo, quia noluit descendere de cruce, ad significandum quod ibi pendebat propter nostra peccata, & voluit sepeliri in alieno monumento.

Iesu Christi prima victoria fuit peccati.

Luc.23.

Matth.12. Luc.24.

Secunda victoria fuit contra dæmonem aduersarium animarum nostrarum. Quia Angeli boni videntes bellum futurum inter nos & dæmones, quando propter superbiam proiecti fuerunt de cœlo in terram dicebant, væ mũdo, væ mari & terræ, quia diabolus venit ad nos, sed fortis pugil & fortis Leo vicit, de quo sanctus Lucas 12. c. loquitur dicens, *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace ponit omnia quæ possidet: sed cum fortior eo superuenerit, expellit eum*, nam fortis armatus erat diabolus, in pace possidebat atrium suum, quia spoliabat animas generis humani, sine contradictione, sed cum fortior eo venit, scil. Christus, *tunc princeps huius mundi eiectus fuit foras*, & accepit arma dæmonis, scil. tentationes, idololatrias, culpas, quibus mediantibus sanctificabatur nomen dæmonis, in eius signum ipse fortis Leo voluit descendere ad limbum postquam peperciderat mundo & fuit per eius mortem clarificatus lumine veræ fidei, & conculcauit draconem, & eiecit potestatem diaboli principis huius mundi foras. Vnde cum anima & spiritus Christi descendit ad limbum, sancti patres sumpserunt vigorem, & sanguinem & dulcedinem sui: & videntes splendorem tantæ suæ claritatis, & perpendentes prophetias iam factas, & adimpletas, & tempus instare suæ desideratæ liberationis cœperunt clamare, *Attollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ*, Et inimici humanæ naturæ responderunt, *quis est iste rex gloriæ*, & videntes propius appropinquare suam mirabilem lucem, quomodo omnes tenebras ortu illuminabat, iterum clamantes dixerunt, *Attollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ*, & iterum dixerunt dæmones, *quis est iste rex gloriæ*, tertio dixerunt patres sancti, *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio, ipse est rex gloriæ*, & dicto hoc verbo confestim portæ infernales areæ vltimo apertæ sunt in modum quod non potuerunt resistere, nec ipsas claustas tenere, quæ sicut in primo tenebant infernum, vbi est limbus, in quo stabant sancti Patres. Et tunc Christus glorioſus cum eius socio latrone, qui erat de societate dedit eis visionem suæ gloriæ donec resurrexit à mortuis, & liberauit felices animas beatorum Patrum à limbo, & sic habuit duas victorias.

Christus fortior diabolo.

Psal.23.

Videamus tertiam victoriam, quæ fuit inferni, ex eo quia fecit quod vbi primo ante eius mortem animæ saluari non poterant, neque intrare paradisum bellando deuicit, & viam aperuit paradisi iuxta canticum Ecclesiæ, Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Vnde Propheta, *O mors, scilicet ô inferne, ego ero mors tua*, quia ego dabo tibi vnum morsum, quod fuit, quando extraxit quatuor partes existentium in inferno, siue prophetam, & cum peruenit ad limina inferni extrahendo fontes tenebrarum cum triumpho, & spoliis beatorum spirituum & hac victoria tertia abeundo dixit dæmonibus, iam victi inferni sunt.

3 Victoria Iesu Christi fuit de inferno.

Osee 13.

Quarta victoria fuit paradisi, in quem nulla anima poterat intrare sine violentia. Vnde ipse dixit, quòd à sancto Ioanne auctore baptismatis aquæ facta est violentia paradiso. Et ideo vos omnes qui in hac sancta Quadragesima effecti estis boni armigeri, & estis armati clypeo corporis Christi, venientis Dominica proxime futura armati sagittis, machinis, & bombardis, quia volo quòd sagittemus illa die paradisum, & audiemus Angelos violentiam pati, & omnes replebimur diuinis diuitiis, & sic in meo recessu volo vos omnes diuites relinquere gratiæ Dei, & erit in illo sacramento vna medulla suauissimi odoris, & qui non habent arma, veniant ad me, quia eis dabo arma fortissima ad illud prælium. & ostendam vobis vnam viam, quando Iesus ibat ad paradisum terrestrem totus armatus cum suo vexillo victorioso crucis, & cum tota illa sanctissima multitudine sanctorum, quos secum duxit de limbo reperit ibi ante fores vnum Cherubin positum ad custodiendum ingressum ab eo tempore, quo Adam peccauit, non enim cuicunque personæ peruius erat aditus, violentia vtendum erat aduersus custodẽ Angelum, qui optimus dimicator erat & tenebat in manu ensem versatilem. Iste quidem Seraphinus significat tria. Primo significat plenitudinem scientiæ. Secundo ille ensis erat igneus. Tertio semper ipsũ versabat mouendo hinc inde ad portam, quæ tria significant hæc, primũ scire, secundum velle, tertium posse, ad denotandu quòd paradisus erat talis conditionis quod nisi accederet vnus, qui sciret, vellet & posset, nullus posset intrare,

4 Victoria Iesu Christi fuit de paradiso.

quia

Digitized by Google

quia humana facultas non habebat potentiam, neque voluntatem amoris diuini signati per ensem igneum neque scire significatum per cherubin: nisi veniret vnus, qui suppleret istis tribus pro genere humano, quæ tria fuerunt in Christo, quod significat quod per te nunquam intrares paradisum, nisi Christus det tibi scire, velle & posse, quia tunc tu potes vim inferre cœlo iuxta illud, *regnum cœlorum vim patitur*, Christus ingrediendo paradisum remouit illud obstaculum, propter quod non poterimus intrare, neque possumus nisi mediante victoria, & gratia Christi, & ad significandum istas quatuor victorias homini cantata fuit Missa, quam cantare debuimus hodie, & eleuatum fuit heri vexillum sanctæ crucis, cum qua habitæ fuerunt istæ quatuor victoriæ, scilicet contra peccatum, dæmonem, infernum, & contra paradisum & ponuntur in cruce quatuor lapides precioſi: vnus (in quolibet cornu: nam gemma cornu sinistri crucis significat patientiam Christi per quam vincit peccatum, gemma dextri cornu significat obedientiam, per quam vincit dæmonem. Tertia gemma, quæ est in parte crucis inferiori, significat victoriam inferni. Quarta quæ est in parte superiori crucis, significat victoriam paradisi, iuxta illud Dauidicum: *Confregit potentia arcum, scutum, gladium, & bellum confregit*. In qua potentia diaboli. iuxta illud Iob, non est potentia super eum, & in cruce fuit conflictus & superatus dæmon, quando impositus fuit titulus cruci, & tunc Christus propter obedientiã vicit dæmonem *factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*. Item magna erat potentia inferni, vt primo Apoc. *Primogenitus mortuorum, & princeps regni terræ* arcus est victoria inferni: nam arcus æquiparatur inferno: quia quando extrahitur contra aliquem, qui esset ligatus, & sagittatur, ille ligatus qui sagittatur videt eum ante quam sagitta applicet ad eum, & percutiat cum expectatione suscipere illud lethale lethum: ita damnati vident continuo sibi præparari noua genera tormentorum animæ quam experiuntur illi. Vnde Iob *fient arma ferrea, & irruet in arcum ferreum*, loquendo de damnatis: arma ferrea, quia damnati in inferno vident & sentiunt per experientiam diuersa genera tormentorum de præsenti arcum æreum, id est de expectatione pœnarum sibi futurarum, quas à longe vident, & sciunt se tanto tempore passuros, quanto tempore durabit infernus, quia nunquam habebunt finem. Scutum est peccatum. Scutum habet tres partes duas superiores, & vnum angulum inferiorem, quod significat animam, quæ habet tres potentias, scilicet memoriam, per angulum dextrum, per sinistrum intelligentiam, & & per tertiũ inferiorem significatur voluntas quæ descendit à duobus superioribus. Nam intelligentia defendit nos à peccatis, & voluntas procedit à memoria, & intelligentia: vult dicere quod peccatum est bona memoria obscurissima damnatis, intelligentia est ignorans? & hebetata voluntas est semper maligna damnatis: quia ruptum fuit illud scutum, & gladius, quia fractus fuit ille ensis illius Seraphin custodientis portas paradisi, & loco Seraphin positus est S. Petrus custos, qui tenet claues ad aperiendum, & claudendum paradisum, & custodit illum, & nobis data est potestas, scientia & voluntas acquirendi paradisum, bellum est dæmonis, qui semper est grauis animabus. Considera modo & inspice melius in resurrectione animæ quæ habuit victoriam secundum Christum primo de peccatis iuxta illud, *si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite*: & habuit victoriam aduersus diabolum, & contra infernum, & acquisiuit paradisum. Vnde merito potest ad ad nos pertinere regnum cœlorum: potestas intra vos est qui accepistis corpus Christi, cauete ne corpus Christi intret per os mendax, & periurans, quia esset periculosum animæ, & quod sit ita peccatum in sensu conscientiarum vestrarum, si vos reperitis bene dispositos, & qui accepistis corpus Domini, & disposuistis de cetero bene viuere num magis contenti eritis quam quando male viuebatis, sum certus quod respondebitis quod sic. Vnde si bene consideras, quantam consolidationem, & dulcedinem spiritualem accepistis in confitendo, & communicando vos perseuerare meliora sectantes, & scitote pro certo, quod si bene confitebimini, accipitis corpus Domini, vos consequimini gratiam Iesu Christi, & boni nunquam vos pœnitebit, sed mali sic: & illi qui negligunt, & recusant capere corpus Christi, non possunt perdere gratiam Dei quia iam amiserunt illam.

Matth. 11.

In cruce 4. lapides pretiosi recõdebãtur olim.
Gẽma cornu sinistri significat patientiam.
Gẽma dextri significat obediẽtiã.
Gẽma inferioris partis victoriã inferni significat.
Gẽma superioris partis paradisi victoriam.
Psalm. 75.
Iob 41.
Philip. 2.
Apoc. 1.
Iob. 20.

Colo. 3.

Secvnda Pars Principalis,

Quæ est contemplatio lætitiæ cordialis.

In die resurrectionis quatuor sunt lætitiæ.

Sequitur secunda contemplatio cordialis lætitiæ: & nota, quod quatuor sunt hodie lætitiæ. Prima lætitia fuit materna. Secunda lætitia fuit victorialis. Tertia lætitia fuit cordialis. Quarta fuit generalis. Dico primo lætitia fuit materna: & nota discere modicum contemplari, & qualiter consolatus est matrem. Vnde cum vidit tempus, resurrexit: de hora resurrectionis variæ sunt opiniones Doctorum. Bonauentura dicit quod Christus resurrexit inter auroram, & matutinum: aliqui tenent mediam noctem. Virgo gloriosa stans in cõtemplatione portabat in sua mente illud secretum resurrectionis, & Maria Magdalena cum aliis dominabus ignorantes resurrectionem Christi emerunt aromata, & iuerunt ad sepulchrum Christi, vt vngerent corpus Iesu, quia adhuc erant plenæ sensualitatis. Et nota quod omnes actus, qui interuenerunt de Christo in illa via Magdalena recordabatur cum maximo planctu, quia iuit per illam viam, per quam ductus fuit ad crucifigendum, & ibat respiciendo per terram num videret guttulas sanguinis prolabentis de capite, & de toto corpore sui Magistri, & in omni loco vbi Dominus noster Iesus Christus ductus fuit, adhæsit, & stetit per viam, Magdalena per totam illam viam querulis lachrimis anxio corde dicebat: Heri hic Magister meus dixit tale verbum, hic deposuit crucem, hic vertit se versus flentes dominas, dicens, *flete super vos, & filios vestros*, ibi beata eius genitrix multas anxietates passa est, &c. Et beata mater Dei remansit domi, contemplãdo Christum, & eius resurrectionem; & certè apparuit illi eius vnigenitus filius: licet Euangelista nihil dicat de hoc: & quod apparuerit illi, plures rationes suasoriæ assignari possunt.

1. Lætitia materna.

Christus matri 1. apparuit.
Cur Euangelista nihil scribant de hoc.

Prima ratio, quia considerato quod illi qui scripserũt, & testificati fuerunt de resurrectione Christi, erant & sunt verissimi & idonei testes: & considerato textu Marci, non ita traderentur ab ignorantibus & superstitiosis & maleuolis Iudæis, & propter fragilitatem humanam, quia possent dicere omnes infideles, mater propria testificatur hoc, & ideo testimonium eius est suspectum, & non credendum: vnde Deus non permisit, quod Euangelistæ aliquid scriberent, quod apparuerit matri.

Secunda ratio est, quia considerato ineffabili & inexhausto intellectu Domini nostri Iesu Christi, & Virginis beatificæ, fuisset necesse, quod in eius apparitione interuenissent aliqua verba inter eos, quæ fuissent incomprehensibilia humano generi, neque potuissent dici, neque scribi, neque intelligi secundum nostrum corruptibile, & fragilitatem nostram, quia pauca verba reperiuntur interfuisse inter Christum, & Beatam Virginem; & econtra illi sermones apparerent noui, & extranei nobis & tunc non intelligebantur, primo, quando Christus dixit, *Quid me quærebatis, nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse*, & alibi, quando fecit de aqua vinum: dixit Christus, *Quid mihi & tibi mulier?* quia tales sermones erant inter eos ita

Luc. 2.
Ioan. 2.

mentales

Digitized by Google

mentales & occulti in secreto suæ diuinitatis reuerberantes in mente & anima Virginis, quia licet inter se intelligantur non poterant percipi ab aliis, quasi dicat caro tua est mea, & econtra caro mea est tua, quia tantum ligamen dulcedinis charitatis inter nos, quod si non esset aliud, oporteret, quod facerem voluntatem tuam, quod esset inextimabile apud exteros, ad instar fluminis velociter currentis & valde murmurantis, quod renuis pertransire & tandem erit parum vnda, & sine timore, & periculo poteris pertransire: sed similiter per contrarium erit flumen placidum, suaue, quod non videbatur discurrere, neque moueri, & tamen erit profundissimum & periculosum, & erit cauendum ab eius vndis. Ita erat in verbis Christi, quæ erant plena & magna dulcedine, & magna suauitate, & erant certissima & profundissima, quod eorum profunditatem homo fragilis, & mortalis attingere non poterat: & propterea Euangelista hoc reliquit discutiendum, & contemplandum mentibus deuotis.

Apparitiones Christi post resurrectionē diuersa.

Cur Christus Mariæ Magdalenæ apparuerit in forma hortulani.

Christus splendidior apparuit Matri post resurrectionē quā Petro in trāsfiguratione.

Tertiò causa, quia si bene consideres apparitiones quas fecit Christus, nunquam apparuerunt vno modo, sed diuersimodè: quia quandoque nomine vnius hortulani, quandoque nomine vnius peregrini, omnia secundum diuersitates mentium illorum, quibus apparebat diuersimode se demonstrabat. quia Mariæ Magdalenæ apparuit in forma hortulani, quia Maria Magdalena plantauerat suos affectus in Deo, & suam voluntatem in mente diuina cum suis lacrymis, & ideo apparuit ei sicut hortulanus. Alij discipuli fundauerunt suam voluntatem in Christo, vt peregrini, & ideo eis apparuit in forma peregrini: sed Virgini apparuit mirabili splendore coruscans, & mirabiliori quam apparuerit in monte Thabor Petro & discipulis in eius transfiguratione, & tanto splendore, & mirabilior quantum interest inter contemplari, & perfectionem ipsius matris Dei, & inter Apostolos, & alios, quibus apparuit, quia non posset scribi, nec ore exprimi.

Quarta ratio, quia tu debes considerare ista fundamenta, videlicet, primum, conceptionis, quia erat mater Christi. Secundum, quia erat virgo, & sine aliqua macula & peccato. Tertium, quia in die passionis eius ipsa Virgo benedicta habuit tantum dolorem propter eius mortem, vt nemo posset illum percipere quia fuit infinitus, & si ille eius dolor fuisset inter omnes, certè omnes fuissent mortui, sicut dixi in die Veneris sancto. Vnde conueniens fuit, quod sicut passa fuerat infinitum dolorem, & infinitam afflictionem, ita ipsa debebat habere immensam gloriam, & cōsolationem infinitam ex apparitione vnigeniti eius filij glorioſi: nam si consolatus est Petrum, qui abnegauerat & anathematizauerat Christum, & alios discipulos, qui perdiderant fidem, multo infinitè plus debebat consolari matrem suam, & tanto plus, quanto maiorem

2. Cor. 1. passionem & dolorem passa fuerat, iuxta illud: *Sicut fuistis socij passionis, sic & consolationis*, & certè consolatio sua fuit inexhausta & infinita, ne pœna exuberaret talem lætitiam. Et credo: quod ipsa Dei mater habuit in vnum gradum plures consolationes quam alij donec ipsa ascendit cœlum, & si diceres, quare

Marc. 16. Euangelista posuit, quod *apparuit primo Mariæ Magdalenæ*, secundo Petro. Euangelista illud posuit, vt doceret exemplum bonæ spei peccatoribus conuersis, vt sperent in Domino postquam conuersi sunt, & disposuerint rectè viuere secundum Deum, sicut fecerat Magdalena, quæ prius peccauerat, deinde apparuit Petro, qui abnegauerat ipsum: sed postea recordatus verbi ipsius Domini, pœnitentia ductus fleuit amare: & ideo Christus voluit ei parcere, vt daret illi consolationem, tam de eius resurrectione, quam etiam vt intelligeret, quod remiserat eius peccatum. vt peccatores confortentur si post peccatum emendauerint se in eorum vita, quia similiter possunt sperare remissionem suorum peccatorū, & sic hoc ideo est ad confortandos peccatores, quibus prius apparuisse legitur, quam propriæ matri. Et insuper adde etiam, quod ipse Dei filius suæ dilectissimæ matri apparuit duplicite, scil. spiritualiter, & intellectualiter: & alio modo corporaliter: & sic nota, quod duplex est visio, scilicet spiritualis, & corporalis: visio potest leuiter decipi: vnde sunt aliqui ponentes de pinguedine serpentum in lucerna, & faciunt cum lumine illius lucernæ apparere totam cameram, laquearia, & muros, & omnia plena serpentibus; & sic visio corporalis illuditur & decipitur. Similiter faciunt isti incantatores apparitionem illusione diabolica, quod in veritate non est. Sed visio spiritualis non potest decipi, quia spiritus est, qui visitat, & tantum interest inter visum corporalem & spiritualem, quantum inteteſt inter carnem, & spiritum. Sed Beata mater Domini habebat intellectum ita illuminatum & refixum in mente diuina, quod dum contemplaretur suum vnigenitum filium semper videbat omnem actum, quem ipse suus filius pretiosus faciebat in limbo, & extra limbum, & in ipsa resurrectione. Vnde Dauid hodie in introitu Ecclesiæ cantat, *Resurrexi, & adhuc tecum sum, posuisti super me manum tuam.* Vult dicere primo ô dilecta mater, *ego resurrexi, & sum tecum*, alleluia, id est Deus sit laudatus. Secundo, *posuisti super me manum tuam*, sc. tuum cor, quod habuisti firmum in fide purissima de me, & de mea resurrectione, quæ solum remansit in te sola in mea passione, quia omnes alij dereliquerunt fidem meam de me, alleluia, id est laudetur Deus: *mirabilis facta est*, scilicet tua ex me, de qua regratiatur Deo dicens alleluia. Et sic habes tres apparitiones, vna est corporalis, secunda spiritualis, tertia est mixta, scilicet temporalis, & spiritualis.

Visio corporalis quando illuditur.

Visio spiritualis decipi nō potest.

Psal. 138.

Sequitur secunda lætitia victorialis, quæ apparuit Magdalenæ, quæ dixit, *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Monumentum non est sicut communiter pingitur, sed est in vna spelunca, ad instar vnius cauernæ ex lapide concauato, & in illa cauerna est monumentum Christi, & ante ostium illius cauernæ positus fuit vnus magnus lapis rectus versus Orientem: & respiciens Magdalena versus ostium illius sepulturæ vidit Angelum candidum, qui eis dixit, *Iesum quæritis Nazarenum, surrexit sicut dixit, non est hic:* & Maria non aduertens ad verba Angeli, licet audierat eum, processit ad lapidem excisum; in quo posuerant eum, & introspexit credens reperire corpus suum. Et nota mirabilis naturam amoris, quia quamuis audiuisset & vidisset Angelum illa sibi dicentem, tantus erat ardor amoris sui magistri, & videndi suum sacratissimum corpus, quod vbi auris non applaudit, nō audit sed oculus processit ad locum vbi est, quem amat, & vbi cor habebat & non inueniens eum, reuersa ad discipulos anxia dixit quod fuerat subtractus furto: vnde discipuli omnes territi, & dolentes volebant arripere inde fugam. Et tunc ipsa Magdalena præ nimio amore iterum cum sociabus redit ad monumentum, & quæritat hinc inde diligenter per monumentum inspiciens pluries & pluries, & aspiciendo modo hinc modo illinc, sursum, & deorsum per omnem partem, & ipsum non videndo semper flebat amare, replicando eius passionem, & magis eius motionem, dicens: Magister mi, saltem te semel, vtinam viderem antequam moriar. nam amore langueo, nisi videam te: & iterum introspiciens, tunc duo Angeli apparuerunt ei dicentes, *Quem quæritis, Iesum Nazarenum, non est hic, resurrexit,* & sic loquendo: Ecce Christus retro venit in forma vnius hortulani & Angeli inclinantur Christo: & tunc Maria, reuoluit se, & Christus dixit sibi, *Quid quæris?* & ipsa non respondit ad propositum, non aduertens ad ea, quæ dixit, sed tanquam amans: quæ credit, quod omnes sciant flammas sui amoris, dixit, *Si tu sustulisti eum dicito mihi, & ego eum tollam*, Dic mihi Maria. si tuus Magister esset positus in domo Caiphæ, vel Pilati, tolleres eum? certè sic: & sum tuus, & tu contemplareris eius caput,

1. Lætitia victorialis.

Marc. 16.

Luc. 24.

Ioan. 19.

faciem,

Digitized by Google

faciem, manus, & totum corpus, & tu oscularetis illius plagas, latus, & totum corpus lingeres pro amore & nimia charitate, & tunc ipsa stans in isto rancore animi, & cogitatione, vbi positus fuerat Christus, dixit, Maria, & sic audiuit vocem sui Magistri soliti eo modo vocare eam, subito cognouit eum, & voluit eũ capere, & prosternens se voluit oscularí eius solitos pedes: & Christus dixit, sta retro, *noli me tangere, quia nondum ascendi ad meum patrem* æternum, secundum tuã mentẽ, quæ deseruat me propter modicam fidem, quia non considerabas, quod à tuis peccatis te liberaueram, & quia fuisti infidelis, & non credidisti meam resurrectionem: ideo sta retro, & disparuit subito: tunc Maria dolens, & mœsta remansit. quia non potuit eum tangere, inde læta, & gaudens de eius visione, & resurrectione redit ad sorores dicens *vidi Dominum*, & apparuit mihi tali modo, &c. & redeuntes domum lætæ annuntiauerunt Beatæ Virgini, & Apostolis.

Ioan. 20.

3. Apparitio discipulorum fuit lætitia 3. Cordialis.

Tertia apparitio fuit cordialis facta in medio omnium, Et tunc Maria videns eum prouoluit se & cepit eius pedes lacrymando, & sterit tunc firmus: & credo, quod illi fuerunt dulciores lacrymæ, quas vnquam emiserit & lacrymata fuerit. Et tunc Iesus dixit. Ite ad discipulos meos, & dicite eis, quia surrexi, & habeatis firmam fidem. Et credo quod Christus fecerit illi crucem dicens, Dicite Petro quod veniat, & videbit me. Tunc vero Maria Magdalena iuit ad discipulos, & referens dixit Petro, quod iussu Domini iret ad eum: & Petrus Apostolus, audito verbo immediate iuit, licet Scriptura non dicat de loco, tamen credo, quod iuit ad locum ei quem dixit Maria, vbi repererat Christum: & reperto eo cum multis lactymis ob suum peccatum credo quod Christus confortauit eum, & firmauit eum in fide, absoluendo eum de suo peccato: & credo, quod dixerit, permisi te cadere, & te absolui, quia volui, quod

Matth.

fis vicarius meus in terra, quando dixit, *tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*. Et quemadmodum parco tibi, & tu non sis durus ad indulgendum aliis, quia postquam crediderunt resurgent, & volunt redire ad gregem, tuum & ad gremium sacrosanctæ ecclesiæ per me institutæ.

4. Lætitia generalis fuit in apparitione variis facta.

Quarta appatitio, generalis dici potest, de qua Paulus inquit, quod visus est hodie à Iacobo minore. Alíqui dicunt, quod visus fuit à Ioseph, secundum euangelium Nicodemi. Alia fuit visio habita à discipulis euntibus in Emaus distans à Hierusalem per spatium octo milliarium, qui non credebant resurrectionem, quia non audierant nisi à Maria Magdalena de eius resurrectione. Alia apparitio fuit vndecim discipulis clausis ianuis absente Thoma, qui audiens de eius apparitione dixit, Nisi posuero manum meam in fixura clauorum, non credam: &c hodie ad octo dies apparuit omnibus discipulis & etiam Thomæ dicens, *infer digitum tuum huc*, & pone digitum in plaga: subito cõfessus fuit diuinitatem dicens, *Dominus meus, & Deus meus*: quantũ dulcorem sensit, vnde respectu diuinitatis dixit, *Deus meus*: quantum ad humanitatem dixit, *Dominus meus*. Alia vice apparuit sicut dixit. S. Paulus recitat etiam, quod visus fuit à quingentis in die Ascensionis mirabiliter in omni apparitione, & generali visione apparendi, & ascendendo ad cœlos prouocauit omnes ad maiorem fidem, iuxta illud, Sicut aquila prouocat filios suos ad volandum. Et illud fecit tempore Ascensionis, & Pentecostes, & vt nuncium reciperent discipuli, & accenderentur amore diuino & resisterent persecutionibus firma fide, & perducerentur ad gaudia vitæ, ad quam nos perducere dignetur, qui sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, Amen.

Ioan. 20.

Dimisi tertiam partem breuitatis causâ, quia esset nimis prolixa.

IN DIE LVNÆ POST Pascha.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore misericorde, habet tres partes.

Prima pars principalis,
Agit de tribus gratiis scilicet de præueniente, consequente, & subsequente.

Secunda pars principalis,
De peccatoribus desperatis.

Tertia pars principalis,
De misericordia fratri suo parcente.

DE AMORE MISERICORDE.

Sermo XLVIII.

MISERICORDIA *domini plena est terra* Psal. 32. Nota ad euidentiam dicendorum, quod tres sunt misericordiæ. Prima diuina, peccatorem amplexans pròpter desideria: secunda infernalis, peccatorem desperans vt affligat: tertia proximi suo fratri parcens ob offensas. *Psal. 32.*

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

Agit de tribus gratiis scilicet de præueniente, consequente, & subsequente.

CApe primam misericordiam diuinam peccatorem amplexantem. Et in hac prima me dilatabo magis quam in aliis, & potest ista misericordia Dei distingui in tres gradus, seu considerationes.

Dico, quod prima est misericordia Dei præueniens: & hoc est quando Deus præuenit animam absque eo, quod anima mereatur illam.

Secunda est misericordia Dei consequens, quando inspiratur à Deo tuæ animæ, & tu non illa petas.

Tertia est misericordia Dei subsequens, & non est apta sine illa petitione, iuxta illud Pauli. *Non sumus sufficientes cogitare quicquam à nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra à Deo est.* Et Dauid, *Cito anticipet nos misericordia tua.* Primus status est misericordiæ præuenientis, & hoc est quando anima nihil minus cogitãs de salute sua, Deus inspirationes immittit aut alio modo vtitur per quem anima ad se rediẽs nouissimorũ recordatur & tunc pœnitentiã agere intẽdit. Secundus status est misericordiæ consequentis, & hoc est quando anima vult illã misericordiã acceptare, & cõsentit ipsi misericordiæ humiliter implorando illam, quia primo Deus ostendit misericordiam suam, secundo succedit tua voluntas, quia secundum Augustinum, Si quæris & vis, iam habes ipsam, de quo secundo statu misericordia mea cum ipso est, dicit Propheta in persona Dei. Tertia misericordia dicitur subsequens, quæ facit operari, & præcedit operationes bonas ipsius misericordiæ subsequutę, & facit operari illud, quod primo cognouit, & in secunda est volũtas à qua sequitur operatio, sed qui non facit operationes bonas, videtur quod non velit illam misericordiam consequi, quia primo infunditur, secundo consummatur, tertio operatur, ad

2. Cor. 3. *Psal. 78.*

Digitized by Google

ad instar mercatoris, qui vult vendere pannum suum, & dicet, nemini dabo, nisi soluat pecunias promptas, & tu dices, da mihi, de panno tuo; & ille mercator dicet, videns, quod non tradis pecuniam, ego bene video, quod tu non vis de meo panno, quia non facis opera ad comparandum pannum, hoc est quia non soluis pretium, & sic videris nolle de meo panno. Ita facit Deus quia non faciendo opera, videtur, quod nolit consequi misericordiam suam, iuxta illud, *Non qui dixerit, Domine, Domine, intrabit regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei*, & alibi, *Misericordia eius sub sequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Quia intendo ornare omne nostrũ ædificiũ, quod ædificauimus in ista Quadragesima, volo explicare vnam particulam istis prædicationibus intelligentibus: vnde istos tres status, misericordiæ Dei videas in 12.c. Apoc. *Signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta sole, & luna sub eius pedibus, & in capite eius corona stellarum 12. & in vtero habens, & clamabat parturiens.* Clamabat vt parturiret, & peperit filium marem. Vnde venio ô sapiens, quia hac in parte tibi loquar, & oportet quandoque desipere cum stultis, & cum sapientibus sapere: vnde ista verba si bene intelligantur, possunt conuenire vni animæ, quæ sit bene confessa, & acceperit corpus Christi, & sit in gratia Dei, quia illa anima erit ista mulier, quæ habebit istos tres status misericordiæ Dei suprascriptos: primum scilicet misericordiæ pœnitentis, quia Deus tribus modis præuenit animam secundum tres potentias ipsius animæ: nam præuenit voluntatem ipsam inflammando diuina clementia, præuenit intellectum replendo ipsum fonte diuinæ sapientiæ, & inspirat memoriam timorando ipsam diuina potentia. Et sic in sole sunt tria scilicet calor, vigor, & splendor, quia calefacit, illuminat, & vigorem tribuit. Ita Deus quando infundit gratiam suæ misericordiæ habet calorem ad inflammandum animam, & informando voluntatem nostram in desiderio caloris diuinæ charitatis proximi sui infundit scire in ipsa anima, quæ illuminat intellectum: nam Deus est lux mundi, & vigorem dat animæ inducendo memoriam timorosam, sua potentia infinita: vnde si tu sentis in tua anima ista tria, in te est Trinitas, & si bene intelligis, sicut in Deo sunt ista tria, scil. clementia, summa scientia, & potentia infinita, ita Deus infundit in nobis prædicta tria, reformando animam, sicut erat quando ipsam creauit. Et hoc est, *Signũ magnum apparuit in cœlo*: signum scilicet gratia inspirata voluntati. Nam signum non est illud quod significat: certè tu vides nomen Iesu est vnum signum repræsentans tibi omnia, quæcunque Deus vbique fecit ad saluandam humanam naturam, & die Mercurij dicam, Deo dante, magnum mysterium, quod est in singula litera huius sancti nominis Iesu: nam & miles, qui habet signum auri, quia fert aurum, significat quod debet esse defensor Reipublicæ: & sicut domina non potest concipere sine viro: tta anima nostra non potest aliquid velle, vel operari, nisi diuina inspiratio illud infundat bonum, iuxta illud: *Non elegistis me, sed ego vos.* Ita est intelligentia nostra, quia præuenit dando lumen, quia intellectus illuminatur à Deo veritatis ad cognoscendum veritatem, alioquin nihil valeret, nec parũ prodesset, nec valet habere oculos in obscuro, & tenebris sine lumine, quia nihil videtur Ita est intellectus noster, quia licet sit aptus natus videre, tamen nisi illuminetur diuino lumine inspirato, non potest per se eũ videre: vnde Deus dat lumen nobis vt cognoscamus veritatem: & hoc vult dicere illud verbum, *In cœlum*, quia cœlum, id est cælatus, hoc est in intellectu: qui est cœlatus, quia nullus potest eum videre, nisi Deus qui est solus scrutator cordium, apparet lumen intelligentiæ à Deo infusæ: vnde Genes. *Creauit Deus cœlum, & terram* August exponit cœlum id est, animam intellectiuam, & terram, id est corpus & sensualitatem. Similiter memoria est præuenta, & facit animam timorosam considerando Deum esse immensum, & incomprehensibilem, & considerando suam prauitatem, & imbecillitatem fragilem & caducam, ac momentaneam, ad instar vnius asini videntis currere versus se vnum maximum & fortissimum equũ, quia fugiendo valde timet. Ita facit memoria nostra præuenta inspiratione diuina, quia memorando ex se nihil esse sine Deo, & considerando eius infinitam potentiam facit animam timere Deum & offensiones Dei vitare, & viuere secundum Deum, quia *magnus Dominus & laudabilis nimis.* Et hoc est, quod dicit, *Signũ magnum in cœlo.* Vide secundum statum misericordiæ Dei, qui est consequens. Nam si anima consentit volendo, & intellectus apparuit consentiendo, & memoria timendo, tunc verificatur illud, quod scribitur in Apoc. 3. cap. *Ego sto ad ostium & pulso, & si quis audierit*, ecce voluntas: & *aperuerit mihi*: ecce intellectus consentiens: ego *intrabo & cœnabo cum eo*: ecce charitas cum timore. Exemplum, quia sicut solis radij nunquam intrant tuam cameram circundatam muris, quandiu est fenestra bene clausa, sed cum aperis teneſtram subito sol intrat & spargit radios suos per totam cameram, & efficit illam fulgentem & luminosam, ita vt vbi primo nil poteras videre de his, quæ sunt in illa camera & per consequens non poteras, neque sciebas vbi & qualiter debes eam scopare, & mundare ante quam irradiaretur: sed postquam est illuminata, mediantibus radiis solis tu vides clare vbi ipsa est infecta, & telas aranearum, & omnes spurcitias, ita quod potes & scis vbi & qualiter debes ipsam scopare, & efficere pulchram, & tunc tu delectaris habitare in illa. Vnde ita facit Deus, quia postquam illuminauit animam vera cognitione, veritas efficitur clara, & vidit se esse puluerem, nihil esse sine gratia Dei, Exinde videt immensam potentiam & iustitiam Dei, & efficitur timorosa, & voluntas vadit ad confessorem & à peccatis absoluitur, intellectus non consentit, & dolet de male gestis pœnitendo, & si potest satisfacit: & memoria facta timorosa viuit deinceps secundum præcepta Dei, & efficitur conformis voluntati Dei, & consequitur eius gratiam, & sic Deus tres effectus producit exinde, quia primò voluntas efficitur amans Dei mundum despicit, quia nil curat de mundo & desideriis carnis, sed accenditur charitate & amore diuino. Tertio intellectus fit illuminatus radiis intelligentiæ & sapientiæ Dei. Vnde quando sentis in te bonã voluntatem, & tua anima est accensa amore diuino, tunc illa tua bona voluntas est, *illa mulier amicta sole*, si recipit corpus Christi in hoc Pascha, quia *Christus est sol iustitiæ*: vnde considera, quod sicut nulla est res in hoc mundo pulchrior sole, ita non est pulchrior res mundo, quam bona voluntas, de qua loquens Deus dicit, *Regnum cœlorum intra vos est*, qui habetis bonam voluntatẽ: & Paulus, *Gloria mea hæc est, testimonium conscientiæ nostræ*, & de hac conscientia loquendo dicit Christus, *Simile est regnum cœlorum, thesauro in agro abscondito*, &c. Nam tunc est gloria & continua lætitia, dum adest bona voluntas: similiter ager est corpus nostrum, in quo consistit iste thesaurus absconditus, scilicet bona voluntas, in stricto cordis nostri, quem qui inuenit, quando Deus præuenit illuminando cor nostrum radiis veri luminis cognitionis, & intellectus consentiẽdo bonæ voluntati, aperit fenestram, & sine medio illuminatur, & memoria redditur timorosa, tunc videt omnia quæ habet spernendo mundum, diuitias, concupiscentias, & omnia desideria abiiciendo, vt emat agrũ illum, in quo est thesaurus ille, quia qui habet voluntatem bonam, habet charitatem, & consequitur thesaurum supradictum, qui in cœlis est.

Secundum signum est memoria à mundo leuata, & spirata, scilicet quæ non vult offendere Deum propter delectationes & placita mundi, & vanitates caducas, quæ significant lunam, quæ est lucida, volubilis, & frigida,

Matt. 7.

Psal. 22.

Apoc. 12.

In sole tria sunt calor, vigor, & splendor.

Signũ nõ est illud quod significat.

Ioan. 15.

Gen. 1.

Psal. 47. & 184. Misericordia Dei secũdum status dicitur cõsequẽs. Apoc. 3.

Luc. 17. 1. Cor. 1. Matt. 13.

Corpus nostrũ ager est in quo absconditur thesaurus.

Digitized by Google

frigida & nunquam est stabilis, nec habet firmitatem, & lumen quod habet, dependet ab alio, quia à sole, quia sic est mundus, & eius vanitates, & desideria, quia videntur in apparentia pulchra, & tamen nullam habent stabilitatem, sed omnia sunt transitoria & caduca, quia vt tu vides, si es iuuenis, cito senescis, si eris in iuuentute delectabilis, & placabilis, tu efficieris hebes, & displicibilis in senio. Si acquiris diuitias cum magno labore, tu illas perdis cum nimio dolore, vel illis nō potes vti, cum iuuarent, scilicet quando es infirmus, & senex; & sic mundus iste ad instar lunæ crescit, & decrescit, & in eodem statu sistere nescit, ad instar rotæ Fortunæ continuè rotantis, & qui est in summitate, labitur ad infima, & qui est infimus ascendit ad summa: & qui est in summitate rotæ pingitur asinus, quia iste mūdus facit homines sensuales, cupientes, & amplectentes eū effici asinos, & bestiales, quia sequuntur tantum quæ mundi sunt, & non cognoscunt Deum, quia deficit in eis lumen. Similiter, qui ascendunt ad desideria conductoris mundi amplexando mundum, & bona fortunæ, habent caput asini, & personam hominis, quia mouentur paulatim à cognitione rationis, & efficiuntur bestiales, & asini, sequendo plus mundum quam Deum. Ille vero, qui est collapsus ad ima, qui perdidit statum, diuina bona, temporalia, amicos, sanitatem, filios, & huiusmodi, tunc vbi prius erant prosperi efficiuntur retro homines rationales, incipiunt destruere, & intelligere istum mundum fore volubilem, caducum, & nil prosperitatis, & stabilitatis manētis in eo, & quod omnia prætereunt præter amare Deum, & ideo non pinguntur asini, & bestiæ, sed homines rationales. Ideo ista domina bona voluntas cum intellectu illuminato tenet *lunam sub pedibus*, id est vanitates mundi. Nam luna est frigida. & sic delectatio vanitatum mundi refrigerat hominem, & facit perdere Deum, & facit hominem fieri asinum, iuxta illud, *Sic transit mundus & concupiscentia eius*. Si autem vis cognoscere vnam animā quando amat Deum, respice quando ipsa non curat de mūdo, & spernit illum, & pompas eius quemadmodum maius lumen offuscat minorem splendorem, & maior amor exuberat minorem. Ita dulcor inæstimabilis charitatis & amoris Dei spernit, & offuscat delectationes transitorias mundi.

Ioan. 2.

Tertium signum, quando tu potes cognoscere quādo tu habes misericordiam Dei consequentem, scilicet quando tuus intellectus est illuminatus cognitione Dei, & hoc est, quando dicit, *Et in capite eius corona stellarum duodecim*. Corona est circularis, & rotunda, & nō habet finem, quæ significat potentiam Dei infinitam. Duodecim stellæ sunt duodecim signa, & splendores duodecim, quibus anima efficitur luminosa, & irradians, quibus mediātibus homo efficitur sapiens, & cognoscens Deum, quæ duodecim stellæ hic sequuntur. Prima stella est in Deo confidentiam habere, secunda stella est mundum spernere, tertia stella est carnem castigare & refrænare, quarta stella est prudentia spiritualis, quinta stella est experientia suæ fragilitatis, sexta stella est reuerentia diuinorum, septima stella est attētio diuinorum testimoniorum, octaua stella est cognoscere malum: quod propter Deum debes vitare, ne eum offendas: nona stella est bonum cognoscere, & illud operari propter Deum; decima stella est firmam constantiam in mente habere; vndecima stella est, quod quanto plures gratias reperis, tanto plus te humilies; duodecima stella est cum discretione stare inter bonū, & malum.

Potētia Dei infinita per coronam significatur.

Stellæ duodecim anima efficitur luminosa.

Dico, quod prima stella est solum confidere in Domino, iuxta illud: *In te Domine speraui, non confundar in æternum*: quia non est sapientia confidere in scapha tupta: nam puppis firma non timet procellas Psalm. 30. ducit nos ad portum salutis nempe Deum, in quo solum est confidendum, quia *maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum & benedictus homo, qui confidit in Domino*, secundum Hieronym. Vos ergo ô patres & matres, qui collocatis totam vestram spem in filiis, discite non confidere in eis, quia vana est spes vestra, quia aut moriuntur, vel spe efficiuntur ita proterui quod verberant & expellunt parentes. Et certè si tu confidis in vno, qui semper decipit illos, qui confidunt in eo: nonne peius cedit tibi, quā si confidis in vno, qui non potest te decipere? Certè peius est, sed si confidis in isto mundo proditore, qui deludit, & decipit omnes, qui confidunt in eo, nonne decipiet etiam te: nam ostendit tibi facere bonum, & alludit tibi ridenti facie, & postea facit tibi malum, & mutabit faciem in turbine procellarum, sicut dictum docet & experientia mundi. Simile si tu confidis magis amicis quam Deo, reperies te deceptum, & sic de aliis, quæ promittit tibi mundus iste caducus & fragilis.

1. Stella anima confidere in Domino. Psal. 30 Hier. 13.

Tom. III.

Secunda stella est spernere mundum, quia semper te prodit, & decipit, & ipsum spernendo non appretiabis illum plus, quam Deum. Exemplum, si esset vnus Doctor, qui haberet vnum librum in sua facultate, quē ad vnguem intelligeret, & bene operaretur ex illo, consequeretur magnum honorem & vtilitatem, sine quo non posset bene exercere artem suam, nonne iudicares illum fatuum si daret ipsum pro vno ducato, plus appretiando vnum ducatum, quam illum librum, sine quo aut nullas conciones componere, aut quæstionum dubia resoluere posset? certè sic. Similiter si haberes rem paruæ vtilitatis, & nociuam, & dares illā pro magno thesauro, nonne censereris sapiens? certè sic. Similiter est de illo, qui spernit thesaurum reconditum in cœlis, pro caducis huius fallacis mundi, & talis est fatuus. Ita sapiēs est, qui ipsum mundum nociuum fugit, & spernit, & alienat pro illo magno thesauro diuino. Ergo *thesaurizate vobis thesauros in cœlis*, &c. quia qui vtitur isto mundo plusquam vrget necessitas, relinquet omnia in fine, & sic spernit Deum pro isto mundo, & ita meretur sperni à Deo in futuro sæculo.

2. Stella mūdus spernendus.

Tertia stella est carnem castigare rebellem, quæ efficitur massa vermium, quare ergo cum tanta diligentia & deliciis nutris eam, & ipsam appretias plusquā animam, quia propter carnem mortalem, & putrescibilem, tu damnas tuam animam perpetuo duraturam, & tanto splendore decoram ad imaginem Dei factam, Ideo plus dilige animam, & nutrias eam, in deliciis Dei, quam corpus in desideriis mundi. Nam si haberes vnum tantum cordialem & fidum amicum, & vnus errabundus faceret aliquem cōtractum cum illo tuo amico, & sic contrahendo secum cautè quæreret decipere tuum amicum, qui non perpenderet de illo dolo, & tu perpenderes quod ille quæreret decipere eum: nonne faceres cautum tuum amicum de illo dolo viatoris, & plus defenderes eum, ne decipiatur, qui semper dicitur stare, & perseuerare in charitate, & fraterno amore tecum, quam illum viatorem, quem nunquam vidisti, nec speras vnquam amplius eum videre, nec ab eo quicquam consequi? certe sic, & esses fatuus facere oppositum. Sic est in proposito, quia quādo tu vides, quod ista transitoria caro quærit aduersus spiritum, tua voluntas, & intelligentia, & memoria timorosa, debet adiuuare animam, & nō consentire, quod ipsa anima, quæ semper debet viuere tecum, decipiatur & illudatur, & inficiatur, à carne & subiugetur à concupiscentiis, quia *non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus*. Item *qui diligit iniquitatem, odit animam suam*: & *quia caro concupiscit aduersus spiritum*, ideo carnem ipsam castiga macerando vigiliis, ieiuniis, disciplina, & esto cōtrarius sensibus istius mundi, qui sunt considerare mundum, onerare se diuitiis multis cū malitiis, dolositatibus, fraudibus, vsuris, & multis rapinis, concupiscentiis carnis, aut oculorum, vel superbia vitæ: vnde si vis vitare ista contra cupiditatem mundi, sperne mundum, & sic de

3. Stella caro castiganda.

Digitized by Google

aliis rebus, & vitiis, si tentaris ab aliquo vitio, resiste cum armis contrariis illi vitio, videlicet contra superbiam accipe arma humilitatis, contra iram accipe clypeum patientiæ, contra luxuriam sit tibi comes castitas sancta, & de aliis: nam mundus & fastus eius, & desideria sua sunt contraria Deo: & ideo Christus incarnatus volens docere sapientiam Dei, dedit tria vota religioni primum fuit humilitatis & obedientiæ, & fuit in mane, iuxta illud. *Qui vult venire post me abneget semetipsum, & sequatur me.* Secundū votū fuit castitas, & fuit in meridie, iuxta illud: *Sunt amici, qui se castrauerunt propter me.* Tertium votum fuit paupertas, & fuit in sero, iuxta illud: *Si vis perfectus esse, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Et quando vnus seruus Dei ista tria mandata tenet, habet intellectum, & sapientiā Dei infusam, quod seruat sibi in mente illa tria mandata, scil. castitatem, obedientiam, & paupertatem: & omnis vera religio est vna scala sapientiæ Dei, & omnis spiritualis quanto plus est sapiens, minus confidat in seipso, sed ponat se sub obedientia, quia quanto erit humilior, tanto magis confidet in Deo. Similiter, si religiosus credat castigare carnem, vincat in tanta dulcedine castitatis, quod vix eius anima sentiat illam tentationem carnis, contra illos, qui non possunt credere, quod aliquis religiosus possit seruare castitatem: nam talis mereretur igne cremari, quia quales sunt, & quales oculos habent, taliter vident, & talia iudicia faciunt in aliis, quæ sustinent in membris suis propter eorum malum vsum viuendi.

Tria vota religionis sūt sapiētia Dei.

Matt. 16. & Luc. 9.

Matth. 19.

Marc. 10. Luc. 18.

4. Stella prudentia spiritualis.

Et ex ista tertia stella sequitur quarta scilicet prudētia spiritualis: quia anima repletur spiritu sapientiæ, & prudentiæ spiritualis, quia qui non addiscit, & studet, non potest effici sapiens: vnde vidi multos conuersos spirituales illiteratos, qui nesciunt legere, nec scribere, qui propter studia tantum votorum suprascriptorū scil. obedientiæ, castitatis, & paupertatis, venerunt ad perfectionem tanti luminis sapientiæ Dei & prudentiæ spiritualis, quod videbatur vnum miraculum, & stupor omnibus, vt habes de S. Francisco pauperculo, qui paucas sciebat litteras, & ad tantam perfectionem venit ob illa tria vota seruata, quod videbat corda hominum, quæ loquebantur cum Deo, & tandem Christi stigmata meruit victoriosè portare. Inde venit quod melius est multoties ire ad confessorem prudentem & timoratum & minime instructum multa scientia quam ad doctissimū sed non probū. Sed optimum est habere bonā vitā, & scientiam, tamen cum experientia istorum trium votorum verbi gratia, erunt duo homines, quorum vnus ibit ad audiendum de gestis magnorum virorum, qui fecerunt magna facta in gestis armorum, & fuerūt probissimi viri, sicut sunt de gestis magni Caroli, Orlandi Oliueri, & cæterorum & Æneæ, & aliorum fortium virorum, & per hoc solum audiendo de gestis ipsorum sine aliqua experiētia vult effici probatissimus armiger: certè nunquam per solum auditum de magnis gestis efficietur probus. Alius vero, qui volet effici probus, verè ibit in armatam militiam, vbi habebit experientiā in dando & accipiēdo, sic efficietur strenuus armiger. Similiter non tantū addiscitur in libris sapiētia Dei, sed melius addiscitur, quādo seruus Dei, experientia seruit Deo, seruando illa tria vota, quia tunc consequitur experientiam Dei per prudentiam experimentalem.

5. Stella fragilitas humana.

Quinta stella est experiētia suæ fragilitatis: nā Deus ante quā caperet carnē humanā, sciebat oportere cōpati humano generi propter fragilitatē suæ putrescibilis carnis: sed postquā habuit experientiā carnis humanæ viuentis, & per experientiā palpans miserias, & fragilitates carnis, & quot miseriis est suppositā à passionibus & tentationibus mundi, diaboli, & cupidinis tot specierū desideriorū, exinde citra semper fuit magis misericors & miserator nostri: hinc est, quod prouidētia diuina permisit cadere Petrum, vt simili exemplo esset misericors aliis, sicut Deus fuit misericors eius ex eo, quia futurus erat Princeps ecclesiasticæ fidei & Cephas Christianorum. Et modicum est, quod vnus homo Dei dum visitasset alium seruum Dei, qui ex vana gloria & præsumptione strictiorem obseruare continentiam quā socij sibi suadebat, dixit socio suo in recessu illius expedit isti amico Dei tentari à spiritu fornicationis, aut aliquā vituperationē sustinere. Et ita accidit quia pauco tēpore post hoc, ille amicus Dei cecidit in vnā fornicationē, taliter vt publicè cognita fuit, & fuerit valde morficatus, & tunc fuit humilior quam vnquam fuerit, reputans se esse miserum peccatorem, vbi prius se reputabat veneratione dignum, & portare coronam aliorum seruorum Dei, & hoc proueniebat solum propter spem, quam ille habebat, quia melius addiscitur sumptibus suis, quā alienis. Similiter vidi, & sunt aliqui studentes pauperrimi, qui stabunt sub pedibus alienis male induti, & patiuntur magnas necessitates, multories efficiūtur valentiores, quam illi, qui faciunt eis expensas, & habent modum, facultatem, & tempus studendi. Similiter talis fuit Dauid qui non fuit sapiens, nec bene cognouit Deum, neque se, neque mundum, nisi postquam cecidit. Vnde Ille loquens ad hoc propositū dicit, *Auertisti faciem tuam à me, & ego sum conturbatus.* Item *ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.*

Psal. 29.

Inde venit sexta stella, quæ est rebus diuinis reuerentiam habere, reuereri Deum. Et hoc tangit nobiles, qui quandoque dedignantur reuereri Deum, & res diuinas. Nam & ipsi Pagani quanto erant sapientiores, tanto plus colebant Deos: vnde quando vnus non veretur, neque reueretur Deum, & res sacras, ac diuinas, est deterior quam sit vna bestia: & quando quis magis timet Deum, tanto est sapientior, & plus reueretur res diuinas scilicet corpus Christi B. Virginem, Sanctos, templa, res sacras, & sacerdotes, non considerando, quod sint peccatores, sed gradum sacerdotij: vnde S. Francisc. dicebat, quod volebat honorare sacerdotem tanquam vicarium Christi, secundum eius gradum, contra illos, qui dicūt sacerdotes, Fratres, Prælati, & Papæ, sūt praui, & malæ cōditionis, &c. vnde quid sint, tu debes reuereri eos tanquam habentes gradum sacerdotij, & dignitatis, & non tanquam peccatores, & in quantum delinquunt: & ideo male faciunt dicendo, quid presbyter, quid Prior, quid Abbas, quid Episcopus, quid Cardinales, & Papa, quia considerato gradu eorum peccant valde spernentes eos. Exemplum, si esset vnum vas plenum denariis in stercore proiectum: credis tu quod auarus non caperet illud vas, non obstante quod esset fœtidum? certe sic. Sed illud non faceret propter vas, sed propter thesaurum inclusum: vnde sapiēs imperator Constantinus, corā quo Prælati & sacerdotes litigabāt non cōsiderauit ipsos quātum homines essent fragiles & peccatores. Considerauit exinde eorum gradum: quia similiter eorum gradus repræsentant creatorem, & ideo cum magna reuerentia, & bonis verbis induxit eos ad se compromittendum in ipsum, & facto compromisso audita eorum causa prudentissimè iussit sibi dari omnes scripturas, & capitula partiū, & verbis, & modis reduxit eos ad concordiam & igne cremauit omnes scripturas hinc inde productas, & noluit ipsas legere, neque legi, ne aliquid conuitij in eisdem foret descriptum in vituperium eius, quod pateret aliis, ne exinde oriretur aliquod scandalum. Vnde sanctus Franciscus docuit prædicare in genere, & nō specie. Similiter Christus quando reliquit beatam eius genitricem iuit cum Pharisæis & repertis dixit Virgo ei, *fili quid feciſti nobis*, &c. Qui respondit, *nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse*, & magis appretiauit Pharisæos, qui habebant gradū quā beatā Virginē ex qua ceperat carnē: nō respexit Deus quod essent maligni & magni peccatores, sed quia erant in gradu sacerdotij. Vnde præposuit eos carni Virginis Mariæ: quia si essent mille virgines Mariæ, non possent consecrare Corpus Christi

6. Stella reuerendus Deus. Diuina res reuerenda.

Sacerdotes honorandi.

Luc. 2.

Sacerdotes præferendi V. Mariæ.

Digitized by Google

Christi, vnus sacerdos peccator poterit consecrare illud. Vnde quantum ad hoc ostenditur dignitas & auctoritas sacerdotij: quia sunt vicarij Christi præferendi carni beatissimæ Virginis Mariæ.

7. Stella. Creatura omnis & omne verbũ est testimonium Dei.

Septima stella diuinorum testimoniorum, quia omne verbum est testimonium Dei, quia Sol est testimonium: si est pulchrum tempus, est testimonium Dei: si pluit, est testimonium Dei: & quæcunque creata reddunt testimonium Dei & diuinorum operum, quia quęcunque Deus facit, cum mysterio facit: vnde quanto magis homo est sapiens tanto magis contemplãdo fingit sensum referendo omnia quæcunque vidit summo opifici, & in omnibus videt Deum esse trinum & vnũ: & quanto plus habes de intellectu, tanto plus habes testimonia de Deo vnde sapiens extrahit de stultitia sapientiam & testimonium Dei.

8. Stella. Cognitio mali à quo præcauida est.

Octaua stella est cognitio mali, à quo tu debes præcauere. Attẽdite vos ô dominæ, quæ dimittitis filias vestras domi, & non ducitis eas vobiscum ad prædicationem, vbi addiscunt scire præcauere à malo & sequi bonum, dicite mihi quæso veritatem, à quot malis præcauistis vobis in ista Quadragesima propter prædicationes, quas au diuistis? & hoc non fuit nisi quia vos didicistis eligere viam bonorum operum, & vitare mala, iuxta illud, *ignorans ignorabitur:* & iuuenes sunt sicut cera, quæ capit formam, quæ sibi imprimitur: vnde caueas homo, ne ducatis eas, quando senes venient, quia sũt magis aptæ ad diuina monita, quia nõ sũt induratę.

1. Cor. 14.

9 Stella. Cognitio boni ad operãdũ bonũ propter Deum. Ignorantia amica diaboli.

Nona stella est cognitio boni ad operandum bonum propter Deum: & vt scias præcauere tibi à malo: nam audiẽdo bonum & prædicationes, tu addisces cognoscere malum & vitare illud, & sciendo & cognoscendo illud, quod est malum, tu vitabis illud & sequeris bonum: quot mala vitarentur, si homines cognoscerent prauitatem illius mali esse tanti præiudicij, & periculi animabus, sicut est ignorantia, quæ est maior amica, quam habeat diabolus, & tamen non excusat peccatum.

10. Stella. Mens cõstãs & firma in proposito.

Decima stella est mens constans & firma, quia sapientis est esse cõstans in perseuerando in bono, & mutare propositum de bono in melius, & de meliori in optimum. Nam fatui qui incipiunt facere bonum, licet habeant tunc bonum propositum, non perseuerabunt, sed ibunt ad festa peccando: & portare incipient caudã quam deponere nunc proposuerunt: & similiter taxillatores incipient facere taxillos: & lanij vendunt eis ossa, vt possint facere taxillos: similiter interpolatores, qui continuant artem interpolandi pannos, omnes huiusmodi, & similes facientes istas artes damnatas, licet incipiant habere bonum propositum sunt fatui & instabiles, & diabolus eos expectat, & caueant sibi vxores talium interpolatorum & similium, qui in talibus artibus perseuerabunt, quando sunt implicatæ: sis ergo constans, & in bono proposito perseuerans, quia sic faciendo consequeris gratiam Dei & firmaberis in bono proposito.

11. Stella.

Vndecima stella est, quod quanto plures gratias accepisse percipis, tanto plus te humilies: quã differentiã facimus nos inter prædari res spirituales, & deprædari res temporales, & prædari Christum vel diuitias mundi aut diuitias Dei: certe maior timor qui me magis perculit in hoc mundo, est ne efficiar prædo, & latro publicæ viæ, hoc est quod omnis gratia, quam Deus concedit nobis, illam attribuamus nobis, & non attribuamus Deo: quia si attribuimus nobis gratias, quas habemus à Deo, nos prædabimur illas gratias Deo, quia si habeo aliquam bonam voluntatem, illam non ex me habeo, nec debeo illam ex me ad perseuerandum habere, sed à Deo, considerando, quod ex me nihil sum. Vnde quanto homo ascendit diuitiis, honoribus & fama, tanto magis incurrit periculum, vt efficiatur prædo: hinc est, quod Lucifer fuit præcipitatus de summo ad infima, quia noluit se humiliare Deo: sed voluit furari gloriam Dei creatoris sui: & ideo perdidit gratias infinitas, & fuit humiliatus vsque in profundum abyssi: quanto ergo plures gratias habeas, diuitias & honores, tanto magis fac te humiliorem & cognoscas te, siue sint gratiæ temporales, siue spirituales.

12. Stella. Discretio boni & mali. Benjamin interpretatur boni & mali discretio.

Duodecima stella est discretio inter bonũ & malũ significata per Benjamin, qui interpretatur discretio boni & mali, qui de xij fratribus fuit vltimus scire quid potest habere: quia antequã possit reperiri mediũ, nã discretio inter bonũ & malũ est vltima & præcipua virtus & vltimũ istius discretionis multũ laboratur, quia quãdo itur nimis sursum, quando nimis deorsum, quando nimis late, quando nimis stricte, quia virtus consistit in medio, quæ cũ difficultate potest quæri, & quæsita seruari eodem calle: & multoties hebes redditur anima reputans fore indiscretionem illud, quod foret discretio & foret discretio discretionis: probo per scripturam. Vide librum Iudicum: vbi vult, quod sint duodecim iudices ad tollendum populum de manibus alienigenarum & paganorum: vult dicere, quod significat istas xij. stellas, scilicet virtutes supra scriptas, quæ consistunt in vera cognitione Dei, quæ cognitiones Dei sunt xij. & producunt infrascriptos effectus in anima.

Virtutes duodecim producunt cognitionem Dei quæ affectus varios in anima gignunt.

Primus, quia adducit te ad pœnitentiam, vt cognoscas quod Deus vocat te per pœnitentiam.

Secundus, quia vocat te ad gratiam per eius misericordiam.

Tertius, quia ostendit te non videre.

Quartus, quia cauet te de periculo, per eius manum.

Quintus, quia cognoscas quod tibi auget gratiam per gratiam, per eius misericordiam.

Sextus, quia cognoscàs, quia te releuat à peccato per suam misericordiam.

Septimus te acceptat per suam misericordiam.

Octauus, quia tibi parcit per eius misericordiam.

Nonus, quia obliuiscitur tuorum peccatorum per suam misericordiam.

Decimus, quia gratiam tibi datam conseruat per suam misericordiam.

Vndecimus, quia tuam animam per Dei misericordiam tibi seruat.

Duodecimus, & vltimus tibi dat gaudia paradisi, & frui se ipso Deo per eius misericordiam. Cape gratiam Dei subsequentem. Et sanctus Ioannes scribit, quod gratia Dei tria facit operari.

Subsequens gratia tria operatur, nẽpe affectum gratiosum, laboriosum, & gaudiosũ.

Primum affectum gratiosum.

Secundum affectum laboriosum.

Tertium affectum gaudiosum.

Primum significatur *habens in vtero*, vult dicere quod significat mentem grauidantem amorem Dei propter cognitionem, quam habet de Deo: vnde cognitio charitatis Dei, est maritus, & voluntas amans charitatem Dei, est vxor. Et quandoque vxor est melior marito: quia quandoque erit voluntas bona, sed non erit intelligẽtia, quia deficiet intelligentia: & qui non intelligit, non potest amare, quod non intelligit: quandoque erit intelligentia, sed deficit voluntas: sed quando cõiungitur bona voluntas cum intelligentia, tunc anima ingrauidatur lumine veritatis, & tunc incipit operari bona & parit filium masculum: vnde expedit quod intersit gratia.

Secunda, quod adsit affectus laborioſus à principio, licet postea factum sit tibi lumen: & hoc est, quod dicit, *& clamabat parturiens & cruciabatur vt pariat.*

Tertio expedit, quod sit gaudiosus, & hic est fructus, quem parit, iuxta illud, *mulier cum parit, tristitiã habet,* scilicet etiam cum peperit, sequitur gaudium, quia natus est puer in mundo: vnde in bene operando à principio est difficile sicut in eleemosynæ distributione videtur durum in principio, sed postea parit fructũ gaudiosum, & sic ad confitendum, & sumendum Corpus Christi, quia quando non es solitus, videtur durum: sed cum feceris, tunc efficieris totus gaudiosus.

Ioan. 16.

Digitized by Google

SECVNDA PARS PRINCIPALIS,

Agit de misericordia infernali proximum desperante.

In signum desperatorũ. Desperatorũ tria signa.

SEquitur secundo misericordia, quæ dicitur infernalis, est proximum desperans, & do tibi tria signa de istis desperatis. Primum est illo qui male viuit & sperat in Deo, & putat Deum daturum sibi contritionẽ in eius morte. Noli dicere ô peccator, quod misericordia magna est, quia, non minor est iustitia, sed si bene viuis & virtuose, in fine Deus dabit tibi gratiam contritionis: vnde sanctus Paulus dicit, *nihil mihi conscius sum.* Et Dauid *ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo*, Nam & seruus Dei recte viuens, semper timet & dubitat de hora transitus: Et tu ô peccator, vis confidere male operando in Deo, & speras saluari ita facili negotio? conuertere ergo & de cætero auerte à malo cum proposito bene viuendi, & sic Deus miserebitur tui, & dabit tibi gratiam veræ contritionis, sed finaliter vitam æternam. Secundum signum, quia sunt aliqui detractores qui nolunt bona facere, sed interrũpunt alios volentes facere bonum, sicut si aliqua domina vellet deponere vanitates & caudas, vna alia vanitatibus dedita apprehendet eam & conabitur remouere ipsam à bono proposito: tales possunt dici desperati: & si esset aliquis volens detrahere verbo diuino, quod vobis prædicaui per Dei gratiã, iste talis esset in isto gradu desperationis, & nolite illi credere, maxime quia si tibi videtur me in aliquo male docuisse, veniat ad me, & dicat mihi charitatiue, quia si male docui, volo publice me emendare aliquantulum. Sed postquã recessero si, maledixerint mihi, censeantur detractores potius quam veridici: si aliquis prædicaret contrarium eius, quod prædicaui vobis, subito audientes recedant à talium prædicationibus: & si mihi scribitur quod aliquis prædicet contrarium eius quod vobis prædicaui, subito huc accedam, vbicunque fuero, ad defendendum verbum Dei, & si male loquutus fuero, me ipsum coram omnibus emendabo, & prædicabo cõtrarium eius quod male dixerim. Sed volo vobis dicere vnum, & nunquam fui in aliqua ciuitate, vbi prædicauerim tot subtilitates & veritates sicut in hac vestra ciuitate, quia alibi nõ fuissem ausus illas prædicare; & hoc quia meis concionibus non solum viri integerrimi, sed etiam eloquentissimi & sancti Doctores interfuerunt ex omni facultate, & alibi non fuissem ita intellectus: & ridentes credidissent me dixisse multas hæreses, doctorem & indoctorem me tenere. Et credo quod sanctus Antonius protector vester impetrauit à Deo vt ego venirem ad vos, quia quod locutus sum, non ex me, sed ex Deo est: si quis contradiceret, non audiatis eum, quia proprie erunt spiritus diabolici, maxime offendendo me ad supradicta.

1. Cor. 4. Psal. 18.

2. Signũ desperatorum.

3. Signum desperatorũ.

Tertium est signum, quia volo dicere omnibus indebite tenentibus aliena bona, vel per vsurariam prauitatem, vel per symptomiam, aut latrocinium, &c, & non vult reddere, certe ille talis induratus perseuerando & tenendo est desperatus Et ideo ecclesia prohibet vsurarios, & alios taliter morientes sepeliri in loco sacro, sed iubet eos proiici ad aliũ locum, vbi bruta animalia proiiciuntur, tanquam desperatos: de vsu. cap. 2. lib. 6. Sed ad exhortationem talium desperatorum vsurariorum & latronum, & simoniacorum, & tenentium aliena indebite, volo dare vnum exemplum, & similitudinem ipsis.

Exemplum aliena retinensium.

Erunt quinque in vna scapha & voluit ire ad ciuitatem Venetiarum, & nauigiolum submergitur in flumine, vnus scit natare, exit flumine totus balneatus & terrificatus. Secundus labitur insta aquam, & arripit aliquas arboris radices. Tertius magis labitur modo supinus, modo resupinus, & tandem apprehendit vnum ramunculum valde debilem. Quartus vero magis ruit per aquam bibendo plusquam velit & talis apprehendit enatum florem. Quintus autem petit fundum & suffocatur: Et sic sunt quinque differentiæ inter eos, qui tenent bona aliena indebite & iniuste quæsita, quia aliqui restituunt aliena subito, & isti euadunt periculum flumininis infernalis. Aliqui volunt saluare animam suam & tamen non restituunt illud, quod possent, sed de mille denariis quos, reddere debent, restituunt diuersis temporibus & non omnes simul, & subito isti tales non sunt absoluti, & moriuntur in peccato mortali, nisi restituant: & sacerdos non debet tales absoluere, nisi restituant & admoneant de restitutione, & isti sunt similes illi, qui se tenet, & stat suspensus ramunculo, quia stant in periculo mortis æternæ; sed adhuc possunt saluari. Quartus est similis illi, qui stat apprehẽsus flore, qui disponit restituere in 50. annis, adhuc est minus malum, quam nolle reddere quicquam, quia interim posset accedere quædam intentio & voluntas ei restituendi omnia simul & semel, & sic eram potest saluari. Quintus est totaliter desperatus, quia submersus necatur; quia est induratus ad fœnerandum toto tempore suæ vitæ vsque ad mortem, & nunquam restituit etiam moriendo, & sic submergitur in flumine ignis infernalis.

TERTIA PARS PRINCIPALIS,

De misericordia proximo parcente.

TErtia misericordia est proximo parcens. Est-ne aliquis viuens, qui habeat inimicitias, ausculta peccator dicta, quæ dicam cordialiter: & considera in hoc tria.

Primum est, cui debet parcere proximus.

Secundum est, cui debet parcere & remittere.

Tertium, quare debet parcere.

Dico, quod primum est, cui debet parcere. Et respondeo quod generaliter tu debes parcere omnibus, qui te offendunt per omnem iniuriam tibi factam.

Quid debemus parcere. Proximo tria dãna damna.

Secundum est, quid debet parcere: & super hoc nota tria damna, quæ dantur proximo: quia aut est damnum spirituale, aut corporale, seu personale, aut reale, scilicet vel pertinet ad animam vel corpus, aut res. Primum spirituale, verbi gratia, si tu locutus es in aliquam personam, illa debet tibi parcere, si tu quæris ab eo veniam: quia tu teneris petere ab eo veniam, si ille scit quod aduersus ipsum os tuum locutum est; sed si ille ignorat quod mala fama inussisti eum, tu non teneris petere veniam ad scãdalum euitandum, saluo si aliquis esset scandalizatus de eo, quia tu qui diffamasti, teneris accipere culpam illam super te, & laudare insontes: sed si diffamasti aliquem, vade ad eum & quære ab eo veniam. Corporale damnum, quia si occidit tuum patrem, fratrem vel filios, parce illi; damnum vero naturale, seu in rebus, & in bonis illatum est, quia tu debes habere ab alio, qui non potest soluere, tu teneris illi remittere & ei parcere: sed si facit tibi iniuriam extorquendo à te contra ius bona tua, vel per rapinã, vel per vsurã, aut furtum, tu teneris illi parcere iniuriam, si non teneris illi dimittere tua bona, nisi ille non esset soluẽdo, quod est contra illos qui tenẽt homines pauperculos incarceratos non habiles vnde soluant.

Parcere tenemur proximo.

Tertium est, quare tu teneris parcere, multis rationibus. Prima ratio est, iustitia quæ poscit: quia sicut tu vis vt tibi parcant alij, ita teneris, iuxta illud dictum, lance laude iustitiæ requirente etiam aliis parcere, quia eadẽ mensura, qua metimini aliis, metietur & vobis: quia quanto plus distribues de charitate in hoc mundo, tanto plus recipies in alio, iuxta illud, *Centuplum accipietis & vitam æternã possidebitis*; & si non parcis aliis, Deus adimplebit contra te, quod in Euangelio dxit de seruo nolente parcere conseruo suo, cui dixit: *vade serue nequam*, &c. Secunda ratio, quia nos sumus membra ad inuicem, & sicut membrum adiuuat membrum. Ita

Matth. 19.

Matth. 18. & Luc. 19.

nos

Digitized by Google

nos debemus adinuicem nos iuuare, & parcere alteri: & sic accidit quandoque quod homo signando se percutit cum manu sua in oculo & offendit oculum, & nihilominus oculus cupit manum illam abscindi, imo parcit illi, nec vellet ipsam manum pati, licet oculus perderetur. Ita licet tu offenderis ab aliquo, tu debes ei parcere tanquam membro tuo: quia vt dixit, *omnes nos sumus membra Christi ad inuicem.* Tertia ratio, quia parcere aliis, non procedit à pusillanimitate, sicut aliqui superbi, & fatui dicunt, imo procedit à magnanimitate, & nobilitate animi. Nam tu nunquam vidisti aquilam capere muscas, neque leonem capere murem: quod vult dicere, quod animus magnanimus, & regalis, non curat de istis murmurationibus, quæ quidam solent dicere de his qui remittunt iniurias dicentes, quod est magna verecundia non vlcisci iniurias, quia tales bubulæ, & murmurationes non sunt appretiandæ à magnanimo. Nam si in hac ciuitate esset vna muliercula murmurans, & spernes Imperatorem, aut Regem Franciæ, & propterea Rex Franciæ, vel Imperator moueretur cum suo exercitu, & vlcisceretur de ista muliercula: nonne omnes merito talem irriderent? sed quia magnanimi est, spernere ista talia & parcere, ideo de talibus non est curandum, iuxta illud, Parcere subiectis, velle iuuare pium est: Quarta ratio est, quia parcere & iniurias remittere, est opus pium & misericordiæ, quia melius est parcere, quam ire ad conuiuia & sine magno dispendio tu potes parcendo aliis acquirere vitam æternam, quia oratio, quam Dominus noster Iesus Christus docuit discipulos dicit, & *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: & sic dicendo Pater noster, & non parcendo, tu peccas: & non dicendo Pater noster, etiam tu peccas: & ideo *dimittite, & dimittetur vobis. Diligite inimicos vestros, orate pro persequentibus, & odientibus vos*, dicit dominus: & ipse dominus noster pendens in cruce orauit pro crucifigentibus eum dicens, *Pater ignosce eis, quia nesciunt quid faciunt.* Exemplum enim dedit nobis, vt quemadmodum ipse fecit, multo magis & nos facere debemus: vnde dum vnus Castellanus in Hispania interfecisset filium vnius Baronis, & foret circumuallatus cum militum multitudine ab illo Barone, cuius filius fuerat peremptus ita & taliter quod defectu victualium non poterat amplius resistere, ipse se nudum spoliauit & posuit sibi ad collum vnum capistrum, & vnam crucem de ligno super humeris, & solus extra suum castrum exiuit: isto modo recto tramite iuit ad tentorium Baronis offensi, & coram eo se genuflexit, misericordiam postulando, & dicens, domine mereor omne malum, & me reddo tuæ misericordiæ magnanimæ: ergo princeps miserere mei, per illum crucifixum, qui pependit super ligno istius crucis. At ille Baro magnanimus hoc audiens inquit, etsi perdiderim filium meum, tamen quia humiliter misericordiam petit, pro Deo non perdam animam, & liberaliter ei pepercit & exercitum remisit, & sic in castellum ingressus est: & intrans coram Barone crucifixus lugens in cruce inclinauit Baroni omnibus astantibus quasi dicēs, ô Baro tibi gratias reddo quod respectu & amore mei iniquitatem remisisti ei, qui te offenderat: simili exemplo, dum quidam interfecisset vnum, tunc relicta eius vxore prægnante, quæ peperit filium Mariæ: qui dum creuisset & homicida, qui fuerat exul, sed propter mutationem status illius ciuitatis in patriā rediisset & conuersaretur cum illo iuuene filio quondam occisi: Quidam dixit illi iuueni, ô stulte si tu esses sapiens, tu non appropinquares illi, quia ipse suis manibus occidit patrem tuum. Et ille iuuenis mox veniens domum dixit genitrici suæ: Mater ego admiror valde, quod nunquam dixisti mihi, quis fuit ille qui interfecit patrem meum. Ego omnino volo quod dicas mihi, quis eum interfecit: & mater plorans dixit, ô fili mi, rogo te noli curare scire: & tandem videns filium dispositum scire, dixit: fili mi, fuit talis: sed rogo te dimitte vindictam Deo, qui est iustus vltor: vnde iuuenis iste quæsiuit opportunitatem vindicandi mortē paternam, & vna die Veneris sancta captis armis aggressus est eius inimicum inermem, & euaginato ense dum vellet illum percutere, eius inimicus dixit, ego non possum euadere mortem, sed rogo te amore illius, qui hodie pependit in cruce, vt mihi vitam largiaris: & iuuenis ille dixit, tu taliter me ligasti, quod non possum dicere contrarium, vade ergo in pace, amore Christi tibi vitam dono: & depositis armis & rancore intrauit in ecclesiam, & dum diceretur officium & ostensa cruce & posita in terra, vt mos est, ad quam omnes vadunt ex deuotione osculandam, Iesus Christus defixus à cruce apparuit magnus in forma humana, sicut erat, quando fuit crucifixus cum plagis sanguinolentis, apertis manibus iuit omnibus videntibus ad locum vbi erat ille iuuenis, & amplexatus fuit in cruce in materia ærea, sicut prius erat: inde notandum est, quod nullum opus potest fieri maius quam parcere suis inimicis, nec aliquid est, quod tantum placeat Deo sicut exercere opus tantæ charitatis contra suos inimicos amore Iesu Christi. Simile fuit in comitatu Florentiæ, dum vnus obuiasset cuidam suo inimico soli, & inermi in quadam via, vnde nullo modo poterat euadere, ille nobilis exempto ense irruit super eum, dicens, modo non potes euadere, modo faciam vindictam meam ad te, proditor nequam: & ille videns se male paratum prostrauit se in terra dicens, ô amore Iesu Christi, qui pependit in cruce pro te, & tua salute, dimitte mihi offensam tibi illatam: & ille subsistens inquit, surge quia adiurasti me per illum, qui me creauit, eius amore tibi parco, & duxit illum secum ad villam, ad eius palatium, & dedit cœnam, & hospitium in bona charitate, & pepercit ei: & facto mane, dum intraret Ecclesiam crucifixus inclinauit se illi: & ita vsque in hodiernū diem apparet, propter quod nobiscū ille sumpsit monasticum habitum, & facto prælato monasterij Deo seruiuit, & est sanctus. Disce ergo parcere aliis, vt misericordiam valeas consequi à Deo, quæ nobis concedatur. Amen.

Ephes. 4.

Matth. 6.

Matth. 5. & Luc. 6.

IN DIE MARTIS POST PASCHA.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore glorioso seu de gloria paradisi, cuius gloriæ tres sunt species, sed de duabus tantum speciebus agit duabus præcipuis partibus.

Prima pars principalis,

De substantiali anima gloria & præmio.

Secunda pars principalis,

De consubstantiali gloria siue de corporis præmio, de dotibus corporis glorioſi deque beatorum exercitio.

DE AMORE GLORIOSO.

Sermo XLIX.

ECce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Psal. 132. Ad euidentiam dicendorum nota tres glorias, quas habet anima glorificata in paradiso.

Anima in paradiso tres gloriæ possidet.

Prima est gloria substantialis: ibi, *ecce quam bonum*, & ista datur in præmium animæ.

Secunda est gloria consubstantialis: ibi, *& quam iucundum*: & ista datur in præmium corpori.

Tertia est gloria accidentalis: ibi, *habitare fratres in vnum.* Et ista datur vtrique, corpori & animæ.

Digitized by Google

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

Tractat de substantiali gloria animæ.

Anima tres potentias habet. Potentia tres animæ habēt gloriam.

CApio primam gloriam animæ, quæ est substantialis, id est de substantia animæ. Vnde nota, quod anima habet tres potentias, scilicet intellectum, voluntatem & memoriam, & anima beata habet gloriam secundum capacitatem meritorum, cuiuslibet istarum trium potentiarum. Nam intellectus cognoscit bonum à malo, iustum ab iniusto, &c. Et iste intellectus idem est, quod ratio, & viuit per medium fidei, quæ fides conformat ipsum intellectum. Item habemus voluntatem, quæ delectatur amando id, in quo ponit desiderium suum, & suum amorem: & ista voluntas conformatur per charitatem amando Deum, proximum, & seipsum.

Item habemus memoriam, quæ consistit in essentia animæ, & ista memoria conformatur per spem, & delectatur sperando possidere Deum. Et sic habemus tres virtutes Theologicas, scilicet fidem, charitatem, & spem. Ex quibus anima glorificata formatur, secundum ipsius animæ tres potentias suprascriptas: quia intellectus meretur per fidem, voluntas meretur per charitatem, & memoria meretur per spem: quæ tres potentiæ animæ, consistunt in scire, velle, & posse: hæc æquiparantur tribus personis diuinis, Patri, Filio, & Spiritui sancto. Et prædictæ tres virtutes Theologicæ coniungunt nos Deo: & fides est medium inter voluntatem & memoriam, & inter charitatem & spem: quia qui habet fidem firmam, necesse est vt habeat spem futuræ beatitudinis, quia fides est sperandarum rerum, &c. & vbi charitas est, ibi amor est: & vbi est charitas & amor, ibi Deus est, quicunque ergo credit in hoc mundo, cum fide, spe, & charitate, in alio mundo gaudebit de Deo per meritum fidei cum intellectu, videndo Deum facie ad faciem.

Item fruetur Deo per meritum charitatis, volendo quod ipse Deus vult, amando quod ipse Deus amat, & nil aliud, adeo quod si pater tuus esset damnatus, tua voluntas esset ita conformis bonitati diuinæ, quod tu esses valde lætus, nec velles ipsum saluum fore. Item contemplabitur Deum per meritum spei, speculando in sempiterna diuinitate, memorando, quod Deus est infinitus, & ipsius animæ felicitas est circularis, & sine fine, ex quo memoria recipit ex hoc summam fœlicitatem, recolendo, quod sibi dabitur possidere Deum per sæcula infinita. Deus ergo omnipotens, ita ordinauit quod in paradiso ista præmia darentur in paradiso animæ fœlici, scilicet præmium intellectus videndo Deum facie ad faciem: voluntatis possidendo ipsum cum charitate infinita: & præmium memoriæ gaudendo, & videndo ipsum Deum vnde nos habemus tres scalas ad videndam faciem Dei, & id *quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec ascendit in cor hominis.*

1. Cor. 2. Scala tres sunt quibus videri possumus Deus.

Prima scala est natura corporalis, quæ est valde longa: nam incipit à profundo, & ascendit ad rationalem.

Secunda est rationalis, quæ etiam est longa, & ista ascendit vsque ad spiritualem.

Tertia scala est spiritualis: & ista est de natura Angelica: & quot sunt Hierarchiæ & ordines Angelorum, & quales & quot, & de eorum officio, &c. Vbi contemplando applicatur ad visionem omnipotentis Dei.

1. Scala ad Deum. Natura corporalis scala est ad recreāplandū Deū.

Dico prima scala est de natura corporali, quæ est vna scala, per quam tu potes ascendere per gradus ad contemplandum Deum, & sunt infiniti gradus. Vnde tu ô anima, quæ vis habere notitiam Dei, disce ascendere gradus huius pulcherrimæ contemplationis diuinæ: & primo considera ista naturalia, quæ tu vides, palpas, comedis atque tangis.

Primus ergo gradus supradictæ scalæ naturæ corporalis, & rudis, est terra, quæ est ita opaca, & de sui natura obscurissima, ascende eius gradum, & considera lapidem primo qui est res insensibilis & inanimata, Considera ergo, quot genera lapidum sunt in orbe, & quot gemmas producit terra diuersorum colorum, visu delectabilium, cum diuersis & mirandis virtutibus. Considera aurum, argentum & diuersorum metallorum genera, & tot aromata, quotque organa, symphoniæ, citharæ: & genera infinita producentia, tam dulcem, & canoram harmoniam: & tamē nil aliud sunt quam terra. Ascende ad considerandum animata, & primo considera quot diuersitates plantarum, herbarum, & arborum, quæ habent animam vegetatiuam. Considera varietates florum, rosarum, fructuum, & odorum & mirabilium virtutum in eis insitarum, atque saporum diuersorum, secundum diuersitatem naturarum suarum: & nihil aliud sunt quam terra. Ascende etiam ad bruta animalia, quæ habent animam sensitiuam, & vegetatiuam: & vide quot sunt diuersitates specierum & generum istorum animalium, & naturarum suarum, & qualiter viuunt, & de quibus viuunt & quod vnum est in gradu perfectius alio: & tamen in consideratione istorum, quæ dicta sunt, intellectus humanus non sufficeret cuncta rimari, quæ in his essent consideranda: & tamen nihil illud sunt quam terra. Et vides quod ista terra est vilius elementum quod sit, & producit tot & tam pulchra, & grandia & admiranda.

Ascende secundum gradum istius scalæ corporalis & naturalis: & contemplare naturam elementorum, scilicet istius terræ, & quæ generantur & producuntur ex ea, aquæ, quot & quanta & qualia, & quot diuersitates generum, specierum & piscium, & animalium generantur, viuunt in ea, & modus viuendi, quia est vnus stupor imaginatu. Considera etiam quod aqua est decies subtilius & nobilius elementum, quam sit terra: & aer est decies subtilius, & nobilius elementum, quam aqua. Et ignis similiter est decies rarius & nobilius aere: & sunt inter se diuisa ista elementa, quia terra grauis & sicca & frigida est: Aqua est frigida, grauis & humida: Aer & ignis se habent per oppositum ad prædicta: & vides quod ex istis contrarietatibus omnia corpora animata & inanimata, quæ continentur sub sideribus, sunt composita: & licet sint contraria, sunt in tanta pace, charitate & confœderatione nexus naturæ incorporata, quod semper quærunt simul stare, neque quærunt, imo abhorrent dissolui.

Ascende altiorem gradum sphæræ Lunæ, Solis & aliorum planetarum, & contemplare anima eorum pulchritudinem, & splendores & diuersas influentias, & eorum varietates & cursus circulares, cum quanto ordine positi sunt, & nunquam cessent rotare, & nulla in parte turbetur cursus eorum. Et solum vnus minimus eorum axis vel rota, seu quid aliud egeat reparatione à tot circulis annorum citra, quo creata fuerunt illa corpora planetarum, certè ille summus opifex, qui creauit ea, debet esse magnus magister, & fecisse ea de perfecta materia, quæ nunquam deficit. Considera cœlos, qui etiam sunt corpora in ista scala comprehensa, & cœlum stellatum, & stellas fixas, & errantes, quam sint pulchræ & decoræ, vt nullus vnquam fuerit philosophus, qui potuerit scire, de qua materia sit minima stella mundi & cœlum. Considera etiam cœlum cristallinum, quod est valde pulchrius cœlo stellato, eleua mentem altius & contemplare anima, quid, qualeve & quantum debet esse cœlum empyreum, vbi est habitatio beatorum spirituum, quia est adeo pulchrum, & decorum, quod ingenium humanum non sufficit exprimere. Considera ergo, si debet esse pulchrum, quia si vnus imperator vellet facere vnum palatium conueniens suæ maiestati & imperatrici, & filiis suis & suis aulicis, certè faceret ipsum pulchrius quam palatium mundi. Multo magis sine comparatione debet

Digitized by Google

debet esse pulchrius cœlum empyreum, quam alij cœli, & quam Sol & cuncta corpora cœlestia lucentia sine aliqua comparatione, in qua est habitaculum imperatoris & Domini, ac creatoris totius vniuersi, ac suæ reginæ genitricis virginis, & sponsæ gloriosæ & angelorũ, Apostolorum cæterorumque spirituum bonorum, quia si esset possibile, quod oculus corporis humani posset videre vnum modicum illius cœli cristallini, non posset imaginari quod nedum anima, sed nec Angeli, nec ipse Deus posset esse pulchrior.

2. Scala ad Deum. Anima pulchritudo quanta.

Sed anima, volo quod ascendas secundam scalam naturæ rationalis, & considera animam rationalem, quia vna minima anima rationalis beata, est decies pulchrior quam sit Sol, quam sint stellæ, quam sit cœlum stellatũ, & cristallinum, & aliud quoduis corpus naturæ corporalis. Considera, quantum debet esse pulchra, cum sit creata ad imaginem & similitudinem Dei creatoris sui. Considera etiam, quia vna sola anima est tantæ magnitudinis, quod implet vniuersum orbẽ, & hinc est, quod anima rationalis non satiatur, si esset domina totius terræ, totius aeris, & ignis. Item, si esset domina Solis, Lunæ & omnium planetarum, & omnium cœlorum & stellati & crystallini, nec satiaretur, si possideret omnes Angelos: & nunquam quiescit, donec possidet & fruitur ipso Deo. In quo solo reperit suam quietem, & fœlicitatem, & ideo ambit totum mundum, quia Deus vbique est, & oportet, quod ipsa anima ad hoc vt quiescat, transsubstantiẽtur in Deo, & efficiatur Deus participatione. Et sic si tu ascendis ista contemplando sursum, valde approximas Deo. Si ergo vides mirabilem huius animæ pulchritudinem & magnanimitatem & eius conformitatem, quam ipsa habet cum ipso Deo, ipsa anima est sine comparatione infinitè pulchrior quã sint aliqua corpora naturæ corporeæ, & considera modo, quot sunt illæ animæ quæ fuerunt creatæ ab Adam citra, & quæ modo viuunt in hoc sæculo, & quot futuræ sunt vsque ad finem mundi, quæ saluabuntur quantum sunt & erunt pulchræ, vt dixi, & vna est pulchrior alia in vno gradu, alia in duobus, altera in tribus, aliqua in quatuor, secundum eorum merita & bona opera rutilat magis vna anima, quam alia, coaduna quomodo omnes istas animas beatas simul in paradiso, quantum splendorem credis emittere, quia vna minima anima beata relucet septies plus quam Sol, si ergo tot soles septies pro singulo lucerent plus quam Sol luceat: quot sunt illæ animæ lucentes septies plusquam Sol, quis posset enarrare gloriam tuam Domine, mens hebes & intellectus deficit comprehendere incomprehensibilia tua Domine, & memoria cæcutit.

3. Scala ad Deũ, natura spiritualis.

Sed ascende altius contemplando tertiam scalam naturæ spiritualis, scilicet Angelorum vitæ æternæ, quia cum tu attingis ascendendo vnã scalã, tu vides Deũ facie ad faciem. Vnde nota in hac tertia scala tres veritates.

Prima est de pulchritudine Angelorum.

Secunda veritas est de multitudine Angelorum.

Tertia est de distinctione ipsorum Angelorum, qualiter inter se differunt ipsi Angeli.

De Angelorũ pulchritudine. Quilibet Angelus pulchrior qualibet anima excepta anima Christi & V. Matth. 11.

Dico primo, quod primus gradus istius tertiæ scalæ est de pulchritudine Angelorum. Et dico quod minimus Angelus existens in vita æterna est decies pulchrior, quam sit pulchrior anima, quam vnquam fecerit Deus, & quam anima sancti Ioannis Baptistæ, excepta anima Christi, & virginis gloriosæ, & licet dicatur Matth. 11. *Quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista:* tamen, qui minor est inter Angelos in vita est minor, eo valde. Et nota illud dicere, quod *inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Vult dicere quod Ioannis Baptistæ anima est maior omnibus animabus natis ex muliere, & Christus cauet se extra, & Virginem gloriosam occulte si bene aduertis suum eloquium, quia dixit, *non surrexit*, quia nullus dicitur leuare seu surgere, qui non cecidit in aliquo peccato conceptionis, nec actualis, & similiter beata Virgo: ideo non sunt in illa regula, quia non ceciderunt modo iam dicto, ideo non dicuntur surgere, sicut omnes cæteri homines qui ceciderunt, & cadunt ab Adam citra per peccatum originale. Tamen vtrum beata Virgo fuerit concepta in peccato originali, ecclesia non damnat: Sed magis pium est credere, quod non fuerit in peccato concepta, quam credere quod sit. Et dum pridie essem in monasterio carceris diœcesis Paduanæ in illo eloquio cum quodam approbatæ religionis viro, Domino fratre Bartholomæo de Sicilia ibi professo, reddidit mihi vnam pulchram rationem, quare non erat credendum, beatam Virginem fuisse conceptam ex peccato originali, dixit enim mihi Daniel de Purgiliis, si bene percepi: certum est quod Deus creauit Adam sine peccato originali ex limo terræ, deinde ex costa eius creauit Euam, & sine peccato. Et certum est quod Christus incarnatus fuerit Deus & homo, & fuit maior quam Adam & Eua & maioris dignitatis. Et tantum interest inter eos quantum inter creatorem & creaturam, modo non est credendum, quod ipse Filius Dei voluerit nasci ex virgine & sumere eius carnem, quæ esset maculata ex aliquo peccato originali. Imo credendum est, quod voluit sumere carnem ex carne purissima, & quod eius mater fuerit plus quam Eua & Adam, qui creati fuerunt sine peccato originali, quæ ratio mihi valde applausit, etiam quæsiui, si repererit in scriptis. Respondit quod non, sed sic meditando sibi in mente occurrit.

V. Maria in peccato non fuit cõcepta.

De Angelorũ numero.

Secunda contemplatio est ipsorum Angelorum multitudo. Nam Dionysius in suo libro Hierarchiæ dicit, quod solum Angeli in paradiso existentes sunt plures quam sint stellæ, quam sint arenæ maris, & terræ, quam sint folia & herbæ, & quam sint omnia quæcunque creata, Vnde Matth. 19. capite de Angelis datis ad custodiam animarum loquendo dicit, *quod Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris*, vt intelligamus, quod quælibet anima habet duos Angelos: vnum Dei & spiritus: alium carnis, qui semper sunt contrarij, quia *caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus vero aduersus carnem.* Considera quot Angeli debẽt esse, si infinitus est numerus animarum, & cuilibet animæ datur vnus Angelus bonus, & vnus malus. Et cum fuerint ab Adam citra tot animæ cuius numerus est infinitus, & sint in præsentiarum in toto orbe, & futuræ sunt vsque ad finem orbis, quibus singulis dati sunt & dabuntur duo Angeli, vnus bonus & vnus malus. Contemplare tibi ipsi suadendo, quãtus debet esse numerus Angelorum. Et quidem cum anima consentit delectationibus carnis & peccat, Angelus malus ridet & plaudit, & Angelus pacis, & bonus mœret & dolet lugendo, videndo animam damnari, & quando videt Angelus bonus animam resistere carni & adhærere virtutibus, & Deo & saluari; tunc ridet & iubilat, & malus Angelus contristatur. Et non solum hominibus dantur Angeli ad custodiam, sed Damascenus in sua prima parte 10. cap. dicit quod muscæ & pulices & formicæ, & omnes creaturæ, & omnia creata habent vnum Angelum, secundum species suas. Secundum Origenem, Augustinum, Thomam & Damascenum, similiter & quælibet species pomorum & fructuum, plantarum & herbarum habet Angelum suum, quia omnia per ipsum facta sunt: & est tanta sapientia contemplando essentiam vnius minimi pulicis & pediculi, quod humanus intellectus capere & intelligere non sufficit, neque potest: qualiter ergo capies naturam angelicam & eius numerum incomprehensibilem, nec mireris de his, quæ tibi dico, quia tu vides in vna curia vnius Domini temporalis, quod quælibet res habet vnum superstitem & custodem. Nam vnus accipiter habebit vnum aucupem ad sui custodiam & gubernationem. Item canes habebunt famulos sibi cum magna cura & diligentia attendentes. Item qui habebunt superstitem, & scuriferos. Item similiter habebunt magistrum &

Matth. 19.

Anima quælibet habet duos Angelos.

Diabolus ridet de malo perpetrato sed flet de bono. Angelus custos lætatur de bono perpetrato, sed flet de malo. Creaturæ omnes custodem Angelũ habent.

Digitized by Google

familiarem sibi attendentes ad custodiam deputatam. Item erunt camparij super vino, pistores ad panem deputati coqui & ad coquinam: pincernæ, domicelli & sic de aliis quibuscunque rebus, & inter istos vnus erit reputatus maior quam alius secundum varia & diuersa officia & honorabilia, ad quæ erunt deputati, & quilibet totis viribus conatur diligenter exercere officium suum, & regere & gubernare mysteria, ad quæ sunt deputati gratia sui Domini. Multo ergo magis, & cum maiori cura & diligentia Angeli ad nostrarum animarum custodiam deputati exercent officia sua, quantum interest inter animas rationales, & alia creata, quia omnia in sapientia fecisti bone Deus, & vt intelligas, sunt nouem ordines Angelorum, scilicet Angeli, Archangeli, Virtutes, Principatus, Throni, & Dominationes, Potestates, Cherubin, & Seraphin. Et quilibet ordo Angelorum est decies pulchrior altero, quia minimus Archangelus est decies pulchrior quam vnus Angelus: & vnus Angelus virtutis est decies pulchrior quam sit Archangelus: ordinis principatus est decies pulchrior virtute & sic de aliis multiplicando pulchritudinem Angelorum decies de ordine in ordinem. Item Archangeli decies sunt plures quam Angeli, & virtutes decies plures quam Archangeli, & Throni decies plures aliis. Considera modo, quis geometra sciret facere computum: quia si esset vnus vsurarius, qui mutuaret vnum ducatum in ratione quatuor solidorum in mense, & continuaret istud lucrum, & lucrum lucrorum semper accumulando vsque ad quinquaginta annos tenendo semper firmum capitale cum ipsis lucris; ego audeo dicere quod non sunt tot ducati in tribus bonis ciuitatibus, quot essent illi multiplicati ex illo vnico ducato illius vsurarij, & vos ô vsurarij, dicitis quod vsura non est peccatum. Modo videamus istam multiplicationem in ordine Angelorum, & cape ordinem Angelorum, & pone quod sint solum x. Angeli in illo ordine, & cape secundum ordinem, scilicet Archangelorum, qui sunt decies plures, & sic erunt centum. Cape tertium ordinem, qui sunt decies plures quam Archangeli, & sic erunt mille. Cape quartum ordinem, qui sunt decies plures tertio ordine, & sic erunt decem millia. Cape quintum ordinem, qui sunt decies plures quarto, & sic erunt vnum millionum. Vnde sic multiplicando tuus intellectus in hoc numero non sufficeret.

Angeli custodiũt curã circa animam.

Angeli quo superiores eo decies pulchriores.

Tertia consideratio est de eorum differentia & distinctione, quia secundum Doctores isti ordines Angelorum sunt differentes specie, quia sicut bos differt ab asino, ita vnus ordo specifice differt ab alio. Præterea in quolibet ordine Angelorum, vnus Angelus est decies pulchrior alio, verbi gratia: Secundus Angelus est decies pulchrior primo, & tertius est decies pulchrior secundo, & quartus est decies pulchrior tertio, & sic de aliis illius ordinis sẽper multiplicãdo decies de pulchritudine vnius respectu alterius vsque ad vltimũ. Modo ordo secundus Archangelorum, se habet ad primum isto modo, quia pulchrior Archangelus, est decies pulchrior quam vltimus pulchrior Angelus: & secundus Archangelus est decies pulchrior primo, & sic de aliis super multiplicando vsque ad vltimum Archangelum. Et primus Angelus tertij ordinis est decies pulchrior, quam sit vltimus pulchrior Archangelus, qui est decies pulchrior aliis, & sic multiplicando per singulos ordines Angelorum, vsque ad vltimum Seraphin. Considera anima primò pulchritudinem terræ, & creaturarum de terra, sicut lapides pretiosos, aurum, argentum, colores, sapores, &c. Considera aquam, quæ est decies pulchrior terra, & aerem decies pulchriorem aqua, & ignem decies pulchriorem aere. Considera stellas & planetas, quia vnus est decies pulchrior altero. Similiter cœlos, quorum vnum est decies pulchrius altero. Considera animas, quantum sint pulchriores cæteris illis corporeis, & vna pulchrior altera. Considera etiam pulchritudinem Angelorum & quantum vnus Angelus in ordine, & specie sua sit pulchrior altero, & quantum vnus ordo sit pulchrior altero, & sic discurre de vno in alium, & de ordine in ordinem, & videbis mirabiles pulchritudines & incapaces nostro humano intellectu. Sed quid dicendum de pulchritudine Dei & creatoris omnium creaturarum & Angelorum, in cuius pulchritudine respectu prædictorum comparatio nulla cadit, nec cadere potest comparatio, quia ipse Deus est tantæ pulchritudinis, quod mens humana stupet & deficit imaginari & memoria timet ne deficiat recolendo, quia finitum non potest comprehendere infinitum, &c. Contemplare anima, quantus splendor rutilantis decoris debet esse in aula illius summi imperatoris, & quanta beatitudo, & tu anima per vnum modicum fidei poteris videre ipsum Deum facie ad faciem, sicut est, & frui ipso Deo, & sic per medium fidei habebitur præmium visionis maiestatis diuinæ, & istud est primum præmium substantiale datum animæ, scilicet videre Deum. Tu ergo anima contemplando cum Paulo dic, *nostra conuersatio in cœlis est:* & similiter per istas scalas contemplando ascendis ad videndum Deum, quem debes possidere per medium spei. Vnde Paulus, *sic currite, vt* Christum *comprehendatis*, per spem faciendo sicut fecit Magdalena, quia primo vidit Christum, & secundo ipsum apprehendit, & tenuit eum, vnde fuge dilecte mi, vt anima sequatur te & teneat te. Tertium præmium datur animæ per volũtatem, vt gaudeat in amore diuino, quia sicut in hoc mundo habuit charitatem & amorem Dei, in huius præmium in patria perenniter gaudebit in ardore charitatis Dei, & in ista præmia nunquam deficiant animæ, secundum suas tres potentias, & sic potes ascẽdere alias tres scalas ascẽdendo per istas tres potentias animæ, & earum præmia iam dicta. Ascende primam scalam. Et oportet quod intelligam ista spiritualia per communia exempla corporalia. Vnde do vnum rude exemplum, si tu haberes in vita præsenti vnum ducatum talis conditionis & naturæ, quod tu posses eum expendere pro omnibus tuis necessariis millies in die & semper reperies illum in tuo marsupio, & esses certus quod nunquam tibi deficeret, & quod nullus posset ipsum tibi auferre, quantum haberes ipsum carum, certè credo quod valde. Sed si tu haberes decẽ millia huiusmodi, certe credo quod multo plus cari penderes. Sed si efficereris Dominus totius Lombardiæ cum pacto & certitudine quod nullus posset tibi resistere, habendo illos ducatos cum conditionibus suprascriptis: certe adhuc esses lætus, sed plus si tibi daretur imperium vniuersi orbis cum hac certitudine, quod nullus vnquam posset te repellere, & haberes thesauros totius mundi & cessanter cum hoc quod tu nunquam deficeres, neque morereris & nunquam senesceres, neque sentires aliquod incommodum, neque dolorem, certè tu recusares alium velle paradisum. Sed si vltra prædicta tibi adiceretur imperium quatuor elementorum cum omnibus quæ intra illa continentur, & solis, stellarum & planetarum, ita vt perageret cursum suum pro libito voluntatis, & faceres dies & noctes longas & breues, secundum tuam volũtatem, & quod plus est si haberes dominium cœlorum & stellati & cristallini, & cœli empyrei, & omnium corporalium, certe tu secundum omnium reputationem eſſes magnus Dominus. Sed ascende secundam scalam spiritualium. Sed si adhuc retinendo dominium suprascriptorum & tot naturæ corporeæ dominari & possidere Angelos, & Archangelos, Corpus Christi, & beatam Virginem posses: certe tu reputareris quasi ab omnibus alter Deus. Sed dico tibi, si à Corpore Christi infra omnia possideres, tu non haberes felicitatem nisi possideres ipsum Deum, vnde Paulus dicit, *sic currite vt comprehendatis Deum.* O infelix & miserande quãtum deprimeris in fœtore stercoris tui desiderij, auaritiæ,

Angeli differunt specie. Angelus vnus decies pulchrior alio.

Elementum quo superius eo decies alio elemento pulchrius.

Deus est tãtæ pulchritudinis vt anima deficiat in cõtẽplatione.

Tertium præmium animæ datur per voluntatem vt gaudeat in amore diuino.

Digitized by Google

auaritiæ,luxuriæ,& ſuperbiæ,vt pro vna viliſſima re & cupidine denariorum,carnis,& elationis, velis perdere tot præmia tibi promiſſa & Dominum omnium creaturarum & poſſeſſionem & fruitionem ipſius Dei, & tu ô, ô, ô mulier vana & caudata cum tuis capillis poſticiis,ac caducis vanitatibus,ſurge,eleua mentem tuã, & conſidera,quanta cæcitas te comprehendat,& emẽda vitam tuam,& adhære virtutibus vt poſſis aſcendere iſtas ſcalas viſionis diuinæ bonitatis.Conſidera prẽmium animæ, quod conſiſtit in eius voluntate ardentis charitatis Dei. Et certe tu poteris comprehendere quãta debet eſſe eius animæ fœlicitas in paradiſo,dum eſt ſubmerſa in puteo ardẽtis charitatis diuinæ per iſta exempla naturæ corporalis, quia tu vides quantũ gaudeant & affectent iſta corporalia ſtare ſimul & appetere ſemper durare & perſeuerare naturaliter in ſuo eſſe, in tantum, quod etiam videtur quod inſenſata corpora habeant iſtud deſiderium, quia ſi tu rumpis vnum lapidem,vel vnum lignum, vel aliud ædificium compoſitum & colligatum adeo amant ſtare, & ſic in ſuo eſſe perſeuerare & durare cum ſuo principio,quod frãgendo,vel illa ab inuicem ſeparando,videntur murmurare & clamare, ſonum emittentia & ſtrepentia, ac ſi flerent & dolerent,propter eorum ſeparationem & diſſolutionem, & iſte amor ſtandi & perſeuerandi etiam eſt in ſerpentibus & ſcorpionibus venenoſis, & quibuſlibet rebus,quantumcunque peſſimæ & venenoſæ. Si quæreres ab aqua,quæ eſt tua delectatio, dicet,mea delectatio eſt permanere in vnione.Si interrogas ignẽ, vbi eſt delectatio tua.Reſpõdebit,ſtare vnitus in ſphœra mea, hinc eſt quod ignis ſemper aſcendit vſque ad ſphœram ſuam,& ibi quieſcit & non vadit vltra, quia ibi reperit deſiderium ſui centri,in quo delectatur, itẽ cuncta animalia gignunt, & capiunt delectationem generando & multiplicando, vt augeant & conſeruẽt ſpecies ſuas in genere ſuo,& totum eorum ſtudium eſt bibere,comedere, generare:& hoc ob innatum deſiderium conſeruationis ſuæ & ſpecierum. Sed ſi haberes omnes delectationes omnium animalium ſimul conglutinatas in te,quas ſentiunt in ſe,bibendo,comedendo,gignendo,gaudendo,cantando,tripudiãdo, & omnes delectationes quas faciunt & facere poſſunt,in effectu quid eſſet reſpectu gaudiorum ſupercœleſtium? Sed aſcende altius:volo quod tu habeas animarum delectationes,& omnium Angelorum:non dico quas habent in Deo,ſed in ſe & inter ipſos,ſunt certe magnæ. Sed quid credis,quod ſunt omnia iſta gaudia omnium creaturarum, & animarum beatarum & ſpirituum electorum quæ inter ſe habent reſpectu delectationis cõmunicatæ in Deo,& cum ipſo Deo,& certè nihil ſunt, & conſidera bene,quia tantum intereſt inter iſta gaudia creaturarum & creatoris, quantum intereſt inter ipſas creaturas,& ipſum creatorem,& tu,ô peſſime vſurarie & auare,ſi tu haberes innumerabilem mundorum multitudinem cum omnibus quæ intra ſe continent, tu nihil haberes cum omnibus delectationibus tuis, reſpectu delectationis amoris charitatis diuinæ, & pro modico lucro perdis tantum gaudium & tantam poſſeſſionem,quantus eſt Dominus omnipotens.

Delectationes Angelorũ & animarũ nihil ſunt reſpectu illius quæ eſt in Deo.

Secvnda Pars Principalis,

De corporis præmio & gloria.

De gloria cõſubſtantiali, quæ pertinet ad corpus.

VIdeamus modo præmium & gloriam corporis, quæ eſt conſubſtantialis,quæ notatur in ſecunda parte noſtri thematis ibi,*& quam iucundum*, & eſt ſecunda pars principalis prædicationis noſtræ.In qua ſecunda parte notantur tres contemplationes.

De corporis beati qualitatibus.

Prima eſt, qualiter eſt ornatum corpus glorificatum.

Secunda eſt,quare eſt ita præmiatum.

Tertia eſt,in quo eſt ita exercitatum.

Prima contemplatio eſt,qualiter corpus beatum eſt ornatum,& de hoc nota tres veritates.

Prima eſt ſui corporis ornatus.

Secunda eſt ſuæ pulchritudinis fundamentum.

Tertia eſt ſenſuum corporeorum dotes.

Dico quod prima veritas eſt de corporis ornamentis,ad quod nota, quod corpus ſanctum habet quatuor ornamenta.

Corpus beatũ quatuor habet ornamenta.

Primum ornamentum eſt,quia eſt ſplendidum.

Secundum ornamentum,quia eſt totum impaſſibile omnis infirmitatis.

Tertium ornamentum,quia eſt agile,& in nullo fatigabile & valde leue.

Quartum,quia eſt penetrabile ſine alicuius rei reſiſtentia.

De dotibus corporis glorificati. Matth.10.

Dico quod corpus beatum primo eſt ſplendidum & lucidum ſepties pluſquam Sol. Vnde Matthæi decimo c. *Fulgebunt iuſti tanquam Sol in regno patris eorum*, & non dicit vltra,& æquiparat Soli, quia impoſſibile eſt dare rem viſibilem, pulchriorem & lucidiorem Sole in hoc mundo.

Secundus eius ornatus eſt, quia corpus glorificatum eſt totum impaſſibile, ab omni infirmitate & alteratione liberum,& in nullo te fatigabit: Ideo in hoc mundo illud vexa & ipſum fatiga. *Et in ſudore vultus tui veſceris pane tuo*,ſi in futuro in nullo te fatiget.Vnde Paulus *oportet corruptibile hoc* vt efficiatur impaſſibile,& immortale.

Sap.3.

Tertius ornatus corporis eſt,quia erit in patria agile,& erit ita leue, vt in vno momento proſiliet de vna parte paradiſi ad aliam partem, & de vna parte mundi ad aliam,& de cœlo in terram. Vnde Sap.3.c.*tanquam ſcintillæ in arundineto trauſcurrunt*. Ita corpora glorificata diſcurrunt ita leuiter & agiliter, ſicut ſcintilla ignis.Quartus ornatus eſt ſubtilitas, quia erit ita ſubtile, quod penetrabit murum ſicut Chriſtus intrauit ianuis clauſis cœnaculum,in quo erant Apoſtoli clauſi propter metum Iudæorum: ſicut eſt tuus ſpiritus & tua anima, quia ſtans hic poteris cum ſpiritu intrare turrim clauſam, & vnam capſam per imaginationem, ſed tunc tu corporaliter intrabis ſine fractura muri,vel capſæ. Vnde Paulus 1. ad Corinth. 15.c.*Seminatur nunc corpus animale, ſed reſurget corpus ſpirituale.* Nota modo ſecundam veritatem, quare corpus beatum eſt ita præmiatum.

1. Cor.15.

Cur anima beata corpus præmium recipit.

Prima cauſa eſt,quia intellectus eſt lumen diuinum & habebit in patria lucem incomprehenſibilem, & quanto plus intelligit de Deo,illuminabitur,& quanto plus erit lucidum ſplendore illo diuino, tanto plus illuminabit corpus,quia communicabit de illo ſplendore infuſo animæ ſpeculando diuinitatem cum corpore & fiet totum lucidum & luminoſum ad inſtar lucernæ, quæ tanto plus lucet, quanto maius lumen intromittitur.

Secunda cauſa eſt, quia memoria propter communicationem,quam habebit cum Deo,adeo ſolidabitur, vt reddat animam impaſſibilem & incommutabilem.

Tertia ratio, quia voluntas contemplando ſaliet in Deum, & reflectetur in corpus cum tanta charitate diuini amoris, vt efficiatur ipſum corpus ſubtile:quia ſicut voluntas pertranſit per ſubtilitatem pertranſeuntem, ideo ita illa ſubtilitas reuerberata communicabitur corpori, propter quod ſubtile reddet ipſum corpus factum ſibi conſimile,& quia corpus erit totum ſpiritale & ſuppoſitum ſolo ſpiritui, efficietur ſibi conformis propter communionem & conformitatem communicatam ipſi corpori per ſpiritum,propter quod efficietur leue,ſicut ſpiritus eſt leuis.

Dotes ſenſuũ externorum corporis glorificati.

Capiamus tertiam veritatem, quæ eſt de dote ſenſuum corporis glorificati:vnde nota quod corpus beatum habebit omnes ſuos quinque ſenſus, ſcilicet viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum,in his quinque

Digitized by Google

quinque sensibus corpus habebit magnam felicitatem. Capio visum, & nota, quod visus corporis beati habebit nouem dotes, valde nobiles.

Visus corporis beati habebit nouem dotes.

Prima, quia omnia erunt ita aperta visui, quod videbit omnes res inferiores, sicut superiores, & omnes damnatos sine aliquo obstaculo damnatorum.

1. Secunda dos, quia videbunt res intrinsecas, quia omnia erunt illi nuda.

2. Tertia dos, quia videbunt ita clare à longe, sicut de prope.

3. Quarta dos, quia ita videbunt retro non se voluendo, sicut à parte anteriori.

4. Quinta, quia respiciendo leuatis oculis sursum, ita videbunt infra, sicut supra: & econtra procliues oculos tenendo versus terram videbunt ita bene supra, ac si respicerent sursum.

5. Et sic habes per hanc sextam, quæ est videndo infra, vides quæ sursum est.

6. Septima, quia ita videbitur de nocte, sicut de die, quia in paradiso nulla est nox.

7. Octaua, quia omnia corpora beata relucent in paradiso & Angeli, & cætera. Corpus beatum videbit radios omnium simul.

8. Nona dos, quia similiter videbunt omnium radios tutilantes separatim, cognoscent radios Sancti Ioannis, & radios Sancti Petri & Pauli, &c. quia non erit sicut est in visione pœnitentis vitæ: verbi gratia: Si tu esses in vno prato florido floribus albis, tàtùm bene videres omnia alba, & esse flores albos in genere, sed non posses particulariter discernere vnum ab alio, qualis & cuiusmodi herbæ forent. Sed in paradiso, tu videbis omnes in genere, & cognosces distinctè radios omnium in particulari.

9. Capio modo sensum auditus, & iste sensus auditus habebit tres dotes.

Sensus auditus tres dotes habebit in paradiso.

Prima, quia audies omnes sonos, & tam sonitus spirituales quam corporales ita à longe, sicut prope.

Secunda dos, quia audies simul omnes cantus & instrumenta omnia, sicut vnum sonum, distincte, & differenter & discernes vniuscuiusque melodias ita distincte & bene, sine aliqua deformitate, & sine aliqua confusione, quemadmodum vnam solam melodiam, quia tu dices, talis cantus est Sancti Francisci, & talis Sancti Antonij, & talis cithara est talis Angeli, & sic per singulos.

Tertia, quia omnes audientur pariter, & sonus vel cantus vnius non impediet alium distincte. Capio odoratum, & corpus gloriosum habebit tres dotes in odoratu.

Odoratus in corpore glorioso tres dotes habebit.

Prima est, quia ita odorabit à longe, sicut prope.

Secunda, quia sentiet odores omnium aliorum simul, & sciet discernere, & discrete cognoscere, cuius erunt illi odores.

Tertia, quia poterit omnes illos odores simul sentire discernendo differenter vnum ab alio.

Tactus & gustus dotes habebunt in paradiso.

Capio tactum & gustum, quia corpora glorificata poterunt tangere vnum & aliud cum maxima & vnanimi charitate. Et nota, quod isti duo sensus, tactus, & gustus, sunt aliter præmiati quam alij sensus corporei, & si quis sensit aliquid de Deo, poterit hoc iudicare & intelligere. Nota ergo tu, qui communicasti corpus Christi, deuotè, & sensisti aliquam delectationem spiritualem. Nam illa delectatio processit à corpore Christi communicato animæ quæ anima communicauit corpori illam dulcedinem, quia illa communio vult ipsam cum Christo, ex quo sentit illam spiritualem delectationem sic erit in paradiso, quia anima beata in patria intelligendo, amando & memorando Deum, sentiet tantam dulcedinem in delectatione amoris diuini, quod ardor illius dulcedinis communicatus corpori segregabitur ab anima, & ipsum dulcorem incomprehensibilis suauitatis diuinæ infusum animæ ipsa anima immediate communicabit corpori: ita quod corpus sentiet & gustabit immensam delectationem illius inæstimabilis suauitatis & dulcoris diuini, adeo quod non est, nec potest imaginari gaudium super illo, & qui sensit aliquid de Deo, potest hoc iudicare & non alius.

Et omne corpus beatum radiabit in patria, & omnia corpora glorificata habebunt supra scriptas dotes, sed aliter & diuersimode, quia omnia erunt lucida impassibilia, leuia & penetrabilia, sed diuersimode, & non eodem modo: quia quanto magis anima per sua bona opera facta in hoc mundo promerebitur magis videre, gustare & intelligere Deum, tanto magis satiabitur & fruetur ipso Deo, adeo quod erit fulgidior, & splendidior, & impassibilior, & leuior, & plus penetrabile corpus illius animæ, quam alterius animæ, quæ non fecit tot bona, nec tanta, non quod propterea admittenda sit aliqua obscuritas, passibilitas, seu penetrabilitas aliqua alicuius crassitiei in corporibus glorificatis quibuscunque plus in vno, quam in alio, sed spiritualiter intellige.

Tertio similiter in omnibus corporibus beatis erit odor admirandæ suauitatis, excedens omnia aromata simul congregata, sed vnus odor vnius non erit sicut alter, sed aliter & alio modo.

Quarto nota, quod in patria nulla anima cum corpore est, quando cantet & iubilet cantus diuinæ suauitatis, & nulla faciet eundem versum, sed omnes cantabunt varios versus, & varias melodias.

Quintum notabile est, quod quilibet simul & semel audiet omnes versus & melodias, & discernet vnam ab alia, & sic de aliis, &c.

Sequitur modo videre, qualiter in paradiso saluati erunt ita præmiati, & nota bene, quare dabuntur istæ quatuor dotes corporibus felicibus, & respondeo tibi, quod hoc erit proprer quatuor virtutes Cardinales, quibus homines in hoc mundo vsi fuerunt. Nam tu vides, quod in hoc seculo est datum homini exercere iustitiam, fortitudinem, temperantiam, & prudentiam in hac vita actiua. Et per consequens pro harum quatuor virtutum præmio in vita æterna dantur quatuor dotes, secundum istas quatuor virtutes, quia iustitiæ datur dilectio Dei, & proximi, & tibi odium de peccatis, quæ si fecisti in hoc mundo, quia dilexisti Deum, proximum & habuisti odio peccata: ideo in alio mundo tu radiabis radio virtutis iustitiæ, sicut fuisti leuis præcauendo à mole peccatorum in hoc mundo, ita tu eris leuis in vita, & tuum corpus erit leuissimum: & sicut fuisti fortis patienter ferendo labores, anfractus, & tribulationes huius mundi, per hoc mereris præmiari præmio impassibilitatis in patria: & sicut tibi prædominata fuit prudentia in hoc mundo, disponendo virtuose præsentia, recolendo præterita, & prouidendo futura, & sic pœnitens de peccatis præteritis, disponens bene viuere pro præsenti, & prouides in futuro augendo pœnitentiam de perpetratis malis, & sic subtile efficis corpus propter vitæ asperitatem, & mentem considerando vitam beatam. Inde datur in præmium corporis subtilitas, & sicut temperantia est virtus temperans virum & mulierem, qui in prosperis tenent humilitatem, & non superbiunt, sed sunt temperati & moderati in gestis, vestimentis non caudatis, & aliis suis operationibus & per hanc virtutem datur eis luciditas in vita æterna.

De beatorum exercitio.

Tertia contemplatio est scire, quid fiet in vita æterna, & quale exercitium exercebunt saluati, & quidem in vita æterna nil fit nisi cantare, cytharizare, tripudiare, gaudere, iubilare, & esse in continuo ardore amoris diuini, & frui ipso Deo, adeo vt ibi nulla erit passio corporalis vel spiritualis, sed gaudium, lætitia, & fœlicitas summa, & summum bonum atque perpetuum & inæstimabile. Sed quæso cum salis grano intellige quod dixi nempe quod in paradiso cytharizatur, iubilatur, & cantatur in Christo Iesu. Et nota quod ad concinne

Digitized by Google

cinne cantandum requiruntur quatuor. Primum, quod vox ſit pulchra : ſecundum, quod ſit bona: tertium, quod ſit alta : & quartum, quod ſit flexibilis : vnde in vita æterna non erit catarrus impediens vocem, ita quod vox ſecundum ſubiectam melodiam poterit eſſe altiſſima in excelſis laudando Deũ, & erit flexibilis & baſſa, prout placebit, ſecundũ exercitium erit cytharizare vel fides inſtrumentorum pulſare, ad quarum fidium motionem quatuor requiruntur. Primum bonum inſtrumentum : ſecundum, quod ſit bene concordatum: tertium, quod manus ſit ita fortis, quod ex labore pulſandi nõ efficiatur feſſa & laſſa: quartũ, quod manus ſit leuis: vnde omnia iſta quatuor erunt in perfectione in paradiſo. Primum enim inſtrumentum erit perfectum, quia Deus illud faciet, à quo cuncta perfecta procedunt, & temperabit, ac concordabit illud, tertio manus erit fortis, quia impaſſibilis, & quarto erit leuis, quia totum corpus erit leue: ita quod omnia requiſita ad bene pulſandum interuenient. Item dico, quod in cœleſti curia tripudiatur, & Chriſtus etiã tripudiat, ſed ad bene tripudiandum, & ſaltandũ quatuor requiruntur. Primum, quod corpus ſit pulchrum: ſecundum quod ſit bene ornatum: tertium, quod ſit leue: quartum, quod ſit forte, quia non recedet à tripudio, quia non ſit feſſum. Et quod iſta ſint vera, quæ tibi dico, probo tibi omnia per auctoritatem ſanctæ Scripturæ. Et primo tu habes in teſtamento veteri: *Et exultabunt Sancti in gloria*, ecce tripudiare, *lætabuntur in cubilibus ſuis*, cubile erit corpus ſanctificatum animæ, vel ſedes ipſorum ſanctorum, & ipſum corpus glorificatum erit inſtrumentum : nam *exultationes Dei in gutture eorum*, ecce cantus procedens de gutture ſanctorum. Et Io. 14. c. in Apoc. *Et audiui vocem de cœlo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni, & vox, quam audiui, ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis, & cantabant quaſi canticum nouum ante ſedem, & ante quatuor animalia, & ſeniores, & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra*, &c. & 15. c. ibi, *Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos, qui vicerunt beſtiam, & imaginem eius, & numerum nominis eius ſtantem ſuper mare vitreum habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moyſi ſerui Dei, canticum Agni, dicentes. Magna & mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens, iuſta cuncta via tua, Rex ſæculorum, quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum, quia ſolus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam iudicia tua manifeſta ſunt*, &c. Vnde ego volo iſto mane cantare vobiſcum: cantemus ergo in regione viuorum, & dico, quod Sancti in gloria chorizant, in chorizando cantant, & mare eſt latitudo gloriæ æternæ, quia *latum eſt mandatum tuum nimis*: tu vides, quod mare eſt ſplendidum, quia ſignificat ſplendorem Dei, & erat ſolidum ſicut vitrum, quia vitrum, ſignificat ſolidationem animarum & cæterorum beatorum ſolidatorum in ſpe, fide, & charitate, & vidi ſuper hoc mare tres generationes beatorum, qui vicerunt beſtiam, ſcilicet mundum beſtialem : & virginum, qui vicerunt carnem: & Doctorum, qui vicerunt, & confuderunt diabolum, & hæreſes ſuas declarando fidem Chriſti, & vituperando & diſcooperiendo numerum eius beſtiæ ſcilicet malitias, fraudes, & aſtutias diaboli, qui erant numeroſi decipientes vniuerſum orbem. Vnde iſti beati ſtantes ſuper iſto mare vitreo, id eſt, ſuper latitudine miſericordiæ Dei, cytharizant. cantant, iubilant, choreas diffuſas ducunt, laudantes & benedicentes Deum de victoriis, quas habuerunt contra mundum, carnem, & diabolum, & pſallunt in cytharis bene ſonantibus. Nam cythara eſt vacua, vnde per reuerberationem chordarum ingeneratur melodia: & iſta cythara ſunt corpora beata vacua omni malitia & peccato, & omne corpus beatum habet tres chordas. Prima eſt anima, quæ eſt biſcantus; corpus eſt tenor; virtutes, quibus mediantibus adepti ſunt vitam æternam eſt contratenor, & ad bene pulſandum bonum inſtrumentum oportet, quod illud tale inſtrumentum ſit factum de ligno ad illud tale inſtrumentum. Nam legitur Reg. 10. c. quod Regina Saba miſit Salomoni certa ligna per mare apta ad faciendum inſtrumentum ad pulſandum in templo Dei per ſacerdotes, quia Regina Saba eſt eccleſia, quæ mittit ligna, ſcilicet homines aptos, mediante Sancto Baptiſmate, & ordinibus inſtitutis ab ipſa eccleſia ad ſanctificandum corpora ſua per fidem, ſpem, charitatem, cæteraſque virtutes, quæ corpora ſanctificata ſunt apta ad componenda inſtrumenta canora cotam throno Dei, & mittit ipſa ligna, hoc eſt corpora beata, per mare id eſt per miſericordiam Dei, qua mediante peruenitur ad portum ſalutis, & vitæ æternæ, vbi peruenitur per humilitatem, cæteraſque virtutes, quas ſancta mater docet eccleſia, quibus virtutibus mediantibus corpora iſta beata efficiuntur inſtrumenta vita æternæ, & dicit Io. vbi ſupra, quod cantabant duos cantus, ſcilicet legis antiquæ, ſcilicet timoris, & legis nouæ, ſcilicet amoris, quod ſignificat gaudium beatorum iubilantium ex eo, quia vident ſe per Dei gratiam euaſiſſe profundum inferni. Agnus vero eſt cantus amoris benefaciendo proximo : nam parcere offenſis illatis proximo tuo, reddere bonum pro malo, & ipſum amare ſicut teipſum in hoc mundo, iſtud eſt cantare Deo in paradiſo.

Corpus ſanctificatum eſt cubile animæ.

Apoc. 14.

Apoc. 15.

Pſal. 18.

Corpora ſãctorum ſunt cytharæ.

Corpus beatũ habet tres chordas.

3. Reg. 10.

Et nota, quod Chriſtus Imperator noſter, ducit choream, & eſt caput, & antecedit alios, poſt quem ſequitur Virgo glorioſa eius genitrix, Regina coronata, ſole amicta, cum fulgenti corona ſtellarum duodecim: deinde ſequitur Seraphin, deinde Cherubin, cæterique chori Angelorum, ſecundum dignitates Hierarchiarum, & ordinum ſuorum, deinde ſequitur S. Ioan. Baptiſta, demum Sancti Patriarchæ, & Prophetæ, S. Petrus, & S. Paulus, cæterique diſcipuli: deinde in chorea ſequuntur martyres, inde confeſſores poſtea Doctores, & Eremitæ, poſtea virgines, viduæ, & poſtremo ſancti coniugati, & turba magna ex omnibus gentibus beatis, quam numerare nemo poſſet, & omnes cantant dulcibus melodiis : & quanto ſunt beatiores, tanto melius cantant amicti ſtolis albis dicentes, Magna, & mirabilia ſunt opera tua, Deus omnipotens, & cantant pulcherrimam cantilenam, in qua ſunt xxiiij. ſtantiæ, quæ ſequuntur, & cantus intercalaris eſt, Magna, & mirabilia ſunt opera tua, Deus omnipotens, & omnis ſtantia eſt vna laus Deo, quia omnis anima eleuatur ad magnificandum & laudandum Deum, gratias illi agens, & finita vna ſtantia, omnes cantant dictum intercalare, ſcicet, Magna & mirabilia ſunt opera tua, Deus omnipotens,

Sancti cantãt verſus & laudes in Dei honorem.

Prima ſtantia huius cantilenæ eſt, Benedictus & laudabilis Deus in æternum, quia fuiſti creator meus, & me formaſti ad imaginem tuam Domine.

Secunda ſtantia, Benedictus & laudabilis Deus meus, quia tu procuraſti meam ſaluationem.

Tertius verſus, O magne & bone Deus, benedictus ſis, & laudabilis, quia me defendiſti, ne periclitarer.

Quartus verſus, O magne & bone Deus laudabilis & glorioſus, quia fuiſti meus prædicator, & docuiſti me vt ſalurarer.

Quintus verſus, O magne & bone Deus, ſis laudabilis & benedictus, quia me exercuiſti, & feciſti me in vita actiua fugere mala, & adhærere virtutibus, & bene operari.

Sextus verſus, O pater de cœlis Deus, ſis benedictus & laudabilis, quia fuiſti meus illuminator per fidem, & clementiam tuam, per cuius fidei lumen ſecutus ſum virtutes, & abhorrui vitia.

Septima ſtantia, O mitiſſime & pie Deus, ſis laudabilis in æternum, quia fuiſti meus trãsformator.

Nona ſtantia, Benedictus tu Domine Deus, quia fuiſti meus redemptor cum tuo ſanguine pretioſo.

Decima

Digitized by Google

Decima stantia, Domine Deus virtutum tibi laus & gloria, quia tu es meus glorificator, & continuè experior tuam gloriam transformando me in te, & totus ardeo amore diuino.

Vndecima, O Deus bone, qui ab æterno cuncta nouisti, sis laudabilis & benedictus, quia te humiliasti, & per infusionem tuæ gratiæ me supra trahendo ad te fecisti tuæ gloriæ possessorem.

Duodecima, Misericors Deus & benigne, tibi soli est laus & gloria infinita: quia cum in tanta pulchritudine fores, descendisti à cœlesti patria in mundum propter meam subleuationem, summæ nobilitatis speculum, sancte Deus, tu sis per sæcula benedictus, quia propter me carnem induere voluisti, vt tua immensa charitas, atque gloria à me cognosceretur.

Tertiadecima, O piissime Domine, dominans toti mundo, vniuersa laus tibi reddatur & gloria per sæculorum secula, quia tu Domine reliquisti diuitias paradisi, venistique in extrema paupertate huius mundi, vt me traheres ad inexhaustas diuitias paradisi.

Quartadecima stantia, siue versus, O gloriissime Domine Deus, qui cuncta conspicis ab æterno, tibi honor & reuerentia insit semper, quia cum glorioſus existeres super cœlos, veniſti in hanc lachrymarum vallem, & miseriam huius mundi, vt de stercore traheres me ad regnum cœlorum, in quo nunc gaudeo, fruendo te Deo altissimo.

Quintadecima, Domine Deus deliciarum benedictus & laudabilis sis, tu Pater misericordiæ, quia cum existeres in tot gaudiorum iubilo, recedere voluisti & descendere in mundum tribulationum, motus tua propria bonitate charitatis, vt me perditum subleuares.

Sextadecima, Dulcis Domine & benigne Deus, benedicta sit tua sancta essentia diuinitatis: quia dum esses meus iudex me merito condemnando, fuisti meus aduocatus in crucis patibulo saluando dicens, *Pater ignosce eis, quia nesciunt quid faciunt*, quia dum tibi mortem inferrent patres mei, benigne Deus non ipsos inculpasti, sed pro ipsis aduocando eos excusasti, pro tua morte me saluum fecisti, vnde sint tibi gratiæ & laudes infinitæ. *Luc. 23.*

Decimaseptima, Deus vita & consolatio beatorum, benedictum sit tuum nomen glorioſum, quia dum essem tuus perfidus inimicus, tu Domine fleuisti & gemuisti, & effecisti te Deum fratrem meum, vt me mediantibus tuis passionibus recreares.

Decimaoctaua, O Domine Deus, qui per vnigenitum filium tuum humanam speciem recreasti, tibi omnis laus, honor, & benedictio tribuatur: quia dum esses creator omnium, & Dominus dominantium, effectus es seruus propter me, vt me faceres participem imperio regni cœlestis, in quo nunc tecum cum gloria iubilo chorizando.

Decimanona stantia illius cantilenæ est: Singularis Domine Deus mitissime & benigne benedictus sis & laudabilis tu pater misericordiæ, quia dum meus pater & creator existeres, per assumptionem humanæ carnis voluisti effici filius meus scilicet hominis.

Vigesima, Deus, qui per incarnationem tuam me à morte perpetua liberasti, sit tibi laus & gloria, quia inueniſti tua mediante diuina præelectione meliorem, ac puriorem, honestioremque Virginem, quæ foret in toto orbe, in cuius vtero posses assumere carnem, quam per gratiam Sancti spiritus concipere voluisti, vt mea humanitas à potestate diaboli redempta tecum fieret conformis.

Vigesimaprima, O admirabilis bonitatis Deus omnipotens, benedictus semper sis, & laudabilis Deus meus, quia existens glorioſus, & omnia replens, ac incomprehensibilis, voluisti in vtero Virginis comprehendi & incarcerari, vt me per tuam charitatem, & misericordiam eximeres à carcere infernali, & transformarer in te, & efficerer tecum Deus, sit tua incarnatio benedicta, quia fuit causa exaltationis generis humani, quod per peccatum perierat primi parentis.

Vigesimasecunda, Deus, cui inest virtutum omnium plenitudo, sit laus tuæ indiuiduæ Trinitati, quia dum velles de hoc seculo ad cœlestem patriam remeare, voluisti mihi ostendere charitatem, quam humano generi demonstrasti. In hoc etiam, quia voluisti in sacramento altaris te mihi tradere manducandum, vt tui fieret commemoratio quotidiana, & comedendo teipsum in te transsubstantiarer.

Vigesimatertia, Deus, qui per mortem vnigeniti filij rui humanæ misericordiæ succurristi, sis semper laudabilis, & in omnibus tuis dignitatibus, & proprietatibus benedictus, quia fecisti legem, vt te semper feruenti animo amem, sicut tu me in tuæ charitatis gremio recepisti. Nam quicunque cupit amorem, qui est inter tuam deitatem, & humanitatem, contemplari oportet cum corde feruenti significationes tuarum diuinarum virtutum; & humanarum qualitatem recipere diligenter, ita quod à parte tuæ diuinitatis tres virtutes comprehendat, quæ sunt potestas, sapientia, & voluntas humanitatis tuæ, quæ sunt memoria, voluntas, & intellectus, quę simul coniunctę, meam animam in cognitione amoris, qui est inter diuinam naturam & humanam mei naturam, facit totis viribus contemplari, & tecum misericors Deus in omni charitate vinculo inseparabiliter alligari.

Vigesimaquarta est, Deus cui fieri competit omnis actio gratiarum tuæ infinitæ sapientiæ, & summæ bonitati, laus omnis & gloria tribuatur, quia fuisti ita benignus, misericors, & miserator Dominus, quod tu tantum amasti me, quod omnis amor omnium creaturarum simul vnitus nihil est respectu illius charitatis, quæ te mouit nostram carnem ex purissima Virgine assumere, vt me traheres ad te, vt possim tecum cum Sanctis tuis in tua beata gloria psallendo, cantando, & citharizando, summa cum fœlicitate tripudiare: & possim iubilando dicere cum beatis spiritibus, *O quam bonum, & quam iucundum est fratres habitare in vnum.* Cuius iucunditatis participes nos facere dignetur æternitas summi Dei, qui semper sit laudabilis, & glorioſus, Amen. *Psal. 132.*

SERMONES EXTRAORDINARII.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de regno Dei, & de iis qui volunt fieri beati, tres habet contemplationes principales.

Prima pars principalis,

Breuissima de loco paradisi.

Secunda pars principalis,

De numero beatorum.

Tertia pars principalis,

De signo quod apparebit beatis.

De Regno Dei.

Sermo I.

ET vidi, & ecce Agnus stabat super montem Sion, & cum illo centum quadraginta quatuor millia, habentes

Digitized by Google

bentes nomen eius ſcriptum in frontibus ſuis. Io. in Apoc. 14. Et loquitur de regno Dei & omnium volentium fieri beatos, & phylocaptos amore diuino. In quo quidem ſacro eloquio notantur tres magnæ contemplationes, quæ hic infra dicuntur. Prima, ſcilicet de loco, vbi erunt beati, quia ſuper montem Sion, ſcilicet in paradiſo. Secunda de numero eorum, qui erunt beati, quia centum quadragintaquatuor millia. Tertia de ſigno, quod apparebit beatis, quia habebunt nomen Ieſus ſcriptum in frontibus.

Apoc. 14.

Prima Pars Principalis,

De loco paradiſi.

ET prima contemplatio eſt de loco, de quo in præcedenti prædicatione ſatis dixi heri ; & tantum quod non curo multum me extendere : ſed tamen modicum dicam. Nota, quod Sion interpretatur ſpeculatio, quia in ſpeculatione vidi agnum immaculatum Ieſum, ſcilicet ſtantem ſuper montem Sion, ſcilicet in paradiſo. Et per hoc ſanctificatur gloria æterna, ad intelligendum, quod caueatis à miſeria præſentis vitæ. Nam quis aſcendit in montem Sion ? certe innocens manibus qui non facit mala opera : & mundo corde qui non conſentit voluntate malis operationibus, & qui non accepit in vanum animam ſuam, id eſt nolens mala facere, & ſic habes tria, quæ ſunt vitanda, ſi vis aſcendere in montem Sion, ſcilicet velle operari ; & conſenſus ſi iſta exercitantur in bono : ſecus vero ſi exercitantur in malo,

Sion I. ſpeculatio.

Secvnda Pars Principalis,

De numero beatorum.

NOta, quod beati erunt centum quadragintaquatuor millia, & non plures, nec pauciores. Et non intelligas numerum ad literam, ſed interpretatiue & myſtice ; quia omnes numeri ſanctæ ſcripturæ ſunt myſtici ; & ſi bene intelliges iſto mane, tu videbis numeros ſcripturæ : quia vel anologice, vel moraliter, vel interpretatiue ſumpti ſunt ; & nota, quod ſunt tres numeri principales, ſecundum quos, & inter quos omnes alij numeri includuntur ; quia eſt vnus numerus decennarius, alius centenarius, alius eſt numerus millenarius, & vocatur alba Spiritus Sancti. Numerus decenarius ſemper ſignificat, & interpretatur operatio bona vel mala. Numerus centenarius ſignificat delectationem bonam, aut malam. Numerus vero millenarius ſignificat cognitionem bonam, vel malam. Vnde vnus numerus, ſcilicet decenarius vocatur longus, centenarius dicitur latus ; millenarius vocatur profundus, & eſt cognitionis, & protenditur ſurſum. Cape numerum decenarium, qui ſignificat operationem, quæ eſt duplex, quia quædam eſt actiua, quæ competit corpori : quædam eſt contemplatiua, quæ conuenit animæ : operatio actiua eſt ſextuplex, in quibus ſex conſiſtit omnis operatio corporis, ſiue bona, ſiue mala. Operatio animæ eſt quadruplex, in quibus conſiſtit omnis operatio animæ, ſiue bona, ſiue mala. Sume iſtos ambos numeros ſimul, & ſic habebis numerum decenarium, quia ſex & quatuor conſtituunt decem. Ad quorum declarationem nota, quod Deus formauit hominem cum decem gratiis, quarum ſex conſiſtunt in vita actiua, & competunt corpori, & quatuor vitæ contemplatiuæ, & conueniunt animæ, cum libero arbitrio operationis boni & mali, quæ decem gratiæ ſequuntur. Prima gratia fuit ſcire bonum ; ſecunda gratia fuit ſcire velle bonum ; tertia gratia fuit ſcire poſſe bonum ; quarta gratia fuit diſcernere bonum à malo, quinta gratia fuit præmeditari bonum à malo ; ſexta gratia fuit operari bonum, & non malum ; & iſtæ attribuuntur corpori : nam & ipſe Deus ſimiliter ſex diebus fuit operatus actiuè. Iunge modo alias quatuor gratias congruentes animæ noſtræ ; ſeptima, quia dedit vt homo vinceret, & ex ſe ipſo nihil poſſet facere ſine Deo, niſi ſolum peccatum ; octaua eſt timere Deum, non faciendo malum, & faciendo bonum ; nona eſt amare Deum, ex toto corde, qui iuuabit facere bonum ; decima eſt, quia tota ſua bona operatio erit propter Deum. Quas quatuor operationes contemplatiuas & ſpirituales animæ homo exercet in quatuor virtutibus ; quarum prima eſt prudentia, quæ eſt principalior : ſecunda eſt iuſtitia : tertia eſt temperantia : quarta eſt fortitudo. Prima eſt prudentia, cuius officium eſt cognoſcere bonum à malo. Sequitur iuſtitia, quæ ponit bonum in exercitio, ita quod illud operatur. Inde venit fortitudo, cuius virtutis officium eſt, eſſe fortis, & conſtantis, & perſeuerantis animi ſufferendo omnem prauitatem, & in nulla aduerſitate declinare à bono, & timere cadere faciendo aliquod malum : & ſicut iſta virtus fortitudinis cognoſcitur in aduerſis, quando liber & conſtans animus non flectitur ad malum : Ita eius contrarium, ſcilicet inconſtantia cognoſcitur in proſperitate mundana ; quia proſperitas facit hominem in præceps ruere, & flecti ad quæque mala, & deſideria caduca, niſi temperetur fræno temperantiæ. Inde ergo ſequitur iſta quarta virtus animi, ſcilicet temperantia, quæ eſt frænum in abundantia proſperitatis cognoſcendo ſe eſſe puluerem, & vermem, & ſe humiliando, & quidquid habet cognoſcere ſe habere à Deo, & niſi iſto fræno regaris, tu demergeris, & ſicut Adam peccans ipſe perdidit omnes ſupra ſcriptas gratias : quia perdidit velle ſcire, & poſſe facere bonum, & cæteras gratias prædictas tam corporales, quam ſpirituales : quia perdidit gratiam Dei, & ipſum Deum, qui eſt amor vitæ, & generalis ; & ita amor proprius eſt amor vitæ propriæ & ſpecialis : Vnde Auguſtinus de ciuitate Dei ponit Ieruſalem interpretando pro viſione pacis, & Babyloniam pro amore proprio, & carnem noſtram, vbi eſt plantatus noſter amor proprius ſpecialis, qui eſt contrarius amori Dei, qui generalis : quia amor proprius à diuino, & generali ſunt ita contrarij, & diuerſi, ſicut eſt mors contraria vitæ, & econtra : vnde iungendo ſex operationes corporis ſupra ſcriptas, cum quatuor operationibus animæ, faciunt numerum decennarium, vt ſupradictum eſt ; ſicut etiam in quatuor Euangeliſtis appropriatis quatuor virtutibus ſupraſcriptis : quia quilibet eorum interpretatur habere ſex alas, figuratas operationibus corporeis, plenas oculis : quia bona operatio non fit ſine oculis claritatis cognitionis, & prudentiæ, ſed in cæcitate, & ignorantia vitiorum. Videamus modo de centenario numero ; & ſunt decem operationes, quæ multiplicatæ, & applicatæ modo infra ſcripto conducunt mentem ad notitiam, & delectationem Dei. Primum eſt audire teſtimonia Dei, & omnia, per quæ peruenimus ad notitiam Dei, ſicut eſt ſcriptura ſancta, & omnis ſcientia in ſui natura, & omnia creata : ſecundum eſt præponere bonum malo : tertium inuocare diuinum auxilium : quartum pœnitere de defectibus ſuis, & abſtinere à malo ; & iſta quinque pertinent ad innocentiam abſtinendo à malo. Et nota, quod homo nunquam poteſt delectari in bono, diligendo malum : & econtra nunquam delectatur in malo, niſi dimittat bonum, quod eſt eius oppoſitum : quia contrariorum eadem eſt diſciplina : Ecce qualiter dimittendo malum, & abſtinere ab ipſo malo, eſt innocentia, & facere bonum eſt iuſtitia : & ſunt quinque operationes pertinentes ad iuſtitiam : quia prima eſt operari bonum : ſecunda perſeuerare in eo : tertia negligere malum : quarta zelare bonum : quinta delectari, & quieſcere in bono ; & de iſtis teſtimoniis

Numeri omnes ſancta ſcriptura ſunt myſtici.
Numeri tres principales alios numeros includentes.
Numerus decenarius ſignificat operationem bonam vel malam.
Numerus centenarius delectationem bonam aut malam ſignificat.
De ſignificatione numeri decenarij.
Operatio actiua eſt ſextuplex.
Operatio anima eſt quadruplex.
Homo formatus à Deo cum decem gratiis, ſex pertinent ad corpus, quatuor ad animam ratione vita cõtemplatiua.

Anima quatuor gratias à Deo acceptas in creatione exercet in quatuor virtutibus cardinalibus.

Euangeliſtæ quatuor virtutes Cardinales appropriantur.
De centenario numero.
Operationes ducentes ad notitiam & delectationẽ Dei.

Homo non delectatur in bono diligẽdo malum nec econtra.

Ad iuſtitiam pertinent quinque operationes.

Digitized by Google

Dei dicit Propheta: *Mirabilia ſunt teſtimonia tua Domine*, & cætera. Sed ſi teſtimonia Dei ſunt mirabilia, quid & quam admirabilis debet eſſe creator omnium Deus? Vnde nos non poſſumus habere delectationem niſi per intelligentiam corporalem, aut ſpiritualem, ſcilicet per auditum ſpiritualem, ſcilicet legendo; poteſt etiam iſta delectatio haberi per fidem: ſed vt ait Apoſtolus Paulus; *Fides autem ex auditu* venit: quia audiendo prædicationes, & verba diuina, eſt teſtimonium Dei; & ſic primo tu audis, & poſtquam tu audiuiſti, tu proponis facere illud quod audiuiſti, & ſic peruenis ad ſecundum gradum: tertio tu non potes facere bonum, niſi inuoces Deum, & committas te illi: quarto ſi tu vis quod Deus te adiuuet, fac ex latere tuo, quod tu pœniteas de omni malo, quod tu feciſti, & ſatisfacias pœnitentiam agendo; quinto, quia non ſufficit, quod te pœniteat præteriti mali, niſi cum propoſito firmo abſtineas à malo pro tempore futuro; & ſic habes prædicta quinque pertinentia ad innocentiam; & ſunt etiam alia quinque pertinentia ad iuſtitiam: primum eſt operari bonum: ſecundum, quia non ſufficit, quod facias bonum, niſi perſeueres in incæptis bonis, quod committas te Deo, vt te iuuet ad operandum bonum: quarto nec hoc ſufficit, niſi venias in eo gradu, vt odio habeas malum, tibi ipſi dicendo, ô ſcelerate peccator, quid feci, quia iam perdidi quadraginta annos in vanitatibus, & carnalibus deſideriis, & in miſeria, & cupiditate huius mundi; & ſic dolendo in te abominare alios, qui amant vanitates, carnalia deſideria, & cupidines, atque miſerias huius caduci, & miſerabilis mundi: quia vbi primo tibi placebant prædicta, modo tibi diſpliceant: quia ſic faciendo eſt zelare bonum; Vnde Dauid: *Zelaui ſuper iniquos*, videlicet quod quando aliquis facit tale malum, videatur tibi euelli cor, & quod cor tibi crepet, & eſt quod in corde tuo tu ſentias dulcedinem de eo, quod tu zelas bonum, & facis ſupraſcripta; volue modo manum, & videas qualiter anima ducitur ad habendam ſemper diſplicentiam, & cape contrarium; quia ſicut primum operari erat facere bonum; ita modo ſit odiſſe malum: quia colloquia mala corrumpunt bonos mores: & ſicut audiuiſti, tu conſentis, & vadis tunc per malam viam proponendo facere malum; tertio quia confidendo de te ipſo, relinquis Deum, & committis te diabolo; quarto, quia tu non doles quod in præteritum feceris malum, immo gloriaris te iactando verſus alios, & doles de bono ſi quod feciſti: quinto eſt abſtinere à bono, & facere malum. Cape alia quinque; Primum eſt facere malum; ſecundum eſt perſeuerare in malo; tertium, quod confidas de te ipſo, poſtponendo Deum; quartum eſt negligere bonum, & ſuſurrare de his, qui faciunt bona; quintum, quia venit tibi in odium facere bonum. Vltimo ſequitur delectatio male operando, ſicut in Sodoma, & in Gomorrha; & ſic habes numerum delectationum bonarum, ſcilicet decem, & numerum malarum operationum decem. Si vis numerum centenarium, cape decem præcepta, & ex ipſis decem præceptis cape vnum, & appende ipſi vno præcepto omnia alia nouem præcepta, & ſic multiplicata, erunt centum: verbi gratia, Capiamus primum præceptum, quod eſt, Vnum cole Deum, & cape iſtas decem operationes ſupra ſcriptas, appende ipſas illi præcepto, videlicet tu non potes credere vnum Deum, niſi illud audias; quia fides per verbum Dei ex auditu venit; ſecundum cum tu audis tu proponis credere, & vnum Deum tantum colere, & tenere iſtam fidem indubitatam: tertium, quia non potes bene credere, niſi committas te Deo, quod tibi det gratiam, vt inde credas; quartum, quia tu vides, quod eſt forte credere, & tunc tu cum multa pœnitentia, & fide teneas iſtam fidem ſolidam, & firmam: quintum eſt abſtinere à peccatis, & malis operibus, faciendo quod docet fides, & vitando, quæ prohibita ſunt à fide, & quæ ipſam fidem corrumpunt; & ſic eris innocens in fide. Modo oportet, quod tu habeas opera fidei, quæ ſunt quinque pertinentia ad iuſtitiam; primum eſt operari, quæ præcipit fides; ſecundum eſt perſeuerare in ipſa fide; tertium eſt negligere omnem perfidiam, & ſuperſtitionem infidelem, & contemnere omnem incantatorem, ſortilegia, diuinationes, breuia prohibita, denique omnem malitiam, quia ſi mille millium videres illuſionum, aruſpicum, ariolorum, & incantatorum, & huiuſmodi oculis corporeis, non credas, niſi in ſola fide Ieſu Chriſti, & eius nomine glorioſo: quia omnia alia ſunt quiſquiliæ & nihil; quartum eſt zelare fidem in tantum, quod tu non poſſis habere patientiam in his, quæ ſunt contra fidem; quintum eſt, quod in ipſa fide cum delectatione tu paueſces, & delectaberis, & ſi habes vnum præceptum continens in ſe decem operationes. Cape ſecundum præceptum, quod vult, quod tu ames proximum, ſicut te ipſum. Prima operatio eſt audire, qualiter proximus debet amari; quia cum hoc audies, non poteris non amare proximum. Vnde bonum eſt audire prædicationes; quia ſic audiendo primo tu audiſti, qualiter te debes regere, & quæ debes facere, & quæ vitare, licet aliqui dicant, Iſte Frater Bernardinus minus reprehendit vſurarios; aliqui dicunt, quod nimis grauat ferre caudas; aliqui dicunt quandoque dicit iocoſa, & facit ridere; Et tamen in fine poſtquam bene audiuerint; Iſti, qui primo murmurabant, tanquam excæcati vitiis, quæ reprehendebantur, modo illuminati ſpeculo veritatis amant: quia veritas odium parit, gratia vero amicos. Nam veritas eſt magis exoſa, & magis amata, quam aliqua alia res mundi; ſecundum eſt, quia poſtquam audiſti, quod debes amare proximum, ſicut te ipſum, tu proponis ipſum amare; tertio tu dicis, Domine ex quo propoſui amare proximum, da mihi gratiam, vt ipſum amem, ſicut me ipſum; quarto eſt, quia ex quo commiſiſti te Deo, quod tu doleas, quod tu non amaſti in præterito; quinto, quia omnia relinquis, quæ ſunt contra proximum: quia vbi primo non loquebaris illi, tu modo reconciliatus loqueris illi, & ipſum amas, delectando in amore ſuo. Cape modo alia quinque, quæ pertinent ad iuſtitiam, operando cum factis.

Primum, quia illi ſubuenis in ſuis neceſſitatibus; ſecundum eſt perſeuerare faciendo bonum proximo; tertium eſt, quia ſi tibi fit iniuria, remittis illi; quartum eſt operari quicquid potes iuuando ipſum proximum in deſiderio operum miſericordiæ circa ipſum proximum; quintum eſt gaudere, quod ponis in deſiderio tuo, & delectando quieſcis in illo ardente tuo deſiderio; & ſicut dixi de prædictis præceptis, ita diſcurre per ſingula alia præcepta. Modo volue prædicta in malo; & primo, vnde naſcitur, quod odis proximum tuum; & certè primum eſt audire diabolum, ſeminantem zizaniam: quia præceptum ipſius diaboli eſt odire ſe adinuicem; ſecundum eſt proponere ſe odire adinuicem; tertium eſt committere ſe ipſi diabolo, poſtponendo Deum; quartum, quod pœniteat te, quod non nocuiſti illi; quintum eſt, quod non proſis illi, cum poſſis, & non abſtineas ab iniuriis: Immo delectaris dum illi noces, & hæc quinque pertinent ad nocentiam animæ; & alia quinque ſunt ad nocentiam corporis, quæ conſiſtunt in operando. Primum eſt nocere proximo; Secundum eſt perſeuerare in nocumento illius quantumpoteſt, & in illo malo propoſito: Tertium, quia videtur tibi quod brachia tibi cadant faciendo illi aliquid boni, & ſubito cum tibi dicit diſſonum aliquid auribus, tu curris ad arma, & percutis proximum; Quartum eſt zelus odij, & rancor cordis, erga proximum; & velles ipſum eſſe potius de niue, quam de carne, & loqueris illi cum magno odio; quintum, quia cum feciſti ei malum,

Ad innocentiã pertinent quinque.

Rom. 10.

Pſal. 72.

Fidei opera ſunt quinque & ad iuſtitiam ſpectãt.

Vnde odium proximi.

Digitized by Google

lum, vel damnum aliquod, tu gaudes, & delectaris, quod gaudes, & sic de aliis contrariis præceptis: vnde si bene aduertis, ex singulo præcepto tu facis decem operationes bonas; sex pertinentes ad corpus, & quatuor pertinentes ad animam, accumulando omnes istas denas singulo præcepto, quæ sunt decem; & sic habes decem decades in delectatione boni, quæ conficiunt simul iuncta vnum numerum centenarium, qui dicitur numerus latus: & similiter tu habes decem decades in delectatione mali contrario modo procedendo ad diuina præcepta, vt supra dictum est, quæ faciunt numerum centenarium. Videamus modo tertium numerum millenum, applicabilem sursum: vnde ad huius intelligentiam cape decem intelligentias spirituales, & applica ipsas insimul modo infra scripto, & constituent numerum millenum: vnde in istis decem intelligentiis spiritualibus cum mens est certa, venit in cognitionem boni & mali; & capiamus primo cognitionem boni, & capiamus numerum decem intelligentiarum. Prima est audire sapientiam; secunda est sedari à passionibus mentalibus; tertia est eleuare se à sensibilibus ad insensibilia; quarta est de spiritualibus meditari; quinta cognitio boni, & mali. Et ista quinque pertinent ad discretionem boni, & mali; & alia quinque pertinent ad visionem veri. Quorum primum est delectari in vero: secundum est fulciri mentem luminibus veritatis, tertium congaudere in complacentia veritatis, quartum est admirari veritatem, quintum credere veritatem. Dico quod primum est audire sensum, & sapientiam; quia audiendo prædicationes, & operationes, miracula, vitas Sanctorum Patrum, & verbum Dei, homines efficiuntur sapientes de Deo: secundum est fugare omnes passiones mentales, & deponere omnia alia opera in prædicationibus, & audire, & intelligere cum tota mente, & cum omnibus sensibus verba diuina: nam sicut quando aqua est turbida, non bene videtur intus: sic est in mente turbida, quia verba Dei non bene possunt speculari à turbine mentis quando mens in prædicatione vadit vacillando, discurrendo per mercaturas, & alia opera: quia *vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum*: sicut est domina vana, stipes quæ obaudit, quando audit prædicare de vanitatibus, de caudis, de capillis posticiis, & mortuorum, & de fucationibus, & cætera. Vide Bonauenturam primum Magistrum Theologiæ in quarto & etiam Sanctum Augustinum in quarto de doctrina Christiana, & Cyprianum, qui dicunt, quod domina fucans, seu depingens sibi vultum, non potest sumere corpus Christi, nisi pœnitendo proponat deinceps non se fucare; Ita quod mens quieta in audiendo verbum Dei proficiscitur: & scholaris attendens tota mente suis lectionibus, efficitur doctus. Similiter seruus Dei debet audire cum mente quieta lectiones in mensa, & in omnibus bonis operibus, & in cella stet cum mente tranquilla: tertium est, quod debet leuare mentem suam, à sensualibus ad spiritualia, scilicet à carnalibus, intrando cameram, vel cellam suam, & leuando manum suam versus cœlum, & vultum similiter cum mente attenta orando: quia dato, quod fortiter plueret, & tu stares subtus pluuiam, & tu teneres os clausum, & plicatum versus terram, tu nunquam reciperes aquam in ore tuo: ita accidit in mente oppressa, & procliui terrenis desideriis: nam oportet subleuare mentem ab istis corporeis ad spiritualia, sicut accidit Magistro subtili, scilicet Scoto, qui ita fuit extractus de materialibus sublunaribus ad spiritualia, & ita fuit eleuatus, quod fratres, qui ignorabant hunc eius solitum morem, credentes ipsum fore mortuum, sepelierunt cum viuum. Et postea venientes eius discipuli, scientes id illi sæpe accidere, quid foret de eius modo interrogantes, reperierunt eum viuum sepultum fuisse suffocatum: quartum est de spiritualibus meditari, & cum mente eleuata stare, & in cœlis habitare: quia, vt ait Apostolus, *Nostra conuersatio in cœlis est*: quia quanto plus homo considerat cœlestia, & spiritualia, tanto magis ascendit, & eleuatur ad spiritualia: quintum est discernere verum à falso, bonum à malo, veritatem à falsitate: quia stando super turri, discernit domum magnam à parua. Vnde credis tu, quod Doctores habuerint tantam cognitionem iudicandi bonum à malo, nisi per subleuationem mentium ipsorum, per frequentem contemplationem, & orationem? & sic tu habes quinque quæ pertinent ad discretionem boni, & mali. Cape modo alia quinque, quæ pertinent ad visionem boni, & mali. Primum est delectatio boni; secundum est replere mentem lumine veritatis, cognoscendo bonum à malo, peccatum mortale à veniali: quia qui delectatur de studio alicuius scientiæ, replebitur ea, sicut quando te delectat comedere de aliquo cibo, & habes ipsius abundantiam, repleris illo. Ita accidit in proposito huiusmodi studij; tertium est, quando tu delectaris in illa cognitione veritatis, & quiescis in illa: quartum est admirari de illa veritate, quam intellexisti, sicut est admirari de magnitudine, & pulchritudine Dei, sicut Petrus, & Apostoli videntes Christum transfiguratum, ceciderunt in facies suas: quia sicut vestis est pura, & sancta; ita magna, & admirabilis est sapientia Dei; quintum est credere cognoscendo Deum, & sic habes decem cognitiones Dei, & pono illas sic multiplicando per singulas, iuxta suprascriptum numerum centenarium, & habebis numerum millenum. Volue modo per contrarium, & vis tu cognoscere ignorantiam, cape decem contraria suprascripta: Primum est nunquam audire de Deo, sed semper audire de luxuria, de contractibus illicitis, & vsuris, & de aliis huiusmodi pertinentibus ad mundana, & ad damnationem animæ: & certe tene pro conclusione, quod tu addisces illam scientiam, quæ legitur in schola, in qua practicas. Secundum est habere mentem totam inuolutam mundanis, & postponendo omne studium, & cognitionem virtutum, tunc solum studes malitiis. Tertium est amouere tuam mentem ab omni cogitatione supercælestium, & bonarum virtutum, & tenere mentem affixam tantum terræ, & terrenis desideriis; quia bruta animalia tenent oculos versus terram, & Angeli stant subleuati sursum, & homines habent oculos medios inter vtrunque, quia habent partem corpoream, & sic respectu corporis habent oculos procliues versus terram; & partem animæ, & sic habent oculos conformes Angelis; modo si tenent mentem procliuem, & affixam terræ, & carnalibus, atque terrenis desideriis efficiuntur similes brutis animalibus; si vero tenent mentem subleuatam, & oculos affixos versus cœlum, efficiuntur angelici, & diuini. Quartum est meditari de sensualibus, de carne, & potu, de fumo, & vanitatibus huius transitorij mundi, sicut sunt istæ dominæ cereſiæ, & domina vana idolum, quæ vadunt turbare illas bonas dominas conuersas ad benefaciendum. Quintum est habere mentem ad cameram falsitatum, sicut sunt peruertentes veritatem in falsitate, & laudantes malos, & vituperantes bonos. Vnde *væ vobis, qui dicitis bonum malum & malum bonum*; & prima quinque pertinent ad discretionem boni à malo, per quam potest iudicare bonum bonum, & malum esse malum: Ita alia sequentia quinque pertinent ad constantiam falsitatis. Primum est delectatio de falso, quia nunquam credunt verum. Secundum est replere mentem erroribus, & falsitatibus, quia si audiunt de fide contradicunt. Tertium quiescere cum delectatione in erroribus suis, & cæcitate. Quartum est admirari de sua ignorantia, persuadent sibi omnia scire & intelligere, & quod sint magistri sapientes, & per hæc intelligi valentes, quando videtur eis se nihil scire, quia quanto plus scit, tanto magis videt profunditatem scientiæ, &

Centenarius numerus est latus.
De numeri millenarij significatione & intelligentia.
Mens seu anima nostra decem intelligentiis spiritualibus venit in cognitionem boni, & mali.
Quinque pertinent ad discretionē boni & mali.
Quinque pertinent ad visionem boni, & mali.
Modus cognoscendi ignorantiam.
Ignorātia cognoscitur multis modis.
1.
2.
3.
Cicio audita attente. Aqua turbata non representat.
Matth. 9 & Luc. 12.
Mulier fucata non debet admitti ad Eucharistiā recipiendam nisi pœniteat & proponat non fucare.
4.
Orationis attentio. Similitudo.
5.
Falsitatis constantia cognoscitur quinque modis.
1.
2.

Digitized by Google

5.Cor.14. plus dubitat: sed *ignorans ignorabitur*. Quintum, & vltimum est esse ignorantem, & credere sibi soli, & nolle consulere peritiores; & sic habes mille intelligentias boni, & mille intelligentias mali, quia illud quod stultum est Deo, sapientia est hominibus; 1.Cor.3. quia scriptum est, *Sapientia hominum est stultitia apud Deum*; & sic habes numerum beatorum centum quadragintaquatuor millia signati. Nam omnes qui bona facient, erunt de illo numero beatorum; nam numerus decennarius significat operationem bonam vel malam, qui numerus multiplicatus decies facit centum, & sic habes numerum centenarium. Numerus vero centenarius significat delectationem bonam, vel malam, quæ consistit in quatuor operationibus animæ, quæ sunt quatuor virtutes cardinales, scilicet Iustitia, Prudentia, Temperantia, & Fortitudo; & per hæc quatuor habes quadragintaquatuor, qui numerus centenarius decies multiplicatus constituit numerum millenum, qui significat cognitionem bonam, vel malam; & sic mille per fidem, centum per Charitatem, & decem per Spem, & omnes per has virtutes saluabuntur, & erunt de illis numeris.

Tertia Pars Principalis,

Quæ est de beatorum cognoscendorum signo.

VIdeamus modo tertiam contemplationem scilicet de signo, quod apparebit beatis; quia nomen Iesu est illud, aliud non sequitur signum beatorum, qui erunt signati in fronte de nomine Iesu. Et nota, quod Christus elegit Sanctum Paulum Apostolum bullatarium, qui facit bullas in frontibus beatorum de hoc nomine glorioso Iesu, & nullus intrabit paradisum, nisi habeat istud nomen in corde insignitum, & foris super ostio suæ domus, intra domum in omni opere suo: fac ergo vt ipso semper vtaris in omni operatione tua, vt cum eo intres in vitam æternam: & scito, quod Sanctus Petrus est ianitor, & nullum dimittit intrare, nisi habeat istud nomen insignitum in fronte, & in corde; dum ergo es in hac vita, vendica tibi huius nominis tesseram, vt cum eo intrare valeas paradisum; alias tu ibis ad infernum; & de isto nomine dabimus quatuor intellectus istius nominis Iesus. Primus litteralis; secundus analogicus, id est, supernus sermo, tertius allegoricus, quia de Sancta Ecclesia; quartus theologicus, id est, moralis. Et capio primo intellectum litteralem, de quo tres considerationes; Prima litterarum; secunda loci; tertia formæ. Dico, quod prima consideratio est, cum quibus, & quot litteris debet scribi; & dico, quod debet scribi cum tribus, hoc modo, quia primo fit I, secundo H, tertio S, & postea ducitur vnus titulus super H, ad instar Crucis: verbi gratia, IHS. vel debet, & potest etiam scribi cum quinque litteris, hoc modo, Iesus; secunda consideratio est loci, scilicet, in quo loco debet poni, & scribi; & quia est nomen super omne nomen & cæteris glorioſius, ad cuius nomen omne genu cœlestium, terrestrium, & infernorum flectitur: Dico quod debet poni in nobiliori loco mundi, & quia nihil in hoc mundo videtur pulchrius Sole: Ideoque ipsum ponemus in Sole ad instar lapidis valde pretiosi, qui ligatur auro, tanquam in pretiosiori metallo mundi, quod sanè intelligens Dauid, non immerito dixit, *In Sole posuit tabernaculum suum*, &c. Et sic in Sole ponemus glorioſum eius nomen cum duodecim radiis magnis rutilantibus vndique: & inter alterutrum dictorum duodecim magnorum radiorum debent esse octo parui radij, & radiolus medius inter vnum radium, & alterum radium; magnus debet esse breuior aliis; secundus longior; tertius magis longus: quartus magis longus: & similiter ab alio latere alterius radij magni, debet esse vnus radiolus maior altero, ad instar organi, & intra illos radios debet esse vnus campus cærulei coloris, & intra illos radios in dicto campo debet esse nomen Iesus inscriptum litteris aureis, & illi radij circumcirca nomen Iesus, debent esse rotundi ad instar vnius circuli circundantis literas nominis Iesu, & rotundus orbicularis circuli circundantis radios illos, in quo sunt inscriptæ circumcirca istæ litteræ: In nomine Iesu omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, debet distare bis tantum, quantum est bis vnus ex illis maioribus radiis: vnde prima consideratio huius nominis glorioſi Iesus, est de litteris; ex quibus, & quot litteris scribitur, & dicitur intellectus litteralis: secunda consideratio est formæ, quia campus in quo inscribuntur litteræ, & pinguntur radij, debent esse cærulei; tertia consideratio, quia color in quo ponitur iste circulus, in quo est nomen Iesus, cum omnibus radiis, & litteris suprascripris debet esse viridis: sed tamen non curo: & potest fieri tripliciter, vel rotundo modo, vel in modum scuti: vel quadratè, & in his non est vis. Videamus modo secundum intellectum, qui dicitur analogicus, id est, sermo supernus, & diuinus, in quo notantur tria, secundum quod tres sunt litteræ, cum quibus scribuntur: nam I, significat Patrem, H, significat Filium, S, significat Spiritum Sanctum: quia in illis tribus litteris Trinitas adoratur: nam habet tria significata: primum, quia I, est in medio quinque vocalium; secundum quia I, est minor littera alphabeti; tertium, quia non debet esse I, sed Y. Et est prima littera Iesus. Esse in medio vocalium significat Filium, qui est medius inter Patrem, & Spiritum sanctum, & I, minor littera alphabeti significat, quod iste Filius Dei Iesus, factus est paruulus, quia incarnatus, & humilis, *factus obediens vsque ad mortem, mortem vero Crucis*: & adeo humilis, quòd *vere nostros dolores, & languores ipse tulit*. Et dico tibi, quod quando Virgo consensit in salutatione Angeli, cum dixit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*; immediate Christus Sanctus cœpit tantum de sanguine Virginis, quantum stare vix posset super acie, seu puncto vnius paruulæ acus, & ibi erat integer, licet esset ita paruus, quod vix vidisses cum: hinc est quod dicit Sanctus Paulus: *Verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram*: sed dices Y, non est minor littera; & quare ponitur Y, dico quod ideo est, quia Y, est littera Græca, & breuior quæ sit, & proferendo more Græco, est breuius proferre quàm Latinè; & quia est breuissima, & significat in Græco Filium Dei, ideo scribitur per Y, quæ gerit vices, I, quæ est littera Latina nostri alphabeti. Cape modo H, quæ non est littera, sed aspiratio: In qua notantur tria, primum, quod non est littera, vt dixi, sed aspiratio: secundum, quia ponitur in medio alphabeti: tertium, quia habet corpus tumidum ad instar prægnantis, quod significat tria: primum Filium Dei conceptum ex Spiritusancto, & est aspiratio Dei, in cuius signum Deus aspirauit Spiritum Sanctum in discipulos: secundum, quia est octaua littera in ordine, in alphabeto, ad significandum octauam resurrectionis, & gloriam beatorum; quia ipse Dei filius resurgendo à mortuis, est gloria beatorum: tertium, quia H, habet corpus prægnans ad significandum, quod Virgo glorioſa ante partum, in partu, & post partum fuit ingrauidata, & concepit Iesum Redemptorem nostrum de Spiritusancto. Cape modo tertiam litteram, scilicet, S, quæ voluit caput. T. flectendo ipsum, quod significat diuinam gratiam, quæ post peccatum Adæ vsque ad Natiuitatem Christi voluebat, & voluit spatulas humano generi; & voluebat se ad R, quando dixit, Vbi es Adam? & cætera; quia R, significat errorem ipsius Adæ; quia postquam peccauit

Iesu nomine in omni operatione vtendum est.

Iesu nomen quatuor habet sensus nempe literalem, analogicum, allegoricum & moralem, vel theologicum.

Iesus nominis sensus literalis habet tres considerationes.

Iesu nomen vbi ponendū.

In Sole nomen Iesu est locandum. Psal.18.

Iesu nominis radij duodecim & radioli octo.

Iesu nominis genius analogicus notat tria.

In nominis Iesu literis Trinitas adoratur.

I. Lit era significat verbum.

Philip.2.

Isa.53.

Sanguis vix perceptibi is ipse fuit materia corporis Iesu Christi.

Rom.9.

H non est littera, sed aspiratio.

H littera significat Christum.

H octaua litera alphabeti significat octauam resurrectionis & gloria.

S litera significat diuinam gratiā.

Adam culpauit Deum de Eua. Gen.

Digitized by Google

pecc auit se excusans, culpabat sociam, & Deum dicens: Socia, quam mihi dedisti, fecit me peccare, ac si diceret, si non dedisses mihi ipsam; ego non peccassem; & sic tu fuisti causa mei peccati, dando mihi talem, & modo à tempore incarnationis citra reuoluit se ad nos, ostendendo humano generi misericordiam suam, & salutare suum dedit nobis, & inclinauit faciem suam, & caput suum ad T: nam Tau significat maiestatem diuinam, & se breuiauit voluendo isto modo: S, quando fuit incarnatus, & inuolutus, atque sepultus in illo paruo vtero Beatissimæ Virginis Mariæ. Nam Græci scribunt S, isto modo: Ad significandum, quod diuina iustitia est inclinata cum misericordia, & osculatæ sunt faciendo pacem, quando Christus pro nobis moriendo soluit debitum peccati nostri primi parentis Adæ; & sic habet tres considerationes in qualibet istarum triū litterarum, ex quibus scribitur nomen Iesus. Cape modo cōsiderationem tituli, qui fit per transuersum H, in modum Crucis, quod significat, quod in eius nomine nos sumus redempti, in quo est Trinitas, scilicet, Pater mittendo, Filius incarnando, Spiritus sanctum concipiendo, & transuersum tituli in modum H significat labores Christi, quos pro nobis portauit, & nostram consolationem; quia redempti fuimus propter eius mortem à seruitute diaboli. Cape modo secundam considerationem litteralis intellectus huius nominis glorioſi Iesus, S, locum, vbi ponimus eum; quia in Sole: vnde nota, quod Christus dicitur Sol, iuxta illud, quia ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster, & significat duo, quia in Christo est diuinitas, & humanitas: quia inquantum Deus, est Sol paradisi, & significat tria, scilicet visionem, fruitionem, & possessionem Dei; & ita apparet in Deo in Trinitate; sicut Sol habet tria, scilicet vigorem, splendorem, & calorem; Ita & in Christo sunt ista tria; quia primo ipse est splendor, *Ego sum lux mundi, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*, duodecim radij significant duodecim articulos fidei, per quos anima illustratur: vnde Paulus 1. Tim. 6. *Lucem habitat inaccessibilem*, Ecce abundantia, quia nulla creatura potest comprehendere splendorem, quem Deus habet in se. Octo sunt radij parui in modum organi existentes inter alterutrum duodecim radiorum supradictorum, qui significant beatitudinem spirituum glorificatorum: nam omnes spiritus beati significantur per illum numerum; quia in domo patris mei multæ mansiones sunt propter varietatem gloriæ beatorum; & debent isti radij pingi rotundi in orbe circulari ad denotandum quod gloria animarum beatorum in paradiso nunquam habebit finem, sed incessanter manebit. Campus in quo sunt isti radij, & nomen Iesus debet esse cœrulei coloris, quia talis color significat fidem, quia sine fide non possumus habere gloriam. Et nota, quod tres sunt cœli appropriati tribus virtutibus theologicis. Primum est cœlum, quod dicitur firmamentum, & hoc fidem significat: quia ad habendum cor firmum, & sincerum sola fides sufficit; secundum est cœlum cristallinum, quod significat spem; tertium est igneum, quod significat charitatem: quia virtutes perducunt animas ad vitam æternam. Capiamus modo tertium intellectum allegoricum, scilicet Sanctæ Ecclesiæ, videlicet Christi cum suis membris, cum tribus aliis notabilibus: Nam tres istæ litteræ, I H S significant in Ecclesia tres personas, Patris, Filij, & Spiritus sancti, Y, Pater, H Filius, S, Spiritus sanctus: vnde in Canticis vocat Spiritum sanctum in se, qui habetur per gratiam, dicens; Veni dilecte mi; quia dilectus meus in me, & ego in eo; dilectus Sanctæ Ecclesiæ est Christus Iesus. Sponsa Christi est Ecclesia, & ipsa amplexatur à Iesu, dicens; Amplexata sum, &c. Anima purgata peccatis est sponsa Iesu, & amplexatur ipsum transformando se in ipsum, quando sumit corpus Christi, & Christus tunc dicit, *quam pulchra es amica mea, quam pulchra es & decoræ oculi tui sunt columbarum absque eo, quod intrinsecus latet.* Et sic anima in hoc mundo debet amare Iesum per fidem amplam de ipso, donec soluta & ab hoc putrido corpore libera videbit ipsum facie ad faciem in gloria paradisi. Item possumus combinare nomen glorioſum Iesus, per quinque litteras, quæ quinque litteræ repræsentant nobis quinque plagas, vel sic, I, significat Filium Dei, E, significat vitam dolentis, S, nota modum proferendi, he: quia videtur sonare offensiones Filij Dei. Vnde in ecclesia continuo fit lamentatio de offensa facta Iesu Christo, vnde delebo hominem, quem formaui; quia quotidie homines offendunt eum blasphemando, & peccando in eum. Vnde oportet, quod gemendo pro peccatis, & offensis, quæ facimus, dicat he. Sequitur S, Ista litera S. media in isto nomine Iesus debet scribi longa, quæ significat diuinam seueritatem, & vltima littera S, debet scribi curuata, & breuis reflexa, & significat iustitiam conculcatam, & altitudinem maiestatis diuinæ in ventre Virginis incarceratam, V, quæ est penultima litera istius nominis Iesus, & vltima vocalium, & in eius prolatione videtur sonare vocem querulam Iesu Christi conquerentis, & clamantis in cruce dicentis in vltima voce. V, I, *Domine in tuas commendo spiritum meum, & inclinato capite emisit spiritum:* quia omnis consummationis vidi finem, V, etiam significat magnam charitatem, quam habuit pro nobis: & ideo lamentabatur, quia videbat tot animas à diabolo deuorari, ideo ex maxima charitate voluit subire mortem, vt liberaret nos: & clausit infernum, & aperuit paradisum, V, si nos consideraremus ista immensa beneficia, semper portaremus hoc glorioſum, & victorioſum nomen insignitum in corde, in fronte, in domo, & in quocunque loco, & in omni nostro verbo, & opere; & habendo ipsum pro nostro obiecto nunquam peccaremus.

Si tu vis considerare anagogicè, istud nomen Iesus, potes considerare triplex. Primo quod significat honorem beatissimæ Virginis Mariæ, inquantum æquiparatur soli, *quia mulier amicta sole; & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens*, &c. Ioan. in Apocalyp. duodecimo capite. Secundo modo potest significare honorem Ecclesiæ. Vel tertio modo potest anagogicè significare sapientiam veræ fidei Christianæ, quæ in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Vnde si intelligis de Sancta Maria matre Domini, significat duodecim stellas radiantes in ea, scilicet de ecclesia significat duodecim articulos fidei. Si de sapientia ecclesiæ significat duodecim Apostolos, qui prædicauerunt fidem, irradiando totum mundum lumine fidei. Et per hoc tu habes duodecim circundantes nomen Iesus. Item allegoricè de loco: & nota, quòd potest fieri in scuto, quod significat Trinitatem, quia habet tres angulos, attribuendo vnicuique illorum trium angulorum vnam personam diuinam, scilicet Patrem vni, Filium alteri, & tertio Spiritum Sanctum. Vnde Paulus, Sumite scutum fidei, scilicet Trinitatem, quæ defendit Ecclesiam.

Quartus intellectus est theologicus, scilicet animæ, & moralis cum tribus considerationibus. Prima litteralis, quæ significat tres potentias animæ, in qua sunt formatæ tres litteræ, Iesus, in Trinitate, scilicet cognitio, amor, & timor. Ecce I, quando amat Filium Dei. Ecce H, quando memoratur de Deo. Ecce S, quando timet Deum, Ecce sigillum, quod cognoscat, amet, & timeat Deum. Inde Sanctus Paulus dicit; *signauit nos Deus, & dedit nobis pignus* vitæ æternæ in dilectione nominis Iesu. Et si vis quod literæ sint quinque distinctæ, Iesus, significat quinque plagas Christi in mente nostra retentas. Aliud notabile est, quia sol significat gratiam, & charitatem Dei in nobis occultam. Et lustratur sol, quia sicut sol habet tres proprietates, scilicet splendorem,

T littera maiestatem diuinam significat.

S littera significat iustitiam inclinatam cum misericordia ad saluādum debitum peccati Adæ.

H transuersa significat redemptionē fuisse factam nomine Iesu, in quo est Trinitas sanctissima.

Sensus litteralis loci nominis Iesu.

Christus dicitur Sol.

In Christo est diuinitas & humanitas.

Christus in quantum Deus, est Sol paradisi.

Ioan. 1.

Radij duodecim Solis significant.

12. Fidei articulos.

1. Tim. 6.

Radij octo parui significant beatitudinem glorificatorum.

Circulus significat æternitatem.

Cœli tres appropriantur tribus virtutibus Theologicis, Fides firmamento, Spes cristallino, Charitas igneo.

Sensus allegoricus nominis Iesu.

Nomen Iesus scripti quinque literis significat 5. plagas.

Luc. 23. Ioan 19.

Sensus anagogicus nominis Iesu.

Iesus nomen honoras V. Mariam. Apoc. 12.

Sensus Theologicus seu moralis nominis Iesu.

2. Cor. 1.

Iesus quinq; littera quinque plagas significant.

Solis tres proprietates.

Digitized by Google

Gratia tres virtutis.

ſplendorem,calorem,& vigorem. Ita gratia Dei,& charitas infuſa in nobis illuminat mentes noſtras gratia fidei infuſa in anima noſtra,& calefacit eas ardore charitatis, & roborat ipſas ſeu per ſpem vitæ futuræ in gloria, quæ conſiſtunt in intuitu vultus Dei. Vnde Dauid. Signatum eſt ſuper nos Deus nomen tuum. Duodecim radij magni ſignificant abundantiam charitatis infuſæ in nobis, vnde diffuſa eſt in nobis gratia Dei. Octo radij parui, qui ponuntur inter alterutros radiorum magnorum, ſignificant Doctores Eccleſiæ,aliquos maiores,aliquos minores. Item octonarius numerus ſignificat gratias nobis infuſas, aliquibus magnas,aliquibus paruas; quia aliqui ſunt ſapientiores aliis,aliqui doctiores. Vnde Paulus,Alij ſic,alij ſic, &c. vel octonarius numerus,& virtutes quatuor cardinales,& ſpirituales,in quibus eſt fundata tota vita moralis. Et hoc de nomine Ieſu glorioſi dicta ſufficiant; habeamus itaque notam eius ſcriptam in frontibus noſtris, vt poſſimus habitare cum eo ſuper montem Sion,cùm illa caterua ſanctorum ſignatorum, de quibus in noſtro themate fit mentio, quod nobis concedere dignetur ipſe Ieſus,Dei Filius,Amen.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo,qui eſt de expugnatione paradiſi, in tres diuiditur contemplationes.

Prima pars principalis,

De mirabili exercitu à quo cœlorum regnum vim patitur.

Secunda pars principalis,

De militum violentia,& de trium regnorum deletione.

Tertia pars principalis,

Conſiderat triumphum & ſpolia eorum qui rapiunt cœlum.

DE EXPVGNATIONE PARADISI.

Sermo II.

REGNVM *cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Matth. 11. Verba ſunt magni Ducis Domini noſtri Ieſu Chriſti, agni immaculati. Quæ ſanctiſſima verba ad tres contemplationes extendimus.

Prima contemplatio eſt ad contemplandum mirabilem exercitum,à quo cœlum vim patitur.

Secunda ad contemplandam fortium violentiam, quia *violenti.*

Tertia ad contemplandum triumphum glorioſum, & ſpolia ditiſſima, & pretioſa eorum, qui rapiunt cœlum.

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

Contemplationis à quo cœlorum regnum vim patitur.

PRima meditatio eſt exercitus mirabilis. Vnde omnes vos ſtetis in puncto, & ſitis bene armati; quia Dux, & tota militia eſt in ordine, quia volumus hodie expugnare,& conſcendere, denique intrare paradiſum,& violentiam facere Deo, Angelis, & Sanctis paradiſi,& rapere cœlum. Ita quod oportet habere optima arma, ire contra tantam potentiam; & qui in iſta. Quadrageſima vendicauerunt bona arma, erunt bene ſecuri: alij verò aſcendendo ita in altum,niſi ſint bene armati,& percutientur,& cadent in profundũ. Et quia in vno tam grandi exercitu oportet habere plures Duces ſub principali, ſecundum diuerſitatem plurium acierum, & officiorum armorum, quæ requiruntur in iſto futuro bello; oportet eligere officiales,& principes & recenſere exercitum,vt omnes reperiantur bene armati, & in puncto, cum ordinabuntur acies. Item oportet habere in tanto exercitu tubas, & cancellarios, & alios officiales: de quibus & aliis ad talia requiſitis,tangitur per Ioan. in Apoc. 14.cap. dicentem: *Et vidi, & ecce agnus*, qui eſt magnus, & principalis præfectus totius exercitus, *ſtabat ſuper montem Sion:& cum illo* 144. *millia ſignati,habentes nomen eius,& nomẽ patris eius ſcriptum in frontibus ſuis.* Et iſte magnus Ductor habet tredecim tubicines:ſed principalis eſt Ioannes Baptiſta,qui cum ſua tuba vadit concinendo: *Ego ſum vox clamantis in deſerto,parate viam Domino*; & omnes ſe præparent, & veniant ſuper montem Sion cum armis ſuis; quia Dux noſter vult rapere cœlum,& aſcendere paradiſum. Alij magni tubicines ſunt duodecim Apoſtoli; quia in omnem terram exiuit ſonus eorum,tubicinantes, clamantes, venite armati clypeo fidei. Et fuerunt etiam alij quadraginta duo Apoſtoli tubicines minores,qui ſimiliter impleuerũt omnes regiones,maria,montes, & planities,vt omnes ſequantur agnum immaculatum; & conueniant ſuper montem Sion,vbi parantur acies ad expugnandũ, & rapiẽdum cœlum,& paradiſum: & Anteſignanus iſte ſenſit vnum futurum magnum tubicinem,qui nolebat venire ad ſuum exercitum;& fecit illum vocare, & ad eum duci ligatum,& caligatum,& multum conquaſſatum; & quia nolebat accedere,& ibat ad ſtipendia inimicorum ſuorum; qui vocabatur Saulus,qui promiſit fidelitatem;& fecit ſignare in eius fronte nomen ſuum,& nomen patris ſui, & vocauit eum Paulum;& præcepit illi, dicens;vade, & clange tua alta tuba per omnes regiones, quod nullus noceat alicui noſtro amico: & Paulus bonus tubicen agni immaculati,ferens ſignum eius in fronte ſua,& ſtigmata ſua in corpore ſuo, factus fideliſſimus, ſecundum præcepta magni Ducis vadit. Et ſicut habes in Apocalip. ſeptimo cap. Concinit cum ſua tuba,& *clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus erat datum nocere terra,& mari,dicens;nolite nocere terra,neque mari,neque arboribus,quouſque ſignemus ſeruos,*& armigeros noſtri Principis,*in frontibus eorum* de nomine ſuo. Et iſti quatuor Angeli erunt ductores eorum,quibus data erat poteſtas nocendi *terra, mari, & arboribus*, &c. Vnde fecit proclamare, quod nemini amico noſtro nocet & ſub pœna æternalis exilij; neque *mari*,id eſt, neque exiſtentibus in aduerſis; neque *terra*,id eſt,exiſtentibus in proſperitatibus; neque *arboribus*, id eſt ſpiritualibus, & contemplatiuis, donec omnes de exercitu erunt ſignati. Et factis conuocationibus ſupraſcriptis per ordinem, fuerunt electi quatuor protocancellarij. Primus notarius Ioannes Euangeliſta ſecretarius magni Ducis: vnde, beatus es, cui reuelatum eſt ſecretum. Et eſt ſignum,quod iſte ſecretarius habebat vnum tractatum in paradiſo, quem nullus ſciebat,niſi Princeps, & ipſe, cui reuelatum fuit illud ſecretum:& Ioannes ſeruabat in pectore ſuo omnia hæc. Alius erat Marcus, tertius Lucas, quartus Matthæus; & iſti protocancellarij habent ſub ſe alios quatuor optimos ſubcancellarios,ſcilicet quatuor Doctores Eccleſiæ,& multos alios ſubſcribas propter maximum exercitum. Et poſtquam omnes ſunt vocati,& congregati, Primarius, conuocato conſilio ſuo, dixit;quis eſt dignus ferre vexillum exercitus?cui dabimus?oportet,quod eligatur de toto exercitu vnus ſtrenuus,& audax ad expugnandam tantam potẽtiam: & circuientes totum exercitum, viderunt vnum paruulum malè indutum,ſed magnanimum, qui propter ſuam magnanimitatem ſpreuerat totum mundum, & neglexerat omnia,& diſperſerat,& dederat pauperibus quicquid habebat:vnde illi dictum eſt,num vellet ſtipendia promereri ſub nobiliſſimo potente qui reſpoſuit,ſe eſſe expeditum & paratum vitam tradere pro eo, &

Apoc. 4.

Ioan. 3.

Mare aduerſitates ſignificat.

Terra proſperitates ſignificat.

Ioannes Euangeliſta.

1. Secretarium.

Euangeliſta quatuor ſunt ſecretarij ſui notarij Dei, Doctores.

4 Eccleſiæ ſunt ſubcancellarij exercitus.

S. Franciſcus vexillifer exercitus Domini noſtri.

Digitized by Google

& relatum fuit potenti, qui misit ad eum nunciũ, vt talem paratum interrogaret, & accerseret, qui cum accessisset, adorauit potentem & dixit, Domine quid placet tibi, & dixit potens, quo nomine vocaris. At ille dixit. Ego vocor Franciscus, tunc potens bene, ex quo vocaris Franciscus, quasi Francus stans: Si vis venire mecum, ego volo facere te meum vexilliferum, sed oportet te disponere ad mortem subeundam pro me: qui respondit, hoc solum cupio & iam diu, disposui vitam cum morte commutare. Et dato in socium sancto Antonio confessore de Padua, consignauit eidem suum vexillum in eius propriis manibus. Et hoc est, quod dicit idem Ioan. in Apo. *& vidi alium Angelũ*, sc. sanctum Antoniũ angelice viuentem, consocium S. Francisci vexilliferi Iesu Christi, quibus datum fuit vexillum crucis Christi. Cuius signum sanctus Franciscus portauit in pectore, in pedibus & manibus. Ego sum, qui porto stigmata Christi. Et S. Antonius fuit magis fidus socius, quem habuerit S. Franciscus, & vocabat eum suum Episcopum. Quibus pactis magnus. Princeps vocauit suũ tubicinẽ secretarium altisonantẽ, & Paulum dicens, vt clangerent, quod omnes Duces sui exercitus, ex omnibus tribubus se cũ suis armigeris præsentarent, & signarentur, & recenserent exercitum. Et fecit primum suum bullatarium, & signatorem. Quibus præsentatis omnes fuerunt signati in frontibus suis signo nominis Iesu Dei viui. Quibus per ordinem signatis, & præstito fidelitatis iuramento ipsi magno duci, lustratus est exercitus & ordinatè sunt descripti per Ioannem secretarium, & protoscribam magni Principis in suo libro in Apoc. Vnde omnes conductores gẽtium, & numerus armatorum omnium tribuum. Primũ Dux fuit Iudas, qui interpretatur confessio, & est Princeps vastatorum. Et iste Iudas habet quatuor Ductores sub se, quibus est data potestas cum suis vastatoribus nocere terræ, & mari, & arboribus, & de isto numero recenseri possunt, & numerari omnes, qui confessi sunt in ista quadragesima; quia fuerunt, & sunt vastatores peccatorum. Inde venit, quod Iosue c. decimo septimo dixit Deus, Ascendo in montem; & vt excidas, &c. deinde poteris vltra procedere cum occideris Cananæũ. Cananæus interpretatur zelans animam. Nam anima, quæ amat Deum, & purgat conscientiam suam à peccatis declinando à malo, & faciendo bonum, occidit Cananæum, id est diabolum, vnde primo eleua mentem cum proposito bene viuendi, & viues in gratia, & eris signatus in fronte nomine Iesu, & poteris esse de numero huius exercitus istorum vastatorum. Ecce ergo primus princeps, vocatur Iudas interpretatus confessio, & de comitiua sua fuerunt electi, & numerati de numero signatorum duodecim millia signati, omnes probi, & fortissimi bene armati, & in ordine, quibus nihil deficiebat. Secundus Dux fuit Ruben, qui interpretatur filius visionis, & de comitatiua tribus istius Ducis sunt omnes valentes. & probi viri, verax cognitionũ magnarum veritatum fidei Iesu Christi, & est Princeps Balistator, & omnes de eius comitatiua sunt veri electissimi, & trahunt ita directè, quod nunquam errant: quia veri balistatores fidei, scopum attingunt, & medium veritatis; quia si oblique, & non recta collimarent, immediate repellerentur de numero signatorum; & istius turbæ. Vnde Dauid Psal. 118. *vidi prauaricantes, & paue scebam*, quia isti prauaricatores fidei, & peccatores non intelligunt veritatem. Et nota, quod balistator claudit vnum oculum, vt recta sagittam dirigat, vt demonstret peritiam suæ artis, sic oportet te claudere vnum oculum scilic. vanitatum, & desiderij, cupiditatum huiusmodi, & postponere mundum, & habere vnum solum oculum apertum dirigendo ipsum rectà in Deum, & habere solum omnibus ossibus tuis, signum fidei Iesu Christi, pro obiecto, & nunquam errabis; quia semper ad scopum pertinges: vnde si tu vadis ad auarum; ipse non bene collimabit, & dicet, quod vsura non est magnum peccatum, & dare 10. pro centenario, est potius charitas, quàm peccatũ subueniendo aliis in suis necessitatibus: sed nõ dicunt verum, quod est magna charitas. Similiter si tu confiteris vni luxurioso, ipse non multum damnabit vitium luxuriæ, dicendo, quod est vitium naturale, &c. vnde in lustratione istius recti Ducis Ruben, ex tribu suæ comitiuæ fuerunt electi viri, & optimi balistarij, de numero signatorum, duodecim millia signati.

Patriarchæ duodecim sunt duodecim principes exercitus ad expugnãdũ cælum.

Iudas id est confessio.

Ruben interpretatur filius visionis.

Psalm. 118.

Tertius Princeps fuit Gad, & iste est ductor expugnatorum, & interpretatur accinctus latrunculus, id est armis præcinctus latrunculus. Isti oppugnatores sunt aliquæ vetulæ, & viduellæ, ac personæ simplices, & deuotæ, quæ sunt latrunculæ, & fures vitæ æternæ; cum earum conscientia bona simplice, & pura furantur Iesum Christum, & similiter aliqui boni viri, & bonæ mulieres existentes in statu matrimonij, qui seruant 10. mandata, & fidem matrimonij, & stant confessi, & disposiri honestè viuere: quia perseuerando isto modo sunt de comitiua Gad, & de ista tribu huius comitiuæ exeunt electi 43. expugnatores probi viri, & bene in ordine signati nomine Iesu Christi, & Dei viui.

Gad latrunculus accinctus interpretatur.

Quartus Princeps fuit vocatus Asser, & iste est Princeps nobilium virorum, & fœminarum, & interpretatur beatitudo, vel nobilis diuitiis: quia nobiles spiritu spernentes omnia mundana, sunt diuites, quasi omnia habentes, & nihil possidentes. Et isti tales sunt Domini omnium, qui pedibus calcant, & calcitrant mundum, nihil curant, siue bene, siue male habeant; prius sunt attenti, & talibus omnia comparantur in bonum, & omnes isti tales furantur arces Paradisi, & de vno eorum fuerunt electi probissimi viri nobiles sexaginta superiores.

Quartus princeps Asser interpretatur beatitudo.

Quintus Princeps fuit Nephtalim, & iste interpretatur dilatatio: vnde Paulus *dilatatum est cor meum*, & iste est conductor seruorum Dei, & fratrum mendicantium, quorum religio est facta ad dilatandam, & augendbm fidem Iesu, & de tribu comitiuæ istius Ducis fuerunt electi duodecim signati, armati summæ paupertatis, cum multa charitate & humili obedientia.

Quintus princeps Nephtalim interpretatur dilatatio. 2. Cor. 6.

Sextus princeps fuit Manasse, qui interpretatur obliuio, & Princeps Sanctorum Monachorum, qui viuunt secreti, & incogniti; quasi mortui mundo, qui debent obliuisci de mundo, & dicitur monachus à monos, quod est solus, quia debet stare desolatus ab omnibus, & solum indulgere Deo. Et de istis fuerunt electi ex omnibus duodecim signatis fortes bellatores, qui semper fuerunt in omni militia ad militandum contra diabolum, carnem, & mundum.

Sextus princeps Manasse interpretatur obliuio. Monachi definitio.

Ex tribu Simeon, qui interpretatur, obedientia, vel auditor, fuerunt electi duodecim millia signati; ex sua militia, videlicet ex filiis bonis, qui fuerunt reuerentes, & obedientes suis parentibus, & suis maioribus. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*, per mediũ patris mei, quia quãdo pater tuus præcipit tibi aliquid, tu debes opinari, quod præcipiẽs tibi te præamat, & iste Simeon est princeps bonorum filiorum, & obedientium patribus, & qui habent in honore parentes.

Septimus princeps Simeon interpretatur obedientia. Psal. 84.

Octauus Princeps vocatur Leui, & interpretatur assumptus, & est conductor bonorum parentum; quia bene est assumptus, & in magno gradu sumptus, qui procurat salutem animarum filiorum suorum: & quilibet pater, qui non est sollicitus de salute animarũ filiorum suorum, erit apostata, & expelletur de ista societate magni potentis agni immaculati, damnabitur in inferno, & de tribu militiæ istius Leui fuerunt electi elegantissimi viri signati 12.

Octauus princeps Leui interpretatur assumptus.

Nonus princeps dicitur Isachar, qui interpretatur memorans Dominum, vel vir mercedis, & est conductor pauperum, qui laborant, & viuunt de sudore vultus sui, quia *labores manuum tuarum manducabis; beatus es, & bene tibi erit*: & sunt in isto numero, etiam boni

Nonus princeps Isachar interpretatur memorãs Dominum.

Digitized by Google

viri facta custodientes, & eui lucrantur licite in hoc mundo, quia tales habebunt uitam æternam in alia, quia *fuerunt memores nominis tui Domine*. Et ex istis electis fuerunt de tribu eius Principis Iachar signati duodecim.

Psalm. 117. Psalm. 44.

Decimus princeps Zabulon interpretatur habitaculū fortitudinis.

Decimus princeps fuit Zabulon, & interpretatur habitaculum fortitudinis: Et iste est Princeps, & magnus ductor armipotentium virorum, potestatum, & officialium, tam in genere, quàm in particulari, & virilium animarum, qui ex nulla causa eleuantur à iudicio veritatis, & sunt contra omnes præuaricantes leges, & statutum ciuitatum subuertentes & in malis interpretantes: vnde iustum iudicium iudicant, qui iudicant terram. Et de istis fuerunt etiã electi 12. signati.

Vndecimus princeps Ioseph interpretatur augmentum.

Vndecimus princeps fui Ioseph, qui interpretatur ampliatio seu augmentum, & dilatatio, & iste est primarius bonorum mercatorum qui nolunt facere vsuras, nec vendere pluri pretio, vendendo ad inducias, & ad tempus & non falsificant mercaturas, & custodiunt festa, & volunt viuere secundum Deum, & potius volunt vendere recte, iuste & mediocriter, quam extorquere maius pretium, tam mendaciis, & falsitatibus, & peccatis, & de minimo istorum ex tribu Ioseph fuerunt electi 12. signati: vnde melius est iusto parce viuere, quam abundare diuitiis Dauid dicit Psal. 118. *viã mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum* volendo iuste viuere, & factus sum dies, mediantibus lucris animæ.

Psalm. 118.

Duodecimus princeps Benjamin interpretatur filius dextræ.

Duodecimus princeps fuit Benjamin, & interpretatur filius dextræ, & iste est dux militum fortium fauentium rei publicæ bene viuentium, & de eius militia electi fuerunt 12. signati viri milites fortissimi, bellicosi. Et sic tu habes 12. Duces, & quilibet ipsorum habet sub se milites 12. electos ex suis innumerabilibus populis, & gentibus, & vltra illos discrete adhuc habet sub se alias cateruas infinitorum militantium. Et hoc est quod dicit. Ioan. iuxta hoc *vidi turbam magnã quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu Agni*, &c. Quem stipatum istis 12. aciebus, sequebantur populi, tribus, linguæ, & implebant illum innumerabilem exercitum. Sed videamus modo, qualiter sunt armati, & certè arma etiam necessaria habent, galeam in capite, loricas cum thoracibus ad tegendum corpus, brachialia cum manibus ferreis ad tegendum brachia cum manibus, ocreas pro tibiis. Et sic quatuor genera armorum. Item possumus addere balistas cum bombardis, & arcus, lanceas, enses, pugiones, & scuta. Dico quod pro tutela capitis cassides relucentes bene tersas, & politas cum viseriis, quæ possunt eleuari sursum, cum foraminibus intus, vt melius possint videre, habent. Item super galeis habent cristas siue pennas diuersi coloris. Aliqui habent pennas tendentes sursum. Aliqui habent pennas in modum alarum, aliqui tendentes retro, aliqui habent pennas crispatas, vel varij coloris cum corallio, ornato lapidibus pretiosis. & argento, balteos relucentes. Nam galea, quæ est pro defensione capitis, significat timorem Domini, quia principium capitis, & animæ est timor Dei, & hoc est, quod dicit Paulus Ephes. 6. c. *assumite galeam salutis*, quod timor Dei est, principium fidei, & salutis æternæ: vnde positis actibus magnus princeps, misit suum tubicinem ante concinentem, ponite vobis cassides, cassides, cassides, sursum corda, sursum sursum, sursum; sistite, sistite, sistite, hoc est timete Deum & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, & adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, & fontes aquarum, &c. Et subito omnes obtemperarunt sumentes galeas, quia omnes erant politi; & mirabiliter relucentes: & omni parte bene tersi, quod significat timorem Domini, vt dixi, & habentes istã armaturã in capite, non possunt lædi ab aliqua mala cogitatione, vel ensis, vel lapidis, siue missilis, videlicet diaboli, carnis, vel mundi: quia si quis percutitur in tali casside bene tersa relucente, & polita, immediate vias prosilit scintillando, vel discurrunt sine læsione percussi, quia timor Domini repellit peccatum: viseria, significat intellectum illuminatũ timore Dei, ob quam illuminationem melius videt offendicula, vt sciat qua in parte debeat se tueri, & vitare pericula: quia qui habent intellectum illuminatum, & timoratũ de Deo, semper stant cũ proposito in omni opere suo vitandi peccatum, & vident in cunctis si est peccatum, vel non, & intelligentes fore malum, armati non consentiunt illi: & licet percutiat ille primus impetus, primi motus in galeam, subito prosilit inde, & non potest stare in illa, nec penetrare conscientiam eius, vt perseueret in aliquo malo proposito, sed diuertunt, dimicando, & videndo per viseriam intellectus, & veræ cognitionis ipsius timoris diuini: ne offendant Deum, cædunt, & euitant periculum peccari: & homõ qui aggreditur bellum sine istis galeis, & sine ista tali viseria immediate percutitur. Et vno alio modo ab inimicis, qui inexorabiles sunt, non intelligendo, non videndo pericula offendiculorum peccati percussus moritur, sicut vna bestia, quia non videndo nescit vere pericula, & proprie est bestia diaboli, & ista est illa cassis seu capitis armatura de qua Dauid dixit Psal. 119. *Initium sapientiæ est timor Domini*. Deinde loquendo de viseria, *intellectus bonus omnibus facientibus eum*, &c. Item super galea ponitur etiam pennata crista pennarum quandoque protendentium sursum, quod significat rectitudinem fidei, & timoris Dei, & operæ hominis recta tendentia sursum: quandoque in pennatio, seu crista super casside positæ sunt simul pennæ cõnexæ, colligatæ, quæ significant memoriam cum pœnitentia præteritorum, & illuminationem intellectus dispensando bona præsentia, & bonum propositum perseuerandi in futurum: quandoque pennatium, siue crista vadit retro, & significat intentionem bonam in anima hominis dicentis post præteritum, tu fuisti malus, & magnus peccator, & non timuisti Deum: ergo volo de cætero firmare me in timore Dei, quandoque pennatium est elaboratum, seu factum de pennis varij coloris, vt appareat pulchrius, scilicet flauo, rubeo, viridi, & albo: quibus quatuor coloribus possunt attribui quatuor virtutes cardinales, in quibus versari debet optimus miles militans Christo, & cum istis ornamentis anima efficitur, sicut columba ornata, & sic facta est ornamentum iucunditatis, cum istis armis tota intrat volando in Paradisum. Item habent isti proceres, loricas. Nam lorica incipit cum quatuor annulis, ex quibus conglutinatur, & intexitur postea dilatando loricam, & fit armatura animæ, quæ significat fidem: vnde Paulus 1. Thess. 5. *& loricam fidei accipite*, quæ significat istas quatuor cantilenas & paludamentum clausum est, & est vnus clauiculus, vt sit fortior: Et iste clauiculus est, ita reuerberatus quod videtur simul innodatus, & significat primo feruidam fidem, solidam, & conclauata pars clauiculi jungentis paludamentum istius loricæ de subtus significat humanitatem Iesu Christi: pars ipsius clauiculi superioris magis eminens, significat diuinitatem, quia simul juncta texitur fides loricæ Christi, quia *Verbum caro factum est*: & ista armatura est fortis, & firma, & armatus ista amatura potest audacter intrare istum exercitum, & debellare paradisum, & eius spolia portare: quia Adiutorium nostrum in nomine Domini, mediante.

Armatura militis Christiani.

Galea timor Domini significat.

Crista pennata significatio.

Secundus annulus, ex quo fit lorica ista, est quando clauatur tibi cor propter passionẽ Christi, & tũc est bene conclauata, quando tu consideras, quod propter te Christus voluit mori. Et iste est ille, cuius clauus perfudit cor Virginis gloriosæ, quia cor eius pertãsiuit gladius, &c. Itẽ habere fidẽ cũ ardenti zelo, quãdo tu audis vel vides aliquam minimam rem contra fidem Christi, non posse illud portare zelando ipsam. Tertius

annulus

annulus significat spem sperandi summum bonum per medium fidei, Quartus annulus istius loricæ est abnegatio omnis tristis imaginationis tibi repræsentatæ per diabolum menti, vel per auditum, vel legendo contra fidem aliquid, vel per aliquem sensum corporeum non percipientem,& incapacem alicuius articuli fidei:sed solum,intrare in nauiculam Petri, & simpliciter credere, quod credit Sancta mater Ecclesia, & purè confiteri Dominum nostrum Iesum Christum, verbum incarnatum, & filium Dei viui, & in omnibus duodecim articulis fidei purissimæ. Tertia armatura istorum procerum est thorax & iste thorax si est ferreus,nihil valet, quia respectu acuminum,generum telorum, quibus vtuntur aduersarij, parum prodesset talis thorax contra offendicula, & si est totus compositus de chalybe,nō multum valet quia cum percutitur veloci iaculo rumpitur, quia propter duritiem suam non ardet sed scalpitur:oportet ergo quod ad hoc,vt sit bonus, quod fiant duæ gemmæ siue laminæ simul conjūctę,&reuerberatæ ignito malleo vna chalybea à parte extrinseca,& alia ferrea à parte intrinseca:quia si prima lamina forti ictu scalpitur, & rumpitur, emissum iaculum in illam perdidit quasi vires, & reperit aliam ferream,& non vadit vltra, & ista significat charitatem Dei,& proximi: lamina extrinseca significat charitatem Dei,intrinseca charitatem proximi,quia sicut mors nemini parcit, ita charitas laminæ Dei nemini parcit: quia propter amorem creatoris facit amare omnes creaturas,& iniungere istas duas laminas amoris &charitatis Dei,cum lamina charitatis proximi cum malleo laborum,& igne charitatis diuinæ, & proximi faciunt opus perfectum, & thoracem approbatum, quia nil iaculi poterit præterire;ecce thorax ferreus: *diligite inimicos vestros,* seruite qui vos oderunt: nam fragilitati humanæ hi sermones videntur valde duri: sed iuncta lamina,id est iuncto amore, & charitate Dei, qui pendens in cruce dixit, *Pater ignosce* crucifigentibus me, *quia nesciunt quid faciunt,*&c.fit optima armatura,quia nos debemus imitari magistrum nostrum Dominum Iesum Christum, vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus,habebāt duas coxarum armaturas cum ocreis quarum vna est dextera, alia sinistra: per dextram intelligas patientiam inuincibilem, per sinistram intellige magnam constantiam, & magnanimitatem, quia non poteris saluari, nec tuto bellare sine istis duabus armaturis,quæ operiunt vsque supra pedes,quod significat magnanimitatem, quæ abundat deferre ad defendendos pedes cum humilitate, & intrinsecus magnam affectionem Dei, & proximi.Item habebat scutum in brachio sinistro, quod significat propugnaculum fidei fidei: vnde Paulus *assumite scutum fidei, & scuto fidei circundabit te,* per brachium dextrum intelligitur operatio boni viri: *declina à malo,* quod est sinistrum, & *fac bonum,* quod interpretatur per dextrum. In quo dextro tenetur lancea,quæ est recta, quod significat operationem rectam, & bonam,& manus est armata manibus ferreis, quod significat bonam voluntatem armatam dimittendo malum cum proposito faciendi deinceps bonum,& perseuerandi de bono in melius. Item quoniam lancea portatur super costam,quod significat bonum exemplum:vnde Paulus, prouidemus enim bona non solum coram Deo, sed coram hominibus, sic luceat lux vestra, &c. fertur quandoque lancea post Dominū,& sic retro,quod significat bonū exēplū vitæ præteritæ;lancea firma significat bonū exēplum bonæ vitæ præsentis.Item habeant gladium,ensis omnis portatur à latere sinistro, & est gladius spiritus, quod est verbū Dei,& est ille gladius quo Christus habuit victoriam contra diabolū,quando tentauit eum,quo percussit eū, dū dixit:*non ex solo pane viuit homo, sed ex omni verbo, quod procedit ex ore Dei.* Item,dedit eidē diabolo de acumine,dū dixit,*Deū tuum adorabis:* & tertio illum verberauit gladio, qui significat zelum, & feruorem Dei, & percutiendo eum cecidit in abyssum, dum dixit, *non tentabis Dominum Deum tuum,*&c.vnde ensis euaginatus est verbum prædicatum,vagina significat membrū. Et ecce classica vndique sonant, & instrumenta pulsantia cantant, ad equum,ad equum, ad equum: boni commilitones:cito, cito, occide, occide, occide: & vt Ioan.in Apoc.5.inquit,cantabant canticum nouum dicentes, *dignus es Domine* magne princeps, *accipere librum,& aperire signacula eius,quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, & ex omni tribu, lingua, populo,natione,& fecisti nos Deo nostro regnū,& sacerdotes,& regnabimus super terram, & vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum,& erat numerus eorum millia millium dicentium voce magna:dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem,& diuinitatem,sapientiam,fortitudinem, honorem, gloriam, benedictionem,& omnem creaturam,quæ in cœlo est,& super terram, & subtus terram, & quæ sunt in mari, & quæ in eo sunt omnes audiui dicentes.Sedenti in throno, & agno,Benedictio, honor, gloria, & potestas in sæcula sæculorum.Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et.24.seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt. Et vidi, quod aperuisset agnus vnum de 7.signaculis, & audiui vnum de 4.animalibus dicentem, tanquam vocem tonitrui,veni,& vide & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum. Et data est ei corona,& exiuit vincens,vt vinceret,*&c. Vnde quādo agnus aperuit primum secretum Dei,vidi primum animal scil. Leonem, qui significat Episcopum fortem,& vidi equum totum album phaleratum,& qui ascendit sedebat super illum equum:habebat arcum, & erat scriptum Rex regum & Dominus dominantium. Equus iste albus significat corpus illius Domini dominantium, splendidissimum, lucidissimum, & ornatissimum,super quo,& in quo residebat diuinitas:vnde Dauid: *iumentum factus sum:* ecce diuina corona scilic. dominium, & potestas significat,quod misericordia,& veritas obuiauerunt sibi, quia chorda misericordia,quæ flectitur, & lignū est iustitia, vnde arcus significat diuinam iustitiam, & chorda significat diuinum amorem.Et sic omnes isto modo sunt armati.Sequitur vniuersa turba,scilicet ex omni natione gentes terram inhabitante.

Apoc.5.

Apoc.6. Agnus albus significat corpus Iesu Christi,

Psalm.71. Corona dominiū significat. Arcus significat misericordiā & iustitiam.

Matth.5.

Luc.23.

Epho.6. Psalm 90. Psalm.36. Brachiū dextrum. Est operatio bona. Lancea tenetur dextro qua significat operationem rectā. Bonū exēplū vita preteriti & presentis.

Secvnda Pars Principalis,

De violentia militum & de trium regnorum deletione.

Secunda contemplatio est generosi, & violenti triūphi.Ideo dicit,*violenti,* &c. vnde sciendum, quod antequam perueniatur ad ciuitatem superni regni, quam volumus impugnare, & violentia expugnare, oportet nos transire per tria fortissima regna,& suppeditare ipsa, & totaliter ipsa vastare, & delere.Primum est regnum mundi. Secundum est regnum carnis, & peccati. Tertium est regnum diaboli infernalis. Et nisi vincamus ista tria regna, non possumus acquirere victoriam paradisi,& sicut scitis, quando habetur victoria contra inimicos vincentes signa lætitiæ & exultationis construere iubet cum victoria reportanda est, & sensu, & cum magna discretione oportet dirigere acies:vnde princeps noster magnus cum summa patiētientia volens transire per regnum mundi, & ordinare acies suas, vocauit Iudam ductorem vastatorum,dicens tu Iudas, veni cito, quia oportet nos transire per tria regna fortissima,dura, & bellicosa. Et primo per regnū mundi,necesse est,vt sis strenuus & manus conseras in mundū cum tuis gentibus,vastatoribus.Secundo vocat Ruben ducem balistariorum, & ordinauit aciem balistariorum. Tertio ordinauit aciem expugnatorum. Quarto nobilium. Quinto seruorum Dei, & mendicantium ad hortandum, prædicandum, & confitendū alios vt suppeditent mundum, carnem, & diabolum:

Ad cœlū nō ascēditur nisi tria regna delota sint. Regna tria vincēda antequā paradisi triūphus reportetur.

Sexta

Digitized by Google

Sexta acies eſt bonorum monachorum. Septima acies eſt filiorum obedientium patribus. Octaua acies fuit lumen patrum, qui habent curam animarum filiorum. Nona acies fuit pauperum ex ſuo ſudore viuentium rectè. Decima acies fuit armipotentum virorum poteſtatum, & officialium. Vndecima acies fuit rectorum & iuſtorum mercatorum. Duodecima acies fuit militum fortiſſimorum electorum, qui fauent iuſtæ rei publicæ, viduis, & pupillis: & iubent vt omnes ſub pœna æternalis perditionis ſequantur ordinate ſuos duces. Et ſic omnes iuxta ordinem ſibi datum, inuadũt regnum mundi, clamantes, bellum, bellum, bellum, mors, & lætitiæ exitium mundo, & reperiunt tres militias in mundo ſcilicet auaritia, luxuria, & ſuperbia, quia quicquid eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia oculorum, vel auaritia, vel ſuperbia. Et niſi iſta tria vincas, non habebis victoriam in paradiſo de regno vitæ. Et iſti ad bella doctiſſimi incipiunt aggredi acies ſibi oppoſitas mundi prædictas, & dare intultum, clamantes, terræ, terræ, terræ, mundi omnis auaritia, luxuria, & ſuperbia, in quo tamen preſſuram vos commilitones habebitis, & in fine pacem: & ſic conuocatis iſtis tribus aciebus mundi, omnes incipiunt iubilando, annuendo aliis exclamare forti voce, *cecidit, cecidit, cecidit, Babylon magna, & facta eſt haaitatio damoniorum*, dicendo ter, cecidit, propter tria peccata conculcata, ſc. auaritiæ luxuriæ, & ſuperbiæ: quia cum vino ſuo potantes inebriauit omnes gentes amantes mundum, *veh, veh, Ciuitas illa magna Babylon: Ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum*, &c. & poſt victoriam mundi inquit magnus, & victorioſiſſimus princeps, ô boni commilitones, & victores ingrediamur audacter ſecundum Regnum, quia ſuppeditabimus ipſum, & ſic directis aciebus, & explicantes vexilla aggreſſi ſunt ſecundum regnum inteſtinum, ſc. peccati: quia deſtruatur peccatum mortale, & confortetur cor veſtrum, & viriliter agite, & exhortatur dicens proſequimini inimicos ſc. ſeptem peccata mortalia cadant coram vobis: vnum, ſcilicet cor contritum fugabit mille, & vnus eſt numerus intelligentiæ, duæ ſcilicet cor humiliatum cum corde contrito, fugabit decem millia peccata. id eſt ſi leuatur à te peccatum poſt humiliationem percutiendo tibi pectus habebis victoriam contra ſecundum peccatum, & ſic vnum peccatũ trahit aliud: Ita diſtractio vnius eſt deletio alterius, cõfitendo, habendo propoſitum amplius non peccandi: ſed rectè viuentes vincunt ſeptem peccata, & regnum ipſorum. Et ſumendo corpus Chriſti digne, iubilando clamant victoria, victoria, victoria, quia ſuppeditauimus duo regna, ſcilicet mundi, & peccati. Aggrediamur modo audacter fortiſſimum regnum diaboli, quod eſt peius aliis. Vnde colluctatio carnis nihil eſt reſpectu diaboli: quia non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ſit tanta, quanta eſt poteſtas regni diaboli. Sed optimus conductor hortatur cum Iacobo dicens, proſequimini inimicos veſtros, & fugate diabolos ſuos, &c. Et Paulus ex alia parte hortatur commilitones, dicens. *Quis nos ſeparabit à charitate Dei, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque damnatio inferni:* quia propter charitatem omnia ſuppeditabuntur: & ſic fuit etiam victoria contra diabolum: vnde cum maxima lætitia, & magno iubilo reſonantibus: vndique tubis Chriſtus victorioſus, Cephas conuocat omnes commilitones & militiæ adſcriptos & luſtrans cohortes videt ſi quis ex ſuis eſt mortuus, & nullum reperiens mortuum, videt ſi quis eſſet percuſſus & ſi quos inuenit eos in nomine Ieſu liberauit,

Victoria mundi. Mundus tres militias habet nẽpe auaritiã, luxuriã, & ſuperbiam.

Victoria diaboli. Regnum diaboli peius eſt regno mundi & peccati. Poteſtas diabol: maxima eſt. Rom. 8.

TERTIA PARS PRINCIPALIS,

De triumpho & ſpoliis eorum qui rapiunt cælum.

VIdeamus inquit, ô proceres, & milites glorioſi, hodie faciam vos omnes diuites quod ſupereſt: Nam inſtat tempus, quo ſortiamur glorioſum triumphũ Regni cœleſtis. Aſpicite & videte arces cœlorum, & ciuitatem ſanctam Dei. Iſta ciuitas eſt fortior, & magis glorioſa, & plena fortiſſimis pugnatoribus quàm aliqua alia ciuitas mundi. Nam fundamenta eius in mõtibus altis, & eſt quadrata, & ſunt vndique aſperrimi montes, & habet foſſas, & ſaltus ampliſſimos vltra millia millium latos, & eſt valde arduum poſſe figere tentoria ibi, & caſtrametari eam: ſed eſtote fortes, quia *violenti rapiunt illam*: Et ſcitote quod ad eundum ad iſtam ciuitatem ſunt duæ viæ: vna eſt lata, ſed longiſſima: alia eſt breuis, ſed eſt valde arcta, & laborioſa, quia vniuerſæ viæ eius aut miſericordia, aut veritas: via veritatis eſt breuis, ſed multum arcta, & laborioſa: Sed via miſericordiæ eſt lata, vadunt omnes, pueri, munitiones, machinæ, bombardæ, pontes, plauſtra, & ſcalæ &c. Et Chriſtus dicit vos ô principes, ite per quam iſtarum viarum magis placet vobis, vſque ad ciuitatem cœleſtem, & ibi congregabimini; & tunc aliqui vadunt per viam latam miſericordiæ, quia *Beati miſericordes*, quoniam miſericordiam conſequẽtur, quia faciendo miſericordiam proximo, Deus miſerebitur eis. Sed ſanctus Franciſcus capto vexillo crucis ſibi dato à ſummo duce, capit viam breuiorem, & celſiorem, ſed fatigabilem, arctam, & valde ſcopuloſam, quia ſecutus eſt iuſtitiam: & poſt eum ſuus ſocius Antonius, & cæteri ſui boni commilitones, ſequentes viam apoſtolicam veritatis, & iuſtitiæ, & intrantes per anguſtam portam intrauerunt vnam vallem ſtrictiſſimam, quæ vocatur vallis leuitatis, quam vallem quanto homo minus portat, & minus habet, tanto leuior vadit per illam vallem. Et quia ſanctus Franciſcus nihil habebat, ipſe alacriter eundo pertranſiuit illam vallem: Et poſtquam omnes hinc inde per vtramque viam pertigerunt ad hanc glorioſam ciuitatem cum machinis, & bombardis magnus conductor iubet fieri aggerem circumuallantem muros, & foſſas ciuitatis cum ſagittariis, & baliſtariis, & figit bombardas & machinas circunquaque. Ita de nde ordinat acies, & fortes armatos, omnes ſcalas ad aſcendendum arces, & pedites, deinde equeſtres, & ponit catapultarium ad portas, & iubet omnes tubicines concinere, & clamare, bellum, bellum, bellum, bellum: arma, arma, arma: caro, caro, caro. Tunc vero Beata Virgo cum ſuo glorioſo Virginum Choro, Angeli, Archangeli; Throni, Dominationes, Poteſtates, Cherubim, & Seraphim tanto clangore artoniti admirantes, quid hæ inſolitæ nouitates ſibi vellent venientes ad feneſtras arcium paradiſi, videntes illas tot acies violentorum armatorum velle rapere paradiſum, incipiunt acclamare, arma, arma, arma: accurrite currite, & feſtinate ad portas, & muros ciuitatis noſtræ portãtes propugnacula, & tela fortiſſima, vt defendamus ciuitatem noſtrã: & ſimiliter ordinant ſuos baliſtarios, ſagittarios, fundas, machinas, & catapultas, & bombardas terribiles: & poſitis aciebus ſuis pedeſtrium, & equeſtrium incipiunt clamare, ad vitam, ad vitam, ad vitam, & ad gaudia paradiſi. Et ecce bellum crudele incipit: & Agnus iubet trahi vnã magnã bombardam cum multitudine miſſilium, & iaculorum: & percuſſerunt multos Angelos dicentes ſalua, ſalua, ſalua. Nã quando tu ſuſpirando doles de peccato, quod feciſti, tu trahis arcum, & baliſtam, & percutis vnum Angelum. Similiter, quando tu genuflectis te, tu emittis baliſtã, & quando tu tendis manum verſus cœlũ, dicendo, Pater noſter qui es in cœlis, &c fiat voluntas tua, in omni petitione eſt emittere baliſtã, & percutis Angelos. Et quando tu dicis. Aue Maria, dicens Ieſus,

Via duæ ad paradiſum. Paradiſus habet duas vias.

Matth.

tu

Digitized by Google

tu percutis Virginem glorioſam, & multiplicando ſagittas orationum,& bombardas diſciplinarum,& iacula ieiuniorum,&c.Angeli & Sancti qui cuſtodiunt arces paradiſi, taliter vulnerantur, & percutiuntur,quia ſagittæ acutæ cum carbonibus charitatis deſolatoriis, & incipiunt cedere,& tunc aliqui de militia agni proiiciunt cum fundis lapides, id eſt lacrymes, quæ ſunt rotundæ ad inſtar lapidis,iuxta illud Bernardi:tuum eſt Regnum,ô lachryma:tua eſt potentia cœli, vincit inuincibilem,& percutit magnum Deum in pectore: & tunc Deus dicit,filij matris meæ,percuſſerunt me,& ita multiplicauit lapides,& iacula violẽtorum, quod vnus magnus lapis percutit beatam Virginem dicentẽ. Heu quia ſum victa,& ſtrata ab illo pecccatore, quia non poteſt fieri, quo minus parcatur ei,& ſic victa virgine alius trahit vnum magnum iaculum, & percutit librarium Michaelem, ſcilicet contemplationem: vnde Paulus, *noſtra conuerſatio in cœlis eſt.* Alius extendit arietem,& percutit perforando arcem paradiſi, ſcilicet quando trahitur amor, *Zelus domus tuæ comedit me:* & ſubſequenter deſeruntur vniformiter, & pariter magnæ congeries bombardarum,cum multis clamoribus, & clangore reſonantibus nil aliud niſi amor,amor,clamat totus mundus: amor,amor, amor: & omnis amor eſt vna bombarda: & ſic propter multitudinem machinarum, & bombardarum armigeri,ſancti Dei efficiuntur attoniti, mater ſanctæ ciuitatis inclinatur ad terram, acies Agni immaculati tranſeuntes foſſas ſuper pontibus charitatis, quos ſecum tulerunt violenti manu intrant ciuitatem Regni cœlorum, omnes alta voce clamantes, ad vitam, ad vitam, ad vitam: viuat Ieſus, viuat Ieſus, Ieſus, Ieſus, Ieſus, & veniunt ad arcem vbi arcana Dei, quæ non licet homini loqui,nec lingua fari poſſet,nec in cor hominis aſcẽdit: & cum applicuit illuc Sanctus Franciſcus cum vexillo ſuo volens deprædari theſauros abſconditos Dei,& obuians Chriſto ſecutus eſt ipſum & apprehendit Chriſtum, & voluit eum proiicere in terram: ſed Chriſtus fuit fortior,& deiecit,ſcilicet Franciſcum ſub ſe,& percuſſit ipſum quinque vulnetibus,& ſuperuenientibus aliis gentibus Chriſtus fuit percuſſus ſimiliter quinque vulneribus: vnde dicit,videte manus meas,& pedes meos, &c.Et alligato Chriſto arripuerunt theſaurum omnipotentis Dei, & totum cœleſte regnum paradiſi, & vnuſquiſque rapuit prædam magnam cum
1.Cor.12. plenitudine diuitiarum,ſecundum gratiam ſibi datam, diuidentes inter ſe theſaurum illum diuinum,quia aliqui per ſpiritum rapuerunt ſermonem ſapiẽtiæ,alij autem ſermonem ſcientiæ,aliqui fidem,alij gratiam ſanãdi morbos, alij operationem virtutum, alij ſpiritum prophetiæ,alij diſcretionem ſpirituum,alij genera linguarũ,aliqui rapuerunt interpretationes ſermonũ, &c. factis ergo tot ſpoliis,non poſſunt arripere plura de illo theſauro,quia illa bona ſcaturiunt in ærario Dei, ſicut fluuius,nec poſſunt exhauriri. Et beata Virgo glorioſa plena humilitate,& gratia,& charitate ſe interpoſuit ad faciendum pacem inter humanam naturam,& diuinam,S. Franciſcus vexillifer conquerebatur quia fuerat à Chriſto percuſſus quinque vulneribus,& quod multi in illo conflictu, ad obtinendam victoriam paradiſi fuerunt percuſſi,& mortui,& virgo glorioſa dixit,quod filius meus dilectus fuit percuſſus etiam quinque vulneribus à tuis commilitonibus, & à te,& propter te,& ſic facta mutua compenſatione dolorum,vulnerum, & laborum fuerunt concordes,quod natura humana fieret vnus populus cum natura Angelica,& diuina, & eſſent plura membra in vno corpore.Et hoc eſt,quod S. Paulus dicit 1. ad Corin. 12. cap. *Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus ſumus*, &c.
Apoc.11. Et vt habes in Apoc. 11.c. tunc *facta ſunt voces magnæ in cœlo dicentes, factum eſt regnum huius mundi Domini noſtri, & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculorum*,Et quia ante dictum conflictum iſtorum, qui violentia expugnauerunt paradiſum hominum mortalium, facta fuit lex inter Deum, & Agnum, quod quicunque eſſet ſignatus nomine Ieſu, Dei viui patris eius in fronte, ſi vinceret iſta tria regna ſcilicet mundum,peccatum,& diabolum poſſet intrare, & habilitare,incorporatique cum ſanctis Angelis in cœleſti patria & frui ipſo Deo, ſicut angelica natura,& quod omnes gratiæ diuinæ communicarentur cuilibet in cæleſti patria, ſecundum coronam gloriæ ſuarum victoriarum. Ad quas nos perducere dignetur omnipotens Dominus noſter Ieſus verus homo,& verus Deus precibus B.Franciſci,eius vexilliferi,ac S. Petri, cui datæ fuerunt claues paradiſi, & omnium Sanctorum per ſuam miſericordiam.

EMENDA EST CHARITAS Diuina.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo,qui eſt de charitate diuina emenda,tribus conſtat præcipuis partibus.

Prima pars principalis,

Agit de ſapientia.

Secunda pars principalis,

Conſtat interrogationibus & reſponſionibus nouem quæſtionum ſpectantium ad charitatem diuinam.

Tertia pars principalis,

De pulchritudine charitatis diuini amoris.

Sermo III.

DAmihi intellectum bonum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. Pſalm. 188. Dum eſſet quidam ſeruus Dei Pariſiis dicendo iſtum verſum: ipſe habuit tantum lumen intelligentiæ, vt contemplando fuerit raptus, & leuatus à terra in aërem, quibus ſanctis verbis eleua intellectum tuum ad tres contemplationes trium diuitiarum. Prima eſt ſapientia: ibi, *da mihi intellectum bonum.* Secunda eſt diuitiæ: ibi, *& ſcrutabor legem tuam.* Tertia eſt pulchritudo: ibi, *& cuſtodiam illam in toto corde meo.* Nota ergo quod tria dedit nobis Deus,ſcil. ſcire velle,& cognoſcere veritatem,ſcire, *Da mihi intellectum.* Secundum velle veritatem,ibi, *& ſcrutabor.* Tertium poſſe operari:ibi,*& cuſtodiam illam*,&c. *Pſal.188.* *Deus dedit nobis ſcire, velle, & cognoſcere veritatem.*

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

De ſapientia.

NOtetis in hoc ſermone, quod Ieſus Chriſtus eſt mercator, & vult vendere mercaturam ſuam: & ego ſum emptor,Et ſanctus Ioa.in Apoc. ſua, ſeptimæ eccleſiæ 3. c. loquens in perſona Chriſti. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias & veſtimentis albis induaris, & non appareat confuſio nuditatis tuæ,& collyrio inũge oculos tuos,vt videas*:quę verba ſancta poſſunt adaptari noſtro themati propoſito, quia tu petis dicẽdo *da mihi intellectum bonum*, &c. Et Chriſtus dicit,*ego ſuadeo tibi emere à me aurũ ignitũ probatũ*;hoc eſt ſapientiã,quæ illuminat intellectũ,vt ſcias & cognoſcas veritatem: nam aurum tanquam nobilius elementũ poteſt æquiparari intellectui, tanquam nobiliori parti animæ,& tanquam bonus mercator allicit animum *Chriſtus mercator eſt. Apoc. 3.* *Sapientia vocatur aurum ignitum. Sapientia illuminat intellectum vt ſciat &*

Digitized by Google

cognoscat veritatem, aurũ nobilius elemẽtũ cõparatur intellectui.

animum tuum ad emẽdum de sua mercatura, dicens, *vt diues fias*; quasi dicat, si tu emis de ista mea mercatura tu efficieris immediate diues, quia non oportebit amplius laborare circa mercaturas, quia tu petis tunc scrutari legem meam, quam emere quæris, cum dicis, & *scrutabor legem tuam*, & tanquam bonus mercator ne recedas à mercatura, Christus subjungit, *suadeo tibi*, quod concludas forum mecum, & emas de isto meo auro charitatis ignitę, vt diues factus tu *induarus vestimentis albis: & non apparebit confusio nuditatis tuæ*: quia tu es ita male vestitus propter tuam paupertatem intellectus & charitatis, quod vndique apparet tua nuditas ignorantiæ, & bestialitatis, & vt bene videas, quid merceris, & cognoscas bene istam meam mercaturam vt tu scias bene custodire eam in toto corde tuo, *inunge oculos tuos collirio, vt videas.* Collirium est puluis, ex quo fit vnguuntum oculi, & clarefacit eos, vt melius videant.

Secvnda Pars Principalis,

Constat interrogationibus & responsionibus nouem quæstionum spectantium ad charitatem diuinam.

ET *scrutabor* cum emisti istam charitatem mediante intellectu, qui discernit, & cognoscit illam, tu scrutaris legem Dei, & custodis illam in toto corde tuo, & es ita locuples quod Deus infundit tibi gratias, & aperit thesauros suos, qui ante erant tibi absconditi, & tunc tu habes quicquid cupis. Et nota, quod maiores diuitiæ quæ desiderari & peti possunt, sunt charitas, & statio Dei, hoc est omnis mercatura charitatis amoris diuini. Et volo ad declarationem huius veritatis mouere vobis nouem quæstiones, siue quæsita.

An Amor diuinus possit vẽdicari vel furari aliquo alio titulo quam emptionis.

Amor diuinus est emendus.

Charitas emenda est.

Ad emẽdũ requiritur cõsensus vẽdẽtis & emptoris.

Amor Dei volẽti amare datur.

Comparatio.

Sol neminem cogit apprehẽdere lucẽ.

Apoc. 3.

Liberũ arbitriũ cõseruatur cũ gratia efficaci.

Prima quæstio est: nunquid iste amor diuinus possit vendicari, vel furari, vel titulo donationis, seu aliquo alio modo, quam titulo emptionis emendo ipsum, vel posset aliqua via mundi, aliter haberi, quam per pretium? Respondeo, quod charitas, siue amor diuinus nullo alio modo potest haberi, nisi ipsum emas: quia contractus emptionis requirit mutuum consensum vtriusque, scilicet mercatoris vendentis, & emptoris ementis, & nisi intercedat voluntas vtriusque, mercatum nunquam perficitur; & licet, vt dixi tibi heri, quod regnũ cœlorum vim patitur: Tamen iste amor Dei non potest violẽtiã sustinere, nec patitur vim, nec potest furari, sed solum capitur per cõsensum, & non datur, nisi volenti. Vnde Aug. Nemo inuitus bene agit, & hinc est, quòd dicit, *suadeo* quia sicut sol lucens non cogit aliquem, vt apprehendat lucem suorum radiorum, sed tantũ suadet: quia si tu vis aperire oculos tuos, tu capis lucem solis, & vides: si non vis aperire, non cogit te, nisi consentias. Ita facit amor diuinæ charitatis, quia suadet menti, quòd aperiat, dicens. *Ego sto ad ostium & pulso: Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum*: si ergo bene consideras, Deus vult seruare voluntatem liberi arbitrij, quia beneficium non confertur in inuitum, sed bene suadet tibi, vt aperias cor tuum, vt ille amor diuinus intret, & repleatur charitate Dei, nec vult quod possit prædari plusquam velit. Vnde Ioan. in Euangelio, 15. c. *Non vos me elegistis: sed ego elegi vos*, & in eodem c. parum supra, *qui manet in me, & ego in eo: quia sine me nihil potestis facere*: qui ergo Deum habet, est locuples. Vnde inquantum præuenit Deus te vocando si consentis, eius misericordia ab ipso inspirata præuenit cum iustitia subsequente. Quemadmodum si velles facere eleemosynam centum pauperibus, & non pluribus, & proclamare iuberes, quod quicunque venerit tali die & tali hora, dabitur ei eleemosyna: & dicto die multi conuenirent ad locum

Ioan. 15.

Locuples est qui Deum amat.

illum, & omnes sedebunt ordinate: modo dum facis eleemosynam, aliqui porrigunt manus simplices, aliqui nolunt porrigere manus, certè eleemosyna dabitur tantũ porrigentibus manus, & non dabitur nolentibus, & non poterunt postea conqueri ex eo, quod illis nõ fuerit data eleemosyna. Ita accidit iis, ad quorũ fores Deus pulsat, inspirando bonas inspirationes: quia qui aperiũt fores cordis volendo misericordiam Dei, Deus infundit illam: & sic ad emendã istam mercaturam requiritur voluntas vtriusque. Secundo quęro, cui vẽditur ista mercatura charitatis diuinæ respõdeo, quod vẽditur omnibus volentibus ipsam emere. Et dico, quod etiã diabolo venderetur, & damnatis, si ipsi vellent eam emere. Sed quia diabolus, & dãnati sunt obstinati, & nolunt ipsam emere, neque pœnitere de suis peccatis, propter eorum obstinationem, ideo nunquam habebunt misericordiã Dei, sic est in hac vita quia quanto magis anima est obstinata, tanto magis est elongata à Deo. Vnde dicit *suadeo tibi*, & tibi, & tibi, id est omnibus emere volentibus meam mercaturam charitatis. Tertio quæritur vtrum possit fieri vectigal, siue furari? & respondeo, quod non, quia nullo alio modo potest quæri, & haberi, nisi ematur. Vnde oportet vos omnes volentes acquirere mercimonium diuini amoris, habere crumenas plenas denariis. Et qui non portat isto modo denarios ad emendam ipsam, sibi imputet, quia de cætero non erit proxeneta, quia amplius non erit emptor istius mercis in ciuitate. Quarto quæro, quis vendit istam mercem: & vbi est apotheca vbi venditur? Respondeo, quod Christus est mercator, & qui vendit istam mercem. Statio vbi venditur est crux, quia si vis emere, oportet te ire ad stationem crucis: & nota, quod dicit emite *à me*, subaudi, & non ab alio quia nullus alius vendit de illa merce, nisi solus Christus, & si vis illam emere, oportet te soluere tantum quantum ipse requirit, quia vnico verbo facit forum suum, & non acciperet vnum denarium minus, quam quæsiuit, & accidit in hoc sicut in mea terra Senarum, vbi erat vnicus magister, qui sciebat facere quandam mercem, & vnico verbo dicebat quantum volebat pro illa merce: ita vt qui volebat pro illo pretio, poterat accipere: sin autem dimittebat: vnde vt dixi, corpus Christi est amor diuinus, & Christus est venditor: crux est statio: Virgo Maria est optima proxeneta, mediatrix. Quinto quæro, quæ est ista? Respondeo, quod certè est aurum purum & ignitum, quia aurum est pretiosius metallum, quàm reperitur, & omnia pretiosa appretiantur auro ad significandum, quod aurum, id est charitas appretiat omne bonum: quia ieiunium, peregrinatio, eleemosyna, & cætera bona, tantum valent cum quanta affectione, & charitate fiunt, tam cũ corpore, quam cum anima, sicut vidua, quæ obtulit duo minuta gazophylacio cum ista charitate Dei: quia plus obtulit, quam cæteri alij qui obtulerunt tantam quantitatem auri. Vnde tu poteris dicere vnum verbũ orando pro anima alicuius cum tanta charitate, quod tantum mereberis, quantum ego dicendo vnam prædicationem, quia Deus respicit feruidam charitatem facientis aliquid qui nostrorum bonorum nec factorum vllo modo eget, sed tantum vult voluntatem nostram cum feruida charitate sui amoris. Vnde Paulus 1. ad Corinth. 13. c. *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Nam *charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: charitas nunquam excidit, siue prophetia vacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur*, &c. Ideo charitas est pretium quo appretiatur res gesta cum charitate, ideo merito vocatur aurum, quod est pulchrum & pretiosum metallorum. Et ideo vocatur Regina: *vnde astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato*, quia ista

Charitas diuina cui vẽditur.

Emptor charitatis diuinæ qualis est.

Charitatem diuinã omnes possunt emere etiã diabolus.

Anima quãto obstinatur tanto magis elongatur à Deo

Charitas furari non potest.

Christus vẽdit charitatem.

Crux officina vbi venditur charitas.

V. Maria est proxeneta diuini amoris.

Charitas qualis est mercatura.

Charitas appretiat omne bonum.

Marc. 12. & Luc. 21.

Deus voluntatem nostrã ignitã amore charitatis esse vult.

Charitas aurum vocatur, quare.

Digitized by Google

Charitas regina vocatur. Psalm 44.

ista charitas est magis conformis ars animæ, quam aliqua alia ars mundi. Et omnes possunt illam comparare; quia nihil aliud requirit, nisi quod diligas Dominum Deum tuum, &c. Et quod quicquid agis, semper habeas principaliter Deum pro objecto in omnibus tuis, & sic omnis potest istam mercem emere, siue sit magnus, siue paruus, siue sanus, siue infirmus, siue diues, siue pauper. Sexto quæro, qualiter debet esse facta ista charitas? Respondeo, quod debet ardere, & bullire. Vnde Lucæ duodecimo capit. *Ignem veni mittere in terram & quid volo nisi vt accendatur?* & iste est ardor dilectionis charitatis affectionis, & veri amoris: & sicut ab igne procedit feruor exundantis, & salientis aquæ in lebete. Ita feruor ardentis, & feruentis amoris procedit à charitate. Nam charitas est amor consumens vsque ad animam, & facit bullire lebetē cordis, & prope cadit in ebullitione charitatis, vt in feruore libetis: quia quando ponis lebetem ad ignem, citò non bullit. Tertio bulliendo tu eleuas ipsum bullientem ab igne, & sic separatus ab igne adhuc continet feruentem bullitionem per aliquod spatium, & sic paulatim desinit bullire, & refrigeratur paulatim. Ita accidit nobis: nam puerulus, , cum est baptizatus, habet charitatem: sed nondum charitas ipsa bullit in puero, sed cum crescit, & cognoscit, & habet verum intellectum, venit in notitiam veræ fidei, & facit eleemosynas; compatitur proximo, & facit opera misericordiæ, & alia bona, tūc bullit in eo charitas. Tertio cum peccat mortaliter, nō habet charitatem bullientem, quia separatus est ab igne quanquam feruorem aliqualem potest adhuc habere, sed perseuerando in peccato, paulatim refrigescit in eo feruor & si subito cum peccauit confitetur pœnitendo, perseueraret in eo calor illius charitatis, quemadmodū cum eleuas lebetem ab igne bullientem, & mox reponeres ad ignem perseueraret bullire sine interuallo. Septimo quæro, de quot generationibus, seu generibus istius mercis istius auri igniti reperitur? Respondeo, quod reperitur ad mercatum de pluribus generibus auri, sed posses emere de tali, quod nunquam efficieris locuples: sed vt fias locuples, eme de probato, & purificato per septem fornaces. Et si vis cognoscere, quod est melius: ego qui sum proxeneta siue aurifex, volo te docere cognoscere melius. Vnde nota, quod sunt tres probationes auri. Prima probatio auri est versus Deum; verbi gratia tu petis à Deo aliquam gratiam cum sua voluntate, vtputa, quod dignetur tibi dare vnum filium, vel diuitias, & Deus non exaudit te, quia non dat tibi gratiam, quam petis, tu propter hoc non desinis, sed crescis amando Deum, & in charitate amoris diuini, dicendo, Domine Deus, gratias tibi ago, quia mihi gratiam, quam petebam, non dedisti: quia forte est melius non dedisse mihi filium, quam habuisse ipsum, quia sapientia immensæ tuæ prouidentiæ est mihi occulta: scio etiam te esse omnipotentem, & plenum gratiis, & semper te fore pronum ad gratiarum infusionem, si modo sunt condignæ & tuæ voluntati conformes, sicut dixisti discipulis tuis filiis Zebedæi, *nescitis quid petatis*, &c. Ita Domine dico meam culpam, quia nescio quid petierim: & ideo summas gratias ago tuæ bonitati; quia melius est me non habuisse filium, quem peroptabam, quam ipsum habuisse, quia forte est mihi vtilius. Et est sicut si medicus dicit, non des aquam frigidam tuo marito infirmo, quia peius se habebit; & recusas ipsi simpliciter petenti propter intrinsecum ardorem febris dare aquam: quia licet pro tunc turbetur, tamen cum est liberatus plus diliget te, quam si ei dedisses, quia vidit quod dilexisti eum, & certè sic faciendo, & dicendo, tu bene facis. Sed si tu habes vnum filium masculum, & petis gratiam à Deo, quod tibi det vnum alium, & Deus nō tibi dat illū, quem petis: imò aufert à te quem habes, vel petis sanitatem pro tuo marito, & Deus non exaudit te: imo tu etiam infirmaris pariter cum eo: si tu agis gratias Deo, & amas ipsum plus quam amabas ante, dicendo, miserere mei Domine, si peccaui, quia fortè mea petitio non fuit iusta, nec condigna: tunc est aurū ignitū, & approbatum, & melius, quam primum: sed si minus amas Deum, quam ante amabas ipsum, tunc non est aurum approbatum, & si tibi dat gratiam, quam petebas, & amas ipsum, bene est, sed tantum quantum in exemplis suprascriptis, quando petendo non exaudiris, vel non solum exaudiris, sed & damnificaris, & nihilominus plus amas ipsum Deum. Octauo quęro, quare petitur aurum istud? Respondeo, *vt locuples fiat*, quia nil est, quod ita ditat hominem sicut amor Dei, quia si feceris malum, & ames Deum illud malum vertitur in bonum, quia *amantibus Deum omnia cooperantur in bonum*: quia siue sit quis simplex, siue pauper, siue diues, aut sapiens, vel sceleratus conuertetur in bonum, si conuertatur in amorem Dei: & diligat Deum, & accidit, sicut in viatore, qui vult accedere ad aliquem locum de die, cum hora est tarda, magis festinat gressus suos, & magis properat. Ita accidit in peccatore conuertente se in amorem Dei, magis properat agendo pœnitentiam ad Deum propter tēpus perditum, vt recuperet illud, sicut fuit in Maria Magdalena: præterea fuit quædam sanctissima domina, quæ habebat maximas reuelationes, & stabat in deserto ad seruiendum Deo. Relinquens Deum venit ad ciuitatem & dedit se vanitatibus, & lasciuiis, & sic perdidit omnes gratias illi datas à Deo, quia reliquit charitatem, & amorem Dei. Similiter istis temporibus erat quidam frater Nicolaus Romanus Eremita, qui prædicabat, & habebat magnas gratias à Deo, præsentialiter iuit in Hierusalem, & abnegauit Christum. Et est factus perfidus infidelis, & perdidit omnes gratias Dei, quia recessit ab amore Dei: propterea quidam Eremita videns hæc, plorare non cessabat propter duo: vnum, quia illa sanctissima domina, & iste frater Nicolaus apostata perdiderant Deum; quia plus studebant placere mundo, & lasciuiis, quam Deo. Secundo plus studebāt placere hominibus, quam ipse Eremita studebat placere Deo: sed propheta Dauid, licet fecerit fornicationem, & homicidiū, tamen fecit fossā, & stans intus humiliauit se Deo, & fecit pœnitentiam, & ideo promeruit recuperare gratiā ipsius Dei. Et si Deus præcipit aliquod malum, seu peccatum de sui natura, & facis illud propter charitatē, & amorem Dei, illud non est peccatum. Nam Moyses de præcepto Dei interfecit 30. millia hominum, & non fecit peccatum, imo malū cōuertitur in bonū; quia charitas habet maiorē potentiā vt crescat bonū, quā vanitas habeat ad minuendam charitatē: sed si tu facis aliquod bonum, puta eleemosynam, siue charitatem, sed non propter charitatem est magis malum quam bonū; & sic anima habens charitatē cadens in aliquo peccato, non auertens faciem suā à dilectione Dei, & reuertitur ad Deū, & recuperat gratiā. Vnde Mat. 6. c. si lumē, quod in nobis est, tenebræ, fiunt quid erunt tenebræ, id est si bonitas vertitur in peruersitatem, quid erunt peruersitates: quia homo non recedens à charitate in omnibus operibus suis, etiam malum conuertitur in bonū, & finaliter ditabitur, quemadmodū vnus mercator, qui semper lucratur de suis mercimoniis, siue mittat vltra mare, & submergantur eius merces, siue fures furētur, siue prædones ipsum deprædentur, tamē semper lucratur, & efficitur diues. Ita si sēper perdit, efficitur pauper, & mendicus: ita est in peccatore, qui licet peccet, & non recedit à charitate Dei, lucratur, & tandem reperit gratiam Dei, & emit aurum illud comprobatum amoris diuini. Tu ergo, ô mercator, hodie efficere diues, quia si diligis Deum, omnia tibi conuertentur in bonū ideo amate Deū, & charitatē habete, quia Christus nullum aliud peculium, nullamve aliam hæreditatem reliquit discipulis suis in suo testamento, nisi charitatem, dicens: Charitatem do vobis, charitatē meam relinquo vobis, non quemadmodum mundus dat, charitatem do vobis, &c. Nono quæro, qua moneta, vel quibus rebus emitur istud aurum approbatum? Respondeo, quod

Charitas virginā vocatur.

Charitas ardere debet. Luc. 12.

Feruor dilectionis procedit à charitate.

Charitas cōsumit vsq; ad animam.

Comparatio charitatis ad lebetem fermentem.

Charitas nō feruet in puero baptizato.

Auri plura genera.

Charitas melior quandō.

Charitas per septem fornaces probata & purificata est melior.

Auri probatur tribus modis.

Charitatis prima probatio est versus Deum.

Amor Dei ditat hominem. Rom. 8.

Malum conuertitur in bonum.

Charitas nō relinquenda. Exemplum.

Eremita hieroſolymitanus abnegauit Christū.

Amori Dei non præcedendum. Exemplum.

Christus nō reliquit hæreditatem præter charitatem. Ioan 14.

Charitas tota hæreditas Christi.

Digitized by Google

Charitas quibus rebus emitur.

quod non poteſt emi tuis pecuniis neque aliquibus rebus temporalibus, neque corporalibus, neque aliquibus rebus ſpiritualibus: quia iſta talia temporalia, vel corporalia, ſiue ſpiritualia non ſunt tua: dic quæſo, quid habes, quod non fuerit tibi à Deo conceſſum, & quod à Deo non acceperis, & quod non ſit ipſius Dei, & certè tu non potes emere aliquam rem pecunia, vel re alia, quæ non ſit tua. Vnde ſi tu ires ad aliquem mercatorem, & velles emere ab eo partem aliquam panni, & facto pretio, tu dicis, dimitte me ſumere de tua capſa pretium, quo emi iſtum pannum, quia de tuis pecuniis volo tibi ſoluere, certè mercator ille dicet: Amice ego volo, quod ſatisfacias mihi de tuis propriis denarijs, & non de meis, quia perderem pannum meum: nam amor non poteſt emi denarijs, quia denarij ſunt Dei; nec poteſt emi veſtibus, nec domibus, nec poſſeſſionibus, neque equis, vel ſeruis, neque filiis, quia ſunt Dei: nec emitur corporalibus; quia oculi, manus, pedes, omnia corporalia ſunt Dei, & nobis à Deo conceſſa: ſed nec poteſt emi amor iſte diuinus ſpiritualibus, quia nec anima, quia ipſam, & memoriam, intellectum, & voluntatem habuiſti à Deo, & ſunt Dei: ſed poterit emi ſapientia, vel humilitate, vel prudentia, vel iuſtitia, cæteriſque aliis virtutibus; certe non, quia omnia iſta etiam ſunt Dei, & à Deo nobis conceſſa, quo ergo pretio poteſt emi iſtud aurum, & iſta merx? Certè ego reſpondeo tibi, quod tu non potes emere iſtam mercem, niſi tuis peccatis: nec eſt mirum, ſi ſpernitur iſta merx, quia emitur tam vili pretio; nec mireris, quia hoc eſt verum: nam omnia bona ſunt Dei, & omnia mala, & peccata ſunt tua; quia illa non ſunt Dei, ſed tantum tua, & nihil aliud potes habere, quod tuum ſit ad expendendum; & non aliud pretium Deus requirit à te niſi quod tu des illi tua peccata. Quis ergo poſſet cogitare, quod quanto plura peccata tu habes, tanto maiorem denariorum numerum, & plures aureos & maiorem theſaurum tu habes ad emendam iſtam mercem, & probo tibi per Dauid prophetam dicentem. *Confiteor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*; ecce qualiter peccata ſunt noſtra, quia dicit, *peccati mei*. Sed ipſe Deus vult etiam marſupium, in quo reconduntur tua peccata, quibus emitur iſta mercatura amoris diuini, ſcilicet tuum cor, &c.

1. Cor. 4.

Omnia à ſolo Deo conceſſa.

Omnia pertinent ad Deum.

Amor non emitur pecuniis noſtris nec corporalibus nec ſpiritualibus quia Dei ſunt & à Deo cõceſſa omnia.

Charitas non emitur ſapientia, humilitate, &c. quia ha virtutes ſunt Dei.

Pſalm. 31.

Et antequam vendat ipſe Chriſtus ſuam mercaturam oportet quod interueniat mediator, & ſcrutetur pecuniæ quantitatem quam habes ad expendendam, & ratiocinetur hinc inde antequam concludatur, & poſtquam mercator ſcit intentionem tuam, ipſe accipit pretium, & dat tibi in mercaturam ſuam. Vnde Propheta & ſacerdos, qui eſt mediator inter Deum & te, ratiocinium, quod fit ad emendum iſtud aurum approbatum, eſt confeſſio, quam facis ſacerdoti; pretium & pecunia quam tradis, ſunt tua peccata, quæ reuelas ſacerdoti, & reuelando ipſi in perſona Chriſti recipiuntur tua peccata, & tot peccata quot reuelas, tot denarios tu ſoluis; & quanto plura peccata tu habes, & ea confiteris pro tanto pluri pretio tu emis, & habes plures denarios ad emẽdum iſtam mercem. Et caue ne latites, & retineas aliquẽ denariũ, quia vult omnes denarios quos habes; hoc eſt, quod tradas omnia peccata tua, quia ſi non tradas confitendo omnia peccata tua, tu nunquã emes illud aurum: nec poteſt aliquo modo falli, quia ipſe ſolus eſt ſcrutator cordium, & videt intima cordis, neque purgat animam à peccatis, niſi vendat, & reddat charitatem ſuam. Et nullus eſt, qui ſe poſſit abſcondere à calore eius & iſto modo vnuſquiſque poteſt emere charitatem Dei, quia ipſa emitur omni minimo & vili pretio; quia nullus eſt, qui non habeat aliquid ad diſtribuendum de iſta pecunia, & dico quod ipſe mercator Deus vult etiam crumenam ſcil. cor, *cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies*. Sed poſtquam emiſti iſtam mercaturam charitatis amoris diuini, oportet

Peccatis noſtris emitur charitas.

Omnia mala & peccata noſtra ſunt.

In confeſſione omnia peccata confitenda.

Peccata noſtra pecunia qua emitur charitas.

Deus ſcrutator cordiũ eſt.

Pſalm. 18.

Cor noſtrum eſt crumena peccatorum.

Pſalm. 50.

te eſſe ſapientem ſollicitè & attentè cuſtodiendo aurum ignitum, & comprobatum poſtquam effectus es diues, & locuples: quia non minus eſt labor, quam ſcire parta tueri, &c. Vnde nota tres cognitiones ſiue plures, quibus poteris clarificare lumen tuũ intellectus ad bene videndum, & cuſtodiendum iſtud aurum taliter emptum, vt ſupra, & *vnge collyrio oculos tuos*, nam vt ſupra dixi, collyrium eſt puluis, ex quo cum oleo ſimul mixto fit vnguentum, ex quo vnguntur oculi, & clarefacit viſum.

Apo. 3.

Collyrium quid.

Cognitiones quibus cuſtodire poſſũ charitatem.

Charitatis conſeruandæ modi plures.

Memoria creationis noſtra Collyriũ eſt.

Primus puluis iſtius veræ cognitionis eſt *memento homo, quia puluis & in puluerem reuerteris*: quaſi dicat, fac me recordari, quia ſum puluis, & in puluerem reuertar, & hoc viliſſimum habeo in me: quia fecit Deus hominem de limo terræ; & ſunt tres cognitiones. Prima eſt cognitio Dei, ſecunda tui, tertia cognitio proximi: quia tu debes cognoſcere Deum plaſmatorem tuum, & creatorem tuum, & debes etiam orare flendo, & lacrymando, vt parcat tibi, & cognoſcere te viliſſimum puluerem eſſe, & reuerſurum in eundem. Tertia eſt cognitio proximi amando proximum, ſicut te ipſum, & ſubuenire in neceſſitatibus ſuis. Sed quid dicam de Iudæis, an ſunt Chriſti noſtri, &c. circa quos quia audio, quod in hac ciuitate Paduæ ſunt multi Iudæi, aliqua de eorum conuerſatione, & aliquas veritates de ipſis dicere volo. Prima veritas eſt, quod quandocunque tu bibis & comedis cum Iudæis, tu ſemper peccas mortaliter, vt in c. ſæpe, de Iudæis, & 27. q. 1. de Iudæis Nam ſicut eſt prohibitum eis comedere nobiſcum: ita eſt prohibitum nobis comedere cum illis. Secunda veritas eſt, quod non licet alicui infirmo ad ſanitatem recuperãdam vti aliquo Iudæo: dico quia ſemper peccat mortaliter, vt in c. nulli, & in c. omnes, c. q. 1. Tertia veritas, quod non licet intrare balneum cum Iudæis, vt in dictis iuribus allegatis. Quarta non licet Iudæis, ampliare, vel de nouo facere ſynagogas: ſicut ſcio factum fore contrarium in hac ciuitate, vt extra de Iudæis. c. Iudæ. Quinta veritas eſt, quod diebus quibus legitur Paſſio Domini, debent ſtare clauſi, ne ſuſurrent de Paſſione Chriſti, ibi. Sexta veritas eſt, quod in qualibet terra, Iudæi debẽt portare aliquod ſignũ, per quod cognoſcãtur Iudęi à Chriſtianis. Sed miror, quare nõ portãt hîc, Vicẽtiæ, & Veronæ ſigna, vt cognoſcantur, Et volens informari, dictũ eſt mihi quod habent priuilegiũ à Papa. Et ſunt quidã dicentes quod Papa non poteſt id cõcedere cõtra 4. concilia. Sed de hoc nolo agere cõtra determinationẽ Papæ. Sed ciues deberent prouidere ſuper hoc, & aliquid de ſigno ſtatuere: ratio eſt: quia ſi non habent ſignum, ſe immiſcent mulieribus Chriſtianis; & eſt contra c. nonnulli, de Iudæis. Et ipſi Iudæi ſi credunt ſuam fidem fore meliorem, deberent portare ſigna vt cognoſcerentur, & nõ deberẽt verecundari cognoſci pro Iudæis; ſed nil aliud vult dicere, niſi quod conſcientia remordet eos, ſpernendo fidem ſuam: & bene faceret communitas ſupplicare Papæ, quod non obſtante priuilegio eis indulto, concedere, quod poſſint cogi geſtare ſigna; ita incogniti poſſunt ſe immiſcere cum fœminis Chriſtianis, vel Chriſtiana quoties ſtat domi cum Iudæis famulando eis, toties peccat mortaliter: quia eſt prohibitum, de Iudæis, cap. Iudæi cum Iudæis, contra iſtas, quæ nutriunt, & lactant filios Iudæorũ ſimiliter in illis, quę obſtetricant, ſeu lauant pueros, & fœtus Iudæorũ, ſtando & comedendo in earum domibus, peccant mortaliter: nec licet ipſis obſtetricibus accipere pecunias à Iudæis eo quod lauerint filios ſuos, ſi ſunt vſurarij: quia illæ pecuniæ ſunt aliis obligatæ. Septimo quæro, nunquid liceat tonſoribus, procuratoribus, obſtetricibus, aduocatis, medicis, & huiuſmodi perſonis accipere ſalariũ laborũ à Iudæis vſurariis, ſeu à Chriſtianis vſurariis, nihil habẽtes aliud quàm de vſura. Thomas dicit, quòd ſiue tales Iudæi, & Chriſtiani habeant aliquid non acquiſitum de vſura, tamen ſi eſt obligatum aliis pro vſuris acceptis, quòd non licet aliquid

Cum Iudæis bibere & comedere peccatum mortale.

Infirmo non licet vti Iudæo medico alioquin peccat mortaliter.

Balneum intrare cum Iudæis non licet alioquin eſt peccatum mortale.

Synagogas nouas conſtruere aut ampliare non poſſunt Iudæi.

Iudæi recluduntur in die paraſceues.

Iudæi ſignum diſtinctionis à Chriſtianis ferre debent.

Nutrices lactantes filios Iudæorum peccant mortaliter.

Obſtetrix nõ poteſt recipere pecuniam à Iudæis.

Salarium laborum vſurariũ cõparatum vſuris non poteſt recipi.

Digitized by Google

aliquid accipere à talibus, quia accipit illud, quod eſt alteri obligatum: multo ergo minus licet accipere aliquid ab eo qui omnia habet ex vſuris: quia accipit quod eſt alterius,& alteri obligatum: tamen nutrix ſeu obſtetrix poteſt eleuare filios Iudæorum, & vſurariorum ſine aliquo præmio: ſed non licet eis ſeruire, vel ſecum comedere, nec ſtare domi, vt dixi. Similiter medicus poteſt mederi Iudæo, & vſurario ſine præmio, quia peccatum in talibus eſt recipere ab eis aliquid, quod ſit alteri obligatum. Vnde nota duo genera ſeruitiorum in talibus: quia ſi eſt tale ſeruitium, propter quod vſurarius non efficitur impotens diuitiis, quia tu das tuum pannum,& ipſe dat tibi pretium: vel das illi alias res minoti pretio, pro quo non efficitur impotens: quia habet à te rem æquiualentem pretio tibi dato, & tunc tu potes illud facere ſine peccato, vt alio modo, quam effici impotens: ſicut ſi notarius ſcribit illi: vel procurator, vel tonſor, ſiue medicus, & huiuſmodi, quia recipiendo ſalarium, vel præmium ab eis, diminuitur eorum ſubſtantia aliis obligata, quia nõ recipiunt rem aliquam, quæ recipiat fruitionem, ſeu æquipollentem, nec venit illis in bonis aliqua vtilitas, & tunc eſt peccatum. Octauo quæro, quid debet fieri de eo, quod tu recepiſti à Iudæo & vſurario. Reſpondeo quod tu debes illud reſtituere, vt aliàs tibi dixi. Sed ante debeo reſtituere vtilitatem ipſi Iudæo, vel Chriſtiano vſurario. Reſpondeo, quod in Chriſtiano facito ſicut alias tibi dixi: ſed quia Iudæus nunquam eſt aptus reſtituere, nec tenetur licitè. Thomas dicit, quod tu non debes reſtituere Iudæis, ſed illis qui fuerunt damnificati ab illis Iudæis per vſurariam prauitatem; ſed ſi aliquando recepiſti damnum aliquod à Iudæis, tu potes de illo lucro tantum retinere quæſitum quantum fuiſti damnificatus à Iudæis,& ab inde ſupra tu debes omnia reſtituere;& ſi neſcis damnificatos, tunc debes reddere pauperibus Chriſti, vel vertere in pios vſus. Nona veritas, nunquid liceat recipere illud quod tibi donat Iudæus; Reſpondeo, ſi eſt vſurarius non. Idem in Chriſtiano fœneratore: & ſi recipis, debes reſtituere damnificatis ab eis per vſurariam prauitatem, vel vt ſupra dixi. Decimo quæro, ſi Iudæus vult effici Chriſtianus,& haberet multa bona, quid debet fieri de illis bonis? Et vtrum poſſint illi dimitti illa bona? Aut habuit de vſuris,& tunc plurimi dicunt reſtitui debere malè ablata his à quibus extorta fuerunt per vſurã:& ſi aliqua bona incerta ſuperſunt, & tunc de illis incertis dominus Epiſcopus poteſt illi prouidere, dando illa amore Dei ei, ſi nõ reperiuntur cuius fuerint, ſicut ipſe Epiſcopus daret aliis Chriſtianis pauperibus. Sed quæro, nunquid recipientes azyma à Iudæis peccent;& dico, quod peccant mortaliter. Item quæro, nunquid locando domos Iudæis peccent. Et dico, ſi tu locas domos tuas Iudæis vſurariis, & ſimiliter Chriſtianus ad vſum vſurarum, tu peccas mortaliter. Tertiodecimo quæro, vtrum ſacerdos poſſit petere decimas à Iudæis, ſub cuius parochia ſtant; & reſpondeo quod ſic, vt in c. Quartodecimo quæro nunquid liceat benefacere Iudæis, & amare eos. Reſpondeo, quod in iis, quæ concernunt amorem generalem, licet eos amare: Sed in his, quæ concernunt amorem ſpecialem, non: ſed fuge amare ipſos ſpeciali amore. Et ideo ſi concedis ad penſionem domum, vel ſtationem Iudæis, vt fœnerentur, tu teneris ad reſtitutionem, & peccas mortaliter. Vnde cauete vobis à prædictis, quæ ideo hic tetigi propter multitudinem Iudæorum, qui regnant in hac ciuitate, vt ſitis ſapientes à conuerſatione eorum.

Medicus nõ poteſt mederi Iudæo & vſurario cum pretio & præmio.

An reſtitutio faciẽda Iudæo & vſurario.

Iudæus vſurarius nihil poteſt dare.

Nihil recipiẽdũ eſt à Iudæo vſurario.

An Iudæus effectus chriſtianus dimittere omnia bona debeat.

Azyma recipiẽtes à Iudæis peccant mortaliter.

Iudæos amare poſſunt Chriſtiani amore generali nõ ſpeciali.

TERTIA PARS PRINCIPALIS,

De pulchritudine charitatis.

SEquitur tertia pars prædicationis noſtræ, quæ eſt pulchritudo, quæ notatur per illa verba, *& cuſtodiã illam in toto corde meo*, ſc. charitatem, & legem amoris. Et hoc eſt, quod Ioan. dicit. *Et veſtimentis albis induaris.* Nam veſtis eſt triplex, ſiue tria ſignificat. Primo, quod eſt habitus bonæ virtutis. Secundo eſt honeſta, quæ ſignificat bonam voluntatem, quia bene faciendo & bene operando, tenet te calidum & feruidum in amore Dei taliter, quod moriendo tu reperis te habere ita habitum bene viuendi, quod etiam bene morieris,& & reddet te in omnibus honeſtum. Tertio tenet te ita calidum, quod quanto melius operaris, & melius ſeruas charitatem, &, gratiam tibi datam. Et ſic eris ſapiens quantum ad te, & honeſtus quantum ad proximum: & conſequeris iuſtitiam quoad Deum, qui miſeretur noſtri, per ſuam miſericordiam, Amen.

Veſtis tria ſignificat.

DE CONSCIENTIA Decepta.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de Conſideratione operariorum malorum, tres habet principales partes.

Prima pars principalis,
Tractat de malorum reſpectu mentalium dolorum retributione.

Secunda pars principalis,
De male operantium corporali punitione.

Tertia pars principalis,
De animæ & corporis æternalibus tormentis.

Sermo IV.

VOCA *operarios, & redde illis mercedem ſuam*, Matt. 20. capit. licet ſcriptum ſit, nullum bonum irremuneratum,& nullũ malũ impunitum: tamen principale propoſitum Chriſti eſt remunerare abundãter bonos. Reperitur etiam quod punit malos, & poteſt intelligi de operariis bonis,& malis. Sed vult hic tractare de operariis malis: Vnde in Apoc 14. cap. ſanctus Ioannes dicit. *Si quis adorauerit beſtiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua,& hic biberit de vino ira Dei, qui mixtus eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabitur igne, & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum agni,& c.*

Matt. 20.

Apoc. 14.

Hæc eſt ſapientia ſanctorum, qui cuſtodiunt mandata Dei,& c. Vnde ſciendum, quod triplex eſt retributio malorum. Prima eſt retributio dolorum mentalium Secunda eſt retributio pœnarum corporalium. Tertia eſt retributio tormentorum æternalium corporis, & animæ.

Triplex retributio malorum.

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

De retributione malorum reſpectu mentalium dolorum.

IN prima retributione dolorum mentalium notantur tres veritates.

Digitized by Google

Dolores mẽtales malorũ tres ſunt.

Prima eſt transgreſſionis, & offenſionis adorando *beſtiam, & imaginem eius*, &c.

Secunda eſt punitionis, ibi *& hic biberit de vino iræ Dei*, &c.

Tertia eſt menſurationis pœnæ, & culpæ, quam habet anima; ibi, *& cruciabitur igne & ſulphure*, &c.

Animal & beſtia differunt.

Animal quid ſit, beſtia quid ſit.

Et nota quod animal & beſtia differunt valde. Nam animal eſt, quod ſenſualiter viuit, & nil ſentit de Deo: beſtia eſt animal crudele, vt lupus, leo, aper, vrſus, & huiuſmodi, & per beſtialem amorem: & ſic diabolus poteſt dici beſtia, quia ſemper quærit fallere animas: & mundus poteſt dici beſtia, & qui diligit mundum pluſquã Deum, dicitur beſtia: & ille adorare dicitur beſtiam, & ſi plus diligit diabolum quam Deũ, diabolus dicitur beſtia, & ille adorat beſtiam: & ſic de aliis; vnde non omne apparens eſt exiſtens; quia amare imaginem mundi, videlicet beſtialem concupiſcentiam carnis, vel oculorum, vel malorum morum, & vitæ brutalis, & cuiuſlibet alterius apparentiæ, iſta talia ſunt imagines, & recipere characterẽ in fronte, & facere plus voluntatem mundi & diaboli, quã facere volũtatẽ Dei: ſic faciunt mulieres, quæ ornant filias, ponendo in fronte filiarum ſtibium, & fucum, & ſuper earum capita comas mortuarum, & depilant earum facies, ſunt earum deprædatrices. Nam iſtæ tales adorant beſtiam, & amant imaginem eius, ſcilicet mundi, & beſtialem concupiſcentiam. Vnde caueat, quoniam infernus tales expectat, *& cruciabuntur igne & ſulphure*. Vnde qui adorauerit beſtiã, &c. *Hic habet de vino iræ Dei*. Vnde debemus conſiderare triplex vinum, Primum dicitur gratiæ, & iſtud eſt clarum, dulce, & potens, ſecundum eius ſignificationes. Secundum dicitur vinum culpæ. Tertium eſt vinum gloriæ.

Beſtia ſignificatur amor tertius.

Imaginẽ mũdi amare quid.

Vinum triplex eſt.

Vinũ gratia Dei quid.

Vinum ſeu culpa ſeu ira quid.

Ignorantia quid.

Stultitia quid.

Vinum gratiæ Dei eſt, quando anima inebriatur vino Dei, per fidem, charitatem, & claritatem virtutum, guſtando de illo vino gratiæ Dei, dulci, claro, ſuaui, & potenti, quod aſſimilatur vino maluatico de Tyro, & huiuſmodi pretioſis vinis.

Vinum culpæ, eſt ignorantia, & ſtultitia hominis. Ignorantia, quando non conſiſtit in veritate, fide, & charitate, & in cæteris virtutibus. Stultitia, quando operatur malitiam, vitia, & falſitates. *Vnde hic bibet de vino iræ Dei*, quod eſt amarum, debile, & tenebroſum.

Vinum gloria.

Vinum vero gloriæ eſt videre, & guſtare diuinam ſapientiam, facie ad faciem, & eſt ſuauiſſimum, & luminoſum, vinum potens, eſt diuina miſericordia, præmium fidei, & cognoſcere Deum, videre Deum, tollere ipſum, & frui Deo in Paradiſo ſine fine.

Timor triplex.

Timor gratia quid.

Timor culpa quid.

Timor gloriæ quid.

Corpus glorioſum & lucidũ quomodo.

Vinum iræ Dei quid operetur.

Quæ quidem in hoc mundo ſeruanda ſunt cum magno timore, qui timor eſt triplex, quia quidam timor eſt gratiæ, qui eſt clarus, dulcis, ſuauis, & potens. Secundus eſt timor culpæ, & iſte eſt debilis, terribilis, amariſſimus, & tenebroſus. Tertius eſt timor gloriæ, & iſte eſt luminoſus, & timoratus. Nam ſi quis biberit de vino gratiæ Dei & gloriæ, illud tale vinum deſcendit ab anima in corpus, & illud corpus efficitur lucidum, & glorioſum cum anima participando, & communicando ſimul; & efficitur Deus, & participat cum Deo de eius diuinitate, & ſummo bono. Anima vero bibens de ira Dei, ſeu de vino iræ Dei: Illud vinum iræ Dei deſcendit ab anima in corpus, & diffunditur per ipſum corpus, & tunc illud corpus efficitur opacum, paſſibile, craſſum, grauiſſimum, & tenebroſum; & efficitur quod diabolus in furore iræ Dei veniet, & ſemper debilitabitur, & cruciabitur æternaliter. Vinum dulce mundi ſunt diuitiæ, pulchritudo, ſanitas, &c. Et quãto plus homo delectatur in diuitiis, & delectationibus huius mundi, tanto minus participat de rebus diuinis. Calix in quo ſtat iſtud vinum, ſignificat menſuram, iræ Dei. Vnde nota duos calices; vnum à dextera, alterum à læua. Et iſte calix ſtat in manu Dei, & potes bibere de quo malis. Et vnus eſt dulcis, alter eſt amarus; & dedit tibi liberum arbitrium. Nam ſi bibis de calice dulci, & bene operaris, tantam gloriam conſequeris, quantum eſt præmium tui boni operis. Et ecõuerſo ſi male operaris, reperies tantam pœnam æquipollentem tuo ſceleri. Et quanto diabolus inducit te ad peccandum, & fornicandum, ex quo ſequitur tibi pœna, tunc irridet te: vndè caue, ne in fine mortis tuæ diabolus te irrideat in puncto mortis, & ne trahat te de morte corporali ad mortem æternam quia mors corporalis tantum differt à morte æterna, quantum mors picta differt à morte corporis.

Mundi vinũ quale ſit.

Homo quãto magis delectatur terrenis, tanto minus de diuinis participat.

Mors corporalis tantũ differt à morte æterna quantũ mors picta differt à morte corporis.

Secvnda Pars Principalis,

De punitione corporali malè operantium.

SEquitur modo videre de pœnis, & punitione ſeu mercede male operantium. Vnde nota hîc tres veritates.

Prima veritas eſt, cum quo punientur damnati.

Secunda veritas eſt, vbi punientur damnati.

Terria veritas eſt, quomodo torquebuntur damnati.

Dãnati igne puniuntur.

Quantum ad primam veritatem, dico quod damnati punientur igne, & ſulphure, ſc. in fœtore, qui ſignificat per ſulphur tribulationẽ pungentem per ignem. Et nota duas pœnas tormentorum vniuerſales in inferno, vna eſt reſpectu corporis, ſc. ſulphur; & alia reſpectu animæ ſc. ignis, vltra alias pœnas infinitas particulares: quia ſicut ſunt quatuor dotes beatorum, ſcilicet leuitas, & luciditas, fulgebunt iuſti in regno cœlorum. Tertia eſt impaſſibilitas, quia ſicut corpus in hoc mundo eſt animale, & paſſibile: Ita in alio mundo corpus beatificum eſt ſpirituale, & impaſſibile. Quarta eſt ſubtilitas quia penetrabit murum, & ferrum ſine ruptura ad inſtar Solis penetrantis vitrum: Ita per contrarium corpus damnatum habet quatuor dotes. Prima eſt grauitas, quæ eſt contraria leuitari beatorum, quia vnum corpus damnatum ponderat plus, quam ſi totus mundus, & quæ in eo continentur, eſſent ſimul collecta in vna maſſa plumbi: & in tantum ponderat, quod ſi eſſet in cœlo empyreo frangeret omnes cœlos, & perforaret terrã, & tranſiret vſque ad infimum centrũ abyſſi ad locum ſibi deſtinatum. Secunda dos eſt obſcuritas, quæ eſt contraria luciditati beatorum: quia vnum corpus damnatum excedit omnes tenebras huius mundi. Tertia dos eſt paſſibilitas, quæ eſt contraria impaſſibilitati beatorum ſpirituum: vnde corpora damnatorum ſunt nata receptibilia paſſionum, quod ſi tu tangeres vnum corpus damnatum in quacunque parte illius corporis cum vno capillo, haberet tantam paſſionem, & maiorem, ſi maior cogitari poteſt omni paſſione, quam homo viuens pati poſſet ad inſtar habentis vnũ vulnus in loco neruoſo, ſicut ſi tangitur neruus cum vno filo, generatur dolor quaſi ſpaſmaticus. Ita generatur dolor ſpaſmaticus in toto corpore damnato toto paſſibili. Quarta dos eſt, quia eſt craſſum contrarium ſubtilitati corporis glorificati. Nam vnum corpus damnatum eſt adeo craſſum, quia ſi totus mundus eſſet vna porta, non poſſet inde pertranſire; ſed qualiter iſta intelliguntur, alias dicetur veracibus rationibus; & ſemper aqua peſtifera, ignis, ſulphur, & omnis ſpiritus tempeſtatum ſuper damnatis inceſſanter pluit. Secunda veritas, vbi punientur damnati, & certe in inferno. Nam totum corpus ratione ſuarum principalium partium affligetur, quia anima odiet corpus, & corpus odiet animam, & ipſam abhorrebit, & omnes partes corporis ſimiliter ad inuicem erunt diſcordes & appetent ſeparari ab inuicem, nec poterunt diſſolui: vnde oportebit affligi vtrunque, ſcilicet anima, & corpus. Corpus quidem, quia à ſua anima torquebitur in æternum: Anima verò, quia recolet, & intelliget corpus ſuum in æternum torqueri, & diligot naturaliter habere gloriam, quam deſperabit attingere. Item erit pœna in corpore ratione elementorum contrariantium ſibi

Sulphur pœna corporis dãnatorũ, ignis pœna animæ damnatæ.

Damnati dotes quatuor habebunt.

Beatorum dotes ſunt contrariæ dotibus damnatorum.

Infernus in quo loco dãnati punientur.

Corpus & anima affligentur in inferno ratione.

Digitized by Google

contrariantium sibi ad inuicem, & sic quælibet pars corporis, respectu elementorum adinuicem contrariantium in toto corpore totam quamlibet partem, quas corporis damnati affliget, & cruciabit, & sic sine corruptione, semper in æternum quæret vna pars corporis se ab inuicem separare, & se mutuo corrumpere. Item erit alia pœna, quia tota operatio naturæ corporis damnati peruertetur in contrarium circa materiam, & formam: quia vbi proprium formæ est agere, & proprium materiæ pati, secundum naturam ibi erit per contrarium. Item est & alia pœna, quia ille ignis, qui cum aliis elementis continet illud corpus, fortificabit vires suas ratione coniunctionis flammæ infernalis, hęc autem fortificatio erit contra aquam, & contra terram, & contra aerem, quibus ipsum corpus est ligatum. Et quoniam aer, aqua, & terra non potuerunt sub illo igne consumi, multiplicabitur corporis pœna: & sic econtra per singula de cæteris elementis. Item est alia pœna, quia in inferno omnes partes corporis, alia contra aliam appetet solatium, & sic habebit homo appetitum comedendi, bibendi, infrigerandi, calefaciendi, quiescendi. Ita quod pars corporis inquantum erit frigida, appetet calefieri, & humefacta desinet econtrario. Et erit iste appetitus mutuus sine fine, videlicet in æternum. Ita quod appetitus semper erit appetibilis, & nunquam attingibilis ad id, quod appetet. Item erit alia pœna, quia anima omnes pœnas animales spirituales, & intellectuales suas administrabit corpori in sua radicali, & maiore sensualitate, & econtrario. Item erit alia pœna, quia in partibus corporis, in quibus frigiditas dánatur, tunc caliditas intensa summis cum doloribus prævalebit, sicut est in cerebro, & in partibus corporis, vbi calor est radicalis: sicut in corde, vbi intensa frigiditas dominabitur; & in cerebro, vbi intensus calor prævalebit; & sic in cæteris membris. Item erit alia pœna: quia elemẽta quæ sunt in corpore humano concordantia, & operantia actus suos in hac vita ad sustẽtationẽ corporis, secundum regulas naturę, & Dei, in inferno vnũquodque secundum suam ferocitatẽ naturæ fortificabit vires suas ad affligendũ illud corpus, & nunquã corrũpent illud, licet crucient ipsum: Vnde ibi est dolor & stridor dentiũ peremptis sine fine in omni discordãtia, & peruersitate. Et quia contrariorum eadẽ est disciplina, considera per omnia esse contrarium in paradiso in omni concordantia. Item nota, quod illa regula fallit in inferno, quæ dicit: Quod solatium est miseris socios habere pœnarum: quia quanto plures sunt damnati, tanto magis augentur pœnæ ipsis damnatis: sicut in paradiso, quanti plures saluantur, tanto plura augentur gaudia paradisi. Item habent plures alias pœnas, quas ad præsens omitto. Tertia veritas est, quando torquentur corpora damnata, & ista est secreta valde, vnde verifica per exemplum: vt puta in platea erunt plures, qui comburentur pro sodomitico scelere, hic considera tria genera personarum: vnum est eorum, qui comburuntur; secundum est eorum, qui sunt ita prope ignem, quod sentiunt fumum ignis, sicut sunt lictores, tertium officinæ eorum, qui stant ita longe, quod vident ignem, & fumum, & combustionem eorum, qui patiuntur, & tamen sunt læti in cordibus eorum, & nihil participant, neque sentiunt de huiusmodi pœnis, & fumo, & calore.

Corporis, pœna ratione elementorum cõtrariantiũ.

Appetitus damnatorum semper appetibilis & nũquam attingibilis.

Elementa nõ poterunt corrumpere corpus damnatorum.

Solatium non est habere socios in inferno.

Tertia Pars Principalis,

De tormentis æternalibus corporis & animæ.

MOdo considera tres pœnas hic: vna est pœna animæ substantialis; alia est pœna substantialis corporis; alia est accidentalis, scilicet conuersationis dœmonum: & pix, sulfur, oleum, quæ omnia imponuntur cum aliis nutrientibus ignem, vt pœna sit fortior, & ista est pœna substantialis corporis, & ignis est pœna substantialis animæ, fumus est pœna accidentalis sociorum, & fumus vnius transit ad alium, & econtrario. Ita quod vnusquisque sentit fumum, & tormenta omnium aliorum, quemadmodum si esset vnus pater cum septem filiis morituris: ipse pater haberet dolorem suum, & omnium suorum filiorum, & econtrario, & dolor vnius transiret ad alium participatione. Ita quod haberet, & sentiret suum dolorem, & participaret de dolore aliorum filiorum suorum, & econtrario; sic est in inferno apud damnatos, & hoc est, quod dicit, quod fumus transibit de sæculo in sæculum, & omnis beatus videt pœnas damnatorum, & hic est fumus in oculis beatorum, & gaudentes, & contemplãtes Deum nil sentiunt de his pœnis, & fumo: & hoc est, quod dicit Dauid. Psalm. 17. *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius:* similiter est in beatis per contrarium, quia in vita æterna omnes recipiunt gloriam substantialem corporis, & animæ, & accidentalem sociorum, cum quibus participant de illa gloria alterutrius, & gloria vnius transit ad alium in omni charitate, amore, & dilectione. Vltima veritas est, quod nisi esset misericordia, & gratia Dei, nullus posset à diabolo aufugere: & nota, quod duo sunt oculi, videlicet dexter, & sinister; oculus dexter est cognitio boni: & sinister est cognitio mali, culpæ, & pœnæ: oculus dexter est præcauere à malo, & à peccato: quia qui mala operatur, mala habebit: oculus sinister est econtra. Item oculus dexter respicit sursum per aera, & oculus sinister deorsum; & sicut auis habens alas, & oculos suos volat agiliter sursum per aera, sic anima seruans decem mandata Dei, & virtutes, volat ad sidera; & sicut columba non habens alas, neque oculos, capitur faciliter: sic anima carens virtutibus, & non cognoscens Deum, nec habens oculos veritatis, fidei, & charitatis, velut cæca capitur à diabolo, & corruit ad inferos, vbi habet mercedem suam, scilicet tormenta exterminata supra scripta, & vnusquisque recipit mercedẽ suam, scilicet boni, & mali, secundum quod operatus fuerit in hoc mundo: Vnde voca operarios, & redde illis mercedem suam, quod fuit thema impositum, operemur itaque taliter, quod consequamur in hoc mundo gratiam, qua mediante possimus peruenire ad gloriam. Amen.

Pœna est substãtialis animæ damnatæ qua.

Pœna accidentalis dãnatorũ qua.

Beati vident pœnas dãnatorum.

Psal. 17.

Beati omnes gloriam substãtialem & accidentalem animæ & corporis recipiens.

Oculi dextri & sinistri significatio.

Similitudo auis habentis alas & oculos, qua fertur sursum. Anima non habens alas & oculos non fertur sursũ.

DE VITIO TEPIDITATIS.

SYNOPSIS
Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Tepiditatis vitio, tres habet præcipuas partes.

Prima pars principalis,
Est de gratia animam vocante.
Secunda pars principalis,
De anima gratia vocanti respondente.
Tertia pars principalis,
De amore qui reperitur inter Deum & animam mutuo & eorum cœna.

Sermo V.

Matth. 20.

MVLTI *sunt vocati, pauci vero electi.* Matth. 20. cap. Verissima, & admirabilis sententia. Multis modis vocat Deus animam, quos potes intellectualiter videre, ponderare, & mirabiliter considerare, & meditari in Apoc. 3. cap. *Ego quos amo, arguo, & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age; Ecce sto ad ostium, & pulso; si quis audierit vocem meam & aperuerit*

Anima multis modis à Deo vocatur.

Apoc. 3.

Digitized by Google

Amoribus tribus Deus animam vocat.

aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum, &c. Istud eloquium est secretum valde, in quo nota tres amores, & tres modos, quibus Deus vocat animam. Primus amor est, quem Deus habet circa animam ipsam semper vocando; secundus amor est animæ ad Deum illi respondendo; tertius est amor, qui est inter Deum, & animam cœnando simul.

Prima Pars Principalis,

De amore quo Deus animam vocat.

Amoris Dei signa tria.

1.

2.

3.

Correctionem sustinere signum amoris Dei.

Tribulationes ferre patienter est signum amoris Dei.

PRimus amor est semper ipsam animam vocare. Ibi, *multi sunt vocati.* Et nota hic tria signa, per quæ poteris considerare, & scire, si Deus te diligit: & econtra, si Deus te odit. Primum signum est, quando homo videt, & sentit se multis tentationibus perturbari: secundum signum est, quando homo sustinet patienter reprehensiones: tertium signum amoris Dei est, quando homo fert tribulationes patienter. De primo signo considero, quam mirabiliter est absconsum in cancello illius eloquij, *quos amo, arguo*, &c. Ad cuius intelligentiam nota tria genera hominum exosorum à Deo. Et tria genera hominum amatorum, quæ verifica per exemplum: Ecce sunt duo domini, qui ad inuicem faciunt bellum, & vnus est potentior altero: potentior inuadit regnum minus potentis. Modo considera tres varietates hominum inter subditos istius Domini inuasi minus potentis, quia aliqui odiunt illum Dominum suum, adeo quod in continenti sine resistentia aperiunt portas ciuitatis inimicis Domini sui, qui venerunt ad obsidendam ciuitatem illam; aliqui magis odiunt illum Dominum suum, quia non solum aperiunt portas illius ciuitatis inimicis Domini sui sine resistentia: sed cum hoc faciunt magna solatia, & festa de perditione status Domini sui: Sunt & alij, qui multo magis odiunt eius Dominum, & isti tales antequam inimici appropinquent eorum ciuitati, quærunt inimicos Domini sui, vt veniant, & mittunt eis claues, antequam appropinquent, & successiue introducunt eos in iubilo. Econtra sunt tria genera amicorum, quia aliqui ciues, quãdo veniunt inimici eorum Domini circa ciuitatem, se viriliter defendunt, & dimittunt dare insultum, & comburere domos, & tandem fessi petita venia à Domino suo se reddunt. Alij plus diligunt, & isti tales non solum se viriliter defendunt, & dimittunt comburere segetes, frumenta, & comburere omnia ædificia villarum, sed etiam dimittunt se obsidere vsquequo oportet eos comedere canes, equos, feles, & mures; & tandem quando non habent quid comedant licet inuiti, tamen se reddunt. Alij multo plus diligunt eorum dominum in tantum, quod dimittũt non solum se prædari, & comburere omnia, sed permittunt se fame, igne, & peste cruciari, immo & personas violare, & se interfici, & occidi priusquam velint se reddere, & perdere. Deus odit ista tria genera hominum, quorum aliqui cum eis superuenit aliqua tentatio carnalis concupiscentiæ, vel auaritiæ, seu alicuius alterius sceleris, sine resistentia aliqua aperiunt illi ostium conscientiæ, & intromittunt hostes, & istos odit. Aliqui nõ solũ aperiunt ostium conscientiæ malis tentationibus, sed cum gaudio, & delectatione intromittunt hostes malorum operum. Et istos tales magis odit Deus: Alij qui non expectant tentationes, sed quærũt tentationes, & cõsentiunt ipsis: & licet natura non requirat, quærunt satiare eorum peruersum appetitum, & tales multo magis odit Deus. Sequitur modo triplex genus amatorum à Deo; quia aliqui contra tentationes pugnant, & tandem consentiunt, & tales diligit Deus tantum, quantam resistentiam faciunt aduersus tentationes. Aliqui contradicunt tentationibus, & sustinent multas aduersitates, sed tandem consentiunt, & cadunt, & tales magis diligit Deus. Aliqui vero sunt, qui semper resistunt, & omnia mala sustinent, & tandem violenti cadunt, & isti sunt philocapti de Deo: & istos multo magis diligit Deus; & per hoc considerabis, & perpendere poteris, quando Deus te odit, vel diligit: quia *quos amo arguo, & castigo:* & sic habes primam veritatem. Secundum signum, per quod perpendes, si Deus te amat, est quando tu sustines patienter tentationes, & varie vtitur Deus ad arguendos peccatores, quandoque mediante prædicatione, quandoque mediante lectione, & quandoque mediante inspiratione per medium prædicationis: quia mittit Deus sæpe prædicatores, vt increpent vitia, vt audientes conuertantur ad eum, quandoque medium lectionis, quia inclinant peccatores ad legendum libros aliquos deuotos, & aliquando illuminat animam peccatoris: & isto modo vocat ad eum; & quando corrigitur peccator, tunc Deus amat illum. Quandoque mediante inspiratione: vt quando ex aliqua inspiratione homo se ipsum reprehendit, & tunc superuenit ei contritio de suis malis operibus, & pœnitens reuersus in se ad instar filij prodigi dicit, quod *mercenarij abundant in domo patris mei, & ego fame pereo.* Et reuersus in se cogitat de iustitia, deinde meditans sua peccata, ponderat iudicium: quia semel post mortem oportet vnumquemque stare ante tribunal Dei, & reddere rationẽ de bono, & malo. Nam iudicium Dei in puncto mortis abyssus multa; non ergo cõfidas in naui rupta quia submergeris: & relinque vitia prius, quam vitia ipsa deserant te, quod aliter faciendo diabolus te vorabit. Tertium signum, per quod tu perpendes si Deus diligit te, est si portas patienter tribulationes, quia *quos amo, arguo*; sed tu poteris dicere, qualis est iste amor, si Deus tribulat amicos suos infamia, aduersitatibus; & tribulationibus? intellige, habet amorem ipse ad instar matris quæ depilat filiam in temporibus, & fronte eleuando ei pilos cum magno dolore: certe mater non facit illud ex odio, sed quia amat eam, vt videatur pulchrior. Similiter potes dicere de matre, quæ purgat tineam de capite filiæ cum magnis doloribus. Nam illud facit propter dilectionem, vt liberetur, & non ex odio. Nam sicus purgat medicus vulnera vulneribus. Sic Deus purgat tineam peccatorum per tribulationes, & aduersitates: & tunc diligit Deus illam animam purgatam, & probatam, tanquam aurum in fornace. Apocalyp. 3. cap. *Quos diligit filios, corrigit, & castigat*, &c. & sic habet tria signa amoris diuini.

Tria genera hominũ amatorũ & exosorũ à Deo. Similitudo.

Deus odit nõ resistentes tẽtationi.

Deus odit eos qui gaudent in tentationibus.

Deus odit quarentes tẽtationes.

Deus amat contra tentationes pugnantes.

Luc. 15.

Rom. 14. & 2. Cor. 5.

2. *Signum an Deus nos amet.*

3 *Signum an Deus nos amat. Tribulationes patienter sufferre est signum amoris Dei.*

Compassio medici. Peccatũ tinea.

Secvnda Pars Principalis,

De anima gratiæ vocanti respondente.

ET econtrario nota tras veritates animæ respondentis amori clamanti Dei. Prima veritas animæ respondentis Deo clamanti, incipere, secunda continuare; tertia perseuerare. *Æmulare ergo* & age pœnitentiam, & intellige *æmulare* in bono, non autem in malo: vnde nota hic tres æmulationes; vna est mortua, & hæc consistit in anima, quæ quando audit prædicationes, quanto plus audit, peius facit, quia non capit illam cum bona voluntate, & desiderio Dei, sed vadit ad prædicationem causa murmurandi, & peiorandi ad instar Iudæorum. Interdum fingebant velle addiscere à Christo, & ipsum interrogabant, vt deprehenderent eum. Secunda æmulatio est frigida, quæ est in illis, qui audiunt prædicationes, & verba Dei, & vellent facere bonum, sed sine labore ad instar illius, qui dixit Christo: *magister quid faciendo, vitam æternam possidebo? Qui respondit, serua mandata, & ille respondit, feci: deinde Christus dixit, Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & reuersus contristatus est.* Tertia æmulatio est tepida, & hæc est in illis qui vellent facere bonum, sed crastinant, dicentes, cras, cras, ad instar corui. Istud dicitur desiderium tepidum, & assimilatur illi iuueni dicenti Christo, habeo voluntatem sequendi

Anima Deo vocanti respondet cum incipit. Æmulationes tres sunt Æmulatio mortua quid.

Æmulatio frigida quænam. Luc. 10.

Æmulatio tepida quænam.

Digitized by Google

sequendi te, sed volo prius sepelire patrem meum: & Christus respondit: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, & istud desiderium melius est, quam desiderium frigidum: & frigidum adhuc est melius, quam desiderium mortuum. Vnde si tu habes desiderium bene faciendi, Deus præstabit tibi gratiam, quod ibis de bono in melius: & illud desiderium tepidum potest dupliciter intelligi: verbi gratia si ponas aquam ad ignem primo efficitur tepida, deinde calida. Volue modo manum, & remoue istam aquam calidam ab igne, primo efficitur tepida, deinde frigida: hic sunt duæ tepiditates, vna, quæ protendit de tepido ad calidum: Alia, quæ protēdit modo retrogrado de tepido ad frigidum. Prima est bona, secunda mala: Æmulare ergo de tepido ad calidū meliorando, & perseuerando amando Deum, si vis quod in te charitas augeatur. Similiter si tu habes duo ligna frigida, frica bene illa ad inuicem, calefient. Ita accidit incipiendo amare Deum, & perseuerando in amore Dei, si non habes charitatem in te veniet: & si habes, augebitur, & multiplicabitur dietim: & similiter accidit in philocapto: quia philocaptus omnia agibilia melius, & feruentius operatur, quàm si non esset philocaptus, quia nil illi videtur difficile. Amor enim istorum, qui vocantur, & respondent, per tres actus ostenditur. Primus in vocatione; secundus in responsione; tertius in cœnando, qui notantur in suprascriptis verbis: *Ego sto ad ostium, & pulso*, &c. Nota, quod ostium habet duas partes; vna pars est intelligere, & cognoscere voluntatem Dei: Alia pars est consentire, & si intelligis, & consentis, tunc aperitur porta, si denegas, tunc clauditur. Vnde quando pulsatur ad portam conscientiæ, conscientia venit ad fenestram, & respicit quis pulsat, & tunc cognoscit, & intelligit pulsantem, & vocantem, si vult consentire, aperit illi portam, & tunc voluntas Dei intrat ad conscientiam: & si denegat consentire, tenet portam clausam, & non aperit, & voluntas Dei non intrat, & sic econtra. Et nota, quod varie, & multis modis vocat nos Deus, & multi sunt vocati, pauci vero electi. Vnde quandoque vocat Deus aliquem ad ostium suæ conscientiæ voce prædicationis, vel lectionis, aut inspirationis; & si subito respondet, ista est optima vocatio. Si vero non respondet, tunc percutit ostium manu, dando illi vocato vnam febrim quartanam, vel aliquam aduersitatem: & si adhuc non respondet, tunc percutit fortius pede; quia morietur ille, vocatus filius, vel maritus, aut vxor, vel ignominia notabitur de adulterio, & huiusmodi in amissione diuitiarum, vel honorum. Et si non audit, tunc percutit vno lapide ad ostiū fortius, & dat illi percussiones magis terribiles; quia accusabitur pro statu, habebit torturas, &c. & habebit subuersionem, perditionem ciuitatis, bonorum, & efficitur pauper, & huiusmodi. Si vero adhuc obaudit, & aperire recusat, tunc Deus percutit ad ostium percutiendo securi mortis æternalis, & amplius non pulsat; sed facit sicut medicus visitans infirmum, & videns quod non est spes salutis de vita infirmi; dicit vxori, date illi quicquid vult; quia habeo ipsum pro derelicto. Vnde caue, ne tardes cum vocaris à Deo, respondere; ne diabolus vocet. Et nota, quod Deus nunquam intrat per gratiam; nisi anima velit, ex quo habemus liberum arbitrium, vbi misericordia fit cum iustitia concurrente cum tuo velle acceptante; sed quando Deus præuenit, tunc est misericordia. Vnde pro regula seruo, quod Deus non intrat sine consensu: tamen Deus videtur intrare quasi per vim quandoque, sed raro, sicut fecit in sancto Paulo; cui in instanti data fuit gratia per singularitatem, quia fuit vas electionis vel melius Deus, quando videtur violare aliquem, seu conscientiam animæ, sine consensu intrat, quod non expectabatur, sicut fecit postquam resurrexit, quando intrauit ad discipulos suos inopinatè; vel quando infudit spiritum Prophetiæ, licet omnino quæratur, vel aliquam singularem gratiam: vnde sunt aliquæ animæ desiderantes trahi ad aliquam singularem gratiam supernaturaliter, & reperiunt se multoties deceptas propter talem earum præsumptionem; sed quando Deus videns, quod illa anima meretur illam gratiam talem supernaturaliter, ei concedit; sed est de raro contingentibus, sicut fuit in beata Virgine Maria, quæ licet non desideraret, & nec reputaret se dignam fieri matrem Dei: tamen Deus omnipotens illam elegit pro eius matre; & hoc est singulare priuilegium, quando coactus trahitur: tamen Virgo gloriosa consentit; Vnde videtur velle consentire, quia Deus regulariter non intrat sine consensu propter liberum arbitrium nobis datum; sed diabolus facit cōtrarium, quia nunquam intrat portam conscientiæ, nisi per vim tanquam rusticus: vnde modo pulsat per luxuriam, modo per suggestionem auaritiæ, modo per acediam, & sic per infestationem omnium tētationum, peccatorum, & vitiorum, & quando induxerit hominem ad peccatum iræ, luxuriæ, auaritiæ, vel alterius peccati, venit ad inducendum eum cum impetu seu vento magnæ potestatis, qui percutit fenestram conscientiæ cum tanto impetu, quod ipsa aperit violenter & proiicitur in terram cum maximo turbine: sed Deus nunquam intrat nisi consentiente anima, & voluntarie consentiente illi fenestram conscientiæ, & ostium eius: quia tunc tanquam nobilis, & curiosus, ac honestus intrat, & facit ad instar solis intrantis fenestram cameræ apertam, qui illuminat subito splendore suorum radiorum totam cameram; sic Deus intrans clarefacit intellectum, & illuminat totam cameram conscientiæ, illi sponte aperientis; quia omni lumine veritatis videt & cernit omnem veritatem.

Matth. 8 & Luc. 9. Desiderium tepidum melius frigido & frigidum melius mortuo.

Tepiditates duæ sunt.

I. *Tepiditatum vna bona, alia mala.*

Amor vocati & respōdentis per tres actus ostenditur.

Ostiū animæ habet duas partes.

Anima quādo aperit.

Vocationes Dei diuersæ. Multifariam Deus nos vocat.

Similitudo Dei deserentis vocatum. Deo vocanti respondendū & obediēdū.

Deus non intrat per gratiam nisi anima velit per liberum arbitrium.

Deus priuilegium demonstrat quando coacte animā trahit & raro fit.

Deus sine cōsensu regulariter non dat tibi gratiam. Diabolus vi & conatu cōsensum animæ trahit.

Similitudo solis intrantis fenestram sic Dei animam.

Tertia Pars Principalis,

De cœna animæ cum Deo & Dei cum anima.

TErtia veritas, seu actus est cœnare cum Deo, postquam intrauit, *& cœnabo cum eo, & ipse mecum.* Cœna est vltimus cibus diei. Nam Deus seruat morem Ianuensem, quia vbi prandet, ibi cœnat, & econtrario; cui Deus dat prandium, & ibi dat illi cœnam. Prādium Dei est consolatio puræ conscientiæ, plenæ gratiæ; & & econtrario delectatio virtutum tenet, quando das tē prandium Deo: sed quando perseueras vsque in finem, tunc das etiam cœnam Deo, quæ cœna est vitæ æternæ, *ad quam multi sunt vocati, pauci vero electi.* Ad quam nos Deus admittat in fine vitæ nostræ per suam misericordiam. Amen.

Cœna vltimus diei cibus.

Prandiū Dei est consolatio pura conscientia.

Perseuerare est cœnare cum Deo.

DE FLAMMIS SEPTEM Amoris.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de septem Amoris flammis, & est in laudem V. gloriosæ quæ ignis diuini in se habuit septem flammas.

Prima flamma.

Earum flammarum ignis diuini vocatur separans.

Secunda flamma amoris diuini.

Transformans.

Tertia flamma amoris diuini.

Communicans.

Quarta flamma amoris diuini.

Jubilans.

Quinta flamma amoris diuini.

Saporans.

Digitized by Google

Sexta flamma amoris diuini,
Compatiens.
Septima flamma amoris diuini,
Conſummans.

Sermo VI.

Pſal. 118.

V. Maria de ſolo amore Dei loquebatur.

V. Maria cor flammam amoris eiiciebat ad inſtar ardentis fornacis.

V. Maria ſepties tantum locuta eſt.

Quàm dulcia ſunt faucibus meis eloquia tua Domine. In mente Beatiſſimæ Virginis Mariæ tanta erat dulcedo charitatis, & amoris Dei, quod nil poterat loqui, niſi de amore Dei: & eiiciebat de ſanctiſſimo cellario cordis ſui intenſiſſimam flammam amoris diuini eloquij ad inſtar ardentis fornacis, quæ tantam flammam eiicit, quatenus in ea prævalet ardor ignis. Et nota quod non reperitur in ſacratiſſimo Euangelio beatiſſimam Virginem Mariam fuiſſe locutam, niſi ſepties: Intellige tamen, quod illa ſeptem eloquia ſua non fuerũt ſine maximo myſterio, in quo dulciſſimo eloquio ruminia bene, quod Deus communicatus cum ipſa Virgine glorioſa quæ omni ſapore guſtabat ipſum, vult nobis detegere & demonſtrare, quam dulcia ſunt eloquia ſua: & quam ſuauiſſimus ſit guſtus eius. Vnde nota, quod ad bene guſtandum, tria requiruntur.

Ad guſtum tria requiriũtur.

Primo quod cibus ſit bonus, & ſapidus: ſecundo, quod appetitus ſit bonus, & feruens: tertio, quod comedens illum ſit famelicus, & bene diſpoſitus ad ſumendum illum cibum. Ita occurret tibi; ſi gratia diuini amoris eſt, ſcilicet, quod mens tua ſit illuminata gratia Dei, quia primo requiritur gratia Dei: ſecundo appetitus, id eſt bona operatio: tertio, quod mens tua ſit diſpoſita velle amare Deum. Et ſic gratia Dei eſt, quam dulcia ſunt: eſt appetitus, ſiue fames in faucibus meis, & guſtus eſt eloquia tua. Et dixi non reperiri beatam matrem Dei in Euangelio, non fuiſſe locutam niſi ſepties. In quibus ſeptem ſermonibus ſeptem amores, & ardores charitatis Dei notantur, quos beata Virgo Maria habebat in ſe.

V. Maria ſeptem amores & ardores. Charitatis Dei in ſe habebat.

Prima flamma eſt ſeparans, ſecũda flamma eſt transformans, tertia flamma eſt communicans, quarta flamma eſt iubilans, quinta flamma eſt ſaporans, ſexta flamma eſt compatiens, ſeptima flamma eſt conſummans.

V. Maria ſeptem flãmas intenſiſſimi amoris Dei in ſe habebat per varios gradus.

Quæ ſeptem flammæ, amoris diuini conſiſtunt à principio amare Deum vſque ad finem, ſeu conſummationem. Et omnes iſtas flammas intenſiſſimi amoris Dei, beatiſſima mater Dei habebat in ſe per varios gradus. Et quæliber dictarum flammarum amoris intenſiſſimi Dei, quas beatiſſima Virgo mater Dei habebat in ſe, habet vnam ſingulariſſimam vim incendendi, vigorandi, & inflammandi animam.

Prima Flamma Amoris Divini,

Dicitur ſeparans.

PRima flamma amoris Dei dicitur ſeparans quæ habet vim ſeparandi, & fugandi omnia diſplicentia Deo, & declinandi à malo, & inducendi ad opera bona & quanto erit maior flamma amoris Dei, tanto magis ſeparabit mentem à malo. Vnde beata Virgo Maria plena ardore iſtius flammæ ſeparantis, dum fuiſſet nuntiata ab Angelo, & firmaſſet ſe ſeruaturam ſemper ſuam virginitatem integram, & intemeratam, quam vouerat illibatam Deo. Primum verbum, quod legitur dixiſſe tota pauida, & abhorrendo, qualis foret illa ſalutatio, fuit dicens, *quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* ſciebat enim bene Chriſtum naſciturum, ſed ignorabat infinitos modos, per quos omnipotens poterat in lucem prodire, ſeu naſci: ſed quantum reſpectu ſui propter ingentem amorem ſeparantem à ſe omnem ſordem vitiorum, dicere volebat, quòd ſi ipſa deberet generare Filium Dei corrumpendo ſtatum ſuæ ſanctiſſimæ virginitatis, quam vouerat Deo, nolebat fieri illo modo mater Dei, ſed volebat potius conſeruari illibata à corruptione corporis, & animæ, & hoc reſpectu ſui: ſed reſpectu Dei fuit voluntas ſua. Ita quòd in flamma iſtius amoris Dei ſeparante eſt ſeparare à ſe omne vitium. Sed cum beata Virgo ſciret omnia: vnde eſt, quòd Deus non reuelauerit ſe futuram matrem Dei? Reſpondeo: hoc ideo fuit, vt præpararet ſe ad humilitatem profundiſſimam, & fieret exemplum nobis charitatis, & amoris Dei ſeparantis à nobis omnem malitiam, & malam operationem.

Cur Virgini Mariæ reuelatũ non fuerit futuram Dei matrem.

Secvnda Flamma Amoris Divini,

Quæ dicitur transformans.

SEcunda flamma diuini amoris, dicitur transformãs, quia transformat amantem cum amato. Nam amor capit formam rei amatæ, ſicut tu amas caduca, ſuperbiam, luxuriam, & vana capiunt formam illius rei amatæ, & transformant te cum illa re, quam amas, ita quòd tu efficieris ſuperbus, luxurioſus, vanus, & caro, & illud quod tu amas. Ita ſi tu amas Deum, tu efficieris transformatus cum Deo tuo amato, & efficieris bonus, ſanctus & virtuoſus. Et vt transformeris in Deo, requiruntur quatuor. Primum eſt mens præparata per obedientiam, ſecundum eſt humilitas profunda, tertiũ eſt voluntas conſentiens, quartum eſt fides in anima.

Ad transformationẽ quatuor requiriũtur.

Quæ omnia profundiſſima fuerunt in ſacrata Virgine glorioſa matre Domini. Primum fuit mens per obedientiam præparata, cum dixit, *ecce*. Nam ſicut Eua per inobedientiam fuit ſeparata à Deo: ita Maria Virgo per obedientiam fuit vnita cum Deo.

Secundum fuit in ea humilitas profunda, cum dicit: *ancilla Domini*, & non mater Dei, ſed ancilla: non Domina mundi, non Regina cœlorum, ſed ancilla.

Tertium fuit voluntas conſentiens, & charitas, cum dixit, *fiat mihi.*

V. Maria per obedientiam, humilitatẽ, conſenſum & fidẽ fuit trãsformata in Deum.

Quartum fuit fides, cum dixit, *ſecundum verbum tuum:* quia charitas beatæ Mariæ Virginis præparata amore proprio vniuit, & eius fides colligauit, & nodauit ligamen cum Deo, quod ante erat diſſolutum. Quæ quatuor concurrentia in Virgine Maria conſentiendo, & volendo transformauerunt eam in Deum totaliter, vt illis ſalutiferis verbis, quæ protulit: *ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum:* in illo inſtanti efficeretur mater Dei, & fuit transformata in Deum propter eius profundiſſimam humilitatem. Et ideo beatiſſima mater Dei plena Spiritu ſancto, & transformata tota in Deum iubilando dixit decem iubilationes.

Luc. 1.

V. Maria poſt Angelicã ſalutationem plena Spiritu ſancto dixit decem iubilationes.

Primus iubilus fuit, quia videns, quòd venerat tempus, in quo humanum genus reſtauraretur propter incarnationem verbi ſecundum prophetias, & in quo animæ erant glorificandæ in Deo: magnificauit Deum ſic iubilando: *magnificat anima mea Dominum: quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*; propter quam dignatus eſt, vt efficiar mater eius. Et voluens faciem ſuam verſus gentes, annuncians tempus veniſſe deſideratum, quo humanum genus reſtaurabatur, & glorificabatur in cælis, dixit: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Et nota hic, quòd Bernardus refert, quòd glorioſa Virgo vidit omnes ſaluandos per eam, & portas vitæ æternæ clauſas reſerari per eam.

V. Maria vidit omnes ſaluãdos per eã. 2. Iubilus Virg. Mariæ.

Et ideo dixit faciens ſecundum iubilum: *& exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Quia ipſa habebat tantam lætitiam in corde, quod non poterat ipſam abſcondere, quin reuelaret aliis ad inſtar deſiderantis habere filium, cui natus fuiſſet vnus pulcher filius maſculus, vel qui acquiſiuiſſet vnum regnum ex inſpirato, quia iubilaret in eo, in quo exultaret. Ita beata virgo *exultauit in Deo ſalutari* ſuo, quaſi dicat, ſingularis ſaluator meus: quia aliqui Doctores ſpeculantes

Luc. 1.

Virgo Maria verbiũ primũ quodnã protulerit.

Verbum carnem aſſumpſit potius ad ſalutem

Digitized by Google

Virgineꝫ fœlicitandã quam omnes alias creaturas.

speculantes dicunt, quòd Deus assumpsit carnem potius ad saluandam Virginem singularem, quàm omnes alias creaturas.

3. Iubilus. Eua pulchrior cæteris mulieribus.

Tertius iubilus ; *quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, &c. Vnde nota iocosam & deuotam considerationem. Nam postquàm Deus creauit Euam valde pulchram, quia fuit pulchrior cæteris mulieribus: quia summus magister magistrorum plasmauit eam : ipse summus opifex in suo viridario deliciarũ iuit ad aurã postmeridianam, & delectabatur in pulchritudine creaturæ suæ. Et ecce diabolus post pusillum in forma serpentis cum facie muliebri ascendens arborem incœpit adulari Euæ puræ, & innocenti, volens inducere eam multis suasionibus ad comedendum de pomo vetito: & audiẽs Deus, quòd Eua respondit, *nequaquàm, ne forte moriamur* : dixit Deus intra se, quid faciet ista? Et iterum diabolus suadet illi, quòd habebat scientiam boni, & mali; & videns Deus, quòd Eua titubabat, quia posuit se in fortè, dicens, *ne fortè moriamur*, &c. dixit iterum intra se, expecta modicum, ista fatua contraueniet mandatis meis, quia ipsa est in libero arbitrio, & diabolus magis suadens dixit ei : ô Deus est misericors: nec credas, quòd Deus velit te mori pro ista minima re, quid nocebit illi hoc? sicut faciunt aliqui peccatores, quibus diabolus suadet, qui peccando dicunt, ô Deus est ita misericors, quòd miserebitur mei: sed Deus habet vnam crumenam habentem multas partes, & secundũ opera hominum ipsos locat in partibus diuersis suæ iustitiæ ordinatæ, & sic neminem perdit: quia in vna parte ponit ducatos, in alia aureos, in alia solidos, & in alia denarios: quia in domo patris mei mansiones multæ sunt: & habet vnum alium marsupium, in quo ponit monetas falsas fractas: & extraneas. Et tandem suasionibus diuersis diaboli Eua innocens comedit de illo pomo vetito, & facta fuit nocens, & videns se nocentem, etiam suasit suo socio Adæ, in tantum, quòd postposito præcepto Dei, etiam comedit de illo pomo vetito, propter quod Deus omnipotens indignatus auertit faciem suam ab humano genere, & sterit per quinque millia annorum, quod nunquam aliquis hominum potuit eum videre. Et quando Deus fecit beatissimam Virginem eius matrem, ipsam fecit suo modo, & fecit eam omni perfectione virtutum perfectam & contrariam Euæ. Nam Maria interpretatur Domina, vel stella maris, & fundauit eam in tanta humilitate, & profunditate virtutum, vt ipsa salutifera virgine matre Domini mediante, Deus ipse conuertit suam clementem faciem, quam auerterat propter peccatum Adæ, & Euæ humano generi: & *tunc vidimus gloriam quasi vnigeniti*, &c. Et hoc est quòd dicit iubilando Virgo beata : *quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, &c. Conuertendo se, versus Virginem : quasi dicat, venit tempus acceptabile, quo saluabuntur creaturæ rationales & mortales, & quo saluabuntur animæ glorificatæ & glorificandæ in Deo. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Quia per Euam generatio humana fuit dolore refecta & perdita, & per me fiet gaudio abundans, & recuperata. Ideo *beatam me dicent omnes generationes* redemptæ.

Diabolus sub specie serpentis cum facie muliebri ascendit arborẽ & Eua adulatus est.

Gen. 3.

Eua suasit Adæ comedere de pomo vetito.

Deus iratus ob contemptũ sum præceptum, noluit spatio quinque millium annorum suam ostendere vultum hominibus. Ioan. 1.

4. Iubilus.

Quartus iubilus : *quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius* ; quasi dicat, sic me dicent beatam omnes generationes. Ego non feci illud, nec à me prouenit; sed processit à Deo, *qui mihi fecit magna*. Et verè *magna*, quia fecit matrem, & virginem intactam, & intemeratam; & verè *magna*: : quia me matrem Dei. Et quid maius potuisset mihi facere? sed nonne potuisset Deus facere ipsam æqualem sibi, certè non; quia hoc est impossibile Deum posse sibi æqualem habere, qui potens est facere, & sanctum nomen eius.

Deus magna fecit in V. Maria, quare.

Deus V. Mariam æqualẽ sibi non poterat facere quare.

5. Iubilus.

Sequitur quintus iubilus; *& misericordia eius à progenie in progenies* : quasi dicat de Iudæis in Græcos, &c. *timentibus se*: quasi dicat misericordia Dei est præparata, non tamen omnibus, sed solum volentibus in veritate timere eum. Et verè est magna, & maior quàm credas: sed & magna est iustitia Dei, & sicut nullum bonum est innumeratum: ita & nullum malum transit impunitum: sed super quibus est misericordia Dei, certè *timentibus eum*. Et ideo non qui dixerit, *Domine Domine, intrabit regnũ cælorũ*, sed qui fecerit voluntatẽ Dei.

Misericordia Dei præparata omnibus volentibus in veritate timere eum. 6. Iubilus.

Sextus iubilus : *fecit potentiam in brachio suo.* Nota regulam certissimam, quod gratiam Dei bonis bona facit, & malis mala. Vnde si est data vna gratia populo: vt puta quia habet bonos prælatos, vel bonos prædicatores, audientes verbum Dei cum bona voluntate efficiuntur meliores : & talibus continuè augebitur gratia, & mali efficiuntur peiores; vnde Christus venit in carne bonis in resurrectionem, & malis in ruinam, iuxta illud : ego veni in mundum, vt qui non vident, videat ; vnde Virgo iubilans dicit. *Fecit potentiam in brachio suo* : quia *verbum caro factum est*. *Dispersit superbos mente cordis sui* : & venit ad illuminandum mentem meam, scilicet beatissimæ Virginis.

Gratia Dei bonis bona facit, malis mala.

Christus bonis est in resurrectionem, malis ad ruinã. Ioan. 1.

Septimus iubilus loquens de hominibus malis. Quia Virgo Maria conformis voluntati Dei gaudet, quando diabolus portat ad inferos malos. Vnde iubilando dicit. *Dispersit superbos mente cordis sui.*

7. Iubilus. V. Maria cõformis voluntati Dei de malorũ supplicio gaudet.

Octauus iubilus de Angelis collapsis, scilicet dæmonibus gaudet, *deposuit potentes de sede* diuina. Et verè *potentes* ; quia vnus diabolus est potens trahere animas infinitas ad inferos; sed modo non possunt, quòd ante incarnationem verbi poterant : *& exaltauit humiles*, id est Angelos confortes diuinæ voluntati in vita æterna ipsos confirmando.

8. Iubilus. V. Maria de lapsu dæmonum gaudet.

Nonus iubilus : *esurientes implenit bonis*, quia sicut homo famelicus appetit cibum, & saturari: ita est in fame mentali, & animæ : quia anima videns se priuatam gratia Dei, tanquàm famelica de diuina gratia, quærit illam. Ita homines priuati gratia Dei, esuriebant, & expectabant adimpleri prophetias de natiuitate Christi, vt recuperarent gratiam mediante profunditate humilitatis Virginis beatæ, quam perdiderant per Euam, mediante suasu superbientis, & inuidentis diaboli. *Et diuites dimisit inanes.* Vnde nota, quòd non loquitur de habente diuitias, qui non multum amat diuitias ; sed sumitur hic dives pro illo, qui amat valde diuitias, quod est valde periculosum : similiter periculosum est habere scientiam, quando inflat hominem: sed ille, qui plus diligit diuitias, quàm Deum: vel qui propter scientiam inflatur, non potest dici dives, vel doctor : sed potest verè dici pauper, & dolens, & miserabilis, quia huiusmodi *diuites dimisit inanes.* Decimus iubilus. *Suscepit Israel puerum suum.* Israel interpretatur videns Deum: quia receperunt assumptionem corporalem, seu personalem puerum, scilicet Christum suum, scilicet promissum illi per prophetas, mediante Deo. *Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in sæcula.* Et nota, quod si omnes creaturæ angelicæ, & humanæ recolligerent suum velle insimul in vna voluntate, non haberent tantam vnionem cum Deo, quantam habet B. Virgo Maria sola : quia solus eius consensus & voluntas, efficit ipsam fieri Matrem Dei in tantum, quod Deus non posset ipsam separare à se : verbi gratia. Imperator mundi non habet vxorem, & volens vxorem ducere, audit de vna virgine, quæ est pulchrior, sapientior, & magis morigerata, pudica, & humilior omnibus aliis, quæ reperiri possunt, & non curat de fumo mundi : vnde iste imperator audiens tot virtutes, & dotes istius virginis, quærit habere eam in vxorem, & mittit legatos suos ad eam cum libertate, & pleno mandato, quod si ipsa consentit, & vult esse eius legitima vxor, quod & ipse Imperator vult, & sic consentiente illa virgine perficitur matrimonium inter eos per verba de præsenti : quo perfecto tanta est facta vnio inter eos, quòd nunquam possunt separari amplius in æternum ab inuicem, quia facti *sunt duo in carne vna* : *&*

9. Iubilus. Anima sine gratia est famelica & esurit illam.

Diuitias valde amare periculosum est.

Scientiã habere periculosum est quãdo inde homo inflatur.

10. Iubilus. Israel id est Deum vidẽs. Omnium Angelorũ & hominum voluntates non ita sunt coniuncta Deo sicut sola voluntas V. Mariæ.

Similitudo.

quæ

Digitized by Google

Matth. 19. Deus & V. Maria sunt duo in carne una.

quos Deus coniunxit, homo non separet. Sic fuit in beata Virgine: quia per vtriusque consensum Dei, & ipsius facti sunt duo in carne vna, & ipse Dei Filius assumpsit humanam carnem à carne ipsius Virginis gloriosæ.

Tertia Flamma Amoris Divini,

Quæ dicitur communicans.

Anima amore Dei accensa amorem alijs communicare conatur. V. Maria amorem Dei communicauit aliis per opera charitatis & aliarum virtutū.

TErtia flamma est communicans: quia anima philocapta in Deo conatur communicare illum amorem omnibus aliis per opera charitatis, & aliarum virtutum, sicut ignis communicat flammam, & calorem suum omnibus circunstantibus, & sicut sol communicat radios suos, & splendorem suæ lucis per vniuersum orbem: sic in amante Deum, qui communicat suum amorem etiam non amanti ipsum. Et sic fecit benedicta Virgo Maria, quæ cum fuit obumbrata virtute altissimi post Annuntiationem angelicam, plena amore diuino, *subito consurgens abyt in montana*, &c. Et primo communicauit flammam ardentis sui diuini amoris Ioanni Baptistæ, tanquam iam sanctificato in vtero matris, & magis capaci participationibus illius diuini amoris, quia debebat esse præco fidei Christi. *Egò sum vox clamantis in deserto, parate viam Domini:* & interpretatur gratia. Secundo communicauit illum suum ardorem amoris diuini cum Elizabeth, salutando eam. Sed qualiter salutauit eam, euangelium non dicit. Sed credendum est, quod ipsa dixerit, Christus sit tecum. *Et subito repleta est Elizabeth Spiritu Sancto.* Ecce amor communicans, quia amor communicatus Ioanni communicatur Elizabeth matri, & communicatur postea Zachariæ, & sic de communicatione in communicationem, de vno in alium. Et amplexantes se, Elizabeth sensit puerum suum Ioannem genuflectere in vtero suo, vteri Virginis Mariæ gloriosæ.

Luc. 3. Ioannes id est gratia. V. Maria amorem communicauit Elizabeth. Luc. 1. V. Maria salutatio ad Elizabeth quorum verbis concepta.

Qvarta Flamma Amoris Divini,

Dicitur iubilans.

QVarta flamma est amor Iubilans, quia diuino amore iubilatur: vnde Virgo dixit, *non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*: vnde in cantico decem iubilationes facit in Psalterio decem chordarum. Sed vt intelligas fundamentaliter, nota duo fundamenta diuini cultus generalia: vnum est altissime de Deo sentire, aliud est experientiam de Deo habere. Et vnum haberi non potest, sine alio, sine defectu, & diminutione, quia timens Deum debet eum timere cum amore. Ita fuit in virgine dicente, Magnificat anima mea Dominum: per ly *Dominum*, significat timorem: per ly *Deum*, significat dulcorem amoris: quia vidit se habere maiorem gratiam, quàm aliqua alia creatura, scilicet vidit se matrem Dei, & Reginam regni cœlorum: referendo desuper omnes prædictas gratias: & quia erat super omnes creaturas ipsa sola, magis magnificat Deum, quàm omnes aliæ creaturæ cœlestes, vel terrestres.

Psal. 113.

De Deo altissime sentiendum est. De Deo experientia habenda. V. Maria vidit se maiorē gratiam habere quā alia creatura, ideo sola magis laudat Deum quam alia creatura.

Qvinta Flamma Amoris Divini,

Quæ dicitur saporans.

QVinta flamma est saporans: vnde nota vnam regulam, quòd omnes sapores amoris diuini possunt reduci in duos principales sapores, scilicet in dulcorem, & dolorem, amarum, dulce, & omnes alij possunt reduci ad istos duos: vnde quando anima est humiliata agens pœnitentiam, sentit in se amarum saporem, & dolorem compunctionis conscientiæ de perpetratis malis à se, & sentit dulcorem amoris Dei in ipso Deo: vnde Apostolus *scio abundare, & penuriam pati: abundare* de quo, scilicet gratiis Dei mihi datis, & iste est sapor dulcis, *& penuriam pati*: quia quandoque Deus dat abundantiam saporis sui amoris, & gratiarum, & postea recedit totus ille sapor ab anima, & relinquit ipsam nudam, & patitur penuriam gratiarum, quibus primo abundabat, & anima tunc amaricatur, & remanet tota tristis, & collapsa in aliquod peccatum: fornicator clamans ad Deum, quæritat eum, & pœnitentiam agendo gustat tunc illum amarum saporem: quia si Deus semper staret tecum, non ita cognosceres dulcorem amoris sui: sed deficit tibi, tunc magis desideras eum, & multo magis cognoscis eum. Sic accidit in fratre Ioanne de Lauernia: qui dum esset plenus gratia Dei, & postea gratia Dei recessisset ab eo, remansit infirmus, & tanquam homo perditus, & lapideus, & inscius sui ipsius: vnde scriptum fuit per quendam fratrem magnum reputaui, & reputo scire abundare de Deo:: sed maius reputaui, & reputo scire penuriam pati de Deo. Scire de Deo, est bene stare cum eo: & vti sapore dulcoris amoris sui: sed magis est scire habere penuriam de eo, scilicet sentire tentationes corporales, & aduersitates, sicut Iob, qui maledixit diem suæ natiuitatis, ita fuit corporalibus, & temporalibus tentationibus inuolutus. Et quare est magis sentire penuriam de Deo? quia tunc fides magis augetur, & plus est credere sine miraculis, quàm credere propter miracula. Item spes est tunc sine spe præmij, & charitas sine dilectione, & peccator magis humiliatur, & obligatum magis se reputat Deo: verbi gratia erunt tres; vni istorum interfecisti fratrem, alteri nunquam fecisti, nec bonum, neque malum: alteri donasti medietatem bonorum, quæ possides, & omnes isti tres teæqualiter diligunt in charitate: quis plus te diligit? certe ille, cui interfecisti fratrem, quia amor verus est ille, qui prouenit sine spe præmij, & cum charitate vera, & non ficta, & sine amore lucratiuo. Nam sunt aliqui hominum, qui nunquam irent ad ecclesiam, nec dicerent vnum Pater noster, nisi sperarent habere præmium à Deo.

Sapores diuini amoris ad duos reduci possunt ad dulcorem & dolorem. Anima pœnitens sentit amarum saporem, licet dolorem. Pœnitentia duos sapores dulcorem & amarum habet.

Exemplum.

Scire abundare de Deo quid. Scire penuriā pati à Deo quid. Scire penuriā pati à Deo maius est quam scire abundare.

Similitudo.

Sexta Flamma Amoris Divini,

Quæ dicitur compatiens.

SExta flamma est amor Dei compatiens: nam gloriosa Virgo compatiens humano generi propter eius caliginem ignorantiæ, nihil aliud voluit dicere, quando ipsa dixit, *vinum non habent*: nisi quod mundus adhuc te non cognoscit: vnde clarificate, vt te cognoscat, & cognoscendo te credat, & credendo saluetur, & fuit sextum verbum, quod reperitur dixisse in sacra scriptura: Nam ad salutem humani generis oportet, quod tu cognoscaris: & primum miraculum, quod fecit Dominus noster Iesus Christus clarificando se, fuit factum mediantibus precibus, & orationibus V. Mariæ, ad denotandum, quòd fuit Beata Virgo fons gratiæ: vnde Deus fuit dator, Christus mediator, Virgo vero fuit intercessor.

Ioan. 2. V. Maria amoris flammam compatientem habuit quando dixit vinum non habent. Miraculum. 1. Christi fuit mediante V. Maria factum.

Septima Flamma Amoris Divini,

Quæ dicitur consummans.

SEptima flamma consummans: vnde Virgo intemerata plena desiderio implendi omnem voluntatem Dei, habebat in se flammam amoris diuini, consumandi omnia mandata Dei, & omnia signa voluntaris Dei, & id quod ipsa in se fecit, voluit communicare omnibus: quia voluit omnes sanctos fieri, sicut ipsa; in tantum, quod voluisset lapides, & omnes creaturas sanctificari, & amorem Dei habere. Et ideo Virgo sanctissima dixit, *facite quæcunque dixerit vobis*, quia ego feci id, quod

V. Maria amoris flammam cōsummantem omnia mandata Dei communicauit omnibus creaturis.

Digitized by Google

quod dixit mihi per Angelum: & similiter vos faciendo, quæcunque dixerit vobis, habebitis amorem eius consummantem, & alias flammas amoris diuini supradictas, sicut, & ego habeo; & sic digne dicetis mecum, quàm *dulcia sunt faucibus meis eloquia tua* Domine in vita æterna? ad quam nos perducere dignetur per suam misericordiam Dominus noster Iesus Christus, Deus & homo, Filius beatissimæ Virginis Gloriosæ, qui trinus viuit, & viuet per infinita sæcula sæculorum semper benedictus, Amen.

IN FESTO PVRIFICationis.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de misericordia Dei tribus constat præcipuis partibus.

Prima pars principalis,

Agit de loco in quo misericordia Dei nobis est data & de Virgine gloriosa, cui sex notabiles gratiæ ante annunciationem attributæ sunt & de duodecim illius coronæ stellis.

Secunda pars principalis,

De misericordia Dei nobis data quantitate.

Tertia pars principalis,

De misericordiam dante humano generi.

DE MISERICORDIA DEI.

Sermo VII.

Psal. 42. Misericordia eloquium dulce. Iustitia eloquium triste & seuerum.

SVSCEPIMVS Domine misericordiam tuam in medio templi tui. Psal. 42. Eloquium misericordiæ est dulce, sicut eloquium de iustitia est terribile, & seuerum. In quibus quidem verbis propositis possunt considerari tres contemplationes. Prima, vbi misericordia Dei est data nobis: quia in medio templi tui. Secunda de misericordia Dei, quæ est data nobis in tanta ibi, misericordiam tuam. Tertio cui hæc misericordia est data tanta, quia nobis ibi, suscepimus Domine.

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

Agens de loco in quo misericordia Dei nobis est data.

Anima sancta templum Dei. V. Maria est templū sanctum sanctorum. V. Maria sex gratia notabiles ante annunciationem collata.

TEmplum intelligitur anima sancta, quia templum Dei est sanctum, quod est in nobis. Sed templum sanctum sanctorum est Virgo beata, Mater Dei, & Domini nostri Iesu Christi, in qua possumus notare sex notabiles gratias illi attributas ante annuntiationem, per quam recepimus misericordiam: vnde in primo suo statu, quæ hic infra sequuntur. Prima, quia fuit ab omni culpa libera. Secunda fuit eius fomes sopitus ad peccata. Tertia quia fuit in omnibus virtutibus habituata. Quarta, quia fuit per gratiam sanctificata, & facta sancta sanctorum: sancti estote, quia ego sanctus sum. Quinta, quia fuit voluntate Dei, tota philocapta. Sexta, quia fuit in intelligentia tota illuminata. Vnde non immerito Angelus nunciando dixit, *Aue gratia plena.* Item Virgo gloriosa habuit etiam quatuor cognitiones, dum Dei Filium haberet in vtero. Prima, quia habuit cognitionem totius creaturæ irrationalis

Luc. 1. V. Maria cognitiones quatuor habuit dum Dei Filiū gestaret in vtero.

creatæ, quia sciebat, cognoscebat, & intelligebat omnes creaturas irrationales.

Secunda, quia habuit cognitionem totius creaturæ formatæ, quia sciebat, & cognoscebat iustos, & peccatores.

Tertia cognitio fuit, quia cognoscebat, sciebat, & intelligebat omnes intelligentias, & habuit cognitionē omnium spirituum. Quarta cognitio: quia cognouit verum Deum, & verum hominem; quia in ipsa gloriosa, & pia Matre Dei fuit cognitio omnium scientiarum, & rerum atque naturæ creatæ, & increatæ. Nam etiam Adam ante peccatum erat ita sapiens, & ita bene cognoscebat res, & earum proprietates quia omnibus rebus nomen imposuit, secundum proprietatem, & veritatem sui nominis appropriati. Hæc quidem Virgo glorificata vere fuit templum reformationis, quia post annuntiationem ipsa habuit 12. gratias, quæ possunt appropriari 12. stellis radiantibus in corona capitis sui. Prima fuit nouus habitus virtutis, quantum erat conueniens Matri Dei, quia in ea erant omnes virtutes, & scientiæ: quia Deus determinauerat ipsam beatissimam Virginem futuram eius genitricem, & ideo habebat habitum virtutum tantum, quantum erat conueniens, & decens Matri Dei. Et licet in responsione, quam ipsa fecit Angelo annuncianti, dicendo, *quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quasi non sciret omnia: quia si sciuisset se futuram matrem Creatoris, eo modo quo non fuit, non sic respondisset. Dicendum est, quòd Deus voluit ipsam hoc ignorare propter eius profundissimam humilitatem. Et vt plurimi dicunt. Ista mater Dei benedicta Virgo Maria gloriosa, dum contemplaretur prophetiam illam Isaiæ. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium,* &c. & meditaretur hoc, quæ, qualis, & quanta foret ista Virgo benedicta, quæ erat conceptura creatorem mundi, inter se meditando dicebat, ô vtinam essem digna, esse ancilla istius Virginis, & Reginæ cœlorum, & illi seruire. Et sic contemplando: ecce Angelus Domini rutilans annunciando dixit, cum omni pudicitia, quæ potest imaginari. *Aue gratia plena,* &c.

V. Maria cognouit omnes scientias & naturas verū tam creatarū quā increatarum.

V. Maria non minus quam Adam ante peccatum cognoscebat res & earū proprietates.

V. Maria virtutem cōueniente dignitati matris habebat.

V. Maria ignorauit se fore matrem quare.

Isa. 7.

V. Maria meditabatur illa verba Isa. Ecce Virgo cum Angelus salutauit.

Secunda stella fuit dolor, & compassio, quam Virgo Beata ferebat omni creaturæ dignæ dolore, & compassione, quantum erat decens, & conueniens illi creaturæ, vt ei compateretur: quia omnis creatura erat præclusa à via paradisi, ante incarnationem Christi, & ideo compatiebatur ei.

1. Stella fuit dolor & cōpassio.

Tertia stella, est gratia, quia in aliqua parte suæ mentis, ipsa erat impassibilis per singularem gratiam sibi datam, vt participaret cum Sanctis, quando Christus fuit in eius vtero benedicto.

3. Stella. V. Maria impassibilis in aliqua sua mentis parte quare.

Quarta stella, quia eius spiritus erat pacificus, & quietus. Nam mens eius fuerat læta de Deo sedente in ea per nouem menses in omni pace, & quiete, & ideo spiritus eius erat pacificus.

4. Stella. V. Maria spiritus quietus & pacificus quare.

Quinta stella erat altissimi sensus, qui fuerunt in ipsa beata Virgine, quia sicut in corpore sunt quinque sensus corporales, qui viuunt ex quatuor elementis, & nutriuntur ex eis: ita sensus spirituales nutriunt animam secundum Deum, & reficiunt animam ipsam virtutes in Deo, quos sensus gloriosa Virgo habebat super omnes creaturas, quia sicut in maiori gradu erat cæteris creaturis, ita tanto magis participat illis, quia dormiendo contemplabatur plus in Deo, quàm quisquam alius vigilans.

5. Stella. V. Maria altissimorū sensuum erat. V. Maria plus contemplabatur dormiendo quam alij vigilantes.

Sexta stella erat dolor inconsiderabilis, quia dum ipsa Virgo gratiosa habuisset Christum in vtero participabat, & sentiebat cum Christo passiones, & gaudia amando proximum, & dolendo de offensis secundum longitudinem, & transuersum crucis Christi, quæ habebat duo ligna: longum per quod notatur passionem Christi extendi ad omnes, & breue, per quod significatur humilitas Christi, in nascendo in paupertate, viuendo in sobrietate, & moriendo humiliter.

6. Stella V. Maria dolores inconsiderabiles.

Septima

Digitized by Google

7 Stella. V. Maria amor inuariabilis.

Septima ſtella eſt inuariabilis amor, quia amor aliarum creaturarum eſt variabilis : ſed amor virginis inremeratæ ſemper fuit inuariabilis tam in creatore, quàm in creatura.

8. Stella.

Octaua ſtella eſt amor benignitatis, quia ad hunc amorem eam inducebat præceptum, exemplum, ſupplicium & præmium. Præceptum, *diliges proximum ſicut te ipſum :* exemplum Patrum antiquorum & præcipue Filij ſui Ieſu Chriſti, ſupplicium inferni, quod creaturæ rationales euadebant, quo euaſo Deo fruebantur.

9. Stella. V. Maria potens facere miracula. Chriſtus primum miraculum à ſe in Cœna retulit ad matrem. Ioannes Baptiſta miracula reſeruauit creatori omnium Chriſto.

Nona ſtella fuit potẽtia faciendi miracula, & quamquam viuendo non legitur Beatam Virginem feciſſe miracula : Tamen Chriſtus in nuptiis faciens de aqua vinum, ad eam miraculum illud retulit : & licet dixerit, *quid mihi, & tibi mulier*, locutus fuit, tanquam perſona domeſtica, ei illud miraculum referendo, requirenti illud, & dicendo : *quodcunque dixerit vobis, facite*, &c. Similiter in Ioannem Baptiſtam dici poteſt, quòd ipſe in vita nullum reperitur feciſſe miraculum, quia illa reſeruauit Chriſto omnium creatori. Tamen ipſa Virgo ſemper intacta, & ipſe Ioannes potuiſſent omnia miracula facere : quia ſi multi Sancti inferiores, & minores Ioanne Baptiſta miracula fecerunt, multo magis feciſſet ipſe Ioannes Baptiſta, & Virgo ſemper Glorioſa, cum inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.

10. Stella.

Decima ſtella eſt omnium aduerſitatum patientiſſima : nam acerbiſſima Filij impeccabilis paſſio etſi animam Virginis Mariæ gladius compaſſionis pertranſierit, ipſam nec per odium in ſuſpendentes Filium occidit, nec per impatientiam vulnerauit, quæ ſi fuit vt vere fuit in mortis perpeſſione patiens, quo modo ergo in alij occaſionibus quæ non adeo ſenſibiles erant vt crucifixio ſui chariſſimi & amantiſſimi Filij?

11. Stella. V. Maria omnes ſcientias callebat.

Vndecima ſtella, quia omnes ſcientiæ erant in mente Beatæ Virginis irradiatæ.

12. Stella. V. Maria omnes linguarum intelligentias habebat.

Duodecima ſtella, quia omnium linguarum intelligentias habebat : vnde illud, *Beatam me dicent omnes generationes.*

Secvnda Pars Principalis,

De miſericordia Dei quantitate data nobis.

Offerebantur in templo ſex genera animalium quorum tria ad purgationem peccatorum ſpiritualium tria carnalium.

AD ſecundam partem noſtræ prædicationis de miſericordia Dei, quæ eſt data nobis tanta, &c. In quo notandum eſt, quòd in templo ſex genera animalium offerebantur, quarum tria reſpiciunt purgationem peccatorum ſpiritualium, ſcilicet paſſer, columba, & turtur. Et alia tria purgationum peccatorum carnalium, ſcilicet boues, hirci, & oues : vnde ſciendum eſt, quòd ante peccatum Adam habebat ſex proprietates: videlicet primam ſagacitatem in ingenio. Secundam rectitudinem in animo. Tertiam humanitatem in affectu. Quartam, quia poterat omnia bene operari. Quintam, quia omnia guſtabat, & edebat ordinate ſine vitio. Sextam quia habebat manſuetudinem conſeruando. Quæ omnia Adam ipſe in ſtatu innocentiæ habebat : ſed illa perdidit cum filiis, & deſcendentibus ſuis propter peccatum, & peruertit in malum : vnde oportuit humanum genus habere ſex gratias. Primam vigilantiam, ſecundam innocentiam, tertiam beneuolentiam, quartam obedientiam, quintam ſobrietatem, ſextam patientiam, quæ ſunt figurata ſex generibus animalium ſupradictorum per vigilantiam: vt redderet lumen intellectus, & hoc ſignificat paſſer ſolitarius: vnde in Pſalmo *factus ſum, ſicut paſſer ſolitarius in tecto :* quia multum vigilat, & ſolers eſt : per innocentiam, quæ æquiparatur columbæ, quia innocens eſt, & oportet rectè iudicare, & rectè viuere : per beneuolentiam figuratur turturi, quæ ſignificat bonitatem in affectu, quia turtur male neſcit amare : nam ſemel vni nupta marito ſemper adit ſimul cum ipſo, vel ſola volat, &c. per obedientiam appropriatur boui, qui obediens eſt bubulco, & fatigabilis : per ſobrietatem figuratur capræ ſeu hirco, qui ſignificat aſperitatem, qui ſemper aſcendit rubos, ſcopulos, dorſa montium, ac comedit ſpinas, & arbuſta, ac aſpera, & ſemper operatur ardua, & nunquam quieſcit, & æquiparatur agentibus pœnitentiam, & aſperam ducentibus vitam propter peccatum perpetratum, & amor Chriſti: per patientiam figuratur pecudi, quæ eſt manſueta, & contra impatiẽtiam, & ex ea omnia bona procedunt, lana agni, & etiam ipſa in ſe bona eſt, vſque ad ſtercus ad ſtercorandos agros, propter quas ſex gratias Adam Pater noſter, qui peccauerat, meruit miſericordiam: vnde hodie per exemplum noſtrum ſublata ſunt ſacrificia illorum ſex animalium, ſcilicet paſſeris, columbæ, turturis, bouis, hircorum, & ouis, quum Chriſtus in cruce ſe immolauit, & in hoſtiam ſe dedit, in cuius commemorationem hodie ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti Corpus in ſola Hoſtia ſacrificamus. Et per hoc habemus ſex contemplationes, quod per Mariam Dei ſublata eſt iuſtitia, & facta eſt concordia inter pacem, & miſericordiam : quia hodie *miſericordia, & pax oſculatæ ſunt*, & apertæ ſunt portæ paradiſi volentibus introire, & hic quoad ſecundam partem.

Bos obedientiã denotat. Hircus ſobrietatem denotat. Ouis patientiã denotat. Per V. Mariã ſublatæ eſt iuſtitia & facta eſt concordia. Pſal. 84. Miſericordia & pax oſculatur quãdo.

Tertia Pars Principalis,

De miſericordiam dante humano generi.

Miſericordia Dei data eſt humano generi à V. Maria. V. Maria dedit filiũ humano generi cum charitate fœcunda cum liberalitate cum veritate. Chriſtus datus eſt humano generi in exemplum, in præmium, in ſocium.

SEquitur tertia pars, in qua videamus cui donata, ſeu data eſt miſericordia nobis: & quidem à Regina cœlorum, glorioſa Virgine Maria. Nam Deus pater dedit Filium Virgini, quæ inde ipſum proprium filium nobis obtulit, vt per eius miſericordiam ſaluaremur: Et profecto, primo dedit ipſum nobis cum charitate feruida, quia dedit filium mundo. Secundo dedit ipſum cum liberalitate, quia ipſum liberaliter dedit. Tertio ipſum dedit cum veritate, vt per ipſum efficeremur beati. Item per exemplum eſt datus nobis, vt pro nobis ſeu noſtra moreretur ſalute. Item in præmium datus eſt nobis, ſiue in pretium, quia per nos non ſumus ſufficientes ſaluari, & ad futuram gloriam peruenire, niſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus noſtros ſuppleuiſſet defectus pro nobis. Item in ſocium datus eſt nobis, vt nos omnes ſaluaret : vnde cum ipſe Dei Filius datus, vt ſupra per Beatam Virginem eius genitricem portaretur ad templum. Simeon Propheta in Spiritu ſancto vectus venit ad templum, quaſi datus à patre nobis in procuratorem ad recipiendum gratiam nomine humani generis. Quæ gratia recepta, & nobis data, fuit triplex : prima eligens, quæ attribuitur patri : Secunda amans, quæ attribuitur filio. Tertia fuit diſponens, quæ attribuitur Spiritui ſancto, qui repleuit Simeonem Prophetam, ſuo ſancto ſpiritu, vt tanquam procurator humani generis proſiliret ad templum, ad videndam promiſſionem ſibi factam à Spiritu Sancto, vt ante finem vitæ ſuæ videret Saluatorem mundi. Et vero fuit procurator generis humani à Deo electus, quia habuit omnes gratias ſpectantes ád tale ſuum officium, ad quod electus fuerat ſcilicet procurationis: vnde hic notanda eſt vna regula generalis, quando Deus eligit aliquam creaturam ad aliquem ſtatum ſingularem, ſemper illi donat omnes gratias competentes illi creaturæ inſitas illi ſtatui ſuo ſingulari, ſicut in Petro, in Paulo, in Moyſe, & Ioſue ducibus, & veteribus plebis Dei. Et ſicut in Salomone, Dauid, & in iſto Simeone, & in Beata Virgine, quibus omnes gratias integre contulit ſuis officiis congruentes: iuxta regulam iuris, quæ dicit, quod cui iuriſdictio data eſt, illa videntur eſſe conceſſa, ſine quibus iuriſdictio illa expediri, & exerceri non poſſet: vnde dum procurator noſter S. Simeon Propheta à Spiritu Sancto, ductus in templum appropinquaret Chriſto, Ieſus inclinauit ſe verſus

In oblatione Chriſti in templo fuit triplex gratia recepta à nobis data. Gratia eligẽs quid. Gratia amãs quid. Gratia diſponens quid Simeon procurator generis humani. Deus eligens creaturam ad ſtatũ aliquem dat ei gratias quæ requiruntur ad talem ſtatum.

Digitized by Google

versus Simeonem puerili,ac diuino affectu,innuens se velle in eius vlnis prosilire, vt diuina promissa sentiret.Et mater eius Virgo gloriosa,toto affectu porrexit volens infantulum Christum in eius brachiis tradere: Tunc sagax humani generis procurator,officium suum accuratè gerens inquit. Non recipiam infantulum hunc,nisi tu pia Virgo primo ipsum mihi tradas, hoc pacto,vt infantulus iste innocens filius tuus, ô mater tanto filio digna pro salute totius humani generis nocentis moriatur,dico morte patibuli amaræ crucis, & gladius perforet animam tuam, ô Maria. Quæ Virgo piissima tota conformis voluntati Patris, & Filij, & Spiritus Sancti,illum vnicum genitum suum dilectissimum Simeoni tradidit cum charitate feruenti, & liberalitate gratiosa,ac cum veritate donauit.Tunc procurator noster Simeon Propheta, hoc ineffabile donum recipiens diuinitatis, amplexando puerum cum ipso iubilo dicere cœpit. *Nunc dimittis seruum tuum Domine,secundum verbum tuum in pace.Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.Lumen*, &c.Quæ quidem lux fuit pacificata,& tranquilla, quia *venit in pace.* Item fuit lux irradians,quia *lumen ad reuelationem gentium.* Item lux beatificans,quia *gloriam plebis tuæ Israel*, ô lux singularis lucens in tenebris, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, illumina mentes nostras radio fidei tuæ claritatis,vt dignemur recipere misericordiam tuam in medio templi tui,qua mediante perducamur ad vitam sempiternam,Amen.

Simeonis senis verba ad V.Mariam.

V.Maria cōformis voluntati Patris, Filij & Spiritus Sancti.

Luc.2.

Christus lux tranquillans, irradians,beneficans. Ioan.

DE TRIBVS STATIBUS viduitatis.

SYNOPSIS

Eorum quæ præcipuè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui agit de viduitate tres complectitur,principales partes.

Prima pars principalis,

Ostendit statum viduitatis commendabilem & opera illius.

Secunda pars principalis,

Agit de tribus viduarum honoribus.

Tertia pars principalis,

De iis qui viduas vituperabiles reddunt.

Sermo VIII.

1.Tim.5. HONORA *viduas, quæ verè viduæ sunt.* 1. cap.ad Timoth.vers. 5. In hoc sermone intendo describere tres status viduitatis.Primus status est commendabilis ibi,*Quæ verè viduæ sunt.* Secundus est honorabilis ibi, *Honora.* Tertius status est vituperabilis ibi, *Viduas.*

Viduitatis tres sunt status.

Prima Pars Principalis,

Agit de primo statu commendabili viduitatis.

TOlle primum statum viduitatis, qui est commendabilis in illis dominabus, *quæ verè viduæ sunt.* Ad cuius euidentiam est sciendum,quòd ad hoc vt aliqua matrona sit verè vidua,oportet, quòd eius vita sit tribus virtutibus redimita. Prima, quòd sit Deo deuota: secunda, quòd sit operosa: tertia, quòd sit victoriosa resistendo peccato.

Vidua vita tribus virtutibus ornari debet.

Tolle ergo primam virtutem, quia quantum ad Deum oportet ipsam esse deuotam:nam ex quo perdidit eius dilectum maritum, quem, post Deum, super omnia diligebat, cum Deo non poterat liberaliter seruire, quia studebat seruire viro;modo facta libera vinculo matrimoniali,ipsa debet vacare ipsi Deo cum toto studio,& in omnibus operibus suis.Vidua ergo dicitur,quæ est priuata marito,& quæ desolata remansit, & ista talis debet instare orationi,& deuotioni die,noctuque.Exemplo illius viduæ, de qua legitur Luc.21. cap.quæ vacabat in ecclesia orationibus, & domi ieiuniis,quæ obtulit duo minuta ærea, & dixit Christus ipsam plus omnibus aliis offerentibus magnum thesaurum obtulisse. Nam vidua,quæ attendit deuotioni Dei,& castigationi corporis, siue carnis, impetrat à Deo omnem gratiam, quam requirit, sicut Anna vidua,quæ nihil aliud desiderabat,nisi videre Filium Dei incarnatum, vnde promeruit ipsum videre in spiritu, dum oraret in templo cum isto desiderio. Et quod sit verum,Ecclesiastici 35.cap.dicit: Non despiciet Deus vota pupilli,& preces lachrymosas viduæ.Non tamen dico, quòd tu vidua petas vindictam, vel illicita; sed quod tua vota sint iusta,& rationi suppositæ: vnde in Act. Apostolorum 9.cap.tu habes, quòd Petrus Apostolus, postquàm sanauit in Lydda *ab annis octo iacentem in grabato qui erat paralyticus; cum autem prope esset Lydda ad Ioppe,discipuli audientes, quia Petrus esset in ea,miserunt duos viros,* vt Petrus veniret ad se,& procedens Petrus,*introduxerunt eum in cœnaculum*, vbi erat Tabitha interpretata Dorcas, discipula Christi mortua,& *circunsteterunt illum omnes viduæ flentes*, & Petrus pietate, & lachrymis viduarum illarum deuotarum motus, *conuersus ad corpus*,facta oratione, *dixit:* Tabitha *surge:*& apertis oculis, *viso Petro*,Tabitha appellata Dorcas, *resedit, & illam viuam* viduis *assignauit* :ad significandum, quod vidua debet esse deuota Deo,& seruis eius.

Vidua sit deuota.

Vidua quanam sit.

Luc.21.

Eccle.35.

Secundo debet esse operosa in domo, & non stare otiosa; vnde Paulus ad Timo. 5.cap. loquens de verè vidua, dicit, quòd *vidua* vera est *non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor,in operibus bonis testimonium habens, si filios edocuit, si hospitio recepit, si Sanctorum pedes lauit,si tribulationem patientibus subministrauit,si omne opus bonum subsecuta est, Adolescentiores autem viduas deuita*,&c. Vnde vidua si filios,vel nepotes habet,discat prius domum suam ornare,non intelligas de ornatu extrinseco, scilicet, quòd domum scoparam teneat,& ornet serico, & tapetis; sed quòd doceat ipsos ornari moribus,virtutibus,& scientia, & sciat ipsos gubernare secundum Deum; & in gubernatione domus suæ sit magnanima,sicut docebat Hieronymus, viduam filios gubernare;quia oportet viduã supplere defectum mariti; vnde cum virga disciplinæ corrigat filios adolescentes;mittat ipsos ad scholas, vt efficiantur docti,& virtute instructi,& faciat ipsos addiscere grammaticam,logicã,& rhetoricã: & tu vidua sis solicita,vt filij tui cõfiteãtur & sumãt corpus Christi,cũ sunt intra dies discretionis, videlicet,si esset fœmina in duodecimo anno;si masculus in quartodecimo anno: & non cures fieri tuis filiis vestes pretiosiores & elegantiores secundum modum currentem:& si habes filiam,tu vidua, nunquam dimittas ipsam sine te; quia si vadis ad Missam,vel prædicationes, vel rus,vel quocunque vadas, semper ipsam ducas tecum; quia si dimittis ipsam domi, tu finaliter reperies ipsam prægnantem, secundum corruptelam viuendi præsentis temporis, propter insidias calamistratorum iuuenum, & senum corruptricum, quæ continuò suis applausibus,& lenociniis,puris,& maturis virginibus insidiantur,quo pacto ipsas decipiant:& caue ipsam à conuersatione aliarum vanarum; quia quando sunt insimul, poliunt se, docent se fucare, & ornare, & ratiocinantur semper de vestibus cultis & amatoribus, &

Vidua nunquam sit otiosa.

1.Tim.5.

Digitized by Google

cum ſentiunt aliquem equitantem, vel tranſeuntem per viam, ſubito proſiliunt ad feneſtras cachinando, & melodias cantando, &c. Et annuntio vobis, quòd quoties vos fœminæ non ducitis filias veſtras ad Miſſas, & prædicationes in diebus Dominicis, & ſolemnibus, peccatis mortaliter: ſed hoc procedit, quia ſi ſunt turpes nolunt videri, vt decipiant aliquem. Et noli dimittere filiam tuam addiſcere tales cantilenas, ſed fac, quòd addiſcant ſcire filare, & legere, & tunc in diebus feſtis fac ipſas legere libros diuinæ ſcripturæ, & legendas virginum, & quòd non ſtent aliqua hora ocioſæ, & cuſtodi ipſas, & greſſus earum; & ſæpiſſime quære quid habet in eius capſa, ſi reperis marſupia, manuſtergia, & huiuſmodi, examina ipſam, & ſubtiliter quære vnde habuit: videas ſi reperis puluerem redolentem, & ampullas vnguentarias, & quære ſubtus lectum vbi dormit ſi habet de huiuſmodi lenociniis: ô inſana tu bene intelligis me. Nam quando dimittis tales fatuas domi, multoties loquentur ſuis amantibus, & infamãt ſe, & domos ſuas: facito etiam, quòd filia tua fugiat tripudia, & feſta iocoſa, & quòd ſemper timeat remanere ſola, & quòd in domo ſit ſicut ancilla & ſerua, & pro omni minima re argue eam; quia filia carens patre minus timet, quàm ſi haberet. Sed ſi vidua non habet filios, vel nepotes ad gubernandum, tunc ipſa debet frequentare eccleſiam, & die, noctuque imdulgere diuinis orationibus, & quòd ſupereſt temporis, debet laborare, & filare pro pauperculo, vt illi faciat induſia; & debet viſitare, bene ſtipata, pauperculam vetulam infirmam, & ſeruare eius bonam famam cum omni pudicitia, & integritate, & ſit ſemireligioſa.

Filiarum inſtructio.

Filiæ fugere debent tripudia.

Tertiò requiritur, quòd vidua ſit virtuoſa contra peccatum. Et nota, quòd à tribus partibus inſurgit peccatum, vel à dæmonio tentante, & inſtigante, aut à carne ſtimulante, & minante, vel à mundo infortunante, & proſequente: dico ergo primo, vidua verè debet eſſe victorioſa contra diabolum; quia dum diabolus præſentat, & proponit illi aliquam inſpirationem malam, vel aliquam acedioſam, melãcholiam, & tentationem, tu debes reſiſtere, dicendo: ego fui in tanta tentatione, quòd non curo amplius de tuis malis cogitationibus ô diabole: nam multoties diabolus ipſe propter malas conſuetudines præteriti temporis, conducit te in prauas cogitationes, & ſtimulationes carnis: ſed tu appone clypeum Iudith, & ſicut ipſa, incide caput Holoferni, ſcilicet principio tentationis carnalis deſiderij; & aliarum malarum tentationum, &

Vidua contra peccatum ſit vigilantiſſima.

Vidua victoria cõtra tẽtationes dæmonis.

Principiis obſta, ſero medicina paratur.

Poſtquàm aperuiſti diabolo pulſanti oſtium tuæ domus, quia tunc ſi conſentis illius tentationibus, tu nunquam poteris ſine tentatione eſſe.

Item eſt alia victoria viduæ contra carnem, quia ſi vidua eſt iuuenis, & nutrita in deliciis, niſi ſit ſapiens, & ſciat extinguere ignem, tunc comburetur domus illa, in qua habitat: vnde tu virgo iuuenis, cui bullit ſanguis, fac in tuo regimine, ſi vis, quòd tuus ſanguis non bulliat, & non vis vri, fac ſicut facis, quando tu vis, quòd tuus lebes non bulliat: nam tripliciter obuiatur ne lebes bulliat; vel quia tu amoues ligna ardentia ſubtus de igne, & ſubito ceſſat bullire, & tantum bullit, quantum ignem facis, & quot ligna imponis.

Vidua victoria contra carnem.

Ita regula te, ſubtrahendo cibaria, & vina delicata, ieiunando, vigilando, laborando, in paleis dormiendo, frigora ſuſtinendo, aquam bibendo, & huiuſmodi, & in continuis orationibus fortiter inſiſtendo: certè ſic faciendo, tu non recordaberis de luxuria, & vinces inſidias diaboli, & ſtimulos carnis.

Contra carnis vitia remedia. Vidua ſubtrahere debet delicias.

Secundo modo obuiatur remouendo cauſas, & fugiendo conuerſationes malas: & tu ô vidua, caue tibi ab omni homine; & in confeſſione reperias tibi fidum confeſſorem, & timentẽ Deum; quia homo eſt fragilis, & fœmina fragilior; & ideo conſulo, quòd quælibet domina deuota ſibi reperiat fidum confeſſorem, & timoratum de Deo; & non cures multum conuerſari cum tuo confeſſore præter actum tuæ confeſſionis.

Vidua conuerſationes malas debet fugere.

Tertio modo obuiatur ponendo aquam in lebete, ſcilicet temperando, & ſubiiciendo ſenſus corporeos rationi: vnde Paulus Apoſtolus dicit: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem* repono imperio rationis, vt prædicando caſtitatem, non reperiat in delicto. Sed quid faciet iuuencula vidua delicata, quia niſi ſit ſapiens, & regat ſe fræno prudentiæ, & temperantiæ, & dimittat intrare inimicos ſuos, quos vndique habet in eius domum, ſcilicet carnes, bonum vinum, & calidos cibos, & delicatos, vincetur, & ſine dubio cadet, & vadit poſtea ad ſe confitendum, & dicit; domine, ego affligor, & ſum vndique tentata, &c. Et non eſt mirum, ſi tu tentaris, & vreris, ponendo ſuper igne tui iuuenilis caloris cibaria delicata, & bona vina, & dormis in mollibus plumis, ſtas ocioſa, & in malis curis. Sed aduerte, & fac ſicut docet Euangeliſta: *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum*, &c. Hoc eſt diuertendo viſum in aliquam partem, remoue cauſas, & caſtiga carnem, & non dormias in plumis: non tamen dico, quòd tu dormias ſuper ſcamnis, nec in terra, ſed ſuper paleis: & dico tibi, quòd expertus loquor, quòd non eſt ſuauius, & melius dormire quàm ſuper paleis: quia in æſtate ſunt recentes, & in hieme ſunt calidæ, & homo non infirmabitur propterea; & ſic faciendo tu habebis victoriam carnis. Et nota, quòd contra iſtos tres inimicos, ſcilicet diaboli, carnis, & mundi, Deus præparat tres victorias, & exinde ſequuntur tria præmia. Primo, quòd ſi filios habet, Deus dabit eis bona temporalia, quia ſaturabit eos panibus, iuxta illud Auguſt. ad Pſal. 36. *Non vidi iuſtum derelictum*: quia licet iuſtus quandoque ſentiat egeſtatem corporalis cibi, nunquam veniet in egeſtatem panis ſpiritualis, qui eſt melior cibo corporali; quia habendo cibum ſpiritualem, tu eris ita contentus, quòd tu habebis patientiã, & nõ curabis. Secundo benedictio, quia Deus dat illi gratiã ſuam. Tertio, quia ex gratia ſequitur benedictio æternalis animæ, & corporis.

Tres habebit victorias. Pſal. 36.

Panis ſpiritualis melior cibo corporali.

Tertiam victoriam debet habere contra mundum, quia ſi ipſa eſt diues, parentes & affines ſui mariti quærunt deprædari filios, & ipſam; ſi filias habet diuites, omnes quærent habere filias ſuas propter bona; & ſi habet pinguem dotem, ſit bene cauta, ne decipiatur à malis conſiliis, & accipiet aliquem libidini addictum, ſicut quotidie accidit; quia ſecundum conſilium Pauli, ſi poteſt continere, conſulit, quòd non nubat, ſi poteſt reſiſtere carni: ſi verò non poteſt continere, nec reſiſtere carni, *tunc melius eſt nubere, quàm vri*. Et cauete vobis, ô viduæ, ab iſtis vetulis maledictis, & excœcatis, quæ faciunt ſicut lanij, qui poſtquàm vendiderunt ſuas carnes, vendunt poſtea carnes alienas: nam iſtæ peſſimæ vetulæ veniunt filando ad domum viduellæ, fingentes ſe velle emere aliquam telam, vel aliqua alia; vel quando vendunt aliquas veſtes aut ſuppellectilia ſedent & ſedentes confabulantur, & reſpiciunt fixè vultum viduæ, & ſuſpirant, dicẽtes: filia mea, heu quàm magnum peccatum tu facis, perdendo ita fruſtra tuum tempus; quæ compaſſio eſt iſta, tu potes acquirere multas animas Deo, & acquirere tam pulchros filios, qualis tu es; quia in veritate tu es pulchrior iuuenis iſtius terræ, Deus parcat illi, qui tale dedit conſilium tibi, quòd perdas iſto anno tempus, quia facit tecum magnum peccatum: & ſic dicendo intrant paulatim ſuadendo, donec ſuaſerit viduæ taliter, quòd faciliter, vel vno, vel alio modo decipiant eam. Sed tu, ô vidua, fac iſtis talibus vetulis, ſicut fecit vna Veronæ, quæ ita verberauit vnam lenam, quòd væ illi: vnde caue, quia tales vetulæ non quærunt niſi replere ſe de tua pelle: poſtquàm ergo Deo placuit, quòd ſis vidua, cape Chriſtum pro tuo ſponſo; quia vna de duodecim admonitionibus Chriſti eſt caſtitas; non tantum ipſe mihi noſter Chriſtus dedit hoc conſilium, ſed omnibus iis, quę poſſunt attendere animæ, & caſtitati. Nam vidua non

Vidua victoria. 3. contra mundum.

1. Cor. 7.

Vidua ſponſũ debet habere Chriſtum.

Digitized by Google

non habet maritum, qui moleſtet eam: & ideo ipſa poteſt facere pœnitentiã, ſurgere in matutino ad orandũ: poteſt facere diſciplinam, ieiunare, frequentare eccleſias, & multa bona facere. Vnde Paulus ad Corinth. 7. c. *Mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo, vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu: quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro*, &c. & ſic faciendo verè vidua erit tripliciter victorioſa contra dœmonem, contra carnem, & contra mundum.

Secvnda Pars Principalis,

De tribus viduarum honoribus.

1. *Ad Tim.* SEcundus ſtatus honorabilis eſt deſcriptus hic à Paulo Apoſtolo, dum dicit: *Honora viduas, quæ verè viduæ ſunt*: vnde nota tres honores.

Primus honor ſtatus vidualis eſt, quia debent eſſe commendatæ.

Secundus, quia debent eſſe confortatæ.

Tertius, quia debent eſſe defenſæ.

Vidua commendanda. Nam primo debent commendari, quando earum negotia proſpere ſuccedunt.

Tertio debent defendi in ſuis neceſſitatibus. Vnde Chriſtus diſtinguendo tres ſtatus, ſcilicet virginalis, vidualis, & matrimonialis, præpoſuit ſtatum virginalem viduali, & præpoſuit ſtatum vidualem ſtatui matrimoniali: Vnde Matth. 3. c. dicit, quod virgo, quæ non probauit delectationem mundi, & actus carnales, magis experitur, & ſentit de dulcedine Dei, quam aliæ ſcilicet viduæ, & maritatæ. Et Ioannes Climachus dicit, quod inexpertæ vitio luxuriæ non tentantur, ita à ſpiritu luxuriæ, ſicut expertæ, ſicut in liberali homine, qui dando vnum ducatum non multum erogaſſe exiſtimat, nec tam illi difficile quam auaro qui daret vnum tantummodo ſolidum. Et nota, quod viduæ dantur quinquaginta pro præmio: & iſte numerus quinquaginta ſignat mediam delectationem, quia non eſt virgo: ſed virgo habet delectationem Dei per opera caſtitatis, per decem, quod ſignificat operationẽ: ſtatui verò matrimoniali, ſeu nuptæ dãtur pro præmio triginta, quia delectatio. Et iſti ſtatui dantur duodena pauciora, quam ſtatui viduali: & vnum decem eſt cauſa aliud decem, & occaſionis: prima decas accipit occaſionem caſtitatis ſanctæ, vnde Chriſtus voluit ex Virgine naſci, vt præponeret ſtatum virginitatis ab Anna vidua, voluit recipi, vt laudaret ſecũdum ſtatum viduitatis. Tertio in nuptiis in ſtatu matrimoniali fecit miraculum in triginta annis, vt etiam ipſum ſtatum matrimonialem approbaret, & laudaret, ſed non tantum. Item lege in Biblia in libro Ruth, de iuuene pulcherrima vidua, quæ iuit peregre tẽpore mariti; & omni die ſe elongabat à Deo quia attendendo marito, non poterat attendere Deo: & cum remanſit vidua, vidit ſe elõgatam valde à Deo, quia fecit ipſam redire domum tempore quo colligebatur hordeum, quia hordeũ habet de foris corticem aſperam, quæ ſignificat pœnitẽtiam, quam vidua rediens peregre, faciendo pœnitentiam recordatur de Deo, redit ad Deum, &c. Secundo debet confortari, quia ſi mulier viduata vult viuere in illo ſtatu viduali, confortа ipſam, quod perſeueret in eo; & adimple Canonem traditum à Sancto Iacobo, de religione, *munda & immaculata apud Deum, hæc eſt, viſitare pupillos, & viduas in earum tribulationibus*, & ſubuenire eis in earum neceſſitatibus, defendere eas, nec facias ſicut aliqui, qui ſpoliant eas, & earum dotes occupant, & vſurpant. Nec tu ô iudex, aduocate, & procurator, noli facere ſicut dicit Iob, 22. *Vacuas dimiſiſti viduas*, ſcilicet ſi debent habere ſuum debitum. Tu ô Iudex & vos aduocati parentes dimittitis ire vacuas, non faciendo illis ius, &c.

Numerus quinquaginta mediam delectationẽ ſignificat.

Ioan. 2. Triginta ſtatum matrimonialem ſignificat.

Hordeũ ſymbolum pœnitentiæ.

Iac. 1.

Iob. 22.

Vidua defendi debent. Tertio vidua debet defendi, quia licet fratres habeat, & proximos & affines, non propterea illarum defenſio & protectio eſt negligenda, quia perdendo maritum videtur omnia perdere, & quicunque debet ipſam iuuare, & non dimittere ipſam ire ad loca ſuſpecta; quia ſi ibunt, de duobus euenient alterum; aut redibunt vituperatæ, aut diffamatæ: ô proditor, ô digniſſime cremari, qui talia facis. Vnde Iſa. 1. c. *Quærite iudicium, vt cito fiat ius vidua, ſubuenite oppreſſe*; quia ſi viduella eſt oppreſſa, & occupatur illius debitum, facite ſine ſtrepitu, & figura iudicij ipſi reddere, quod ſuum erit. Et tu ô Aduocate, & procurator, nota quod dicitur Deuteronomi 22. capite. *Pupillo, & viduæ ſi nocueritis, clamabunt ad me, & exaudiam eos*: quia orando proclamabunt vindictam; & dato quod non benefaciant, tamen Deus faciet vltionem; quia vox oppreſſorum, merces retenta laborum, &c.

Iſa. 1.

Deut. 22.

Tertia Pars Principalis,

De ſtatu viduæ vituperabili.

SEquitur tertius ſtatus viduæ vituperabilis, cum dicit, *Viduas*. Vnde nota quod tria ſunt quæ maculam inurunt viduis. Prima, ſi eſt ocioſa: ſecunda, ſi ipſa eſt curioſa: tertia, ſi eſt luxurioſa.

Viduarum vituperia tria.

Dico, quod primum eſt ocium, quod vituperat viduam. Vnde nota bene, quod ſi vidua eſt iuuenis, & viuit delicate, & in ocio, ita eſt poſſibile, quod ipſa ſit caſta, ſicut eſt poſſibile, quod homo ſit aſinus; quia cum habebat maritum, erat illi ſubiecta, & non audebat ita recalcitrare, quia habebat frænum continuum, quo gubernabatur, &c. ſed quando eſt facta libera, tunc ipſa eſt ſicut equus potens, & furens ſine fræno, & ſine ſella, qui vadit currendo, & ſaltando, & neſcit quo curſit quia nimis impinguatur nec cohibetur; ſed dando ei hordeum, tunc ſtat firmus: nam hordeum ſignificat pœnitentiam, vt ſupra dixi. Ita facit iuuenis in libertate poſita, & niſi reperiatur bene aſſociata, oportet, quod efficiatur compta & veſtibus culta. Oportet ergo, quod vidua iuuenis habeat ſemper ante ſe hordeum, vt ſter firma, ſicut equus, & refrænentur ſui appetitus ſenſuales: ſurgat enim quotidie ſummo mane, & dicat horas canonicas, videlicet loco matutini, dicat xxv. *Pater noſter*, & totidem *Aue Maria*: in ſexta ſeptẽ *Pater noſter*: in tertiis totidem: in nonis tantundem: in veſperis dicat xij. in completorio ſeptem; & ſic omni die dicent orationes, ſeu horas canonicas; & hæc faciant tam maritatæ, quam viduæ; quia illæ breues orationes non multum illas impedient & retardabunt ab officio & ſollicitudine domus: & ſcientes legere, dicant officium Beatæ Virginis; quia illud cauet ipſas à curis: & ſi habent tempus mane, cogitent de gloria maxima paradiſi præparata volentibus ipſam, faciẽdo opera bona: in ſecũdo vero cogitẽt de pœnis inferni, & omnia quæcunque fecerunt illa die; & de paſſione Chriſti, quã portauit pro noſtra redemptione; & ſic ſemper cogitent de paſſione Chriſti, vel alicuius Sanctæ Virginis, vel alicuius Sanctæ Viduæ, commutãdo earum vitam, filando, ſuendo, & cætera opera faciendo. In diebus vero Dominicis, & feſtis debent diluculo ſurgere, præparare prandiũ ad ignẽ, & omnia præparare, & poſtea ire ad Miſsã, & audire diuina officia, & audire prædicationes, & ſuos filios inſtruere, & inducere, vt audiãt omnibus diebus feſtiuis Miſſas & prædicationes. Sed ſi eſt dies vidua, tũc nõ debet ceſſare quin filet, & ſuat pauperibus pro Deo, & laboret, ne ocium ipſam deprehendat; quia ſic faciendo, multum placebit Deo. Item vidua debet omnia quæ portat, & quæ portãt filij aprare, & ſuere ſuis manibus, ſicut quædã nobiliſſima domina, quæ optime gubernabat domũ, & familiam ſuã ſapienter, & diſcretè, & dixit, proinde quando fuit prope mortem: Ego volo, quod faciatis mihi vnam gratiam, quod ponatis mihi, cum clauſero oculos, indufium, quod meis propriis manibus filaui, & meo labore quæſiui; quia nil aliud, nec alicuius portare volo: ad denotandum, quod ſicut portabat virtutes, &

Vidua & nupta dicant horas canonicas.

Otium vituperat viduã. Viduã otioſa vituperatur.

Digitized by Google

fuit virtute ornata : ita fuerat laborioſa,& labores manuum ſuarum portare volebat in corpore ſuo ; quia multum placet Deo , quod viduæ ſint laborioſæ ; & multũ placeret mihi, quod vos dominæ viduæ reficeretis corporalia ſubtilia iſtis eccleſiis derelicta;quia eſt deuota eleemoſyna,vbi ſupponitur corpus Chriſti ; & eſt modici ſumptus : ſed ſi vidua eſt pigra, & ſimiliter quæque alia mulier , & negligens,dormiens vſque ad tertias,non vadit ad eccleſiam, & efficitur camera omnium vitiorum.

Vidua pigra camera omnũ vitiorũ.

Vidua curioſa vituperatur.

Secundum vituperat viduas, ſcilicet, quando ſunt curioſæ,& verboſæ,loquentes,quæ non decet;quia nõ licet,neque viduis , neque iuuenibus complacere viris iuuenibus,& eſſe loquaces,& curioſas:quia inde vituperium conſequuntur : Vnde Paul.ad Tim. 5.c. *Simul autem & ocioſæ diſcunt circuire domos, non ſolum ocioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ loquentes:* contra iſtas fatuas mulieres,quæ mittunt filias ſuas capillatas,fucatas, & bene ornatas,quia docent etiam filias eſſe audaces,&c. quæ non licent maritatis quæ poſſunt ire ornatæ , tamen honeſto modo , & non debent ſe ſtibio pingere, nec ire cum caudis , & vti aliis ſuperfluis vanitatibus, loqui lenonibus & huiuſmodi farinæ hominibus;multo minus ergo viduis conceditur vt ſint curioſæ,& depingentes ſibi vultus,& imponentes ſibi aquas, vt videantur vel pallidæ , vel coloratæ ; quia talia faciendo eſt malum ſignum,& earum animæ ſunt ſiccæ,ſi earum cutis quærit colorari quia eſt morbida ; quia eſt eſca vermium,& ſaccus ſtercorũ,& domus omniũ vitiorũ.

1. Ad Tim. 5.

Tertium,quod maximè vituperat mulieres eſt,ſi eſt luxurioſa , quia eſt impúdica , & ſit ſecreta quantumcunque velit,ſi non refiænat , extinguendo ignem ſui iuuenilis caloris , remediis ſupra ſcriptis , neceſſe eſt, quod omnino ſit vituperata. Et nota,quod ſunt variæ dominæ luxurioſæ , quæ quærunt varias cauſas luxuriandi:quædam quærunt maritari,vt liberius poſſint luxuriari,& iſtæ quærunt iuuenes ; quia multoties ſunt aliquæ vetulæ rugoſæ ita luxurioſæ, quod non ſufficit ipſas habuiſſe duos vel tres viros,quod accipient quartum,iuniorem primo,qui poſſet eſſe filius ſuus, & nepos, & poſſent filios propter earum ſenium procreare: ô peſſimæ mulieres , quia nil eſt deterius,quam ſenex luxurioſus.Quædam iuniores volentes luxuriari,reperiunt nouas cauſas ad ducendum maritum : nam dicunt,væ miſeræ , ego ſum de nobili & bona progenie, & ſum diues , ſed ſum malè recta,& gubernata. Nota, quod ſicut vidua dicit hæc,ipſa capit maritum : quandoque dicunt,Bene eſt verum, quod melius eſſet mori pariter cum ſuo marito, quã remanere vidua;quia nullus curat de vidua,& malè tractatur, quia vſque ad ancillas,& famulos,& factores non timent me,immo dicunt mihi contumelias.Vel dicet,væ mihi miſerę,quia non habeo mihi emat vnam libram carnium. Et ſi habet filios,dicet,filij mei,ego bene video,quod niſi prouideatur vobis, vos efficiemini diſcoli:quia non habetis aliquẽ,qui vobis ſit cordi,& qui caſtiget vos:& mittat vos ad ſcholas,nec qui defendat vos,& ſi pueri habent affines,tunc faciunt ipſos eis exoſos,dicendo,bene nomen eſt conſequens rei , & merito vocantur parentes à paro paras,quia vos quærunt ſpoliare,niſi aliter prouideatur vobis filij mei dulciſſimi. Et tunc nota,quia quærunt ſibi prouideri de marito, vt luxurientur.Cõſulo vna cum Paulo,vobis,ô viduæ,vt ſitis honeſtæ,& non faciatis ſicut aliquæ, quæ volunt apparere honeſtæ,& politæ vadunt ſuper oſtiis ſuis ad oſtendendum ſe;& ſi vultis maritum, quia *melius eſt nubere, quàm vri*,cape patrem,vel matrem, vel tuos proximiores,ad quos talis cura merito ſpectari debet,& honeſto modo dic,quod prouideant tibi de vno bono,& honeſto viro,& legitimo marito.Sed aduerte, quod ſi capis maritum,de duobus erit alterum, aut tu capies vnum malum maritum,aut vnum bonum:ſi capies malum,& primus fuit bonus,tu nunquam habebis vnum bonum diem,& ſemper ſtabis in continuo bello , & continua afflictione , & omne verbum male prolatum penetrabit cor tuum reſpectu primi tui mariti,qui fuit bonus: ſi erit luſor , tuas ludet veſtes, & omnia, & reducet te ſuper paleis : ſi erit ebrioſus , bibet in tabernis in vno die lucrum totius ſeptimanæ,& veniens domũ ebrius, te verberabit , & ſemper ſtabis in continua afflictione, & continuo bello. Sed ſi habuiſti primum bonum, & reperies ſecundum bonum ; adhuc tu nunquam habebis bonum tempus , timens iſtum mori , ſicut primus mortuus fuit.Similiter ſi primus fuit malus , & ſecundus malus , duplicabitur tibi dolor , & poteris dicere, quod tu incœpiſti eſſe in inferno prius quam moriaris.Et ſi habes filios,vel filias ex primo,vel tuus ſecundus maritus habet filios, vel filias ex prima eius vxore, & tunc tu nunquam habebis pacem, quia ſi bene tractas filios tuos melius quam ſuos , tu eris inimica tui mariti,& filiorum ſuorum:ſi melius tractas ſuos quam tuos,tu efficieris inimica tuorum propriorum filiorum.Et econtra maritis.Et ſic tu nunquam habebis pacem.Præterea ſi habes filios de tuo proprio marito, ad quid capere amplius maritum,ex quo habes prolem;& ſcis,quod tua proles non bene tractabitur, ſicut experientia docet ? Et ſi non habes filiòs,tu es bene fatua, ponere te liberam in tanta ſeruitute habendi liberos:& ſi habes liberos ex primo,ille ſecundus non poterit pati videre comedere ipſos ſuum panem, & oportebit te furari panem , & alia ad ſubueniendum eis ; & ſic eris ſemper in continuo bello,& rancore.Et ſi ipſe habet filios ex prima, ſimiliter ſemper tuus vir erit ſuſpectus, quòd non diligas eos. Et ſi infirmabuntur , infirmaberis,quia dicetur,quòd ex tua culpa , quia deſideras eorum mortem, & quod potum veneno mixtum eis dederis ; & ſi das eis comedere,dicetur,quòd facis,vt moriantur : ſi non,dicetur, quòd es crudelis;& ſic ſemper eris in continua triſtitia , & rancore.Et lege Hiero. in quadam ſua epiſtola , de hoc, qui nullatenus conſulit viduæ nubere.Sis ergo cauta bona vidua,& bene proſpice qualiter agas, & cui nubas , & ſi potes remanere vidua,conſulo tibi, quòd ſerues vidualem vitam,& ſis verè vidua,ſicut prædixi,viuendo in caſtitate,& in ſeruitio Dei;quod ſi feceris,gratiam Dei conſequeris;qua mediante,tu peruenies ad vitam æternam,quam nobis concedere dignetur Deus omnipotens per ſuam miſericordiam,Amen.

Vidua impudica vituperatur.

Sene luxurioſo nihil deterius.

Vidua ſi nubit ex duobus alterum effugere non poterit.

Vidua non nubant.

DE SCIENTIARVM Studiis.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo , qui eſt de ſcientiarum ſtudiis tres precipuas habet partes.

Prima pars principalis,

De ſcientia infuſa & inſpirata in qua de intellectu.

Secunda pars principalis,

De vita ornata ad ſcientiam comparandam.

Tertia pars principalis,

De ſcientia acquiſita.

Sermo IX.

BONITATEM , & *diſciplinam,& ſcientiam doce me,quia mãdatis tuis credidi.*Pſal. 118.Nota mirabile eloquium ſtudiorum diſciplinæ, & rationem infuſionis diſciplinæ,quia mandatis,&c.Ad cuius euidentiam, *Pſal.118.*

Digitized by Google

dentiam, nota tria ſtudia. Tu ô ſtudens, qui cupis ſtudere, & effici doctus. Primum ſtudium eſt de ſcientia inſpirata, ibi, *bonitatem*. Secundum ſtudium eſt de ſciẽtia, & vita ornata, ibi *& diſciplinam*. Tertium ſtudiũ eſt de ſcientia acquiſita, ibi, *& ſciẽtiam doce me, quia mandatis tuis credidi*. Nam primum ſtudium incipit à ſummitate ſcientiæ, quæ eſt ſcientia ſpirata: quæ eſt bonitas. Secundum ornat diſciplinam. Tertium eſt ſcientia acquiſita per feruẽtem continuationem, & frequẽtationem ſtudiorum, quæ omnia procedunt à Deo: *quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminũ*, &c. Iac. 1. c. quæ omnia in fide fundata ſunt: & ideo ſubdit, *quia mandatis tui credidi*.

Prima Pars Principalis,

De ſcientia infuſa & inſpirata.

INcipiamus ergo à primo ædificio, & incipiamus à ſummitate ædificij. Nam quanto plus ſcientia inſpirata, vel ornata, ſeu acquiſita adhæret ſuo principio, tanto plus bonitatis & fidei eſt in illo, qui ſcientiam ipſam cupit acquirere. Prima namque ſcientia dicitur inſpirata, quia bona, & nullus bonus, niſi ſolus Deus. Ideo ſacra Theologia vocatur bonitas, quod aduertens Dauid clamabat, dicẽs, *Bonitatem*, &c. *doce me*. Et ſi cupis ſcire, qualiter ſtudium ſcientiæ huius primæ bonitatis poteſt acquiri: lege in Apoc. 10. vbi tu recte habebis modum acquirendi ſapientiam. Nam dicit ipſe. *Et audiui vocem de cœlo, iterum loquentem mecum, & dicentem; vade, & accipe librũ aperũ de manu Angeli ſtantis ſuper mare, & ſuper terram, & abij ad Angelum, dicens ei, vt daret mihi librum: & dixit mihi, accipe & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum. Sed in ore tuo erit dulce tanquàm mel: & accepi librum de manu Angeli, & deuorauí eum: & cum deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus, & dixit mihi, oportet te iterum prophetare populis, & gẽtibus, & linguis, & regibus multis*, &c. In quo ſacro, & myſtico eloquio nota quatuor regulas, per quas anima poteſt in ſciẽtia proficere. Prima regula eſt de diuina inſpiratione. Secunda regula eſt de mentali acceptatione. Tertia regula eſt, de affectuali ſaporatione. Quarta regula eſt, de fructuali exercitatione. Dico, quod prima regula eſt de diuina inſpiratione: quia niſi inſpireris à Deo, tu non poteris ſcientiam adipiſci, & hoc eſt, quod dicit, *audiui vocem de cœlo dicentem mihi. Vade & accipe librũ apertum*, &c. quia nihil aliud eſt, niſi diuina infuſio ſapientiæ, quæ tacitè infunditur in mente inſpirante Deo, audiendo Doctores, & loquendo de diuinis, ſe exercitando in diuinis ſcripturis, & eas legendo, ſed potiſſimum conſiſtit in audiendo ſcientiam, quam vis tibi infundi, & hic dicit Pſal. Non enim humanam voluntatem locuti ſunt Prophetæ, ſed inſpirati Spiritu S. locuti ſunt homines, ſicut Ioan. hic. & Hier. & alij Prophetæ, qui aperiebant os, & Spiritus S. locutus eſt. Et hoc eſt, quod S. Ioan. dicit: *vade ad Angelum*, &c. Nam ire ad Angelum, nihil aliud eſt, quam adhærere Chriſto; quia quanto plus adhærebis illi, tanto magis efficieris ſapientior. Quia ire ad Chriſtum, eſt & cum deſiderio amoris, & timoris appropinquare Chriſto, timendo, & amando, & econtra, quia Chriſtus eſt magiſter ſapientiæ, *cui eſt data omnis poteſtas, ſicut in cœlo, & in terra*, & ideo qui plus amplectitur Chriſtum, plus addiſcit, ſicut ſanctus Ioannes, qui recubuit ſuper pectore Chriſti, & in tantum repletus ſcientia Dei fuit, quod nullus alius ſanctus, tam lucidam, & altam ſcientiam acquiſiuit, ſicut ipſe tam de ſcientia diuina, & cœleſti, quàm de ſcientia terreſtri. Ecce ſcientiam, quam acquiſiuit à potentia diuina in cœlo. *In principio erat verbum*. Ecce potentiam vbi datam in terra. *Et verbum caro factum*, vel ſic, quia totum ſuum euangelium primum fuit cœlum. Sed ſcilicet Apo. fuit terra, & ſic qui plus adhæret Chriſto, plus acquirit de ſcientia diuinali, ſcilicet Theologia, & de ſcientia terrena; hinc eſt, quod dicit, *ſicut in cœlo & in terra*. Secunda regula eſt, quod homo præparet mentem ſuam, & velit ipſam ſcientiam à Deo infuſam acceptare, quia licet ſol luceat, & tu clauderes oculos, tu nunquàm videres, quia dicit Dominus. *Ego ſto ad oſtiũ & pulſo, & qui aperiet, ego intrabo*, &c. Et hoc eſt, quod dicit Io. & *abij ad Angelum dicens, vt daret mihi librum* diſponendo mentem ſuam ad recipiendam infuſionẽ ſpiritus ſcientiæ Propheticæ: vbi nota, quod volo docere vos, ô ſtudentes, habere ſenſum perfectum, & conſentire bono. Nam ſi tu vis eſſe in iſto ſtatu, oportet te habere quatuor conditiones. Prima eſt ſperare in Chriſto Ieſu. Secunda eſt in Chriſto confidere. Tertia eſt cum oratione humiliter petere. Quarta, quia tu cernas, reputes, videas, & agnoſcas te ſolum per gratiam, illam ſcientiam vel illud, quod vis conſequi à Deo acquirere, & tibi infundi, & non aliunde. Alioquin niſi iſta quatuor cõcurrant, tu nunquam eris acceptus Deo. Dico ergo primo, quod ſi vis eſſe gratus Deo, oportet, vt ſperes in eo. Et nota, ſi vis cognoſcere inſpirationem tibi in mentem occurrentem, vtrum procedat à Deo, vel à diabolo. Cõſidera bene, quia ſi prouenit, à Deo cum tibi venit, & ſe præſentat ante tuam mentem, non te violentat: quia ſi aperis conſentiendo, ſola intrat, ſi non aperis illi, ſtat foras, & non intrat, quia dimittit te libero arbitrio. Sed diabolus facit contrarium, quia ſi venit, & offert ante fores tuæ mentis ſuam diabolicam inſpirationem, & claudis illi portas, vlulat, pulſat pedibus ad fores, & dentibus rodit portas, & ſatagit in tantum vt vel faſtidio, vel violenter aperiatur illi, & eſt ſicut ruſticus faſtidioſus. Sed Deus non intrat, niſi per liberam voluntatem. Vnde ſi anima aperit, intrat: & intrando, anima delectatur & illuſtratur; Iuxta illud, *aperi os tuum, & replebo illud*: quia ſi non aperis os, cibus nunquàm intrabit. Sed natura diaboli eſt contraria, quia pulſat hinc inde faſtidioſè, & vndíque rugit, donec conſentias ei. Si ergo vis bene addiſcere ſcientiam in qua ſtudere propoſuiſti, fac quod tu deſperes illam addiſcere. Non dico abſolutè deſperes; ſed deſperes, quod ex te poſſis illam acquirere, & non reputes te eſſe dignum illam acquirere ſine gratia Dei, & facito ſicut ille, qui conatur tranſilire vnam magnam foueam, quia incipit à lõge currere, & ſic currendo melius ſaltat vltra, quàm ſtando prope ſubito ſaltu ſaliret. Ita accidit volenti captare ſapientiam & ſciẽtiam; quia quanto plus elongas te à tua ſpe, & curris cum ſpe Dei, tanto plus ſaltas, & proficiſceris in illa ſcientia. Vnde Cant. 7. cap. *vmbilicus tuus crater tornatilis nunquàm indigens poculis*, vmbilicus eſt fragilior locus & tenerior totius noſtri corporis, quia eſt ſaccus ſtercorum, & interpretatur cognitio tuæ fragilitatis, & iniquitatis. Propterea Dauid ſentiens in ſe hoc dicit, *ad nihilum redactus ſum*, & nihil ex me poſſum ſcire, & ſicut vmbilicus ſiue venter eſt plenus putredine, & fœce: ita eſt cognitio tuæ fragilis abominationis. Et iſte vmbilicus eſt rotundus, ſicut crater tornatilis. Et nota quod magiſter, qui facit ſcutellas vel crateres tornatiles habet vnam perticam pendulam alligatam vna chorda in vno capite, & cum alio capite illamet chorda eſt alligata vni ligno affixo terræ, ſuper quo magiſter tenet pedem: poſtea magiſter illammet chordam, circa eius medium circumligat illud fruſtum ligni, ex quo vult facere craterem. Cum ergo laborat, calcat cum pede lignum affixum terræ, cui alligata eſt illa chorda, & pertica, quia eſt ligata cũ illamet chorda flectitur, & ſic vadit deorſum, & magiſter eleuat pedẽ, lignum inferius eleuatur, & per conſequens pertica ſuperior eleuatur, & ſic vadit modo ſurſum, modo deorſum; illud lignum, ex quo vult facere craterem, voluitur, & rotatur. Et ferro, quod magiſter habet in manu fit rotundus, & cauatur. Item crater tornatilis ſtat inter duo ligna, inter duo ferra oppoſita affixa in ſingulo duorum lignorum, & vnum ex dictis duobus lignis

Theologia vocatur bonitas.

Apoc. 10.

4. Regulæ quibus anima in ſciẽtia proficit. Profectus in ſcientia ſit regulis quatuor.

Scientia debet eſſe à diuina inſpiratione.

2. Petr. 1.

Matth. 28.

Ioan. 13. Ioannes Euangeliſta lucidiorẽ & altiorem ſcientiam habuit. Qui magis adhæret Chriſto, plus acquirit de ſcientia diuina & terrena.

2. Regula.

Apoc. 3.

Scientia à Deo datur.

Inſpiratio an à Deo, vel diabolo ſit, cognoſcitur.

Pſal. 80. Deus conſentſum liberum, diabolus conſenſum extor. ſum vult.

Cant. 7.

Pſal. 72.

Cognitio noſtra eſt plena fragilis abominationis.

Digitized by Google

poteſt trahi ante,& retro & ſtringi, & laxari ſecundum magnitudinem,vel paruitatem crateris,vel ſcutellæ,ſeu catini. Vnde magiſter crateris facit quatuor, quia facit ire perticam ſurſum,modo deorſum; & quandoque ducit ante, quandoque retro illud lignum, quod tenet craterem infixum: & quanto plus calcat perticam, & inclinare facit,tanto plus eleuatur:ſic eſt mens,quæ quanto plus ſe humiliat,tanto plus exaltatur, ſicut fecit Beata Virgo Maria. *Luc.1.* *Nam quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Ecce qualiter ſe humiliauit,quia *reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*; ecce qualiter exaltatur, *ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*: &c. Similiter habes in Publicano,qui ſtans foris de templo dixit: *Luc.10.* *propitius eſto mihi peccatori. Amen dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus ab illo*, ſcilicet Phariſæo, qui dicebat; *gratias tibi ago Domine, quia non ſum ſicut cæteri homines peccatores: Ieiuno bis in ſabbato*,&c.& iſte deſcendit. Ecce,qualiter tornus,quanto magis deſcendit,tãto magis aſcendit, & quanto crater,& vas magis cauatur,& eſt magis vacuum,tanto plus tenet,ad ſignãdum, quod quanto plus homo ſe humiliat,& eſt vacuus vitiis, & peccatis,tanto plus repletur gratia Dei; quia reputat ſe vacuum,& ex ſe nihil eſſe, ſicut Virgo Maria ſe humiliauit *fuit plena gratia,quia Dominus tecum*: & quanto plus recedit à Deo,& plus confidit de ſe ipſo,tãto minus participat de gratia Dei,& hoc eſt,quod dicit,abiit; quia quanto plus confidit Deo, tanto plus diffidit de ſe; & hoc eſt,quod dicit,abiit ad Angelum, ſcilicet Chriſtum Angelum magni conſilij,qui non ſolum venit mediator ad ſaluãdũ nos,ſed mediator totius gratiæ. Vnde Dauid,*vnxit eum Deus oleo præ conſortibus ſuis*, & idem,*ſicut vnguẽtum in capite,quod deſcendit in barbam Aaron*: quia illa gratia Dei primo deſcendit in capite, ſicut vita deſcendit à capite, & deſcendit in barbam, id eſt homines viriles, ſicuti fuit Aarõ dux populi Dei,& hoc deſcendit *in montem Sion*, quod interpretatur ſpeculatio,quia debẽmus ſpeculari in Deo,habẽdo ipſum pro noſtro obiecto ſemper in omni noſtro deſiderio,& operatione. Tertio,quia cum volumus gratiam Dei infundi nobis,nos debemus feruenter orare, & petere ab eo: ſed non quod ipſe Deus egeat noſtris orationibus, ſed vt mens noſtra efficiatur feruida,& credens acquirendo ſcientiam, quam cupimus mediante gratia Dei, & propter laborem mereamur gratiam: quia iuſtitia vult,quòd laborãdo mereamur,quia omnis labor optat præmium, & merendo gratia infunditur, ſine qua Dei nunquam habebimus ſcientiam,quia *in maleuolam animam non introibit ſapientia.*

Pſal.131. *Pſal.44.* *Gratia deſcendit à capite.* *Barba ſignificat homines ſtrenuos & viriles.* *Sion id eſt ſpeculatio.*

Secvnda Pars Principalis,

De vita ornata.

Orationis dilectione orandũ ſpiritu & veritate.

REquiritur ergo primo, quòd cum intellectu oremus in ſpiritu, & veritate, implorando eius gratiam,& ſuffragium,quia nos egemus gratia Chriſti, & non ipſe eget nobis. Secundo requiritur voluntas calens appropinquando ipſi Chriſto cum affectu animi. Tertio requiritur, quòd à parte noſtra conemur, & laboremus cum aſſiduo ſtudio,vt acquiramus ſcientiam. *Luc 1.* Vnde ſanctus Lucas, c.1. dicit, *petite & dabitur vobis: quærite,& inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.* Cum triplici intellectu:quia dicit primo *petite*, ſcilicet orando verbo, *quærite* cum affectu, & deſideriis feruidæ voluntatis, *pulſate* cum mente, & intellectu ardente præparato ad recipiendam gratiam cum feruida charitate,& ſic faciendo videtur,quòd impoſſibile eſt,quòd Deus non inclinetur ſecundum iuſtitiam ordinatam ad infundendum, & dandum tibi gratiam, quam cupis obtinere, & ſcientiam quam diſcere vis. Nam omnes ſancti his tribus modis adepti ſunt gratias, quas voluerunt;quia mediantibus orationibus cum voluntate prona,& intellectu illuminato,& mente liquefacta,& præparata receperunt gratias Dei magni. Quarto requiritur quòd tu reputes te obtinere ſcientiam vel gratiam, quam cupis à Deo, non propter tuum meritum, ſed ex mera, & propria liberalitate gratiæ Dei: quia cum per orationes bene quæſieris, & cum voluntate deſideres, & cum mente diſponas gratiam ſumere, ſi credis gratiam obtinere propter tuum meritum, tu nihil feciſti, quia gratia dicitur gratis data:dic quæſo; quid credis, quod Deus curet de te, & quid potes facere Deo, quo egeat,quòd ſi mille millia mũdorum eſſent,Deus propterea non eſſet maior,neque potentior, neque ditior, nec dignitates ſuæ eſſent magis anctæ in ſe,& ideo,vt ait Apoſt. Iacob.cap.1. *Omne datum optimum, & omne bonum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum,apud quem non eſt tranſmutatio*, &c. & non ex nobis:& hoc eſt quod Ioannes in propoſito themate dicit: *vt daret mihi librum ſapientiæ*:quia quanto magis tu putabis te fore indignum,tanto magis gratiam obtinebis. Vnde tu habes in Apoc.quãdo Ioannes vidit Chriſtum ita album,cecidit ad pedes eius tanquã mortuus: ideo dixit, *ſurge*. Idem habes in transfiguratione ſuper montem Thabor, vbi Apoſtoli ceciderunt in faciem ſuam, & Chriſtus tetigit eos,dicens: *ſurgite*,quod ſignificat, quanto tu reputas te minus dignum, & te non mereri, & magis te humilias;tanto magis mereris gratiam Dei tibi infundi exemplo Virginis Glorioſæ,quæ reputabat ſe fore indignam fieri matrem Domini; & ideo promeruit gratiam Dei. Tolle modo tertiam regulam mentalis præparationis, quæ eſt de affectuali ſaporatione, qui poſtquàm petiit librum, Angelus dixit: *accipe, & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum,ſed in ore tuo erit dulce tãquam mel;& accepi librum de manu Angeli, & deuorani eum: & cum deuoraſſem eum,amaricatus eſt venter meus,& erat in ore meo tanquam mel dulce.* Vnde conſidera, quod duo ſunt ſapores; vnus dulcis, ſcilicet amoris, & alius eſt amarus ſcilicet timoris; vel vnus charitatis,& amoris,alius humilitatis,quaſi dicat, ſi tu non ſentis amaritudinem,tu neſcis retinere dulcedinem, ſicut Lucifer inexpertus amaritudinis iræ Dei. Et Petrus Apoſtolus, quia quaſi ſine labore acquiſiuerit gratiam Chriſti,& ſic de multis aliis. Ideo ille reſiſtendo, & iſte abnegando Chriſtum, leuiter perdiderunt gratiam Dei. Ideoque Deus ordinauit iſtos duos ſapores: quia ſi tu vis guſtare dulcedinem de Deo, & ipſam conſeruare,oportet quod tu guſtes amaritudinẽ, ſicut fuit in beata Virgine, quando quærebat Ieſum diſputantem in templo: ecce dulcedinem, *fili mi,quid feciſti?* ecce amaritudinem,quia *dolentes quærebamus te.* Similiter Chriſtus in Cruce. *Deus, Deus meus*;ecce dulcedo: *vt quid me dereliquiſti*: ecce amaritudo. Sic in ſtudio,amaritudo eſt labor ſtudij: dulcedo eſt, quando intelligitur, & poſtquàm adepta eſt ſcientia, quia inde multa commoda ſpiritualia, & temporalia proueniunt ex gratia Dei. Cuius libri ſaporationem in ore,& amaritudinem in corpore ſentiens frater Iacobonus vna dierum meditando in ſubitum clamorem prorupit tanquàm à ſomno expergefactus clamando, proh dolor, proh dolor, pro dolor, propter cæcitatem hominum huius mundi,qui Deum non cognoſcunt,quia ipſe deuorauerat illum librum, & dolebat de damnatione infinitorum, *quorum venter Deus eſt:& glutinatus eſt in terra eorum venter.* Glutinare eſt cum fit panis,& miſcetur aqua cum farina miſta, & nondum bene compoſita, & in maſſa coadunata:ſic homines huius mundi ingluuie & ebrietate inuoluti dicuntur conglutinati, & volutantes in fœce, & ſtercore repleti, quia tales non cognoſcunt Deum, neque ſcientiam, & cognoſcentes Deum, & eius gratiam immenſam, quæ poſtponitur propter tam vilia,habentes notitiam,& ſcientiam huius libri,quem deuorauerunt, ſentiunt dolorem in intimis corporis ſui, ex compaſſione proximi ſui tam cœci, & incorrigibilis: & hoc eſt,quod amaricauit ventrẽ Ieſu;

Deus nullius eget.

Quanto te humilias tãto gratias dat Deus.

3. Regula præparationis ad ſcientiam id eſt de affectuali ſaporatione.

Sapor dulcis eſt amor vel charitatis ſa. por amarus eſt timor, vel humilitatis.

Luc. 2.

Marc. 15.

In ſtudio eſt amaritudo & dulcedo.

Sancti omnes tribus modis gratias adepti ſunt.

quia

Digitized by Google

Iesus amor ventrē amaricat. Psalm.68. & Ioan.2.

quia quanto plus quis sentit de Deo, tanto plus dolet de peccatis proximi sui, sicut veri prædicatores videntes peccata, quæ regnant hon corrigi, meritò dicunt; *zelus domus tuæ comedit me*, & nequeuntes ferre; vociferant acclamando, & nota quod dicit *accipe & deuora*, & nota, quod dicit, *comede:* nam *accipe* est lumen intelligentiæ: quia licet liber intret os, tu nōdum gustas: sed cum tu illum deuorasti, tunc tu gustas, & saporas, & saporando intelligis, & intelligendo errores, & peccata proximorum propter quæ damnantur, tu doles, & amaricatur corpus tuum: quia multoties quis gustat rem valde paruam, quæ videtur dulcis gustui, & cum deuorabit, intrinsecus habet aliquam amaritudinem, quam sentit postea, sicut in breuibus, & capillis postitiis & caudis: quia videtur esse inferendo talia quædam dulcedo apparenter. Sed si gustares offensiones Dei propter prædicta, tu doleres: dulcedo est, quòd tu gaudes de offensione Dei: amaritudo vero est, quod gaudendo doleas de offensione Dei, & de peccatis: vnde, Ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt: zelus domus tuæ comedit me: veh mundo, ô cor vesanum, adquot mala protrahis homines, & propter te video multas animas damnari; & ideo doleo, & sensus mei sunt turbati propter compassionem, quam habeo de te: & *mel*, id est sapientia, quia spiritus meus super mel dulce, & veritas mea super mel, & fauum. In cuius exemplum Christus venit comedere mel, quod erat in fauo, seu in cera, quia mel erat cum cera mixtum: nam verbum est mel: cera est caro. Vnde Isaias 5.c. *Butyrum & mel comedet, vt sciat eligere bonum & reprobare malum:* butyrum est humanitas, mel est diuinitas; & sic habes tres præparationes. Tolle quartam præparationem, quæ est de fructuali exercitatione. Vnde oportet prophetare id est quod postquam vendicasti scientiam, oportet quod illa scientia sit exercitata in populis, & gentibus, &c. quia quanto donum sapientiæ magis communicatur cum charitate pluribus, tāto Deus multiplicat illam. Nam Deus facit sicut sol, qui oritur, & venit de Oriente, & venit in Meridiem, & vadit in Occidentem. Nam *Deus pluit super iustos, & iniustos*, vt intelligamus, quod habentes doctrinam, & sapientiam, debent communicare, & prædicare vniuersaliter omnibus, quia quanto plus attenditur scientiæ, & doctrinæ distribuendo vniuersaliter, tanto plus Deus illam multiplicat in illo. Sed quanto plus quis docet, & participat doctrinam particulariter, tanto magis abbreuiatur, & occultatur in illo Itaque, ô Frater Bernardine, considera bene hoc. Nam semel elegi viam confessoris, & audiebam homines, & mulieres: deinde habui curam fratrum, & eleuaui à me eloquium mulierum, & officium confitendi quenquam, & curam fratrum. Et video, quod hoc mihi nō sufficit, quia adhuc veniet tempus, quod non loquetur mihi homo: quia attendēdo, & loquendo hominibus particularibus, omitto studium, propter quod ex stimulo conscientiæ oportet quod deseram particularia bona, & adhæream vniuersalibus, & prædicationibus pro maiori bono. Vnde dixit Angelus, oportet te iterum prophetare populis & gentibus, &c. Istæ gentes, & populi sunt non habentes cultum Dei, & quæ non intelligunt Deum, & non habent cognitionem, nisi de mundanis, & carnalibus, & qui sunt inuoluti, & polluti spurcitiis, & peccatis, & linguis, id est intelligentibus nunciando vitia, & virtutes, infernum, & gloriam paradisi. Et quia ista tria sunt, quæ regunt animam, scilicet bonitas, scientia, & disciplina, quæ nobilitant ipsam animam, quæ studet in eis. Nota quod quatuor studia debent habere nobiles, circa regimen ipsius animæ. Primum est, quod eorum vita sit immaculata; secundum, quod eorum vita sit regulata: tertium, quod eorum vita sit disciplinata: quartum, quod eorum vita sit exercitata. Dico, quod primū studium est, quod vita sit immaculata: quia *beati immaculati* in via præsenti; & *beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum:* quia nobilitas animæ consistit in non scire facere vnum peccatum: & quod eius vita sit immaculata, & ideo vocantur nobiles: sed cum recedunt à Deo efficiuntur maculati, & merguntur in luto, & in voluptatibus & nociuis concupiscentiis. Ad instar vnius nobilis dynastæ qui mortuus est, & habebat vnum catulum valde delicatum, quem nutriuerat in magnis deliciis, qui mortuus est in monte nostro. Et iste catulus nolebat comedere, nisi super vnam mensam, & carnes simul frustatim incisas, cum volebat se purgare, pulsabat ad ostium donec aperiebatur illi, & extra se purgabat. Et fratres ponebant ipsum ad comedēdum cum felibus, & paulatim propter famem venit ad tantam necessitatem vt vbi prius non comedisset, nisi modo supradicto carnes incisas, vt mentotenus ipse vorabat omnia data felibus, & submergebat totum os in scutella. Ita accidit nobili spiritui, quia cum recedit à Deo, efficitur priuatus Deo, & incidit in manus diaboli, & mersus in labe peccatorum, efficitur vnus porcus. Nam Christus cœpit suos discipulos piscatores, & personas pauperes artifices, & fecit ipsos nobiles. Et dixit Petro. Ego volo te facere ducem, & te ô Ioannes, meum œconomum; & fecit duas classes: vnam duodecim Apostolorum, & aliam Euangelistarum, & erant ita amantes Dei quòd non poterant separari ab eo; & Christus eis dixit: nisi recessero à vobis, Spiritus paraclitus nunquàm veniet in vos. Vult dicere, quòd Christus ita diligebat Apostolos, quòd dixit, quòd volebat, quòd postquàm amauerant Christi humanitatem, amarent ipsius Christi Diuinitatem ritu sancto, relinquendo carnem. Ita debet facere nobilis spiritus, quia debet postponere mundum, & adhærere spiritui. Et videmus, quòd plus amat carnes, accipisti tres, equos, mundum, & carnē quàm ipsum Deum. Itaque si vis esse nobilis, ama Deum, & sic habebis vitam immaculatam,

Mel symbolū sapientia.

Isa 5. Butyrum humanitas, mel diuinitas.

4. Regula præparationis ad scientiam quæ est de fructuali exercitatione. Matth. 5.

Sapiētia vniuersaliter est distribuenda & non particulariter retinenda.

Vita nostra debet esse īmaculata. Psal. 118. Psal. 1.

Secunda est vita regulata: & nota, quòd vita non potest esse regulata, nisi sit immaculata, & vita non potest esse immaculata, nisi sit regulata bonis moribus, & virtutibus, alioquin cum vita nobilium est irregulata, efficiuntur lupi rapaces, & tyranni. Et regulati efficiuntur sicut agni immaculati. Nam quāto anima est nobilior, tanto est maior; & quanto est maior, tanto debet esse magis regulata, & cognoscere summum Deum.

Vita nostra regulis dirigenda est.

Tertium regnum animæ est, quòd eius vita sit disciplinata, id est quòd refrænet appetitus suos, & sua desideria illicita; quia quāto ciuis est nobilior, & sublimior, tanto magis debet esse speculū, & cōsilium salubre suæ patriæ, & econtra, quāto ciuis est ignobilior, & indisciplinatæ vitæ, & prauorum morum, est destructio ciuitatum.

Vita anima sit disciplinata. Ciuis quanto nobilior tāto est maius & nobilius speculū patriæ.

Quartum studium nobilis animæ est, quod eius vita sit exercitata in studio virtutum, & scientiarum: & mundus est hodie ita cœcus, quòd vbi olim scientiæ, & artes liberales fuerant introductæ, quia soli liberi homines, & nobiles illas addiscerent, & se exercerent in illis, & in virtutibus, & regerent ciuitates cum exercitio legum, & scientiarum, atque virtutum: hodie ipsi verecundantur studere, & scire scientias negotiari & facere mercaturas; sed stant in plateis irridendo bonos homines, & mulieres transeuntes per vias, & stando in ociis sub labiis ludendo, & taxillando, & perdendo tempus, aut eundo super bestiis, cum bestiis, post bestias, & siluestria animalia, & sic efficiuntur bestiæ, & tanquàm bestiæ moriuntur. Vnde tu, ô iuuenis, qui vis esse verè nobilis, cape exercitium studij alicuius scientiæ, in qua tu possis exercere tuum animum, & ingenium: & sic mediante illa scientia tu efficieris doctus, & clari intellectus, & tunc tu cognosces Deum, & mundum, & cernes quantum interest inter tuam vitam, & istorum idiotarum, & perdentium tempus, censendo se fore nobiles, & non curando addiscere scientias, quia habent aliquas domos, & possessiones. Sed cape exemplum Regis Caroli, qui cum esset Rex, & fuit

Vita anima exercitanda virtutibus.

Digitized by Google

omnibus ſcientiis,& virtutibus illuſtratus,& Rex inter alios glorioſus.Similiter nobilis debet ſtudere,vt exerceat ſuam vitam virtutibus, & ſtudio ſcientiarum; & ſic vita talis nobilis efficitur delectabilis.& ſibi & proficua toti ciuitati;quia ſiue rhetoricus,vel Philoſophus moralis, vel legiſta,cum eſt in regimine ciuitatis ſuper agendis conſulendo eligit dicta maiorum ſapientum ad ſuum propoſitū ſuadendo bonis rationibus.& exemplis,& tales applaudendo alliciunt animos aliorum ad obtinendum, quod cupiunt,& iudicandum rectum iudicium; quia habent ſolidum ſenſum, & illuminatum: ex quo vt taliter eius vita exercitata in moribus, & ſcientia ſemper ſit gaudioſa, honorabilis, & amabilis toti populo:quia nullus intelligit delectationem ſtudij, niſi qui experitur. Sed iuuenis, qui non eſt ſtudioſus, eſt ſimilis aſino,qui delectatur ocio, & deambulare vadit poſtquàm dormiuit vſque ad tertias, de domo ad plateas,& ibi expēdit tēpus in cachinnationibus & detractionibus:& inde reuertitur domum,& comedit,ſeu ordinat inde ire beſtiis aucupatum, vel redit ad plateas cum ſociis alios deridendo,vel dat ordinem de nocte ire ad domum alicuius pauperculæ mulieris ad vituperandum filiam, vel aliud malum perpetrandum, vel ad faciendum aliquam malitiam; & ſic in veſtibus, & ſtudio guloſitatum gaudet,& gaudendo diſſipat poſſeſſiones vendendo, quas pater magno cum ſudore, & peccato acquiſiuit:& ſic diſſipando efficitur pauper, & poſtea cum videt ſe in pauperiem trahi, cognoſcens ſe non poſſe facere ſicut ſoluit,immediate venditaliquam poſſeſſionem, & denarios dat ad vſuras, prædatur, & omnia facit mala ad vendicanda & recuperanda, quæ prodigus ipſe dilapidauit, & ſic moriendo conſumit omni vili ſtudio vitiorum,ſuam vitam, & animam diſſipat,& ita recte vadit in os inferni.

Tertia Pars Principalis,

De ſcientia acquiſita.

HIs ergo iuuenis, ſtude virtutibus, & ſcientiæ. Vnde Gregor. Ama ſcientiam ſcripturarum, vel diuinarum, vel naturalium, ex quibus conſequeris tria.

Primum, quia tu efficieris vtilis tibi.

Secundum tuis & toti duæ domui.

Nobilitas in quo conſiſtat.

Tertium & ciuitati; quia vir eruditus, & ſtudioſus ſcientiarum ſuo conſilio liberabit patriam ſuam. Si ergo habes iſta, quòd ſis immaculatus & integer, non duplex,non doloſus, non ſanguinem ſitiens, & ſis regulatus,honeſtus,virtuoſus,& non procax,nec luxurioſus,& ſis diſciplinatus in ſcientiis,& tua vita ſit exercitata in ſtudio prædictarum virtutum:tunc tu es verus, & completus nobilis.Sed ſi vis reputari nobilis propter otium, certè vnus porcus eſt nobilior te, quia eſt magis ocioſus, & plus comedit, quàm tu. Sed dico tibi, quòd tuus equus eſt etiam nobilior te, quia magis eſt fatigatus, & laborat, & magis vtilis, quàm ſit porcus.

Nobilis non eſt otioſus.

Sed tu ſtudens,qui vis applicare animum tuum ſtudio,& proficere in ſcientia,quam ſcire deſideras,oportet te ſeptem regulas diſciplinæ capeſcendæ ſeruare.

Ad ſcientiam capeſcendam ſeruanda ſūt ſeptē regula.

Prima eſt æſtimationis. Secunda eſt ſeparationis. Tertia eſt tranquillationis. Quarta regula eſt ordinationis. Quinta eſt reformationis. Sexta regula eſt delectationis. Septima regula eſt diſcretionis,ſeu menſurationis. Et nota,quòd in iis facta magis requiruntur, quàm verba.

1. Regula ad ſciētiam adipiſcendam.

Dico, quòd prima regula eſt æſtimationis, hoc eſt quòd facias magnam æſtimationem ſcientiæ, quam diſcere vis;quia ſi non facis magnam æſtimationem illius ſcientiæ,tu nunquam addiſces.

Cum ergo vis ſtudere, conſidera de qua ſcientia tu facis maiorem æſtimationem, & proſequere ſtudendo in illa;alioquin tu nunquam efficieris doctus; & tunc quære doctiorem hominem.quem potes habere,& noli facere ſicut aliqui faciunt, qui propter concurrentia, vel rixas,ſeu propter denarios quos habent, intrāt ſub ignorantibus, & ſic perdunt tempus. Æſtimatio nanque ſcientiæ facit animum præparatum.

2. Regula ſtudiorum eſt ſeparatio. Studij impedimentum eſt non timere Deum. Sap. 1.

Secunda regula eſt ſeparationis, quia oportet,quod ſtudens ſit ſeparatus ab omni impedimento, ſcilicet à mala conuerſatione diſcolorum,& à malis mulieribus, & à curis rei familiaris,&ab omni impedimēto.Et nota, quòd primum impedimentum ſtudij eſt non timere Deum, quia *in maleuolam animam non introibit ſapientia.* Vnde ſi vis addiſcere, pone te in timore Dei, & non facias ſicut faciunt aliqui,qui ſi inueniūt vnum dictum Auerrois, vel aliquod dictum hæreticum videntur impugnari, neque tu volens addiſcere, facias ſicut faciunt aliqui,qui in diebus Dominicis,& feſtiuis vadunt ad ſcholas ad diſputandum, antequam vadant ad miſſam audiendam: & ſicut aliqui, qui conſumunt ſua,viuendo luxurioſè & ludunt libros. Similiter ſunt multi, qui vadunt cum veſtibus ſumptuoſis. Nam volens bene ſtudere & indulgere ſtudio,non debet curare de mollibus veſtibus & pretioſis: quia ſi vtitur veſtibus modeſtis & honeſtis & non curat de politie corporis, eſt magnum argumentum, quod talis ſtudens habet totam mentem attentam ſtudio, quia nunquam videbis eruditos curare de vanitatibus & certe valde admiratus ſum in iſto ſtudio Paduano;quia vbique in aliis ſtudiis vidi ſtudentes ferre capuccia,& cappas,& veſtes ad inſtar ſemireligioſi, excepto quam in hoc ſtudio Paduano,& certe ſcholares qui non incedunt in habitu ſcholaſtico, non deberent gaudere priuilegio ſcholaſtico. Nam vbi deberent ſtudere ſcientiis, addiſcunt furari de nocte gallinas, & poſtea portabunt pennas ad ignorantiam, & fumum domum indulgendo laſciuiis, baccanalibus, tripudiis, caruiſpriuio, & quando ſunt domi, vt videantur docti & prudentes, ipſi vadunt inflati,portant mantellum, & capuccium ſuffictum vario,& vna beſtia portat,& poſtea, dant mala conſilia,& obliquas ſententias propter eorum ignorantiam, quia magis indulſerunt laſciuiis, & fatuitatibus quam ſtudio. Et nota quod facientes materias laſciuas peccant mortaliter,quia eſt cauſa laſciuiarum. Leuate ergo cauſas malarum ſocietatum & meretricum, & ſtudete, ſi vultis effici docti. Et vos ô fœminæ, quæ conſentitis ſcholaribus facientibus multa mala. Primo vos obſcuratis ſolem,quia ſcholaris factus eruditus & probus eſt ſol micans in patria ſua. Et ſi propter te fœminam incantatricem efficitur ignorans,tu obſcuras ſolem,& teneris reſtituere damna,quæ inde proueniunt illi, & patriæ ſuæ,in damnum datum patri ſuo:quia tu fuiſti cauſa omnium illorum malorum. Tertia regula eſt tranquillitatis:quia ſtudens debet diſponere mentem ſuam in tranquillitate,adeo quod ad nihilum intendat, niſi ad ſui propoſitum ſtudij cū mente ſerena,atque tranquilla, & tunc in media hora plus intelligunt, quàm non facit in vno menſe, ſi eſt intricatus amore alicuius mulieris, vel practicis doctorum,& Rectorū, quæ pleruque ſolent fieri in ſtudiis & in nugis,ludis & aliis delectationibus,quia cum debent ſtudere,vel lectiones audire in ſcholis,diuertunt animos à lectionibus,& non poſſunt ſtudere.Vos itaq; Doctores,ad quos ſpectat huiuſmodi cura,ſcribatis eorum patribus,quod eorum filij mulieribus vacant; & ſi qua mulier ob hoc iraſcitur, dicatis quod ipſa eſt vna vacca populi: eleuate etiam rācorem animorum & timorē lucri,quia ſunt aliqui adeo auari, quod expendunt in ſtudio,& nihil lucrātur,ſemper cruciantur,& ſtando in huiuſmodi continuo rancore,& timore perditionis ſuæ facultatis, impediunt ſtudium ſuum, deponite ab animis veſtris dolorem, ne propter triſtitiam non poſſitis ſtudere, ſæpeque fugate, quia ſunt aliqui ſtudentes boni ingenij, qui adeo confidunt de ſuo ingenio, quod negligunt ſtudere dicentes;

Studentes nō curent de nobilibus veſtibus & pretioſis.

3. Regula ſtudiorum tranquillitas.

in

Digitized by Google

in duobus annis explebo ſtudium meum. Et vidi aliquos rudis ingenij, dicentes, Veh mihi: ego vellem, & non poſſum addiſcere, & ſemper ſtudent, & tandem datur eis gratia, quod propter frequens ſtudium acuũt ingenium. Et iſti, qui habent magnum ingenium, vt plurimum efficiuntur ignorantes, eo quia non ſtudent, & ſperant viuentes longo tempore proficere, dicentes etiam poſtquam expediuero me, ego ſtudebo domi, ſed valde errant, quia quæ audit, intelligit: & raro contingit, quod ſcholaris ſi exit de ſtudio ignorans, efficitur excellens domi, vbi immediate implicatur negotiis reipublicæ, & curæ familiaris. Ita quod non poteſt indulgere tunc ſtudio; & ſic qui confidunt in ſuo ingenio, non ſtudendo, ſemper remanent ignorantes. Similiter vt plurimum ſunt pauperes iſti tales, qui confidunt in ſuo acumine, & ingenio: quia dicunt, habebo magnum concurſum, & lucrabor quicquid voluero, & ſtando in hac ſpe, remanent deluſi, ignorantes, & pauperes. Si igitur vultis in ſtudiis veſtris profectum facere, habete mentem tranquillam, & non ſperetis in veſtris ingeniis, & facite quod dicit Boëtius.

Pelle timorem, Gaudia pelle, Spemque fugato, &c.

Et vide Bonauen. in lib. ſuarum paſſionum, vbi docet ſtudere. Quarta regula eſt ordinationis quia volens ſtudere debet ordinare vitam ſuam & præponere præponenda ſtudio: & ante omnia debet vitam ordinatam tenere, quia debet ſeruare medium, in quo virtus conſiſtit; quia non debet nimium comedere, neque bibere nimium, ſed mediocriter, nam ſi plus comedit, & bibit, non poteſt addiſcere, quia ſtomachus grauatur, caput efficitur ponderoſum, corpus pigrum, & ſomnus incitatur; & dum eſt in ſtudio labefit, & omnes ſpiritus ſunt ſomnolenti; ita quòd literæ non poſſunt intrare, neque ingenium exercere; quia ſi paſcis ventrem, non potes paſcere mentem: & ſi comedit modicum, continuando, virtus cerebri & ſpirituum paulatim debilitatur, adeo quod efficitur ſtultus: ita quod inter vtrunque vola; quia medium tenuere beati. Item ordina tuam horam in comedendo, ſurgendo, & ſtudendo, & dormiendo mediocriter, non multum, neque parum: ſimiliter in ſtando in domo, ne nimium vageris; & ſi ſocij veniunt vt te incitent ad deambulandum, noli ire; & proponas omni die videre & ſtudere tuam lectionem, quam audiſti, & illud ſerua: ſimiliter ſerua audiendo ordinem librorum, qui primus liber introductiuus cuiuſque ſcientiæ debet primo audiri, & in eo primo debes ſtudere, & ſic tenere ordinem audiendo; primo cunabula ſcientiarum, & capere lac, deinde panem mollem, deinde fortiora, &c. Quinta regula eſt reformatio, ſeu repetitio; quia tu debes audita, & lecta repetere, & facere ſicut docet Greg. in libro Moralium, dicens, quod ſi homo reperit aliquem in via, & neſcit vnde ſit, vel bonus, aut malus: primo ad notitiam prædictorum expedit, quod loquatur ſecum, & intelligat, cuius eſt idiomatis; deinde interrogat de qua ciuitate eſt, & ſcit ciuitatem; deinde ſoluet hoſpitium pro re, & tu argues ipſum nobilem eſſe, loquendo amplius ſecum in itinere, ipſe dicet facta ſua, & intrinſeca ſui cordis: & ex eius eloquio, & moribus ſuis comprehendes clarè eius bonitatem, vel prauitatem. Ita accidit in ſtudente, quia cum incipit ſtudere, ignorat idioma ſcientiæ, in qua incipit ſtudere, quia ignorat terminos, & audiendo addiſcit. Item ignorat materias librorum, & ſtudendo addiſcit, & amplius ſtudendo, & repetendo intelligit omni die medullitus intima cordis, & fit ita domeſticus illius ſcientiæ, quod intelligit clarè ipſam ſcientiam, & eius ſententias. Et nota, quod ſcholaris, qui vult proficere, non debet confundere mentem ſuam pluribus libris, ſed debet capere vnum librum, & bene ſtudere illum, & eum diſcere prius quàm diuertat ab eo ad alium, quia poſtea aggrediendo alium melius intelliget, quia liber librum aperuit, & ſic efficieris in breui magiſter. Sexta regula eſt delectationis, & ſaporationis, quia poſtea cum bene intelligis, tu incipis guſtare, & delectaris in guſtu illius ſcientiæ, & vitas impedimenta, & efficieris dominus verborum, & ſententiarum, & diſcurrens materias, argumenta contraria, deciſiones, rationes, & ſubtilitates illius ſcientiæ, & efficieris magiſter aliorum. Et caue ne facias ſicut faciunt plerique primi prædicatores, ſicut fuit vnus, qui aſcendens pulpitum incepit prædicare, & vna muſca figit ſe ſuper naſo valde pungens eum, & præ verecundia, & timore perdendi ſe, non erat auſus expellere eam; quia ſunt aliqui ita verecundi; qui præ verecundia in actibus publicis perdũt ſe, & ſunt maximè ignorãtes. Septima & vltima regula doctrinæ ſapientiæ capeſcendæ eſt commenſurationis, & diſcretionis: quia ſtudens quando vult ſtudere, debet commenſurare ſe ſecundum ſuas facultates, & proſperitatem corporis, & animi: nam debet conſiderare ſuam ætatem. Item ſi ſuppetunt facultates, quibus poſſit perficere ſtudium ſuum, ſanitatem ſui corporis; ſi eſt ſanus, vel non; vel nimium debilis; & tunc cum bona diſcretione debet aggredi ſtudium. Et ſi videret ſe annoſum, vel non poſſe effici ita excellens, ipſe deberet remanere contentus nolle plus ſapere, quàm oporteat ſapere, vnde ſi non potes effici Doctor, ſis contentus effici Procurator: ſis contentus effici Notarius, ſi non potes effici Procurator: & ſi non potes effici Phyſicus, ſis contentus effici bonus Chirurgus, & placebis Deo: & ſeruando ſupradicta Deus inſpirabit ſtudium bonitatis, & ſcientiæ, per quam tua vita erit in hoc mundo honorata, & diſciplinata propter ſcientiam infuſam, & acquiſitam, qua mediante tu peruenies in notitiam Dei, ad cuius honorem tu taliter tuam vitam gubernabis regẽdo te, tuam familiam, & conſulendo reipublicæ radiis tuæ ſapientiæ, ſemper habendo Deum pro obiecto, quòd tu conſequeris gratiam Dei in hoc mundo: qua mediante perduceris ad vitam beatam, quam nobis omnibus concedere dignetur ille, qui bonitatem, & ſcientiam, & doctrinam affluenter inſpirat. Amen.

4. Regula ſtudiorum eſt ordinatio.

Cibus & potus ordinandi in ſtudio.

5. Regula ſtudiorũ reformatio ſeu repetitio.

6. Regula ſtudiorũ eſt delectatio.

7. Regula ſtudiorũ eſt cõmẽſuratio & diſcretio.

DE SEMINATIONE Dæmonij.

SYNOPSIS

Eorum quæ præcipuè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de ſeminatione dæmonij, tres habet partes principales.

Prima pars principalis,

Agit de culpa præcedente, quæ eſt cauſa omnium malorum quæ proueniunt.

Secunda pars principalis,

De diuina Iuſtitia tot mala permittente.

Tertia pars principalis,

De tempore malitiæ diabolicæ diſſolutæ.

Sermo X.

EXIIT *qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.* Luc. 8. cap. Iſta prædicatio præparat nobis viam per totam quadrageſimam: intendo enim tractare in prædicatione noſtra de ſemine, quod diabolus exigens de inferno ſeminat in hoc mũdo, in ſua poſſeſſione animarum, quas poſſidet: quæ ſemina diaboli ſunt zizaniæ, tenta

Luc. 8.

Peccata omnia ſunt ſemina diaboli.

Digitized by Google

rentationes, rixæ, ſuperbia, luxuria, auaritia, & omnia vitia, & peccata, & diabolicæ inſpirationes: & quod ſit verum, ab aduentu Chriſti, citra nunquam fuerunt tot tentationes diabolicæ, & tot mala, quot hodie ſunt in mundo: quia ſicut Chriſtus exiit ſeminare diuinas inſpirationes, virtutes, & bona; ſic per contrarium, diabolus exiit ſeminare ſemen ſuum ſupradictum: vnde Ioan. in Apoc. cap. 9. *Audiui vocem: vnam de quatuor cornibus altaris*, &c. *Dicentem: ſolue ſolue*, &c. quatuor diabolos ligatos, *qui parati erant in* malam *horam*, malum *diem*, *menſem*, *& annum*, & cauſa occidendi *tertiam partem* mundi, &c. In quo quidem eloquio conſiderandæ ſunt tres cauſæ, vnde hodie proueniunt tot mala in mundo. Prima cauſa eſt tua culpa præcedens. Secunda cauſa eſt diuina iuſtitia permittens. Tertia cauſa eſt malitia diaboli operans. Dico quòd prima cauſa eſt noſtra culpa, hoc eſt noſtra mala operatio. Similiter eſt iuſtitia Dei, quæ requirit, quod cum bene operaris, bene habeas: ſi malum facis, habeas malum. Tertia eſt, quia Deus permittit diabolum tantum operari, quantum peccata requirunt.

Chriſtus ſeminauit virtutes & omnia bona. Apoc. 9.

Culpa eſt cauſa omnium malorum mundi.

Deus permittit diabolum tantum operari quantum peccata requirunt.

Prima Pars Principalis,

De culpa præcedente, quæ eſt cauſa omnium malorum, quæ proueniunt.

NAm vita hominis in mundo eſt in continuo bello, in continuis, & diuerſiis tentationibus, & eſt in libero arbitrio: Si ergo conſentit malis, habebit malum: & ſi bonis; habebit bonum, & debitam coronam præmij. Ad quorum intelligentiam nota quatuor tempora. Primum tempus eſt gratiæ mundi datæ. Secundum tempus eſt malitiæ dæmonis incatenati in inferno. Tertium tempus eſt gratiæ à mundo ſpretæ. Quartum tempus eſt malitiæ diabolicæ relaxatæ. Dico ergo primo: quod primum tempus eſt gratiæ diuinæ mundo datæ: & hoc tempus fuit tempore incarnationis Chriſti: vnde ſcias, quod quando Chriſtus fuit Incarnatus, & poſtea natus reperit totum mundum corruptum, & plenum vitiis, malitiis, & peccatis. Et media nocte clamor factus eſt: ignorantia prælatorum, pontificum & ſacerdotum: Et conſidera, quod tanta malitia & peruerſitas tunc regnabat in ſtatu ſpirituali ſacerdotum, quod dum veniſſent tres reges Magi ad adorandum Chriſtum regem Iudæorum, quia tunc alius Rex non erat in Iudæa, vt quærerent cum Herode ab eis, *vbi Chriſtus* puer Rex, *naſceretur*: erant ita pleni erroribus, ignorantes, & cæci, quod ſcientes Prophetas, & docentes Magos: vbi naſceretur, nedum ire voluerunt ad videndum: vbi Rex, & Saluator ſuus natus eſſet, vt adorarent eum, vt conſequerentur gratiam diuinam mundo datam, ſed nec mittere vnum minimum nuntium curauerunt. Et nota, quod gratia diuina eſt quadruplex: quia prima eſt iuſtitia, ſecunda fortitudo, tertia eſt prudentia, quarta eſt temperantia. Et iſta ſunt illa quatuor cornua altaris ſupradicti. Altare enim dicitur, quaſi alta res, & habet quatuor cornua, & quatuor virtutes ſupradictas, quæ ſignificantur per angulos altaris: vnde Abacuch. *Et cornua in manibus eius.* Ecce gratia diuinalis modo donata, ſcilicet Chriſtus. Secundum tempus fuit malitiæ dæmonis catenatæ in inferno, quod fuit quando Chriſtus dixit: *Princeps huius mundi eiicietur foras*, cum exaltatus fuerit filius hominis, ſcilicet ſuper ligno crucis. Et hæc dixit propter quatuor diabolos, qui erant ligati in magno flumine Euphratis, quod interpretatur Eccleſia, quia Eccleſia dicitur Euphrates, quaſi frugifer, vel creſcens, quod fuit quando Chriſtus eam plantauit in principio, & quando Apoſtoli prædicabant, & Martyres. In patientia martyrium ſuſtinebant, quia tunc dæmones erãt ligati. Et nota, quod ſunt quatuor illi principales dæmones. Primus vocatur Behemot, & eſt princeps luxuriæ, & ante dominatum efficitur beſtia, de quo Iob. 41. c. *virtus in vmbilico eius*: quia luxurioſi viri habent vim luxuriæ in lumbis: & luxurioſæ fœminæ habent vim luxuriæ in vmbilico, & iſte diabolus, & eius operatio eſt contrarius primo cornu altaris Dei, ſcilicet gratiæ Dei, mundo datæ, quæ eſt iuſtitia. Secundus principalis dæmon, id eſt Sebtauo Abedon, Latine dicitur exterminans, Græca appellatio, & iſte dæmon eſt princeps zizaniarum, diuiſionum, bellorum, inimicitiarum, homicidiorum, incendiorum, prædarum, & infinitarum tribulationum, & perſecutionum: vnde merito dicitur exterminans, & iſte dæmon eſt contrarius ſecundo cornu altaris Dei, quæ dicitur fortitudo, quæ conſiſtit in patientia. Tertius dæmon vocatur Belzebuth, qui eſt princeps muſcarum, & interpretatur vecchia magna muſca, & eſt contrarius tertio cornu altaris Dei, ſcilicet prudentiæ & habet poteſtatem in homines, qui ſunt infideles, & maxime in ſenibus qui non fuerunt fideles in iuuentute in fide Chriſti, & iſte eſt dæmon hæreticorum, & hæreſum, incantationum, & ſuperſtitionum fidei Chriſti. Et iſte dæmon habet magnam poteſtatem in iſtis vetulis magis: ſed muſcæ, quæ vadunt incantando, ſignando, & vaticinando, & dicunt, quod loquuntur cum ſtellis, & vadunt cum Herode ad flumen Iordanem in nocte Epiphaniæ, & ſciunt vaticinari, & dicunt ſe loqui Marti, & facere facturas quæ accidunt eis, qui in iuuentute ſua non habuerunt fidem, qui in ſenectute dant fidem iſtis præcantulis, & incantationibus, & iis quæ audiunt: quia nullum habent fidei fundamentum, quia ſi haberent fidem in Chriſto, non ponerent fidem ſuam niſi in Chriſto. In quibus pars maxima mundi eſt corrupta fide in Euangelio. In Belzebuth principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Quartus dæmon incatenatus, dicitur Mammon: Et iſte dæmon eſt princeps auaritiæ: vnde *nemo poteſt ſeruire duobus* heris, *Deo, & mammonæ* & iſte dæmon eſt contrarius temperantiæ. Nam mammona interpretatur auaritia, quæ auaritia quantum regnat in mundo, vſurarij docent, mercatores demonſtrant, artifices ferè omnes artes ſuas falſificantes inſinuant, Romana curia, & clerus ſine pudore in ſimoniis, & auaritiis, quibus inſitæ ſunt, aperte indicant, pauperes ſentiunt, & infirmus exultat, ô inops auaritia, ô mammona infernalis, quot animas ſurripis paradiſo?

Tempus primum eſt gratia diuina mundo data Natiuitatis Chriſti tempore, ſtatus ſpiritualis ſacerdotũ malus & peruerſus.

Matth. 2.

Gratia diuina quadruplex.

Altaris deſcriptio.

Abac. 3.

Tẽpus 2. fuit malitiæ dæmonis catenatæ in inferno.

Ioan. 12.

Eccleſia Euphrates quare dicta.

Behemot princeps luxuriæ.

Sebtauo abedon eſt dæmõ princeps diuiſionum.

Belzebuth princeps muſcarum.

Belzebuth dæmon hæreticorum, hæreſiarcharũ, incantationum & ſuperſtitionum.

Mammõ dæmon auaritiæ princeps. Matth. 6. Luc. 16.

Auaritia contraria temperantiæ.

Et nota, quòd in principio ſacroſanctæ Eccleſiæ in Petro fundatæ, poſtquàm Chriſtus ſuper ligno fuit exaltatus ſalutiferæ crucis, omnia erant in fide, & malitia diaboli erat catenata in inferno. Et nunc fuit ſecundum tempus malitiæ dæmonis catenatæ in inferno, vt ſupradictum eſt.

Tertium tempus eſt gratiæ diuinalis ſpretæ, quia homines ſpernunt quatuor ſupraſcriptas virtutes, ſignificatas per quatuor formas altaris ſupradicti, iuſtitiam ſcilicet fortitudinem, prudentiam, & temperantiam, & ipſas virtutes peruerterunt; iuſtitiam videlicet in luxuriam, fortitudinem in impatientiam, & in bella, ſeditiones, & tribulationes: & prudentiam, ſcilicet fidem in infidelitatem, hæreſes, & incantationes: Et temperantiam in auaritiam, cupiditatem, & vſuras, ita quòd in omnibus hodie gratia Dei mundo data eſt ſpreta, vnuſquiſque vult facere mundum ſuo modo; & per hoc patet clare, quòd hodie iſti quatuor diaboli, qui erant ligati, ſunt liberi, & ſoluti, vnde propter tot mala & peccata merito dicitur: ſolue, ſolue, ſolue, quatuor ſpiritus, qui ſunt in flumine Euphratis. Et nota, quòd ſeptem ſunt ſtatus Eccleſiæ.

Gratia diuina ſpernitur. Virtutes peruerſæ ſunt.

Eccleſia ſunt ſeptem ſtatus 1.

Primus fuit tempus iuſtitiæ in primo ſcilicet ſtatu, quando Chriſtus natus fuit; quia ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter.

Eccleſia tempus iuſtitiæ quando. 2.

Secundus ſtatus Eccleſiæ fuit tempus potentiæ, & fuit tempore martyrum, incipiendo à ſancto Stephano

Digitized by Google

Ecclesia tempus potentiæ quando.

phano. & durauit vsque ad sanctum Siluestrum ferè per ducentos annos, & vnum tempus catenatur in aliud tempus, & hic status Ecclesiæ fuit, tempore sancti Siluestri Papæ, & Constantini Imperatoris, in quo tempore Ecclesia aucta fuit.

3. *Ecclesia tempus sapientiæ quando.*

Tertius status Ecclesiæ fuit sapientiæ, & fuit tempore Sanctorum Augustini, Hieronymi, & Ambrosij, Doctorum Ecclesiæ, quo tempore multiplicati erant errores, & hæreses pessimæ, qui remoti, & declarati fuerunt propter eorum sapientiam, & sanctam doctrinam.

4. *Ecclesia tempus gratiæ quando.*

Quartus status Ecclesiæ fuit gratiæ, & fuit iste status tempore sancti Gregorij Papæ, quia illam gratiam sibi à Deo datam communicabat populo Dei.

5. *Ecclesia tempus innocentiæ quando.*

Quintus fuit status innocentiæ. Et incœpit tempore Caroli Magni, quo tempore ædificatæ fuerunt multæ abbatiæ.

6. *Ecclesia tempus humilitatis quando.*

Sextus status Ecclesiæ est isto præsenti tempore, & dicitur status humilitatis profundæ, & incœpit tempore S. Francisci, & sancti Dominici, & aliorum qui fecerunt monasteria, & regulas obseruantiarum, licet pauci illas seruent.

7. *Ecclesia tempus probationis periculosæ quando.*

Septimus status Ecclesiæ dicitur probationis periculosæ, & erit tempore Antichristi, quo tempore charitas refrigescet multorum, & veh prægnantibus, scilicet malitiæ, & peruersitatis, Et de his septem statibus & temporibus habetur in sacra scriptura de septem diebus creationis, appropriando cuilibet diei vnum statum Ecclesiæ. Item appropriari possunt septem bellis, quæ habentur in testamento veteri. Item habetis istos septem status Ecclesiæ in Psalmo Dauidico. *Scuto circundabit te veritas eius* Primus fuit tempore veritatis incarnatæ. Scutum est diuina claritas, & fides Christi

Psal. 90.

1.

2. Secundus status *non timebis à timore nocturno*, quia de nocte mulieres sunt ita timidæ quod timent strepitum cuiuslibet rei, & soricis motum. Ita fuit tempus patientiæ mortuorum, quia ante Aduentum Christi homines timebant mortem: & hoc ideo, quia erat clausa porta paradisi, & damnabantur. Sed post tempus Natiuitatis Christi, quia porta paradisi fuit nobis aperta, non timebant Martyres pro Christi fide, quia saluabantur, & ideo dicit non timebis ab illo timore nocturno.

Mortè timebant homines ante aduentum Christi. Martyres non timent mortem.

3. Ille versiculus, non timebis, *à Sagitta volante in diem*, significat claritatem, & fuit tempus sapientiæ Doctorum Ecclesiæ Dei, qui illuminauerunt fidem, & fugauerunt lumine claritatis suæ sapientiæ nubes hæresum, & errorum, qui regnabant in orbe. Et nota, quòd ferrum sagittæ habet duas barbulas acutas, & quando intrat non potest euelli. Et venator sequens feram, vel aprum, sagittat illum illa sagitta venenosa & subito capit illum. Ita hæresis est vna sagitta venenosa subintrans animas, & venenans ipsas & venator diabolus quas sagittauit animas illa sagitta venenosa, capit.

Hæresis sagitta est. Diabolus venator. Diabolus in tenebris intrat.

Quartum tempus, scilicet gratiæ, quod fuit tempore Gregorij, designatur per illum versiculum. *A negotio perambulante in tenebris.* Intrabit diabolus in tenebris.

Quintum fuit nocentiæ, signatur per illa verba, *ab incursu, & damonio meridiano*, ne timeas, & fuit tempore fundationis Abbatiarum Sanctorum Patrum, qui viriliter pugnabant aduersus Diabolum: vnde legitur in dialogo Gregorij Papæ, quod quidam Abbas vidit

Abbatis visio.

super porta sui monasterij infinitos Diabolos, & super porta ciuitatis non vidit nisi vnum, vbi erat gentium multitudo, & peccatorum: & quærenti causam Diabolus illi dilexit, quòd ideo erant tot ad portam monasterij, quia ibi erant fortiores aduersarij sui, quàm in ciuitate.

In monasterijs fortiores sunt aduersarij diaboli.

Sextum tempus, fuit profundæ humilitatis sancti Francisci suo tempore, & significatur per illa verba, *damonio meridiano*: & est illud, quod facit bellum. Nam hodie sub spe boni totus mundus est deceptus.

Septimum tempus, seu status Ecclesiæ est tempus Antichristi, quia *cadent à latere tuo*, ô Christe *mille, & à sinistris decem millia.* Similiter in oratione, quam Christus docuit discipulos suos, notantur isti septem status Ecclesiæ, dum dixit, orate sic, *Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum*, & quando cum Verbum caro factum est, & illud est

Ecclesiæ septem status notantur in oratione Dominica. Matth. 4.

Primus status Ecclesiæ.

Secundus status, *Adueniat regnum tuum*, tempore martyrum.

Tertius status, scilicet sapientiæ Doctorum Ecclesiæ, significatur per illa verba, *fiat voluntas tua*, quia maior stultitia, quæ sit in mundo, est velle contradicere voluntati Dei: quia si non facis eius voluntatem in præsenti sæculo, te inuito facies in inferno coactus.

Quartus status gratiæ significatur, *per panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, & fuit tempore Gregorij.

Quintus status innocentiæ: quia innocens fit quando dimittitur sibi peccatum. *Ideo dimitte nobis debita nostra.*

Sed quia sumus in tempore tentationis quod est

Sextus status Ecclesiæ, ideo adiutorium nostrum in nomine Domini, & *ne nos inducas in tentationem.*

Septimus status Ecclesiæ erit tempore Antichristi. Et ideo *libera nos à malo.* Illo tempore, scilicet à tentationibus Antichristi resistendo illi.

Vide etiam ista septem tempora status Ecclesiæ, significata in Euangelio, quando illi duo discipuli sancti Ioannis Baptistæ dixerunt Christo: *es tu, qui venturus es, an alium expectamus?* quibus respondit Christus, ite ad Ioannem, & renunciare illi, *Cæci vident* illuminati scilicet lumine Natiuitatis Christi, & hic fuit primus status. *Claudi ambulant*, & hoc fuit tempus secundi status, scilicet patientiæ, quia illo tempore mundus ibat vno pede, scilicet solo desiderio mundi: sed tempore martyrum ibat alio pede; quia desiderabant gaudia paradisi, *Leprosi mundantur*, scilicet tempore Constantini leprosi, & est tertius status Ecclesiæ. Quartus status, *surdi audiunt*, scilicet quando fuit data potestas sacerdotibus absoluendi. *Mortui resurgunt* fuit quintus status tempore Innocentij, quando homines relinquebant vitam mortuam, & caducam, & quærebant vitam æternam.

Ecclesiæ septem status significati in responsione à Christo facta legatis à Ioanne Baptista ad Christum missis. Matth. 11.

Sextum tempus, *pauperes euangelizantur*, id est prædicant, & hoc est à tempore humilitatis, & paupertatis profundæ sancti Francisci citra. Septimũ tempus sunt Ecclesiæ Christi: erit tempore Antichristi, & tunc *Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me.* Etiam status Ecclesiæ appropriari potest septem Sacramentis Ecclesiæ quæ sunt, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Ordinatio Sacerdotis, Pœnitentia; Matrimonium, & Extrema vnctio, quæ significant tempus Antichristi. In quo tempore erit probatio boni, & mali. Et ideo considero, quòd si in fine vitæ tuæ bene feceris, bene habebis, & participabis cum Deo omnia bona. Si male, participabis cum diabolo omnia mala. Similiter per contrarium: per hos septem status Ecclesiæ supradictos notantur septem sigilla, seu tubæ, quas vidit Ioan. in Apoc. quæ sunt contra supradictos quia sicut in primo statu ecclesiæ reponuntur iusti, ita per contrarium in prima tuba illa sunt iniusti, & luxuriosi: & sicut in primo statu sunt patientes, ita in secunda tuba sunt impatientes, & iracundi.

Ecclesiæ septem status appropriari possunt septem Sacramentis.

Reproborum septem classes contraria septem statibus Ecclesiæ.

Tertius status ecclesiæ sicut sunt Sapientes, & Doctores: ita in tertia tuba sunt stulti, id est hæretici, qui eiiciuntur de paradiso. In quarta tuba sunt peruersi, & persecutores ecclesiarum In quinta tuba sunt leprosi,

&

Digitized by Google

& pestilentes. In sexta tuba, scilicet in isto nostro tempore regnant superbi, pestiferi, & seminatores zizaniarum, & seditionum, bellorum. Ideo dicit in isto sexto tempore, solue, quod incœpit forte à quinquaginta annis citra; quia incipiẽdo à diabolo luxuriæ, & à diabolo hæresum, & à diabolo auaritiæ, discurrendo per opera diaboli superbiæ, videbis in vniuerso orbe totum ordinem iustitiæ, bonarum operationum, ac morũ honestorum, & pacis, & quietis fore peruersum. In omni genere luxuriæ, auaritiæ & hæresum in Ecclesia Dei: vide schismata Paparum: considera errores Enclif in Anglia quantum regnent: Vsones in Boemia, quam pullulauerint, & iam dispersi sunt in mentibus plurimorum in Italia; & vtinam mentiar, quòd hinc ad tempus modicum, Italia, & mundus totus non repleatur illis hæreticis prauitatibus: reuolue bella, quæ fuerunt à quinquaginta annis citra, & quot ciuitates, regna, & ædificia sunt deleta, quot partialitates, quot incendia, homicidia, & proditiones fuerint, & hodie regnent in vniuerso, tam in Italia, quàm in Francia, & Anglia, & in aliis mundi partibus; & videbis, quòd sunt soluti supradicti spiritus infernales. Ideo bene venit tempus, vt dicatur, *Solue*, &c. quæ omnia præparant vestro Antichristo cito venturo.

Secvnda Pars Principalis,

Quæ agit de diuina permittente iustitia.

Iustitia diuina tot mala permittit.

Secunda pars prædicationis nostræ est secunda causa diuinæ iustitiæ permittentis; sequitur, *Sunt quatuor Angeli*, Vnde ad euidentiam nota quòd Sathanas in isto sexto tempore, in quo sumus ad præsens, videns frequentem multitudinem animarum dietim magis præsentari in inferno, & dietim magis solito multiplicari, & tot vitia, errores, & peccata in mundo regnare, considerauit, quòd prope erat tempus, quo dissolui debebat, & suus Antichristus pasci: vnde præcepit suis vt exirent in mundum, præconizarent, quòd omnes dæmones in mundo dispersi venirent coram Lucifero & exeuntes prouocauerunt omnes spiritus immundos coram eo: & adorantes eum sisterunt coram turbine atri ditis: quibus indicto silentio annuit vnde sederunt; & raucis faucibus sic exordienda dixit.

Lucifer in homines ad commilitones diabolos oratio.

Diabolorum cõciliabulũ.

Filij superbiæ & perditionis æternæ, ac façinorum omnium, mei boni commilitones, scitis quàm ille Deus cœli sit inimicus noster, primò nos præcipitando de cœlo in tenebras exteriores dejecit, & nostris priuauit sedibus relucentibus; sedique nostræ, quam in Aquilone figere proposueramus, ne illi similes fieremus, obuiauit: attẽti ergo estote, quid velim, & animos vestros incitate contra Christum. Scitis etiam virtutum omnium inimici, qualiter Deus ipse creauit ad nostram iniuriam, Adam, & Euam, quibus promisit, & semini suo nostras sedes. Et videns hominem, inuidia accensus, mea virtute diabolica dixi, volo videre num ita molliri possim vt Dei voluntatem irritam reddam, & ipse nec hominem, nec me possideat, & scitis quàm astutè deceperim Euã, & Adam, propter quòd, mea astutia mediante, fuerunt ejecti de paradiso, credentes quod Deus nunquam secum reconciliaretur. Inde videns, quòd Adam, & Eua, eorumque filij pœnitentiam faciebant ad Deum, vt ipsum placarent, & quod Deus promisit multiplicare semen suum, & assumere carnem humanam; propter quæ feci ipsos luxuriis intendere, & tot mala perpetrare, quod Deus dixit, *pœnitet me fecisse hominem*; & misit diluuium super terram, ita quod periit omnis caro excepto Noe cum familia sua; & videns, quod ita remanserant in gratia Dei, lethaliter gaudens dixi, mihi etiam hos paucos in iram Dei prouocare curabo. Et videns ipsos multiplicare, induxi ipsos ad idololatriam, & ipsos redegi in seruitutem Pharaonis, à cuius manu fugientes per medium rubri maris, curaui ex eis reportare ipsos submergendo triumphum; sed nondum ira Dei venerat super eos, Quocirca videns eos in deserto, murmurare feci, & aureum vitulum adorare. Inde in suum regnum profectum feci, quòd occiderunt Prophetas, & nuntios Dei, & multiplicarunt peccata. Demum vidi vnam Virginem, plusquàm humano ingenio congrue virtuosam, & exuberantem humilitate profunda, & illi alludens, omni mea astutia & inspiratione diabolica, nunquam potui quicquam habere in ea verbo, vel opere, seu mente: vnde ruminans scripturas, & Prophetas, & considerans Isaiam dicentem, Ecce *Virgo concipiet, & pariet*, &c. Audiensque parentes in limbo clamãtes: *Cœli rorate, & aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Et alios exclamantes: *veni Domine, & noli tardare.* Alioque dicentes: *mitte Domine, quem missurus es*; timui meditans, an foret illa, de qua loquerentur, & postea vidi, quòd accepit maritum, hinc fui gauisus, quòd maritum acceperat: inde videns Ioseph senem, & Virginẽ adhuc hæsitaui: demum vidi ipsam prægnantem; & tunc à me remoui omnem suspicionem. Et exinde vidi Magos & stellam prius non visam, ipsos ducentem ad adorandum ipsum, tunc dixi, quid erit hoc; istud signum non mihi placet. Sed cerno Prophetas dicentes, quod Saluator debebat esse Rex; & quòd infantulus ille erat natus in præsepio in paupertate extrema, & quòd plorat, gemit, esurit, & dixi, ô non erit ille, quem puto, quia homo est: sed considerans, quòd Propheta iterum dicit; *butyrum & mel comedet, & filius Altissimi vocabitur*; steti perplexus: sed, cernens maturius video puerum pati, cum fugeret à manibus Herodis, & puerilia facere; & tunc à me remoui omnem suspicionem. Hæc vltra vidi infantulum ipsum in duodecimo anno disputantem in templo, cuius sapiẽtiæ nullus resistere potest; quid erit hoc? dixi, isti actus non placent mihi: sed post hæc cerno matrem dicentem fili, vbi fuisti? *ecce tuus pater & ego quærebamus*, &c. Et nota, quòd in sacra scriptura non legitur alibi, quòd Beata Virgo vocarit Christum filium, nisi tunc: vnde videns, quòd iste puer sequitur patrem & matrem, & subiectus; confortatus sum: & postea vidi baptizari ipsum, tunc populi timorem, dicens, ergo hic homo peccator est, sicut & cæteri homines. Et post pusillum video ipsum prædicantem, miracula facientem, & quadraginta diebus, & noctibus quotidie ieiunantem, ac audiens Ioannem in deserto dicentem: *Ego sum vox clamantis in deserto*, &c. tunc valde timui. Sed videns, quòd postea exiuerit, cepi aliqualem vigorem, & consideraui, quod erat homo, sicut & Moyses, qui similiter ieiunauit; & tunc ego deliberaui fieri certus, quis, & qualis homo esset iste: vnde propius accedens cœpi ipsum extollendo tentare, dicendo, quòd erat magnus Propheta, &c. dicens: *dic vt lapides hi panes fiant*, &c. qui respondit; *non in solo pane viuit homo, sed ex omni verbo*, &c. demum portaui ipsum super pinnaculum templi, & obtuli illi regna, &c. qui dicens; *non tentabis Dominum Deum tuum*: quibus responsis nullo modo valens detegere illius dignitatem remansi adhuc incertus de eo, sed videns tot miracula, surdos audire, cœcos videre, claudos ambulare, mortuos resurgere, & pauperes euangelizare de eo: tunc proposui me expedire de eo, & intraui corpus discipuli Iudæ, qui prodidit eum. Et videns eum ligari, deludi, cædi, spui in faciem eius, & demum in ligno illius nostræ inimicæ crucis leuari, dixi; modo sum certus, quòd est purus homo. Et stans modicum audio, quod alta voce proclamat, *hely, hely: hoc est Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti?* Et post pusillum dum certior fierem, *inclinato capite emisit spiritum.* Et expectans habere victoriam, heu miser, illum esse Saluatorem mundi, & Deum & hominem se monstrauit apertè; & mox timidus descendi ad inferos, & velut scitis reclusimus portas inferni. Qui descendens ad inferos sua voce clamauit: *Attollite portas principes vestras, & introibit Rex gloriæ*, &c. & reseratis

Gen. 6. *Isa. 7.* 45. *Exod. 4.* *Isa. 7.* *Luc. 2.* *V. Maria semel Christũ vocauit Filium.* *Matt. 3.* *Matt. 4.* *Luc 3.* *Matth. 4.* *Matt. 27.* *Ioan. 19.* *Psalm. 23.*

Digitized by Google

reseratis ianuis intrauit in infernum, & me sicut cernitis alligauit, eliseasque sedes Patrum spoliauit limbi: & nos in inferni miseria reliquit, & cum spoliis nostris ascendit triunphando ad cœlos: & non solum nostrum spoliauit infernum; sed & me principem mundi ejecit de regno terræ, eum nostis, & luendo sentitis. Deinde incœperunt eius discipuli prædicare lucem veritatis nobis contrariam: & tunc misi sequaces meos contra eos, & ipsorum aliqui lapidati, aliqui secti, aliqui in crucem acti, & quibusdam capita truncata & nonnullos igne cremari, & cædi, ac pœnarum omnium cruciari tormentis cum martyribus suis feci, qui quanto plures pro suo nomine trucidabantur, tanto plures crescebant. Sed Imperator ille, cui mundi imperium dederam, me prodidit Constantinus: vnde videns multos amore Christi augeri, multas in mũdo hæreses seminaui: sed nescio quis Ambrosius, & quidam Hieronymus, & Augustinus, etiam hæreses ipsas sua sapientia abstulerunt, & fidem Christi magis auxerunt. Inde in mundo multas zizanias seminaui: sed adoleuit quidam Gregorius, qui gratiam sibi datam communicando cum aliis, illas extirpauit. Insuper vidés crescere Abbatias, & sanctis Monachis repleri ædes, quæ nobis à Gentilibus dedicatæ, destrui, misi bella, & gentes superbas temporibus suis, quæ tribularent eos: demum huic superbiæ opposuit se vnus homuntio Franciscus, qui Christi stigmata sua cum humilitate profunda habere promeruit, & normam suæ humilitatis, & paupertatis mundo reliquit, licet à suis quam pluribus sit lacessita rebellibus, tam adhuc in Sanctis, quàm multis eius Fratribus tenentibus suam, quam docuit, obseruantiam, euangelizando relucet. Vnde considerans, quod homines nunquam fuerunt ita corrupti in mundo, & non est, qui bona faciat vsque ad vnum, & quod hæreses dietim augẽtur, & viam nostro Antichristo video præparari, quo tempore debeo solui, & meum regnum recuperare mundanum, propterea hoc consilium fieri decreui. Et vos ô filij perditionis æternæ, conuocaui, vt vos mecũ & ego vobiscum syncerius, & maturius deliberare possimus, quo pacto nostrum tartareum locum possimus replere & ita, acies nostras ponamus in pũcto, vt exeũdo tenebras campum ponere valeamus in partes mundi diuersas, & recuperare regnum integrum meum mũdi, in quo liberum me regnare valeat Antichristus, & fidem Christi totaliter destruemus. Sed quia vestrum, quãplures iamiam à 50. annis fuerunt per mũdum dispersi, vt possetis experiri de factis mundi, & de fide Christianorũ, audiam libenter ab aliquo vestrũ dæmones, qui tenentur in orbe, & eius consilium, vt matutius possimus deliberare studia huius rei, & remedia salubria malitiarum, & perditionum, quibus mediantibus facilior sit nobis aditus dominandi mundo, profecto si hæc res sortitur effectum, sicut in sagacitate malitiæ vestræ spero, dum ero Dominus mundi, vos faciam participes animarum, & omnia mala, secundum cursum vestræ perfidiæ habenas laxando vobis, ad libitum faciendi permittam.

Asmodæus in concilabulo dæmoniorum respondit Lucifero.

Tunc Asmodæus princeps vnus dæmoniorum surrexit, dicens: ô terribilis rex damnatorum immense, & vos cæteri mei tentationum sodales, attendite, quia vobis melius nuntium annũtio, quàm vnquam habueritis à tempore Christi citra, vera loquar, & experientia manifestat: quia circuiui vniuersum orbem terrarum, & reperi mundum nunquam fuisse ita ingratum versus Deum, sicut nunc: nam homines sunt ita luxuriosi, superbi, auari, & superstitiosi, quod non credunt alium esse Deum, nisi vitia, & peccata, quoniam *Deus*

Philipp. 3. *eorum venter est*: & sunt ita desperati, quod nihil de alia vita putant. Ego solus credo ita bene seruire tibi ô rex terribilis infernorum, quòd faciam, quòd Deus modo iterum dicat, *me pœnitet fecisse hominem*: de sacramentis ecclesiæ nihil curant, vilipendunt sacramenta, & excommunicationes non timent, in Corpore Christi, & sacerdotio fidem non habent, & ad verecundiam sibi scribunt confiteri, & agere pœnitentiam, & nunquam communicant de Corpore Christi, maximè in ciuitate ista, aburuntur matrimonio, & factum est regnum Sodomæ mundus iste, & ita sunt desperati, quod deficit omnis fides: nulla est charitas, neque spes de vita futura: sed penitus omnia vitia regnant, & is melior, & probior reputatur, qui in asperiores blasphemias Dei, & Sanctorum suorum subita cum ira prosilit: & ille sapientior dicitur, qui in maioribus proditionibus studet. Quo fit, vt si me tuum legatum mittis ad Deum, faciam equidem sic, quod Deus te soluet, iustitia mediante, & dabit tibi libertatem exeundi de tenebris, & insultãndi mundum, ac dominandi illi terreo, digno dominio. Tunc Pluto impius ait; bonum est ergo, vt hunc affabilem oratorem nostrum mittamus ad Deum: qui omnes consentientes eandem illi propositam legationem Deo fieri commiserunt, & reliqua, prout suæ malitiæ videretur. Tunc Asmodæus pro sua equitatura capit vnam valde pinguem fœminam Sacerdotis, & equitat eam pungenti calcare suorum vnguium acutorum, scarpitque crines habenarum loco, & facit illã currere duro morsu: dumque equitat Asmodæus; & Lucifer ardens inquit; verè iste Asmodæus diem optimum mihi dedit, & spem quasi indubitatam meo cordi infixit, sed interim ne stemus in ocio, dum reuertitur, esset-ne aliquis vestrum, qui velit boni aliquid etiam perorare?

Amon damõ princeps luxuriæ.

Tunc fœtidus luxuriæ princeps Amon surrexit, dicẽs, ingens rex principum damnatorum ego sum inimicus iustitiæ Dei, & semper studeo facere homines luxuriæ studere, ego offero me facturum, quod pueri antequàm sint doli capaces, propter malum exemplum parentum, propter turpia, quæ in eorum oculis facient, addiscent exempla mala luxuriæ, matres docebo depilare facies filiarum, & illis crines postitios ponere mortuorum, & fucum eis imponere super vultu, vt pulchriores iuuenibus videantur; & faciam quod matres docebunt filias allicere viros ad suum amorem, annuendo eis oculis, atque visu, ita quod propriarum filiarum efficientur pessimæ lenæ. Item faciam, quod iuuenes à senibus docti puellas decipient, & sub spe secum matrimonij contrahendi futuras ipsas decipient, & eas postea grauidas deridebunt, dicentes, sicut mihi, ita & alteri deseruient. Item faciam, quòd ferè omnes mares, & fœminæ contractum matrimonium non seruabunt. Ideo faciã, quod masculi nulli, & virgines paucæ seruata pudicitia suæ virginitatis copulabuntur. Item faciam senes subuertere puellas discurrendo per domos sub specie alicuius boni, & eis iuuenum facere legationes, & dona. Quin immo faciam, quòd ipsi mariti vxores ornabunt, & efficientur vxorum propriarum lenones. Item faciam vnũ mirabile edictum, quod Deus non fecit, quod mulieres portabunt caudas longiores quàm habeat vna vacca: & vt concludam, regnum sodomorum faciam, quòd in toto mundo spargetur, & in statu in quo erat ante diluuium, mundus redibit. Sed volo vt tu mihi tradas in socium Bau, quia faciam, quod iste meus sodalis Bau in hoc carnispriuio iuuenes iucundabit, & cũ suis festis, & ludis laruatis incatenabit, ita quod satis habebunt de huiusmodi suis ludis nedum per totam Quadragesimam, sed per totum annum. Et reuoluens se ad Bau dixit, vis mecum venire Bau? volo, inquit Bau: nos quidem faciemus pulchros ludos, & faciemus quòd iuuenes ponent tuum vultum sibi ad instar vetulæ, & ibunt per domos ciuium tripudiando; & matres permittent suas filias tripudiare cum bautulis, & faciẽt ita pulchra festa, quod ante finitam Quadragesimam reperient suas filias fore grauidas. Et sic faciemus matres filiarum lenas suarum. Item faciemus, quod Fratres proterui dabunt iuuenibus suas cappas, vt solatia faciant cum vestibus ad religion deputatis. Item faciemus,

Bau damon latitia & carnispriuij.

Digitized by Google

quod monachæ,& maritatæ pulcherrimæ cum facie tui vultus exhibunt monasteria, & domos maritorum, & ibunt per ciuitates vagando incognitæ, & postea reperientur prægnantes. Similiter facient Monachi, atque Fratres. Item faciemus Fratres, & religiosos ire ad compita & ad nundinas publicè & palàm,& ibi facient pulchra festa, maximè in hac ciuitate. Item faciemus, quod,presbyteri tenebunt commatres suas:vt sub commaternitatis prætextu venereis potiantur sine suspicione. Et faciemus ita pulchros ludos,quod in lasciuiis,& luxuriis corrumpemus totum mundum, tollemus pœnitentiam, ieiunia, atque deuotionem, & prædicationes, ac diuina per totam Quadragesimam perturbabimus.

Ammõ diabolus luxuriæ princeps.

Deinde magna arrogantia surrexit diabolus exterminij,imponens silentium Ammoni luxuriæ principi: & dixit,ô superbiæ rex Deo infestissime,iste Ammon promittit de bubulis seruire tibi,& de mulieribus, & ludis laruatis cum suo Bau. Ast ego superbiæ princeps vocor exterminans,& diuisionis dominus. Faciã ego quod vniuersus orbis sentiet nominis mei vires, & seminabo zizanias, & diuisiones inter maritum,& vxorem, inter patrem,matrẽ,& filios, inter fratres & fratres,inter ciuitates, & ciuitates, inter ciues & ciues, inter dominos, reges,& reginas. Sed volo habere duos socios mecum sc. Guelfum. & Gibellinum, & videbis si bene exercebo officium meum. Ego quidem faciam vnum magnum exercitum cum istis duobus sociis meis, in quem intrabũt Papæ,Imperatores,Cardinales,Episcopi,Abbates,Fratres,& Monachi, & etiam Monachæ, & Sacerdotes: intrabunt Reges,Principes, & Barones, intrabunt hanc commitiuam ciues,& rustici,& mulieres; & diuidam exercitum meum in duas partes, hinc Guelfus dux erit, inde Gibellinus,alterius partis exercitus. Et ponam inter ipsos diuisionem, & tunc exterminabo regna,prouincias, & ciuitates, & faciam terras subuertere,ciuitates dirũpere,mulieres publicè violare, palatia igne cremari, hinc inde strages ingentes fieri;& faciam grauidas euiscerari, & extrahi partum, pueros in muros elidi. Item faciam carnem humanam ad macellum vendi,& qui emunt in rabiem versi pro vlciscendo similẽ stragem parentum,humanam carnem comedent tanquam canes. Item faciam tibi multos martyres sub nomine Guelfi,& Gibellini. Item faciam homines capi tanto amore horum nominum, quòd bestias his appropriatas nominibus adorabunt,& amabunt plusquàm Deum;& vniuersaliter tot seditiones, & diuisiones,ac scandala ponam, quod totus mundus sentiet nomen meum. O fere animarum omnium rex,vidisti ne ab annis quinquaginta citra, quibus solutus vagaui per mundum,si tibi infinitas animas vendicaui. Sentit Apulia vires meas, cum toto eius regno. Sentit Romana ciuitas cum Romandiolæ patrimonio & Ducatu cum omnibus locis sibi propinquis. Tuscia non ignorat hæc facinora. Iam est Lombardia magistra; nec se abstinuit Marcha Tarusiana; nec est inexpers iã Furlanorum libertas: de regnis Franciæ, Angliæ, Burgundiæ,& Boëmiæ, quid referam? & vt vno verbo tibi concludam, me iamiam trepida omnis plaga. Credo ergo tibi taliter seruire,crede mihi experto in mundo, quod ego solus cũ sociis meis Guelfo,& Gibellino,exterminabo taliter mundum,quòd pauco in tempore te reperiam in regno mundi,& taliter viam aperiam tuo filio Antichristo,quod omnia faciliter subjugabit;causam dabo,quòd nec magno opere remunerabis.

Diabolus exterminans.

Superbia dæmon duos socios habet.

Ast tunc surrexit Beelzebuth magnus princeps, & dixit,magna quidem promittunt isti sed ego promitto tibi regi hæresum,quod ego pona schismata inter Papas,& diuidam Cardinales,& clerum. Item seminabo multas hæreses in mundo:ego faciam,quòd multi credent falsas opinionẽs Euclif,maximè in Anglia. Item faciam, quòd in Boëmia surgent vniuersaliter in toto regno illo errores Vsionis. Sed volo harum hæresum auctores in socios, scilicet Euclif,& Ioannnes Vs, vt repleant totum mundum suis falsis erroribus. Ego faciã destrubre omnia templa religiosorum,& ipsis religiosis incidere digitos,ne possint sacram Eucharistiam ad altare leuare. Item faciam in diebus natiuitatis Domini decantare tibi pulchras missas blasphemando Deum,& Sanctos,& per ipsos presbyteros taxillantes; & faciam, quòd plures seruiant tibi, quàm Christo. Item faciam, quòd vetulæ rugosæ dicent se ire ad cursum in Heroida in nocte Epiphaniæ,& faciam ipsas scire de infortunio & de casibus fortuitis vaticinari, & qualiter pueri fascinantur, & strigantur. Item faciam, vt istæ vetulæ aliquid dicant de partu, quòd est pagana, donec intrabit ecclesiam, & quòd prohibebunt, quòd se signent, & quòd nominetur pagana, donec puer baptizatus fuerit. Item faciam, quòd signabunt ne possint sibi nocere multæ bestiæ. Item faciam incantare ferra in nocte natiuitatis Domini: & qui habuerit de illis ferris super se, non poterit mori ex ferro, vel sagitta. Item faciam fieri breuia ad vermes pro pueris, ad febres, & etiam quòd super se portantes non poterunt mori in igne, in aqua, nec sine pœnitentia. Item faciam incantare in natiuitate Sancti Ioannis Baptistæ, ante Solis ortum. Item faciam incantare diabolos in phiala aquæ, & crystallino: & faciam Sacerdotes exorcistas dæmoniorum. Item faciam fieri præcantulos aduersus zobianam. Item faciam, quod matres docebunt filias suas sponsas,quod portent secum aliqua breuia, & ligent in thorace mariti,quod nunquam poterit habere vires contra eas. Itẽ quod spõsæ præcipiant primo aliquid maritis suis,vt semper prædominentur,Item non incipient dormire ante maritũ, quia maritus morietur ante. Itẽ si maritus incipit præcipere sibi,quod ipsa recuset facere,quia semper præualebit sibi. Item faciã vt omnes fœminæ vetulæ, & pars magna præsbyterorũ,maximè in hac ciuitate erũt herbariæ,præcãtulæ,& vaticinatrices,& ponẽt omnẽ fidẽ in talibus superstitionibus. Itẽ faciã ponere tantã fidẽ vniuersaliter in istis præcãtulis magis quã in fide Christi.

Mammonis princeps auaritiæ.

His dictis surrexit quartus dæmon auaritiæ Mammona sc. dicens;ô Imperator auaritiæ tenax, ego verè faciam,quod auaritia ista abundabit in mundo, quod quilibet artifex artem suam falcificabit, & faciam mercatores, vt plus vendant mercaturas suas ad terminos potius vendent quam pro pecunia numerata,& faciã multiplicari vsuras, & faciam quod vnusquisque se decipiet cupiditate habendi adinuicem. Item faciam, quod mundus ad tantam deueniet auaritiam, quo volentes facere vindictam de inimicis suis,reperient homines,qui pro modico pretio interficiant eos. Item faciam fieri irruptiones viarũ,& deprædari,ac occidi personas,furta,& latrocinia multiplicari, pupillos, & viduas defraudari;faciam etiam,quod testamenta, & legata ad pias causas,non habebunt locum. Item faciam, quod auaritia ita abundabit in clero,quod Missæ,& sacra vendentur,& beneficia per simoniam vendentur indignis,& sepulchra mortuorum non nisi pretio donabuntur. Item faciam, quod ita erit modica fides, quod Sacerdotes si possent, venderent corpus Christi minori pretio, quam venditum fuit Iudæis. Item faciam, quod aliqui Sacerdotes,& vera loquor,facient fœnus, & facient cantare instrumenta in personas concubinarum suarum. Item faciam fieri sententias falsas pro pecuniis. Faciam non paucas lites perdi periuria falsorum testium: faciam etiam, & non mentior: quod filij venenabunt patrem,& matrem, cupiditate succedendi; & testentur, vt prouideant animæ suæ. Item faciam. quod pro peccatis prædictorum reperientur genera infinita; & vt concludam, faciam homines excæcari, ita quod solam auaritiam homines deam colent,dicentes, quod alia vita nihil est,vel qui bonum habebunt in hoc mundo, similiter bene habebunt in futuro, & quod

melius

Digitized by Google

melius est stare misericordiæ Dei, quam hominibus mundi. Quibus auditis Lucifer ait: verè nunquam memini me habere tantam lætitiam infernalem, neque spem me ab his vinculis dissolvendi, sicut modo.

Asmodeus princeps dæmoniorum legatus.

Et ecce Asmodeus princeps dæmoniorum Legatus cum impetu velut diabolus percutit ad ianuam paradisi, inquiens; aperi, voce rauca: cui attonitus Petrus clauiger, inquit: quis diabolus es tu, qui cum tanto furore cupis intrare? Asmodeus replicat; Legatus sum regis magnæ perditionis æternæ, qui Deo habeo loqui. Cui Petrus; quæ velis, dic mihi referenda sibi; qui ei dicere recusauit. Tunc Petrus, iussu Dei, portas aperuit paradisi. Et dū Asmodeus ad thronū omnipotentis Dei appropinquaret, diabolica voce cœpit clamare, iustitiā, iustitiam, iustitiam. Cui Deus omnipotens, inquit; ô inimice iustitiæ, quid tibi volunt ista verba significare, vt quæras iustitiam? tunc Asmodeus dixit: circuiui totum mundum, & nullum reperio Christianum, qui curet de tuo sanguine, quem iparsisti pro sua saluatione, nulla fides, nulla pietas, spes deficit, humilitas est dispersa, nusquam charitas inuenitur, non est amplius fortitudo, nulla temperantia, nulla prudentia, & tota iustitia est submersa, nulla lex seruatur, & penitus non est vsque ad vnum, qui faciat bonum; quia rediit genus hominum, quos per diluuium perdidisti: vnde petimus, iustitiam requirentes, Luciferum regem nostrum amodo solui, quia instat tempus, vt veniat Antichristus, & dominetur mundo: nam ferè omnes animæ venient de domo ignita. Cui Altitonans dixit, nondum venit tempus. Asmodeus replicat infernalis: immo tempus est, & signa apparent, quæ Apostolos docuisti: nam regnum contra regnum insurgit, domus super domum ruit, &c. hæreses iam vigent, & tuam legem Euangelicam dissipauerunt, & deficit omne bonum; cum sis iustus, iustitiam mihi facito. Tunc Deus creator omnium, videns hæc omnia fore vera, dixit; vade ergo & solue omnes alios diabolos, excepto Lucifero, quia nōdum tēpus est, quo soluatur. Et tunc dissoluti fuerunt quatuor spiritus supradicti infernales cū sequacibus suis, qui velut agmine rupto, exeuntes infernum, per vniuersum orbem sunt dispersi. Et quod hoc sit verum, opera fascinorum & malorum, quæ quotidie videmus in vniuerso mundo fieri, demonstrant apertè; & ideo non mireris, si Deus plus permittit tentare homines, quam vnquam fecerit, quia consentiūt peccatis, & culpæ, & culpa quærit culpam dare, malam horam, est consentire; malum diem, est principiare, malum mensem, est malum operari, malum annum est continuare mala opera, & septem peccata mortalia.

Tertia Pars Principalis,

De tempore malitiæ diabolicæ dissolutæ.

Tertia pars prædicationis nostræ est tempus malitiæ diabolicæ dissolutæ. Et hoc tempus erit tempore Antichristi, in quo tempore, qui bene bona seminauerit, male recolliget: & erit tempus tentationum: & væ prægnantibus, intellige, peccatorum: à quo Deus nos defendat per suam misericordiam, Amen.

DE CONVERSIONE Ad Iesum.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de Conuersione ad Iesum, quæ fit dilectione ad Deum, dilectione ad seipsum & dilectione ad proximum, tribus constat principalibus partibus.

Prima pars principalis,

De amore diuino, in quem septem affectiones reflectuntur.

Secunda pars principalis,

De septem ad seipsum affectionibus tractat.

Tertia pars principalis,

Septem circa proximum affectiones respicit.

Sermo XI.

ERATIS *sicut oues errantes: sed nunc conuersi estis ad pastorem, & ad Episcopum vestrum Christum*, patet in primo Canone Epistola 2. hodierna. Quæ quidem verba possunt adaptari ad quemlibet vestrum, qui fuistis sicut oues errantes; sed nunc per gratiam Iesu Christi estis conuersi ad vestrum pastorem Iesum Christum dicentem hodie, *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & oues meæ cognoscunt me*; & Episcopus animarum vestrarum, & patronus vester S. Antonius confessor, quem sanctus Franciscus vocabat Episcopum suum; & iste est sermo meus, qui erit finis earum prædicationum, quas feci & facturus sum in hac vestra ciuitate Paduana: in quo sacro eloquio, sicut semper solui ante quadragesimam, & post ad tres amores intentum mei proposito reducam. Primus est amando Deum: secundus est amando teipsum: tertius est amando proximum. Et quia in ista sancta quadragesima semper prædicaui de amore mei seraphini: Et quia ista est vltima prædicatio, quam intendo in hac ciuitate facere, volo, quod hic sit conclusio nostri amoris, qui consistit in prædictis tribus amoribus, scil. Dei, tui, & proximi, id est, quod animæ vestræ conuertantur ad Deum, quia conuersi estis ad pastorem, & ad Episcopum vestrum Christum. Et quod animæ reuertantur ad seipsas, & *eratis sicut oues errantes*: tertio, quia animæ inclinantur ad dilectionē proximi. Et sic sunt tres amores. Primus amor est diuinalis, quia *conuersi estis ad pastorem*; secundus amor cordialis, *quia eratis sicut oues errantes*: tertius amor proximalis, quia *ad Episcopum vestrarum animarum* in plurali: & ista prædicatio concludit quicquid prædicaui, & potest prædicari.

1. Pet. 2.

Ioan. 10.

S. Antonius, Episcopus S. Francisci.

Prima Pars Principalis,

De amore diuino, in quem septem affectiones, reflectuntur.

INcipiamus ergo à primo amore diuino: Vnde in hoc nota septem affectiones reflexas in Deum, & septē reflexas in seipsum & septem respicientes proximum. Capiamus primo septem affectiones, quæ semper cum ardenti desiderio reflecti ad Deum debent; prima affectio vocatur desiderium ardentissimum ad Deum, secūda affectio vocatur timor reuerentissimus ad Deum, tertia affectio dicitur zelus constantissimus, quarta affectio dicitur gratiarum actio dulcissima, quinta affectio dicitur laus altissima. sexta affectio dicitur humilitas profundissima, septima affectio vocatur delectatio suauissima. Incipiamus ergo à prima affectione, quæ dicitur desiderium ardentissimum, quia semper cor suū ardet in amore diuino, quia noster Seraphinus habet signa, de quibus in Cant. c. 8. dicitur; *pone me vt signaculum super cor tuum: vt signaculum super brachium tuum, quia fortis est vt mors dilectio; dura sicut infernus æmulatio: lāpades eius, lāpades ignis atque flammarū. Aqua multæ nō poterūt extinguere charitatē, nec flumina obruēt illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam*, quia considera cum

1. Affectio reflexa ad Deum.

1. Affectio.

Digitized by Google

quanta dilectione Deus te creauit,& te amauit, & te confirmauit: pone quarto, *vt ſignaculum ſuper brachium tuum*,quaſi dicat, quod corde ſemper debemus amare Deum, quia cor debet concordare cum voluntate; & ſubjungit, ſuper brachium tuum, quia brachio operatur;quaſi dicat, quia quicquid operaris, debes cum dilectione Dei operari, & ſemper in omnibus operibus noſtris habere Deum pro objecto, & ſic faciendo homo efficitur intelligens;quia fortis eſt, vt mors dilectio, dura &c. Nam ſicut mors nemini parcit;quia moritur doctus, indoctus moritur, diues ſicut pauper, nobilis,& rex ſicut ignobilis. Ita dilectio dura Dei omnia poſtponit temporalia,& mundana,patrem,matrem,vxorẽ,& filios propter dilectionẽ Dei. Et ideo dicitur dura, quia ſicut mors nemini parcit; ita amor diuinus omnia poſtponit,iuxta illud,qui non reliquerit patrem, & matrem,&c. propter me, non eſt me dignus,& alibi:qui diligit me, tollat Crucem ſuã, & abneget ſemetipſum,& ſequatur me. Et iterum;qui diligit animam ſuam, perdet illam; dilectio dura ſicut infernus, quia cor quando non poteſt ſuum creatorem amare, videtur eſſe in inferno, ſicut gloriosa mater Dei,quando quærebat Ieſum, *ego & pater tuus dolentes quærebamus te*, propter illam dilectionem duram, quam habebat Virgo de Chriſto,ſuo, quia Virgo gloriosa habuit maiorem dolorem quam poſſent habere omnes mulieres mundi de perditione omnium filiorũ ſuorum, ſi omnes illi dolores eſſent ſimul iuncti, quia nulla alia affectio dilectionis poteſt æquiparari illi ſanctæ affectioni Virginis gloriosæ,quia ille dolor fuit durus, ſicut mors, quia lampades eius erant ardentes, Nam lãpas amoris diuini facit intellectum illuminatũ ſignis, & lumine veritatis, & replet eum charitate, & feruida operatione;& ſubiũgit,quod ſi tu habebis iſtud deſiderium ardentiſſimum ad Deum, quanto maior tibi occurret paupertas, & aduerſitas, tanto magis iſta flamma ardentiſſimi amoris diuini, & charitatis augebitur: Vnde Dauid Pſal.118.*Concupiuit anima mea deſiderare vias tuas in omni tempore*;quaſi dicat, voluntas mea eſt tepida; ſed habeo deſiderium deſiderandi diuinum amorem, ſicut ſanctus Franciſcus in vltima perfectione poſt ſtigmata cum illis ſuis plagis eundo per mundum dicebat ſocio:quando incipiemus facere bonum,&hoc eſt quod dicit in omni tempore,quaſi dicat, non ſufficit incipere cum amore,ſed verus amor charitatis diuinæ eſt perſeuerare in omni tempore.Secunda affectio eſt timor reuerentiſſimus,& vnus dependet ab alio amore: quia ſi habes deſiderium amoris, & non habeas timorem, parum prodeſt.Nam in oratione prima eſt petitio.Pater quia hic eſt amor Dei,cum dicitur Pater,& eſt timor reuerentiſſimus cum dicitur, noſter, & ſic eſt hic vnum deſiderium, & poſtea ſubjungitur, qui es in cœlis, ad intelligendum timorem reuerentiſſimum,de quo etiam Beata Virgo participauit,cum dixit. *Magnificat anima mea Dominum:* ecce amor. *Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo:* ecce timor, & reuerentiſſimus à Chriſto illi datus per doctrinam, & à Virgine Maria per diſciplinam,quia amorem reuerentiſſimum debemus bene conſiderare: vnde qui vult timere Deum, debet conſiderare iudicium Dei, & de majeſtate Dei,& de potentia diuina: ſed nos quid ſumus,niſi vermiculi reſpectu Dei? Nam ſi vnus pulex vult tibi aculeum infigere,tu vis occidere eum:ſed quid ſumus?certè infinitè ſine comparatione ſumus viliores vno minimo pulice in comparatione ad Deum: Vnde Iob.9.*Deus cuius iræ reſiſtere nemo poteſt*, ſicut nolens mori,& tamen oportet mori, quantumcunque Imperator mundi, & fortium exercituum ſit:ſed fiat voluntas tua, quia velis, vel non,oportet te mori. Ideo fac quod ex tua virtute velis fieri ſecundum voluntatem Dei,quod de neceſſitate facere te oportet, & ſic humiliaberis,& humiliatus poteris dicere,& exaltatus sũ ſicut lilium libani, quæſiui, & non inueni:quia oportet quod ſuperbus reperiatur,& ſepeliatur in inferno,quia durum eſt contra ſtimulum calcitrare; & ita accidit menti,quæ non vult humiliare ſe Deo.Et hoc eſt,quod dicit S. Ioannes in Apocalyp.14.*timete Deum, timete Deum*, quia iſte amor reuerentiſſimus,& paternus, eſt dulciſſimus,& non viliſſimus,& ſeruilis:quia ſicut bonus filius præcauet ſibi,ne lædat patrem,non metu verborum, ſed ne offendat ipſum, & contriſtetur ipſum propter dilectionem, & timorem reuerentialem,quem ei defert.Ita multo magis ſine comparatione nos facere debemus aduerſus Deum Patrem,& Creatorem omnium,& recordor de vno verbo cuiuſdam ſerui Dei,qui dixit,quid eſt homo;certe modicum pulueris:ergo timor Domini Sanctus in ſæculum ſæculi. Ideoque timete Deum reuerenter,& nolite timere propter pœnas infernales,quia ille timor non eſt reuerentialis,nec propter timorem Dei proueniens,ſed metu pœnarum:vnde timor animarum Deo fruentium quãto ſunt ſublimiores,& ſunt mãgis vnitæ Deo tanto magis amant ipſum cum maiore reuerentia.Nam vnus in hoc ſæculo reputatur ſapiens, qui poſtquam incidit inmanus officialis, ſcit exire de manibus ſuis: ſed horrendum eſt atque timendum incidere in manus Dei viuentis, homini inuito,qui non vult venire ad eius manus per reuerẽtiam, quas nullo modo euitare poterit. Tertia affectio eſt zelus conſtantiſſimus: quia quando anima cognoſcit Deum,amat Deum,& timet eum,& ſuam ſeueritatem: valde reueretur eum: ſic mater,quæ cognoſcit patrem terribilem,qui quando iraſcitur,percuteret filium. Ita de vno gladio, ſicut de vno pane decet filium reuereri patrem, & timere eum,& ſibi aplaudet in omnibus ne iraſcatur.Et ideo,quid credis,quod ſit cauſa,quare ſuadeo,vt venias ad prædicationes niſi zelus charitatis,& tuæ ſalutis, quæ debent conſumere meum cor,ne perdas vnum verbum,quia *Zelus domus tuæ comedit me*. Et hinc eſt quod Aug.dicit,quod quoties tu ſtas ad prædicationem audiendã & dimittis cadere vnum verbũ,propter quod tu perdis prædicationem:ita peccas ac ſi proiiceres corpus Chriſti,& verbũ Dei yiſum,& illud verbũ Chriſti auditũ,& intellectũ,& ideo *Zelus domus tuæ comedit me*: video aliquid quod impedit auditũ diuini verbi,& eſt zelus conſtantiſſimus per experientiam:ſecus eſſet in alio non habente zelum conſtantiſſimum ad inſtar duorum ſacerdotum celebrantium:vnus celebraret miſſam cum charitate, & iſte talis nollet audire quid minimum,quod impediret eius deuotionem, & aliorum aſtantium:alias vero celebraret ſine charitate, & ſine deuotione,& iſte talis feſtinanter dicet mittam, nec curat de aliquo ſtrepitu,quia ita celebraret in taberna,dicendo ſe expedire,& ratio eſt,quia non habet charitatem,& qui non habet,nõ timet perdere illud,quod non habet,ſicut accidit tempore belli,quia nihil timẽt perdere. Ita accidit non timenti Deũ,nec curãti de perditione animæ ſuæ,quia qui non curat de anima, non curat de impedimentis ſalutis animæ:& econtra,qui timet Deum,amat eum,& qui amat Deũ,timet offendere eũ,& amat animã ſuã,& per conſequens cura eſt ei de ſalute animæ ſuæ,& ideo attende prædicationi,quia vnum verbũ erit ſufficiens ad ſaluandas centũ animas. Nã auari,quando ſpargitur modicũ grani,ſignaculum remouent, & prohibent agricolæ ne gallinæ illud comedant, quia intelligunt valorem illius grani. Sed verbũ Dei nunquã amabis, neq; in te germinabit, niſi intelligas eius pretiũ,valorẽ & excellentiam:Vnde Ieſus intrans tẽplũ Dei,videns nũmularios,mercatores, & auaros mercantes in tẽplo,dixit expellendo ipſos,& ſubuertẽdo diſcos,zelus vocat me. Nã *domus mea,domus orationis eſt*,& illud proceſſit ex zelo conſtantiſſimo: quia cum intelligit, & cognoſcit Deum, tunc aſcendens cum mente Aquilina dicit, ô munde, quam modicum cognoſcis Deum ô Deus quanta eſt majeſtas, & potentia tua, & facit ſicut ille ſeruus Dei amore captus, qui credendo dixit,

Amor Dei durus quare.

Luc.2.

Lãpas diuini amoris intellectũ illuminat.

2. Affectio ad Deum.

Luc.1.

Apoc.14. Timor filialis ad Deum.

3. Ad Deum Affectus.

Marc.11. Luc.19.& Ioan.2.

Pſalm.68.

Digitized by Google

dixit, ô quam amor ſolius Dei eſt incomprehenſibilis & cognoſcibilis & Deo ſolo comprehenſiuus & cognoſcitiuus.

4. *Affectio ad Deum eſt gratiarū actio.*

Quarta affectio vocatur gratiarum actio dulciſſima: quia ſi anima habet deſiderium ardentiſſimum, & timorem reuerentiſſimum, amorem conſtantiſſimum exinde procedit: quarta affectio, quæ eſt gratiarum actio dulciſſima: & volo docere te laudare Deum.

Et primo in genere quia ſi vis laudare Deum, intra cubiculum tuum, & leua manus ad cœlos, dicens, Domine Deus, ſint tibi laudes, & gratiarum actiones infinitæ de tot beneficiis nobis datis: quia cum tua immenſa ſapiantia creaſti mundum, & ordinaſti illum, & tu Domine trinus, & vnus Deus ſempiterne creaturas humanas formaſti ad imaginem, & ſimilitudinem tuam, ſint tibi laudes infinitæ, quia dediſti intellectum hnminibus ad cognoſcendum te, & memoriam, vt recordemur tui, & tot beneficiorum nobis collatorum, & voluntatem, & deſideramus tuū amorem, & amamus te creatorem noſtrum, & animas noſtras, & proximos noſtros. Et feciſti à cœlo empyreo omnia, creata propter nos homines, ſc. elementa, Solem, Lunam, & Stellas, & animalia, ô Domine Deus, quantam gratiam feciſti nobis, quia creaſti nos de limo terræ, *& ſubieciſti ſub pedibus noſtris oues, & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi.* Domine Deus quantas tibi reddere teneamur gratiarum actiones: quia poſt quam primus homo parens noſter præcepta tua tranſgreſſus eſt, tu Domine dixiſti, & etiam patribus, & prophetis reuelaſti vnigenitum tuum fore ex Virgine incarnandum. O mitiſſime Deus omnipotens, quantum beneficium feciſti nobis, quia dignatus es vnire tuam ineffabilem diuinitatem noſtræ fragili carni, vt mortui reſuſcitaremur, &c. ergo Domine fac nos intelligere tantum myſterium & beneficium factum nobis: quia dixi tamen, *vermis factus ſum*, &c. Item diſcurre laudando, & magnificando omnipotentem Deum, quia non ſolum creauit nos ad ſimilitudinem, & imaginem ſuam, ſed voluit incuruari, & naſci de Maria Virgine propter redemptionem noſtram, quia propter peccatum primi parentis nullum ius ad vitam æternam habebamus & voluit naſci in tam extrema paupertate, quod quando natus fuit, B. Virgo nullum panniculum habebat, neque forte faſcias, & nihil habebat paratum ad ſuſtentandum ſe, neque cibum, neque potum, ô Ieſu Chriſte glorioſe, quantum amorem, & charitatem oſtendiſti nobis, quia etiam inter beſtias voluiſti naſci: & quot, & quantos labores ſuſtinuiſti pro noſtra redemptione: diſcurre vitam eius, ieiunia, prædicationes, miracula, & cum dilexiſſet ſuos vſque in finem, inſuper bone Ieſu cum appropinquaret hora, tantus fuit tuus ingens ardor amoris, quia in vltima cœna tu dediſti te comedendum nobis, vt tranſſubſtantiaremur in te. & dimiſiſti te nobis communicandum: ac dimiſiſti cibum Angelorum in mūdo, ô charitas immenſa, te ſuppliciter exoro, quatenus ſicut dediſti cœleſte manna in deſerto de diuerſis ſaporibus. Ita donare mihi digneris gratiam, quod illud ſanctum manna tui ſuauiſſimi corporis ita operetur in me, vt cognoſcam me vermem, & tot, & tanta tua beneficia mihi data, quod inflammer ingenti deſiderio ardoris tui amoris: deinde contemplare crucifixum, dicendo, ô pater miſericordiarum quantus fuit ille ineffabilis tuus amor ponendo illam tuam ſanctiſſimam perſonam pro me vermiculo tortorum crudelitatibus, quæ quantæ & quam acerbæ fuerint nullus hominum valet excogitare & ſibi repræſentare.

Pſalm. 21.

Cumque bene contemplatus fueris dolores, & paſſionem illius religati amoris crucifixi, tunc conſidera pœnam illius corporis glorioſi cum amore immenſo, quem nobis oſtendit in patibulo duræ crucis, pro noſtra redemptione, reprime dura corda, & ſuppliciter exora, vt ſicut voluit mori, & ſpargere ſuum ſanctiſſimum ſanguinem, qui purgauit nos à peccatis primi parentis: ita illuminare dignetur mentes noſtras radiis veræ fidei, & veritatis. Et cōſecrando, & meditando iſta mens tota inebriatur dulcedine ſui amoris: contemplare amplius beneficium beneficiorum, quia reſurgendo vitam noſtram reparauit. Et propter confeſſionem nos reſurgimus, & noſtra reſurrectio ſit ſpiritualis, ſicut reſurrectio Chriſti fuit corporalis.

Inſuper eleua mentem tuam in montem Sion meditando aſcenſionem dicens, Domine Ieſu Chriſte, qui viſibiliter voluiſti aſcendere in cœlum, vt nobis, prępares ſedes cœleſtes, concede propitius mihi vnam de ſedibus ſanctis. Inſuper ita te gere ſicut vnus magnanimus ratione præditus & deuotus qui diſpenſauit ſuum tempus in multis peregrinationibus, & poſt multas peregrinaciones, iuit ad ſepulchrum.

Et primo iuit ad locum. vbi Chriſtus natus fuit, & ibi contemplatus eſt natiuitatem Domini, & gratiam nobis per eius natiuitatem indultam. Deinde iuit ad locum, vbi Herodes imperauit interficere innocentes pro nomine Ieſu, conſiderando quod in ipſis cunabulis mundus tenebroſus incœperat perſequi Chriſtum, qui venerat illuminare ipſum mundum, & conſiderauit labores ſuos, & eius glorioſæ Virginis Matris, quos ſuſtinuit fugiendo in Ægyptum, & inibi ſtando, & redeundo per illa loca arida, & ſterilia: deinde iuit ad templum, vbi Chriſtus diſputauit contemplando immenſam ſapientiam Dei, dicens, & hic fuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

Item iuit ad locum, vbi Chriſtus fecit miraculum conuerſionis aquæ in vinum, contemplando eius immenſam potentiam. Deinde iuit per loca, vbi Chriſtus fuit tentatus à diabolo, meditando illud duellum, & immenſam ſapientiam Dei latentem ſub vmbra carnis, & aſtutiam diaboli, deinde iuit vbi Lazarum ſuſcitauit, contemplando tam grande miraculum, & miſericordiā Dei: & ſic diſcurrendo per omnia loca dicens, hic fuit Dominus. Item fuit vbi Chriſtus fecit vltimam cœnā, contemplando omnia myſteria illius cœnæ, & confectionis ſui ſacramenti corporis Chriſti, & gratiam quā nobis reliquit, & ingentē amorem, quem nobis oſtendit dando ſe manducandum nobis: deinde iuit ad locum, vbi orando ſanguineum ſudorem emiſit conſiderando dolores carnis, qui erant ſibi præſentes, quos paſſus fuit pro humano genere. Amplius peruenit ad locum, vbi Dominus noſter Ieſus Chriſtus fuit crucifixus & hic ſe proſtrauit in terram, cum effuſione multarum lacrymarum meditando, quod pro ipſo voluerit ſubire tam aſperam mortem, dicens, Deus meus hic ſparſiſti tuum ſanguinem pretioſum, concede Domine, vt eo mea anima abluatur, vt candida fiat, ſicut columba, & ibi poſuit linguā ſuā dicens Domine mi, hic me recuperaſti, hic acquiſiuiſti victoriam contra diabolum, hic mundū recuperaſti: deinde intrauit ſepulchrū, in quo ſtetit tribus diebus in orationibus dicens, Domine hic poſitum fuit tuum ſanctiſſimum corpus: & poſt tertiā diem reſurrexiſti deſcendens ad inferos, & animas SS. Patrum ex limbis traxiſti, dignare Domine trahere animā meam de limbo huius putridi corporis, & ipſam trahere ad te.

Poſtremo miles iſte glorioſus venit ad montem Siō, vbi Chriſtus aſcendit ad cœlos, & hic extendit manus in altum verſus cœlum oculis fixis in cœlum dicens, Domine Ieſu Chriſte, ego neſcio amplius quo vadam, vt poſſim reperire veſtigia tui greſſus: vbi Domine te reperiam, concede propitius Domine vt aſcendam per loca, quæ tu cum ſanctis tuis aſcendiſti ad cœlum, trahe Domine me poſt te, & concede animæ meæ, vt proſiliat in paradiſum, vbi te videam facie ad faciem, ſicut eſt mihi ardor mei deſiderij, & ſic dicendo, & contemplando, illa fœlix anima expirando, aſcendit ad cœlos, & aſtantes aperuerunt corpus illius ardentiſſimi nobilis, & repertum

Digitized by Google

fuit, quod amore nimio contemplando expirauerat. Contemplare anima etiam, qualiter post eius resurrectionem apparuit discipulis, qui primo erant tepidi,& modo feruentes, considera Petrum primo Christum abnegantem, & modo vsque ad mortem ipsum constanter sequendo,ô beneficia immensa: deinde recipe mentem in temetipsum, & considera infinitas gratias tibi datas,dicendo,Domine Deus meus, infinitæ sunt gratiæ, quas mihi feciſti vltra alias creaturas: quæ cum posses me vermem facere, feciſti me per manus misericordiæ ad imaginem, & similitudinem tuam.

Item tua pura gratia natus sum ex patre Christiano, & Christianus, & non Iudæus, vel Paganus sum, & illuminasti mentem meam lumine veræ fidei,ô Domine Deus meus, quantum mihi feciſti gratiæ expectando me,vt possim confirmari, cum essem in statu perditionis,Domine Deus omnipotens,qualiter mereor tãtam gratiam, quia me recuperasti: Domine mi vnice Sancte Deus, confirma me, quia intelligo, quod non possum intelligere tantam meam ingratitudinem, & discurre tot,& tanta beneficia tibi à Deo tuo collata:& sic meditando tanto plus gratiæ multiplicabuntur tibi,quanto magis intelliges.

5. Affectio ad Deum. Laudari Deus potest dupliciter.

Quintum est laus altissima.Ego volo docere vos facere ea, quæ nullus Angelus facere potest: vnde nota quod dupliciter potest laudari Deus: vno modo secundum Dionysium,& alio modo secundum Augustinum: quia secundum Dionysium potest laudari Deus per negationem: verbi gratia,tu dices, Deus est infinita bonitas, Deus est clemens,pius,& iustus, &c.tu bene facies: sed cum dicis, Deus est iustus percutias tibi pectus dicendo, hei mihi, quia dixi quod Deus est iniustus dicendo ipsum fore iustum: vel dixi Deum paruulum,dicendo ipsum esse sanctissimam sapientiam.

Hoc est dicere: quod respectu tui,dicendo Deum fore magnum, est paruulus: quia tu es finitus, & ipse est infinitus,& tu quis es creatura finita, volens prædicare dignitatem Dei infiniti, & creatoris, videris diminuere suas dignitates respectu suę infinitæ magnitudinis, & bonitatis: quia nos videmus dicere, quod sit defectiuus, quantumcunque velimus magnificare laudes suarum dignitatum, respectu nostræ infimæ imbecillitatis: quia magnus Dominus, & laudabilis.

Laudatur Deus per affirmationem.

Et ideo cum nostra finita laude non possumus attingere ad laudandum Deum omnipotentem, & infinitarum virtutum. Alio modo potest laudari Deus,secundum Augustinum,per affirmationem,&c.

6. Affectio ad Deũ humilitas profundissima.

Sextum est humilitas profundissima quia quanto plus sentis te quæsiuisse de Deo,& magis adhærere ei, tanto magis si te humilias dicendo, væ mihi, quia Deum non amaui, nec illi gratias retuli de tot gratiis per eum mihi datis: nec eum laudaui: & opera sua non feci: & sic faciendo te humiliabis, & abyssus abyssum inuocat,scilicet abyssum immensæ charitatis, iuxta illud, *ad nihilum redactus sum*,quia nescioi cogitare de Deo, neque amare Deum, nec imitari opera, & mandata eius seruare, & tunc tu eleuaris ad Deum.

Psalm.72.

7. Affectio ad Deũ sentire & delectare de Deo suauissimum.

Septimum est sentire & delectare de Deo suauissimum.

Nam cum es famelicus, & comedis bonos cibos, videntur tibi sapidissimi. Ita est sentire, & delectare de Deo. Ita accidit animæ nostræ, quando anima dulciter sentit de diuinis, quia repletur in quinque sensibus gustu Dei & tunc fit munda, hilaris, & iucunda quia gloria nostra hæc est,hoc est testimonium sentire in Deo.

Et Sanctus Franciscus dicebat, scio & sentio bene quid habeo. Nam gustanti Deum omnis delectatio mundi videtur amaritudo: *gustate ergo,& videte, quia dulcis, & suauis est Dominus*,& nunquam te pœnitebit gustus Dei,&c. Secus est amando mundum, quia latet hamus in esca illius amoris: quia ille amor mundanorum semper producit fructus multorum dolorum, quia si amas vxorem,filios,possessiones,domos vel honores cum moriuntur, & deperduntur, tanto maiores dolores tibi inferunt,quanto maiorem affectionem, & amorem habebas illis bonis,& rebus,&c.

Secvnda Pars Principalis,

De septem ad se ipsum affectionibus.

Pudor 1 affectio ad seipsum.

Sed nota, modo alias septem affectiones, quas habere debes ad teipsum post Deum.

Prima affectio tui est pudor, secunda est dolor, tertia est horror, quarta est rigor, quinta est ira, sexta est vigor, septima est discretio. Nota ergo, quod pudor est prima affectio in te,si tu reperis vxorem in fornicatione,est magnus pudor,& confunderis similiter, & illi.Sed dic quæso,quoties amasti plus mundum,quam Deum,& plus filios,vxorem,denarios, & possessiones, quam ipsum Deum? Et certe toties commisisti fornicationem, quoties plus amasti creaturas quam creatorem,qui bene vidit,& cognouit illam terminationem, quia est scrutator cordium,nec potest falli. Considera ergo tu,domina vana, quoties tu commisisti fornicationem ipsi Deo tuo immutando tuum vultum filia Babylonis, plena confusione,& miseria.

2. Affectio ad seipsum Dolor est.

Secunda affectio est dolor, quia post confusionem pudoris sequitur dolor, & planctus. Ita fac tu, ô peccator,plora, & contristare,postquam perdidisti Deum propter mundum,& reuertere in te, & age pœnitentiam pro peccatis tuis.

3. Affectio ad seipsum. Horror peccati.

Tertia affectio est horror, quia post peccatum tu debes habere tantum horrorem, vt nunquam fornicari vel alia perpetrare peccata, sed semper horrere locũ, & actus & circunstantias illius peccati, & anima peccatrix dicat, ô munde iracunde, proditor,& caro à dæmone persuasa,tu fornicando,& taliter peccando offendisti Deum cum tali, in tali loco, & cum talibus circunstantiis:& sic ad fugiendum pecatum,oportet quod tibi veniat in odium, & horrorem locus,in quo peccasti, non transeundo per illum locum, & horrendo, & fugiendo, ac odiendo illam fornicationem, & illud peccatum, Et hoc est quod dicit Christus, *qui odit animam suam in hoc mundo*, custodit illam in paradiso.

4. Affectio. ad seipsum est Rigor.

Quarta affectio est rigor. Tu, ô vana, & tu,ô amator, postquam confessus fuisti bene, nutrias animam tuam in rigore,vt illud, ante confessionem solebas lucrari indebite, & deinceps abstine, ab illiciris lucris & redde quod indebite accepisti, & extorsisti, quia non sufficit ad saluationem si scandalizasti alios, vel furatus es solum confiteri,nisi restituas famam & ablata indebite: & ideo tu,ô vana, quæ cum tuis vestibus caudatis, & habitu inhonesto occidisti mille animas, restitue deinceps eundo in habitu humili, & vultu depresso cum exemplo omnis honestatis in gestu,gressu, & vestitu, alias autem tu nunquam saluaberis,vt ait Doctor subtilis in suo 4. dist. 15. & iste est rigor, tene lora. Et si fuisti edax, nunc ieiuna: si luxuriosus, nunc esto castus, & continens:si non frequentasti Ecclesiam, fac vt omni die audias vnam, , vel duas missas,non dedisti eleemosynas, nunc sis sollicitus ad distribuendas eleemosynas.Non fuisti diligens ad confitendum,nunc confitere bis, ter, & omni mense;& fac,vt in omnibus restaures præterita, & fac sicut ille, qui torquet baculũ vt dirigat illum. Ita tu cum omni rigore vitam tuam depraua tam,& obliquam torquendo dirige. Quinta affectio est ira,vt irascaris impatienter ob peccatũ cõmissũ intra & contra temetipsum: quare credo quod Deus dederit homini partem irascibilem non aliam ob rationem nisi vt irascatur contra malum perpetratum, &

Ira est 5. affectio ad seipsum.

de

Digitized by Google

de tempore in vanitatibus perdito, ô tu qui nunquam accepisti corpus Christi, memento temporis præteriti, & si confessus fuisti, modo irascaris tibi, & contra te dicendo, me miserum, quid feci, quia tanto tempore vitæ meæ perdidi tempus meum, & vsque nunc semper steti in perditione? & irascaris etiam contra illum, qui conduxit te in periculum animæ: non dico tamen, quod irascaris odio reprobo: sed iuxta illud psalmistæ dicentis. Psal. 4. *Irascimini, & nolite peccare.* Irascaris ergo contra offendentes animam tuam, quia amas illã quemadmodum irasceris contra offendentes corpus, eo quia amas illud modo iam dicto. Sexta affectio est vigor: Nam *si oculus tuus scandalizat te, auerte oculos tuos, ne videant vanitates, & erue eos abs te*, &c. Remouendo causas, si sunt sagittarij, ponatis vos in loco, ne videatis vanitates. Similiter in gula, refræna eius appetitus inordinatos. Similiter in delicto tactus, refræna tactus carnales, & auditus immundos, & sic de aliis sensibus corporis.

Psal. 4.

6. Affectio ad seipsum. Vigor est 6. affectio ad seipsum.

7. Affectio ad seipsum. Discretio est 7. affectio ad seipsum.

Septima affectio est discretio, quia in veteri testamento in omni sacrificio ponebatur sal, ad significandum, quod in omnibus supradictis tu debes te regere cum discretione; quia sal discretionis debet esse bene cõditus, vt omnia bene fiant cũ ponderata discretione.

Tertia Pars Principalis.

De septem affectionibus proximum respicientibus.

CApio modo septem affectiones respectu proximi. Nam prima affectio proximi vocatur pietas, siue pia compassio. Secunda affectio proximi dicitur congratulatio dulcis. Tertia pacifica supportatio. Quarta dulcis, siue benigna locutio. Quinta honor proximi. Sexta vnanimis concordia. Septima pro proximo tuo exponere te alicui pœnæ, morti, & passioni.

Compassio est 1. affectio ad proximũ. Matth. 5. Rom. 12. 2. Cor. 12.

Tolle primã, quæ est affectio proximi, pia compassio quia videndo proximum in peccato, & in aduersitatibus, tu debes habere compassionem, & pietatem, atque misericordiam: *beati misericordes quoniam misericordiã consequentur.* Et Sanctus Paulus *dicit dolere cum dolentibus, & flere cum flentibus*, &c. *Et quis infirmatur, & ego non infirmor?* Et vnus meus Doctor, qui fuit magister sanctæ Brigittæ, qui illuminauit sua mirabili doctrina sacram scripturam, & vocabatur magister Matthias de scientia, dicit quod vera compassio Christiana est, quando homo est in tanto gradu, & in illo statu, in quo non solum compatitur proximo, sed potius vellet habere illam passionem, quam patitur proximus, pro ipso proximo. Et scis tu, in quo consistit charitas proximi, consistit in hoc: quia quando vides proximum tuum habere fœlicitatem, & diuitias, & bonam fortunam, tu gaudes, & non inuides illi, quia inuidia facit quod vbi tuus proximus est vnus Angelus, videtur tibi inuido quod sit vnus diabolus: sed cum difficultate male sentimus de eo, quem diligimus: sed cum odimus odium generat in animo nostro, quod cum difficultate bene sentiamus de eo, quem odimus, adeo quod exosus quantumcunque sit bonus, videtur malus, & diabolicus, sicut Iudæis propter inuidiam & liuorem odij cordialiter videbatur, quod Christus esset prauus, & diabolus, dicentes: *nonne bene dicimus, quia dæmonium habes*, &c. Et ideo si homo est bonus, gaudet de bono proximi, quia charitas nescit odire: & gaudere cum gaudentibus de omni gaudio boni, quod possit vocari bonum, & ista est dulcis congratulatio.

Compassio Christiana vera quando.

Matth. 11. Luc. 7. & Ioan. 7. 8. & 10.

Supportatio pacifica est 2. ad proximũ affectio.

Secunda affectio proximi est pacifica supportatio, quia si proximus tuus; puta vxor tua est senex; supporta eam. Si furatur prouideas patienter, & cum discretione. Si tibi fit iniuria, fer patienter. Si dicitur malum de te, patientiam habe. Et in omni modo charitas vnit, & pacificat, quia *alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Dei.* Nam Christus in carne viuens, primum mandatum, quod dedit, fuit charitas; & diabolus facit contrarium, quia primum mandatum diaboli est odium, rancor, & ira: Paulus ad Rom. 15. nos qui firmiores sumus, debemus supportare fragiles, & esse fortes, nec curare de nugis, & vanitatibus mundi: sed esse sicut Aquila, quæ non curat capere muscas. Nam infirmus non potest portare fortem, sed econtra sic: vnde si est tibi illata iniuria ne cures, & parcas; quia parcendo plus mereberis, quam si ires ad S. Iacobum, & ad S. Sepulchrum: & nisi parcas proximo, nõ est possibile, quod tu salueris, nisi remittas offensas tibi illatas, quia eadẽ mẽsura metietur vobis, qua metieritis aliis. Ideoque maior eleemosyna, quæ fieri potest est parcere lædenti, quod Christus exẽplariter, & visibiliter, & miraculose voluit demõstrare. Nam Florentiæ, dum S. Ioan. Gualbertus strenuus miles sæcularis, cum interfectus fuisset, eius frater Armanus: vt moris erat habẽs inimicos, & obuiasset in die Veneris sancti suo inimico, & euaginasset ensẽ ad eũ occidendũ, se prostrauit genuflectẽs in terrã, dicẽs, propter passionẽ Christi, quæ colitur hodie, parce mihi. Cui miles respõdit, surge & intremus istam ecclesiam, quæ ibi prope erat, & cõduxit eum ante crucifixum dicens, si iste crucifixus parcit tibi, & ego parcam tibi. Et crucifixus pendens in cruce se inclinauit, & ostendit miraculosè, quantum meritum est offensis parcere. Tu ergo, ô cor lapideum, & induratum, humilia te, & parce propter Christum, vt & ipse Dominus noster Iesus Christus tibi parcat, & si scis aliquos ad inuicem inimicantes, te interpone ad componendam illorum pacem, vt fias particeps tanti boni.

Matth. 7. Marc. 4. & Luc. 7.

S. Ioannes Gualbertus miles inimico pepercit.

Crucifixus inclinauit se Florentiæ ad vocem S. Gualberti.

Quarta affectio proximi, est benigna locutio, quia si habes affectum ad proximum, tu debes benigne loqui, quia *durus sermo suscitat furorem*, & molle verbum mulcet animum superbum, licet quandoque quando ego sum lacessitus, non possum loqui ita benigne: Nam bonus thesaurus, quem habet homo, profert bona. Et sic ex vase pleno bono vino non potest exire, nisi bonum vinum: sic ex bono homine non possunt exire, nisi bona verba: *vnde noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Et si proximus errat, charitas suggerit, quod cum charitate, & discretione corripias eum.

Locutio benigna ad proximum est 4. affectio. Prou. 15.

Rom. 12.

Quinta veneratio proximi: vnde Paulus Rom. 12. *honore inuicem præuenientes:* quia sicut Deus fecit varias stellas cum diuersis luminibus, & Angelos cum diuersis gradibus: sic in mundo fecit diuersos gradus hominum cum diuersis luminibus virtutum: & ideo honora proximum secundum suum gradum, in quo est, & licet Dominus sit malus, & tyrannus, honorate eum vos qui estis subditi, & ex toto reuerentes Dominis vestris, quia omnis potestas à Deo est, *& diligentibus Deum omnia conuertuntur in bonum*: & si Prælati maiores, & Domini sunt mali, quandoque Deus illud permittit ad puniendos subditos, & ideo ama illos, & honora eos, & non respicias ad eorum malum, & malitiam. Nam in dominatione repræsentatur maiestas Dei, & in milite repræsentatur iustitia: vnde sic honorando tales secundum eorum vocationes, & dignitates honoratur Deus; & sic introductum est, & videmus quòd minor, & pauper cedit maiori & diuiti: & diues debet cum charitate honorare minorem in gradu suo: quia honor est in honorante, benignitas, & charitas est in exercente officium charitatis.

Honor & veneratio proximi est 5. affectio ad proximum.

Rom. 12. Rom. 8.

Maiestas Dei in dominatione & iustitia in milite repræsentatur.

Honor est in honorante. Charitas est in exercente charitatis officium.

Sexta est vnanimis concordia, quia vir, & vxor sunt vnanimes, & vxor obediat viro, filij sint subditi parentibus, & serui Dominis, minores reuereantur maiores, & versetur inter eos benignitas concordando se adinuicem, & non sint seditiosi, sed concordes. Nam vir & vxor, qui semper debent conuiuere, debent ita in vna concordia voluntatis esse vniti, quod sint duo in carne vna: & Matth. 18. cap. *vbicunque erunt congregati duo, vel tres in nomine meo, ibi in medio*

Concordia vnanimis est 6. ad proximũ affectio. Matth. 18.

Psal. 6.

Digitized by Google

Vbi diuisio ibi diabolus est, vbi unio ibi Deus.

illorum sum ego. Et vbi est animorum diuisio, ibi regnat diabolus: sed vbi est charitas, & amor, ibi Deus est. Et Salomon in parabolis. In tribus complacuit cor meum, quæ sunt grata Deo, & mundo, concordia populi, concordia fratrum, & vxoris & viri.

Exponere pro proximo 7. affectio.

Secunda affectio est exponere pro proximo tuo te alicui pœnæ, morti, & passioni: vnde in hoc considera tria. Res, corpus & animam. Nam tu debes præponere animam proximi tui, tuo corpori, & tuis rebus: quia si videres tuum proximum esse inductum à Iudæis, vel infidelibus ad negandum fidem Christi, tu debes te exponere periculo ad perdendum corpus tuum, & vitam, & omnia bona tua, vt redimas animam proximi tui à perditione: sed tua anima est præferenda animæ, & corpori, & rebus proximi, & omnium aliorum, & toti mundo, quid prodest mihi si totum mundum possideam & illius sim dominus, & anima mea patiatur detrimentum? &c.

Anima proximi præponenda corpori nostro.

Anima nostra præferēda est animæ, corpori, & rebus proximi nostri.

Restant modo aliqua memoranda reuerentiis vestris. Primum est, quod quia prædicaui veritatem, & doctrinam Domini nostri Iesu Christi, cum zelo animæ, & cum modico labore, & Dei gratia reperio me magis recentem, quàm vnquam fuerim prædicando veritatem: si videretur vobis, quod nimis grauauerim aliquem vestrûm, parcite quæso, qui incidendo ad instar periti medici, id facere decreui, vt extirparem errores vestros, & ignorantiam, & illuminaretur anima vestra in via. Nam curat medicus vulnera vulneribus. Sed per Dei gratiam non nimis recollectum fuit Dei verbum vobis per me ministratum in hac ciuitate quam alibi. Nam vbicunque prædicaueram, per experientiam vidi, quod illi qui fuerunt mihi valde contrarij, audiendo animo tranquillo prædicationes meas, tandem videntes veritatem expulsis tenebris, & cæcitate intellectus superueniente lumine veritatis, redeuntes in semetipsos per gratiam Iesu Christi fuerunt maiores mei amici quam alij. Nam veritas odium parit, & est res magis exosa, quam sit aliqua alia res mundi apud non intelligentes. Sed theologicè loquendo, veritas est amabilior omnibus aliis rebus mundi. Et ideo quia prædicaui veritatem, credo quod nulli displicet. Sed quia, vt sæpe accidit, si quis post me pseudo-Propheta prædicaret contrarium meæ doctrinæ quam prædicaui vobis, peccabit nisi recedat à sua erronea opinione, & reuocet quæ prædicaret.

Prædicator bonus tria in se habere debet.

Nam quilibet bonus prædicator, secundum Bonauenturam debet habere in se tria. Primum quod cognoscat veritatem Secundum quod amet illam. Tertium, quod defendat illam. Et profecto euangelizaui libentius in hac alma ciuitate Paduana, quam fecerim alibi, quia dixi multas conclusiones, & veritates, in hac ciuitate, quas non fuissem ausus dicere, & propalare alibi, quia putassent me non dicere verum propter eorum malas consuetudines, & modos viuendi reprobos: sed hic audacter protuli declarando omnia propter nobiles, & studiosos Doctores, studentes & viros literatos in omnibus facultatibus, qui intelligunt, & bene sciunt, & intellexerunt, quæ prædicaui: sed fuisset magnus labor posse intelligentiam aperire illis rudibus, & idiotis prædictorum. Secus autem hic, quia docti possunt docere & intellectum aperire, & declarare idiotis, & minus intelligentibus. Et si aliquis putat me male dixisse in aliquibus, veniat ad me antequam à vobis recedam charitate secundum euangelica monita: quia si ostender mihi viuis rationibus contrarium eorum vel aliquorum, quæ dixerim, sum paratus subiicere me correctioni, & me in pulpito coram populo emendare, quia vellem potius mori quàm contra monita euangelica, & contra veritatem aliquid docuisse. Similiterque sum paratus mori pro veritate. Et si post meum discessum audieritis aliquem prædicantem, & detractorem eorum, quæ vobis dixi, mulieres, & vnà hoc audientes immediate surgant, & inde recedant, quia illud potius procedet ex inuidia, quæ est inimica fraternæ gratiæ, quam aliunde, & est contra vnam de septem gratiis, & est peccare in Spiritum sanctum, & volo vt viri sint mei defensores, & si qui insurgent detractores, credatis illi sicut diabolo: quia si quis vult dicere contrarium, mihi dicat: quia si male dixero, sum aptus id reuocare, vt dixi, & sicut scitis, hoc sæpe protestatus fui, & nullus huc vsque ad me venit contradicturus, & si quid contradixerint post me, non erit bonum signum. Et prædicaui multum de vsuris, de cætero ergo nullus contrahat sensus, quia hucusque non ita bene intellexistis quantum fuerit, & sit peccatum vsuræ, sed spero quod duce Deo ibitis fugiendo omnia de bono in melius. Similiter dico, quòd de illis nummulariis, & campsoribus, qui dant paruulos pro ducatis, vel pro moneris, vel econtra parum lucrando non est illicitum, sed vendendo, vel negotiando, paruulos pro ducatis, & monetis, & est peccatum: vsura tamen proprie cadit in mutuo. Item recordor vobis, quòd bonum esset, vt isti Domini ciues ordinarent statutum in ciuitate ista quo prouideretur, ne merceturin diebus Dominicis, & veritis per ecclesiam. Similiter audite prædicationem, memoria retinete bona, & veritates, quas prædicator dicit: & si prædicat veritatem, ibi state, alioquin incontinenti recedite. Item nolite dare denarios ioculatoribus, & cantatoribus diebus festiuis, quia dando talibus denarios dictis diebus, peccatis mortaliter. Item villici custodiant festa, quia propter ea veniunt tempestates. Item non ematis, neque vendatis diebus festiuis exta & alia quæ soletis vendere in cimiteriis, & sacratis locis ecclesiarum super sepulturis mortuorum. Item non credatis præcantulis, & in mense Maij non vultis ducere vxores, quia dicitis quod veniunt impetigines, talia credentes, & sequentes istas superstitiones, & similes idololatrias, peccant mortaliter. Item caueatis accipere calices vel vrceos Iudæorum, quia non possum credere quin eorum mulieres mingant intus in vilipendium Christianorum. Sed quid dicam de illis, qui mutuant sacramenta, & calices Iudæis? credo quod mingant intus, & faciant omne dedecus in vilipendium fidei Christianæ. Item reperi alibi, quod vna ecclesia fuerat affectata Iudæis, immo peius audiui, quod Iudæi in præsentia Christianorum dicunt aliqua in vilipendium Christi. Item ciues videant priuilegia Iudæorum, & statuant statuta, vt ferant signum, vt cognoscantur ab aliis non exempti. Item caueant Christiani emere à Iudæis in diebus festiuis. Item quicunque locat domos Iudæis fœnerantibus, peccat mortaliter tenendo illos denarios, & similiter Christiano vsurario, & obligatur restituere illis, à quibus acceperat vsuras, vt extra de vsur. cap. quamquam. Et nota quod si prælatus locat domos Iudæis fœnerantibus, est ipso facto suspensus. Similiter religiosi affectantes domos Iudæis fœnerantibus, sunt ipso facto excommunicati: si collegium, vel vniuersitas locat domos Christianis vsurariis, vel Iudæis fœnerantibus, est ipso iure interdicta. Similiter in nutrice Christiana nutriente filios Iudæorum, vt alias dixi, prohibitum est alios capere denarios pro mercede, & c. Similiter non licet emere res per negotiatores Iudeorum, nec contrahere matrimonia per sequestres, & intercessiones Iudæorum. Item prohibitum Iudæis de nouo facere synagogas. Item caueatis vobis mederi per Iudæos, & accipere medicinas Iudæorum. Nam Auenioni fuit vnus Iudæus medicus, qui in puncto mortis gloriatus fuit, quod suis medicinis mori fecerit multos Christianorum. Pridie, quando prædicaui de baptismo, post prædicationem aliqui interrogauerunt me, si pater baptizauerit filium: vtrum posset amplius conuenari, & requirere debitum ab vxore. Respondeo quod aut pater fecit per malitiam, vt diuideretur thorus; & tunc non potest vti matrimonio, aut id fecit propter necessitatem, quia nulla alia persona erat

Campsores parum lucrādo nō peccāt.

Locare domos Iudæis fœnerantibus peccatum.

Prælatus locans domos Iudæis fœnerantibus suspensus est.

Pater baptizans infantulum in periculo existentem vtrum possit matrimonio.

Digitized by Google

erat ibi, quæ baptizare posset infantulum in periculo existentem, nisi pater: & tunc pater baptizando isto casu filium, potest vti matrimonio, & licet quando maritus per malitiam baptizans puerum, non possit petere debitum vxori, tamen in vxore secus est: sed quid si pater baptizauit filium de voluntate, & consensu vxoris, vt abstineat à thoro coniugali? tunc dico quod neuter potest petere debitum. Hæc volui rememorare, vt illa faciatis. Sequitur modo gratiarum actio. Et primo gratias ago omnipotenti Deo, & nostro Seraphico de tot gratiis nobis factis, quia semper habuimus tempus opportunum, & sine pluuia, & passus fuit nos prædicare excepto die, in quo prædicauimus de peccato luxuriæ, quia tempus voluit fieri conforme nostræ prædicationi ex eo, quia prædicauimus de luxuria, voluit pluuiam dare. Item gratias ago ipsi Deo pro fructu animarum, quia nullibi memini me tantum fructificasse, quantum in hac ciuitate. Et secundo gratias habeo de patientia vestra, quia nunquam fuistis fessi, imo dietim multiplicastis cum feruentiori desiderio ad audiendas prædicationes diuini verbi, cum magna charitate. Ex quibus laudes, & gratiæ infinitæ luceſcant coram maiestate eius, à quo omne datum optimum, & donum perfectum descendit, qui mihi concessit gratiam dicendi, & vobis gratiam audiendi, & opus optimum auditorum perficiendi. Sint etiam laudes ex his attributæ infinitæ Beatæ Virgini gloriosæ meæ deuotæ, & Beato Antonio, qui voluit renouari eius deuotionem. Item habeo gratias dominis Rectoribus, & Officialibus huius almæ ciuitatis vestræ Paduanæ, & eximiis Doctoribus, & honorabilibus ciuibus, & studentibus, qui dignati sunt me perseueranter audire, quibus ero in Christo Iesu in æternum obligatus, ac cæteris bonis viris, & dominabus, qui & quæ orauerunt pro me; & sufficiat quantum ad hoc.

Modo ego volo gerere morem boni patris, volens se à suis filiis separare, meum vobis relinquo testamentum in hunc modum, videlicet, quia primo relinquo vobis rem pretiosiorem, quam possim vobis relinquere, nomen scilicet deuotissimum Iesus, quod est nomen super omne nomen, & ipsum dulcissimum, & altum nomen semper habeatis signatum mentibus, & frontibus vestris; vt semper vos associet in omnem locum, ita quod quando surgitis, sit principium vestræ intentionis, opus signaculum sanctæ crucis in nomine Iesu: quando vultis discumbere, sit principium nomen Iesu similiter surgendo à mensa, & cum scribitis literas, primum verbum sit in nomine Iesu. Et sic in omni vestro opere; vt in nomine suo omnia vestra opera fiant; & caueatis iurare in nomine Iesu, semperque sit vobiscum, Amen. Item volo relinquere vobis vnam orationem breuem, quam omni die singuli vestrûm dicant. Primo die Dominico orando dicatis: Domine mi amantissime Iesu, præsta quæso, vt possim te amare.

Die Lunæ dicatis, vt sequitur: Domine mi amantissime Iesu, ego volo te amare sed nequeo sine te.

Die Martis dicatis sic; Domine mi Iesu, accende me amore tui.

Die Mercurij dicatis sic: Dulcis amor mi Iesu, da mihi vnum dulcorem suauissimum de te, & vnam humilitatem profundissimam, vt possim languendo mori amore tui.

Die Iouis dicatis, Domine Iesu aliquid patiar in exemplum tui erga me amoris.

Die Veneris dicatis genuflectentes ante crucem, Domine Iesu pro me crucifixe, & conclauate euiscera te in me; ita quod isti rui claui sint confixi in me, & desiderem crucifigi pro te.

Die Sabbathi dicatis sic: O amantissime mi Iesu, qui septima die requieuisti, quando videbo tuam gloriosam faciem, fac me peregrinum per gratiam tuæ misericordiæ in te æterno gaudio requiescere: Amen.

Item relinquo charitatem, quam vobis prædicaui de Deo, & de vobis ipsis, & de proximo. Item oro, vt sim vobis in vestris orationibus commissus. Vltimo oro, vt sim vobis ligatus, & vos mecum, catena sinceræ charitatis in Christo Iesu taliter, quod inueniamur in paradiso, ad quem nos perducere dignetur per suam misericordiam Deus, qui est vita viuorum in sæcula sæculorum, Amen.

His itaque per virum Dei peractis, viri & deuotæ mulieres ex teneritate cordis, voce querula supplicabant, quatenus adhuc per aliquot dies vellet præstolari recessum suum, à lachrymis non abstinentes: sed vir Dei volens etiam alibi adimplere ea, ad quæ ex Dei nutu prouocabatur, titubans mente, vtque suos dirigeret gressus versus Venetias, vel versus Vincentiam, induxit orationes fieri ad Deum per confratres, vt infunderet mentibus suis deliberationem eundi, vbi magis Deo fructificaret; & accersitis Fratribus oratione facta, vnanimi quasi voce, dixerunt se Vincentiam profecturum: vir ergo Dei ea die subterfugia quærens, suos versus Vincentiam sanctos gressus direxit, & sic ciuium multitudo, qui concurrerant ad Portellum, quo itur Venetias, vt benedictionem acciperent à viro Dei delusa remansit, nec tam potuit occultè exire portam Sauonarolæ, qua itur Vincentiam, quando inter eundum concurrerunt, sepositis artibus per vicos, vltra quingentos, non solum mares, sed fœmina plures; & dum associassemus virum Dei vsque ad Ecclesiam S. Mariæ nouæ, ascendit per montorium, & aliqualiter prædicauit ad populum, perorando, vt non incederent vltra, & asperſit omnes aqua benedicta, & nobis dedit benedictionem paternam, & omnes concurrebant, vt eius manus oscularentur: & ita vidi ipsum oppressum, vt vix graderetur: sicque ex dulcore animorum videndo patrem nostrum spiritualem nos deserere, omnes flebant; & vidi sublimem vtriusque iuris Doctorem dominum Prosdocimum de Comitibus; tamen tacta eius manu secessit ab eo vix inter eam collabi, & non posse à lachrymis abstinere, ex cordis nimia teneritate. Similiter, & quammulti fecerunt alij, qui ibidem aderant Doctores eximij, studentes, & alij ciues notabiles: tandem pauci redierunt, & quamplures anteceſſerunt eum ante pontem Brentellæ, multi etiam ipsum associauerunt, nescientes ab eius vmbra recedere. Tandem duo ex suis Fratribus videntes virum Dei hac agre ferentem, anteceſſerunt, & roguerunt magistrum illius pontis custodem, pontem leuari, & neminem exire permittere. Sicque dimisso viro Dei cum paucis, omnes ceteri mœsti, Paduam redierunt. Cumque Relesegam applicuisset cum his non paucis, qui ante exierant comitantes eum, ibidem quieuit, & villicis circunstantibus postquam innotuit omnes confluebant, qui panes ferentes, aliqui situlas vini, & nonnulli pro sufficientia carnes, & sic mihi retulerunt, ex communibus aliqui, quod paratis mensis in viarum medio, postquam saturati fuerunt, superfuerunt tot escæ continuo confluentes, ex quibus etiam totidem corpulentias saturassent, & sic cum benedictione Dei obuiante populo in mœnia Vincentina, magno cum honore receptus fuit.

Spiritus Sanctus in B. Bernardino Dei viro operabatur.

In ciuitate autem Paduæ mirabiliter fructificauit; & quædam signa apparuerunt, quæ indicant Spiritum sanctum operatum fuisse in viro Dei: nam dum prædicasset renouando dignitates celsitudinis nominis Iesu, & virtutes quas nobis reliquit Dominus noster Iesus Christus, in nomine eius quidam adolescens videns quandam mulierem de regione Sanctæ Sophiæ à spiritu immundo vexari, super caput patientis manum imposuit, dicens, in nomine Iesu exi ab hac muliere spiritus immunde; & mox liberata fuit.

Aliud miraculum B. Bernardini.

Et sic dum de hoc prædicaret vir Dei, ipsamet mulier ex cœtu aliarum surrexit magnificando nomen Iesu, in cuius nomine se liberatam esse professa est, astantibus ibidem vltra viginti millia congregatorum ad prædicationem illam.

Spiritus immundus exiit innocato nomine

Aliud signum apparuit mihi à Sancto viro relatum, D. Fratre Petro de Hispania, patre meo spiritu-

ali,

Digitized by Google

Iesu à B. Bernardino.

tuali, quod cum nobis vidua audiret prædicationem viri Dei, videbatur, quod vndique ex longa sua menstruali labe foret madefacta, & tota terra, vbi cubabat, foret repleta sanguine, propter quòd finito sermone non inde ausa pra verecundia exsurgere, nisi omnes alia domina inde fecissent discessum. Cumque tota verecunda preces ad Iesum fudisset, quod in suo nomine prædicato dignaretur eam ab illa infirmitate longæua fluxus sanguinis liberare. Eadem surrexit, & aspiciens in terram nil sparsi sanguinis vidit; & cum domi fuit, extractis pannis nil macula sanguinis vel labe inerula aliqua in parte respersam inuenit, & sese ab illa infirmitate liberatam, dixit. Aliud signum apparuit cuidam, mihi fide, quæ dum expectaret summo mane audire verbum diuinum à viro Dei, & contemplaretur, leuatis oculis versus cœlum, vidit cœlum apertum cum tãta decoris pulchritudine, quod id in secreto referẽdo deficiebat, & non potens visionem sufferre, dum præ lætitia voluit clamare, & aliis ostendere nouitatem, subito disparuit visio illa magna amplius. Itidem vir Sancta religionis Frater Petrus de Hispania indixit, quod dum vir Dei prædicaret attente laudes S. Antonij confessoris, quædam virgo Christianorum, apertè vidit quendam Fratrem similem Fratri Bernardino, stantem in aëre super vertice capitis Fratris Bernardini, qui faciebat omnes gestus, & actus suos, donec prædicauit, quæ puella retulit eius matri visionem; quæ domina postea retulit Fratri Petro. Aliud signum ego ipse vidi, quod tãto tempore quo prædicauit ad aërem per totam Quadragesimam, & ante, & post, nunquam pluit, nisi vna die, quo prædicauit de luto fœtentis luxuriæ, ad denotandum, quod tempus voluit conforme fieri materiæ, de qua sermo fiebat; & in pluribus diebus ante tertiam, scilicet hora qua prædicabat, tempus pluuiam minabatur, & ibat rotunda atris nimbis & facto crucis signaculo sustinebat, donec suo faciebat finem sermoni; & vidi pluries, quod benedictione peracta post prædicationes mox velut agmine rupto nimbi cum exundatione aquarum plurimi inualescebant, quasi data sibi licentia inundandi.

Aliud miraculum B. Bernardini.

Vincentiæ autem in hoc maxime proficuit, quia suarum prædicationum suasu omnes discordias sedauit, & illam ciuitatem tanto tempore in anfractu multiplicium seditionum, & offensarum hinc inde passarum nutritam, quæs neque dominatio, neque mors, nec amicorum hortamina potuit abolere, Spiritu sancto intercedente, ad bonum, & pacificum statum reduxit, in qua hucusque durauit, & per Dei gratiam diutius perseueravit; & itidem fecit in ciuitatibus Feltrensi, & Belunnensi; & dum de Marchia secessisset Bononiam, & pluribus prædicasset diebus ibidem, & comeatum inde à ciuibus recepisset; & ex diuina prouisione, niues, & pluuia creuerunt in tantum, quod vir Dei inde nequiuit recedere: & interim quidam pseudofrater, inuidia plenus, ascendens pulpitum, & credens virum Dei à Bononia recessisse, temerario quodam ausu cœpit oppositum prædicare aliquorum, quæ Euangelizauerat Frater Bernardinus, dicens, quod seminauerat certas hæreses in suis prædicationibus, maximè de nomine Iesu. Quod audiens vir Dei, quindenas prædicationes perfecit, confirmando veris rationibus, & sanctis scripturis, omnia quæ prædicauerat, offerens se velle subire aculeum diræ mortis pro veritate, & se velle sustinere veritatem eorum, quæ dixerat, nisi euidenter sibi contrarium probaretur; quia illo in casu erat contentus acquiescere veritati. Et sic ille pseudofrater fieri noluit, per dominum Legatum, & Episcopum, de malè dictis luere pœnas condignas, suadente ratione coram populo, omnia turpiter, sed veridice reuocauit, quæ malè dixerat de viro Dei, & taliter confusus remansit, & venerandus religionis vir Dei cum magno honore Florentiam iuit, vbi ex fide relatu nunc prædicando fructificat mirabiliter omnipotenti Deo ad eius honorem, laudem, & gloriam sempiternam. Amen.

Te precor, quicunque hæc legis, quatenus si minus bene dicta, vel plus addita reperis, quæ tuo animo alicuius suspicionis erroris inducerent, me & non Dei virum, culpabilem reddas, & tua charitas magis corrigat, vbi est error, & vbi est defectus suppleat, quam mordeat liuor edax.

DE LVXVRIA.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic sermo, qui est de luxuria, tres habet partes, sed duas tantum in hoc, tertiam in sermone sequenti.

Prima pars principalis,

De impossibili saltem difficillima luxuriæ curatione est.

Secunda pars principalis,

De multis malis à luxuria peccato inductis.

Sermo XII.

MISERERE mei, Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Psalm. 6. In quibus verbis tria continentur, & primo de illius vitij impossibili, saltem difficillima curatione, ibi: *Miserere.* Secundo de luxuriæ inuiscatione ibi: *quoniam infirmus sum.* Tertio de illius morbi curatione seu ab hoc vitio viuificatione, ibi: *sana me.* *Psalm. 6.*

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

De vitij luxuriæ impossibili, saltem difficillima curatione.

QVantum ad primum notandum, quòd cum cæteris operibus bonis, & defensionibus à peccatis non sit hominis in potestate posse operari, & à vitiis se tueri sine gratia Dei, testante glossa super illud Pauli 1. Cor. 15. vbi Paulus aiebat, *virtus vero peccati lex?* continuò subiecit, *Gratias autem ago Domino, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum:* ergo victoria, quia peccatum vincitur, nihil aliud est, quam Dei donum, in isto certamine adducas liberum arbitrium tam in isto quam maxime vitio carnis: & hoc est, quod est in carne; & ossibus, quousque enim deposueris corpus per mortem, ab illo igne non poteris liberari: habet enim homo ignem in se, quousque ad decrepitam ætatem: nulli parcit statui, nulli religioni, nulli sexui. Et vere persentiens iuuenis elegantissimus Chrysantus Martyr, filius Polemij illustrissimi Alexandriæ, & in vrbe Roma honoratus, & primus, qui Christianus effectus, & prædicans Christum Iesum, & nuntiatum esset patri à parentibus, quod ex hoc incurreret periculum capitis, & patrimonij sui, tunc pater posuit eum in carcere squalido, reficiens eum pauco pane, & aqua, ex quo constantior factus est, & patre hoc referente ait vnus ex audientibus, si filium tuum ab hac vsurpatione conaris eripere, magis cum delitiis, & voluptatibus occupa, & cuiuscunque elegantissimæ, atque prudentissimæ puellæ coniugio trade: vt cum didicerit esse maritus, obliuiscetur esse Christianus. Audiens hoc pater iubet fericis vestibus strata parari, ipsum quoque conferens de squalida habitatione vestibus fecit pretiosis indui, & ponere eum in triclinio, elegit quinque pulcherrimas virgines ex ancillis suis, & accuratis sibi vestibus, & ornamentis composuit, & cum Chrysanto posuit, & comminatus est eis, nisi vestris iocis, & amplexibus reuocaueritis ab intentione Christianitatis, faciam vos diuersis interimi,

Exemplum de S. Chrysanto 1. Martyre in Alexandria.

S. Chrysanti constantia in opinione.

Digitized by Google

illorum & mulierum.

terimi suppliciis : iacebat autem in oratione immobilis,& oscula earum quasi viperas spernens,clamabat ad Dominum dicens:Exurge Domine,adiuua me,& suam fragilitatem coangustans aiebat orans. Quis enim contrahanc pugnam à diabolo agitatam prævalet,nisi tua pro eis dextera fuerit dimicata ? Errat qui se putat castitatem perfectam suis viribus obtinere : nisi enim imbre fuerit extincta flamma libidinis,non potest animus venire quo pergit. Et hoc est,quod quæsiuit Maria ab Angelo, Luc.1. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco ?* id est non propono cognoscere ; & Angelus,*Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*, id est vmbram refrigerationis præstabit, & ideo in Cantico dicebat: *quia fecit mihi magna,qui potens est.* Hoc idem persentiens Salomon, scilicet esse præseruatum ab hoc vitio, gratias agebat. Sapient. 8. *Cum scirem, quia nemo potest esse continens, nisi Deus det.* Et hoc est quantum ad primum principale.

Libidinis flamma vere cœli extinguendis est.

Secvnda Pars Principalis,

Quæ agit de multis malis à luxuriæ peccato inductis.

Luxuria peccatum homini vilissimum.

NOta quod hoc vitium multa mala inducit. Primo, quia est homini vilissimum, & hoc tribus modis.

Vox habet esse à forma. Exemplum.

Primo, quia hominem facit in bestiam deuenire, quod patet sic. Quælibet vox habet esse à sua forma, sicut cultellus denominatur cultellus à sua forma taliter, quod non clauis : & è conuerso ; quia destructa non amplius denominatur cultellus,sed ferrum. Similiter de veste,& domo,quibus destructis vestis non est amplius vestis, sed pannus:& destructa forma domus, remanent tamen lapides : sed formæ rerum comparantur numeris,in quibus vnitate addita, vel amota mutatur species numeri : sicut si sumamus ternarium, si aufertur ab eo vnitas, remanet binarius, qui differt à ternario. Sed si addatur vnitas,fit quaternarius. Et secundum hunc modum sunt aliqua, quæ habent tantum vnitatem,sicut metalla,quæ habent tantum esse: & quædam habent dualitatem,scilicet plantæ quæ habent esse,& viuere, & quædam quæ trinitatem vt sunt animalia,scilicet esse,viuere,& sentire,& quædam quę habent quaternitatem,scilicet esse,viuere,& sentire,& ratiocinari, sicut homo : si auferatur ratio sine intellectu non remanent nisi tria, quæ faciunt bestiam,scilicet esse,viuere,& sentire. Ratio autem maximè per luxuriam perditur, quia in actibus venereis impossibile est aliud intelligere. Sunt enim sicut iumenta, quæ ducuntur tantum ardore appetitus ad delectabile, quod potius dicuntur duci, quam se ducere. Sic est in luxurioso. Exemplum patet in senibus, qui exarserunt in amorem Susannæ, Dan. 13. *Et exarserunt in concupiscentiam eius, & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iustorum : erant autem ambo vulnerati amore eius*: & Osc. 4. *Fornicatio & vinum,& ebrietas auferunt cor.* Comparatur enim luxuriosus porco : si enim ex vna parte videret luti volutabrum, & ex alia parte lectum rosarum, potius eligeret in volutabro luti reuolui, quam in rosarum lecto : sic tales immunditiam luxuriæ, deliciis paradisi præponunt: nam quod hoc sit verbum Dei, quod menti bene dispositæ maximè sapit, testante Psalmista, qui ait,Psal. 118. *quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo,* à luxurioso minimè appretiatur. Et quod hoc sit verum,patet,eleuetur corpus Christi in Ecclesia, & sit ibi amasia luxurioso,potius respicit amasiam, quàm corpus Christi pretiosum. Similiter si prædicet prædicator & sit ibi amans, & amata, nihil horum quæ à prædicatore de deliciis paradisi dicuntur, audietur ab eis. Vnde Psalmista, Psalm. 48. *Homo cum in honore esset,non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est eis.*

Vox habet esse à forma.

Forma rerum comparantur numeris.

Metalla habent vnitatem.

Ratio per luxuriam deperditur. Exemplum. Daniel. 13.

Luxuriosus porco comparatur.

Secundo tollit omnem boni operationem. Ad hoc autem vt aliqua bona fiant requiritur,quod sit facultas imperans,& hoc est voluntas,& sic dirigens,& hæc est sapientia : nam sapientia dirigit voluntatem,voluntas autem imperat membris, membra perducunt in opera. Sed destructa sapiētia,quæ est principium directiuum, omnia opera pereunt. Psalm. 50. *Supercecidit ignis,& non viderunt solem.* Succendit ignis, scilicet concupiscentiæ, & non viderunt solem, scilicet iustitiæ, sicut enim abstracto corpore totum corpus destruitur,& suffosso fundamento totum ruit ædificium : sic etiam est de radice : sed sapientia tota destruitur per luxuriam: quia vt ait Philosophus in Ethic. Concupiscentiæ. Venereorum multas miserias adducunt:tales enim commune perdunt bonum,patet: Nam si totum mundum exquiras,& quæras,quid pulchrius in hominibus, respondebunt, honestas, & tamen,& in gestibus & loquelis,& tactibus tam hominum,quàm mulierum bene dicitur omnimoda inhonestas,& quasi omne meretricium. Ideo Hier. ait,Luxuria inimica est Deo,inimica virtutibus, perdit omnem substantiam patris. Substantia patris est intellectus,memoria,& voluntas cum omnibus gratiis.

2. Malum Luxuria impedit opera omnia bona. Ad bonum faciendum requiritur facultas imperans 1. voluntas & dirigens id est sapientia. Sapientia dirigit voluntatem. Voluntas imperat membris. Sapiētia destructa omnia opera pereunt.

Tertio facit hominem à suo loco recedere nec posse redire ad locum. Res enim conseruari non potest, nisi in proprio loco, sicut aqua in fonte, & vinum in vite:sed animæ locus est ipse Deus,iuxta illud August. Non inueni locum animæ meæ præter te Deus meus. Sed homo non potest redire ad Deum, nisi per amorem,nam est ipse pons,& pondus,quo anima tendit in Deum,iuxta illud Augu. Amor meus, pondus meum, confero quocunque feror. Sed per luxuriam homo impeditur redire ad Deum,quia anima non potest redire, nec amare sine cognitione, iuxta illud August. Inuisa diligere possumus,incognita nequaquam. Sed luxuria carnalis destruit cognitionem,sicut nebula in aëre impedit claritatem solis : nam sicut fumus reuoluitur ab igne,& totam domum obtenebrat, & denigrat : ita ab igne concupiscentiæ resoluitur fumus,quæ obnubilat rationem, & ideo luxuriosus tanquam cæcus nescit, nec curat reuerti ad locum proprium. Ose. 5. *Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad dominum, quia spiritus fornicationis in medio eorum est,& dominum non cognouerunt.*

Tertio facit hominem à suo loco recedere,nec posse redire ad locum. Exemplum. Deus est locus anime. August. Homo ad Deum redire non potest nisi per amorem. Luxuria impedit hominem ad Deū redire. Luxuria destruit cognitionem.

Secundo peccatum luxuriæ est Deo contumeliosum,& hoc tribus modis.

Luxuria Deo contumeliosa tribus modis.

Primo quia Dei palatium deuastat:nam Deus construxit palatium vnum,quod est corpus nostrum,iuxta illud 1. Cor. 3. *Nescitis, quia Templum Dei estis vos.* nam *omne peccatum,quod facit homo,extra corpus suum est.qui autem fornicatur,in corpus suum peccat.* 1. Cor. 6. Quid enim faceret Dominus temporalis, si fecisset ibi vnum palatium ad sui complacentiam, quod nequiret pulchrius reperiri, nec pulchrius fieri:si ille cui dedisset in custodiam,immisisset porcos, & bestias, & omnem immunditiam ? certe credo, quod disperderet illum de terra. Porci sunt luxuriosi, iuxta illud Marci 5. *Mitte nos in porcos* cito. Dæmones illi erant dæmones luxuriæ, glossa super illud 1. Cor. 6. *Qui fornicatur in corpus.* Cætera peccata tantum maculant animam,fornicatio non tantum animam,sed corpus contaminat. Quia enim est immunditia corporalis, & spiritualis. De luxuriosis potest dici illud Psalm. 78. *Deus venerunt gentes, in hæreditatem tuam, polluerunt Templum Sanctum tuum.* Glossa. Si non parcis tibi propter te, vel propter te tibi, saltem propter Deum, qui se fecit Dominum,parce.

Corpus nostrū Dei palatiū est. 1 Cor. 3. & 6. Similitudo.

Luxuriosi porci sunt. Matth. 8. Marc. 5. Luc. 8.

Luxuria corpus contaminat. Psal. 78.

Secundo quia signaculum Dei quo signatus est homo signaculo diaboli suis libidinibus signat luxuriosus. Petens enim ab homine Deus, dicit Prouerb. 23.

Prouer. 23.

Fili

Ardor amoris amantem transformat in amatum.

Fili præbe mihi cor tuum. Et postquam homo Deo cor suum exhibuit, Deus ipsum suo signaculo signauit: iuxta illud Cantic. 8. *Pone me, vt signaculum super cor tuum.* Sed luxuriosus facto signaculo Dei superponit signaculum diaboli, quod sic patet. Nullum enim peccatum ex tanto ardore, & carnali amore committitur, sicut luxuria carnalis. Ardor autem amoris, siue ille sit bonus, siue malus, facit amantem transformare in amatum. Ose. 9. *Abominabiles facti sunt, sicut ea quæ dilexerunt.* Quod autem talis transformatio fiat in bonum & malum, patet in B. Ignatio, in cuius corde inuentus fuit scriptus Iesus Christus aureis literis & B. Franciscus ex ardore amans fuit diuinis signaculis insignitus, & Clara de monte Falco. Et similiter patet in malo, quia ardor concupiscentiæ transformat homines in peccatũ, & insignitur homo diabolico signaculo. Et sic homo luxuriosus est proditor domini sui falsificando ipsius signaculum, & apponendo contrarium. 1. Cor. 6. *An nescitis quod qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur, erunt enim* inquit, *duo in carne vna, qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo.*

Ose. 9. & Exemplum. S. Ignatij cordi inuentus fuit scriptus Iesus Christus.

Luxuriosus est falsificator signaculi Dei 1. Cor. 6.

Tertio luxuriosus omne Domino dominium & regimen mundi peruertit. Deus enim totam vniuersitatem creaturarum per seipsum regit, & suos officiales, ita vt per creaturam spiritualem regat corporalem, & per creaturam nobilem regit ignobilem, sicut per Angelos mouet cœlos, monet inferiora, & per reges, & Principes regit populares. Sed in hoc luxurioso peruertitur hoc dominium, quia dum anima deberet carnem regulariter regere, totus ordo peruertitur & homo efficitur caro, iuxta illud Gen 6. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Et glossa super illud 1. Cor. 6. *Qui fornicatur, in corpus suum peccat* in fornicationis opere totus homo absorbetur à carne, vt iam dici non possit animus suus esse: sed similis totus homo dici possit caro. Et ideo dicunt alij Doctores, quod sunt aliqui dæmones, qui memores suæ antiquæ nobilitatis, tentare de luxuria dedignantur, & est signum ad hoc, quod lucifer tentans Dominum non dicitur eum tentasse de vitio carnis. Et nota, vt dicit Alexand. de Ales, in suo 2. quod spiritus prophetiæ etiam in actu matrimoniali, nunquam datus est, & hæc est ratio, quia spiritus prophetiæ datur homini facto in ratione spiritus: sed actus ille est hominis, inquantum totus efficitur caro. Nam actus prophetiæ est ipse contuitus in speculum æternitatis. Tertio est mundo nociuum, & hoc tribus modis: & primo quia cœlorum habitatores diminuit. Nam sicut dicitur Apoc. 12. *Draco traxit tertiam partem stellarum*, id est Angelorum. Nam Angelorum quidam sunt assistentes, quidam ministrantes, illi verò, qui ceciderunt, dicuntur tertia pars, quia noluerunt esse de assistentibus, nec de ministrantibus: sed illa curia cœlestis, ne diminuta remaneat, debet repleri per creaturas rationabiles, id est per homines, quia ad illam curiam cœlestem non assumuntur arbores, & bestiæ: neque aliquæ creaturæ inferiores, sed tantum creatura rationalis: luxuria autem inter alia peccata, maximè destruit rationem, sicut iam dictum est, & per peccatum luxuriæ, maximè adeptio patriæ cœlestis impeditur, quia prædicta ratione homo efficitur bestia, & bestiæ non sunt factæ ad habendum vitam æternam. Vnde Ioël. 1. *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Glossa iumenta in stercore suo computrescere, est homines in fœtore luxuriæ vitam finire.

In luxurioso dominiũ Dei peruertitur. Gen. 6. 1. Cor. 6.

Prophetia spiritus nunquam datus est in actu matrimoniali & ratio.

Apoc. 12.

Luxuria homo efficitur bestia. Ioël. 1.

Secundo quia luxuriosus corruptioni subiicitur. Nam non est aliquod vitium, per quod mundus tantum subiiciatur diabolo: nam non parcit Dominis, neque pauperibus, neque diuitibus. Hieronym. In serico, & in pannis eadem libido dominatur, nec regis purpuras, nec mendicantium spernit squallorem: hoc vitium vincit etiam sapientes, & insipiẽtes, vel etiam quia in aliis peccatis diabolus vnum hominem requirit, sicut in superbia, & inuidia: sed in luxuria semper requirit duos, scilicet personam luxuriantem, & personam cum qua luxuriatur.

Luxuria duas personas requirit, alia peccata vnum homi-nẽ requirũt.

Tertio lætificat infernum: Nam hoc peccatum est, quod quasi totum mundum turbat, & trahit ad supplicium, & illo diabolus multum lætificatur. Hic cadit exemplum de consilio luciferi, in quo dæmones per totum mundum dispersi referebant mala, quæ commiserant, & omnes percutiebantur. Et solum dæmon, qui per 40. annos monachum ad luxuriam prouocauerat, fuit à lucifero coronatus. In hoc enim peccato luxuriosus est diabolo deterior, quia diabolus bene superbit, & inuidet: sed nunquam luxuriatur. Sed econuerso contristat Angelos: nam in vita Patrum legitur exemplum de Angelo, qui obturauit nares suas ad aspectum cuiusdam luxurioſi, nam scriptum est Psal. 90. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* Nam si filia regis Franciæ tradita esset alicui, vt custodiret eam, non parum displiceret sibi, si in eius custodia fornicaretur. Quantum ergo Angelis displicere potest, cum filiæ Regis cœlestis, quibus ipsi ad custodiam sunt deputati, fornicantur Bern. in quouis diuersorio in quouis angulo reuerentiam habe Angelo tuo, nec audeas eo præsente, quod me vidente non auderes. Et potest ostendi in hoc, quod isto peccato quædam contumelia fit spirituali naturæ, cum anima magis eligat iumenta naturæ, quàm in spirituali tate se seruare: hæc autem non fit absque contumelia Angelicæ naturæ, quæ est spiritualis natura, vt anima. Vnde Aug. Angelus, & anima sunt pares natura, dispares officio: sic etiam non fit absque dedecore aliorum clericorum, quando aliquis clericus apostatat, & fit laicus, malens similis esse rustico quam clericis. Quod autem lætificet dæmones, patet per glossam super Leuit. quod cum dæmones de omni peccato gaudeant, præcipuè autem gaudent de fornicatione, quia illius corpus, & anima commaculatur, vltra hoc, quia diabolus comparatione fornicatorum, poterit se iustificare coram Deo, cum in eo non inueniatur peccatum, quod ipsi habebunt, & hoc de secunda principali, sequitur secundus sermo, qui erit de tertia parte, id est de huius vitij curatione.

Luxuria lætificat infernum. Exemplum.

Angelis displicet si homines fornicantur.

Bernard.

Aug. Angelus & anima pares natura, dispares officio.

DE LVXVRIA.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est tertia pars precedentis sermonis, agit de curatione & nouem Luxuriæ remediis.

Sermo XIII.

Remedia ad luxuriã curandam noũ sunt.

SANA me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Psal. 6. Hæc est autem tertia pars sermonis de Luxuria scilicet, de peccati luxuriæ remedio: Vnde nota nouem remedia, quibus sanari potest luxuria. Primum est diuinorum contemplatio, secundum scripturæ contemplatio, tertium corporalis exercitatio, quartum corporalis maceratio, quintum tribulationum incussio, sextum occasionum elongatio, septimum mentis humiliatio, octauum frequens confessio, nonum est subita expulsio.

PRIMVM

Digitized by Google

Primvm Remedivm,

Diuinorum contemplatio.

1. *Remedium aduersus luxuriam diuinorum contemplatio.*

COntra igitur huius incontinentiæ impietatem multa remedia inueniuntur. Quorum primum & præcipuum est diuinorum contemplatio, scilicet vt mens circa contemplationem diuinorum occupetur, & hæc est ratio, quia inter omnes cogitationes malas mens ad peccandum inclinat cogitationes delectatione carnis. Cuius ratio secundum Philosophorum doctrinam assignari potest. Vna quidem, quia cum hæc delectatio sit homini grata, & à iuuentute coniuncta, facile appetitus in eam fertur, cum eam cogitatio proponit. Vnde Philosoph. 2. ethic. dicit, quod delectationem iudicare de facili non possumus, quando accipimus eam. Secunda ratio est: quia, vt idem dicit in 3. ethic. in particulari sunt magis voluntaria, quam in vniuersali: manifestum est autem quod per moram cogitationis ad particularia quæque descendimus. Vnde per cogitationem diutinam maxime libido prouocatur. Et ideo cum contraria contrariis curentur, hinc est quod delectatio diuina absorbet carnalem; & meditatio diuina deponit carnalem: nam oratio deuota, cum sit ascensus mentis in Deum tendens, & decentium petitio à Deo, reprimit facultatem huius turpissimi vitij: nam quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. Vnde Isa. 48. *laude mea infrenabo te ne intereas*: est enim quoddam frenum animam ab interitu peccati retrahens, laus diuina proxime valet ad expulsionem huius vitij. Et ratio est, quod cum natura sit ad vnum tantum Deum, dum intendit diuinis, non potest simul & corporalia degustare: nam gustato spiritu desipit omnis caro. Vnde Hugo de Clausto animæ cap. 1. dicit, contemplatio claustrum animæ dicitur, in cuius specula se recipit animus, sola cœlestia meditatur, à terrenis separatur, à turba carnalium cogitationum longe ponitur, deliciæ carnis sopiuntur in domo, delectabiliter vagos sensuum motus restringit, angelica dulcedine fruitur. Legitur in lib. Vitæ, pro silentio pacem in choro virginum seruat concordiam, nostri summi patris considerat potentiam, sapientiam filij inuestigat, Spiritus sancti benignitatem amat: hæc ille, & per hæc anima erigitur ad spem maximam, quia per potentiam scit ipsam posse, per sapientiam ipsam scire, per benignitatem ipsam velle, & dulciter audit cum Psalm. 90. *Cum ipso sum in tribulatione: & glorificabo eum.* Sed nota quod inter alia remedia meditationum nostrarum, potissima est meditatio passionis Christi, statim cogitare de eo crucifixo, ac si videres oculis tuis in cruce pendere manus: figura Num. 21. populus murmurans contra Dominum dicit: *Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo*, & appetens carnes *misit in eos dominus serpentes ignitos*, & reuersi ad Moysem orauit ad Dominum, & præcepit, vt faceret serpentem æreum, & suspenderet in ligno: & quicunque aspiceret illum morsus à serpentibus, viueret. Serpens ignitus est luxuria: nam teste Iob. 31. *Ignis est vsque ad perditionem deuorans.* Serpens in ligno est ipse Christus, qui astutia sua percussit superbum id est diabolum. Vnde Aug. in serm. vnius martyris & cum exaltaret Moyses serpentem in eremo in ligno, populus qui mordebatur à serpente, attendebat ad serpentem, & sanabatur. Sic & modo quemcunque momorderit astutia Satanæ, intueatur Christum in ligno pendentem, ibi mors occisa est, Dominus autem superuiuet.

Delectatio carnis inclinat cogitationes quare.

Laus diuina est frenum. Isa. 48.

Cōtemplatio claustrum est animæ.

Ad Luxuriā comprimendā meditatio passionis Christi multum valet.

Iob. 31.

Secvndvm Remedivm,

Studium Scripturarum.

Scripturarū studium est tertium remedium in luxuriam. Luc. 24. Apoc. 3. 2. Cor. 12. Ioan. 14. Apoc. 3. Cant. 1. Cant. 3. Hieron. ad Rust.

SEcundum remedium est studium scripturarum, & ratio huius est, quia in litera absconditus est fauus mellis, & adueniente igne Spiritus sancti, extinguitur, & consumitur ignis nostræ paleæ carnis, Luc. 24. *nonne cor nostrum ardens erat, dum loqueretur nobis in via*: nam in ea inuenit vocem dulciter arguentis, Apocal. 3. *Ego quos amo, arguo & castigo.* & hoc exemplum in Paulo 2. Cor. 12. *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis, spiritus Sathanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me: & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Et sequitur, *libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi*, in ea etiam inuenit vocem dilecti veraciter promittentis. Ioan. 14. *Qui diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus.* In ea etiam inuenit vocem dulciter suadentis. Apoc. 3. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum, vt locuples fias.* Tantam in ea melodiam audit, vt cogatur cum sponsa proclamare. Cant. 1. *In odorem vnguentorum tuorum currimus*: & Cant. 3. *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est*, quia relicto fœtentis carnis squalore & fœtore currit in odorem dilecti pulsantis. Vnde Hier. ad Rustic. monachum, Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Vnde Apost. cum dixisset Tim. 4. exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate, statim subdit, dum venio, ergo attende lectioni.

Tertivm Remedivm,

Corporalis exercitatio.

Corporalis & mentalis exercitatio est 3. remedium in luxuriam. Otiū duplex corporale & spirituale. Otium corporale duplex bonum & malum.

TErtium remedium est corporalis exercitatio, & etiam mentalis. Vnde nota, quod otium est duplex scilicet corporale, & spirituale: otium spirituale duplex est, scilicet bonum, vt est otium Mariæ: & malum, vt circa inutilia versari. Et primo nota, quod otium spirituale vt dicitur Eccles. 33. *multam malitiam docuit otiositas*, & spirituale otium, cum interiore vitiorum carnalium. Et ratio huius est. Cor enim nostrum cum sit in continuo motu, semper vult circa aliquid occupari, etiam dormiendo. Et quia cor pronius est ad malum, quam ad bonum, ideo nisi occupetur circa bonum, semper versatur circa malum, & maxime circa delectabilia & sensibilia. Io. Cassianus, Mens otiosi nihil aliud cogitare videtur, quam de ventre, & libidine. Et ideo summum remedium est quibuscunque bonis cogitationibus animum occupare. Vnde Chrysostom. super Matth. dicit, quod obsessio membri non ita reprimit tentationes, & tranquillitatem facti, vt cogitationis frenum, Vnde Apostol. Ephes. 4. ait, De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque casta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Secundo nota quod otium corporale est maxime inductiuum, ad luxuriam. Et hoc exemplo patet de nobilibus otiosis. Si quis à me quæreret, quam putas fore bonam mulierem. Respondeo, vnam pauperrimam rusticam, quæ vnum filium gestet in corpore, & alium in brachiis, & accedit ad agrum ad laborandum, & post sumpto cibo, statim accedens ad lectum, antequam sit exalceata incipit dormire. Et similiter dico de rusticis hominibus, qui præ nimio labore antequam sint cœnati, incipiunt dormire, & obliuiscuntur in matrimonio commisceri. Sed econuerso mulier maxime delicata, & otiosa quæ se tot deliciis nutrit, quod si quādo cadit, nisi se inclinaret, ad

Mulier bona quænam.

Digitized by Google

excipiendum, quia seruam vocaret, Deus tamen dedit illi manum in capite quo maxime indiget. Similiter loquor de viris quod non solum sufficit equa, quando etiam vult iumenta. Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ superbia, saturitas panis, & otium.* Et ideo optimum remedium esset talibus dare exercitium, vt ducerent molam asinariam. Remedium autem vniuersale est, vt homo ab otio desistens in corporalibus laboribus se exerceat. Exemplum enim habemus ab omnibus rebus, quomodo otium sit reprehensibile: quia si consideramus ipsam primam causam, nonne inuenimus ab æterno Patrem producere Filium, & ambos Spiritum sanctum spirare. Ioan. 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum.* Si consideramus naturam angelicam, illam creat semper nobilem, Psal. 103. *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis*, quia sicut ignis habet sempiternam motionem; ita & Angeli, quia *semper in Deum mouentur sempiterna dilectione.* Si consideremus corpora cælestia, quotidie mouentur ab oriente in occidentem, & ab occidente in orientem. Si elementa consideremus, sunt semper in continuo motu, agunt circa generationes, & corruptiones. Si te ipsum in natura consideres, semper transis de præsenti mane, ad futurum. Et ideo remedium optimum est exercitium. Vnde Hier. ad Rustic. monachum, fac aliquid operis, vt semper diabolus te inueniat occupatum.

Ezech. 16.

Otiũ ab omnibus rebus reprehẽsibile. Ioan. 1.

Qvartvm Remedivm,

Carnis maceratio.

Qvartum est carnis maceratio: hoc est verum, quod equus multum famelicus non recalcitrat contra rationem: dicunt viuentes porcini, non possum continere: hoc durum: hoc mihi impossibile. Nota quod ad hoc, vt ignis extinguatur, triplex remedium adhibetur, aut per effusionem aquæ, aut per lignorum substractionem, aut per elongationem ab igne. Audi quod Prouerb. dicitur, *Furnus calefit per os.* volunt isti per effrenatam comestionem castitatem seruare, necesse ergo addere aquam ieiunij, vel litera liter ieiunare, vel vinum temperare, vel de lignis subtrahere: hoc est medium seruare, qui volunt castitatem, vel prudentiam seruare. Et in hoc reprehendendæ sunt matres, quæ quando vident filias suas pallidas, statim ad nidum gallinarum currunt, & oua coquunt, & eis præbent vinum purum, & hoc vt genas faciant rubicundiores, & dicunt, volo filiam meam castam seruare. Audiant quid Hier. ad Eu. scribit: si autem hæc sufficiant illis tẽtationes libidinum, quæ exeso corpore solis cogitationibus oppugnantur, quid patitur quæ in deliciis vixit? nempe illud Apost. 1. ad Tim. 5. *Viuens mortua est.* Si quid itaque in me potest esse consilij, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno: & non solum loquor carnalibus sed spiritualibus: quia ad conseruandam pudicitiam necessaria est abstinentia. Et ad hoc facit exemplum, quo interrogatus frater Ægidius, socius B. Francisci si condecebat viros perfectos ieiunare, & carnem macerare, cum iam habeant carnem subditam rationi: respondit, quare carnes recentes saliuntur: & illæ, ne putrefiant. Et primus euangelicæ perfectionis præcursor educatur in medium qui propter abstinentiam eminentem magnus prædicatur angelica voce, sicut refert Lucas 1. Angelum dixisse ad Zachariam, *erit enim magnus coram Domino, vinum & siceram non bibet*, decet enim vas cœlesti gratiæ mancipatum, à sæculi illecebris abstinere: hoc ipsum vas electionis in se ipso commendat 1. Cor. 9. scribens, *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Glossa, possibile non castigarem, & ad hoc agonistarum exemplo cunctos prouocat, id est milites cum præmittit, *omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam.* Vnde Hier. ad Eust. solicite prouidendum est, vt quos saturitas de paradiso expulit, esuries reducat: non quod Deus vniuersalis creator, & Dominus intestinorum nostrorum rugitu, & inanitate ventris pulmonisque delectetur ardore, sed quod aliter pudicitia tuta non possit esse.

Carnis macerat. est quartum remedium in luxuriam. Ignis luxuriæ extinguitur tripliciter.

Castitatis seruandæ remedia.

Hier. ad Eustoch.

Vinum fugiendum à Christi sponsa & ab omnibus.

Luc. 1.

1. Cor. 9.

Qvintvm Remedivm,

Perturbationes & tribulationum incussiones.

Qvintum remedium est, adhibere contra carnis cõcupiscentiam etiam aliquas animi perturbationes: nam experimento videmus, quod si quis lasciuissimus capiatur à potestate, & expectet per aliqua tormentorum genera debere cruciari; tantus erit timor, quod obliuiscitur luxuriæ. Vnde Hie. ad Rust. refert quod in quodam cœnobio quidam iuuenis adolescens nulla operis magnitudine flãmã poterat carnis extinguere: vnde cum eum periclitanté pater monasterij videret, hãc artẽ seruari imperauit cuidã viro, vt virgis, atque cõuitiis eũ insectaretur, & post irrogatã iniuriam primus veniret ad querimoniam, & vocati testes pro eo loquerentur, qui fecerat iniuriam: solus pater monasterij defensionem suam capiebat, ne abundãti tristitia frater absorberetur, & veniẽs ad cõfitendũ, non tantum patri cõfitetur tentationẽ: quantũ tribulationem illatæ iniuriæ, dicit patri: ergo tanquã dæmõ perturbo totum monasteriũ, & tũc pater videns illuminari, præcepit, vt mitius fratres cũ eo agãt. Et iterũ veniẽs ad cõfitendũ, non amplius cõfitetur de vitio carnis, sed de illatis iniuriis patribus monasterij, asserẽs se plusquã dæmoniũ in monasterio resistere, & sic expeditur: interrogatur adolescẽs à patre monasterij super cogitationibus pristinis: respondit patri, mihi viuere non licet, quomodo fornicari libet? Aug. In fornace ardẽti purgatur aurũ: nec in cinerem vertitur, imo sordibus exuitur. Et non solũ molestiæ spirituales sunt remediũ cõtra cõcupiscentiã carnis, sed & corporales. Exemplũ habeo de S. Bern. qui vt refert Greg. Dial. libr. quod tẽtatus grauiter à tentatione carnis proiecit se nudũ inter spinas, vt per molestias & punctũras vepriũ exteriorũ, sanaret pestes, & pũcturas intrinsecas. In vita Patrũ habemus de patre illo, qui recipiẽs meretricẽ quandã in cella, quæ se fingebat exire post tentatum grauiter, posuit digitos ad lumẽ cãdelæ, & totã sibi cõbussit manum: & sic per ignem exteriorẽ extinxit interiorem. Asper autem habitus, ad hoc satis adfert super straminibus iacere, & dormire: nam vt refert Bona. de B. Frãciſci veste simplice, rugosa, & hispida pro eo quod experientia iã didicerat hostes malignos, duris, & asperis in fugam conuerti: delicatis autem, & mollibus ad tentandum: fortius armari. Vnde Bernard Modo ætatem teneram ordinis asperitas terreat. Memento quod asperior lana facit pannũ leuiorẽ, & asperitas cõscientiã velut spina latitãs, & fratribus habitus mollis est via ad luxuriam.

Perturbationes quædam animi sunt remedium quintum cõtra carnis concupiscentiam.

Molestia spirituales & corporales sunt remedia in luxuriam.

Exemplum de S. Bern.

S. Francisci vestis simplex.

Sextvm Remedivm,

Fuga occasionum.

Sextum remedium est fuga occasionum, & custodia sensuum, & primo de visu: nam visus est hauriens species ab extrinseco, & ideo multos facit corruere: nã Genes. 34 *Cum vidisset, Dinam, &c. Heuei princeps terræ illius adamauit eam, & arripuit* 2. Reg. 11. Dauid cum vidisset Bersabee se lauantem, adamauit eam, & adulterium commisit, & homicidium: quia maritum Bersabeæ fecit interfici. Eccl. 9. *ne circumspiciasspeciem alienam: propter speciem mulieris multi perierunt.* Et per hoc reprehendendi sunt patres & fratres, qui existentes

Custodia sensuum & occasionum fuga sunt sextũ remedium aduersus luxuriam. Eccles. 9.

Digitized by Google

existentes in domibus portant diploides,& habent iuuenculas in domo: putas ne isti,quod sint lapides. Similiter,& mulieres,quæ habent pectora sua denudata. O insensate munde, quot fatuitates aspicio? permittunt enim viri vxores quas amant, præbere occasionem aliis tanquam meretrices adamari. Prouerb.7. *Ecce occurrit ei mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas.* Et ideo optimum remedium est auersio oculorum, Iob. 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem de virgine:* Super quo verbo dicit Greg.vt munda sit mens in cogitatione à lasciua voluptate, deprimendi sunt oculi quasi quidam raptores ad culpam. Hoc etiam dicit Isidor. Oculi sunt patella libidinis: aspectus enim animam titillat, & cor vulnerat, subtrahe ergo visum,reprime oculos à petulantia, non eas figas in speciem carnis, si vis esse à malis cogitationibus tutus. Et ratio hæc est, quia visus disponit animas ad cogitationes turpes: nam anima nihil in se habet,nisi quæ recipit per sensum. Vnde videndo mulierem,species eius imprimitur in oculo, oculus transmittit in imaginationē, imaginatio autem operatur in nocte,& in die. In die quidem, quia post absentiam rei, in se imaginat eius speciem in nocte, quia anima conuertens se ad imaginationem,videt speciem mulieris,quam de die vidit, sicut homo videt imagines resultantes in speculo, & sic facit personam formare:illa imaginatio transmittit ab intellectu voluntatem & quia voluntatis est amare pulchrum, homo incipit mulierem pulchram amare:ex tali autem amore homo incipit calefieri, & concupiscere ardore. Hieron. Gladius igneus est species mulieris, quæ quasi ex omni parte sagittas emittit. Ex tali ardore incipit delectari, & delectatio est coniunctio conuenientis cum conuenienti Arist.lib.Ethic. Qualis enim vnusquisque est, lumen ei videtur: Arist. sicut temperato videtur bonum temperatè viuere,nam temperantiâ concupiscentia refrænatur: & famelico videtur bonum comedere, & luxurioso luxuriari. Ex tali namque delectatione carnali nascitur consensus, & iste consensus est peccatum mortale. Vnde Psalmist. 118. *Auerte oculos meos,ne videant vanitatem.*

Mulieres pectora denudata habētes reprehendenda. Iob.31.

Greg. Oculi raptores ad culpā. Oculi patella libidinis.

Visus disponit animas ad cogitationes turpes.

Species mulieris est gladius igneus. Arist.

Secunda cautela adhibenda est in auditu: nam ex auditu cedrus libani corruit. Vidi ego virginem vnam iam 38. ann. in virginitate permansisse propter Christum, & ex vno verbo dehonesto audito corruisse ita terribiliter,quod vix diabolus si carnem haberet,taliter corruisset. O patres insensati,ô fratres porcini,qui non verentur in præsentia filiarum, vel sororum nefanda proferre. O vir si quærerem,quid summè opras:respōderes,honestatem in domo mea opto & volo,& tamen dehonestas carnem ex verbis turpibus. O quot sunt viri, qui fecerunt fornicarias mulieres propter verba lasciua per os prolata: nam teste Paulo 1. Cor. 15. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Vis ergo mulierem honestam semper de honestis secum loquaris. O insensati mittunt ad choreas iuuenculas, vbi amatoria,& turpia cantantur,& volunt honestas esse. Audi Salomonem Eccl. 9. *Cum saltatrice non sis assiduus, nec audias illam,ne forte pereas in efficacia illius.*

Auditus custodiendus. Auditu multi corruunt in luxuriam. Exemplum:

Tertia cautela adhibenda est in tactu: nam corpus mulieris est totum igneum, ad hoc facit exemplum, quod recitat Greg.in 3 lib.Dial.Quod Andreas ciuitatis episcopus,cum vitam virtutibus plenam duceret,& continentem quandam monialem secum habuerat,& cum ea spirituali conuersatione frequenter loquebatur,noluit eam monialem ab episcopatu suo repellere, certus de eius,& sua continentia:sed hostis cœpit speciem in oculis eius imprimere, auditum tentationis exquirens: & tandem post tergum eius percussit manu,& calefactus est luxuria:eadem die Iudæus veniens de campania ad propria tendens, cum iam esset nox, nesciens quò declinaret, iuxta templum se contulit: nocte vero media cum præ timore vigilaret, vidit malignorum spirituum multitudinem congregatam, & eorum principem examinare eos de ipsorum operibus iniquis perpetrantes. Iudæus timens fecit super se signum crucis, licet non haberet fidem Christi, sciens hoc signum defensiuum contra spiritus malignos. Inter alia,quæ iste Iudæus audiuit à dæmonibus: vnus, qui dixit se procurasse,quod Andreas episcopus prædictus habuit concupiscentiam carnalem supradictæ monachæ,& in tantum conduxerat eum, quod causa solatij manu percusserat eam in facie: de quo princeps dæmoniorum multum exultabat,& istum super omnes alios commendabat,monens eum,vt perficeret cœpta. Interim Iudæus fuit à principe visus, & dum quæreret,quis ille esset,Dæmones responderunt, quod esset vnum vas vacuum, sed signatum: & virtute sanctæ Crucis non potuerunt ei nocere. Post modum Iudæus narrauit episcopo visionem hanc, quo audito episcopus repulit de domo,non solum monacham,sed omnes alias mulieres seruientes in episcopatu. Ecce quantum periculum habet conuersatio cum mulieribus. Ecce qui tenet eam quasi quod apprehendit scorpionem. Et hoc arguet vacantes choreis. Vnde non solum tactus in alio,sed etiam in seipso pertimescendum est. Vnde Dominus Bonau.in lib.Nouitiorum,dat istam regulam, quod nouitij nunquam dormiant cum manibus infra corrigiam, sed manibus cancellatis ad pectus. De sensu gustus satis dictum est.

Tactus custodiendus. Mulieris corpus totum igneum est. Exemplum de episcopo.

Signum crucis defensiuū contra malignos spiritus. Exemplum de Iudæo.

Bonau.

De olfactu satis timendum est,sed non tantum. Occasiones autē vitandæ sunt, vt est conuersatio. Sed notandum quòd conuersatio potest esse eiusdem,vt mulieris cum muliere,vel viri cum viro,vel viri cum muliere. Prima multum cautè seruanda est: vnde pater vis tuam filiam honestam: & vxorem? vide cum quibus conuersatur: nam multoties euenit, quod mala mulier facit bonam,malam:nam vetula cum in iuuentute fuerit meretrix, cum non potest amplius meretricari, efficitur lena, & propter potum meretricati vini vendunt carnes honestarum. Ioël.3. *Puellam vendiderunt pro vino, vt biberent.* Sic iuuenis meretrix vellet omnes esse meretrices. Vnde cauendum est ab istis. Vnde Eccles.28. *Lingua tertia mulierem fortē* (scilicet *eiecit*,& alia litera habet *mulieres inuictas*. Aut est conuersatio viri cum muliere,& hoc maximè cauendum. Eccles.42. *In medio mulierum noli commorari,de vestimentis enim procedit tinea, & de muliere iniquitas viri.* Hier.Ego iudico si cum viris fœminæ habitant, viscarium diaboli non deerit. Sed tria sunt quæ solent decipere conuersantes cum mulieribus, scilicet sanctitas mulierum, fiducia de propria castitate, & consanguinitas.

Conuersatio cautè seruanda. Conuersatio malarum mulierum timenda. Ioël.3.

Eccles.28.

Conuersatio viri cū muliere maximè cauenda. Eccles.42.

Contra primum dicit Hier. Si pudicam quæris fœminam,quam bene videris conuersantē,mente dilige.

Contra secundum idem Hier. Hospitiolum tuum raro,aut nunquam mulierum pedes terant. Vide ne sub eodem tecto manseris,nec in præterita sanctitate confidas,nec Dauid sanctior,nec Samsone fortior, nec Salomone potes esse sapientior: memento semper quod paradisi colonum de sua possessione deiecit. Sed dixerit forsan aliquis, se non stuppam esse, immo ferrum. Respondet,quod ignis ipsum ferrum immutat,& quasi ignem reddit,&c.

Fiducia de propria castitate decipit conuersantes cum mulieribus.

Contra tertium idem Hiero. Si generis gratia iudicas mulieres nullo modo dimittere, memento quod Thamar à fratre suo sit corrupta. Et 2. Reg.13. & fuit ratio,quod solus cum sola. Nota quod virgo non debet esse nimis domestica,debet etiam cauere à donis, &c. nam inquit Hier. Crebra munuscula, & vestes ori applicatas,& degustatos cibos, blandas & dulces literas sanctus amor non habet:& generaliter tene,quod hoc vitiū nō vincitur nisi fugiendo,& hoc triplici ratione.

Hieron. Consanguinitas decipit conuersantes cum mulieribus. 2.Reg.13.

Primo quod luxuria ignis est, homo vero fœnum, & stuppa. Isidor. *Omnis caro fœnum* 7. Eccl. Stuppa collecta est synagoga peccatorum,

Digitized by Google

nulla ſecuritas eſt fœno, vel ſtuppis iuxta ignem eſſe.

Secunda ratio eſt, quia peccatum luxuriæ eſt valde immundum. Vnde ſicut non eſt bonum luctari cum homine inuoluto in cœno, quia licet non vinceret, tamen inquinaret: ſic non eſt ſecurum luctari cum peccato iſto: nam vix poteſt eſſe, quod homo non coinquinetur, ibid. Eccle. 13. *Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea.*

3. Ratio. Tertia ratio eſt, quia non eſt bonum luctari cum hoſte, qui ſumit vires de prope, tale eſt corpus noſtrum, quod prius erat nobis pacificum, conuertit ſe in hoſtem. Vnde ſicut princeps vnus timeret pugnare cum hoſtibus ſuis, quando credit quod cum exercitu ſuo multi ſunt proditores, qui debeant iuuare hoſtes ſuos, quando conflictus venerit: ſic debet homo timere pugnare cum luxuria, cum corpus noſtrum ad modum proditoris contra nos cum pugna illa fiet, iuuabit. Vnde Paul. 1. Cor. 6. *Fugite fornicationem.* Vnde gloſſa ibid. dicit, cum aliis vitiis poteſt is expecta conflictu ſed hanc fugate, ne approximet: quia non aliter poteſt vinci.

1. Cor. 9.

Septimvm Remedivm,

Mentis humiliatio.

Mentis humiliatio eſt 7. Remedium in luxuriam.

Septimum remedium eſt mentis humiliatio. Diuino iudicio homo per ſuperbiam eleuans ſe ſupra ſe iuſtè à Deo deiicitur ſub ſe tanquam iumentum, & ratio eſt, vt dicit Aug. nullum vitium eſt ita ſenſibile, & beſtiale, ſicut luxuria, & ideo qui per ſuperbiam vult eleuari, datur vt ſe cognoſcat, quod nõ differt à iumẽto. Exemplum in Adam & Eua qui *cum cognouiſſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus & fecerunt ſibi perizomata.* Gen. 3. & illam reuelationem carnis habuerunt ad deprimendam ſuperbiam qua gloriabantur: quia ad imaginem Dei & ſimilitudinem erant conditi. Exemplum habemus in vita patrum: è conuerſo, de quodam patre, qui tribus annis continuè vigilando, & dormiendo impugnabatur à vitio carnis, & ieiunando duobus, & tribus diebus in hebdomada nihil comedens, nullum exinde remedium inueniebat: tandem proſtratus in terram orauit dicens, Domine pauxillum terræ mihi in cuſtodiam dediſti, & illud à me cuſtodire non ſufficio, & ſtatim curatus eſt. Iſid. ſicut per ſuperbiam mentis itur in proſtitutionem libidinis, ita per humilitatem mentis ſalua fit caſtitas mentis & carnis.

Octavvm Remedivm,

Frequens confeſsio.

Confeſſio frequens octauũ eſt in luxuriam remedium.

Octauum remedium eſt frequens eorum confeſſio, quia diabolus videns, quod non tenet eum ſecretum, confuſus diſcedit ſicut dicebat quidam probatus ſenex cuidam fratri impugnato à peſſimis cogitationibus, Vt enim legitur in vita patrum, nihil ita allidit dæmonem, ſicut immundarum cogitationum reuelatio. Pſal. 103. *Confeſſionem, & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſtimento.*

Pſal. 103.

Nonvm Remedivm.

Subita malarum cogitationum expulſio.

Expulſio ſubita malarũ cogitationum eſt nonum remedium in Luxuriã.

Nonum remedium eſt eorum ſubita expulſio, hoc eſt cum aggreditur talis cogitatio, ſtatim repellitur cogitando aliquid boni, ſed maxime timor domini expellit hæc, vt ſcilicet homo imaginetur Deum eſſe pœnitentem, & videre ſecreta cordis. Multa enim peccata operis non committuntur propter timorem hominum, ne videlicet hominibus innoteſcant: quis enim turpitudinem hanc vellet committere in præſentia hominum; multo magis timere debet homo præſentia Dei in corde, qui videt cogitationes noſtras multo clarius quam homines videant facta: nihil enim occultum eſt oculis eius. Pr. 18. *In timore Domini declinatur à malo.* Ad hoc facit exemplum in Chronicis S. Franciſcus cum ſemel congregati eſſent F. Ægidius de Aſſiſio, Simon, & Ruffinus, ac Iuniperus de Aſſiſio, & inſimul de Deo loquerentur, dixit aliis F. Ægidius. Quid facitis vos cum tentationibus carnis? Reſpondit. F. Simon, ego conſidero turpitudinẽ illius peccati, & ex tanta abominatione euado. F. vero Ruffinus dixit, ego proijcio me in terram, & tandiu oratione proſtratus Dei, & B. Mariæ imploro clementiam, donec me ſentio perfecte liberatum. F. vero Iuniperus ait, quando ego tales diabolicas ſuggeſtiones quaſi in ſuburbiis carnis audio proſtrepentes, ſtatim oſtiũ cordis fortiter claudo, & ſanctis meditationibus ac deſideriis, pro tota cuſtodia totam reddo cordis arcẽ occupatam. Cum vero illæ ſuggeſtiones oſtium cordis quaſi pulſando percutiunt, ego reſpõdeo ab intus parte nullatenus reſerata dicens exi, quia hoſpitium captum eſt, & ideo hîc recipi non poteſtis, & ſic nunquã intrare permitto: illi verò quaſi victi de tota mẽtis parte recedunt. F. vero Ægidius ſtatim reſpondit, tecum F. Iunipere teneo, quia cum illo peccato tutius, & diſtrictius pugnatur fugiendo, vbi ab intus eſt prouocatio carnis, appetitus ab extra per ſenſus ſentitur tantus, & tam fortis hoſtium exercitus: nam aliter eſt ibi fortis pugna & rara victoria. Vnde Hier. ad Euſtoch. quia impoſſibile eſt in ſenſum hominis non irruere motum medullarum calore: ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui ſtatim, vt cœperit cogitare, interfecit cogitatus, & allidit os ad petram, petra autem Chriſtus, cui pater nobis concedat inhærere, qui eſt benedictus in ſæcula, Amen.

DE QVATVOR HOMInis Nouiſſimis.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de quatuor hominis nouiſſimis, quatuor principales partes complectitur.

Prima pars principalis,

Agit de 1. nouiſſimo ſcilicet de morte, cuius iugis memoria ſeptem nobis beneficia confert.

Secunda pars principalis,

De 2. ſc. de iudicio, quod propter ſeptem valde timendum eſt.

Tertia pars principalis,

De 3. ſci. de inferno, quod propter ſeptem etiam timendum.

Quarta pars principalis,

De 4. ſci. de paradiſi gloria, quæ ob ſeptemb eneficia deſideranda eſt.

Sermo XIV.

Luc 9. *Humilitas via ad regnũ cœlorum, Gregor.*

Ioan. 1. De nouiſſi-

Recvmbe in nouiſſimo loco. Luc. 9. Verbum eſt Sanctorum ad veram humilitatem nos inducentium, quæ eſt via, ſine qua nemo venit ad regnum, ſicut dicit beatus Greg. Debemus igitur recumbere in nouiſſimo loco per humilitatem, quia *humilibus Deus dat gratiam ſuam*, vt habetur Iac. 1. Notandũ eſt autem, quod quadruplex eſt nouiſſimum. Primum mortis,

Digitized by Google

mis quatuor hominum. Mors. Eccles. 5. Iudicium. Iob. 19. Infernus. Prou. 15. Paradisus.

mortis, in quo debemus recumbere ipsum quotidie meditando, de quo Eccles. 5. *Cor durum & impœnitens malum habebunt in nouissimo.* Secundum iudicij, in quo recumbere debemus, ipsum multum timendo, Iob. 19. *In nouissimo die de terra surrecturus sum.* Tertium inferni, ipsum expauescendo, Prouerb. 15. *Semita vitæ super eruditum, vt declinet in inferno nouissimo.* Quartum nouissimum est paradisi, ipsum ardenter desiderando, dico, quod primum nouissimum dicitur esse mortis, in quo debemus recumbere ipsum iugiter meditando, & hoc propter septem beneficia, quæ inde nobis proueniunt. Primo, quia facit peccatum fugere. Secundo, mundum contemnere. Tertio carnis desideria domare. Quarto, caute ambulare. Quinto, bonis operibus insistere. Sexto, nos timorem facit habere. Septimo gratiam Dei possidemus.

Mortis meditatio ob septē beneficia vtilissima.

Prima Pars Principalis,

De mortis memoria.

1. *Beneficium Mortis meditationis peccatum fugit.*

PRimum beneficium, quod mors facit est, quod facit peccatum fugere. Eccles. 8. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*, id est peccatum dignum æterna morte non facies, vt dicit glossa.

2. *Mortis meditatio mundū contemnere doces. Bernard.*

Secundum est, quod facit mundum contemnere. Bernard. Qui sunt, & qui fuerunt homines, qui nouissima sua non meditati sunt: sicut enim tu es, fuerunt, comederunt, & biberunt, & in bonis dies duxerunt, & in puncto in infernum descenderunt, & caro eorum plena vermibus, & inde quid profuit inanis gloria, lætitia, mundi pompa, carnis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, ac magna concupiscentia? vbi risus? vbi iocus? vbi arrogantia? de tanta lætitia, quanta tristitia: post tantam voluptatem, tam grandis miseria: vnde de modica lætitia ceciderunt in magnam: miseriam, in grandē ruinā, in magna tormenta: vnde concludit quicquid illis accidit, quia homo es, tibi accidere potest.

3. *Mortis meditatio carnis desideria domat.*

Tertium beneficium est, quia facit carnis desideria domare. Gregor. Valde sollicitus est in bono opere qui semper cogitat de extremo fine, & inde nil tantū valet ad domanda carnis desideria, quā cogitare qualis finis.

4. *Mortis meditatio caute ambulare docet.*

Quartum beneficium est, quia facit caute ambulare. Deuterom. 4. *Custodi temetipsum, & animam tuam sollicitè*, & memento, quoniam mors non tardabit.

5. *Mortis meditatione bonis operibus insistimus.*

Quintum facit bonis operibus insistere, quia monens Dominus dicit, Ioan. 8. *Operamini bonum*, & summum bonum est assidua mortis meditatio.

6. *Mortis meditatio timere docet.*

Sextum facit timorem habere. Bernard. quid horribilius morte? quid terribilius iudicio? quid intolerabilius gehenna ignis excogitari potest?

7. *Mortis meditatione gratiam Dei acquirimus. 1. Reg. 2. Eccle. 41.*

Septimum facit gratiam Dei possidere. *Factus est spiritus Dei super Saulem in Ramatha*: quod interpretatur memoria. Recumbe igitur in nouissimo loco, scilicet mortem meditando. Sed notandum, quod memoria mortis multis est amara, vt patet Eccles. 41. *O mors quam amara est memoria tua*, homini iniusto, & pacem habenti in diuitiis suis, quibusdam tamen est dulcis, ô mors bonum iudicium tuum homini indigenti. Sed de his duobus in serm. Dominus mortificat, & viuificat, in sexta, & septima considerationibus magis luculenta habetur doctrina.

Secvnda Pars Principalis,

De iudicij futuri memoria quæ ob septem vtilissima.

2. *Nouissimū iudicij futuri memoria ob septē vtilissima.*

SEquitur secundum nouissimum æterni iudicij, in quo debemus recumbere, ipsum semper timendo, & hoc propter septem.

Primo propter omnium Sanctorum timorem, & solicitam meditationem, secundo propter operum nostrorum denudationem, tertio propter dæmonum præparatorum ad audiendam sententiam, assessionem, quarto propter cœlestium, & omnium Sanctorum turbationem, quinto propter Dei, & omnium creaturarum contra peccatorem accusationem, sexto propter Dei in vultu benignissimo furoris ostensionem, septimo propter sententiæ irreuocabilis prolationem.

1. *Iudicij dies timēdus propter sanctorū timorem. Isa. 13.*

Primo dico, quod nouissimum æterni iudicij est timendum propter omnium Sanctorum timorem, & meditationem sollicitam. Omnes enim perfecti, & Sancti de ipso timore in custodiendo dicebant, Isa. 13, *Vlulate, quia prope est dies Domini crudelis, & indignationis plenus, & ira & furoris ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea; quia vnusquisque stupebit ad proximum suum, facies combustæ vultus eorum.* Et idem, dies illa est vltionis, vt sumat vindictam, supple de inimicis suis. Soph. 1. *Vox Dei Domini amara, & tribulabuntur ibi fortes, dies illa, dies iræ, dies tribulationis, & angustiæ, dies calamitatis, & miseriæ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & tenebrarum, dies tubæ, & clamoris.* Et Iob. 31. *Quid faciam cum surrexerit ad iudicium Deus* quasi dicat, timenda est dies illa.

Soph. 1.

2. *Iudicij dies propter omnium operum denudationē timendus. Isa. 47. Mat. 10.*

Secundum timendum est nouissimum iudicium æternum propter omnium operum nostrorum denudationem. Eccle. 11. *in fine hominis denudatio operum eius.* Et Isa. 47. *Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum.* Et Matthæi 10. *Nihil opertum, quod non reuelētur.*

3. *Matth. 13. Eccl. vlt. Gregor.*

Tertio timendum est propter dæmonum præparatorum ad audiendam sententiam assessionem. *Immittet filius hominis Angelos*, id est, dæmones, *& colligent de regno omnia scandala.* Supple in consummationem sæculi. Et Eccle. vlt. *Liberasti me à rugientibus præparatis ad escam.* Et Greg. illum diem, fratres charissimi, ante oculos mentis ponite, & quicquid graue cernitur in eius comparatione leuigatur.

4. *Matth. 23. Iob. 26. Hier. Chrys.*

Quarto est timendum propter virtutum cœlestium, & omnium Sanctorum turbationem. Matth. 23. *Virtutes cœlorum commouebuntur*, scil. propter passionem humanæ naturæ. Et Iob. 26. *Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad vultum eius.* Hier. Quid faciet deserti virgula, vbi timore percutitur cedrus paradysi? Chrysost. Si rex terrenus progressurus contra aliquem, ad expugnandum, mandantur in populo dignitates, quibus omnes mouebuntur exercitus exulare tota ciuitas timet, & contremit: quanto magis rege cœlesti surgente iudicare viuos, & mortuos, cœli, & Angeli mouebuntur, terribiles ministri terribilem Deum præcedentes, & pro candelabris fulgura præcedent, pro tunis horrenda tonitrua, nec resistendi alicubi, nec fugiendi facultas, nec pœnitentiæ locus, nec satisfactionis tempus aderit, ex angustia omnium rerum nil remanet nisi fletus? totum illud tempus erit iustitiæ, & vindictæ; natura iudicij nec recipit, nec quærit munera. Hæc ille, Immo si omnes Sancti, & Angeli boni rogarent tunc pro vno damnato, nō obtinerēt iuxta illud Prou. 6. *Zelus, & furor non parcet in die vindictæ.*

Prou. 6.

5. *Propter Dei & omnium creaturarum cōtra peccatores accusationē.*

Quinto timendum est propter Dei, & omnium creaturarum contra peccatores accusationem. Primus erit creator, quem offenderunt; secundus creatura, qua abusi fuerunt; tertius scriptura, quam transgressi, fuerunt; quartus conscientia, quam polluerunt; quintus culpa, quam perpetrauerunt; sextus dæmones, quibus seruierunt; septimus infernus, quem non timuerunt.

1. *Accusator Deus creator erit.*

Dico quod primus accusator erit creator, quem offenderunt. Iere. 20. *Ego sum iudex, & testis.* Secundus creatura. Sapient. 5. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* Tertius scriptura. Ierem. 5. *Et qui accusant vos? Moyses in quo sperastis. Et lex Moysi sine scriptura, quod Christo.* Quartus conscientia. Rom. 2. *Testimonium perhibente illis conscientia ipsorum,*

2. *Creatura. Ierem. 5. Rom. 2.*

Digitized by Google

& inter se inuicem cogitationibus accusantibus, & defendentibus in die, cum iudicabit Dominus occulta omnium

Ierem. 2. Bern. Ier. 2. *Arguet te malitia tua.* &c. *increpabit te.* Bernard. Vitia multis, & multiplicibus criminibus accusabunt animas, multáque testimonia falsa aduersus illos inuenient, quanquam vera ad damnationem possint sufficere. Pro sexto occurrent dæmones, & clamabunt alter

6. Dæmones. ad alterum. Bernard. Dæmones terribili vultu, & horribili aspectu terrebunt animas, & ingenti furore eas persequentur, vt comprehendat tam horribiliter volentes retinere, & possidere vbi sit qui eripiat. Pro septimo miseri, & desperati dicent, Isa. 28. *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Sic

7. Accusator infernus. Isa. 28. igitur aperient septem accusatores peccata in nouissimo iudicio.

Creator accusabit impios de septem in die iudicij. Sed notandum, quod creator accusabit impios de septem in die iudicij. Et primo de tempore, quod infructuosè perdiderunt. Bernard. omne tempus tibi impensum requiretur à te, quare fuerit expensum, sicut pilus de corpore, non peribit quod ad agendum pœnitentiam, ad acquirendum gratiam, ad promerendum gloriam miseratio conditoris tibi dedit.

Ezech. 22. Secundo de Sacramentis Ecclesiæ, quæ vilipenderunt. Ezech. 22. *Polluerunt sanctuaria, & inter sanctum, & prophanum non habuerunt distantiam, & inter polluto, & mundum non intellexerunt.*

3. De festis. Ezech. 22. Tertio de festis quæ non coluerunt, sed potius inquinauerunt. Ezech. 22. Sabbathis meis auertunt oculos suos, coinquinabar in medio eorum, principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & perdendas animas.

4. De præceptis. Ezech. 20. Quarto de præceptis quæ non seruauerunt. Ezech. 20. *In præceptis meis non ambulauerunt & iudicia mea proiecerunt, & Sabbatha mea violauerunt vehementer.*

5. De exẽplis vitæ sanctorũ. Quinto de exemplis vitæ Sanctorum, quæ non timuerunt. Zachar. 2. *Leuaui oculos meos, & vidi, & ecce vir Christus, & in manu eius funiculus mensorum.* Funiculus fit de lino, qui multis viis ducitur ad candorem, per quem designatur vita Sanctorum, qua per tribulationes multas, per flagella, per contumelias, & carnis afflictiones ad cœlestis gloriæ peruenerunt candorem.

6. De peccato suæ passionis. Ezech. 24. Sexto de peccato suæ passionis, quam non cognouerunt: ideo in præparando dicit eis Ezech. 24. *Multo labore sudatum est, & non exit de ea nimia rubigo eius, nec per ignem,* quasi dicat multum laborando sudaui in passione mea, & tamen ad me non aspexerũt, & passionem meam non cognouerunt, nec peccata sua per eam destructa reuelauerunt. Ideo loquens Domino patri, dicet

Ierem 20. Ieremiæ 20. *Videam vltionem tuam ex eis.*

7. De præmiis vitæ æterna. Septimo de præmiis vitæ æternæ, quæ non crediderunt. Isa. Nunquid non audistis præmia, scil. vitæ, quæ promissa sunt in diuinis scripturis, scilicet, Prou. 8.

Isa. 64. & 1. Cor. 2. *Mecum sunt diuitiæ, & gloria.* Et Isa. 64. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* De istis septem accusabit creator impios in die iudicij. Secundo dixi, quòd accusabit eos creatura, qui ea abusi fuerunt, & non simpliciter creatura, sed omnes creaturæ accusabunt, & expugnabunt peccatores in die illa, creaturæ dico inferiores.

Cælum accusator. Iob. 20 Primò cælum in peccatorum reuelatione, Iob. 20. *Reuelabunt cæli iniquitatem eius,* & loquitur de peccatoribus.

Sol, Luna, & Stellæ accusatores. Ezech. 32. Secundò Sol, & Luna, & Stellæ in sui hominis abscessione. Ezech. 32. Dicit Dominus, *Operiam cælum, & nigrescere faciam stellas eius, solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum.*

Aer accusator. Ezech. 13. Tertio aër, Ezech. 13. *Erumpere faciam spiritum tempestatum, in indignatione mea, & imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes,* & ventum procellæ dissipantem.

Terra accusator. Apoc. 16. Quarto terra in motus agitatione. Apoc. 16. *Terræ motus factus est magnus, qualis non fuit, ex quo gentes esse cœperunt.*

Aqua accusator. Quinto aqua in sua absconsione, seu siccatione. Reg. 7. *Post dies autem aliquos siccatus est torrens.*

3. Reg. 7. Ligna & lapides accusatores. Abac. 2. Sexto ligna, & lapides in ædificiorum compositione. Abac. 2. *Lapis de pariete clamabit, & lignum quod in iunctura ædificiorum est, respondebit; væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.*

Auri & argentum accusatores. Septimo aurum, & argentum; & diuitiæ inutilius congregatæ. Iacob. 5. *Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, aurum & argentum æruginauit.*

Volucres cæli & pisces maris accusatores. Sap. 16. Octauo volucres cæli, & pisces maris in delicatissima comestione. Ita quod quæcunque fuerunt eis in delectamentũ, conuertentur eis in tormentum. Sap. 16. *omnis creatura tibi factori deseruiet.* Sic igitur apparet, quod timendum est nouissimum iudicium propter creaturarum omnium contra peccatores accusationem.

6. *Isa. 30.* Sexto est timendum propter Dei in vultu benignissimo furoris ostensionem, Isa. 30. *Ardens est furor eius, & grauis ad portandum, labia eius impleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans: Spiritus eius quasi torrens inundans ad perdendum gentes.* Et Amos 3.

Amos 3. Ps. 6 & 37. *leo rugiet, quis non timebit?* Ideo nos dicamus, *Domine ne in furore tuo,* &c.

7. *Iudicium timendum propter sententiæ irreuocabilis prolationem.* Septimum timendum est propter sententiæ irreuocabilis prolationem, & hæc dicitur esse dubia, quia nescimus de quibus erimus interrogati: pro quo dicitur Eccl. 9. *Omnia in futurum seruabuntur* incerta, & posito quod interrogati nescimus, vtrum dicatur nobis, *venite benedicti:* vel *ite maledicti.* Matth. 25. & sic apparet secundum nouissimum, quod est, & in iudicio multum timendum.

Tertia Pars Principalis;

De inferno tertio nouissimo.

TErtium nouissimum, dicitur esse infernus, de quo debemus recumbere, ipsum expauescendo, seu ipsa supplicia sæpe meditando. Iob. 10. *Vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine,* glossa *vadam,* vt euadam, vadam mente, ne vadam in corpore. Et

Iob. 10. notandum, quod istud nouissimum timendum est, & præcipue propter septem. Primo propter Sanctorum consor. perpetuam separationem, secundo propter diuinæ gloriæ priuationem, tertio propter tenebrosi carceris horrendam habitationem, quarto propter dæmonum terribilem apparitionem, quinto propter pœnarum corporis indicibiles cruciationes, sexto propter miserarum animæ pœnarum continuationem, 7. propter in his omnibus æternam damnationem. Dico primo nouissimum inferni timendum est propter sanctorum consortium. Bernardus quis putas, tunc qualis mœror, qualis luctus, quæ tristitia, cum separabuntur impij à consortio omnium Sanctorum? Et dicetur eis, *ite maledicti,* &c.

1. *Infernus timendus ob septem.*

Ob sanctorũ consortium. Matth. 25.

Et idem, quid erit, cum se viderit illa misera communitas omnium consolationum nudam, & in illas tenebras exteriores includi, & ab illa sanctorum perpetua communione excludi. Secundo timendum est propter diuinæ gloriæ priuationem. Chrysost. multi horrent gehennam grauiorem, puta gloriæ priuationem: Vnde simile ponit aquis gehennas, nihil certe dicit quale: sed obtenta illa gloria excidere. Tertio timendum est propter tenebrosi carceris horrendam habitationem. Iob. 10. *vbi vmbra mortis, & nullus ordo: sed sempiternus,* &c. Hier. tanta erit in inferno vis doloris, quod mens ad aliud dirigi non poterit, vbi erit fletus, & stridor dentium Quarto timendum propter terribilem dæmonum apparitionem. Isa. 13. *vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum,* &

2. *Ob gloriæ priuationem. Chrysost.*

3. *Propter carceris habitationem. Iob. 10. Hier.*

4. *Propter Dæmonum apparitionem.*

de

Digitized by Google

de dæmonibus dicitur, facies hominum sicut nigredo ollæ. Augustinus, in inferno erit horribilis visio dæmonum, & draconum, & miserabilis clamor dentium, & vlulantium damnatorum. Quinto timendum propter pœnarum ex parte corporis cruciationem, vbi notandum, quod damnati nouem pœnis affliguntur in inferno, respondentibus nouem ordinibus Angelorum: quia tot sunt opera meritoria in præsenti vita sociali, requite eas in sermone, vidi mortuos, &c. Sextum nouissimum est timendum propter miserarum animæ pœnarum continuationem: vbi etiam notandum est, quod nouem pœnæ continue succedunt miseris damnatis in inferno, vbi etiam notanda sunt nouem.

Augusti.

5. Ob pœnarū in corpore cruciationē.

6. Ob pœnarū cōtinuationē.

1 Labor sine requie.

Primo labor sine requie, secundo dolor sine mitigatione, tertio peccatorum cruciatoria recordatio, quarto totius rationis obscuratio, quinto scitorum deferens obliuio, sexto tædium viuendi, septimo timor peiora patiendi, octauo opprobrium, & æterna diffisio, nono furoris & inuidiæ deprauatio.

1. Labor sine requie in inferno. Psalm. 48.

2. Dolor sine mitigatione in inferno. Iob. 20. Greg.

3. Peccatorū recordatio.

4. Pœna rationis totius obscuratio.

5. Pœna scitorum oblinio.

6. Pœna tædium viuēdi. Apoc. 9.

7. Timor peiora patiēdi. Iob. 20. Greg.

8. Opprobriū. Sap. 4.

9. Furor mētis.

Primo pœna damnatis in inferno danda erit labor sine requie. Psal. 48. *laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.* Sed si quæras: vnde viuet, dico, quod *mors depascet eos*, sicut dicitur in Psalm. eodem. Secunda pœna erit dolor sine mitigatione Iob. 20. *Omnis dolor ruet in eum.* Gregor. Quod hic pœna praua concupiscentiæ damnatur, illic quandoque pœna vltionis diuinæ cremabit. Tertia pœna erit peccatorum cruciatoria recordatio. Isa. 47. *Reuelabitur ignominia tua & videbitur opprobrium tuum* & Sap. 4. *venient in cogitationem peccatorum suorum timidi.* Quarta pœna erit totius rationis obscuratio. Iob. 18. *lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna, quæ supereſt, extinguetur.* Quinta pœna erit scitorum id est de illis, de quibus scientiam habuerunt obliuio, Iob. 20. *diuitias quas deuorauit euomet & de ventre illius extrahet eas Deus*, quia scientiam damnatorum voluit iusto iudicio deorum memoria euellere. Sexta pœna erit tædium viuendi, tædebit eos viuere Apoc. 9. *& desiderabunt* milleſies *mori, & fugiet mors ab eis.* Septima pœna erit timor peiora patiendi, Iob. 20. *fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.* Gregor. timor nanque pœna, & ideo infœlix tanta patietur quanta pati timebit, & inde qui suppliciis positi dolorem sentiunt, & in dolorem angustia pulsati, super pauore feriuntur. Octaua pœna erit opprobrium, & etiam derisio, deridebunt eos dæmones, & ad se inuicem damnati. *in contumelia, & inter mortuos in perpetuum.* Nona pœna erit furor mentis, & inuidiæ deprauatio, quod promittens Dominus, Deuteron. 28. ait *Percutiat te amentia & cæcitate, ac furore mentis, vt palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris.* Sic igitur apparet, quod timendum est nouissimum inferni propter miserarum pœnarum animæ continuationem. Septimo timendum est propter æternam in omnibus iis etiam damnationem. Matth. 5. *Aduersarius tradet te iudici, Iudex ministro, minister mittet te in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde*, dicit Dominus, id est, nunquam, vt dicit glossa ergo timendum est illud nouissimum inferni, qui dicitur carcer tenebrosus, fœtidus, horribilis, dilatatus, & profundus, recumbe igitur in tali nouissimo, cum continue meditando.

7. Timendū. Matth. 5.

Quarta Pars Principalis,

De quarto nouissimo, scilicet de paradiso agit.

Quartum nouissimum, dicitur esse paradisus. Prou. vltim. *Ridebit* scil. *iustus in die nouissimo*, id est in paradiso, dicit glossa in isto igitur nouissimo recumbere debemus, ardenter eius desiderando dignitates propter septem beneficia, quæ habemus ibi. Primo est nostræ glorificationis dignitas. 2. omnium bonorum fertilitas, 3. loci quem inhabitas, amœnitas, 4. plenæ pacis securitas. 5. omnium Beatorum iucunda societas. 6. summæ Trinitatis visionis sublimitas. 7. diuinæ fruitionis perpetuitas.

Dico primo, quod primum beneficium paradisi est dignitas nostræ glorificationis, & hic erit in duplici stola, scilicet in dotibus corporis, & animæ, Isa. 61. *in terra sua duplicia possidebunt*, id est duplicem stolam, seu dotem. Et Apocal. 6. *& datæ sunt illis* sanctis, & electis singulis *stolæ albæ.* Primo videamus de dotibus corporis. Nam corpus nostrum, & dotes, seu beneficia, ac glorias immortalitatis habebit in paradiso. Prima est pulchritudo siue formositas. 2. agilitas. 3. fortitudo. 4. libertas. 5. voluptas. 6. sanitas 7. diuturnitas. Dico quod corpus nostrum in paradiso habebit pulchritudinem siue formositatem: placeret ne tibi esse ita formosus, sicut Absalon, de quo dicitur 2. Reg. 14. *porrò sicut Absalon*, qui erat ita pulcher, *quod à planta pedis, vsque ad verticem capitis non erat*, nec poterat *in eo* respici *aliqua macula:* vel sicut Mardochæus, de quo dicitur Hester 8. *Mardochæus de palatio, & de conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regiis hiacinthinis, & coronam auream in capite portans, & amictus pallio serico, atque purpureo: omnisque ciuitas exultauit, & lætata est*, supple videndo eum. Sed istorum formositas erit ibi difformitas in comparatione electorum: Vnde Sap. 3. *Fulgebunt iusti, sicut sol in conspectu Dei.* Et Matth. 13. *Sol tunc fulgebit septuplum, sicut lux 7. dierum.* Isid. Sol præmium sui laboris accipiet & inæstimabili claritate vestietur in similitudinem claritatis corporis Christi, quod nobis promittitur. Phil. 3. *Expectamus Saluatorem, qui reformabit corpus nostrum configuratum corpori claritatis suæ.* Vnde Anſel. O quam inquit magnifica pulchritudo erit, quando Sanctorum millia numeróque arenæ assimilata claritate corporis Iesu Christi, cum ipso apparebunt. Secundo habebit corpus nostrum agilitatem siue velocitatem. Sufficeret tibi, vt velox esses sicut Azael, de quo dicitur. 2. Reg. 2. *porro Azael cursor velocissimus fuit, quasi vnus de capreis, quæ morantur in siluis*, scilicet illius velocitas erit tibi tarditas respectu electorum. Electi enim ita veloces erunt, vt quam cito radius visus oculi clare videntis aperta palpebra in cœlum dirigitur, & in se mox reflectitur. Ita electi veloces erunt. Et sicut Angeli in cælo, supple quantum ad velocitatem. Dan. 14. Æquales sicut Angeli Dei, in cuius figura dicitur Dan. vlt. quod Angelus tulit Abacuch vno pilo de Iudæa in Babylonem, vbi erat Daniel. Et mox restituit in locum suum. Augustinus, vbicunque volet spiritus, protinus aderit corpus. Tertio dico, quod corpus nostrum in paradiso fortitudinem miram habebit, sufficeretne tibi fortitudo Samsonis, de quo dicitur Iud. 15. quod accipiens maxillam asini *interfecit mille viros.* Et idem dicitur, quod dormiens in Gaza *vsque ad medium noctis inde consurgens apprehendit ambas portæ fores impositásque humeris suis portauit vsque ad verticem montis.* Et plura quæ ibi apparent. Sed fortitudo illius erit inualidatio in conspectu electorum. Nam si montes, & omnem molem terræ electi pede vertere vellent, poterunt tam faciliter facere, quam videre. Vnde Anſel. dicit, quod diabolus ex fortitudine suæ naturæ mouet, atque excitat ventos, & tempestatem, & interdum terræmotum facit, propter quod in Euang. *fortis armatus vocatur.* Si igitur Deus fortitudinem suis inimicis dedit: non est dubium, quod multo meliorem fortitudinem electis dabit, Psal. 144. *voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos*, &c. Quarto habebit corpus nostrum in paradiso libertatem: esset-ne tibi satis esse liber, sicut Cæsar Augustus, cui totus seruiuit mundus, sicut narrant Historiæ, vt Luc. 2. *Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, & multa alia*, &c. Et tamen passus fuit multa incommoda, quæ S.

1. Beneficiū. paradisi dignitas in duplici stola. Isa. 61. Apoc. 6.

1. Dos corporis glorios pulchritudo agilitas.

2. Reg. 14.

Hester. 8.

Sap. 3. Matth. 13.

Phil. 3.

2. Dos corporis beati.

3. Dos corporis in paradiso. Iudic. 15. Luc. 11.

Dan. 14.

Psalm. 144.

4. Dos corporis glorios. Luc. 2.

Digitized by Google

Dei pati non poterunt: nulla enim creatura retinere, vel impedire poterit electos: quia omnia obstantia libere præsentabunt, sicut sepulchrum non potuit retinere corpus Dominicum quin resurgeret, & ianuis clausis ad discipulos intrauit. Ansel. tanta erit Sanctorũ libertas, quanta fuit habendi voluntas Quinto habebit corpus nostrum in paradiso voluptatem, putasne placeret tibi ita delitiosè viuere, sicut Salomon, de quo dicitur 3. Reg. 10. quod omnia vasa in quibus potabat, erant aurea, & omnia supellectilia domus saltus libani de auro purissimo, propter quod ipse poterat dicere illud Eccle. 2. *Coaceruaui mihi aurum, argentum, & substantias regum, & prouinciarum:* sed illius deliciæ erunt tunc miseriæ respectu electorum: Vnde Ansel. etiã sanctorũ delectatio sic sentietur, quẽadmodum si aliquis esset in igne, & ignis per totum corpus sentiretur: sic per omnia corporis membra voluptas paradisi sentietur, quasi totum corpus esset gula. Et idem si mali mala in omnibus partibus corporis, quod bene agere noluerunt, multo magis huiusmodi electi bona habebunt in omnibus membris suis, quia bonum fecerunt. Vbi notandum quod Deus mirabili voluptate quinque sensus nostros corporales decorabit.

Ansel. 5. Dos corporis corpus beatũ voluptatem habebit.

3. Reg. 10.

Eccl. 2.

Ansel.

Visus voluptate perfundetur.

Primo visum, quia perfectè & apertis oculis regem cœli videbunt electi in decore suo, & gloriam Angelorum, & omnium Sanctorum, & inimicorum suorum, qui eos olim afflixerunt in mundo, in inferno pœnam videbunt, de quo summe gaudebunt oculi videntium, & aures diligenter auscultabunt: omnia enim membra interius, & exterius cogitationes, & apertè videbunt singulorum omnia.

Auditus.

Secundo auditum, quia incessanter auditus resonabit harmonia cœlorum, cui cœtus omnes Angelorum, & dulcissima organa omnium Sanctorum resonabunt.

Olfactus. Isaac. Gen. 27.

Tertio olfactum mirabilem delectationem habendo, quia suauissimum odorem, Vnde in figura dicitur, Isaac dixisse de hac vestimentorum fragrantia, *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni.*

Gustus. Psal. 35.

Quarto gustum, cum epulabuntur, & exultabunt in conspectu Dei, semper *inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.* Vnde Bernard. In torrente voluptatis nihil vltra apparet cumulata societas, tanta erit fœlicitas, & voluptas.

Tactus.

Quinto tactum, quia omnia aspera, & dura abierũt & omnia blanda, & suauia arridebunt Augustin. Transit dolor, & pœna cum fine; venit gaudium, & lætitia sine fine, de omnibus istis sensibus insimul dicit Aug. In paradiso erit pulchritudo inæstimabilis, obiecta aurium harmonia Angelorum resonans audituifragor, omnium aromatum fumigans olfactui, dulcedo incomparabilis effluens gustu suauitatis ineffabilis subiecta tactui. Sic igitur patet qualem corpus nostrum in paradiso habet voluptatem.

Aug.

6. Corpus beatorũ sanũ. Deut. 24.

Sexto dico, habere sanitatem, esset-ne satis tibi vt ita sanus esses, sicut Moyses, de quo dicitur Deut. vlt. quod *non caligauerunt eius oculi, & dentes eius non sunt moti*: sed eius sanitas tunc erit infirmitas respectu electorum, nam salus illorum à Domino erit: quia tentare, interrumpere, vel frangere minime posses cum non sit quod noceat eis sicut de radio solis, quia omnis doloris materia ab eis remouebitur, sicut dicitur Apoc. 21. *Quod absterget Deus omnem maculam*, alias *lacrymã, ab oculis Sanctorum & iam non erit amplius, neque clamor neque vllus dolor, quoniam priora transierunt.* Ansel. electis Dei nulla læsio superuenire poterit, nec ferrum, nec ignis nec aqua eis nocebit; nulla erit egestas, imbecillitas, seu infirmitas.

Ansel

7 Corpus beatorũ longæuum. Gen. 4.

Septimo habebit corpus nostrum longæuitatem, seu diuturnitatem. Sufficeret-ne tibi longæuitas Mathusalem, de quo dicitur Genes. 5. Quod ferè vsque ad mille annos peruenit, & tamen illius vitæ longæuitas erit tunc mortis propinquitas respectu electorum.

Qualem putas habebunt Sancti diuturnitatem, qui in fine vitæ habebunt hæreditatem? Vnde Sap. 5. dicitur quod iustitia, quia *iusti in perpetuum viuent*, perpetua est, & immortalis. Istis igitur septem dotibus decorabitur corpus nostrum in paradiso: anima autem aliis septem effulgebit. Prima erit sapientia, secunda amicitia, tertia concordia, quarta potentia, quinta honor, sexta securitas, septima gaudium.

Sap. 5.

Dico primo, quod sapientia effulgebit. 3. Reg. 4. *Dedit Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam nimis*, sed istorum sapientia incomparabilis erit sapientiæ electorum: quia tanta sapientia effulgebunt, quod omnem sapientiam de ipso fonte sapientiæ haurient: omniaque præsentia, & futura perfectè scient, & omnium hominum genera, siue in inferno, siue in cœlo & nomina, & opera tam bona, quam mala, & quæ ab eis gesta sunt, perfectè cognoscent, & videbunt. Anselm. Aliquid non erit, quod sanctorum notitiæ subtractum sit, omnium linguarum, omnium quæ sunt habebunt scientiam, & sapientiam. Superabit igitur ista sapientiam Salomonis, & Dauid. Secundo anima in paradiso effulgebit mirabili amicitia. Amicitia enim Dauid, & Ionatæ, nihil ibi reputabitur, de quibus dicitur 1, Reg. 18. quod *anima Ionatæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum quasi animam suam.* Vnde amicitia sanctorum in patria figurata fuit 3. Reg. 6. vbi dicitur quod arca, quæ erat in templo Dei *& alia omnia cedrinis tabulis vestiebantur*, vt habeant sicut habent cor vnum, & animam vnam. Vnde dicitur Act. 10. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* Et sequitur, *nil erat in templo, quod non auro tegeretur:* quia in superna patria sola charitas regnat, vbi est præsens ipse Deus, qui est charitas ipsa, & inde Angelorum, & hominum vnum gaudium communicantium, vnum consilium erit in cœlo. Tertio anima mirabili concordia effulgebit. Concordia enim sanctorum maior erit, quam concordia oculorum duorum corporis humani, quæ quidem tanta est, quod ex quo vnus respexit, mox alter se vertit, & cum alio simul respexit, quia, quicquid vnus sanctorum vellet, & Deus voluerit. Ansel. Talis erit concordia in illa patria Beatorum, vt nulla dissensionis macula vllatenus inueniatur, quia ibi Deus in omnibus erit omnia. Quarto anima mirabili potẽtia in paradiso fulgebit, & maiori quã Magnus Alexander, de quo historiæ dicunt, quod potẽtia sua subuertit Asiã Africam, & Cappadociam, & cœlum vitreum fieri fecit: quia potentia sanctarum animarum tunc erit ita efficax, vt aliud cœlum & aliã terram possent facere, si vellent, iuxta illud Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Sunt enim sancti filij Dei, & hæredes, propter quod dij appellantur in Psal. 81. *Ego dixi, Dij estis: & filij excelsi omnes.* Verũ quia omnia quæ fecit, in pondere, & mensura fecit, & nihil imperfectum reliquit: si sancti aliud cœlum facerent, esset superfluum: tamen in oriente tanta erit potestas ipsorum beatorum, quanta suis voluntatibus voluerint vti, quia *voluntatem timentium se faciet*, &c. Quinto mirabili honore in paradiso fulgebunt, quod figuratum est Gen. 41, vbi dicitur, quod Pharao dixit Ioseph existenti in Ægypto, *Tu eris super domum meã, & ad imperium oris tui cunctus populus obediet:* & iterum: *Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti, & tulit annulum de manu sua, & posuit in manum suam*, scilicet Ioseph, *& vestiuit eum stola byssina.* O quantus honor in verbis istis sanctis figuratus est? Deus enim vt filios suos honorabit nos, quia filiũ Dei meruerũt honorare in vita ista. Ioa, 12. *Si quis mihi ministrauerit, honorabit eũ pater meus, qui est in cœlis.* Angelicum honorabunt quia numerum eorum meritis suis meruerunt adimplere: cœlum, & terra honorabunt eos & omnis creatura: quia bonis operibus continue in vita præsen

10. Anima beata sapiẽtia effulgebit.

3. Reg. 4.

Ansel.

2. Anima beata amicitia effulgebit.

1 Reg. 18.

3. Anima beata mirabili cõcordia effulgebit.

Ansel.

4. Anima beata mirabili potentia effulgebit.

Ioan. 1.

5. Anima beata mirabili honore fulgebit.

Gen. 41.

Ioan. 12.

Digitized by Google

6. Anima beata mirabili ſecuritate fulgebit.

præſenti voluerunt inſiſtere ac vacare. Sexto anima mirabili ſecuritate in paradiſo fulgebit, & maiori quã Elias, & Enoch, ſcriptum ſit Geneſ. 5. *Quod ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit vltra, quia tulit eum* in paradiſum terreſtrem, & Elias raptus

4. Reg. 2.

eſt etiam, vt dicitur 4. Reg. 2. vbi quanto magis tranquillitate carnis: ſpiritus viuunt alimonia Spiritus ſancti, & fructu ligni vitæ ſuſtentatur ſicut dicit gloſſa. Dnde Bernardus. Fœlices, & verè fœlices, Enoch, & Elias, quibus omnes viæ ablatæ ſunt, quæ eorum impediunt intellectum, vel affectionem, qui ſoli Deo vnientes, non inuene ſunt niſi Deum: ſed incomparabiliter maiorem ſecuritatem habebunt ſancti in paradiſo, qui nec mortem, nec aliquid imperfectum timebunt, ſemper certi, & de poſſeſione ſecuri glorioſa, & hoc promittit eis Deus,

Iſa. 32.

Iſa. 32. dicit ſecuritas erit vſque in ſempiternum. Se-

7. Anima beata mirabili gaudio fulgebit.

ptimo anima mirabili gaudio fulgebit in paradiſo quia Patrem in Filio, & Verbum in Patre, & Spiritum ſanctum in vtroque, ſicut eſt facie ad faciem videbit, ſemper gaudium habebit de conſortio, & ſocietate Angelorum, de contubernio omnium ſanctorum,

Iſa. 35.

Iſa. 35. *Latitia ſempiterna ſuper capita eorum*, & in domo iſta plena delitiis iubet Deus quemlibet iuſtum intrare, dicit *intra in gaudium Domini tui*, Matth.

Matth. 25.

25. ſic igitur apparet ſeptimum beneficium, quod habemus in paradiſo nouiſſimo, quod eſt noſtræ glorificationis dignitas, quæ ſe extendit quantum ad animam, vt dictum eſt, quam nobis concedere dignetur ille Dei filius, qui per infinita ſæcula viuit redemptor benedictus. Amen.

DE SATISFACTIONE Pro Peccato.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui eſt de ſatisfactione, complectitur octo articulos.

Articulus primus,
De ſatisfactionis definitione.
Articulus ſecundus,
De ſatisfactionis operatione.
Articulus tertius,
De eiuſdem inualiditate.
Articulus quartus,
De reiteratione.
Articulus quintus,
De viuificatione.
Articulus ſextus,
De valore.
Articulus ſeptimus,
De ſatisfactionis ceſſatione.
Articulus octauus,
De ſatisfactionis commutatione.

Sermo XV.

Psalm. 37.

VONIAM *ego in flagella paratus ſum, & dolor meus contra me eſt ſemper.* Pſalm. 37. Poſtquam Pſalmiſta in præcedenti pœnitentiali Pſal. 36. dixerat, *dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei:* ipſe vero agnoſcens, quod poſt

Psalm. 36.

confeſſionem ſequitur ſatisfactio, quia vt ait Anſel. *Anſel.*
Cur Deus homo, peccata ordinauit in pœnam: cum dixit, *in flagella paratus ſum.* In quibus quidē verbis eſt *Duplex ſatisfactio.*
duplex modus ſatisfaciendi, ſiue duplex ſatisfactio miſericordiam honorans ibi, *dolor meus*, & ſatisfactio iuſtitiam ſuperexaltans ibi *in flagella.* De prima nota, quod ſatisfacere peccatorem Deo per ſe, vel per aliam perſonam eſt impoſſibile, niſi miſericordia adiuuetur: & verè hoc manifeſtatur, quia tanta eſt offenſa, quantus ille, qui offenditur. Sed Deus eſt infinitus qui offenditur: ergo quanta offenſa eſt, tanta debet eſſe ſatisfactio: ſed offenſa eſt infinita, ergo ſatisfactio debet eſſe infinita: vnde Bonau. in 4. diſt. 15. art. 1. q. *Bonau.*
quod de omni eo quod eſt in peccato, non fit ſatisfactio, quando hoc eſt impoſſibile: vnde Deus non exigit ſatisfactionem de omni eo, quod eſt in peccato, ſed aliquid condonat per miſericordiam, & de aliquo requiritur ſatisfactio per iuſtitiam, vt in omnibus operibus monſtretur, ſimul miſericordia, & veritas, quia teſte Pſal. 24. *vniuerſæ viæ Domini miſericordia & ve-* *Psalm. 24.*
ritas, nec vnquam eſt ſatisfactio niſi præcedat condonatio; ſic nunquam eſt meritum, niſi præcedat donum *In peccato duo conſideranda.*
gratuitum. Vnde notandum, quod in peccato duo ſunt, ſcilicet offenſa Dei, & libido deordinata. Offenſa Dei infinita, & pro iſta non fit ſatisfactio, non quia non exigatur, ſed quia ex miſericordia condonatur: ideo dicit, *dolor meus contra me eſt ſemper:* libido autem peruerſa eſt, & quia Deus iuſtus eſt, & non totum remittit, ſed pro illa exigit pœnam condignam. Et quantum ad hoc poſſibile eſt Deo ſatisfacere: & hoc eſt, quod ſequitur, *in flagella paratus ſum*, vbi tangitur ſecunda pars, ſcilicet ſatisfactio iuſtitiam ſuperexaltans. De hac ſatisfactione plures ſunt notandi articuli.

ARTICVLVS PRIMVS,

De ſatisfactionis definitione.

PRimus eſt de ſatisfactionis definitione, vbi duæ definitiones à Doctoribus dantur: & prima eſt An- *Duæ definitiones ſatisfactionis.*
ſel. in lib. Cur Deus homo, ſatisfacere eſt honorem Deo debitum reddere: alia Auguſt. ſatisfactio eſt cauſas peccatorum excidere, & earum ſuggeſtionibus, auditum amplius non indulgere. Has exponit Petrus de Tarant, in. 4. diſt. 15. Iuſtitia non tantum tendit ad hoc, vt præcedentem inæqualitatem auferat, ſed etiam vt in futurum æqualitatem cuſtodiat cauendo culpam futuram. Vnde ſecundum Philoſophum lib. Ethic. Pœnæ medicinæ quædam ſunt, propter quod & ſatisfactio, quæ eſt actus iuſtitiæ pœnam inferens, eſt medicina, curans peccata præterita recompenſando, præſeruando, & à futuris cauendo, & ideo per actum primum definitur ab Anſelm. recompenſare, ſcilicet, *Anſelm.*
honorem Deo debitum reddere, nunquam vero ratione beneficij accepti, ſed peccati commiſſi. D. Bo- *Bonau.*
nauent. in 4. diſt. 15. art. 4. ſic dicit. Cum peccator peccat, ſe ad pœnam æternam obligat: eum enim diuina miſericordia iuſtificare mittit omnem culpam, & reatum pœnæ æternæ, qui inſeparabiliter adhæret culpæ, ſed quia miſericordia non poteſt præiudicare iuſto, citius è malo punire: ideo ſimul abſoluit à culpa, & pœna, vt remaneat tamen obligatus ad aliquantulam pœnam temporalem, & pro iſta poterit, vt dicit Petrus, recompenſare. Alex. de Ales, in 2. ſic dicit, ſi *Al. de Al.*
omnis honor eſt Deo debitus maximè honor ſatisfactionis: tamen honor ille eſt emendatorius peccati, quod propriè commititur in iniuriam Dei. Tamen quia eſt de perfecta reconciliatione cum Deo cum erat factus peccator aduerſarius per peccatum tantum, quia eſt humiliatio ſub creatura contra præceptum, quo efferebatur peccando ſuum creatorem, tamen quia honor iſte eſt vnitus ad exhibendum Deo propter multa alia.

Digitized by Google

alia. Per actum ſecundum, ſcilicet perſeuerando, & à futuris præcauendo definitur ab Auguſt. quia per cauſarum morbi abſciſionem perſeueratio à futura infirmitate. Vocat autem Auguſtinus cauſas intrinſecas peccatorum radices proximas, ſcilicet libidinem ex actu malo, vel conſuetudine relicta, & peccatorum reliquias, ſcilicet difficultatem ad bonum, & earum ſuggeſtionibus. Suggeſtionem vero vocat opportunitates extrinſecas, vt tempus, & locum, & perſonam, hæc Petrus. Bonauent. vero in 4. q. 1. Cauſas has vocat occaſiones ſiue duces: quædam proxima, vt cœna ſplendida eſt occaſio edacitatis: quædam remota, vt inuitatio ad bonam cœnam quod bene vult ſatisfacere, neceſſe eſt, occaſiones propinquas excidere, & tales ſunt in noſtra poteſtate, remotæ autem non. Vel ſecundum Alex. de Ales cauſæ peccatorum poſſunt dici habituatio, quæ peccatum inducerent, niſi excideretur, ſicut nimia vni potatio ebrietatem, ebrietas luxuriam, quæ ſunt abſtinenda per opera iuſtitiæ contraria, Eccleſ. 34. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodeſt lauatio eius?

Bonau.

Al. de Al.

Articvlvs Secvndvs,

De operibus ſatisfactionis.

Secundus eſt de ſatisfactionis operatione. Qualia debent eſſe opera ſatisfactionis, dicitur communiter à Doctoribus, quod debet fieri per opera pœnalia. Et ratio Petri eſt iſta, quia per talia opera fit ſolutio emendæ debitæ pro offenſa præterita, & ſic etiam præſeruatio de futura offenſa, quia pœnæ, medicinæ quædam ſunt. Vnde Bonauentura in 4. diſt. 15. Quadruplex eſt ratio, & prima eſt honoris ablati redditio. Vnde honorem debet homo reddere amplius, quam ſi non abſtuliſſet: & ideo requiritur, vt non tantum deificetur per operationem bonam, verum etiam ſeipſum deiiciat per pœnam aſſumptam. Et Petrus dicit, quod pœna ſatisfactoria indicitur etiam per emendam culpæ præteritæ, & ſic maiori culpæ maior debetur pœna cõtra illos, qui plurima peccata fecerunt & dum vident aliquem in via Dei à iuuentute ſemper perſeueraſſe, & debilitate naturæ volunt ei coæquari, & in modo viuẽdi exterius, dicens, nolo amplius facere, quam ille, contra quos clamat verus Chriſti præco. Luc. 3. & Iob. 3. Sic Baptiſta inquiens *facite fructus dignos pœnitentia.* Mag. in 4. diſt. 16. ſcilicet vt ſecundum qualitatem, & quantitatem culpæ ſit qualitas, & quantitas pœnæ, nõ enim par debet eſſe fructus boni operis eius, qui nec & minus peccat & eius qui grauiter cecidit. Iuſtum eſt, vt peccator tanto maiora ſibi inferat lamenta per pœnitentiam, quanto maiora intulit damna per culpam. Hæc Greg. in Hom. & aliquando propter cautelam culpæ futuræ, & ſic aliquando minori culpæ maior imponitur pœna, vt in iuuene fornicante, quàm in ſene: quamuis ſenex magis peccet, tamen iuuenis indiget fortiori retrahente. Hæc etiam Thom.

Pœna medicina quadã eſt.

Luc. 3. Iob. 3.

Greg.

Secunda deordinati ordinatio, quia deordinatus per culpam optimè per pœnam ordinatur.

Tertia infirmitatis curatio, quia infirmus per delectationis calorem curatur per pœnalitatis algorem. Vnde Greg. in homil. ſuper Matth 16. *Si quis vult poſt me venire*, quia Dominus noſter nouus homo venit in mundum, noua præcepta dedit mundo; vitæ enim veſtræ veteri in vitiis enutritæ, contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ. Quid enim vetus, quid carnalis homo nouerat niſi ſua retinere, aliena rapere, ſi poſſet, ſi non poſſet, concupiſcere? Sed cœleſtis medicus ſingulis quibuſque vitiis obuiantia adhibet medicamina: nam ſicut in arte medicinæ calida frigidis, & frigida calidis curantur: ita Dominus noſter contraria appoſuit medicamina peccatis, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, ſuperbis præciperet humilitatem. Certè cum ſe ſequentibus noua mandata proponeret, dixit, *Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, ac ſi apertè dicat. Qui per viam veterem aliena concupiſcitis, per nouæ conuerſationis ſtudiũ veſtra largimini. Sed contra hoc poſſet aliquis dicere, quædam peccata ſunt quæ committuntur cum triſtitia, vt acedia, & inuidia; & ſatisfactio fiet ſine pœna. Reſp. Alex. de Ales in 4. dicendum, quod ſi quædam peccata perpetrantur cum triſtitia, nihilominus eorum radix eſt libido, & fluxus cum quadam complacentia libidinoſa, quæ non meritò lætitia culpabilis eſt interpretanda.

Greg. Matth. 16.

Luc. 19.

Obiectio.

Reſp. Al. de Al.

Quarta debiti abſolutio eſt, quia peccator eſt debitor pœnæ, ideo debet per pœnam ſatisfacere. Quæ autem ſunt opera pœnalia ab omnibus Doctoribus traduntur tria fore, ſcilicet, ieiunium, oratio, & eleemoſyna, contra illud ternarium, 1. Ioan. 4. *Omne quod in mundo eſt, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* Contra concupiſcentiam oculorum eſt eleemoſyna, contra carnis concupiſcentiam eſt ieiunium, contra vitæ ſuperbiam eſt oratio. Dicit enim Petrus in 4. diſt. 15. Iſtæ ſunt tres partes principales ſatisfactionis, & ad has omnes ſatisfactiones quaſi partes reducuntur, ſicut vigiliæ, peregrinationes, diſciplinæ, & omnia opera carnem affligentia reducuntur ad ieiunium: Omnia vero opera miſericordiæ ad eleemoſynam, & omnia opera ſpiritualia ad orationem. Item quia offendimus Deum offendimus proximum, offendimus animam noſtram & corpus noſtrum, & ſic per operationem bene ordinamur ad Deum, per ieiunium ad nos ipſos, per eleemoſynam ad proximum. Item fit ſatisfactio de bonis exterioribus ſubſtantiæ, per eleemoſynam, per ieiunium de bonis corporis, per orationem de bonis animæ: ſic etiam ferendo relaxationem offenſæ, aut per punitionem ieiunando, aut ſecundum redemptiones eleemoſynas dando, aut per ſupplicationem orando. Vnde Tob. 12. *Bona eſt oratio cum ieiunio: & eleemoſyna.* Sed quia oratio eſt pars ſatisfactionis, quæritur quia cum triplex ſit oratio, ſcilicet mentalis, vocalis, & mixta, quæ iſtarum ſit magis ſatisfactionis; non pura mentalis, quia in ea eſt maxima delectatio. Vnde ſignificatur per ſuauitatem vnguenti: Vnde Alexand. in 4. ſic dicit, quod eſt quædam oratio valde delectabilis, vt oratio viri contemplantis, quæ in mente dirigitur ad bonum æternum: & hæc non eſt ſatisfactoria. Quædam eſt, quæ habet aliquid amaritudinis, quod ſignificatum eſt. Exod. 13. vbi præcepit Dominus, quod in compunctione. In hac conuertitur oculus nunc ad culpam, nunc ad Dei miſericordiam, & ſpem cœleſtium. hoc ſignificatur per duplex irriguum, ſcilicet inferius, & ſuperius. Iud. 1. Alia eſt oratio tota triſtitiæ plena, quæ fit ex conſideratione culpæ, & pœnæ debitæ. De hac dicit Greg. Quod veraciter orare eſt amaros in compunctione gemitus, & compoſita verba reſonare. Et licèt gemitus talis videatur eſſe cõtritionis, quia tamen oratio addit petitionem, vt patet de publicano in templo, dummodo fiat in charitate, ſatisfactoria eſt. Nec oportet ſemper quod oratio ſatisfactoria ſit pœnalis communicanter, ſed antecedenter, vel communicanter, vel conſequenter, & illa eſt magis ſatisfactoria, in qua eſt maior gemitus, & maior clamor ſpiritualis pro venia peccatorum pari exeunte in charitate, ad hoc omnis oratio, vt opinor, contemplatiuorum pœnalis eſt. Eſt enim oratio aſcenſus mentis in Deum ſecundum, Ioan. Damaſc. & maximè cõtemplatiuorum, hoc autem non poteſt anima ſine pœna: nam Sapient. 9. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam:* & ideo in principio talis orationis, anima nitens aſcendere in Deum, neceſſitate grauiter cum corpore dimicabit. Caro enim eam deorſum trahit, ideo euolando à carne ad Deum pœnalis eſt animæ

1. Ioan. 4.

Tob. 12.

Exod. 13.

Iud. 1.

Greg.

Sap. 9.

hæc

Digitized by Google

hæc oratio, sed postquàm ascendit, delectabilis est. Eccles. 7. *Melior est finis orationis, quàm principium*, adhuc tamen in pœna est, quia est alia, licet modicum, & ad momentum gustans aliquid de Deo, vnitur carni corruptæ. Continentia enim ab ipsa carne retrahitur, & quia quanto plus gustat, tanto plus gustare vellet; ideo in gustu illo pœna est, & etiam post eum deficit à gustu, ad se reuersa vehementer dolet, & languet anima, & ideo huius oratio, tum quia pœnalis est maximè, tum quia maximè charitate flueps maximè est satisfactoria, quia habet pœnalitatem subsequentem.

Eccles. 7.

Dicit Bonauent. in 4. dist. 15. Si quæritur, quæ oratio sit satisfactoria; credo quod omnis, quia nulla est, in qua non laborent omnes virtutes animales, & quantum delectantur Spiritus, tantum caro frequenter tabescit & virtutes animales minus sunt intentæ regimini corporis. Credo tamen quod illa est magis satisfactoria, in qua magis homo attendit ad gemitus.

S. Bonau.

Articvlvs Tertivs,

De satisfactionis inualiditate.

TErtius articulus de satisfactionis inualiditate, quæ partes habet duas, prima si possumus Deo satisfacere de vno sine alio. Respondet Petrus de Tarantalia, quod non, & ratio est ista, quia peccata ex parte conuersionis differunt, quia vnus ad amorem pecuniæ cõuertitur, alius ad amorem luxuriæ, & sicut prima dicitur auaritia, secunda luxuria, sed ex parte auersionis conueniunt, quia ab vno, scilicet Deo se auertunt: ex parte autem auersionis, magis habent rationem offensæ, quàm ex parte conuersionis. Vnde Augustinus, peccatum non est appetitus malarum rerum, sed desertio meliorum. Satisfactio verò tollit offensam, ergo tollit auersionem. Cum ergo impossibile est animam, quæ simplex est in parte auerti ab vno simplici, & in parte conuerti, oportet, quod tollat omnem offensam, ergo omne peccatum, non enim tollitur offensa, nisi per restitutionem amicitiæ: amicitia vero non potest restitui, quandiu manet aliud contrarium amicitiæ. Vnde idem est, ac si homo de vna alapa alicui data satisfacere volens, sibi daret alteram, vnde Augustinus in Homil. Qui sic alia plangit, vt alia committat, pœnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Sed si forte diceres, scio quod imponatur aliter pro aliquo peccato pœna debita, & exequatur; illa amplius non potest, nec debet exigi ab eo aliud si potest exequi committendo cupam aliam, ego potest. Respondet Bonau. dicendo quod illi peccato debetur tanta pœna de se nisi remittatur per gratiam, quoniam impossibile est, quia infinita, & ideo non potest taxari pœna debita, quousque manet in culpa, admonemus fratres nostros, ne falsis præmiis laicorum animas decipi, & in infernum protinus trahi patiantur. Falsam autem pœnitentiam esse constat, cum sumptis pluribus de vno solo pœnitentiam agi, vel cum sic agitur de vno, vt non discedatur ab alio. Secunda pars est, si est possibile satisfacere hominem abstinentem à peccatis, extra charitatem. Respondit Alex. de Ales, quod non, quia satisfactio in quantum, ex vi nominis imponit diutinam acceptationem, & reconciliationem cum Deo: & quoniam sine gratia gratificante impossibile est, vel personam placere Deo, vel eius opera acceptare, Gen. 4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain vero, & ad munera illius non respexit*, & 1. Cor. 13. *Etsi distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, etsi tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Potest quis tamen extra charitatem præparare se ad charitatem habendam, & satisfactionem faciendam, sic debet intelligi consilium Dan. 4. *Nabuchodonosor peccata tua eleemosynis redime*, vt sibi præpararet se erogatione eleemosynarum ad gratiam suscipiendam, qua susceptæ multiplicando eleemosynas peccata sua satisfactio redimeret, & licet satisfactio sit magis pœnalis, facta extra gratiam, quam, in gratia, non tamen sufficit, quia si opus pœnale requiritur in satisfactione, illud tamen non sufficit sine fundamento charitatis; quia solutio debiti sine illa est, sicut debitum solutum per monetam reprobam. Vnde satisfactoribus in mortali potest dici aliud Ierem. 6. *Frustra conflauit conflator*, id est sacerdos indigens satisfactione, *malitiæ eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum vocate eos*: Probatur hoc exemplo, nam quædam mulier vidua prolabens in fornicationem, & verecundans hoc confiteri, omnia alia confitebatur excepto isto; sed cogitauit in se, portabo saccum, faciam abstinentiam maximam, & alia plura, & habendo dolorem in corde, & hoc sufficiet & ad tantum venit, quod quasi sancta reputabatur, veniens ad mortem, etiam defuncta dum sacerdos quidam deuotus oraret supra funus permittente Deo anima rediit ad corpus, & manifestauit, quomodo damnata erat, & manifestauit peccatum suum, & quomodo omnis sua pœnitentia nihil sibi profuerat, & deinde anima egressa de corpore iuit ad domum diabolorum. Augustinus in enchiridion c. 54. Sanè, qui sceleratè viuunt, nec curant talem vitam moresque corrigere, & inter facinora sua ecclesias frequentare non cessant, sed frustra, ideo sibi blandiuntur. Sed si diceres, si nulla est charitas nonne possum satisfacere. Respondit Alex. quod sicut in sacramento altaris non necessario requiritur quod homo accedat ex charitate, sed si se quantum in se est præparat, sufficit, nec habet in aliquo remorsum conscientiæ, non peccat accedendo, sic est de satisfactione potest ergo dici si opera iniuncta ab ecclesia sine remorsu mortalis impleuit, dum non sufficienter se præparauerit ad gratiam quantum in se est, est absolutus in foro conscientiæ, & in foro ecclesiæ, & sine præiudicio, dico etiam in foro Dei; ita quod non damnabitur, licet iterato non satisfaciat, licet per huius opera non soluatur omnino, propter quod dicitur Eccl. 5. *De propitiato peccato noli esse sine metu.*

Dan. 4.

Ierem. 6.

Exemplum.

Aug.

Obiectio. Resp.

Eccles. 5.

Articvlvs Qvartvs,

De satisfactionis reiteratione.

QVartus articulus est de satisfactionis reiteratione si homo tenetur ad satisfactionem iniunctam, & in peccato mortali expletam, tenetur iterare? Alex. de Ales in suo 4 Respondet dicendo, quod pœnitentia expleta in peccato mortali est reiteranda pro tanto, sc. tempore, quo fecit in peccato mortali: quia illa quam fecit in statu gratiæ adueniente charitate, & contritione reuiuiscit, quia nec est à Deo acceptata, nec Deo reconciliatiua, propter quod nulla reputatur. Ier. 4. *Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas*, sed qui pœnitentiam injunctam facit in peccato mortali; non nouat sibi mortale, id est, non purgat cor à peccatis: immo seminat super spinas, quæ suffocant semen. Luc. 8. Sed si dices ad nullum præceptum Domini tenetur homo facere in charitate, vel extra, & hoc constat, quia si quis loco, & tempore parentes honorat, etiam non habens charitatem, non peccat: ergo nihilominus tenetur ex charitate implere sacerdotis mandatum, sed satisfactio est mandatum sacerdotis, ergo potest fieri extra charitatem. Alex de Ales, respondet quod quando opus satisfactionis ab homine imponitur homini, non tenetur opus illud facere extra charitatem, vel in charitate, quia præceptum, sed necessitatem habet in charitate facere ad hoc vt sit emendatorium, & ideo placitum. Sed si obiiceres si alicui

Egregia. Sententia. Augus.

Bonau.

Si est possibile satisfacere extra charitatem.

Gen. 4.

1. Cor. 13.

Ier. 4.

Luc. 8.

Obiectio.

Digitized by Google

alicui iniungitur in ſatisfactionem peccatorum dare pauperibus centum marchas, quas dat in mortali, ergo ſi reiteranda eſt pœnitentia, tenetur dare; iterum dico, quod impoſſibile eſt, quia non habet, reſpondet. Alex. dicendum, quod ille, qui dat centum marchas in mortali ſibi iniunctas non ſatisfacit, nec eſt abſolutus à pœnitentia iniuncta, nec tamen ſequitur, ergo tenetur dare iterum centum, ſed tenetur hanc, vel aliam pœnitentiam facere iuxta arbitrium Eccleſiæ. Thom. in 4. diſt. 15. Aliquæ ſatisfactiones ſunt, ex quibus manet aliquis effectus in ſatisfactionibus etiam poſtquàm actus ſatisfactionis tranſiuit; ſicut ex ieiunio manet debilitatio corporis, & ex eleemoſynis largitis ſubſtantiæ diminutio, & ſic de ſingulis ſimilibus, & tales ſatisfactiones factæ non oportet, quod iterentur, quia quantum ad illud, quod de eis manet, per pœnitentiam ſequentem acceptæ ſunt: ſatisfactiones autem quæ non relinquunt aliquem effectum in ſatisfactione, poſtquam actus tranſit, oportet quod iterentur, ſicut eſt de oratione, & ſimilibus; actus autem interior, quia totaliter tranſit, oportet, quod iteretur, quia non modo viuificatur. Idem Alex. addit quod talis tenetur, poſtea ad ſuſcipiendam pœnitentiam, non tamen imponenda eſt ei tanta pœnitentia, quanta ſi nulla ei fuiſſet impoſita; quia præſumendum eſt, quod propter illam iniunctam extra charitatem Dominus maiorem ei contritionem dedit, quod ſi ſtatim quid eſt in peccato mortali conteritur, amplius non eſt in peccato mortali, quia in contritione delentur mortalia: & ſic operans, & ſatisfaciens non oportet, quod iteretur, ex quo dicitur correlatorie, quod ſi ſatisfaciens in mortali, non recordatur de pœnitentia ei iniuncta, tenetur de iam confeſſis, iterum confiteri. Intellige de illis, pro quibus impoſita fuit ei pœnitentia cum illa diſtinctione, quæ dicta eſt de non facientibus pœnitentiam. Vnde ſanum conſilium eſt, quod ſacerdos det breues pœnitentias, quia in contritione dimittuntur peccata. Magiſter in 4. diſt. 17. c. 1. Sicut etiam leproſi illi, quibus Dominus præcepit, vt oſtenderent ſe ſacerdotibus in itinere, antequàm venirent ad ſacerdotes, mundati ſunt ex ea infirmitate, quod antequam ſacerdotibus hæc mala operationis, id eſt peccata confiteamur à lepra peccati mundamur, vt de Pœn. diſt. 1. dixi. Vnde Prophera; *dixi confitebor*, &c. quod exponens Caſſianus ait (*dixi*) id eſt, deliberaui apud me, quod confiterer, *& tu remiſiſti* magis pietatis dicitur, quod ad ſolam promiſſionem peccatum dimiſit, votum enim pro operatione iudicatur. Magiſt. in 4. diſt 18 cap. 2. Et eſt auctoritas Pij Papæ, non igitur dicenda eſt illa ſatisfactio peccati, quam quis facit pro vno peccato, dum perduratur in altero, quia nihil prodeſt ieiunare, & orare pro alio, ſcilicet alia bona agere, niſi anima omnino reuocetur à peccato, & ſi aliquando conuerſus tacitum peccatum ſacerdoti confeſſus fuerit, de vtroque imponenda eſt pœnitentia ei, vel ſatisfactio, quia de prima condigne non ſatisfecit.

Reſponſio. *Non ſatisfacit mortalis.* *Thom.* *Votum pro operatione iudicatur.*

Articvlvs Qvintvs,

De ſatisfactionis viuificatione.

Qvintus articulus de ſatisfactionis viuificatione, gratia cuius quæritur vtrum opera de genere bonorum quæ, vel fuerunt facta in charitate, & poſtea per peccatum mortale mortificata, vel facta in peccato mortali, cum venerit peccator ad pœnitentiam, reuiuiſcent. Reſpondent Raymundus & Thom. diſt. 15. Et Petrus Hoſt. quòd opera viua, quæ fuerunt facta in charitate, mortificantur per peccatum mortale, ſi poſtea ſequatur vera pœnitentia, reuiuiſcunt. de Pœn. diſt. 3. pium eſt credere, & fides noſtra hoc expoſtulat, vt cum gratia Chriſti in homine deſtruxit mala priora, & reuiuiſcant bona; & cum deſtruxit, quod ſuum non inuenit, diligit bonum, quod in peccante plantauit: hæc auctoritas intelligitur de ſatisfactione ex operibus factis in charitate, quæ mortificata, poſtea per peccatum, & vera acta pœnitentia poſtea reuiuiſcunt; illa vero quæ nunquam viua fuerunt, facta in peccato mortali, viuere non poſſunt, quia mortua nata fuerunt. Magiſt. in 4. diſt. 14. & Auguſt. mortificatur enim illa pœnitentia antecedens, quando acta bona perſequitur peccatum vt non ſortiantur mercedem, quàm haberent ſi peccatum non ſuccederet; ſed tamen de peccato ſuccedendo pœnitentia agatur, & pœnitentia quæ præceſſit, & alia ante bona reuiuiſcunt, ſed illa tantum quæ ex charitate prodierunt: illa enim ſola viua ſunt, quæ ex charitate fuerunt operata, ideoque ſi per peccata ſubſequentia mortificantur, per ſubſequentem pœnitentiam reuiuiſcere poſſunt: quæ vero ſine charitate fiunt, mortua, & in anima generantur, & ideo per pœnitentiam reuiuiſcere non valent. *Magiſt. Auguſt.*

Articvlvs Sextvs,

De valore ſatisfactionis.

Sextus articulus de ſatisfactionis retributione, vnde notandum, quod quamuis dictum ſit, quod ſatisfactio facta in peccato mortali nihil valeat ad ſalutem, valet tamen ad plura.

Primo ad pœnam æternam tolerabilius ſubeundam, ſicut dicit Auguſtinus, quod valet, vt tolerabilior fiat eorum damnatio. Bonauent. in 4. diſt. 15. art. 1. 4. 6 iſtud diuerſimode à diuerſis intelligitur. Quidam enim dicunt, quod facit pœnam tolerabiliorem non mutando pœnam, ſed fortificando ſubiectum, ſed hoc non eſt congruum dicere, quod virtus aliqua detur damnato propter opera illaquæ facit minus ſuſtinere; quia aut daretur ſemper aliquod tempus, aut nó: vtrunque eſt inconueniens. Illa enim virtus, aut eſt naturalis, aut gratuita, quorum neutrum facile eſt intelligibiliter aſſignare. *Satisfactio facta in peccato utilis ad plura.*

Aliqui dicunt, quod valet ad remiſſionem pœnæ vermis, quia non tantum habent remorſum conſciétiæ, quantum ſi nulla bona opera feciſſent; ſed illud non valet, quia remorſus conſcientiæ erit ſecundum quantitatem culpæ, ſicut ignis, ergo ſi non valet, ad ignem, nec ad vermem. Ideo tertio modo dicendum, quòd valet ad intolerabiliorem ex conſequenti, quia impediunt culpam factam aggrauari, & etiam retrahit hominem à peccati frequentia, & ab intenſione libidinis, & contemptus, quia non ex tanta libidine peccat, qui aliqua bona opera facit, & quidē obliuiſcitur, & ad vermem, quia minus cruciabitur, & minorem habebit remorſum, quam ſi opera illa non feciſſet, non de illa culpa quam commiſit, ſed de malis, quæ commiſiſſet, & de bonis, quæ omiſiſſet, ſi illa bona non feciſſet. Reſpondetur in. 4. diſt. 15. art. quod aliqui dicunt, quod propter illa opera ſi moriatur ſine pœnitentia, minorem pœnam ſuſtinebit in inferno, nec ſic debet intelligi, quod propter illa minuatur pœna, quæ prioribus peccatis debebatur, ſed quia interim, quod faciunt illa bona, cauent ſibi à malis, quæ ſi facerent, amplius punirentur. Aug. lib. de Pœn. tranſumptiue de Pœn. diſt. 3. verſus finem, & in 4. ſent. diſt. 18 cap. 3. quis autem non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem ſpiritus, & vinculum pacis, quo Eccleſia catholica congregata connectitur, in aliquo ſchiſmate conſtitutus, ne Chriſtum neget, patitur tribulationes, anguſtias, famem, nuditatem, ſitim, perſecutiones, pericula carceres, vincula, tormenta, gladium, vel flammas, vel beſtias, vel ipſam crucem, timorem gehennarum, & *Auguſt.*

Raymund. Thom. Petr. Hoſt. Opera bona reuiuiſcunt.

Digitized by Google

& ignis æterni; nullo modo ista culpanda sunt, immo vero & hæc laudanda est patientia, non enim dicere poterimus melius nō fuisse, vt Christum, vel crucem pateretur, qui passus est confitendo, sed æstimandum est fortasse, & tolerabilius futurum iudicium, quam si Christum negando, vel crucem pateretur, vt illud quod ait Apost. *si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autem non habeam; nihil mihi prodest*, nec prodesse intelligitur ad regnum cœlorum obtinendum non ad extremi iudicij tolerabilius suppliciū subeundum; primo valet ad temporalem prosperitatem, & temporalium multiplicationem obtinendam. Isa. 1. *Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis*; & de pœn. dist. 3. c. cauendum, & est Greg. in Homil. Lazari, & dicit, cauendum, nobis est, vt si forte aliquod bonū agemus in præsenti sæculo, remunerationem non accipiamus, ne forte dicatur de nobis, *receperunt mercedem suam*, nisi enim diues iste aliquod bonum egisset, vnde in præsenti sæculo remunerationem accepisset, nequaquam Abraham ei diceret, *recepisti bona in vita tua*. Et idem Ioan. Chrysost. Quando itaque videmus malignum diuescere, non subruamur; & quando videmus bonum mala pati, non turbemur: huic corona, illi supplicium est; & alia ratio quia non potest malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona, neque bonus in omnibus bonus esse, sed habet aliqua peccata; quando ergo prosperitatem habet malus, malo capitis sui est, cum enim pro illis paucis bonis retributionem hîc accipiat, illic iam plenius punietur, tertio ad gratiam impetrandam in Ios. 6. Traditam enim Iericho in manus populi Dei, deinde dixit Iosue *sola Raab meretrix viuat cum vniuersis, qui cum ea domi sunt: abscondit enim nuntios quos direximus*; hac figura demonstratur, quod bonum factum in peccato mortali, animam habilitat ad gratiam recipiendam, & maximè illa quæ fiunt motu diuini amoris, & ad gloriam Dei, vt dicit Alex. de Ales in 4. suo. Vnde Apoc 3. *Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam; intrabo ad illum, & cœnabo cum illo*. Sed existens in mortali non potest aperire Domino, nisi faciendo opera de genere bonorum, cum nec velle bonum potest à se: sed si forte diceres, opera bona facta in mortali sunt omnino mortua, vnum cōtrarium disponit ad aliud, ergo opera mortua non disponunt ad opera viua. Alex. Opera mortua dicuntur dupliciter: vel quia sunt causa mortis æternæ, cuiusmodi sunt peccata mortalia ad Hebr. 9. *qui emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis*: vel quia non habent vitam gratiæ, habent tamen vitam naturæ ornatam gratia gratis data, & bonitatem mortis, quæ quodammodo sunt Deo accepta, & Deo propinquantia: & quia hoc tendit ad complementum gratiæ gratum facientis, vt ad suam perfectionem, potest dici, quod hæc habilitant ad gratiam, licet opera huius modi sint mortua, quia carent gratia; tamen sub istis conditionibus considerata non habent oppositionem cum operibus viuis, quia quædam vita viuunt, vnde disponere possunt ad vitam de Pœn. dist. 5. Falsas, & est Greg. Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem sanctorum Patrum pro quātitate criminis imponuntur, ideoque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam venit, vel quia bona alterius iniustè detinet, vel quia odium in corde gerit, recognoscat se ueram pœnitentiam non posse agere, pet quam ad æternā vitam peruenire non valeat, nisi negotium, vel officium relinquat, & odium ex corde dimittat; bona quidem, quæ iniustè abstulit, restituat, arma deponat vlteriusque non ferat nisi consilio religiosorum episcoporum pro defendenda iustitia, nec tamen desperet interim: quidquid boni poterit facere hortamur, vt faciat vt omnipotens Deus, cor illius illustret ad pœnitentiam, 4. ad bonæ vitæ assuefactionem tenetur. Ierem. Thre. 4. *bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua*, sicut de baptismo Ioannis dicitur, quod non valuit ad remissionem peccatorum, sed ad assuefactionem boni: de cons. dist. 4. non generabantur, 5. ad reprimendam potestatem diabolicam credendum est, quod diabolus non habet in eo tantam potestatem, quantam haberet, si nullum bonum faceret, quod patet ex eo, quod refert Beatus Gregorius in dialogo de Iudæo, qui muniuit se signo crucis, quod referens dæmoni maiori dixit vas vacuum est, sed signatū, sexto, ad peccati rescisionem, quia peccatum suo pondere attrahit Eccle. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis*, septimo ad temporalis vitæ diminutionem, vt habemus 3. Reg. c. 1. *nonne vidisti Achab humiliatum coram me? quia ergo humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij*. lege Histor.

Ierem. Thren. 4.

Greg.

Eccl. 3.

Articvlvs Septimvs,

De satisfactionis cessatione.

Septimus articulus de satisfactionis cessatione, dico secundum D. Thom. quod illarum elemosynarum elargitiones, ad quas quis aliàs non tenebatur, possunt esse satisfactoriæ, cum sint opera bona pœnalia, & sic intellige de aliis bonis, ad quæ quis aliter tenebatur, quæ nō possunt dari in pœnitentiam, vt putà quod obserues mandata Dei, & quod si sacerdos iniunxit alicui in pœnitentia, quod faciat celebrari Missas, nunquam potest recipere pœnitentiam pro iis Missis oblatam. Respondet summa Hostien. c. 16. Et ad quid tenetur sub §. Quid si sacerdos, & sequenti, non debet Missas, quas sic iniunxit celebrare, quia species mali est. Extra de vita, & hone. cle. cum ab omni. Sed non iniungat hanc pœnitentiam vel si iniungat, dicat, quod per alium illas Missas faciat celebrare, & per talem quis sibi vicem non reddat sicut dolose fieri posset si ad vicinum sacerdotem mitteret, qui sibi postea vicem redderet: tutius tamen est, & sanū consilium à talibus abstinere impositionibus: quia quāquā auari sacerdotes sub prætextu charitatis, & pietatis defecerunt per aliquas cogitationes, tamen suæ intentiones, quas habent de recipiendis oblationibus, omnipotenti Deo nequeunt occultari: ergo si dicat presbyter, quod charitas ipsum ad hoc moueat & pietas, quod forte pœnitens non potest peregrinari, nec orare, nec aliquid facere ostendat hoc opere operato, vt credam ei, vt si faciat per alium, nam suspectum celebrare: vel ipse gratis celebret, vel oblatum hac actione pauperibus eroget.

Non possunt dari in pœnitentiā solum.

Articvlvs Octavvs,

De satisfactionis commutatione.

Octauus articulus est de satisfactionis commutatione, hoc est dicere, si sacerdos potest commutare pœnitentiam iniunctam, & primo quæritur, an sacerdos possit commutare pœnitentiam, quam ipse iniunxit. Respon. secundum Rain. Credo, quod sic, nota tamen discretè, & propter causam, & circa subditos suos, aliter non: dist. 82. dicitur presbyter, & hoc exponens, vel dicit, quod ille idem, qui injunxit, aut inferior eius, aut superior eius sicut ordinarius pœnitentis iudex possit pœnitentiam commutare, vel relaxare: Si vero sit alius confessor à quo commutatio petitur, quia pares ambo curam non minus habent, vt duo Episcopi, in quorum Episcopatibus pœnitens domicilium habet, hoc dicendum, quod si pœnitentia fuit publica, requiri debet consensus primi, qui dedit eam ne scandalizetur, dico si de facili possit

Digitized by Google

Vtrum inferior possit relaxare pœnitentiã à superiori iniunctam.

requiri, maximè si pœnitens iam publicè inchoauit pœnitentiam, quod si de facili non possit requiri, aut si pœnitentia fuit occulta, poterit secundus confessor commutare, vel relaxare. Vtrum inferior possit relaxare pœnitentiam à superiori iniunctam? Respondeo secundum Viel. Si pœnitentia iniuncta est in tali casu, de quo inferior poterat pœnitentiam iniungere, potest relaxare, vel commutare, nisi superior reseruauerit talem commutationem, vel relaxationem argum. ad hoc 5. distin. accedens, & 33. q. 13. Latium, & in glossa vtriusque cap. si vero pœnitentia iniuncta est in casu reseruato à superiori, non poterit inferior relaxare, vel commutare absque licentia eius, qui iniunxit, nisi vrgeat necessitas, aut suadeat vtilitas. Pium enim est interpretari, quòd superior concesserit in istis inferioribus potentiam commutandi, vel relaxandi.

DE MORTE.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de morte, quatuor continet articulos.

1. *De labilitate, seu defectione mortuorum.*
2. *De varietate conditionis qua mortui remunerantur.*
3. *De finalitate positionis qua perpetuantur mortui.*
4. *De seueritate discussionis qua mortui examinantur.*

Sermo XV.

Apoc. 20. Chrysost.

Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni. Apocalyp. 20. Chrysostomus in sermone de mortuis, de morientibus terribile verbum inquit. Moriens cunctos salutat, donec suæ mentis compos est, & donec lingua sua loqui poterit. Valete, inquit, amici mei: valete, & pro me orate? Iter enim perago extraneum, quod nunquam ambulaui: & in regionem longinquam, quam nunquam vidi: & in sæculum alterum animarum, vnde nullus reuersus est: & in mansiones metuendas, in quas nullus me comitatur: & ad iudicem ter terribilem, vbi nescio quid mihi contingat. Ecce quæro adiutorem, & non est qui me eripiat: quæro qui associet, & nullus mihi compatitur. Ecce charissimi, secundum. Chrysost. verba omnium defunctorum facta, & totius status sunt terribilia, dubia, & abdita, & nobis ignota. Ex scripturis tamen diuinis quatuor mirabiles defunctorum considerandas conditiones accipimus, quas simul Salomon colligit, Eccl. 3. dicens, *Iustum & impium iudicabit Dominus*, & sequitur: *Vnus est interitus hominum, & iumentorum, & æqualis vtriusque conditio. Omnia pergunt ad vnum locum, & nihil est melius, quàm lætari hominem in opere suo.* Consideremus ergo in mortuis primò solium rigidum incussiuum timoris, *quia iustum, & impium iudicabit Deus.* Magnus certe pauor est, quod siue iustum, siue impium, necessario oportet incidere in rigiditatem iusti solij æquitatis diuinæ: & hoc in hora mortis. Vnde ad Hebræ. 10. *Terribilis est expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios.* Secundo transitu commissum inductiuum doloris: quia *vnus est interitus hominum & iumentorum, & æqualis vtriusque conditio.* Ad literam anxietas, & transitus mortis communis est hominibus & iumentis, & in hac conditione sunt pares. *Quia quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi.* Psalm. 88. Tertio terminum vltimum perfectiuum laboris, quia omnia pergunt ad vnum locum. Quamdiu sumus in mundo isto, in via stamus, & laborare & mereri possumus: sed vadimus currendo ad vnum locum mortis, quò cum venerimus, sumus in vltimo termino & perfecto. Eccle. 11. *In quocunque loco ceciderit*, id est, necessario venerit: *ibi erit, siue ad austrum siue ad aquilonem*, id est siue in feruore charitatis, siue in corruptione prauitatis. Quarto meritum proprium probatiuum valoris, quia nihil est melius, quàm lætari hominem in opere suo. Post mortem nihil remanet de isto sæculo, nisi lætari de bonis operibus, vel tristari de malis operibus. Apoc. 14. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodo enim*, &c. De istis autem quatuor terribilibus, quæ erunt generaliter in cunctis mortuis, loquitur verbum thematis præassumpti, dicente Aquila grandi, *Vidi mortuos magnos & pusillos*, &c. In quo verbo quatuor nobis diligenter considerãda in ipsis mortuis proponuntur. Primũ labilitas defectionis siue consumptionis, qua exterminantur ibi, *Vidi mortuos.* Secundum varietas conditionis, qua remunerantur: ibi, *magnos & pusillos.* Tertium finalitas positionis, qua perpetuantur: ibi, *stantes.* Quartum seueritas discussionis, qua examinantur: ibi, *in conspectu throni.*

Psalm. 88. Mors terminus perfectiuus laboris. Mundus est via.

Mors probatiua valoris.

Apoc. 14.

Quatuor cõsiderationes mortuorum

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

Agit de defectione mortuorum.

Mortui quinam.

PRo primo inquit, *Vidi mortuos magnos*, &c. Mortui rectè sunt, quos mors consumit atque exterminat, donans totius coniuncti corruptionem, atque iacturam. *Omnes traditi sunt in mortem ad terram vltimã in medio filiorum hominum, ad eos, qui descenderunt in lacum.* Ezech. 31. Et de hoc exponitur illud 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.* In quo ostenditur, quod mors quæ nostra consumit & deuastat, naturam habet in humano genere. Primo totalitatem, *quia omnes morimur.* Væ omnes, qui sumus de genere humano morimur, nullo excepto propter peccatum, quod in primo parente omnes incurrimus: nunquam fuit ita generalis & consumptiua sententia. Peccauit quippe natura angelica: sed non tota eorum natura punita: patet in Angelis bonis. Itaque mortis sententia totam nostram humanam consumit, non solum in suppositis propriis, immo etiam in alienis. Vnde vastauit humanitatem existentem in diuino supposito, & in tantum præualuit, vt possit dici Deus mortuus: quia naturam voluit mortalitatis nostræ. Moritur ergo doctus pariter & indoctus. Vnde tæduit me vitæ meæ, videt mala vniuersa esse sub sole & *cuncta vanitatem, & afflictionem spiritus*, dicit Eccles. 2. c. Quæ vnde procedant, ostendit Bernard. in serm. 49. dicens. Vnde nisi ex separatione animæ à corpore mors procedit? Inde est quod mortuum corpus, exanime vocatur. Vnde autem separatio hæc, nisi ex flagellis parentum, ex qualibet doloris vehementia, ex ipsius corporis corruptione, & pœna peccati? Meritò proinde timet flagellum caro nostra, quo nimirum ab ipsius animæ tam delectabili honorabilique consortio amarum nimis diuortium patiatur. Sed nota quod ex hoc quod mors habet generalitatem, respectu omnium videtur esse. Primo propriissima, vnde est quasi propria passio consequens totam naturam specificam, & solum humanam: quia licet alia animalia moriantur, tamen in eis forma corrumpitur, sed in nobis anima separatur. De quolibet enim dicitur Iob, 21. *Iste ad sepulchra deducitur, & in congerie*

Sententia tã generalis nulla fuit sicut mortis.

Eccles. 2. Bernard. Mors separatio animæ à corpore. Corpus mortuũ exanime dicitur.

Mors passio consequens totã naturã specificam. Iob. 21.

Ezech. 31. 2. Reg. 14.

Eccles. 3.

Primũ cõsi derãdũ in mortuis.

Heb. 10.

Transitus mortis æqualis hominibus & iumentis.

Digitized by Google

Mors crudelissima quare.

congerie mortuorum. Secundo crudelissima: quia nemini parcit iusto, vel peccatori, nocenti, vel innocenti. *Omnis enim anima viuens mortua est in mari*, id est, in amaritudine doloris, Apoc. 16. Tertio audacissima: quia neminem reueretur, cuiuscunque sit dignitatis, vel status. Rex enim est hodie, & cras morietur. Et cum mortuus fuerit homo, hæreditabit serpentes, bestias, & vermes, Eccles. 10. c. Quarto ferocissima, quia totum vsque ad nihilitatem consumit, nec particulam, quin totam deuastet incinerando dimittit. *Contra malum bonum est, & contra vitam mors*, Eccl. 33. Vnde Bernard. sermo. 11. non est mirum inquàm esse mortem, quam genauit iniquitas, inconsiderata seductio nosci tur peregisse, nihil inquàm mirum, si fuit sine distinctione, quæ venit ex præuaricatione: si sit crudelis, & fatua, quia ex antiqui serpentis fallacia, & mulieris prodiuit insipientia. Secundo in proprio tramite labilitatem, quia sicut, *aquæ dilabũtur*. Ad literam, quia sicut cunctis momentis aqua fluit in præceps, ita labiliter, & tramite festinatissimo ad mortem sine dimissione currimus, siue dormiamus, siue vigilemus. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet*. Iob. 14. De hoc pulchrè inquit Augustin. Quicquid viuitur temporis, de spatio viuendi demitur: & quotidie sic viuit vnusquisque, quod restat, vt nihil aliud sit tempus vitæ huius, quam cursus ad mortem. In quo nemo, vel paululum respirare, vel aliquando tardius ire permittitur: sed vrgemur omnes pari modo, neq; à diuerso impellimur incessu. Nam qui ad mortem productiora spatia temporis peragit, non lentius vadit, sed plus itineris peragit. Vnde ex quo quis incipit esse in hoc corpore, in morte est. Et nota quod ex hoc quod mors habet labilitatem, videtur esse primo amarissima: quia credis perfrui bonis, vitæ, & statim te scindit, & perimit. Et ideo Salomon cum dixisset in corde suo, *vadam & affluam deliciis & fruar bonis, statim recognouit quod hoc esset vanitas. Et risum reputauit errorem, & gaudio dicit: Quid frustra deciperis?* Eccles. 2. Secundo fallacissima: quia promittit tibi longa spatia vitæ, & subitò te fallit. Vnde dicebat Ezechias Isaiæ 38. *Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me, de mane vsque ad vesperam finies me*. Tertiò occultissima. Nullus scit, quando labitur in mortem, occultos meatus habet eius labilitas: de die illo, & hora nemo scit, nisi Deus, & cui Deus reuelat. Nihil enim est certius morte, & nihil incertius hora mortis. Quartò vicinissima semper, iuxta nos est, vt nos deglutiat. *Propè est interitus Moab*, id est, totius humani generis, & cuiuslibet hominis, Ierem. 48. Ex hoc pulchrè admonet Seneca, dicens: Incertum est quo loco mors te expectat: itaque tu illam omni loco expecta. Egregia res est, mortem paratus præstolari. Qui mori constanter didicerit, supra omnem potentiam, & extra omnem virtutem est. Quid ad illam carcer, seu custodia, vel inclaustratio? Liberum quippe ostium habet: parua est catena, quæ nos alligatos tenet, scilicet amor vitæ, qui quoniam non potest abiici, saltem minuendus est. Tertiò in terreno corpore calamitatem: quia super terram. Quæ causa est, quare homines moriuntur? Certè: quia stamus super terram, id est, in terreno, & luteo corpore. Hanc causam assignauit Deus Adæ, Gen. 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris*. Et Iob. 4. *Qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea*. Et in Psalm. 77. *Recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens*. Ideo monet nos Auctor de spiritu, & anima, c. 28. Nihil certius morte, & nihil incertius hora mortis. Nam nescimus, quomodo, aut vbi morimur,

Apoc. 16. Mors audacissima.

Eccli. 10. Mors ferocissima.

Eccl. 33. Bern.

Ad mortem labiliter curimus.

Iob. 14.

Aug.

Vita præsens cursus ad mortem.

Mors labilis.

Mors amarissima.

Eccles. 2. Mors fallacissima. Isa. 38.

Mors occultissima.

Mors vicinissima & iuxta nos. Iere. 48. Seneca.

Homines moriuntur, quare. Gen. 3.

Iob. 4.

Psalm. 77.

quoniam mors vbique nos expectat: ideo debemus semper esse parati: vt cum corpus reuertetur ad terram, de qua sumptum est: spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Et nota, quod ex hoc quod mors causatur ex terreno corpore, videtur quòd habeat primò vilitatem in ortu. Oritur enim ex causa vilissima, scilicet miseria lutea, & terrena carne. Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. Iob. 34. Secundò fœditatem in situ: quia in putredine & doloribus & mœroribus, & similibus, quæ sunt in corpore mors situatur. *Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris*, &c. Iob. 7. Tertiò grauitatem in tactu: vnde sicut terra inferius inclinatur, & quanto vicinatur, grauiorem, & impotentem reddit, *Tabescet enim caro eius*, scilicet cuiuslibet hominis, *& ossa quæ tacta fuerant, nudabuntur*. Iob. 33. Quartò varietatem in actu. Variè enim potest tabarnaculum nostri corporis solui. Insolentia, violentia, tristitia, quandoque lætitia nimia, & modis infinitis. *Omnis caro fœnum*, &c.

Mors vbique nos expectat.

Mors causatur ex terreno corpore. Mortis causa vilissima. Iob. 34.

Mors fœda in situ. Iob. 7.

Iob. 33.

Quæstio.

SEd dices: Mors potest multipliciter euenire. Nunquid præuenire statutum tempus? Glossa Isaiæ 40. dicit, quod sic: ipse quidem, quod quis malè viuendo mereatur terminos vitæ suæ præuenire. Et etiam quod bene viuendo, & bene agendo, ante tempus mereatur rapi. Probat primum per illud Psalmi, *Viri sanguinum & dolosi, non dimidiabunt dies suos*. Probat secundum per illud Sap. 4. c. *Raptus est, ne malitia mutaret cor eius*: sed glossa ista determinat, quòd Sancti implent dies suos: quia dicitur Gen. 25. *Mortuus est Abraham plenus dierum*. Peccatores autem in dimidio dierum moriuntur. Quartò in vltimo limite integritatem: quia non reuertentur. Falsum est simpliciter, quòd mortui non reuertentur: quia resurgunt: sed non reuertentur amplius corruptibiles, sed integri in anima, & corpore. Sicut enim aqua pura egreditur à fonte: sed postea inficitur continuè plus decurrendo vsque ad mare, & ibi totaliter salsedinem contrahit, & depuratur quousque ad suum primum ortum venerit. Ita corpora nostra primò sunt pura, secundo sordidantur, & non nisi sub terra incinerata ad integram redeunt puritatem. Vnde Psalmista: *Auferes spiritum eorum, & deficient, in puluerem suum reuertentur*: sed rursum, *Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ*, id est terrenæ carnis. Vnde Seneca: In puncto est totum, quod viuimus: & tamen in hoc puncto longiora spatia, & longas moras fingimus. Primò pueritiam, postea iuuentutem, postremò senium, & tandem ætatem decrepitam. Vides in quantam morulam, vel quot gradus hominum stultitia protrahitur. Atque vtinam hos gradus fictos non perderet otiando: sed dum sibi blanditur, quòd de ætate in ætatem transeat, quamlibet torpendo trãsit ætatem, subitoque mors aduenit, & quæ proposueras cuncta recidit. Ex hoc vltimatè mors est, Primò laborum quietatio: quia omnia in morte requiescunt. Vnde Iob. 3. dicebat: *Quare non in ventre mortuus fui, egressus ex vtero non statim perij? Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem*. Secundò iustorum expectatio: quia *pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini*. Tertiò prauorum stimulatio: quia nunquàm mori vellent: & meritò; quia *mors peccatorum pessima. Sicut enim oues, in inferno positi sunt*. Quartò cunctorum renouatio: quia oportet mortificari: vt viuificemur, & renouemur. Vnde Apostolus 1. Cor. 15. *Insipiens tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur*. Et sic dicit ipse renouari corda nostra, subdens: *Stella à stella differt in claritate; sic & resurrectio mortuorum*. Et fortè propter hoc, amborum mortem

Similitudo.

Psalm. 54.

Sap. 4.

Psalm. 103.

Mors cuncta quæ proposuerat recidit.

Iob. 3.

Mors iustorũ expectatio. Psal. 115. & 126.

Mors prauorum stimulatio. Ps. 33. & 48.

Mors cũctorũ renouatio. 1. Cor. 15.

laudat,

Digitized by Google

laudat, dicens in libro de bono mortis. O ſæua mors, bonum eſt, & quia repugnantia diuidit, ne inuicem ſibi impugnent, & quia portus eſt eorum, qui in magno vitæ huius ſæculo fatigati, quietis ſtationem requirunt,& quia deteriorem ſtatum non efficit:ſed qualiter inuenit in ſingulis,talem iudicio ſubdit, & futurorum expectatione componit.

Mors portus viuentium & quietis ſtatio.

DE IVDICIO EXTREMO.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo,qui eſt de iudicio,tribus articulis conſtat.
Articulus primus,
De iudicij præceſſione.
Articulus ſecundus,
De iudicandorum diſceptatione.
Articulus tertius,
De præmiorum retributione.

Sermo XVI.

Matt.28. Apoc.14.

CVm venerit filius hominis,&c.Matt.28. Apoc.14. *Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram,& omnem gentem,& tribum,linguã, & populũ,dicens voce magna:timete Dominũ,& date illi honorem,quia venit hora iudicij eius,& adorate eum.*

ARTICVLVS PRIMVS,

De iudicij præceſſione.

PRimo iudicis præceſſionem, ſecundo iudicandorum diſceptationem,tertio præmiorum retributionem declarabimus. Vnde notat Alexand. in 6. parte prima,tria hæc erunt in iudicio,quia ſicut in opere primæ conditionis triplicamus actus, ſcilicet opus creationis, opus diſtinctionis, & opus ornatus; ita in opere vltimæ conſummationis triplicatur actus, ſcilicet actus purgationis,& opus diſtinctionis iudicij,& opus retributionis.

Quantum ad primam principalem iudicij præceſſionem notandum, quod ſicut in comprehenſione reprobi præcedunt ſatellites, ita in iudicio præcedet turbatio totius creaturæ volentis vindictam facere de offenſione patris,& ſui creatoris; ſicuti ſi aliquis filius bonus videret patrem ſuum offendi, conaretur vindictam facere patris ſui, vnde Hieronymus dicit ſe reperiſſe in annalibus Iudæorum 15 ſigna præceſſura iudicium.

Iudicij̃ generale quindecim ſigna præcedent.

1. Primum eſt, quod prima die maria omnia exaltabuntur 15. cubitis ſuper omnes excelſos montes orbis terræ, & effluentia, ſicut nunc æquora faciunt.

Mare ante iudicium 15. cubitis ſupra montes.

2. Secundum omnia æquora proſternentur in imũ profundi, ita vt vix queant humanis obtutibus aſpici, & de iſtis Luc.12. *Et in terris preſſura gentium præ confuſione ſoni tus maris,& fluctuum.*

Luc.12.

3. Tertium omnia maria reducentur in antiquum ſtatum,qualia ab exordio creata fuerunt.

4. Quartum belluæ omnes, & omnia,quæ mouentur in aquis, congregabuntur, & eleuabuntur ſuper pelagus more contentionis inuicem mugientes neſcientque homines quid cogitent.

5. Quintum omnia volatilia cœli congregabuntur in campis, vnumquodque genus in ordine ſuo, eodem modo volucres inuicem plorantes erunt non guſtantes, nec bibentes, ſed tamen aduentum iudicis timentes.

6. Sextum flumina ignea ſurgent ab occaſu ſolis contra faciem firmamenti vſque ad ortum concurrentia.

7. Septimum errantia ſidera,& ſtantia,& cætera omnia ſpargent igneas comas qualiter in cometis apparet,Luc. 23. *Et cadent de cœlo.*

8. Octauum terræmotus magnus erit, ita vt nullus homo poſſit ſtare, & nullum animal, ſed ſolo proſternentur.

9. Nonum lapides tam parui,quam magni ſcindentur in quatuor partes, & vnaquequæ pars collidet alteram partem, neſcietque homo ſonum illum, niſi ſolus Deus.

10. Decimum omnia ligna ſyluarum, & omnia olera herbarum ſanguineum fluent rorem.

11. Vndecimum omnes montes, colles, & omnia ædificia humana arte conſtructa in puluerem redigentur.

12. Duodecimum omnia animalia terræ venient ad campos de ſyluis,in montibus rugientia,& mugientia,non guſtantia,neque bibentia.

13. Decimumtertium omnia ſepulchra ab ortu ſolis,vſque ad occaſum patebunt cadaueribus ſurgentibus, vſque ad horam finalis iudicij.

14. Decimumquartum omne genus humanum,quòd inuentum fuerit de habitaculis deſcendent velociter,non intelligentes,nec loquentes, ſed diſcurrentes tanquam amentes.

15 Decimumquintum homines morientur,vt reſurgant cum mortuis longe ante defunctis & vnumquodque ſignum in vnoquoque die. Bon.in 4. recitans hæc, dicit,hæc ſicut ſe habeant Deus nouit, nota quod indubitanter præcedent, primum erit ignis, vide l. quatuor nouiſſima 2. mors iuſti. 3. iux. literam, 4. Angeli, quia ſicut Bona. in 4. diſt. in prima conditione, condidit ſubſtantiam ſpiritualem, corporalem, & mediam, & in omnibus communicauit, & dedit poteſtatem,vt ergo ordo ſeruaretur in rebus, & oſtendatur virtus creaturarum collata, & amplius virtus illa,vt oſtendatur, adeo noluit dominus miniſterium creaturarum ſibi deſeruire, & iterum creaturam angelicam corporalem,& mediam; vnde fiet ad miniſterium Angeli,ad actionem ignis, & poſtremo ad nutum, & vocem Chriſti hominis, vox ad corporale, quæ habet nihilominus & aliquid ſpirituale, mors vero aderit,vt etiã priuationes ſuo obediant creatori. Sicut enim homo per peccatum, quod eſt priuatio boni ſeparatur à Deo, ſic etiam mors, quæ eſt priuatio entis pareat, & Deo ſeruiat. Vnde Apoſtolus Rom. 6. *Stipendia enim peccati mors eſt*,& primo præcedet ignis iuxta illud Pſalm. 96. *Ignis ante eum præcedet*, vnde notandum, quod in iudicio præcedet ignis faciem iudicis,& ſequetur functo iudicio. Vnde gloſſa ſuper illud Malac. 3. *Ipſe Deus ſedebit conflans, & emundans argentum,& purgabit filios Leui*: & duos ignes legimus futuros, vnum, qui purgabit electos, & præcedet iudicium, alterum, qui reprobos cruciabit. Bonau. in 4. dicit diſt. 47.q.vlt. ſecundum hanc gloſſam dicendum,quod ſi dicantur duo ignes quantum ad ſubſtantiam ſunt duo ratione duorum effectuum, tamen futurus ignis in iudicio ad electorum purgationem, qui debet vniuſcuiuſque opus purgare, & purgari in igne,vt totaliter ſiſtant in gratia Dei emundati, & hoc præcedet faciem Dei iudicis, & purgando amicos, & inflammando inimicos; eſt & ignis futurus ad purgationem mundi, & eius innouationem, & ille eſt:vt dicit, quod ſequetur iudicium,eximet faciem mundi,& purgabit, demum reprobos cruciabit. Auguſt. 20. de Ciuitate Dei Conflagratio erit poſt iudicium, quare fiet per ignem tantum. Bonau in 4.diſt 28.art. 2.q 1. Reſpon.dicendum à peccato, & à parte purgationis mundi, ex parte purgationis hominum, quia ſicut in initio ardor regnauit concupiſcentiæ, ſic in ſenectute mundi frigus auaritiæ. Sicut ait Apoſt. *Abundat*

Ignis præcedet faciem iudicij. Malac.3. Ignes duo, vnus pro electis, alter pro reprobis. Bonau.

Auguſt.

Bonau.

Marc.24.

Digitized by Google

dabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, & ideo, quia purgatio debet fieri per contrarium, sicut purgatio ardoris concupiscentiæ facta est per aquam, sic purgatio frigoris auaritiæ, fiet per ignem; alia ratio est ex parte hominis, quia illud fuit ad delendum hominem vetustum, & nouos homines procreandos, hoc erit totum ad meliorandum, & in meliorem faciem commutandum: & quia ignis vrit, & perficit, aqua non, ideo in igne vrit, diluuium vero non in igne fuit, sed in aqua. Quartum ascendet illuc ignis. Bonau. in 4. vbi sup. q. 3. Sicut dictū est supra, quod duo sunt ignes, & istorum duplex est officium purgandi, & sic duplex est purgatio, vna, quæ fit à fœditate peccati, alia quæ est à vetustate corruptionis: dico ergo quod fœditas culpæ se extendit per caliginosum aerem, non quod in ipso aere sit peccatum, sed quædam fœditas contrahitur in loco ex peccato, & etiam fumo sacrificiorum Idolorum quodam modo est aer infectus, & quantum ad illam purgationem tantum ascendit quantū aqua diluuij, vnde Mag. in 4. dist. 47. Domino enim veniente ad iudicium præcedet ante eum ignis, quo comburetur facies mundi huius, & peribit cœlum, & terra, non secundum substantiam, sed secundum speciem, quæ immutabit cœlum quidem aereum non æthereum, tantum enim ascendit aqua in diluuio, ille autem ignis malis, qui reperti fuerint viui, erit consumptio; bonis autem non, vt enim ait Augustinus. Hoc erit incendium mundi sanctis, quod fuit tribus pueris, in quibus si aliquid purgandum fuerit, purgabitur, aliis vero nullam ingeret molestiam, & sic purgabitur: in loco etiam aeris, iuxta illud Agathæ ad Quintianum: verba tua fatua sunt, & vana, aerem maculantia, & iniqua: alia purgatio est à vetustate corporis sine corruptibilitate, hoc est in cæteris electis, quæ debent esse incorruptibilia post corruptionem, & quantum ad hanc ascendet vsque ad vltimum sphæræ ignis, & sic intelligitur illa auctoritas, 3. Petr. vltimo *cæli ardentes soluentur*, scilicet elementares: non enim intelligendum est de illis cœlis quasi sint incorruptibiles, quia per illum tolletur, & purgabitur corruptibilitas, & sic non cœli accipiuntur in Scriptura. Matth. 13. *Et volucres cœli comederunt illud.* Secundo præcedet mors, quia boni qui non fuerint consumpti ab igne morientur, & statim resurgent, quia, vt ait Apost. 1. Cor. 15. *Qui seminat non viuificatur, nisi prius moriatur*, vnde ambo in ipso raptu eorum, qui viui reperientur, mors erit, & resurrectio, vt anima quasi per soporem egressa de corpore, idem in momento reddatur de isto raptu 1. Thess. 4. *Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus simul rapiemur obuiam Christo in aera*: de tertio scilicet Angelis, Angeli autem habebunt ministerium antecedens iudicium, quia congregabunt electos à quatuor partibus mundi, Matth. 24. *Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos à quatuor ventis terræ à summis cœlorum, vsque ad terminos eorum*, malos autem, qui habent corpora grania, & terrestria sicut terram, dilexerunt, portabunt Angeli ad iudicium, sicut Abacuch. *Per capillos capitis in Babylone.* 2. Dan. 14. vnde Magist. in 4. dist. 47. tunc ministerio Angelorum ventilabitur area, quia boni congregabuntur ex quatuor partibus mundi Angelico ministerio, quo rapientur obuiam Christo in aera, reprobis in terra remanentibus, quam dilexerunt. Alex. in 3. Angeli habebunt vltimum ministerium, scilicet congregandi ad iudicium, mortuos suscitandi 1. Thess. 4. Quoniam Deus in visu, & in voce Archangeli: non Angeli, vt Angeli, quia non possent, sed visu, & virtute diuina, sicuti nunc Sancti dicuntur mortuos suscitare, habebunt ministerium separatum ante iudicium, & post iudicium Matth. 25. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & segregabunt eos ab inuicem, sicut segregat pastor oues ab hœdis, & statuet quidem oues à dextris, hœdos autem à sinistris.* Item habebunt ministerium data sententia mittendi malos in caminum ignis, sed si forte obiiceres, quod Angeli sunt nobiles ministri, & Dei filij, & sic non vere eis conuenire officium tortorum. Bonau. Respondet, aliud est deducere ad tormenta, aliud est in ipsis tormentis cruciare: primum non est tortorum, sed nobilium ministrorum, qui assistunt regi ad eius iussionem implendam, vnde non dicitur, quod Angeli sint tortores in igne, sed producent, erunt testes, sicut inferius dicetur, portabunt etiam vexillum crucis, Matth. 24. *Et tunc apparebit signum filij hominis in cœlo, & omnia insignia passionis.* Chrysost. Crux multo solaribus radiis lucentior apparebit. Cyprianus, in die iudicij tantum Christus rationem requiret à nobis pro negligentia nostra, dicétque: propter vos sum incarnatus, & in terris palàm conuersatus, sputis, & palmis in facie cæsus, crucifixus, aceto potatus, paradisum vobis aperui, regnum meum vobis obtuli, Spiritum sanctum vobis misi: quid vltra debui facere, & non feci? quartum præcedet vos iterum Dominus in visu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo. Bonauent. in 4. dist. 43. iuxta literam vox Christi secundum diuersas proprietates, ista tria sortitur nomina, vox enim Christi erit virtuosa ad suscitandum. Idem dicitur missus, quia præceptum, dicet enim & erit authentica, & ideo dicitur, vox Archangeli id est Principis, & erit nihilominus serena, & ideo vox tubæ dicitur. Magister in 4. dist. 43. Si vero quæritur cuius, vel qualis erit illa vox, Apostolus dicit, quod erit Archangeli id est ipsius Christi, qui est princeps Archangelorum, vel vox erit alicuius, vel plurimorum Angelorum, vox enim est causa nostræ resurrectionis. Ioan. 5. *Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent.* Bonau. in 4. dist. 43. artic. vlt. in Christo est assignare nostræ resurrectionis duplicem causam scilicet efficientem, & exemplum, efficiens autem duplex est, aut sicut primum principium, aut sicut instrumentum efficiens: sicut primum principium est ipse Christus secundum diuinitatem, & tota beata Trinitas, quia est virtutis infinitæ: efficiens autem sicut instrumentum est vox Christi, ad comprobationem mortui resurgunt: causa autem exemplaris duplex est, vna in qua res cognoscitur, & disponitur, & sic est Christus secundum naturam diuinam, & tota Trinitas; alia in qua res inchoatur, & exemplificatur, & sic est resurrectio Christi August. de Ciuitat. Dei, talia erunt corpora nostra, quale Christus in resurrectione monstrauit. Ephes. 7. *Conuiuificauit nos Christus, & resuscitauit*: quia sicut caput non potest esse sine membris, sic nec resurrectio capitis, quia consequetur resurrectio membrorum: etsi obiicies, quare æqualis virtutis est corpus resurgere, sicut & causam, sed hoc est virtutis infinitæ, ergo, & illud. Respondeo, Deus virtute infinita faciet, sed per vocem tanquam instrumentum. Sed si obiiceres, si mortui audient vocem, antequam resurgant, aut post. si ante, ergo ante audient, quam viuant: si post, ergo vox non erit causa resurrectionis. Respondeo dicendum, quod simul tempore resurgunt, & audiunt; tamen prius natura resurgent quam audient, vnde voces auditus non resuscitant, sed virtus communicans, in euigilatione autem corporali auditus vocis excitat; sed in auditu sunt duo scilicet speciei in organo, & iudicium de recepta, quantum ad receptionem præcedet excitationem, sed quantum ad iudicium, sequitur. Magister in 4. dist. 43. Causa resurrectionis mortuorum erit vox tubæ, quæ in aduentu iudicis ab omnibus audietur, cuius virtute excitabuntur mortui, & de monumentis resurgent. Vnde Propheta Psalm. 67. *Dabit voci suæ vocem virtutis*, id est effectum resuscitandi mortuos. Hæc ille: post hoc, veniet Christus ad iudicium.

Purgatio fit per contrarium.

Purgatio duplex.

Cœlum & terra in iudicio non peribunt secundū substantiam sed secundum speciem.

Augustin. Ignis in iudicio etiam sanctis quod fuit tribus pueris.

3. Petr. vlt.

Matth. 13.

Mors iudicij præcedet.

Thess. 4.

Matth. 24.

Magister. Boni in iudicio erunt in aere, mali in terra remanebunt.

1 Thess. 4. Angeli ministerium diuersum habebunt ante & post iudicium.

Matth. 25. Angeli malos mittet in caminum ignis.

Obiectio.

Angeli ad tormenta deducent.

Angeli nobiles ministri Dei.

Angeli vexillum crucis in iudicio portabunt.

Matth. 24.

Chrysost.

Cyprian.

Tuba qua.

Vox Archangeli.

Ioan. 5.

Bonau.

Christus resurrectionis nostra duplex causa.

Augustin.

Ephes. 7.

Obiectio.

Responsio.

Psal. 67.

Digitized by Google

Articvlvs Secvndvs,

De iudicandorum disceptatione.

SEquitur secundum principale, scilicet iudicandorum disceptatio,& in hoc erunt tria, quæ in omni iudicio solent adesse,scilicet. Primo rei malignitas,secundo testium veritas, tertio iudicis maiestas. Quantum ad malignitatem rei,nota tria,& primo,quod omnia leguntur in conscientia sua. Secundo quod omnia leguntur in conscientia alterius. Tertio quod omnia videbuntur ab omnibus,& quantum ad primũ quod omnia leguntur in libris conscientiæ suæ, & hoc ostenditur ratione,scilicet diuinæ iustitiæ,quia lucrum est,vt sciatur quantitas meritorùm, sed numerus hominis sic legitur, vt sciat quot, & quanta bona, & quot mala,& quanta fuerint,vnde iustitia summè ibi declarabitur,& quantum ad retributionem gloriæ,& pœnæ,ergo merita debent summè declarari,sed non possunt nisi omnia bona,& mala ad memoriam reuocentur. Vnde dicendum, quod ibi erit lectio omnium meritorum, & demeritorum memoria,quia reuocatio actuum,& cogitationum præcedentium ad memoriam erit, & propter ostensionem iustitiæ in retribuendo mala, & bona, in quibus permanserunt, finietur:hæc enim sola digna retributione sunt, & propter ostensionem misericordiæ de præterito rememorabuntur mala bonorum,à quibus sunt misericorditer liberati, & bona malorum, quæ in eis misericorditer operatus est Deus, *qui solem suum oriri facit super bonos, & malos*; cum omnia bona, & mala sua erunt ibi in memoria sed tamen in beatis memoria malorum non contristabit, quia memoria malorum potest esse extra,aut considerandum malum euentum, & sic generat tristitiam, vt patet in eo, qui conteritur, vel considerandum bonum euentum, scilicet quod de tantis malis est ereptus, & hoc generat lætitiam, similiter de memoria bonorum distinguendum est.Augustin.20.de Ciuitate Dei,virtute diuina fiet,quod cuique opera sua,vel bona,vel mala in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, & conscientia accusat conscientiam, omnia leguntur in conscientia alterius,vnde Bernard.tractans illud primæ Cor.10. *Illuminabuntur abscondita tenebrarum*:dicit cuncta arcana cunctorum cunctis ibi patebũt.Glossa 1. gesta, & cogitata bona, & mala,& tunc aperta,& non aperta erunt omnibus nota. Vnde Bon. in 4. d. 43.iuxta literam: rationabilius est, quod omnium iustorum peccata omnibus iustis tunc patebunt, & hoc quia erit magni Dei gloria, dum manifestatur eius ad filios gloria, & dum ostenditur eius nulla erit erubescentia, & si quæras quomodo id possit esse? Respondeo, quod ratio est ex parte eius cuius peccata manifestantur, quià erubescentia est timor in expectatione conuitij,cum in beatis non cadat timor,ideo in eis non erit erubescentia, quia perfecta charitas foras mittit timorem. Secundo etiam erit ex parte videntium, quia nullus ibi vituperatur nullus aspernatur, sed potius Deum collaudat, dum attendit Dei virtutem in ipso, & est exemplum in Magdalena, cuius peccatum recitamus, nec tamen facimus ei contumeliam, quia non recitamus ad eius contumeliam, sed ad laudem diuinam, & suam, vnde nec ipsa de hoc habet erubescentiam: nec cogitamus de ea tanquam meretrice,sed tanquam de nobilissima domina, quæ de multis malis est erepta, & exemplum est de bono confessore, & pœnitente, bonus enim confessor feruentius pœnitentem diligit, quia clarius, & fidelius suas ignominias, & peccata aperit, maximè dum attendit ipsum conteri, & vincula eius resolui per virtutem, & misericordiam Dei, & hoc ibi multo magis erit, vbi omnes cogitationes erunt ordinatissimæ, amplius tamen si hæc omnia secreta sine verecundia communicet amico, & ibi erimus nos amicissimi, vbi vnus diligit alterum, sicut semetipsum, sed mali non videbunt mala bonorum, sed solum bona; sed tam boni, quam mali videbunt bona,& mala malorum,quia de bonis laudabitur Dei potentia,& largitas,si mala, laudabitur Dei iustitia,sed fuerunt aliqui dicere volẽtes quod omnia,siue mala bonorum, & malorum erunt nota tam bonis, quàm malis ad ostensionem largitatis diuinæ misericordiæ, & hæc erat eorum ratio, quia sunt cicatrices spirituales in pœnitentibus, qui vicerunt culpam sicut illi pœnam,sed credo primum dictum verius;vnde Magist. in 4.dist.43.Si vero quæritur vtrum peccata, quæ fecerunt electi, prodeant in notitiam omnium, sicut mala damnatorum omnibus erunt nota, non legi hoc in scriptura exemplum, vnde non irrationabiliter putari potest peccata hic propter misericordiam tecta, & delicta, illic etiam tegi aliis, alia vero cunctis propalari, tertio vero omnia simul ab omnibus videbuntur, ad quod intelligendum, notandum est, quod simul videre multa potest homo, tripliciter, aut ratione eius, in quo videt, quia videt multa in vno, & sic in speculo æterno est videre multa, quia per idem homo videt diuersa, aut ratione sublimationis intellectus,quia efficitur deiformis per gloriam vnde videt plura,sicut & Deus,licet non omnimodè sicut Angelus bonus simul cognoscit Deum in se,& in creatura; ideo & in proprio genere, aut ratione diuinæ virtutis homo faciens, quæ tamen omnia non efficiunt gloriam, vt ostendat ei exemplar æternum, sed leuat intellectum, vt possit aliquid supra se, vel ad gloriam, vel ad pœnam, & isto tertio modo videbunt omnia simul. Iob. 8. *Qui oderunt te induentur confusione, & tabernaculum eorum non subsistet.* Glossa viso iudice omnia mala ante oculos mentis versantur.

De rei malignitate.

Malorum bonus euentus generat lætitiam.

Augustin.

1.*Cor.*10.

Bonau.

Magdalena cõtumelia nõ est dum peccatum recitamus,nec de hoc erubescit.

Boni & mali videbunt bona & mala bonorum.

Magist.

*Iob.*8.

Quantum ad primum,scilicet testium veritas notandum, quod plures erunt testes, primus erit ipse creator, quem offendimus. Ierem.29. *Ego sum testis, & index.* Secundus ipse Christus Apoc. 1. *Ecce veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus,& qui eum pupugerunt, & tunc plangent super eum omnes tribus terræ.* Cyprianus in die iudicij cum Christus rationem requiret à nobis pro negligentia nostra,dicet,propter vos sum incarnatus, & in terris palam conuersatus sum, sputis, palmis in faciem cæsus, crucifixus, aceto potatus, paradisum vobis aperui, regnum meum vobis obtuli, Spiritum sanctum vobis misi, quid vltra debui, & non feci? Tertius testis erit Angelus bonus dans testimonium de ministerio nobis in salutem nostram exhibito. Quartus testis erit diabolus accusans nos de malis operatis. Thren. 2. *aperuerunt super me os suum omnes inimici tui.* Quintus conscientia quam polluimus, ad Rom. 2. *Et testimonium reddente conscientia ipsorum de iis.* Anselm. in orationibus iudex erit strictus accusator meus, & ego manifestus reus coram eo, & omnes spiritus me accusabunt, boni & mali; boni quia diligunt Dei æquitatem, mali quia memoria seruant iniquitatem: heu, heu, qualem habebit excusatorem? quis erit intercessor eius, si omnes sunt accusatores & indices? sed ipse ego, & conscientia sum accusator, & iudex meus. Ipsa enim irrationabilia, & insensibilia me confundunt, intelligo ergo coram omni creatura me debere erubescere. Sextus sancti quos sequi noluimus. Isa. 43. *Vos testes mei, dicit dominus.* Septimus scriptura quam contempsimus. Ioan. 8. *Scrutamini scripturas.* Octauus opera quæ gessimus. Ierem.2. *Arguet te malitia tua.* Nonus ætas quam in peccatis consumpsimus. Iob. 16. *Ruga mea testimonium dicunt contra me.* Decimus tempus quod negligenter amisimus. Thren. 1. *vocauit aduersum me tempus*, &c. sicut non peribit capillus de capite meo, ita nec momentum dc tempore. Vndecimus peccata omnia. Genes. 4. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Duodecimus creaturæ, quibus abusi sumus, Abacuch. 2. *Lapis de pariete clamabit,*

De testibus.

1.*Deus. Ierem.*29.

*Apoc.*1.

2.*Christus.*

Cyprianus.

3. *Angelus bonus.*

4.*Diabolus accusans.*

5. *Conscitia Anselm.*

6.*Sancti.*

7. *Scriptura.*

8. *Opera quæ gessimus.*

9.*Ætas.*

10.*Tempus*

11.*Peccata.*

12.*Creatura.*

Digitized by Google

habit, & lignum quod est intra iuncturam edificij, respondebit. Hugo de arca Noë, ignis dicet, à me combureris; aqua dicet, à me submergeris, terra, dicet à me absorberis: infernus dicet, à me deglutieris. Chrysostom. In die illa cælum, & terra, aqua, sol, & luna, dies, & noctes, & totus mundus stabit contra nos in testimonium nostrorum peccatorum; & si omnia tacebunt, ipsæ cogitationes nostræ, & opera nostra stabunt ante oculos nostros accusantes nos coram domino.

Chrysost.

De iudicis maiestate. Maiestas in duobus erit. Isa. 26.

Pro tertio, scilicet iudicis maiestas, maiestas autem est in duobus, scilicet ex parte iudicantis, & ex parte iudicati, ex parte iudicantis, quia apparebit iustis blandus, sed reprobis iratus; nam iusti videbunt eius deitatem, sed reprobi non. Vnde Isa. 26. *Tollatur ne videat gloriam Dei*, & tantus erit timor, & tremor, quod vellent montes cadere super se. Apocal. 6. *Et dicent montibus, & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quando venit dies magnus ira ipsius, & quis poterit stare?* tertium principale iudicans apparebit in maiestate, quia in iudicio, quatuor ordines apparebunt, nam vt dicit Gregor. alij enim iudicantur, & pereunt, alij iudicantur, & regnant, alij non iudicantur, & regnant, alij non iudicantur & pereunt diuina acclamatione Domini, esuriui enim & non dedistis mihi manducare. Nam iudicantur & pereunt, quibus diuina acclamatione dicitur, qui non credit iam iudicatus est, eorum enim damnatio toti ecclesiæ est nota, & certa, & ideo non dicuntur tunc iudicari, quia ad conspectum districti iudicis cum aperta damnatione suæ infidelitatis accedent, qui vero professionem fidei sine operibus habent, iudicabuntur, & peribunt, id est redarguentur, vt pereant: qui vero nec sacræ fidei tenuere interpretationem, iudicium in se fieri non audient, quia infidelitatis suæ tenebris præiudicati, eius quem despexerunt inuentione redargui non merentur. Illi vero verba iudicis audient, qui eius fidem saltem verbo tenuerunt: illi autem in damnatione sua æterni iudicis nec verba percipient, qui eius reuerentiam, nec verbo tenus seruare voluerunt, & ideo illi iudicandi, isti non dicuntur iudicandi, ex electorum vero parte alij iudicantur, & regnant, scilicet, qui vitæ maculas lachrymis tergunt, & eleemosynarum superinductione operiunt, quibus iudex veniens in dextera consedentibus dicet: esuriui, & dedistis mihi manducare: illi autem non iudicantur & regnant, qui etiam præcepta legis perfectionis veritate transcendunt, quia vere hoc non solum, quod lex præcepit implere contenti sunt; sed quod etiam ad perfectionem consulit, implere studeant, de quibus Isa. 3. ait. *Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi*, ij ergo rectè sub generali iudicio non tenentur, sed iudices veniunt, quia & præcepta generalia viuendo vicerunt, & omnibus relictis Christum secuti sunt, ad quod notandum, Apostoli iudicabunt; sed nota, vt dicit Bonauentura in suo quarto, quod iudex dicitur in aliquo duplici ratione, aut quia ipsius est ferre sententiam, aut quia assistit ferenti, secundum quod alij iudices assistunt, vt quodam modo assistunt iudici proferenti, qui ergo fert sententiam ille est iudex principalis, & talis est solus Christus, sicut Matth. 25. patet; vbi exprimitur, vbi, & quis fert sententiam; qui etiam assistunt iudicanti, etiam nomen, & dignitatem iudicantis sortiuntur, & tales sunt viri perfecti, & præcipue Apostoli, non tamen ad consulendum; quia consilio non indigent, sed ad honorem: Iob. 36. *Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit*, vnde notandum quod iudiciaria potestas triplici ex causa debet esse communicata Apostolis, scilicet ratione comparationis, approbationis sententiæ, & honorabilis assensionis; ratione comparationis, iudicium erit bonorum, & malorum Matth. 12. *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione illa, & condemnabunt eam, quia egerunt pœnitentiam in prædicatione Ionæ.* Ratione approbationis non erit hominum bonorum tantum, sed hominis, & Angelorum, ratione honorabilis assensionis erit perfectorum tantum; quando autem dicitur, quod Angeli venient ad iudicium, non ad condemnandum, sed tanquam ministri.

Ordines quatuor iudicii dorum. Gregor.

Apostoli iudicabunt quo modo. Bonau. Iudex sumitur dupliciter. Christus solus iudex erit.

Iob. 36. Iudiciaria potestas triplici ex causa Apostolis cõmunicata fuit. Matth. 12.

Articvlvs Tertivs,

De præmiorum retributione.

DE tertio autem principali, scilicet, præmiorum retributione, & ratio, primo quòd diabolus, & Angeli eius iudicabuntur iudicio condemnationis, sed non discussionis, ratio autem condemnationis venit tantum ex parte iustitiæ Dei, quia sicut iudicium vniuersale omni fiet, vt Dei iustitia omnibus clarescat, & appareat; sic iudicium Angelorum, & condemnatio fieri debet, tum etiam ex parte gloriæ Christi, quia Christus triumphauit de diabolo; ideo debet authoritatem habere super ipsum, tum etiam ex parte demeriti, qui enim participes fuerunt culpæ humanæ, debent & participes esse pœnæ, & contumeliæ, tum etiam ex parte supplicij consumendi; sicut enim omnes homines expectant iudicium, vel ad consummationem gloriæ, vel pœnæ; sic & dæmones iudicium non debent euadere, inuoluentur simul condemnatis, & macerabuntur. Iob. 40. Loquitur de Behemoth. *Ecce spes eius frustrabitur*, secundo omnes homines. Apostolus 2. Cor. 5. *Omnes autem nos oportet manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum*, & congregabuntur ante eum omnes gentes in valle Iosaphat bonis in aere existentibus, & malis in terra quam dilexerunt, & primo virgo cum virginibus, secundo Adam cum omnibus primatibus, Dauidem insequitur numerus Prophetarum, Petrum numerus Apostolorum, Ioannem Baptistam, & Paulum Heremitam omnes Anachoretæ; Stephanum militiæ numerus. Augustinũ omnes de suo ordine, Benedictum omnes de suo ordine, Franciscum similiter omnes minores, Ioachim, & Annam omnes Confessores in matrimonio existentes, Paulum quasi totus mundus. Gregor. Homil. super Matth. Ponamus ante oculos nostros illum tantæ districtionis diem, quo iudex veniet, & rationem cum seruis ponet, in illo tanto examine electorum omnium reproborum multitudo deducitur, & vnusquisque, quid operatus sit, ostendit se ibi Petrus cum Iudæa cõuersa, quam post se traxit; apparebit ibi Paulus vniuersum mundum, vt ita dixerim, conuersum ducens, ibi Andræas post se Achaiam, ibi Ioan. Asiam, Thomas Indiam in conspectu iudicij conuersam ducet, ibi omnes greges domini acclamantes cum animarum lucris apparebunt, qui sanctis prædicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cum igitur tot pastores cum gregibus suis ad æterni pastoris oculos venerint, quid nos miseri dicturi sumus, qui ad Dominum nostrum post negotium vacui redimus, hîc pastores vocati sumus, & ibi gregem non ducimus? Hieron. enim inquit, peccatores dicunt apud se, quis nos associabit ad exçusandum, aut confortandum? certe propria peccata accusantia, & dicent, opera vestra sumus, non vos deseremus, vobiscum ad iudicem pergemus, & vt ait Bernard. Sicut sub vno capite chori sanctorum venient; ita & omnes iniqui sub vno capite: & primo omnes mali sacerdotes sub Caipha, omnes superbi sub Nabuchodonosor, omnes proditores sub Iuda proditore, & sic cæteri omnes, quos ducet diabolus; & primo vertet se Christus ad illos, qui à dextris eius erunt, dicens: *Esuriui, & dedistis mihi manducare*, &c. *sitiui, & dedistis mihi bibere*, &c. tunc dicet iis, qui à sinistris erũt, *discedite à me maledicti in ignem æternum*,

Christus de diabolo triũphauit, ideo super ipsum authoritatẽ habet.

Iob. 40.

Greg.

Hiero.

Bernard.

Matth. 25.

Digitized by Google

qui paratus est diabolo, & angelis eius, ô quid facient tunc peccatores! supra habebunt iudicem iratum, inferius chaos horrendum, intus conscientiam mordentem, foris mundum ardentem, à dextris diabolum attrahentem. Bernard. Bernard. erunt angustiæ vndique cum reprobis, superius erit iudex iratus, inferius horrendum chaos, à dextris peccata accusantia, à sinistris infinita dæmonia ad supplicia contrahentia, intus conscientia nostra, exterius mundus ardens, miser peccator sic deprehensus quò fugiet? latêre erit impossibile, apparêre intolerabile, dato quod reprobi sibi dicunt, non sumus digni Dominum nostrum possidere, sed tamen placeat vobis, vt apud pedes vestros possimus manere: respondebit: *discedite à me*, & dato quod dicant, & si nos repellis à te, saltem da nobis benedictionem tuam, & respondebit: vos habeatis maledictionem meam, ideò subdit *maledicti*: & dato quod dicant, mente saltem ad locum refugij, respondebit *in ignem*, & dato quòd dicant; saltem in aliquem bonum Dominum, qui nos clementer regat, præficies, respondebit, *qui paratus est diabolo*, & dato quod subiungant; aliquam bonam societatem da nobis, cum quibus possimus nos permanere, respondebit, *& angelis eius*, quasi dicat, pro Deo habeatis diabolum maiorem, pro sociis vestris diabolos minores, & videntes hoc peccatores quod nec precationem, nec mitigationem per se poterunt impetrare, cogitabit refugere ad Beatam Virginem, & ad omnes Angelos, & sanctos, vt pro eis iudicem, qui eos dilexit, rogent, sed statim respondebitur eis illud Prouerb. 6. Prou. 6. *Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ: nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.* In iudicio dæmones dicent, æquissime iudex, isti peccatores sunt nostri per culpam, qui voluerunt esse tui per gratiam, tui per redemptionem; & mei per malam operationem, à te receperunt stolam immortalitatis, à me damnosam tunicam, tuam imaginem dimiserunt, sed cum mea huc venerunt; ergo iuste iudex iudica illos, & Christus: *discedite à me maledicti*, scilicet qui sum vita, ite ad mortem, qui sum pax, ite ad dolores, qui sum gaudium, ite ad pœnam, qui sum cantus, ite ad planctum, qui sum bonus, ite ad malum, *maledicti à me*, cuius præcepta non seruastis, à Virgine matre quam paruipendistis, & honorem debitum non impendistis, ab Angelis, quorum inspirationibus non consentistis, à Sanctis quos in mundo oppressistis, & ab omnibus creaturis, quibus abusi fuistis, maledicti, scilicet à meo conspectu, à meo corde, à meo consortio, à mea hæreditate, ab Angelo cum protectione, à Sanctorum intercessione. Ite maledicti sensibus abutendo, scilicet oculis vanitates videndo, claudantur igitur oculi, ne lucem amplius videant, sed visiones horribiles; aures ne cantus audiant, sed mugitus, & dolorosos clamores; nares, ne vnquam sentiant odorem, sed fœtorem; gustus vt famem patiantur, vt canes; ideo *discedite à me*, ad quem locum, *in ignem æternum*, sed quantum stabimus, *in æternum*, sed præcipuè quare ibimus? *esurini in pauperibus* & nota quod condemnauit eos, & præcipue non quia fecerunt malum, sed quia non bonum fecerunt arguendo à minori, scilicet si tanta pœna datur iis, qui non fecerunt hoc, quid erit de te, qui non solum esurientem non pauisti, sed multos fame, & siti mori fecisti? qui non solum peregrinum non recepisti, sed hospitium abstulisti, & hospitalia deprædatus fuisti? qui non solum nudum non vestisti, sed indutum veste spoliasti, qui non solum infirmum non visitasti, & incarceratum, sed incarcerari & in carceribus mori fecisti. Bonis erit contraria sententia; *venite*, illis dixi, *discedite à me*; illis dedi meam maledictionem, sed vobis do meam benedictionem, scilicet *benedicti*, illos mitto in ignem infernalem vos introduco in regnum cœleste, ideo *possidete regnum*, illis dixi vt maneant in igne in perpetuum, vobis *vt regnetis in æternum*, *qui paratus est vobis ab origine mundi*, illis, dixi, vt habeant principem diabolum, vobis autem dedi patrem meum, *benedicti patris mei*, illis dixi, vt habeant socios diabolos, vobis, vt Sanctos, & Angelos, de quibus supra, *cum venerit filius hominis*, & notandum quod ministeriis Angelorum deducentur ad infernum, & inuoluentur in igne totius mundi, qui descendet cum eis, immo etiam totius ignis purgatorij; lux autem ignis istius mundi ascendet cum Angelis, & ignis sine lumine descendet cum eis: iuxta verbum Psalm. *Vox domini intercidentis flammam ignis*, *hoc* igitur *discedite à me maledicti in ignem æternum*, vt qui nunc in mea præsentia estis, in æternum me non videatis, nec dicit, maledicti patris mei, sicut dixit benedicti patris mei, quia pater ministrator est benedictionis, non maledictionis, & in ignem æternum, qui est alter longe ab isto quo vtimur, quia iste, nec æternus duratione, nec afflictionis immensitate, vt ille, & dicitur diabolo paratus, & angelis eius, non hominibus, quia non fuit factus propter homines, nisi inquantum operibus diaboli se conformant, à quo nos liberet ille benedictus Iesus: responde. Amen. Psalm.

DE POENIS damnatorum.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de pœnis inferni comprehendit tres præcipuas partes.

Prima pars principalis,
De damnatorum incarceratione.
Secunda pars principalis,
De eorum spirituali incarceratione.
Tertia pars principalis,
De eorum cruciatibus.

Sermo XVII.

PLVET *super peccatores laqueos ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Psal. 10. In quo verbo tria reperiuntur inserta, quæ sequuntur. Psal. 10.

Primo, damnatorum incarceratio ibi, *Pluet super peccatores.*

Secundo, spiritualis afflictio ibi, *Spiritus procellarum.*

Tertio, damnatorum cruciatio ibi, *Ignis, sulphur.*

PRIMA PARS PRINCIPALIS,

Agens de damnatorum carcere.

QVantum ad primum, sciendum, quod carcer damnatorum est infernus, & hoc ratione triplici. Primo, ratione contrariorum stabilitionis. Secundo, ratione iniquitatum contributionis. Tertio, temporalium æternis præpositionis.

Prima ratio, quandoque inuenitur res, quæ in se continet duo contraria, oportet, quod si vnum illorum inuenitur per se, inueniatur & reliquum: vel sic, si de duobus contrariis vnum reperitur alterũ extremorum non reperitur & hoc ex radice stabiliendi cõtraria apud Philosophos verbi gratia, in mundo isto sensibili vbi habitamus inuenitur abundantia, & indigentia, lætitia, & tristitia; sanitas, & infirmitas; claritas, & obscuritas: sed sedes Sanctorum est cœlum, vbi est vita beata, est locus vbi est abundantia sine indigentia, lætitia sine tristitia, claritas sine nebula; quia sicut dicit Bernard.

Digitized by Google

Bernard. Ciuitas cœlestis totum continet, quod delectat; ergo oportet alium locum esse vbi omnia contraria his inueniantur scilicet indigentia sine vlla abundantia, tristitia sine lætitia, infirmitas sine sanitate, obscuritas sine aliqua claritate; & iste locus talibus miseriis repletus dicitur infernus. Item in igne sunt duæ qualitates, scilicet splendor, & calor in hoc mundo; sed in cœlo est splendor sine calore: ergo in inferno est calor sine splendore. Bonau. dist. 4. & auctoritas scripturæ. Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.* Matth. 25. Auctoritas in veteri testamento, Isa. vlt. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Isa. vlt. Exemplo etiam monstratur per Gregor. in dial. Quod quidem Iulianus narrauit, quod pater soceri sui, temporibus Theodorici in Sicilia, exactionem canonis egerat, & rediens ad Italiam, applicuit cum naui ad insulam, quæ Liparis dicitur, in qua quidam vir Sanctus habitabat, qui accessit ad eum, vt se suis orationibus commendaret, cui vir Sanctus dixit: Theodoricus Rex mortuus est, nam externo die hora nona, inter Ioannem Papam, & Symmachum patritium, discinctus, & discalceatus, & vinctus manibus, deductus in hac vicina olla Vulcani iactatus est: illos enim duos Sanctos occidi fecerat. Gregorius.

Secunda ratio est, iniquitatum contributio, nam sicut merito debetur gloria æterna, sic demerito pœna æterna; iuxta symbolum Athanasij: Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui vero mala, in ignem æternum Psalm 6. *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Apoc. 20. Et diabolus, qui seducebat eos missus est in ignem, & in sulphur, vbi & bestiæ, & pseudoprophetæ cruciabuntur die, ac nocte in sæcula sæculorum. Exemplo monstratur per Greg. 4. dialog. Quòd quidam nobilis, Reparatus nomine, venit ad mortem, & cum diu mutus, & rigidus iaceret, visum est, cunctis astantibus, quod flatum vitalem emisisset, cumque familia iam lugere cœpisset, qui putabatur mortuus, reuiuiscit, & ait: Citius ad Ecclesiam Sancti Laurentij Damasi puerum mittite, vt quid de Tiburtio presbytero agatur videat, & renuntiare festinet. Hic enim Tiburtius tunc carnalibus desideriis subiacere ferebatur, pergente puero, idem Reparatus narrauit astantibus, quod illuc vbi ductus fuerat eum agnouit, & quod ibi ingens lignorum rogus paratus fuerat, & Tiburtius presbyter illuc adductus rogo superpositus, & adustus. Alius autem parabatur rogus, cuius cacumen cœlum tangere videbatur; & ille clamauit, cuius est? Nec vltra valens aliquid Reparatus dicere mortuus est. Puer verò, qui ad Tiburtium missus fuerat, iam eum mortuum inuenit. Nota tamen, quod dicit Greg. quòd ligna ardeant apud inferos, hoc dicit narratiue. Vides ergo, quod ex recta retributione diuina, sicut iusti præmiantur in cœlo, sic iniqui puniuntur in inferno: nam sicut beatitudo electos lætificat, ita credi necesse est, quod à die exitus sui ignis reprobos exurat. Athan. Psal. 6. Apoc. 20. Greg. 4. dial.

Tertia ratio est, temporalium æternis præpositio, quia qui mortaliter peccat, præponit commutabile bono æterno, & infinito, ergo contemnit, & offendit bonum æternum, & infinitum. Sed tanta est offensa, quantus est is qui offenditur; ergo cum ipse sit infinitus, offensa debet iudicari infinita, Cum ergo pœna debeat proportionari offensæ, necesse est, quod peccato mortali reddatur pœna infinita. Sed non potest reddi infinita intentione, ergo duratione. Auctoritate probatur Iob. 21. *Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonum organi. Ducunt in bono dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt Deo: Recede à nobis, vias tuas nolumus.* Iob. 21. Luc. 3. Et verba sunt Ioannis Baptistæ: *Congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne extinguibili.* Exemplum naturale ponit Augustinus, dicens, quod peccator decedens in mortali, punitur æternaliter, quia peccatur contra bonum æternum. Et hæc sic ostendit in humanis iudiciis, & legibus. Peccans contra rempublicam aliquo graui crimine, morte moritur, non quia mors qua occiditur eius supplicium esse leges æstiment, cum sit hora breuis: sed quia eum in tempiternum auferunt à societate viuentium. Vnde in proposito ait Gregor. 4. dial. Ideo peccator cruciandus est æternaliter, quia peccat in suo æterno. Sed si forte obiiceres, Deut. 25. *Iuxta mensuram peccati, erit & plagarum modus.* Deut. 25. Sed nullus peccat æternaliter. Bonauent. quòd duæ sunt pœnæ, scilicet duratio, & intensio. Intensio respondet intensioni libidinis, quæ finita est: duratio vero respondet durationi peccati, & in hac vita, quoad voluntatem, & in alia quoad obstinationem, quia in inferno in ea voluntate, qua discedit, in ea remanet. Peccatum enim licet sit finitum, tamen durat in infinitum, ideo punitur pœna infinita duratione, acerbitate tamen finita. Vnde 4. dial. ait Petrus: Scire vellem quomodo iustum sit, vt culpa, quæ cum fine perpetrata est, sine fine puniatur. Cui Gregor. Hoc recte diceretur si districtus iudex, non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim adeo sine fine deliquerunt, quod cum fine vixerunt. Nam voluissent vtique si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ad magnam ergo iudicantis iustitiam pertinet, vt nunquam careant in gehennæ supplicio, qui in hac vita noluerunt carere peccato. Sed iterum videre superest ex quo est infernus, vbi sit. Et dicitur, quod est sub terra, & hæc monstrat triplici ratione. Primo ratione corporum elegantiæ. Secundo ratione statuum concordantiæ. Terrio meritorum distantiæ. Prima ratio est, quia quanto corpus est nobilius, tanto locus debetur ei nobilior. Si ergo nobilissimis corporibus, puta glorioſis, debetur locus supremus, scilicet cœlum empyreum; ergo restat, vt corporibus ignobilibus, puta corporibus damnatorum debeatur locus infimus; hoc autem est sub terra, ergo &c. Auctoritas Isa. 14. *Infernus subtus conturbatus est in occursum aduentus tui.* Isa. 14. Et in Symb. Apostol. *Descendit ad inferos*: cum descendere dicat motum ad illud, quod deorsum est, & ipse erat in terra, ergo infernus est sub terra. Secunda ratio est, quia locus per concordantiam debet respondere statui. Status viæ est medius inter pœnam, & gloriam; ergo locus debet esse medius: ergo cum sit inferior loco Beatorum, debet superior esse loco damnatorum. Exemplum vnum, quodque in suo proprio loco locatur, sicut patet in corpore humano, vbi oculi locantur sursum in alto loco, quia debent totum corpus dirigere: & pedes in infimo, qui debent totum corpus portare: & cor in medio, quia debet omnibus membris vitam influere. Et secundum hunc modum, Angeli, qui sunt luminosi per gratiam, oportet, quod sint in loco supremo, & luminoso: & damnati, qui sunt obscuri per culpam, debent esse in loco tenebroso. Sed nullus locus in mundo est tenebrosus, nisi medium terræ, sicut patet ad visum; quia cœlum est luminosum: & ignis, & aër, & aqua, & terra in superficie illustrantur, & sic nullus locus, præter centrum terræ, manet tenebrosum; vnde vocantur tenebræ exteriores: auctoritas Luc. 22. *Ligatis manibus & pedibus proycite eum in tenebras exteriores.* Luc. 22. Et Iob. 17. *In profundissimum infernum descendent omnia mea: putas ne saltem ibi erit requies mea.* Iob. 17. Raba. super istud Matth. 12. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ.* Raban. ad Matth. 12. Sicut cor animalis in medio est, sic infernus in medio terræ. Tertia ratio est, quia sicut status damnatorum perfecta distantia distat à statu bonorum, ita locus à loco. Et sicut statui beatitudinis datur locus supremus, ita statui miseriæ locus infimus; quia peccatum, cum sit vilissimum, disponit hominem ad locum vilissimum in infinitum. Aug. 9. de ciuitate Dei, 13. c. Ordo est parium disparium que rerum cuique loca distribuens dispositio. Auctoritas Luc. 16. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Aug. Luc. 16.

Digitized by Google

Prouer. 9. *inferno.* Sepeliri dicitur fodi sub terra, Prouerb. 9. loquitur de mala muliere, *& ignorat quod ibi sint gigantes, & in profundum inferni conuiua eius.* Qui enim applicabitur illi, descendit ad inferos: nam qui absceſſerit ab ea, saluabitur. Exemplum enim naturale habemus, loca vt sint conuenientia, oportet, quod conueniant suis ponderibus. Nam quia lapis grauis est, semper tendit ad centrum, nisi sit remouens prohibens. Ignis autem quia leuis est, per appetitum suum naturalem sphæram appetit ascendere: tunc enim bene stat, & in quiete est, quando est in loco simili & conuenienti. Sic autem est in spiritibus: verbi gratia, amor meus, pondus meum, eò feror quocunque feror: animæ, quæ perfectè, amauerunt Deum, & corpus dimiserunt suo pondere, ad cœlum, tendunt, quæ verò terram amauerunt, ad centrum tendunt; quia impedimentum resistens non habent; sicut lapis ab alto cadens ad centrum terræ tenderet, nisi aliquod impedimentum resistens teneret eum, nec vltra centrum se moueret. Anima cum sit spiritualis licet resistens, & exuta, in hora transitus oportet, quod descēdat Greg. 10. dial. Si idcirco infernum dicimus, quia inferius iacet, quod terra ad cœlum est, hoc esse infernus, & inferius debet ad terram; vnde fortasse per Psalmistam dicitur Psalm. 85. *Liberasti animam meam ex inferno inferiori*; vt infernus sub terra esse videatur. Et Ioannes vix in ea æstimatione concordat, Apoc. 2. qui cum signatum librum, & sigilla vidisse se diceret; quia *nemo inuentus est dignus, neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram, aperire librum, & soluere signacula eius. Et nullus in cœlo,* quia videlicet Angelus, *nullus in terra,* quia videlicet homo viuens in corpore; *& nullus subtus terram,* quia videlicet animæ à corpore exutæ. Cum ergo ad soluendum librum nullus sub terra inuentus est dignus, quid obstet non in Deo, quia infernus sub terra esse credatur. Secundum si forte obuenies, quod multi plures erunt damnati, quam saluati, sed cœlum erit plenum electis, secundum quod dicitur Matth. 22. *Impleta sunt nuptiæ discumbentium:* & Luc. 10. *Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea*: ergo incertum est, quod damnati habeant maiorem locum, quam sit locus cœli, cum sint multo plures: ergò cum infernus complectatur omnes damnatos, necesse est vt sit tantæ amplitudinis, vt cœlum; ergo impossibile est, quod sit sub terra: ratio, quod cum obiicitur quod cœlum plenum est electis, dicendum, quòd istud non intelligitur de plenitudine coangustationis, sed de plenitudine pulchritudinis, qua dicitur cœlum plenum esse stellis, & mare piscibus, & mundus hominibus. Si quæras imaginatione qualiter capiatur id quod tanta multitudine hominum sub terra dici potest, quod omnes homines, qui nunc sunt, vix caperent millesimam partem terræ si simul essent. Si ergo omnes homines, qui fuerunt ab initio, & erunt vsque ad finem, excedunt homines, qui nunc sunt, proportione omnes homines vix caperent superficiem terræ; si ergo concauitas minor sit capacitas, quàm sit superficies, multominus poterunt capi in concauitatibus terræ, quæ quamuis non nobis appareant, cum multæ sunt, sicut nobis ostendunt decursus aquarum de montibus: & concussiones terræ motuum. Et infernus creditur esse maxima concauitas; has per M. Matth. capacitates habeo, omnia sunt rationes, Bonauent in 4. dist 20 Sed nihil in eadem dicit, quod damnati in inferno ita compremuntur, quod continere poterunt in concauitate terræ, sicut in quadam rota. Pſalm. *Pone illos vt rotam*: vel potest dici, quod si concauitas, quæ est terra, non sufficit, Deus terram augebit; vel de nihilo, sicut de nihilo creat, vel rotam aëris, quam occupauerunt aquæ diluuij conuertit in terram.

Pſal. 85.

Apoc. 2.

Matth. 22.
Luc. 10.

Pſal. 82.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS,

Agens de pœna damnatorum ſpirituali & interna.

SEcunda pars est intrinseca, & spiritualis pœna damnatorum, cum dicit, *Spiritus procellarum*, &c. vnde vero, quod damnati habent duplicem pœnam, scilicet intrinsecam, & extrinsecam, damnatorum pœnæ innumerabiles existunt, quibus explicandis, nec vox, nec humana lingua sufficeret, iuxta illud Psalm. 39. *Circumdederunt me mala, quorum non est numerus*: tamen ex sacra scriptura aliquæ sunt ex parte animæ, aliquæ ex parte corporis. Ex parte animæ, quæ extrinsecæ nominantur, sunt plures. Prima est priuatio beatitudinis, quæ maior est omnibus. Nam vt ait Aug. Non inueni locum animæ meæ, præter te Deus meus: ita animæ, quæ priuantur summo bono, & optimo Deo, nunquam quiescent, nec contentæ esse poterunt, propter inclinationem naturalem: spiritus ad spiritum, sed reuerentur à multis prohibentibus. Omnes autem damnati, vt ait Chrysost. sciant se priuatos esse beatitudine. Matth 21. *Auferetur à vobis regnum Dei*, Et Isa. 26. *Non videbit gloriam Domini.* Sed dices non me creauit Deus vt me damnaret, nec tanta passus est pro me, vt me perderet. Respondeo. Si aliquis emisset à Saracenis vnum captiuum, & constituisset eum supra domum suam: tradidisseque ei in custodiam vxorem propriam, & omnia bona; ipse autem vxorem pollueret, & filios interficeret, & omnia bona dissiparet: nonne dominus hunc seruum post suum reditum puniret, non obstante, quod eum redemisset: quanta autem sit ista pœna, ostendit Augustinus dicens: Mali si possent, mallent, & in pœnis Deum videre, quàm extra pœnas. Secunda pœna quia sciunt se à Deo esse exosos, & maledictos, non quia talis passio cadat in Deum, sed quia non apponit misericordiam suam. Sap. 9. *Odio sunt Deo impius, & impietas eius.* Iob. 24. *vsque ad inferos peccatum illius, obliuiscatur eius misericordia.* Tertia pœna, quia vident gloriam Beatorum, & maxime eorum, quos in hac vita contempserunt. Sap. 5. *Videntes turbabuntur in subitatione insperatæ salutis, & præ angustia spiritus gementes, & dicent, hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & similitudinem improperij; ecce quomodo computati sunt inter Filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.* Vnde nota secundum Bona. in 10. dist. 5. Damnati, & saluati se vident adinuicem vsque ad diem iudicij, peracto autem iudicio, boni malos videbunt, sed mali non videbunt bonos. Et rationem assignat, dicens: Boni gaudebunt, & laudabunt Dei iustitiam; mali similiter dolebunt de gloria omissa. Ergo si non contingit gaudere, & dolere, vtrique cognoscunt scilicet boni teueritatem iustitiæ, & mali dignitatem gloriæ, sed boni hoc non vident in se; ergo constat, quod vident inuicem. Quia quod consideratio Beatorum gloriæ est reproborum pœna. Et consideratio pœnæ reproborum est electis gaudium, quia damnati considerant gloriam sub ratione amissionis, isti sub ratione euasionis: vnde Psalm. 57. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Et quoniam gloria Beatorum super manat, & post iudicium erit copiosior; ideo electi, & nunc, & tunc videbunt pœnam reproborum. Et reproborum pœna similiter post iudicium intendetur, & ideo impedietur, vt Beatorum gloriam non liceat eis considerare, nec ab eis auxilium petere, vt dives petiit, quia tormentorum suorum magnitudinem non poterunt sustinere, ita quod liceat aliis vacare, immo absorbebuntur totaliter à pœnis. Greg. super Luc. Infideles in imo positi ante diem iudicij fideles super se in requie attendunt quorum gaudium post contemplari non possunt. Quòd autem boni videant malos, testificat Mag. sentent. in 10. dist. 50. Sicut Sancti tradunt,

Sap. 9.
Iob. 24.
Sap. 5.
Pſal. 57.
Gregor.

&

Digitized by Google

& boni malos,& mali bonos vident vsque ad diem iudicij; post iudicium vero boni videbunt malos, sed non mali bonos. Quarta pœna est vermis,& remorsus conscientiæ de malis commissis. Isa. 66. Vltra *vermis eorum non morietur*, quia semper remanet in eis, si de peccatis reprehenduntur. Bonauentura in 10. distinction. 50. Ipsa translatio vermis, & dolorem spiritualem manifestat. In quibus,& qualis sit vermis,si attenditur ratio transferendi, in verme autem materiali considerata origo,est in ordinatione. Oritur enim ex putrefactione; & mordet illud in quo oritur. Sic in spirituali dolore,non quibus dolor est vermis, sed qui nascitur ex putrefactione peccati, & tunc peccatum dicitur putridum, quando anima in eo requiescit finaliter. Rursus oportet,quod sit in dolore morsio. Dolor etiam est in concursu duorum mouentium,se inuicem obuiantium,& resistentium, & duo mouentia sunt in homine, voluntas naturalis,& deliberatiua, quarum vtraque mouetur. Ista concurrunt per conscientiam dictantem aliquod factum esse indebitum, & obuiant quando naturalis detestatur indebitum, & deliberantem. Tunc autem resistunt,quando vtrique in suo actu vigent,quod illa efficitur detestata, & ita immutabiliter adhæret. Secundum 1.2.h.patet,in quibus est vermis,& quando: nam deficiente concursu, qui est per peccatum, conscientia non est vermis sicut in hæreticis, & in his qui credunt peccando benefeciſſe deficiente obuiatione non est vermis, vt puta in his, qui dolent de culpa, sed voluntatem habent,non tantùm naturalem,sed etiam deliberatiuam, vt sunt peccantes deficiente resistentia,non est voluntaris,vt puta quando voluntas tanta delectatione fertur in peccatis,quod absorbet motum voluntatis naturalis, vt non sentiat. Et etiam patet quare vermis deficit, & propter defectum putrefactionis in iustis,& concursus iniecit, & obuiationis in punientibus vere, & resistentiæ in his, qui peccant ex magna libidine. Et ex his patet,quod in damnatis vigebit vermis, quia ibi erit peccati putrefactio ex hoc, quod finaliter remansit in anima eorum, vbi erit concursus propter peccatorum apertissimam visionem,quia iusto Dei iudicio fiet,vt mali simul omnia peccata memorentur, vt & de omnibus continue torqueantur. Et ideo vermis est, & non intensior nunc,quam ante. Ibi erit obuiatio propter voluntatis deliberationem,obuiationem, syndere sim, & remurmurationem; ibi erit resistentia: delectatio peccati erit per pœnæ acerbitatem; & ex hoc vermis ipsius synderesis actio fortificat; ex hoc vermis mirabiliter rodens,& puniens; quia voluntas rationalis, secundum quod natura est recta,seruit creatori,& tunc creator creaturæ deseruiens armabitur contra creaturam in tormentum. Iob. 24. *Obliuiscatur eius misericordia,dulcedo illius*, glossa quia quod fit primo dulcius in culpa, fit vermis amarus in pœna. Iste autem vermis qui in hac vita propter non resistentiam quasi,hic est sopitus, tunc euigilabit. Sed quæratur hic nunc ab illis, qui iam fuerunt spirituales,& post ceciderunt, quomodo stat eis conscientia, & quomodo mordet. Greg. lib. 60. moral. vlt. Peruersæ itaque menti dulcedo vermis est, quia inde delectabiliter pascitur; vnde per inquietudinem incessanter agitatur.

Isa. 66.

Iob. 24.

Gregor.

Quinta pœna, ignis affligens spiritus; qui ideo magis contristantur, quia sciunt damnatorum animæ, quod constat spiritus, se tamen pati à corpore, quod est ignis. Iob. 20. *Deuorabit eum ignis,qui non succendetur*: & vt recitat Dinus Bonauent. in 10. dist. 20. quod per operationes artis potest fieri,quod ignis non extinguatur,sicut dicunt alij,qui experti sunt, quod si ignis cum sulphure includatur in vase, ex quo nulla possit fieri euaporatio, in æternum duraret sine nutrimenti appositione; licet autem nihil prohibet in igne infernali intelligere cum sub terra constat inclusum esse, Deut. 31. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima*; videtur autem hoc impossibile scilicet spiritum posse pati ab igne corporeo, quia omne agens in aliquid agit per contrarietatem, & contactum: sed ignis ad animam,nec contactus potest esse,nec contrarietas aliqua,quia anima est impalpabilis quia spiritus plena: in 10.q.20.circa prædictam quæstionem tripliciter sit via. Aliqui vero Philosophorum negauerunt similiter spiritum incorporeum posse cruciari, attendentes eius incorruptibilitatem pro eo, quod senserunt omne incorporeum impassibile. Sed iste est error manifestus: fit enim dolor generaliter ex amore cum priuatione amati, sicut si dolet quis de morte patris. Item contrario nota,sicut alij circa idem. Et spiritus incorporeus potest gaudere, quare & non dolere,cum naturaliter in mente eius possint assertiones,etiam alternari,ideo aliorum Philosophorum modernorum positio fit,quod substantia spiritualis potest dolere, & pati,non per actionem alicuius, sed potius per priuationem intellexerunt: quod anima desiderat summum bonum, quo potest priuari per multa mala merita in hac vita: & ideo ex eius carentia generatur in eo maxima tristitia, & hanc pœnam dixerunt esse. Post hanc vitam,& non aliam,sicut non est aliud gaudium spiritibus, nisi in contemplatione summi boni. Ista positio in Angelis, quamuis veritati magis appropinquent, tamen deficit. Sic enim est in originali peccato, vt est pura priuatio inscitiæ debetur pœna damni, & carentia beatitudinis æternæ: tertia Catholicorum, quod actuali peccato, quod licet non tamen consistit in priuatione, ideo in deordinata delectatione, non tamen debetur æternæ beatitudinis carentia; ideo etiam aliqua pœna afflictiua,ideo dicit fides Christiana,quod spiritus separati cruciantur,non tamen per summi boni absentiam, sed per afflictionis præsentiam; ad quod credo sufficit auctoritas veritatis, Matt. 29. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius*: isti autem sunt spiritus; ergo Greg. 10. dial. Sicut viuentis hominis incorporeus spiritus, sic & corporeo igne teneantur. Et idem ibidem. Certe reprobis veritas in fine dictura est. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius*. Si igitur diabolus eiusque angeli cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si animæ,antequam recipiant corpora, possunt corporea sentire tormenta? Quantum vero sit terribilis insinuat. Et Augustinus dicit: Ille ignis sic se habet ad præsentem, sicut alius fictus pictus ad verum. Sexta memoria spiritualis prosperitatis, 16. *Recordare, quia recepisti bona*: &c. Sap. 5. *Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam vmbra*. Psal. 48. *Cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius*. Septima est pauor continuus. Sap. 4. *Venient in cogitatione peccatorum suorum pauidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum*. Bonauen. in 10. distin. 90. vtrum in damnatis sit actus memorandi. Octaua pœna est ignominia, quia sciunt scelera omnibus esse nota, ideo quia cognoscunt se contemptos esse à Deo,& ab Angelis, & à beatis animabus, atque ab ipsis dæmonibus, & ab aliis damnatis hominibus, sicut per similitudinem homo verecundatur stare nudus coram aliis, & maxime si habet aliquam deformitatem,quàto magis apparet nudus, & tam deformis coram Angelis,& hominibus, & omnibus,cum anima damnata sit magis deformis quam excogitari possit? Prouerb. 18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit: sed sequitur eum ignominia,& opprobrium*.

Iob. 20.

Deut 31.

Matth. 29.

Greg.

Sap. 5.

Psal 48.

Sap. 4.

Nona pœna est malum velle, sed impotens, quia quod malum volent perficere nequeunt: *ligatis manibus, & pedibus proycite eum in tenebras exteriores*, & hoc propter eorum superbiam. Quanta pœna putas est superbia,quando non poterunt se vindicare,& non poterunt suum malum expellere? Ista est pœna magnatum

Digitized by Google

gnatum mundi, quod moriuntur dolore, quando non possunt se vindicare, vel suum malum velle expellere. Iob 5. Iob.5. *qui dissipat cogitationem malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant.* Bonauent. in 4. dist.50.dicit,quod mala voluntas dicitur duplex:actus, habitus,dico quòd timor seruilis damnatis non aufert habitum malæ voluntatis,sed aufert actum.Iste autem non vult luxuriari,quia timet puniri de ipsa mala voluntate,tamen habitum non aufert: quod patet, quia si separetur impunitas,vellet vtique luxuriari: sicut in damnatis est intelligendum, quòd dolor pœnalis aufert ab ipsorum voluntate actum volendi peccare: re vera damnati non appetunt luxuriari, nec dominari, propter pœnas,quas ex illis actibus sentiunt se incurrisse: habent tamen habitum voluntatis malæ,per quã appeterent peccare,si non crederent ex hoc puniri. Si ergo quæris,vtrum damnati vellent peccasse:dico quod nollent peccasse, non propter hoc quod peccatum eis displiceat,quia iniustum Dei offensiuũ,sed quia displicet peccata puniri, & ideo malam habet voluntatem hoc volendo,& ita fuit in eis voluntas peccandi, licet dolore pœnarum impediatur ne exeat in actum suum. Sap.5. *dicentes intra se, & pœnitentiam agentes & præ angustia spiritus gementes.* Sap.5. Augustin. de fide ad Pet.c.26. Qui in hac vita fructuosam non fecerit pœnitentiam, habebit quidem in alio sæculo pœnitentiam de malis suis. Sed indulgentiam in conspectum Dei non inueniet,quia etsi ibi erit funiculus pœnitudinis,nulla ibi erit correctio voluntatis: à talibus enim ita culpabitur iniquitas sua,vt nullatenus possit ab eis diligi, vel desiderari iustitia:voluntas enim illorum talis erit, vt etsi semper habeat in se malignitatis suæ supplicium,numquã tamen posset recipere bonitatis affectum: quia sicut illi, qui cum Christo regnabunt,nullas in se malæ voluntatis reliquias habebunt: ita illi qui erunt in supplicio ignis: etenim cum diabolo, & Angelis eius deputati,sicut nullam vltra habent requiem,sic bonam nullatenus poterunt habere voluntatem;& sicut perfectio gratiæ dabitur cohæredibus Christi ad æternam gloriam; ita consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas pœnam,quantum ad æternitatem.

Decima pœna est iracundia contra inflictionem pœnæ: iracundi enim sunt sicut furiosi; Sap. 16. *superuenit illa sæua bestiarum ira,* Psal.111. *peccator videbit & irascetur,dentibus suis fremet,& tabescet:* exemplum in vitis Patrum legitur, quod quidam vsurarius habuit duos filios, quorum alter remansit cum patre in sæculo,alio existente in religione: sed post modicum tempus mortuus est pater, cui successit filius:post modicũ tẽpus mortuus est filius.Audiens hoc alter qui erat in religione,orat Deum, vt aliquid scire posset de conditione patris,& fratris,& raptus ad infernum,neminem eorum videbat: & cum diligenter inspiceret, egrediebantur de vno puteo inflammati,& ligati,& sibi inuicem maledicentes: pater dicebat filio,Maledictus tu sis filius,quia propter te fui vsurarius,& hanc pœnam intraui: Filius vero dicebat patri maledictus tu sis pater,quia si vsurarius non fuisses, & iniustè non exegisses,ego iniustè non possedissem, & hanc pœnam non sustinerem. Sap.16. Psalm.111.

Vndecima pœna est displicentia: nihil enim in eis est quòd gaudeant, sed sibimet sunt odio. Ezech. 6. *Displicebat sibimet.* Et Iob. 7. *Factus sum mihimet ipsi grauis.* Ezech.6. Iob.7. Et verè tanta est displicentia, quod damnati mallent non esse, quam sic esse damnati.Vnde Bonauent. in 4.dist. 50.dicit quod non esse nullo modo est apperendum apperitu recto. Similiter non esse damnatum,vel esse infœlicem,& si aliquid horum appetatur, fantastica est non ordinatio vera: sed vtrumque horum fugiendum est: & cum se habeant sicut excedentia,& excessa, vtrumque altero magis fugiendum est diuersis cõsiderationibus,quia enim non esse amittit totum bonum, pœna partem: ideo hoc magis fugiendum. Simpliciter tamen loquendo,quia corruptio in non esse excedit in infinitum.intensiuè infinitum secundum proportionem: pœna verò excessiuè in infinitum secundum veritatem. Ideo credo, quod magis appetendum esset, si poneretur in electione, non esse omnino, quàm in æternum torqueri. Et loquitur de appetitu qui refugit incommodum: hoc enim iudicat mens mea magis portabile,sicut decollationem magis quam ignis diuturnam adustionem,Matth.26. *Melius erat ei si natus non fuisset homo ille.* Et Isidor.Melius est non viuere,quam male viuere.Verumtamen secundum appetitum honesti,quia cruciatus iniqui spiritus est ad gloriam Dei,vtique male deberet ignibus subiacere ad continuam Dei laudem, quam per omnimodam corruptionem manum Dei effugere. Concedo igitur quod damnati mallent non esse, & omnis homo rectè illud deberet appetere,considerata grauitate vtriusque pœnæ, non tamen dico quod sit magis appetendum simpliciter, tamen ipsi magis appetunt.Augustin.lib.de miseria huius mundi,loquens de damnatis ait.O mors quam dulcis es,quibus tantùm amara fuisti: te solum desiderant,qui te vehementer oderunt. Matth.26. Isidorus.

Duodecima pœna inuidia beatorum,& omnium saluandorum, Eccl.9. *Amor quoque & odium, & inuidia simul perierunt.* Eccl.9. Bonauent. in 4. dist. 50. Inuidia insurgit ex defectu charitatis,& amore proprij boni, sed vtrumque in damnatis est. Ergo in eis est maxima inuidia. Si ergo inuidus nollet aliquem videre bonum, nec beatum: ergo damnati vellent quod omnes cum eis essent damnati. Augustin.de cathec.Cautus esto, ne tibi aliunde hostis subrepat, quod solatium mali est, qua voluntatem peccantium, cum quibus damnetur, inquirit. Vnde nota quod in damnatis aliquo modo remittantur affectiones libidinis propter pœnarum magnitudinem, illæ inquam affectiones, quæ habent annexam delectationem, in quibus pœnalitas roboratur. Vnde & si cesset actualis affectus luxuriandi, & dominandi,tamen intenditur affectus siue furor impatientiæ, & liuor inuidiæ. Vnde tunc *dentibus suis fremet, & tabescent.* Et quoniam vigebit in eis odium, & inuidia,& vehementer tristabuntur: & tabescent in gloriam electorum:& ideo ad faciendam suam impiissimam æmulationem vellent nullos esse bonos, immo omnes miseros. Et quia nec ipsi ad beatitudinem possunt pertingere, nec alios possunt à statu beatitudinis amouere, ideo in seipsis vehementer tabescunt & confunduntur.Sed si obiicis de diuite, qui nolebat fratres suos venire in locum tormentorum. Respondeo,quod nullos ita diligunt naturaliter quin vellent eos esse damnatos hoc pacto, quòd nullo modo essent aliqui beati. Exemplum patet in illis qui habent odium capitale, qui desiderant vitam consanguineorum, attamen vellent quod multi ex consanguineis essent mortui, vbi possent affectionem vindictæ de inimicis suis adimplere. Sed nota quod non desiderant damnationem quorumcunque in hac vita,sed eorum quibus inuidẽt,& oduntO partiales maledicti,ô odientes pessimi, in inferno accrescet rabies vestra si quem vestrorum æmulatorum videritis saluatum, adhuc magis crescet vestra rabies, Iob.10. de tædio eorum loquens ait: *Fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum.* Apoc. *Quærent mortem, & non inuenient eam, & desiderabunt mortem,& mors fugiet ab eis.* Eccl 9. Bonauent. Luc.6. Obiectio. Responsio. Iob.10. Apoc.9.

Tertiadecima pœna, desperatio salutis. Iob, *Desperaui,nequaquam vltra iam viuam.* Iob.7.

Quartadecima pœna est certitudo damnationis, quoniam hoc faciunt,certum est quod in perditionem tradentur.

Quintadecima pœna est amentia,& furor dæmoniacus,proueniens ex morte non data. Psal. *furor illis secundum similitudinem serpentis,* id est dæmonis. Psal.57.

Sextadecima,cæcitas intelligitur.Matt 15. *Cæci sunt, & duces cæcorum: si cæcus cæco ducatum præstet, ambo*

in

Digitized by Google

in foueam cadunt : in inferno priuati sunt lumine gratiæ, scilicet fide, per quam cognoscimus creatorem, & creaturas similiter,& lumine gloriæ, id est visione beata, & perpetua, quia secundum Greg. qui mentis oculum Deo clauserunt, perpetuam in eo retinent cæcitatem; Psal. *introibit vsque in progenies patrum, & vsque in æternum non videbit lumen.* Sed nota secundum Bona. in 4. dist. 50. quòd in damnatis non est omnimoda cæcitas intellectualis, dicens quod est triplex actus lucis corporalis scilicet manifestare, dirigere, & delectare: sic est in luce spirituali: si loquuntur quantum ad primum actum, sic dico quod non omnino extra lucem erunt, quia aliqua eis erunt manifesta : sed illa solum, quæ fiunt ad cumulum pœnæ circa non : & ideo illa lux est ad manifestandum tenebras, & dicens in tenebrositatem non sistens in lumine, si loquamur quantum ad secundum actum quod est dirigere, sic dico quod omnino erunt extra lucem, quia non poterunt dirigi, erunt enim extra omnium viam,& tempus,& locum bene agendi.Eccl.9. *Quantum potest facere manus tua, instanter operare : quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.* Si quantum ad tertium, quod est delectare, sic dico similiter quod erunt extra lucem omnino,quia nihil cognoscent actu,in quo delectentur, erunt enim omnino absorpti à magnitudine peccatorum, ita vt non liceat cogitare aliqua delectabilia. Quantum ad id quod etiam dicitur omnino excæcari, & extra Deum esse ; & hoc intelligitur quantum ad directionem, & delectationem.Exemplum est diuitis,qui eleuans oculos Abraham vidit, & gloriam Lazari ad sui maiorem pœnam, & agnouit periculum fratrum, nec potuit obtinere bonum responsum. Ecce quocunque se vertebat,habebat crimen pœnæ. Augustinus super Psal.6.& in 4. sent.dist.50.c.5. Sanè exteriores tenebræ intelligi possunt quædam malignitas odij,& voluntas, quæ tunc excrescet in mentibus reproborum, & quædam obliuio Dei : quia tormentorum interiorum,& exteriorum doloribus adeo afficientur,& turbabuntur,vt ab illis ad cogitandum aliquando de eo vix,vel rarò,vel nunquam mentem reuocent: vt qui nimio pondere premuntur, adeo stupescant, & turbentur, vt interim in aliam cogitationem non extendant,sed illuc tendit impetus cogitationis,vbi sentitur vis dolorum. Hæc ille. Sed hoc magis fiet post iudicium,aliqua peccata cognoscent non per noui luminis donationem, sed per pœnæ afflictionem, quia vt dicit Gregorius,pœna aperit oculos, quos culpa claudit.

Psal.48.

Eccl.9.

Luc.16.

Aug.

Decimaseptima blasphemia diuitis.Apocalypsis 13. loquens de amore proprio, quæ est illa bestia, *& aperuit os suum in blasphemias ad Deum blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in cœlo habitant*, Apoc.16. *& æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam.*

Apoc.13.

Apoc.16.

Decimaoctaua pœnarum incorrectio : Quia si aliquis in inferno tantum lachrymarum funderet, quanta est aqua in toto mundo, non sufficeret ad ablutionem maculæ vnius mortalis : Plus virtutis haberet hæc vna lachryma, quàm omnes illæ. Augustinus de fi. ad Pet. in inferno, & si ibi erit cumulus pœnitudinis, nulla ibi erit correctio voluntatis, à quibus ita culpabitur iniquitas sua, vt nullatenus possit ab eis, vel diligi, vel desiderari iustitia. Considera enim quod tranſit tempus merendi, & quod in hac vita quasi in momento temporis, sicut latro potuisset mereri beatam vitam. Ierem. 8. *Transit messis, & nos salui non sumus.*

Aug.

Ier.8.

Tertia Pars Principalis,

De extrinseca damnatorum pœna.

De tertia principali damnatorum pœna extrinseca, quæ ex multis causis prouenit ex parte loci, qui erit extra orbem, i. erit subterraneus,in quo velut in carcere claudetur vt iam probatum est esse sub terra,Iob.18. *expellet eum in tenebras,& de orbe transferet eum.* hæc ergo sunt tabernacula iniqui, & iste locus eius;qui ignorat Deum.

Iob.18.

Secunda pressura corporum. Compressa enim erunt mutuo corpora damnatorum, ita vt nec contrahere, nec extendere se possint. Iob 41. De corpore dæmonis,quod est omnium damnatorum, dicit; *corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squamis sese prementibus, vna vni coniungitur, nec spiraculum quidem incedit per eas, vna adhærebit alteri, & tenentes se nequaquam separabunt.* Alio quoque modo exprimit. Psal. 48. *sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos* : quia sicut oues fortiter se comprimunt in hieme propter frigus, & in æstate ad vmbram ad declinandum æstum : sic peccatores in inferno ordinabuntur. Alio modo dicitur Matth.13.*Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Notabiliter dicit fasciculum, sicut enim habetur quod resurget vnusquisque in suo ordine, & sic nunc præmiantur sicut Apostoli in suo ordine, scilicet Apostolorum:martyres in ordine martyrum : ita omnes peccatores qui erunt infecti vno genere peccati, i. prædominante, erunt vno fasciculo constricti : nam de omnibus vsurariis fiet vnus fasciculus, de omnibus adulteris alius, de omnibus superbis alius. Isa. 24. *Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur in carcere,& post multos dies visitabuntur,* id est in iudicio.

Iob.41.

Psal.48.

Matth.13.

Isa.24.

Tertia est horror tenebrarum, quia nullum lumen, nec ignis,nec solis poterit habere. Sap.17.& *ignis quidem nulla vis poterit illis lumen præbere, nec syderum limpidæ flammæ illuminare poterunt illam noctem horrendam : Apparebit illis autem subterraneus ignis timore plenus : & timore perculsi illius, quæ non videbatur, facies, existimabant esse deteriora, quæ videbantur.* Bonau. in 4.dist.5. dicit quod Isidorus dicit, ignem gehennalem habere lucem,aliquando non habere,verum est. Lucebit enim ad desolationem, vt habeant vnde doleant, non ad consolationem vt habeant vnde gaudeant,ad quod intelligendū notandum est, quod ignis est in triplici differentia, est enim ignis purus,vt est in propria materia,& ignis incorporatus qui est in materia aliena,vt in terra,vel aëre,& est ignis non solum incorporatus,sed etiam permixtus, & ignis sulphureus, & confumosus Primo est lux & pure lucet, & abundanter. Secundo est ignis carbo.hic etiam lucet,& tenebras expellit.Tertio est ignis fumosus,& talis est tenebrosus, & hic erit in inferno. Rursus nota quod lux illuminat oculum ad videndum,potest ergo illuminare ad videndum delectabilia, vel indifferentia, vel tristia:primo, & secundo modo non erit lux in inferno, sed tertio modo & hoc sentit Greg.4. dial. Mitte Lazarum, &c.in qua enim congregatione vtriusque partis cumulus retributionis excrescit, vt boni amplius gaudeant, qui secum eos lætari conspiciunt,quos amauerunt,& mali dum cum eis torqueantur, quos in hoc mundo despecto Deo dilexerunt, eos non solum sua, sed etiam eorum pœna consumat.Magist.in 4.dist.50.c. 5. hic quæri potest, quare illæ tenebræ quibus inuoluentur mali in gehenna,dicantur exteriores,quia tunc mali erunt penitus extra lucem corporalem,& spiritualem,scilicet extra Deum erunt.

Sap.17.

Greg.

Magist.

Quarta est aspectus dæmonū,tantū enim sunt horribilia mōstra, quod aspectui non possent se demonstrare. Iob. 20. *vadent,& venient super eum horribiles,* Sap. 17. *persona tristis illis apparentis principem præstant.*

Iob.20.
Sap.17.
Iob.30.

Digitized by Google

Quinta consortium iniquorum. Iob. 30. *frater fui draconum, & socius struthionum*, sicut per exempla quantam pœnam credes vni esse, qui est nobilis homo, & fuisset conuersatus cum nobilibus, & ipse per suam culpam fuisset priuatus, & expulsus, & oportet cum stare cum miseris, & fœtidis, & leprosis. Sic considera de dæmonibus, qui sunt nobiles, & aliis nobilibus quanta pœna erit eis. Isa. 13. *vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combusta vultus eorum.* Isa. 13.

Sexta incendium non consumens. Eccles. 7. *vindicta carnis impij ignis, & vermis.* Bonauent. dist. 70. in 4. si de corporibus damnatorum quæratur vtrum ab igne affligentur, similiter est concedendum. Si autem quæratur vtrum consumantur, similiter est negãdum, sed si quætatur vtrum corrumpantur, hoc est distinguendum, nam corruptio vno modo dicit defectionem rei quam habet ad esse substantiale, & hoc modo idem est quod consumptio, & tali modo non corrumpuntur cum non moriantur. Alio modo corruptio idem est quod priuatio bonæ dispositionis, & hoc modo, quia à corporibus damnatorum aufertur quies, & bona dispositio, quæ generat in anima voluptatem, hinc est, quod cõtinuè corrumpuntur, & ibi est corruptio afflictionis & interemptionis, siue consumptionis, & hoc fit per aduſtionẽ ignis. Si autem quæratur quomodo capi, & intelligi possit possumus ad hoc manuduci, & exẽplo, & ratione: videmus enim quædam in igne viuere, sicut ponit Augustinus de Salamandra 21. de Ciui. Dei si ergo mirabilius est aliquid aliquando in igne conseruari sine afflictione, quam affligi sine consumptione & illud est secundum naturam: possibile ergo, nec illud debet videri impossibile: quod si dicas, hoc non est simile, quod natura illius animalis conformis est igni, natura vero humani corporis omnino difformis. Responderi potest dupliciter, vno modo quod quamuis natura humani corporis secundum statum præsentem sit ab igne consumptibilis, nihil prohibet quin creator qui naturam quando voluit, omnibus, & singulis dedit, talem naturam homini dare possit: nec mirum cum primus homo post lapsum suum corpus habuit alterius dispositionis: quia passibile est ad mortalitatem, modo necessarium ad mortem: hoc ipsum persuaderi potest exemplis sumptis à parte ignis, ideo illud vrit & non consumit; quia pabulum non requirit, & est exemplum manifestum in inflammatione auri ab igne, quod quidem inflammatur, sed non consumitur quia igni non præbet pabulum: sic nec humanum corpus igni infernali. Euidentissime autem exemplum patet de igne, qui est in partibus Siciliæ sicut patet aspicientibus, quod ille ignis montes illos ab antiquis temporibus æstuare facit, & tamen adhuc integri perseuerant, & illi sunt satis idonei testes, quod non omne quod vritur consumitur, & in legenda beati Nicolai etiam scribitur, quod in partibus orientalibus quidam ignis inuenitur, qui appositam sibi manum vehementer affligit, & tamen de manu nihil consumit. Si autem quæratur ratio huius, est quod hoc venit ex parte agentis, & ex parte parientis, isti enim igni data est virtus ad inflammandum non ad consumendum, & corpori data est virtus passibilis. Si autem quæratur ratio huius: dicendum, quod à parte naturæ passibilitas est ad suscipiendum, & ex parte Dei est potestas ad dandum, ex parte finis est congruitas ad sic sciendum, quia in infinitum debet homo in corpore cruciari, vt manifestetur iustitia Dei infinita. Gregor. 15. Moral. c. 7. super istud Iob *luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur*, persoluit enim in tormentis ea, quæ hic illicite seruat desideria, & flammis vltricibus traditus semper moritur, quia semper in morte seruatur; non enim in morte consumitur: quia si consumeretur vita morientis, cum vita etiam pœna finiretur. Sed vt sine fine cruciatur, viuere sine fine in pœna compellitur, vt cuius vita hìc mortua sit in culpa, illic eius mors viuat in pœna: non autem sunt ista duo impossibilia, quod aliquod corpus tangitur à calido, & non consumatur, cum videamus naturaliter aliquod corpus tangi à frigido, quod potius calefacit, quàm infrigidat: sicut manifestum est in aqua, & sicut illa corpora vruntur, & non consumuntur; ita compositum ex anima, & corpore affligitur, & non moritur. Si verò quæritur de corporibus malorum, quomodo in igne ardeant, & non consumantur, Augustinus variis exemplis affert, sempiternis ignibus ea ardere, & non consumuntur illa combustione sicut animus, cuius præsentia corpus viuit, & dolorem pati potest, & mori non potest, hoc enim erit tunc etiam in corporibus damnatorum, quæ nunc esse scimus in animis hominum. Sed si modo quæreres, nunquid iste ignis æqualiter cruciet reprobos; Gregor. 10. Dialog. Vnus quidem est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores, vnusquisque etenim quantum exigit culpa, tantum illic sentitur pœna: nam sicut in hoc mundo sub vno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorem æqualiter sentiunt, quia alius plus æstuat, alius minus: ita illic in vno igne non vnus est modus incendij, quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum; ita vt ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat. Si ignem non habeant simplicem, sed compositum ex fœtore sulphuris, Apoc. 21. *Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure.* Apoc. 21.

Septima pœna rigor frigoris. Quanta sit pœna ista, quia continue ducitur de calido excessiuo ad frigus excessiuum, & econtrario. Faciunt enim sicut coquinarij, qui quando volunt statim carnes coquere, sæpe de le[illegible]ere ferventi mittunt carnes in aquam frigidam. Et considera, quod in hieme homo maximè frigescens si statim vadit ad ignem, & maximè appropinquat, sentit quasi pœnam deliquium passi. Matth. 8. *Ibi erit fletus, & stridor dentium*, & Iob. 24. *Ad nimium calorem trãsiet ab aquis niuiũ, & vsque ad inferos peccatum illius.* Matth. 8. Iob. 24.

Octaua tabida fames. Psal. 58. *Et famem patientur, vt canes*, erit enim ibi tanta penuria quod nec vnam guttam aquæ habere poterunt, vt patet in diuite epulone in inferno sepulto. Luc. 16. vbi dicit glossa, Dives in inferno cogente inopia vsque ad minima petenda perductus est, qui sua tentatione vsque ad neganda pauperibus restrictus bona, vt mors quæ in mundo est præ cæteris timetur, ab omnibus desideretur. Apocalyp. 9. *Desiderabunt homines mortem, & mors fugiet ab eis*, vtilius esset homini si tunc se interficerent, quàm si dæmonem; quia diabolo interfecto, non propterea cessaret cruciatus eorum. Isa. penult. *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis; serui mei bibent, & vos sitietis.* Psal. 58. Luc. 16. Apoc. 9. Isa. 55.

Erit etiam fames rabida spiritualis, non sine ratione desiderij, sed ratione carentis: Greg. 6. Moral. c. 28. Tunc quippe reprobi vastitatem famis, passuri sunt, cum damnati extremo iudicio ab æterni patris visione se separant. Scriptum namque est: Tollatur impius, ne videat gloriam Dei, & per semetipsum Dominus dicit: *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi.* Simul ergo eos vastitas, famesque cruciat, qui non solum foris tormenta sentiunt, sed intus etiam inediæ peste moriuntur; vastat gehenna, quia concremat; fames interficit, quia suam illis faciem Redemptor abscondit; pœnæ namque contributionem interius exteriusque recipiunt, quia & cogitando miseri, & operando deliquerunt. Greg.

Nona pœna, sitis inextinguibilis, Iob. 18. *Exardescet contra eum sitis.*

Decima, gustus amarissimus. Ieremiæ 23. *Ecce cibabo eos absinthio, & potabo eos felle.*

Vndecima, fœtor ex corporibus damnatorum. Isa. 34. *Et de cadaueribus eorum ascendet fœtor*, qui etiam ipsis damnatis est intolerabilis. 2. Mach. 9. *Nec ipse* Isa. 34. 2. Mach. 9.

Digitized by Google

ipse fœtorem suum ferre poterat. Immo erunt ibi morsus serpentum, Ier. 8. *Ecce ego mittam vobis serpentes pessimos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos, dicit Dominus* ex carne eorum scaturient vermes. Iudith. 16. *Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum.* Greg. 10. Dialog. Nam libro Gen. attestante didicimus, quia super Sodomitas ignem, & sulphurem pluit, vt eos ignis incenderet, & fœtor sulphuris necaret; quia enim amore illicito corruptibilis carnis arserant, simul incendio, & fœtore perierunt, quamuis in pœna sua cognoscerent, quia æternæ mortis fœtori se delectatione tradidissent.

Ier. 8. Iudith. 16. Greg. Gen. 19.

Duodecima est confusus dolentium clamor, Sap 18. *Resonabat inconuenientis impiorum vox, & flebilis audiebatur planctus.* Exemplum habemus de quodam nouitio, qui nolens portare pœnam ordinis in quo erat, proposuerat in animo suo exire, dicens, quod non erat illius infernus? & apparuit ei mater sua, dicens, vis exire; & ille, volo, subito factus est sonus tam horribilis, vt videretur, quod cœlum scinderetur, & statim defecit; & confortans eum mater ait, vis audire aliquid de melodia paradisi? dixit, volo; & ecce sonus tam dulcis factus est, quod omne genus musicorum superat; & sic confortatus mansit in ordine. Apoc. 16. *Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum, & manducauerunt linguas suas, & blasphemauerunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus suis.*

Sap. 18. Apoc. 16.

Tertiadecima, totius corporis languor; languoribus enim quantumcunque diuersis totum corpus occupantibus, damnatorum corpora affligentur, vt febre, lepra, paralysi, & cæteris. Deut. 28. *percutiet te Deus vulnere pessimo à planta pedum, vsque ad verticem.* Machab. 9. *Vt de corpore impij vermes scaturirent ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent.* Et nec mirum vt dicit Bonauen. in 4. dist. 20. quia enim mali peccauerunt, per totum corpus punientur, & hoc quia quatuor elementa erunt ibi in sua actione contraria in corpus damnatorum, sicut enim ex scriptura colligitur, quatuor elementa esse creduntur ad perfectam damnatorum punitionem. Ignis. Matth. 25. Psal. 148. *ignis, grando, nix, spiritus procellarum.* Aqua. Iob. 24. Terra. Iob. 10. Terra miseriæ vt omnis creatura excandescat in tormentum contra iniustos, & in vltionem peccatorum, & per eadem puniantur, ex quibus constituuntur: quia vero ibi ad pœnam, ideo illa ibi esse dicuntur, quæ vigent in qualitatibus actiuis. Si autem quæratur per quem modum ibi elementa esse intelligantur, dicendum, quod elementa sunt ibi confusa, non distincta, nec ordinata; nec illa confusio pœnam minuit, sed auget pro eo, quod actio elementorum mutua post resurrectionem cessabit, cum esset generatio, & corruptio; sed tamen manebit actio eorum, virtus dirigetur, non tanquam intendentia multiplicare spiritum, sed secundum imperium Creatoris intendunt vindicare diuinam iniuriam, quod quidem fit affligendo humanam naturam, immo tantus erit languor, & defectus, quod non poterũt Beatos videre, nec ad aliud attendere. Sap. 18. *Sanctis tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem audiebant, sed figuram non videbant.*

Deut. 28. 2. Mach. 9. Bonau. Ps. 148. Iob. 24. Iob. 10. Sap. 18.

Quartadecima est singulorum membrorum dolor proprius, & maximus Nam ibi est torsio intestinorum, & dolor capitis oculorum, aurium, dentium, &c. vt per ea, quæ peccauerit, in ea torqueatur; & 2. Mach. 9. *Apprehendit eum dolor durus viscerum, & amara internorum tormenta.* In quodam sermo. & glossa Prou. 30. Singulis membris, quæ fuerunt arma iniquitatis fit adhibenda pœna, vt patet in diuite Epulone, qui petebat refrigerari in lingua vbi torquebatur, cum qua Deum maxime offenderat. Greg. in Homil. diuitis: quid ergo est, quod immutatur, quia in tormentis positus diues linguam suam refrigerare postulat, nisi quia is, qui in conuiuando magis de loquacitate peccauerat, per retributiones iustitiæ, in lingua atrocius ardebat.

2. Mach. 9. Luc 16. Greg.

Quintadecima pœna est mors immortalis, perpetuo enim quasi morientes angustiabuntur, nec tamen morte finietur. Psal. 109. *Appropinquauerunt vsque ad portas mortis*; in annis enim mortis sunt, nec mortis remedio liberantur. Greg. in mor. Horrendo modo est miseris dolor cum formidine, flamma cum obscuritate, & in eorum interitu ipsa à suis qualitatibus tormenta discordant; quia à conditoris voluntate, dum viuerent, discrepabant, sic miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia mors semper viuit, finis semper incipit, & defectus deficere nescit; mors perimit, & non extinguit, dolor cruciat, & panorem non fugat, flamma comburit, sed tenebras non discutit; quia enim cum diabolo contra suum creatorem creaturæ concordarunt, creaturæ contrariæ venient ad pœnas eorum. *Psal.* 109. *Greg.*

Sextadecima tactus insupportabilis: nam corpora damnatorum erunt ita sensibilia, quod si quis illa tangeret capillo, grauissimam pœnam sentirent. Exemplum, sicut quando medicus tangit plagam infirmi: quomodo ergo facient cum vnus iret coniunctus alteri, & vnus ducitur ad aquas congelatas, deinde mittitur in fascem suam, credo, quod vnus alium blasphemet, & continua sit rixa. Sapient. 18. *Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio.* *Similitudo.* *Sap.* 18.

Decimaseptima pœna, grauitas grauabilis. Ansel. lib. 3. c. 9. In inferno tanta ponderositas est in damnatis, vt nec pedem, nec manum, vel aliquod membrum sui corporis possint mouere. Exod. 15. in figura, *descenderunt in profundum, quasi plumbum in aquis vehementibus.* *Ansel.* *Exod.* 15.

Decimaoctaua omnium istarum perpetuitas, id est, satis suaue est iacere in vno lecto & mundo; & tamen si alicui posito in tali loco diceretur, iace, & quiesce, quia oportebit te ita iacere viginti annis: & ipse responderet, potius vellem esse mortuus: quid ergo de illo, qui erit in igne ardenti? & scit se mansurum ibi, non tamen viginti annis, vel centum, vel mille, sed per infinita sæcula sæculorum? In hac meditatione dicitur fuisse Fulco, qui postea fuit Episcopus Tholosanus. Gregorius. 10. dial. sicut finis non est gaudio bonorum, ita finis non erit tormento malorum; nam cum veritas dicat, *ibunt hi, id est mali in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam*, &c. à quibus vos liberet, qui cunctorum est liberator, Amen. *Greg.* *Matth.* 25.

DE MISERIA CONDITIONIS humanæ.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de miseria conditionis humanæ, continet tres articulos.

Articulus primus,
Est de miseria humanæ naturæ in origine.
Articulus secundus,
De eius calamitatibus in via.
Articulus tertius,
De eius misero statu in morte.

Digitized by Google

Sermo XVIII.

Psal.87. MISER *sum ego, & in laboribus à iuuentute mea*, Psal. 87. De infelici carnis & corporis miseria hodie videamus, de qua Iob. 3. *Quare non in vulua mortuus sum, & egressus ex vtero non statim pery?* quare misero data est lux, & vita iis in amaritudine? &c. Hæc dicebat Iob: Considerans miserum humanum genus, seu statum conditionis humanæ naturæ, qui patet ex tribus. Primo in origine, secundo in via, tertia in morte.

Iob.3.

Articvlvs Primvs.

De misera hominis conditione in origine.

Decem miseriis corpus subest humanum. Quò ad primum considerandæ sunt decem miseriæ, quibus corpus humanum subest. Primo igitur considera, quomodo de viliori materia omnium elementorum factus fuit primus homo. Cum enim Deus planetas, & sydera fecerit ex igne, &c. sicut scis, ergo conclude propositum. Vnde Eccles. 3. *Vnus est interitus hominum, & iumentorum*: quia homo moritur, sicut & illa: quia omnia talia de terra facta sunt, & in terram reuertuntur, Iob. 10. c. *Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in pulucrem reduces me.*

Eccl.3.

Iob.10.

Immundus nascitur homo. Secundo considera, quod immundus natus sit homo. Quis enim non erubesceret? primo verecundum actum in coitu, quod est dedecus horrendum, ita vt homo abhorreat verecunde, quod natura necessariò suggerit generationis gratia? Quis enim materiam seminis sui ipsius generans non abhorreat? Quis nutrimentum ex vtero matris fouentis cogitans non despicit. Quis impudicitiam originis, & modum immundum, immo immundissimum considerans non terreatur? Vnde Iob. 14. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* quasi dicat, nisi Deus, contra delicatos, qui credunt, carnem suam esse pretiosiorem aliis, cum sit fœtidior.

Iob.14.

Corpus hominis fœtidum. Tertio considera, quod adeo sit corpus fœtidum, vt sit sufficiens animam fœdare, quæ pura, & immaculata corpori immittitur: quia sicut verbi gratia, si ponas pretiosum liquorem in vase corrupto, corrumpitur liquor, sic animam pretiosam in corpore corrupto locando, oportet à peccato originali corrumpi, quod peccatum est putredo, & corruptio humanæ naturæ, contracta peccato primorum parentum. Magna enim est confidentia Dei, quod ponat animam, quæ est pretiosior omnium creaturarum & homini dat in depositum. Vnde Apostolus: *Potens est depositum meum seruare in illum diem iustus iudex.* Hoc autem non est mirum: qui animam rationalem homini dedit, seipsum pro homine tradidit, quod est plus; quoniam Christus *tradidit semetipsum pro nobis, factus obediens*, &c. ad Philip. secundo, O ingrati, qualem rationem reddituri estis de pretio depositio, quod Deus apud nos deposuit immaculatum?

Peccatũ putredo & corruptio. 2. Tim. 1.

Phil.2.

Ne intelligas Bernardum quod actus coniugalis semper sit peccamine sus: Quarto considera, quod homo non solum sit natus in peccato originali, quod est macula omnis carnis: sed natus sit in peccatis parentum, quod duplex est conceptio, vna seminis, & altera naturæ. Quis enim dubitat in parentum generatione, concubitum nunquam contrahi sine pruritu carnis, sine feruore libidinis, sine fœtore luxuriæ? Homo igitur nascitur in peccatis parentum, Psal. 50. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum*, &c. Vnde Innocent. de miser. condit. huma. O grauis necessitas, antequàm peccemus, peccare cogimur. No. ergo peccator, quanta custodia necessaria sit homini, vt caueat à peccato, qui est peccator genitus, antequam peccet: quoniam peccatum consideratum respectu rationalis creaturæ humanæ, contra naturam est, quia contra rationem; sed consideratum respectu carnis, videtur esse innatum sibi, Genesis 6. *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum: quia caro est*, id est peccatum. Vide igitur, quam vilis conditio.

Psal.50.

Gen.6.

Quinto considera, quod damnatus sit homo sine purgatione originalis peccati, si moreretur priuatus gratia, licèt non sentiret supplicia. Vnde Bernardus de interiori homine, parentibus illis nemo quippe est damnatus me facere, quam damnatum. O inenarrabilis miseria humana, omnia quidem iumenta talia nascuntur: vt post vitam illuc accedant, quo disposita sunt à principio suæ natiuitatis. Homo autem nascitur in contrarium eius, ad quod factum est: nam factus est vt loca Angelorum lapsorum repleat saluandus in gloria, & in natiuitatis suæ principio damnatus est, non autem defectu creatoris sui: sed defectu inobedientiæ creaturæ. Vnde Bernard. in Can. Erat homini sors cum plebe Angelorum, & militia cœlesti: sed mutauit gloriam in similitudinem vituli comedentis fœnum. & Psal. 48. *Homo cum in honore esset*, &c.

Locus Angelorũ qui corruerunt repletur predestinatis.

Psal.48.

Homo cũ dolore matris nascitur. Sexto considera, quod cum dolore matris natus est. Quis potest esse maior dolor, quam partus, res non proportionata, quæ disponit magnam quantitatem paruo, & angusto exitu, violentissima separatio tam ex parte parientis, quam ex parte partus: dolet enim pariens, cum sentit carnem à carne separari, seu diuidi. Dolet partus propter status sui alterationem, & vtrobique dolor, qui doloribus inferni comparatur, Psal. 47. *Ibi dolores, vt parturientis.* Et Ioan. 16. *Mulier cum parit, tristitiam habet*, & Gen. 3. *In dolore paries filios.* Nascitur igitur homo offensor matris, & cum dolore eius, & sæpe infert illi mortem: sic Rachel præ nimio dolore partus interiit, & permultæ aliæ, cum angustia & labore postea nutritur, & cum timore custoditur. O infœlix natura humana protoparentis post casum, quę prius facta erat ignara mali nesciens dolorem, nesciens laborem, Gen. 6. *Vidit Deus, quod cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum* omni tempore non lege naturæ à Deo institutæ: sed lege inobedientiæ ab Adam perpetratæ.

Psal.47. Ioan.16. Gen.3.

Gen.6.

Homo cum tristitia nascitur. Septimo considera, quod cum tristitia, & dolore proprio nascitur homo, & hoc ostenditur per actum primum nascentis. Non enim infans nascens aut dormit, aut lætatur: sed dolet, plorat, & tristatur: licet autem caro & corpusculum illud infantis non intelligat miseriam suam: tamen anima inclusa sua parte, natura nobilis cognoscens miseriam vallis, in quam venit, tristatur, & primo nascentem ad vagitum impellit. Vnde Philosoph. Vox infantium primus vagitus masculus statim plorans dicit a, fœmina dicit e. Vnde sic dicuntur a. & e. quotquot nascuntur ab Eua. Quid enim est aliud Eua, quàm quædam interiectio dolentis?

Homo nascitur pauperrimus. Octauo considera, quod homo pauperrimus natus sit. Quid enim affert secum creatura nascens, nisi turpitudinem suam amictus dolore materno? Bruta quippe animalia hæc secum afferunt nascentia, quod secum portant plumas suas, quibus nuditatem suam cooperiunt, quadrupedes pilos, pellem, pisces squammas: hæc quoque omnia in sua necessitate loca habent propria: quia vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: homo solus nudus in alienis tectis nascitur, Sapient 7. *Sum quidem ego homo mortalis, similis hominibus ex genere terreno.*

Sap.7.

Homo nascitur ignorantissimus. Nono considera, quod homo ignorantissimus omnium animalium nascitur: pullus enim cum natus est, currit post matrem; & cognoscit illam, scit granum comedere, cognoscit comedenda; se supponit matri cum est opus, cum videt miluum fugit, & huiusmodi: homo verò cum natus est, quid scit agere, nisi vagire & tristari? Videt matrem, & non cognoscit eam, videt ignem, & ponit sibi in ore, videt ferrum super se, & nescit fugere: audit matrem illum vocantem, & non intelligit; languet, & dolet, & nescit exprimere heu, quanta

Digitized by Google

quanta est in homine ignorantia. Psalm. 43. *Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.* Innocen. vbi supra : Omnes nascimur debiles,& imbecilles, parum à brutis distantes, immo in multis minus habentes.

Psal. 43.

Decimo considera,quod sicut homo incipit esse,similiter esse desinit,iuxta illud Sap.5. *Nos nati continuò desinimus esse.* Exemplum si quis viam longam vellet peragere, cum incipit primum passum facere, incipit viam finire secundariis passibus, & illud citius esse finitur,quàm sagitta in breui tempore pertranseat. Vnde Iob nono. *Dies mei velociores fuerunt cursore, & quasi aquila volans ad escam.* Et quantum ad istas miserias hic ad præsens dicta sufficiant.

Sap. 5.

Iob 9.

Articvlvs Secvndvs,

De misera hominis conditione in via.

SEquuntur autem aliæ decem miseriæ in via. Primo ergo considera, quod homo cum natus est, factus est ad continuum laborem : quia hoc fuit onus, quod Deus à principio protoparenti Adæ apposuit, dicens: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Gen.3. & Eccles. 40. *Occupatio magna nata est omnibus hominibus à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem supremum.* Sex etenim status sunt, quibus vniuersa caro comprehenditur, quos considerans labore plenos inuenio. Primus est status paupertum laboribus plenus. Pauper enim cruciatur ærumna,fame,siti,frigore, nuditate,vilescit & tabescit,spernitur, & confunditur;ait enim in 14.Innocen. de miseria conditionis, humanæ. O miserabilis conditio mendicantis : quia si petit, rubore perfunditur : si non petit,egestate consumitur,& vt mendicet,necessitate compellitur, fratres hominis pauperis recesserunt ab eo procul. ex his nota maximum laborem in paupertate,& egestate; igitur angustiæ vndique.

Gen. 3. Eccl. 40.

Sex status hominū pleni laboribus.

Secundus est status diuitum labore magnus.Primus labor eorum est, quod perdunt rationem, & tanquam bestiæ voluptatibus inhærent, non considerantes infamiam suam,non violentias in pauperes, nec miserantes miserias pauperum, qui inedia consumuntur : & hoc quia nunquàm incommoda mundi experti sunt. Et hinc est, quod magni Principes, vt plurimum immisericordes sunt; quia non cognoscunt in aliis miserias,quas ipsi non sunt experti.Vnde si in miseriis fuissent, omni tempore vitæ suæ compaterentur amicorum miseriis. Vnde quidam dicebat, non debere aliquem malefactorum, examinatorem fieri, qui prius non fuisset in eculeo conquassatus : vt miserorum qui supplicia patiuntur,clamoribus compararetur.

Labor diuitū.

Diuites non solum auari sed miseri.

Secundus labor diuitum est, quod non solum fiunt auari,sed miseri. Accidit enim illis cura,& sollicitudo in acquirendo,timor in possidendo, dolor in amittendo,& post hæc succedit eis homo extraneus, qui gaudebit opibus,quibus nunquàm in fame sua satiari voluit. *Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur ?* Mar.8.

Mar. 8.

Miseria seruorum cupidio.

Tertius status est seruorum, & subditorum, quibus nunquam deficit labor, serui subditi sunt semper timori, minis, & tyrannidi dominorum : omnis culpa domini est pœna seruorum : omnis ira eius est seruorum supplicium,& inquietudo. Vnde Innocen.vbi supra : O extrema seruitutis conditio : nam homines liberos natura genuit; sed fortuna seruos constituit : seruus cogitur pati, & nemo sistitur compati, dolere compellitur,& nemo cum dolore permittitur : sic ipse seruus est,vt non sit sibi.

Labor dominorum.

Quartus status est liberorum,& dominorum,in quo maximus est labor : quoniam si in seruos crudelis est conditio, timore tabescit timens seruorum vindictam: si est domesticus, non excogitant serui seruitia debita, iuxta illud : Crudelitas parit odium,familiaritas contemptum, semper suspicio habet anxios. Exemplum de illo,qui in mensa stabat, & tamen semper gladium respiciebat,quem super caput habebat tenui filo pendentem, nihil de tot bonis mensæ cogitans secundum hominem timore perterritus.Boëtius de consolatione, Heu,quam multis amaritudinibus humanæ fœlicitatis conditio est obnoxia.

Labor continentium.

Quintus status est continentium, qui tantomagis laboribus plenus est, quantum cum iniquiori, & propinquiori hoste decertat. Vnde Bernardus de interiori homine. Graue periculum est aduersus domesticum hostem pugnare. *Caro concupiscit aduersus spiritum,* Galat. 5. cum quinque sensibus suis quos refrænare difficillimum est.Vnde Hierem.9. *Mors ingressa est per fenestras nostras, oculus animam deprædatur,* &c.Ideo Paulus. 2. Corinth. 12. dicit : *Datus est mihi stimulus.*

Gal. 5. Ierem. 9. 2. Cor. 12.

Labor coniugatorum.

Sextus est coniugatorum, in quo est miseria in subueniendo domui clamat vxor, clamant filij, pater &c. Vxor quærit pulchrum vestimentum, ipsa de talibus querendo inquietat virum : suspirat si turpis est, molestum est possidere, quod nemo dignatur habere : si pulchra, difficile est eam custodire : quia pulchrum omnibus placet. Theophrastus Philosophus. Dic de istis,&c.

Homo natus seruus naturæ.

Secundo considera,quod homo sit natus seruus naturæ,quod est rationale propter beneficium maximum, quod ab illa suscepit. Quid enim maius in appetibilibus potest natura tribuere mortalibus, quam esse ? Si igitur natura hoc tribuit, cum sit quid maximum habet rationem maximi beneficij : ergo natura hominem in seruum sibi vendicat. Vnde Sene.in Prouerb.Beneficium accipere, libertatem vendere est.

Homo natus seruus parentum.

Tertio considera, quod homo sit natus seruus parentum, de quibus esse suum accepit, non dico à quibus, sed de quibus : natura de parentibus esse habet, cum sit parentum caro, & sanguis : sicut Sapient. septimo *in ventre matris figuratus sum caro,* &c.Si igitur considerant filij parentum beneficia, proculdubio serui illorum sunt.

Sap. 7.

Homo natus seruus originaliter actualis peccati.

Quarto considera, quod homo natus est seruus originaliter actualis peccati : quia nemo sine macula originalis peccati post Adam nascitur, Psal.50. *Peccatum meum contra me est semper.* Actualis vero : quia nemo vnquàm sine actuali peccato fuit; si non fuerit præseruatus, & sanctificatus à Deo prærogatiua speciali. Vnde 1. Ioan. 3. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus,* &c. Cum ergo omnis homo peccet, omnis homo erit seruus peccati.

Psalm. 50. 1 Ioan. 3.

Homo sui corporis seruus nascitur.

Quinto considera,quod homo sui corporis nascitur seruus : quia illius passionibus subiectus est,& oportet illi seruire : quia vult aliter comedere,bibere, dormire, & aliis necessitatibus corporis inseruire. Vnde Sene.Epist.47. Seruus est omnis homo, ostende quis non : nam alius libidini,alius auaritiæ, alius ambitioni seruit : omnes timori.

Homo nascitur fortunæ seruus.

Sexto considera,quod homo nascitur fallacis fortunæ seruus : quia omnis homo per anfractus sæculi, & fortunæ in hac vita rotatur. Vnde Quintilianus in declamationibus fato viuimus,fato languemus, conualescimus.& morimur.

Homo non in eodem statu permanens.

Septimo considera, quod florentissimæ iuuentutis bonum deperdens,in miseriam vadit senectutis,qui est status incommoditatis, & miseriarum plenus.A principio siquidem humanæ vitæ continuè per omnes ætates abbreuiata sunt tempora hominum.Legimus enim in primis ætatibus nongentis annis vixisse homines; sed postea Dominus ad Noe ; *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum : quia caro est : eruntque dies illorum 120. ann.* nunc verò, &c.

Homo inutilis.

Octauo considera, quod sicut homo inutilis nascitur, ita in fine vitæ inutilis reuertitur : quia sicut infans sine discretione, & memoria nascitur, sic senex

Digitized by Google

effectus mente captus perdit intellectum, & memoriam, plorat, lamentatur, non potest ire, &c. Vide B. Hiero. in tract. super Amos discurre per defectus
Psal. 87. senum & Psal. 87. *Factus sum sicut homo sine adiutorio* & iterum Psal. *Ad nihilum redactus sum, & nescivi.*

Homo infructuosus. Nonò considera, quod maior sit infructuositas hominis, quàm alicuius creaturæ. Vnde Innocen. vbi supra: Considera herbas, & arbores: illæ de se producunt flores, homo autem pediculos, & fornicarias.

Psal. 36. Decimò considera, quòd quanto plus habet homo, tanto plus cupit possidere, & nunquàm satiatur. Psal. *Vidi impium superexaltatum.* &c.

Articulus tertius deficit.

DE VILITATE HOminis.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de vilitate hominis, complectitur quinque articulos breuissimos.

Articulus primus,
Quid est homo.
Articulus secundus,
Qualiter se habet homo.
Articulus tertius,
Cui similis est homo.
Articulus quartus,
Vbi est homo.
Articulus quintus,
Cum quibus est homo.

Sermo XIX.

Luc. 5. HOMO *peccator sum, Domine*, Luc. 5. Ratio, exemplum, & auctoritas nos edocent, cognitionem esse quoddam principium ad æternum gaudium.
Cognitio sui principiũ ad æternitatem. Primo ratio: quia qui bene cognoscit se, & Deum, ac Dei esse, se Deo humiliat quantum potest propter sui vilitatem & indigentiam, ac sublimitatem Dei, & exclamat: qui autem verè se humiliat exaltabitur à Deo. Exaltari autem nihil aliud est, quam glorificari in paradiso. Secundo patet exemplum de illo publicano, qui cognoscebat se, & defectus suos: ideo non audebat oculos suos ad cœlum leuare: sed stans à longe, &c. &
Luc. 18. ideo *descendit iustificatus*, Luc. 18. Tertio patet idem
Ex cognitione sui humilitas. autem ex Bernard. super Can. Scio neminem absque sui cognitione posse saluari: de qua nimirum mater salutis humilitas oritur, & timor Domini: quia sicut ipse est initium sapientiæ, ita & salutis: Quam quidem cognitionem nos edocet verbum Euangelij assumptum, *homo peccator sum, Domine.* In quo quidem verbo ostenditur nostra fragilitas ex conditione naturali, cum præmittitur *homo*; nostra iniquitas ex commissione criminali, cum additur *peccator*; diuina sublimitas ex dominio generali, cum concluditur *Domine.* Circa primum sciendum est, quod cognitio cuiuslibet nostrûm, quæ est causa præcipua nostræ humilitatis, & per consequens finalis saluationis potest quàm maximè ex Stoici quæstione, ac solutione satis congruè apparere, quas in diuersis locis facit de homine, & soluit aperte sacra Scriptura, quas etiam quidam Philosophus nomine Secundus proposuit, & soluit satis conuenienter, & sunt istæ. Prima quid est homo, secunda qualiter se habet homo, tertia cui similis est homo, quarta vbi est homo, quinta cum quibus est homo.

Articvlvs Primvs,

Quid est homo.

ITaque si petis, quid est homo, vt debeat humiliari ex sua naturali cognitione. Respondet Secundus Philosophus, dicitur inter alia, quod est mancipium mortis, viator transiens, hospes loci: hæc tamen fuit responsio sua in forma, homo est mens incarnata, laboriosa anima, parui temporis habitaculum, phantasma temporis, speculator vitæ, lucis desertor, vitæ consumptio, æternus motus, transiens viator, loci hospes, mancipium mortis. Sed tua dicta ad præsens sufficiunt: quia si mancipium mortis, cognosce te moriturum, *& in æternum non peccabis.* Eccles. 7. Si viator transiens: ergo non debet homo de rebus temporalibus curare, nec se onerare vltra suam necessitatem tempore vitæ suæ, vt facilius ad vitam æternam, quam desiderare debet, peruenire possit: non enim portant viatores, nisi necessaria ad vitam, si hospes loci, non nimis debet se intromittere de rebus huius mundi. Sicut enim hospites faciunt de rebus loci, in quibus sunt hospites, sed semper ad propria festinant, & desiderant remeare: sic homo semper debet desiderare ad æternam patriam, peruenire: hanc quæstionem facit Scriptura in Psal. 8. dicens, *Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quia reputas eum?* cui quæstioni respondet Scriptura Iob. 25. *putredo, vermis.* Si sic, bene habet causam humiliandi se.

Homo mortis mancipium.
Varia hominis descriptiones.
Eccles. 7.
Homo viator transiens.
Psal. 8.
Iob. 25.

Articvlvs Secvndvs,

Qualiter se habet homo.

SEcunda quæstio est, qualiter se habet homo. Respondet Secundus Philosophus, quod sicut lucerna ad ventum, sicut spuma maris, sicut nauis in medio mari: hanc tamen rationem non reperi in libro de vita & moribus Philosophorum: vbi eius historia, & documenta habentur. Responsio tamen ad rem optima est: quando sicut lucerna ad ventum est in periculo extinctionis, sic homo in periculo amittendi vitam spiritualem: & sicut spuma maris est in periculo exinanitionis, sic homo in periculo vitæ corporalis. Et sicut nauis in medio fluctuum est in periculo subuersionis, sic homo in periculo acquirendi pœnam æternam. Hanc quæstionem facit Scriptura, Isa. 22. dicens, *Quid tu hic, aut qualis hic?* Respon. Iob. 23. *homo natus de muliere, &c. vsque in eodem statu permanet.* Ecce vides hominis breuitatem quoad durationem, miseriæ repletionem, subitam egressionem, subitam destructionem, quasi nullam existentiam, & continuam mutabilitatem: bene ergo homo ex cognitione sui habet causam se humiliandi.

Isa. 22.
Iob. 23.
Miseria hominis.

Articvlvs Tertivs,

Cui similis est homo.

TErtia quæstio, si quæras cui similis est homo. Respondet Secundus Philosophus, quod rosæ matutinæ, pomo non nouo, & aceruo niuis, sed in lib. supra allegato non legi. Responsio tamen optima est: quoniam sicut rosa matutina adueniente sole incisa statim arescit, pomũ non nouum verme tãgente statim putrescit, & aceruus niuis vrgente calore statim liquescit, sic homo adueniente tentatione statim arescit, adueniente peccato statim decidit, & adueniente

Homo similis rosæ matutinæ.

morte

Digitized by Google

Homo pauperrimus.

morte esse desistit. Quid miserius homine? quidue pauperius? nam auis habet plumas, & piscis squammas, sed hominem nudum natura edidit, qui statim ad mundum ingrediens, ploratum emittit, nec aliquod aliud nascitur cum lacrymis nisi homo solus, qui miserabilis natus iacet manibus, & pedibus, cum cætera animalia statim cognoscant, quid agere debeãt: nam canis natus mox nouit latrare, piscis natare, & auis volare: sed homo nihil nouit, nisi flere. Soli ergo homini datur luctus propter pronitatem peccandi. *Luc.7. Psal.143.* Hanc quæstionem facit Scriptura, Luc.7. dicens, Cui similes dicam homines. Cui quæstioni respondet in Ps. *homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra pertransiunt.* Vanum dicitur, quod cadit à sua substantia. Vmbra dicitur, quod permanentiam non habet: bene igitur debet homo humiliare se, iis consideratis diligenter.

Articvlvs Qvartvs,

Vbi est homo.

QVarta quæstio, si quæris, vbi est homo. Respond. Secundus Philosophus, licet vbi supra non inuenerim, quod in bello multiplici: quoniam habet habitaculum inferius, interius, & exterius. Nam interius impugnat eum propria conscientia, inferius quatuor elementa, & exterius mundus cum sua concupiscentia. Quale igitur gaudiũ habet homo in hac vita, qui in hoc triplici baculo debet contiuuã pugnã cõmittere, & frequenter videt se in certamine succũbere? Hanc quæstionem facit Gen.3. *Adam, vbi es?* & Ioan. primo *vbi habitas?* Cui respondit Scriptura, Ezech.2. dicens, *fili hominis increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas:* nota qualiter mundus, caro, & diabolus, propter blanditiam præcedentem, & pœnam subsequentem scorpionibus comparantur. Vnde homo habet causam se humiliandi.

Quot hominis contraria.

Gen. 3. Ioan. 1. Ezech. 2.

Peccator scorpionibus cõparatur.

Articvlvs Qvintvs,

Cum quibus est homo.

QVinta quæstio est, si quæras, cum quibus est homo? respond. Secundus Philosophus quod cum his septem sociis, qui ipsum ad mortem deducunt, qui sunt calor, frigus, fames, sitis, labor, & dolor, siue infirmitas: sed mors stat in foribus: & trahit nolentes. Et subjungit Philosophus, hic fallitur scientia iuuenum, hic caligant oculi omnium intellectuum: quia multi multa sciunt, & seipsos nesciunt, vt dicit Bern. Hanc q. facit Scriptura. Gen.33. dicens. *Quid sibi volunt isti & si ad te pertinent.* Cui Respond. Iob.38. *Frater fui draconum, & socius scorpionum,* struthiones, dracones, & struthiones nostra corpora deuastantes sunt isti socij supradicti, qui nunquam quiescunt, donec anima à corpore separetur. Ergo bene homo humiliare se Deo, si cognosceret suam miseriam.

Gen.33. Iob.38.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de taciturnitate boni & mali, tres articulos continet, 1. articulus duo capita 2. articulus 4., tria verò tertius.

Articuli primi

Cap. 1. Est de silentio laudabili.

Cap. 2. De silentio vituperabili & quomodo tripliciter homo in eo peccat.

Articuli secundi

Cap. 1. Quando & in quibus casibus tacere, mortale peccatum est.

Cap. 2. Quando homo loqui tenetur ex officio.

Cap. 3. Quod non debemus incorrigibiles predicare.

Cap. 4. Quando tacere veniale peccatum est.

Articuli tertij

Cap. 1. Quod communiter plus peccant homines loquendo quam tacendo.

Cap. 2. Quod communiter damnosius est hominibus tacere quam loqui.

Cap. 3. Præceptum autem silentij habet rationẽ quoad se.

De taciturnitate boni & mali, circa taciturnitatem, tria consideremus 1. eius conditionem 2. eius offensionem 3. eius comparationem.

Sermo XX.

TEMPVS *tacendi, tempus loquendi.* Eccleſiaſtic. 1.

Articvlvs Primvs,

De silentio laudabili, & vituperabili

PRimo enim consideremus eius conditionẽ. Nã tacere dupliciter potest fieri: aut virtuose, aut vitiose. Proinde duplex silentium distinguere possumus. Primum est laudabile, secundum vituperabile. *1. Silentium laudabile & vituperabile.*

De silentio laudabili.

Cap. I.

PRimum silentium est laudabile, quia scilicet virtus est. quod ex parte temporis patet: nam Eccl. 3. cap. patet *tempus tacendi, & tempus loquendi:* quod exponens Greg.7.moral.ait: Os discretum congruo tẽpore vocem aperit, & rursum congruo tempore taciturnitas claudit. Et Hiero. in quadam Epistola inquit: Diu considera, quid loquendum sit, & adhuc tacens prouide, ne quid pœniteat, sapiens enim, vt loquatur multa, prius considerat quid, cui, quo loco, vel tempore dicat. *Eccl. 3.*

De silentio vituperabili, & quomodo tripliciter homo in eo peccat.

Cap. II.

SEcundum silentium est vituperabile, quod est delictum, secundum Alex. vnde Greg. vbi supra inquit: Discretè vicissitudinum pensanda sunt tempora, ne aut cum restringi lingua debeat, ad peruersa se inutiliter soluat, aut cum loqui vtilius valeat, semetipsam per tristitiam restringat. Et hoc modo tacere, vel loqui vitium est, & alibi idem. Sicut incauta locutio in errorẽ protrahit, ita indiscretum silentium eos, qui eruditi poterant, in errore derelinquit. Proinde Iob. 16. c. inquit: *Si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero nõ recedet à me.* vbi Glossa ait. Cõgruit hoc verbum personæ Beati Iob, vel ecclesiæ, quæ cũ loquitur, dolor eius minimè requiescit, quãdo locutione sua peruersos corrigi minimè conspicit. Et hoc ipsum amplius, quod tacet gemit, quia se tacente peruersorum culpas excrescere conspicit. Tacere igitur tempore, quo homo tenetur, & potest loqui, peccatum est. Maximè triplici tẽpore: Primo tempore laudationis, secundo tempore confessionis tertio tempore correptionis. Primum pertinet ad Deum, secundum ad seipsum, tertium, ad proximum. Non licet tacere tempore diuinæ laudis. *Prudentia in loquendo.* *Iob.16.* *Triplici tẽpore quãdo non loquitur peccatum est.*

Digitized by Google

Primo. Primo quidē non licet tacere tempore laudationis. Vnde Greg. ait. Si immoderatum silentium culpa non esset, Isaias Propheta non dixisset, *Væ mihi quia tacui*, scilicet à laude Dei, secundum glo. interlinearem. At econtra Isa. 62. c. scriptum est, *tota die, & tota nocte in perpetuum non iacebunt.* Glossa interlinearis. *Tota die & tota nocte*, id est in prosperitate, & aduersitate nō tacebunt à desideriis piis, & à precibus sanctis. Vel *in perpetuum non tacebunt*, id est semper horis, & temporibus constitutis, & opportunis exhortabuntur, laudabunt, orabunt, & prædicabunt. Vnde de iustis Ioan. Apoc. 4. c. ait, *Requiem non habebant die ac nocte dicētes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens.* Die ac nocte laudem Dei proclamant, qui in omnibus prosperis, & aduersis Deo gratias agendo, omnem prouidentiæ in se dispositionem gratissimam habent, & ipsum de omnibus operibus suis laudant. Ter igitur Sanctus clamat, qui trinitatem in personis, in natura vnitatem ardenter amant, vnde secundum tria tribus personis attributa, sc. potentia Patri, sapientia Filio, & bonitas Spiritui sancto dicunt. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens.* Verè enim Dominus est, quia omnia nouit, verè Deus quia omnia bene vult, omnipotens, cui nihil impossibile est, qui per omnipotentiā suam omnia creauit, per sapientiam suam omnia reconciliauit, per bonitatem suam omnia in electorum gloriā cōsummabit. In Ps. quoque Propheta ait in persona iusti. *Benedicā Dominū in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Aduertendum est tamen, quod duplex est oratio siue laus. Vna est publica, alia est secreta, Prima, quæ est publica, est illa quam ministri Ecclesiæ faciunt in persona totius populi. Et talis, secundum Tho. 2. 2. q. 83. art. 12. in corpore quæstionis, debet esse vocalis, & de hac Propheta ait, *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominū deprecatus sum.* Secunda vero oratio est secreta, quā homo pro se, vel pro aliis facit, & hæc potest cum voce, vel sine voce fieri, secundū quod orātis animæ magis vtile est. Tacere nō licet tempore confessionis. Secundo tacere non licet tēpore cōfessionis, vnde Propheta ait, *Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea.* Inueteratio enim ossium spiritualis fortitudinis defectus est, qui non nisi per peccatum contingit. Et addit Propheta, *Dum clamarem tota die.* Quæ verba Aug. exponens in glossa, ait: Tacui peccata, dum clamarē merita. Et ponit exemplum de Pharisæo, Luc. 18. c. dicēs. Pharisæus tacuit peccata, & clamauit merita. Tacuit confessionem, & clamauit meriti præsumptionem. Sana membra medico ostendebat, vulnera tegebat, dicens: *Gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut cæteri hominum.* Tacere non licet tempore correptionis: Tertio autem non licet tacere tempore correptionis: Nam Aug. super illud Matth. 18. c. *Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies?* Ait non: passim iubet peccata dimittere: sed pœnitenti. Et subdit: Ita peccat, qui fratrem suum peccare videt, & tacet, sicut qui peccanti non indulget. Quando autem peccatum mortale sit non corrigere proximum plenius dictum est in Quadragesimali de Euang. æterno, sermo. 28. artic. 1. per totum: hæc secundum Alex. de Ales in 2. q. 43. de peccato oris, art. 1. Insuper aduertendum est, quod si homo videt proximum suum dānificari injustè, & credit, quod solo verbo absque periculo suo auxilium præstare potest iniuriam patienti & non corripit offendentem, sed tacet: nō tantum mortaliter peccat, sed totum illatum damnum in foro conscientiæ satisfacere obligatur: & hoc si tali dāno obuiare ex officio tenebatur, quia facit cōtra præceptū, quod Prou. 24. datum est: In quo dicitur, *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses.* Si autem homo ad hoc ex officio nō tenetur: licet mortaliter peccet: tunc tacēdo, & non corrigendo: nō tamē restituere obligatur. Ratio prædictorū est, quia non corrigēdo dat efficacē causam prædictæ impietati, iuxta illud quod ponitur ext. de hom. in c. sicut, in §. illi. vbi dicitur: Non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare Et extra de iniur. & dam. da. in c. si culpa. vbi textus ait. Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. Sed de hac taciturnitate plenius dictum est in Quadragesimali de Christiana Religione, serm. 34. c. vlt circa principium.

Isa 6. *Isa 62.* *Apoc. 4.* *In prosperis & in aduersis Deo gratias agenda.* *Psal. 33.* *Duplex oratio siue laus.* *Psal. 141.* *Quando tacere nō licet* *Secundo.* *Psal. 31.* *Luc. 18.* *Tertio.* *Matth. 18.* *Quādo tacere peccatum est.* *Prou. 24.*

Articvlvs Secvndvs,

Quando tacere est peccatum mortale, vel veniale.

Secundū cōsiderandum.

Secundo consideremus taciturnitatis offensionem. Contingit enim hominem dupliciter ex taciturnitate peccare. Primo mortaliter, secundo venialiter, secundum Alex. de Ales in 2. q. 43. art.

Quando & in quibus casibus tacere, mortale peccatum est.

Cap I.

Quando ex taciturnitate contrahitur peccatū mortale.

Primo contingit peccare mortaliter ex taciturnitate. Et hoc generaliter in omnibus his, quæ homo dicere obligatur. Vel ex præcepto, vel ex officio. In his enim duobus casibus tacere peccatū mortale est. Quando homo loqui tenetur ex præcepto. Primo si tenetur loqui ex præcepto, vtputa cum homo ex præcepto tenetur peccatum proprium confiteri pro tempore debito, & cum aliis circunstantiis requisitis. Et hoc maximè in duobus casibus. Primo tacendo in iudicio exteriori, secundo tacendo in iudicio interiori, Primo mortaliter peccat tacendo in iudicio exteriori. Vbi aduertendum est, quod iustè accusato non licet veritatem negare. Cum enim iudex veritatem requirit ab accusato, secundum ordinem iuris in tribus casibus tenetur veritatem confiteri. Primus quando de crimine publica præcessit infamia: secundus quando de crimine apparuerunt indicia certa: tertius est, cum de crimine præcessit probatio semiplena. In his tribus casibus qui veritatem tacet, aut falsitatem dicit, mortaliter peccat, quod probari potest triplici ratione, prima propter Dei gloriam, secunda propter iudicis iustitiam, tertia propter accusatoris pœnam, Primo propter Dei gloriam, quam non tribuit. Nam qui non dat gloriam & honorem Deo mortaliter peccat: eo quod ex diuino præcepto omnes ad hoc generaliter obligamur. Vnde 1. Cor. 10. c. Apost. ait: *Omnia quæcunque facitis, in gloriam Dei facite.* Sed qui interrogatus à iudice secundum ordinem iuris in iudicio confitetur peccatum suum, dat gloriam Deo. Ita dicit Iosue ad Achan. 7. c. *Fili mi, da gloriam Domino Deo Israël, & confitere*, &c. Ergo per oppositum: qui celat vel excusat peccatum suum vel negat mortaliter peccat. Secundo propter iudicis iustitiam, quam impedit. Ratio est, quia qui non obedit suo superiori in casu, in quo obligatur, mortaliter peccat. Sed iudex est superior respectu eius, qui accusatur, vel iudicatur: ergo ei obedire tenetur. Sed veritatem tacens, & non confitens, vel falsum dicens suo iudici non obedit, immo eius iustitiam impedit: ergo mortaliter peccat. Proinde Iob. 31. c. ait. *Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam*, &c. vbi glossa ait, *Si abscondi*, id est, timore pœnæ in iudicio interiori, scilicet curiæ. Et hoc indebitè excusando vel negando. Et subdit, *quasi homo*: quod exponens Greg. ait: Vsitatum humani generis vitium est, & libenter peccatum committere, & commissum negando abscondere, & conuictum defendendo multiplicare: vel dicit quasi homo, sicut Adam peccatum excusare voluit per mulierem, & mulier per serpentem Geneſis tertio. Et subdit *peccatum meum* sc. quasi homo, qui bona vbique vult prædicari, & mala

Iuste accusatus non neget veritatem. *Quando accusatus tenetur veritatem dicere.* *1. Cor. 10.* *Ios. 7.* *Iob. 31.* *Humanum vitium est peccatum ex cujare.* *Gen. 3.*

Digitized by Google

mala tegi, & addit : *Et celaui in ſinu meo iniquitatem meam.* gloſſa. In ſinu iniquitatem celare eſt latibulis conſcientias occultare, vel peccata in mente, tanquam in ſinu retinere. Tertio propter accuſatoris pœnam, offenſam, vel iniuriam, quam intendit, Nam qui ſciẽter eſt cauſa mali, vel alterius nocumenti, mortaliter peccat. Sed accuſatus iuſtè negans veritatem, vel confitens falſitatem, eſt cauſa mali, vel damnati accuſatoris, qui punitur ſi in accuſatione deficiat: ergo &c. Vnde Propheta ait : *Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis.* Secundo mortaliter peccat tacendo in iudicio interiori. Quod dupliciter contingit fieri. Primo non confitendo, ſecundo peccatum non reuelando. Primo non confitendo, ſcilicet ſaltem ſemel in anno, & talis mortaliter peccat: quia contra præceptum eccleſiæ facit, quod habetur extra de pœn. & remiſ. in c. omnis vtriuſque ſexus. Secundo mortaliter peccat peccatum non reuelando, hoc eſt aliquod peccatum tacendo, ſcil. ex malitia vel verecundia, contra quod Oſeæ 13. ſcriptum eſt: *Abſconditum eſt peccatum eius, dolores parturientis venient ei.* Et iterum Prou. 28. dicitur : *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur : qui autem confeſſus fuerit, & dereliquerit ea, miſericordiam conſequetur.*

Pſal. 140.

Oſe. 13.

Prou. 28.

Quando homo loqui tenetur ex officio.

Cap. II.

Prælatus quando tacens peccat.

SEcundo autem principaliter homo mortaliter peccat tacendo, ſi loqui tenetur ex officio. Nam prælatus ex officio corrigere ſubditum obligatur. Quod autem mortaliter peccet non corrigendo ſubditum ſuum, tripliciter probari poteſt: primo ratione, ſecundo auctoritate, tertio ſimilitudine. Primo autem ratione : nam qui in alio mortis ſpiritualis eſt auctor, in ſeipſo mortis eſt operator. Sed hoc agit, qui alium poteſt & debet corrigere, & non facit : Proinde Gregor. ait : Plerumque nimis taciti, dum quorundam mala reſpiciunt, & cum ſilentio linguam premunt, vſum medicationis quaſi conſpectis vulneribus ſubtrahunt : & eo mortis auctores fiunt, quo minus quod poterant eiicere loquendo, noluerunt. Secundo probo hoc auctoritate. Vnde Ezech. 33. cap. myſticè ſcriptum eſt : *Si ſpeculator viderit gladium venientem, & non ſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam. Ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram.* vbi gloſſa ait : Ex his diſcimus poſſe hominem, quamuis iniquum & impium, ſi magiſtri verba audierit, & pœnituerit de ſua impietate ſaluari, nec minus magiſtrum damnari ſi non docuerit, vel timore diſcriminis, vel deſperatione peccantis, dum reus eſt ſanguinis eius, qui potuit liberari : & in vtroque ſaluari liberum arbitrium, dum in magiſtri voluntate eſt tacere, vel loqui : & auditoris, vel facere, & audire, & ſaluari, vel contemnere, & propter contemptum perire. Hæc gloſſa. Greg. quoque de talibus ait : Qui corrigere non valet, increpare non deſinat : ne ſe participem delinquentium ex conſenſu taciturnitatis addat. Tertio autem probo hoc ſimilitudine, ſcil. & exemplo. Vtputa qui tenetur mederi ægroto, & pro loco, & tempore ſubtrahit ei medicaminis vſum, mortaliter peccat: ſed prælatus tenetur ſubditis ſuis mederi, cum ſpiritualiter infirmantur : ergo cum tacendo ſubtrahit eis medicaminis vſum, mortaliter peccat: proinde Bernard. ait: non licet tacere, cui ex officio incumbit vitia redarguere.

Ezech. 33.

Quãtumuis impius ſaluari poteſt ſi reſipuerit.

Quod non debemus incorrigibiles prædicare.

Cap III.

TErtio, quod ſi obſtinati eſſent auditores, atque incorrigibiles, & quod deterius eſt, eſſent veritatis contemptores, & perſecutores: tunc eſt à correptione, & à prædicatione ceſſandum. Quod & Dominus Matth. 7. cap. inſinuat dicens : *Nolite ſanctum dare canibus, neque margaritas proiiciatis ante porcos:* vbi Caſſiod. 29. ait: Graue peccatum eſt obſtinatis prædicare: proinde Amos 5. cap. ait : *Prudens in illo tempore tacebit.* vbi gloſſa ait : Videns vir Eccleſiaſticus incorrigibiles, ſubtrahet correptionem, ne videatur ſanctum dare canibus. Et Greg. iterum dicit : Cum prælati, & prædicatores conſpiciunt: quia vitam auditorum loquendo lucrari non poſſunt tacendo ſcientiam ſuam abſcondant. Vnde cum Lucæ 23. capite Herodes interrogaret Ieſum multis ſermonibus, nihil reſpondebat illi. Cuius taciturnitatis Greg. oſtendens cauſam ait : Quoties auditores noſtri volunt noſtra, quaſi laudanda cognoſcere, non autem ſua peruerſa mutare, omnino taceamus, ne oſtentationis ſtudio verbum Dei loquamur: & illorum culpa, quæ erat, eſſe non deſinat: & noſtra quæ non erat, fiat. Hæc Alex. de Ales vbi ſupra.

Matth. 7.

Amos 5.

Luc. 23.

Quando veniale peccatum eſt.

Cap. IV

Quomodo tacens venialiter peccat.

SEcundo verò contingit, quod homo tacendo venialiter peccat. Vtputa cum homo loqui non obligatur; ſed expedit, aut decet. Quando autem hoc fuerit & quando non, difficile eſt determinare in ſingulis. Sed, vt dicitur 1. Ioan. 2. Vnctió docet de hoc, quæ non permittit hominem ſibi adhærentem de facili oberrare. Hæc Alex. vbi ſupra.

1. Ioan. 2.

Articvlvs Tertivs,

Quod ſit maius peccatum tacere, an loqui.

TErtio cõſideremus taciturnitatis comparationem, Hoc eſt, quod iſtorum duorum maius peccatum ſit, ſc. an tacere, an loqui. Circa quod aduertendum eſt, quod peccatum dicitur maius alio peccato, dupliciter modo : videlicet, quia aut communius, aut damnoſius.

Peccatũ alio dicitur maius & quomodo.

Quod communiter plus peccant homines loquendo, quàm tacendo.

Cap I.

PRimo modo dicitur eſſe maius vnum peccatum alio : quia communius : vtputa quia à pluribus & in pluribus peccatur. Et ſecundum hoc peccatum locutionis dicitur eſſe maius peccato taciturnitatis. Vnde Amb. 1. de officiis ait : Quamplures vidi loquendo incidiſſe in peccatum, vix quenquam tacendo. Ideoque tacere difficilius eſt, quàm loqui noſcere. Senec. quoque ait : Diogenes interrogatus, quare inter multos taceret? reſpondit, Plus expedit ſapienti tacere, quàm contra ſe loqui. Noui enim multos loquendo, paucos tacendo circunuentos. Circunueniri eſt per indiſcretionem ſermonis ſeduci, & alibi Sene. ait, Sis rari ſermonis ipſe: ſed loquentium patiens: locutum eſſe aliquando pœnitet, tacuiſſe nunquam. Iac. quoque 3. dicitur, quod *lingua eſt vniuerſitas iniquitatis.* Et iterum 1. c. ait, *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum,* Si enim homines ſoluerent tributum de verbis, non vtique eſſet de illis tam magnum forum. Paratior profectò debet homo eſſe ad audiendũ, quàm

Iac. 3.

Iac. 1.

Digitized by Google

quàm ad loquendum. Et maximè propter tria. Primo, quia auditus in pluribus est, quam loquela: nam est in habentibus rationem, & non habentibus rationem. In quo innuitur, quod cum magna discretione loquendum est. Secundo in hoc: quia lingua naturaliter est inclusa, cum aures apertæ, & in aperto sint. Tertio per hoc, quod habemus duas aures, & tantum vnum os.

Quod communiter damnosius est hominibus tacere, quam loqui.

Cap. II.

Peccatũ altero maius.

SEcundo vnum peccatum altero dicitur esse maius: quia damnosius est. Et sic peccatum taciturnitatis est maius peccato locutionis: quia est occasio, siue causa maioris damni. Quia per taciturnitatem subtrahitur vtilitas locutionis, quæ maior, vél melior est vtilitate silentij. Et circa hoc formo talem rationem. Maius est bonum locutionis, quàm sit bonum silentij. Cuius ratio est: quia tacendo tantummodo sibi prodest: ergo peccatum, quod opponitur locutioni, maius est, quàm peccatum quod silentio oppositum est. Sed peccatum taciturnitatis opponitur veritati locutionis peccatum vero locutionis opponitur bono silentij: ergo maius est peccatum taciturnitatis, id est occasio maioris damni, quàm peccatum locutionis. Hæc secundum Alex. vbi supra. Et hinc est etiam, secundum Alex. vbi supra, quod maius præceptum est in scriptura sacra, quod homo loquatur, quàm quod sileat: quia locutio pluribus modis habet rationem bonitatis, quoad se, & quoad proximum.

Præceptum autem silentij habet rationem quoad se

Cap. III.

Affirmatiua præcepta & negatiua.

PRæcepta affirmatiua aliter se habent, quàm negatiua. Negatiua quidem sunt ad cohibendum à malo: affirmatiua vero, vt proficiant in bono. Quia ergo homo cum proficit, magis loquendo proficit, quàm tacendo. Ideo in sacra scriptura magis præceptum est de bonitate locutionis, quàm de bonitate silentij. Cum tamen pluribus modis possit esse bona taciturnitas, tamen multipliciter bona potest esse locutio. Hæc secundum Alex. de Ales, in 2. q. 43. artic.

SYNOPSIS

Eorum quæ maximè continentur in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de amore proprio, siue priuato, continet tres articulos, quilibet autem articulus tribus constat capitibus.

Articulus 1. Qui est de triplici ruina, quam ponit in anima proprius amor.

Cap. 1. Tres regulæ circa dilectionem mundanorum & Dei.

Cap. 2. Quod ex amore priuato omnia crimina oriuntur.

Cap. 3. Quod ex amore proprio homo gloriatur in malis.

Articulus 2. Qui est de triplici malignitate, qua operatur in anima proprius amor.

Cap. 1. Quomodo per blasphemiam Dei proprius amor facit, & quod homo sibi appropriat bona & Deo septempliciter mala.

Cap. 2. Quomodo ex amore priuato homo triplici-ter contra proximum impie agit.

Cap. 3. Quod priuatus homo cum sit ex opere diaboli ad mala miras malitias habet.

Articulus 3. De triplici desperato opere ad quod perducit priuatus amor.

Cap. 1. Quod per prospera & per aduersa semper ad deteriora inducit proprius amor.

Cap. 2. Quod ex amore priuato totus mundus periclitatur.

Cap. 3. Quod per quatuor gradus seu virtutum defectus anima descendit ad Dei rebellionem atque contemptum ex priuato amore.

De Amore proprio siue priuato, & quomodo tam in hominibus, quàm in Angelis radix est omnium malorum.

Sermo XXI.

RAdix *omnium malorum est cupiditas.* 1. Tim. 6. cap. Differentia quidem est inter hæc tria, videlicet inter capitale vitium, peccati initium & radicem malorum, secundum Bonauenturam in secundo, dist. 42. super literam. Quid est capitale vitium. Primo enim capitale vitium dicitur: quia sicut caput est membrum principale, atque completum; necnon & aliorum membrorum principium, quantum ad motum & sensum: sic vitium, quod dicitur capitale, nominat peccatum completum, à quo alia vitia oriuntur. Septem sunt vitia capitalia, scil. superbia, inuidia, auaritia, acedia, ira, luxuria, & gula. Quid est initium peccati. Initium peccati illud propriè nominatur, à quo actus initium sumit, & inchoat motus. Et tripliciter nominatur, secundum triplicem recessum liberi arbitrij à lege triplici. Primus recessus est à lege majestatis, secundus à lege veritatis, tertius à lege bonitatis. Primus recessus à lege majestatis est, & sic superbia siue contemptus initium peccati denominatur: quia qui præceptum transgreditur creatoris, à superbia incipit, & contemptu. Proinde Ecclesiast. 10. capite scriptum est, *Initium omnis peccati est superbia.* Secundus recessus est à lege veritatis, & sic error dicitur initium peccati: quia secundum Philosophum omnis malus est ignorans. Et verè ab ignorantia incipit, & errore, qui æterna deserit pro terrenis. De hoc errore Augustinus mortale peccatum diffiniens ait, Mortale peccatum est spreto incommutabili bono rebus commutabilibus adhærere. Tertius autem recessus est à lege bonitatis, & sic insipientia initium peccati appellatur. De hoc Psal. 52. ait: *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Et Chrysost. super illud, *à facie insipientiæ meæ* ait: Omnis peccati initium, insipientia est. Insipientia enim contraria est sapientiæ, in qua diuina bonitas prægustatur. Merito ergo ab insipiditate dicitur inchoare, qui potius in malitia peccati, quàm in suauitate Dei elegit delectari. Proinde ne insipiens, sit anima, hortatur eam Psalmista dicens, Psal. 36. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Et in exemplum se ponit cum alibi inquit, *Ego vero delectabor in Domino.* Quid est radix peccati. Tertio vero radix peccati est illud, à quo nutrimentum trahitur, & fomentum. Et proprie loquendo radix non nominat genus peccati determinatum, sed libidinis pronitatem Radix igitur peccati, siue mali, quæ circa peccatum dicit libidinis pronitatem, tripliciter potest sumi. Primo generaliter, secundo minus generaliter cum dicitur, quod duplex est radix malorum, scilicet amor malè inflammans, & timor malè humilians. Amor est respectu boni, timor vero respectu mali. Secundo vero minus generaliter, & secundum hoc

1. Tim. 6.

Initium peccat iquid & quotuplex.

Triplex recessus liberi arbitrij.

Primus.

Eccles. 10.

Secundus.

Aug.

Tertius.

Psalm. 52. Chrysost.

Psal. 36.

Radix peccati quid.

Primo generaliter.

Secundo minus generaliter.

Digitized by Google

1. Ioan. 2. hoc dicitur, quod triplex est radix, iuxta illud 1. Ioan. 2. *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Et per comparationem ad triplex bonum, videlicet ad bonum infe-

Tertio generaliss. rius, exterius, & interius. Tertio autem generalissimè: & hoc est, quod Apostolus in verbo proposito ait, Radix omnium malorum est cupiditas, scil. amor proprius, & priuatus. Aduertendum est tamen, quod tri-

Triplex est proprius amor. plex est proprius amor. Primus naturalis, secundus venialis, tertius criminalis, seu radicalis. Primus quippe

Primus. amor naturalis, & rationalis, videlicet cum quis sibi vult bonum, quod congruit ei: & talis amor debitus est, vnde & Lucæ 10. præceptum naturæ insinuatur, cum dicitur: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Ergo ex lege naturæ præsupponitur, quòd quilibet diligat semetipsum. Ad cuius exemplum debet diligere proximum suum. Et talis amor proprius, secundum Augustinum, præcipi non debuit in scriptura, quia hoc inest homini à natura, propter quod in primis diligit homo seipsum. Quatuor tamen disponunt spiritum rationalem in affectione bene ad seipsum, de quibus in vlt. cap. huius sermonis, vltra medium, dicturi

Secundus. sumus. Secundus amor proprius dicitur venialis, scilicet cum homo inordinatè diligit semetipsum, sed nihilominus citra Deum: & talis amor veniale peccatum

Tertius. est, & stat cum charitate. Tertius vero amor proprius dicitur criminalis, & hic animam perducit vsque ad contemptum Dei, sicut infra patebit. Et hic est amor, de quo Apostolus in verbo proposito ait: *Radix enim omnium*, scilicet tam culpæ, quam pœnæ: tam Angelorum, quam hominum, *est cupiditas.* Hic siquidem amor sui, est omnium peccatorum causa & origo, non tamen causa propinqua. Proinde Augustinus super Psalm. 74. inquit, Duas ciuitates duo faciunt amores. Ciuitatem Hierusalem facit amor Dei vsque ad contemptū sui: Ciuitatem Babyloniæ facit amor sui vsque ad con-

Amor sui inordinatus omnium malorum causa. temptum Dei. Et subdit, Interroget se quisque quid amet, & inueniet vnde sit ciuis. Ex his igitur, secundū Alexandrum de Ales, patet quod amor sui inordinatus omnium peccatorum causa & initium est, cum sit conuersio ad commutabile bonum. Quod etiam testatur

2. Tim. 3. Apostolus, 2. Timoth. 3. cap. dicens, *Instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes: Cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Hos deuita*, &c. Hoc sentit Alexander in secundo, distinctio. 49. Nec tantum proprius amor causa est & principium omnium peccatorum, quæ ab hominibus perpetrantur: sed etiam omnium spirituum malignorum. Vnde Augustinus super Gen. ad literam, lib. 11. cap. 8. ait, Superbia est amor excellentiæ propriæ. Ex hoc autem, quod quis amat excellentiam suam, vel paribus inuidet quod ei coæquantur, vel superioribus, quod ei præferuntur: merito ergo omnis peccati initium esse superbiam diffiniuit Scriptura: Cuius testimonio conuenienter aptatur, quod ait Apo-

Radix omnium malorum est auaritia. stolus, Radix omnium malorum est auaritia. Si auaritiam generalem intelligamus, qua quisque appetit amplius, quam oportet propter excellentiam suam: specialis auaritia est pecuniæ amor: Cuius nomine Apostolus per speciem significans genus, voluit vniuersalē auaritiam intelligi dicendo, *Radix omnium malorum est auaritia.* Hac enim & diabolus cecidit, qui vtique non amauit pecuniam, sed potestatem. Proinde peruersus sui amor turgidum spiritum priuauit sancta societate, & ideo Latinè vocatur amor priuatus. Omnis enim priuatio minuit. Vnde itaque eminere superbia vult, inde in angustias, & egestates contruditur, cum à communi ad proprium damnoso sui amore redigit. Hinc alio loco, cum dixisset, erunt homines seipsos amantes, continuo subiecit, amatores pecuniæ, ab illa generali auaritia, cuius superbia caput est, ad hanc specialem descendens, quæ est proprie hominum. Non enim amarent pecuniam, nisi eo putarentur se excellentiores, quo ditiores. Cui morbo contraria charitas non quærit, quæ sua sunt id est non priuata excellentia lætatur, & ideo non inflatur. Hi duo amores, quorum alter sanctus est, alter immundus, præcesserūt in Angelis, alter in bonis, alter in malis. Et distinxerunt in genere humano ciuitates duas, alteram iniquorum. Hæc Augustinus. Et iterum 9. de ciuitate Dei, duas ciuitates fecerunt duo amores, terrenam scilicet amor sui vsque ad contemptum Dei: cœlestem vero amor Dei vsque ad contemptum sui, propter quod illa in seipsa hæc in Domino gloriatur. Illa in suis potentibus diligit virtutem suam, hæc dicit Domino suo, *Diligam te Domine virtus mea.* Merito ergo Dominus Ioan. 12. cap. ait: *Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Quod potest esse thema in præsenti materia Et illud exponens Augustinus ait: Qui indebitè se diligit, se odit: ergo per oppositum si bene & debitè te oderis, tunc te amasti. Et iterum Alex. de Ales, vbi supra ait: Amor sui est amor vitiosæ correctionis, de quo Propheta inquit, Psal. 10. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Quod potest esse thema, Talis enim debitus amor, est odium sui non per essentiam, sed per concomitantiam, eo quod ad indebitum sui amorem, id est ad amorem peccati sequitur odium diuinæ imaginis, quæ per peccatum deformatur & maculatur, & per consequēs naturalis boni quod per peccatū corrūpitur, & minuitur. Hæc Alex. hunc itaque proprium amorem mysticè describit Ioan. Apoc. 13. c. cum ait: *Vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ. Et bestia, quam vidi, similis erat pardo: & pedes eius, sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam, & vidi vnum de suis capitibus quasi occisum in mortem, & plaga eius mortis curata est, & admirata est vniuersa terra post bestiam, & adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiam dicentes Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias, & data est ei potestas facere menses quadraginta duos.* In quibus sacris verbis tria mysteria Beatus Ioan. ostendit de proprio, siue priuato amore. Primum est ruinæ, secundum est malignitatis, tertium desperationis.

Ioan. 12.

Alex. de Al.

Apoc. 13.

Articvlvs Primvs.

De triplici ruina, quam parit in anima proprius amor.

Primū mysterium est ruina. Tres ruinas in anima parit proprius amor.

PRimum mysterium est ruinæ. Tres quippe ruinas parit in anima proprius amor. Prima ruina est in mundanis delectatio, secunda in peccatis immersio, tertia in malis gloriatio.

Tres regulæ circa dilectionem mundanorum, & Dei.

Cap. I.

Primū & eius sunt tres regulæ.

PRima ruina est in mundanis delectatio. Ait enim Ioan. *vidi de mari bestiam ascendentem.* Ad horum intelligentiam tres regulæ sunt notandæ. Prima regula est hæc, quòd necesse est animam in aliquo delectari. Cuius ratio est, quia cum ad diligendum creata sit, & iam peruenit ad arbitrij libertatem, quasi in orizonte duorum extremorum posita est, vel locata.

Vnum

Digitized by Google

Vnum est superius, aliud inferius. Supra enim est lux æterna, & delectatio infinita, quam quasi vertice tangit, cum se erigit ad rationem lucis. Cum vero se ad inferiora deflectit, tenebrarum regionem ingreditur, & amaritudinem maris, & verticem mentis more pecudum ad terrena & caduca inclinat: & à transitoriis illecta caro ad effectum eorum trahit animam infelicem, & cæcam. Proinde Psal. ait: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Proinde necesse est, aut præponere creaturam creatori, aut creatorem creaturæ, quia ambo pariter diligi minimè possunt. Secunda regula est, quod quanto plus anima gustat Deum, tanto amplius despicit mundum, quia gustato spiritu desipit omnis caro, id est omnis mundanus amor. At econtra, quanto quisque in transitoriis amplius delectatur, tanto minus ei diuina sapiunt. Vnde Greg. in homil. inquit: quanto quisque à superno amore disjungitur, tanto inferius delectatur. De talibus. 1. Cor. 2. Apostolus ait: *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia est illi, & non potest intelligere quia spiritualiter examinatur.* Tertia regula est, quod quanto quis plus diligit Deum, tanto plus etiam in aduersis iucundatur. Vnde Aug. 13. confes. ait: Verus amor non sentit amaritudinem, sed dulcedinem: quia soror amoris dulcedo, sicut, soror odij est amaritudo. Patet exemplum in Beato Laurentio, cui præstabant refrigerium flammæ ignis, Cum vero diuina dulcedo in mente deficit, necesse est vt ipsa mens in creaturis dulcedinem quærat, in qua se delectando quiescat. Vnde de diuite, cuius ager vberes fructus attulerat, Luc. 12. cap. scriptum est quod dicebat animæ suæ. *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, quiesce, comede, bibe & epulare.* Ecce quod in creaturis quiescere satagebat, qui à consolatione creatoris se alienum fecerat. Et tamen in hac delectatione minime requieuit, cum subito auditet: *stulte, hac nocte auferent,* scilicet dæmones, *animam tuam à te. Quæ autem parasti, cuius erunt?* Immo qui parasti, cuius eris: Ecce quod in creaturis delectandis quietem non inuenit. Et hoc est, quod Ioan. ait, *Vidi de mari bestiam ascendentem*, id est, de amaritudine animi, qui per consolationem creaturæ dulcorari quærit, quam tamen in veritate non reperit: immo quod mirabilius est, in mundi delectationibus reperit cruciatum. Et merito hoc fit diuino iudicio, vt proprius amor ab amaritudine animi quodam modo ortum habens, amaritudinem fugiens in amaritudine inquietè quiescat, quia prædicta bestia, licet de mari ascendendo egredi videatur: tamen mare amaritudinis non relinquit, vt mysticè innuatur, quod sic qui diuina dulcedine expers est in mundanis delectationibus etiam cruciatur.

Psal. 48. Greg. 1. Cor. 2. Augustin. Amoris soror dulcedo amaritudo soror odij. Exemplum. Luc. 12.

Quod ex amore priuato omnia crimina oriuntur.

Cap. II.

Secunda ruina huius priuati amoris, quæ sequitur ex ipsa prima, est in peccatis immersio: nam præuaricatione virtutum, & præceptorum Dei hæc malitia plena est. Qui enim Deum contemnit, & fruitur creaturis, omnia criminalia vitia incurrit, quæ circa creaturæ iniquam fruitionem impiè committuntur. Ex quo sequitur, omnia opera huius hominis impia, & præceptis Dei contraria esse. Vnde Luc. 11. c. Dominus ait. *qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit.* Qui enim non est est cum Christo, creatura sua vtendo ad eius gloriam & honorem, aduersus Christum est creatura illius impie abutendo. Et qui non colligit fructum operum bonorum in vitam æternam cum Christo, dispergit intellectum, voluntatem, & opera sua ab ordine iustitiæ secundum vacuitatem desideriorum multorum, inde merita æternæ pœnæ. Ideo de hac bestia dicitur, *Habentem capita septem*, propter septem capitalia vitia, quibus animam peruersam imbuit, vt de tali homine verificetur quod Prouerb. 26. cap. scriptum est, *Septem nequitiæ sunt in corde illius.* Et addit Ioan. *Et cornua decem*, propter præuaricationem decem præceptorum Dei, quæ ex septem cornibus, id est ex septem vitiis pullulare probantur, vt omnis nequitia huius amoris in numero septenario denotetur, & vniuersitas multorum operum eius, quibus aduersatur præceptis Dei, in numero denario demonstretur.

Secunda ruina, in peccatis immersio. Luc. 11. Prou. 26.

Quod ex amore proprio homo gloriatur in malis.

Cap. III.

Tertia ruina, quæ sequitur ex secunda, est in malis gloriatio: si enim *peccator cum in profundum peccatorum venerit, contemnit*, vt dicitur Prouerb. 18. necesse est vt cum in peccati vilitate senuerit, in gloriam sibi imputet, quod ex diuturna consuetudine habet. Et hoc est peccatum ad mortem, de quo ille Ioan. 5. cap. ait: *Est peccatum ad mortem, non dico vt pro eo quis roget.* Proinde de hac bestia subditur, *Et super cornua eius decem diademata.* In 12. c. eiusdem Apoc. de dracone: id est de Sathana, Ioan. ait: *quod draco magnus & rufus habebat capita septem, & cornua decem, & in capitibus eius septem diademata.* Hic vero quod super cornua huius bestiæ sunt diadema: nam diabolus cum spiritus sit de spiritualibus nequitiis gloriatur: & ideo septem diademata, in septem capitibus septuplex gloria est de septemplici nequitia, quæ crimina irremissibilia facit. Vnde septem diademata Princeps apostatarum spirituum habet, qui septemplicem nequitiam in septemplici gloria malitiæ non solum in se, sed etiam in cæteris in se consentientibus consummat. Hæc autem bestia hoc in homine operatur, vt de malignis operationibus, quas pro virtuosis operibus habet, impie glorietur. Et ideo decem diademata, decem cordibus superposita, est decuplex gloria, quæ denariæ præuaricationi præceptorum diuinæ legis superaddita est. Huic quippe homini merito dici potest Propheticum illud, Psalm. 51. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Profecto sicut confusio de peccato initium est salutis, sic de malitia gloriari consummatio perditionis est. Proinde Hieronym. ait, Nihil adeo Deo displicet, sicut cerux erecta post peccatum. Sed qua ratione licet in malitia, cum gloriari non liceat in sapientia, vel fortitudine, vel substantia temporali? Vnde Hierem. c. 9. ait: *Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis.* Et Ecclesiast. 19. c. scriptum est; *Qui gaudet in iniquitate, denotabitur*, id est de nota Christi delebitur. Iuxta Propheticum illud Psal. 68. *deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.* Hi sunt, de quibus Prouerb. 2. Salomon ait: *Qui derelinquunt iter rectum*, scilicet septem principalium virtutum, *& ambulant per vias tenebrosas*, decem Dei præceptis oppositas, *qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.* Porro qui in rebus pessimis exultant, pessimi sunt. Tales in malis deteriorari non possunt. Ascendunt enim turrim nequitiæ, & attingunt apicem mali. Hi seipsos violentant ad malum, adinuentiones & nouitates adinueniunt in peccatis. Nam hi sunt qui præter alueum malorum multorum insurgentium à natura corrupta per subtiles & sedulas adinuentiones conantur ad malum, vt plus velint facere ac inuenire à malitia propria sua, quam commoti à fragilitate, aut à corrupta natura. Tales semper ad extrema vitiorum accedunt, quibus si ad aliquod malum agendum desit aliquando facultas, ad nullum tamen

Tertia ruina in malis gloriatio. Prou. 18. Ioan. 5. Septuplex gloria de septemplici nequitia. Psal. 51. Hieron. Hier. 9. Eccl. 19. Psalm. 68. Prou. 2.

Digitized by Google

tamen deest iniqua voluntas. Spondent quandoque fidem, vt maiorem inferant fraudem, nullum malum pro posse dimittunt inhaustum. Legitur Gen. 13. quod Sodomitæ pessimi erant. Pessima profecto res erat, quod magis inianiebant in iuuenes homines, quam in pulcherrimas mulieres. Sed pœna ostendit, qualis & quanta eorum pessima malitia fuit.

Articvlvs Secvndvs,

De triplici malignitate, quam operatur in anima proprius amor.

Secundum mysterium est malignationis. Tres malignationes operatur in anima proprius amor.

Secundum mysterium est malignationis. Tres siquidem malignitates operatur in anima proprius amor Prima contra Deum, secunda contra proximum, tertia contra hominem ipsum. Prima malignitas quæ est contra Deum, est Dei blasphematio. Secunda contra proximum, est proximi persecutio. Tertia contra hominem ipsum, est in malitiis obcæcatio.

Quomodo per blasphemiam Dei proprius amor facit, quod homo sibi appropriat bona, & Deo septempliciter mala.

Cap. I.

Prima cõtra Deũ malignitas Dei blasphematio est.

Prima quippe malignitas, quæ est contra Deum, est Dei blasphematio. Nam iste amor blasphemiis plenus est. Huiusmodi quippe homines omnes gratias, atque bona, quæ habent ex Deo, sibiipsis ascribunt tanquam ipsi auctores sint propriorum bonorum. Mala autem omnia, quæ habent, imputant summo Deo, tanquam ipse qui solus est bonus, auctor sit malorum. Hæc blasphemia veræ confessioni opposita est, quæ mala sua sibiipsi: bona vero imputat Deo. Propterea de talibus blasphemiis Ioan. subdit, *Et super septem capita nomina blasphemiæ.* Nomen enim significat notitiam publicam: statio autem super caput blasphemiæ, est mentis per verba manifesta publicatio, scilicet de bonis sibi ascriptis, & malis Deo appropriatis. De talibus enim Propheta ait: *Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum quoniam declinauerunt in te mala.* Ait enim: *Fructus eorum*, id est præmium eorum *de terra*, scilicet, *perdes*, quia ibi non præmiabuntur. Isa. 26. *In terra Sanctorum iniqua gessit* quasi dicat, forefecit contra eam. Et ideo sequitur, *Et non videbit gloriam Dei & semen eorum à filiis hominum*, id est à bonis ne cum eis fiant hæredes. Hoc enim quod dicit, *& semen eorum à filiis hominum*, est causa eius, quod præmiserat ante, *fructum eorum de terra perdes*: quia hic cum bonis non seminauerunt, illic non metent æternos fructus. 2. Corin. 9. *Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Hic profecto est rectus & necessarius ordo. Primo seminare, & postea colligere fructus. Vnde & alibi Propheta ait; *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Et addit, *quoniam declinauerunt in te mala*, scilicet & sibi bona, quod est blasphemia consummata. Septempliciter Deum blasphemat proprius amor in hominibus, Deum blasphemando in eum declinat mala, quæ operatur & hoc fallaciter se excusando. Primo per diuinam operationem, secundo per diuinam permissionem, tertio per diuinam dispensationem, quarto per diuinam retractionem, quinto per diuinam præuisionem, sexto per diuinam creationem, septimo per diuinam iussionem. Primo quippe mala perpetrando excusant se per diuinam operationem. Sic enim Genes. 3. fecit Adam, cum se excusando contra Dominum ait: *Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi & comedi:* quasi dicat. Tu es in causa, qui dedisti mihi hanc mulierem. Sunt enim plerique, qui dicunt: Quare fecit nos Deus quod possumus peccare? Sed aduertant tales, quod Deus eos fecit vt possent non peccare, si vellent, saltem mortaliter. In arbitrio enim illorum est peccare, vel non peccare, teste Ecclesiastico, qui 15. cap. ait: *Appositi tibi ignem & aquam ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi.* Secundo per diuinam permissionem. Dicunt enim quod Deus permisit eos cadere in peccatum, sed aduertant, quod ipsi renuunt patrocinium dicentis, Prouerb. 1. *Extendi manum meam* scilicet ad adiuuandum, *& non fuit qui aspiceret.* Tertio per diuinam dispensationem. Dicunt enim quod Deus permisit eos cadere, vt resurgerent fortiores & sic appareret misericordia Dei in redimendo, vel resurgendo, contra quos Rom. 6. *Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit:* & iterum 3. cap. idem ait: *Si iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram? Secundum hominem dico, absit.* Quarto per diuinam retractionem. Dicunt enim se peccare, eo quod Dominus non dat eis gratiam, iuxta illud Rom. 9. *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Sed aduertant tales ignari, quod ipsi sunt, qui desunt gratiæ Dei, & non deest eis gratia eius, quia Dei gratia semper parata est eis. Vnde 1. Pet. 1. cap. scriptum est, *Sperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam.* Quinto per diuinam præuisionem. Dicunt enim quod Deus ita præuidit vt peccent. Sed considerare debent, quod præuidentia Dei non infert necessitatem. Nam licet Deus præuiderit, quod ipsi facturi sunt, tamen in eorũ voluntate est peccare, vel nõ peccare, Ezech. 2. *Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant,* Sexto per diuinam creationem Dicunt quidam se lapsos in peccatũ carnis, quia carnem vitare non possunt, aut non posse abstinere à furtis, quia nati sunt sub constellatione, seu planeta eos taliter inclinante, quare cauere non valent. Siue quia non possunt esse non partiales, quia de tali parte, scilicet Guelfa, vel Gibellina sunt orti, & sic de consimilibus. Quæ omnia si attente considerentur, nihil aliud sonant quam se excusare, atque Deum impie blasphemare, eum scilicet inculpando, qui omnia in sapientia fecit, quod vel ignorauerat quod creauit, vel quod non bene creauerat, seu quod ad condemnationem eos fecerit, non ad salutem. Quod nihil aliud est quam aut Deum stultum, aut impium iudicare, aut condemnare. Septimo per diuinam iussionem. Sunt enim qui dicunt se non posse à mendaciis abstinere, alij non posse cauere abstinere à periuriis, seu à blasphemiis, Deo contumeliosis, aut à malis ponderibus, vel mensuris, siue quod plus non vendant pro dilatione temporis data, quam si pro mercatura pretium soluatur statim: aut quod fieri non potest, quod ciuitas, vel castrum, siue villa stet absque vsurario publico, & sic de similibus, quæ contra Dei præcepta damnabiliter perpetrantur. Quæ omnia nihil aliud sonant intellectui sano, quam blasphemiam inferre piissimo præceptori, quasi nescierit quod iusserit, aut quod impie mandata dederit, quæ impleri non possunt. In primo enim iudicant Deum stultum, in secundo impium. O insania obcæcata, fontem sapientiæ de ignorantia inculpare, & de summa pietate crudelitatem sentire. Hæc dici possunt, quæ super septem capita huius bestiæ nominantur blasphemiæ. quia Ioan. ait, *Et super septem capita nomina blasphemiæ.*

Pſal. 10. *Ifa. 26.* *2. Cor. 9.* *Pſal. 125.* *Septẽpliciter Deũ blaſphemat proprius amor.* *Primo excuſatione per diuinam operationem.* *Gen. 3.* *Ezech. 2.* *Ecclesi. 15.* *Secundo per diuinã permiſſionem.* *Prouerb. 1.* *Tertio per diuinã diſpẽſationem.* *Rom. 6.* *Rom. 3.* *Quarto per diuinãretractionem.* *Rom. 9.* *Quinto per diuinã præuiſionem.* *Sexto per diuinam creationem.* *Septimo per diuinam iuſſionem.*

Digitized by Google

Quomodo ex amore priuato homo tripliciter contra proximum impie agit.

CAP. II.

Secunda malignitas cõtra proximum.

SEcunda vero malignitas, quæ eſt contra proximum, eſt proximi perſecutio. Eſt enim amor iſte crudelis & luxurioſus, vorax & minabundus, impius & ſceleſtus, & omni flagitio plenus. Sic profecto inique diuidit impius amor vt ſibi ſicut affectuoſiſſimus eſt, & ob hoc delitiis carnis ſeipſum fouet: ſic & alios deliciis ſuis in aliquo aduerſantes verbis & operibus crudeliſſimus eſt. Vnde Iac. 5. de talibus ait: *Epulati eſtis ſuper terram & in luxuriis veſtris enutriſtis corda veſtra.* Hoc dicit quantum ad delicias, quas ſibiipſi præparat impius amor. Quantum vero ad crudelitatem, quam operatur in aduerſantes ſceleribus ſuis adiungit, *In die occiſionis adduxiſtis & occidiſtis iuſtum & non reſtitit vobis.* Propterea Chriſtus cum cæteris membris ſuis id eſt cum matribus ſuis, occiſus eſt, quia aduerſabatur peccatis hominum ſeipſos amantium, non Deum. Ex quo patet, quod à proprio amore Chriſtus cum matribus ſuis occiſus eſt, vt de eo conquerendo myſtice dicere poſſit æternus pater, *Fera peſſima deuorauit filium meum.* Proinde de hac beſtia Ioan. ſubdit, *Beſtia quam vidi, ſimilis erat pardo; & pedes eius ſicut pedes vrſi, & os eius ſicut os leonis.* Tribus quippe modis crudelitatẽ exercet in proximos proprius amor, videlicet malitiis, blanditiis & violentiis. Primo malitiis. Omnes quippe malitiæ & proditiones factæ ad proximorum deceptiones ex proprio amore originem habẽt. Propterea hæc beſtia pardo aſſimilatur. Eſt ſiquidem pardus beſtia variis reſperſa maculis, proditoria, velociſſima atque crudelis mens. Sic proprius amor omnium malitiarum maculis reſperſus, eſt promptiſſimus in malitiarum adinuentione ad lædendum iuſtos, crudeliſſimus ad inferendum pœnas innocentibus pro ſua commoditate, quod tamen aſtute & proditorie agit. Hi ſunt, de quibus Propheta ait: *Loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorũ.* Secundo vero ſi non poteſt obtinere malitiis intentum ſuum, quærit hoc efficere blanditiis, & de hoc Ioan. ſubdit, *Et pedes eius pedes vrſi.* Pedes quippe quibus terram tangimus, affectiones ſunt, quibus circa terrenas creaturas ad vſum noſtrum creatas afficimur. Vnde & de his, qui male vtuntur creaturis, Prouerb. 1. cap. ſcriptum eſt, *Pedes illorum in malum currunt*, id eſt affectiones eorum ad abutendum creaturis veloces ſunt. Proprius igitur amor pedes in modum vrſi habet, quia blanditiis ſuis quærit tantummodo voluptatem more vrſi, qui mel diligere, & pedes ſuos lingere, atque luxurioſum eſſe narratur. Proinde omnes inordinatæ & fœdæ delectationes atque affectiones ex hoc amore originem habent, quas ſibi verſutis blanditiis blandiſque modis ſatagit procurare. Tertio vero hanc crudelitatem exercet violẽtiis, ſcilicet ſi malitiis & blanditiis ipſam voluntatem ſuam implere non poteſt. Et de hoc Ioan. ſubdit, *Et os eius ſicut os leonis.* Leo quippe terribilis eſt facie, voce, & opere. Primo enim terribilis eſt in facie & faucibus ſuis & aſpectu ſuo. Et ad litteram, quid aſpicientibus terribilius eſt, quam homo proprij amoris, quando ad violentiam aſſuetus, ad prædam & necem promptus & paratus eſt, quem cum homo ſimplex & ouis Chriſti inſpexerit terrore concutitur, qui non quaſi hominem, ſed quaſi diabolum in homine aſpicit? De quorum vno, Ezech. 19. cap. ſcriptum eſt: *Leo factus eſt, didicit capere prædam hominémque comedere.* Secundo terribilis eſt in voce: nam & rugitu eius omnes beſtias terret, quanto amplius oues Chriſti ad vocem crudelis hominis quærentis non tantum ſua, ſed etiam aliena. De tali homine Amos 3. c. ait: *Leo rugiet, quis non timebit?* Rugit leo ſiquidem propter prædam: & talis impius homo comminatur iuſtis rapinam bonorum temporalium atque præſentis vitæ. Tertio terribilis eſt in opere, quia necat & deuorat prædam. In quo denotat ſæuitiam & crudelitatem huius amoris. De talibus quippe hominibus agniculi Chriſti nihil niſi mortem continue ſuſpicantur, vt quilibet eorum ad hoc dicere poſſit propheticum illud, *Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam.* Ferox eſt igitur iſte amor atque crudelis, quia fertur more feratum, motu omni ratione priuato, ab hominibus animo & moribus diſſidet, magis autem contradicit: Et, vt multas eius crudelitates breui comprehendam, hic ferus amor effrenato animo irruit contra inſontes, indulgere nou nouit: fingit quandoque pacem vt exoſum incautum infallibiliter trucidet, non placatur muneribus, non acquieſcit precibus, gaudet ſanguine in certamine fuſo, hilareſcit, cum audit homines in homines ſæuientes, ſemper noua machinatur tormenta, nec ſatiatur aliorum pœnis, vilipendit hominum vitam, ſiſte lite cauſam inquirit, ferit, & cõrabeſcit animo ſi non fecit, & non cruciare cruciatus eſt, illi ad pericula ſe præuium facit. Dolet, ſi ab homine mala cauentur: maledicit omnem percutientem incaſſum: benedicit autem qui ſignanter tranſuerberat, nunquam expedite niſi ad malum conſulit, eius ligatur lingua in conſilio bono, crudelibus benignus eſt, piis vero animo crudelis, afflictionem afflicto, deſolationem deſolato delectatur inferre: viduarum, pupillorum, egenorum, ſpoliatorum, iniuſte paſſorum cauſam audire non poteſt: compati neſcit, de lachrymis placari atque incuruari omnino non nouit, naturæ atque ſacramento contemnit deferre: fera verba fert in lingua amor iſte ferus, ſed interdum ſuauia vt ferius feriat. Ferus iſte & impius amor, dum furit generis propinquitatem abhorret, non ſubuenit, horrea neceſſitatis tempore claudit, innocentiam odit, dilaniat, percutit, expoliat, & occidit. Denique huius feri amoris atque crudelis in veteri teſtamento & in hiſtoriis Gentilium multa reperiuntur exempla, ſed nulla profecto peiora quam quæ à Chriſtianis facta ſunt, & fiunt. Conſideremus tyrannides, partialitates, ſectas, latrocinia, prædicationes, expugnationes, ſubuerſiones vrbium, incendia, homicidia, proditiones, puellarum & fœminarum deflorationes & violationes: ſacrilegia monacharum, incendia eccleſiarum, diſperſiones populorum & patriarum, & conſimilia, quæ noſtris temporibus facta ſunt, & intelligemus quod hæc omnia feritate & atrocitate proprij amoris exorta ſunt, vt iam de Chriſtianitate, & maxime de Italia videatur præuidiſſe Dauid cum ait, *Singularis ferus*, id eſt proprius, ſeu priuatus amor *depaſtus eſt eam.*

Tribus modis proprius amor contra proximum impie agit.

Psal. 27.

Prouerb. 1.

Vrſus mel diligit & pedes lingit.

Iac. 5.

Gen. 37.

Ezech. 19.

Leo rugitu beſtias terret.

Amos 3.

Psalm. 16.

Amoris proprij crudelitates.

Quod priuatus amor, cum ſit cæcus, ex opere diaboli ad mala miras malitias habet.

CAP. III.

Tertia malignitas proprij amoris.

TErtia autem malignitas huius iniqui amoris, quæ eſt contra hominem ipſum, eſt in malitiis obcæcatio, ne dicam illuminatio: quia illuminatio ſociat magnitudinem luminis in bonum: excæcatio vero magnitudinem intellectus & malitiæ in malum: ſecundum enim Richard. de verbis Apoſtoli: Malitia eſt ex propoſito & deliberatione malo cognito, prono animo conſentire. Et Aug. in quadam Epiſtola ait: Malitia eſt per quam moribus deceptoriis veritate palliata, vel odium alterius, vel proprium commodum attenditur. Quæ omnia proprius amor tam ex corrupta natura, quam ex conſuetudine mala, quam etiam ex immiſſione diabolica in anima efficit amatorum ſuorum. Cum enim talis amor cæcus ſit, modicum quippe valeret in opere ſuo, niſi aſtutia non ſolum naturaliter ingenita, & per malorum experientiam cumulata, ſed maxime ab immundis ſpiritibus immiſſa

Auguſt.

Digitized by Google

immissa cum opibus suis assistat, vt per oculum nequam astutiæ prudens huius seculi videat, quid nequioris cordis appetitu cõcupiscat. Sicut enim diuinæ sapientiæ in humana mente regnanti semper Deus per immissiones & inspirationes suas assistit: sic & humanæ astutiæ de his, quæ huius seculi sunt, cogitanti immundus spiritus cum immissionibus semper inserit, & ad mala quantum Deus permittit, auxilium & consilium subministrat. Et hoc est, quod Ioan. subdit, *Et dedit illis draco virtutem suam & potestatem magnam.* Virtus quoque diaboli est cognitio occultorum, quam ad hæc Angelica conditione retinet, qua nullum occultum vere eum latet. Ratione quippe huius cognitionis, Ezech. 28. *Cherub*, id est plenitudo scientiæ nominatur, cui à Domino dictum est, *Tu Cherub extentus*, sc. in naturali scientia. Potestas vero diaboli maxima est, ita vt de eo, Iob 41. c. scriptum sit, *Non est potestas super terram*, id est terrena, vel in terris existens, *quæ comparetur* id est cœquetur *ei.* Cuius causam ostendit subdens, *qui factus est*, sc. à Domino in tanto culmine, *vt nullum*, scil. sub Deo *timeret.* Per hoc siquidem denotatur, quod nulla corporalis virtus potestati dæmonis adæquari potest. Ratio huius est, quia potestas eius spiritualis vere est. Propter hoc etiam, Ioan. 14. à Domino princeps huius mundi denominatur. Hac siquidem potestate quantum in se est, semper vtitur male: tamen Deus per sapientiam suam opus potentiæ eius sic applicat, quod nemini suorum nocere valet. Proinde Iob 40. cap. scriptum est: *Qui fecit eum* scilicet Deus, *applicabit gladium eius*, id est noxiam operationem ipsius. Voluntas autem nocendi est in diabolo à seipso, propter quod dicitur gladius: sed effectum nocendi non habet, nisi ex voluntate, vel permissione diuina, quia à Deo potestas eius, & à Deo regitur & gubernatur. Prædictam autem virtutem & potestatem tribuit Lucifer huic priuato amori secundum iudicium diuinæ permissionis. Dicitur autem magnam virtutem & potestatem huic bestiæ communicasse, quia diabolus nulli vitio, permittente Deo tantum communicat suam virtutem & potestatem, sicut amori priuato. Propterea nullum vitium vniuersaliter tantum nocet mundo, quantum iste proprius amor cum sit radix vniuersorum malorum. Vnde merito Philip. 2. Apost. ait: *Omnes enim quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi.*

Ezech. 28. Cherub id est scientia plenitudo.

Iob. 41.

Iob. 40.

Phil. 2.

Articvlvs Tertivs,

De triplici desperato opere, ad quod perducit priuatus amor.

Tertium misterium est desperationis. Tria sunt opera desperata.

TErtium mysterium est desperationis. Tria sunt opera desperata, seu desperationis signa, quæ operatur in anima hic proprius amor. Primum est in prosperis & aduersis deterioratio, vel in malis multiplicatio, secundum suiipsius deificatio, tertium contra Deum rebellio.

Quod per prospera & per aduersa semper ad deteriora inducit proprius amor.

Cap. I.

Primum opus desperationis.

PRimum desperationis opus, seu signum est in prosperis & in aduersis deterioratio, seu in malis multiplicatio. Sicut enim viri iusti ex eo, quod quandoque ruere permittuntur, fortiores resurgunt, cum casus electorum sit exaltatio eorum: sic & mali, qui aut diuitias, aut luxurias, seu sæculi glorias quærũt, ex eo, quod quandoque cadunt, & desiderata, atque amata amittunt, eo in cupitis nequiores fiunt, & inde amor iste nequissimus magis accenditur, vnde magis extingui deberet. Sicut enim magnus ignis ex flatu plus crescit, & sicut ignis in pice & sulphure immissa aqua plus ardet: sic amor iste vsu diuitiarum, deliciarum, atque magnificentiarum; atque omnium septem peccatorum plus exurit, & ex priuatione eorum ad illa amplius inardescit, atque insanit. Vnde à contrario sensu, Matth. 5. Dominus ait, *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam*, id est opera contraria prædictis vitiis, *quoniam ipsi saturabuntur.* At isti amatores sui amplius esuriunt, quo plus iniquitatem comedunt. vnde subdit Ioan. *Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum id est mortuum, & plaga mortis eius curata est.* Quodcunque enim septem vitiorum huius proprij amoris quocunque casu debilitatum fuerit, amplioribus viribus ad male vtendum reconualescit. Proinde Prouerb. 6. cap. scriptum est, *Pretium scorti, vix vnius est panis*, id est vix tanto tempore durat scortando adepta quies, quanto vnus panis comedi possit.

Matth. 5.

Quod ex amore priuato totus mundus periclitatur.

Cap. II.

Secundum opus.

SEcundum desperationis opus, siue signum, est suiipsius deificatio. Amor siquidem sui, vsque ad contemptum Dei omnes malos motus in ministerio habens in regno vitiorum iugiter dominatur, quasi Deus. Proinde notanter aduertendum est, quod peccator homo non ideo diabolo seruit, quia ipsum amat, sed quia quæ ipse proprius amor sibiipsi cupit, promouet & procurat. Omnes igitur motus concupiscentiæ, siue quos diabolus in carne suscitauerit, siue quos natura corrupta commouerit, seu quos mala consuetudo excitauerit, respiciunt ad amorem illum, quo homo bonum proprium concupiscit. Vnde & in homine malo non est resistentia, neque lucta contra imperium huius amoris mali. Propter quod Ierem. 2. in persona peccatoris scriptum est, *Adamauí quippe alienos & post eos ambulabo.* Alienos siquidem homo amat, etiam si seipsum amat, quandocunque Deum suum non amat: & post illos ambulat, dum sine omni resistentia, imo cum maximo impetu quicquid suggerit iniquus amor adimplet. Vnde sequitur, *Et admirata est vniuersa terra post bestiam.* Terra siquidem terrenos homines indicat, quoniam Gen. 3. dictum est, *Puluis es & in puluerem reuerteris.* Hæc terra vniuersa post bestiã admirari dicitur, quia omnes terreni homines, quæ sua sunt, quærunt, nõ quæ Iesu Christi. Vnde Iob 21. c. mystice scriptum est, *Dulcis fuit glareis cocyti & post se omnem hominem trahit, & ante se innumerabiles*, Cocytus enim luctus interpretatur. Vnde cum infernalis fluuius esse dicatur, æternam damnationem merito habet signare: glarea autem arena cum multitudine lapillorum residens in fundo fluuiorum, & significat innumerabilem multitudinem tã Angelorum, quam hominum diuersorum statuum, propter amorem proprium damnatorum. Ait ergo, *Dulcis fuit*, scilicet priuatus amor, *glareis cocyti*, id est spiritibus immundis, qui de diuersis hierarchiis tãquam glareis cocyti in inferno damnati sunt. *Et post se omnem hominem*, scilicet terrenum in mundo, vsque ad Iob, à mundi initio venientem, *trahit*, scilicet ad æternas pœnas: quia proprius amor tanquam radix omniũ malorum in quolibet damnato principaliter causa est eius damnationis. Et de aliis ad hæc damnandis ex hoc amore subjungit *& ante se innumerabiles*, scilicet ex ipso amore vsque ad mundi finem damnandi sunt. Et hoc est, quod hic Ioan. ait. *Et admirata*, id est admiranti affectione secuta, *est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerũt bestiam*, scilicet loco Dei: quia opera diaboli propter amorem proprium præposuerũt præceptis Dei dicentes, *Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea?* Nã motus praui habitãtes in terra carnis diabolicæ

Ierem. 2.

Terra homines terrenos indicat. Genes. 3.

Digitized by Google

astutiæ & amori iniquo per omnia obediunt, cui minimo contradicunt.

Quod per quatuor gradus, seu virtutum defectus, descendit anima ad Dei rebellionem, atque contemptum, ex priuato amore.

CAP. III.

Tertium opus desperationis est Dei contemptus, & contra Deū rebellio. Matth. 12.

TErtium & vltimum opus, siue signum desperationis, est Dei contemptus, & contra Deum rebellio. Quando enim cor hominis hoc iniquo amore plenum est, in verba impietatis prorumpit, dicente Domino, Matth. 12. *Malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala.* Malus homo quippe est adorator huius amoris, cuius cordis thesaurus est iste amor iniquus, de quo thesauro profert mala. De quibus Ioan. hic subdit, *Et datum est ei os loquens & blasphemias. Magna,* id est, magniloqua de seipso, contra quos Propheta ait, *Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquum. Et blasphemias,* scilicet contra Deum. Vel aliter dici potest, quod talis impius homo nescit, aut considerare non vult, quod aliunde, gratias accepit, de quo datori sic gratus esse deberet, vt non solum non irreuerenter, sed nec aliquid præter rationem diceret. Multa enim loquitur, qui præter rationem loquitur: ille vero blasphemat, qui debitam reuerentiam in verbis suis non seruat, Demum amor iste omnes defectus adducit, vsque dum caro spiritui sine contradictione aliqua dominetur. Sicut enim amor Dei in humana mente conualescens, tandem etiam carni perfectiones suas influit, vt spiritui obediens fiat, sicut spiritus per eius amorem obedit Deo, ita econtra iste iniquus amor in carne prævalens, eam sic contra spiritum roborat, vt qui Deo non obedit propter amorem sui, de necessitate carni obediat vsque ad contemptum Dei, cuius dulcedinem præelegerat dulcedini Dei. Huiusmodi homines sunt de quibus ad Gal. 6. Apost. ait: *Qui seminant in carne metent corruptionem.* Et ideo Ioan. subdit, *Et data est ei potestas facere menses* 42. Mensis enim à mene, quod est defectus denominatur, quia à defectu lunæ nomen accepit. Et mysticè defectum virtutem significare habet. Numerus enim 42. triplicem numerum in se habet. Duo, qui ad dilectionem Dei & proximi referri habent: quatuor, qui ad virtutem, specialiter ad prudentiam, qui quodammodo alias virtutes in se concludit: & decem, qui ad operationem refertur, sicut patet in vlt. cap. sequentis sermonis. Vt menses 42. defectum dilectionis in bonitate, quo non potest velle bonum: defectum prudētiæ in ratione, quo nescit discernere verum: defectum operationis in facultate, quo non potest facere iustum, exprimant. De 42. mensibus, id est, defectibus virtutum sigillatim. Si autem sigillatim hos 42 defectus attendere velimus, quos in nobis per tentationes & motus carnis experimur, per quos caro est inobediens spiritui rationali, ne ei in bono opere seruiat, possumus eos colligere ex opposito 42. profectuum, quibus ipse spiritus proficit ad dominum carnis. Qui profectus per 42. māsiones filiorum Israël de Ægypto ad terram promissionis proficiscentium figurantur. Filij enim Israël, id est, motus rationalis spiritus Deum videntis 42. profectus in carne habere debent donec vitiosos eius motus possint exterminare, & in pacata carne sic radicari, vt sponte legi Dei subiiciatur. Debet enim rationalis spiritus duo principaliter habere, sc. primo scientiam bene agendi, secundo affectionem ad bene agendum, vt tertiò per scientiam veritatis & affectionem bonitatis eliciatur in opere nostro corporali iustitiæ ex zelo ad nosipsos, & proximos, ad Deum. Primo quidem ad sciētiam bene agendi 12. gradibus, seu luminentibus perfectionis proficit spiritus rationalis. Primo per contritionem de peccato, secundo per humiliationem propter peccatum, tertio actuali confessione peccati, quarto proposito melioris vitæ, quinto pœnitentiæ amaritudine, sexto fomitis debilitatione, septimo pudore, octauo odio peccati, nono adhæsione Dei, decimo dilectione eius, vndecimo iudicio bene loquendi, duodecmo præconsideratione bene agendi. Hæ sunt 12 mansiones ad montem Sinaï quippe qui dentes mei, vel dentium meorum interpretatur, seruat rationalis spiritus perfectionem, qua per iuges meditationes peruenire potest ad discretionem boni & mali in opere proprio. Dentes enim firmatæ meditationes sunt, quibus cibum suum spiritualem, qui est opus bonū, ad minuta discutere debet: nec solum, vt affectionē sapiat, sed vtin circunstantiis eius quid reiiciendū, quidue eligendum sit, sapienter attendat. Secundo vero spiritus rationalis habere debet affectionē ad agendum: hæc autē affectio triplex est Prima, qua bene afficimur ad nosipsos. secunda, qua bene afficimur ad proximum: tertia, qua bene afficimur ad Deū. Prima enim affectio est, qua bene afficimur ad nos. Sunt enim quatuor perfectiones quæ disponunt spiritum rationalem in affectione sua bene ad seipsum. Prima est concupiscentiarū mortificatio, secunda affectionis per delectationem in bono dilatatio, tertia pronitas ad bene faciendum, & quarta iugē desiderium virtutum. Secundo autem bene afficimur ad proximum. Nam 14. perfectiones sunt, quæ disponunt humanam mentem in carne ad ipsum proximum. Prima est charitas fraternitatis, secunda beneficium fraternæ correctionis, tertia cura de eorum salute, quarta exempla bonæ vitæ, quinta humilis ad infirmos condescensio: sexta par societas, quæ nouit omnibus bona omnia fieri, compassio ad afflictos, octaua solicitudo ad subiectos, nona consolatio de proficientibus, decima zelus de non proficere volentibus, vndecima disciplina adhibita insolentibus, duodecima quod illa fiat per comminationis terrorem, decimatertia & per doctrinæ & exemplorum testificationem decimaquarta finaliter per mansuetam supportationem Secundo vero bene afficimur ad Deum. Vnde duodecim sunt perfectiones, quæ disponunt bene affectionē spiritus rationalis in carne ad Deū. Prima est contēptus temporaliū, secunda desiderium cœlestium, tertia intellectus secretorum spiritualium, quarta desiderium dissolutionis & esse cum Christo, quinta contemptus propriæ facundiæ per rationale silentium, sexta contemptus propriorum operum quasi inutilium. Septima vt per hoc quasi mortuus & insensibilis fiat ad mundū. Octaua sequitur victoria tērationum. Nona securitas aduersitatum. Decima transfusio mentis in Deum per exultationē. Vndecima obediētia spiritus ad ipsum Deū. Duodecima obedientia carnis ad spiritū. Hæc sunt duodecim perfectiones in quibus per tentationes erudimur quia ad nullam earum per nos sufficimus. *Sicut data est potestas illi bestiæ,* id est, amori priuato facere menses, 42 qui 42 defectus virtutem habet spiritus in carne per hunc iniquum amorem oppositos 42. profectibus, per quos adeo miser sit, quod necesse sit ei carni in omnibus obedire. Proinde Deum pro nullo bono, immo quasi pro omni malo, abicit & contemnit, ac per hoc omnia opera sua & motus bonos quæ ad Deum sunt mortificat & extinguit. O crudelissima bestia! tu omnem bonitatem exterminas & omne nefas perpetras, omnia maleficia patras, omnes virtutes corrumpis. Tu vnica diuidis, diuisa vniri non sinis, fidem nemini seruas, nullum nisi per reciprocum diligis. Tu tyrannos in ciuitatibus facis: seditiones excitas in vrbibus, omnium partialitatum tu es origo atque fomentum, tu scandala seminas, regulares irregulas, nescis ferre iniurias, eas facere noscis, denegas petentibus indulgentiam, turbaris, si non recipis. Tu id quod commune est tibi vsurpas, quod est proprium nunquam cōmune deducis, nunquam nisi propriis vtilitatibus delectaris, omnes vilipendis, tibique timens minui, nescis

Ore grati debemus esse datori.

Psalm. 11.

Gal. 6. Mensis vnde deriuatur. Mensis defectum virtutum significat. Quadraginta duo numerū triplicē in se habet.

Rationalis spiritus duo debet habere. Spiritus rationalis scientiam bene agendi, affectionem ad bene agendū & alia habere debet. Ad scientiā bene agendi 12. gradus rationalis spiritus profert.

Sinaï dentes mei interpretatur. Dentes firmata meditationes. Affectio ad bene agēdū triplex.

Quatuor perfectiones quæ disponunt spiritum rationalem in affectione sua bene ad seipsum.

Quatuordecim perfectiones disponentes mētem humanam circa proximi affectionem.

Duodecim perfectiones disponentes spiritum rationalem circa Deī affectionem.

Peruersus amor bestia crudelissima.

Digitized by Google

Pessima fera amor peruersus.

nescis aliis impartiri. O pessima fera! tu in iudiciis peruertis iustum, in causis honestum, contentionibus deseruis vt appareas singularis. Tibi placens non curas aliis displicere, commune post ponis proprio, communi proprium præfers, omnium desolationum non curas, si te non tangunt. O execrabilis amor, tu patientiam procul pellis, orationem, abstinentiam, vigilias execraris, omnes odis labores præter illos quæ tuum peragũt finem. Obedientiam trucidas, subdi nescis, regulari non vis, propria voluntate delectaris, quæris gloriam, contentiose agis & loqueris. Cordis & corporis refugis disciplinam. O impius amor! tu omnia tibi vsurpas, gratiæ vero nihil appropriias. Tu omnia sensualitati & propriæ voluntati aduersa crucem reputas & tormentum. Tu fœdera frangis, separas amicos, multiplicas inimicos, dissipas ciuitates, destruis regna, fidem extinguis, spémque confringis, charitatem occidis, cæteráque virtutes impia crudelitate persequeris, omniáque scelera viuificas & extollis. Quid plura? Tu de regno cœlorum expulsus Angelos in dæmones conuertisti eósque tecum ad inferos pertraxisti, vbi cum sis, cruciaris cruciatibus sempiternis: & per eos conaris humanum genus totum trahere ad supplicia infinita. A te igitur impietatis amore nos liberet amorosus Iesus per illum amorem, & cum illo amore cum quo cum æterno Patre gloriosus viuit & regnat per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Eius damna innumera.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur in hoc Sermone.

Qui est de mundi amore, & malis conditionibus eius, habens in se tres articulos, quorum vnusquisque continet tria capita.

Articulus primus, de triplici nequitia mundani amoris, quam in anima operatur.

Caput primum, Quod mundi amor astutissimus vel acutissimus est ad mala temporalia deuitanda, & vtilia, acquirenda.

Cap. 2. De triplici lingua, & simulata locutione mundani amoris.

Cap. 3. Quomodo amor mundi proprio amori in omnibus malis fauet.

Artic. secundus, de triplici impietate mundani amoris.

Cap. 1. Quod amor mundi ad adorationem proprij amoris, quasi Dei, inducit.

Cap. 2. Quod amor mundi animam & corpus per malas affectiones inflammat.

Cap. 3. Quod mundana vanitas, ornatus & pompa proprij amoris fœditatem celat.

Articulus tertius, quod mundi amor omnes animæ vires iniquitatibus replet.

Cap. 1. Quanta superbia mundi amor aduersetur humilitati.

Cap. 2. Quomodo amatores mundi sectantur propriam voluntatem.

Cap. 3. Nequissima peruersio, quam facit mundanus amor ad amorem priuatum.

DE MVNDI AMORE, ET MALIS conditionibus eius.

Sermo XXII.

Ioan. 2. Tripliciter solet mundus denominari.

NOLITE, *diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* 1. Ioan. 2. Tripliciter quippe solet mundus denominari. Primo enim mundus dicitur vniuersitas creaturarum, quæ constat ex quatuor elementis. Et secundum Isidorum, mundus dicitur à mouendo, quia in motu est: nulla enim requies elementis concessa est. Secundo enim homo dicitur mundus architypus. Nam secundum peritos Grammaticos, Typus idem est quod figura, & archos idem est quod princeps. Vnde archetypus mundus, dicitur principalis figura sensibilis mundi, quæ est homo: & corripit *ly* ty. Dicitur & microcosmus: nam cosmus, quod est mundus, componitur cum megalon, quod est longum vel magnum, & cum micron, quod est minor vel breuis. Vnde hic megacosmus, id est maior mundus, scilicet in quo viuimus: Et microcosmus, id est, minor mundus, scilicet homo, qui dicitur minor mundus, quia non constat irregulariter ex quatuor elementis, sicut maior mundus. Mundus tamen dicitur propter expressam similitudinem, quam habet cum maiori mundo. Tertio modo dicitur mundus amor mundanorum, seu mundi nomine amatores mundi significantur, scilicet propter mundanorum amorem, qui in mundialia transformantur. Quia si terram amas, terra es, secundum sententiam August. Vnde Ioan. 1. scriptum est: Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In primo loco designat hunc mundum, in secundo signat amatores mundi: secundùm ergo hunc tertium modum, scilicet secundum quod mundus dicitur amor mundi cum amatoribus suis, omnibus qui saluari desiderant clamat beatus Ioan. in verbo proposito, dicens: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* Hunc mundi amorem Apoc. 1. cap. 13. mysticè describit beatus Ioan. dicens: *Vidi aliam bestiam ascendentem de terra & habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco, & potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius, & fecit terram & habitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret descendere de cœlo in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitãtibus in terra, vt faciant imaginẽ bestiæ quæ habet plagam gladij & vixit. Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ. Et faciet vt quicunque non adorauerit imaginem bestiæ occidatur. Et faciet omnes pusillos & magnos & diuites, & pauperes, liberos & seruos, habere characterẽ in manu dextera, aut in frontibus suis. Et ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habeat characterem bestiæ aut nomen aut numerum nominis eius. Hic est sapientia. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est & numerus eius sexcenti sexaginta sex.* In quibus sacratissimis verbis triplex mysterium declaratur de mundi amore. Primum circa peius principium, secundum circa eius medium, tertium circa pessimum eius terminum.

Homo dicitur mundus.

Mundus amor mundanorũ.

3. Ioan. 2. Apoc. 13.

Triplex mysterium de mũdi amore.

ARTICVLVS PRIMVS,

De triplici nequitia mundani amoris, quam in anima operatur.

Primum mysterium circa malum eius principium quod nequam est.

PRimum mysterium de amore mundi, est circa eius principium malum: quia scilicet corde, ore & opere nequam est Nam primo est acutissimus in cognitione, secundo astutissimus in locutione, tertio peruersissimus in operatione.

Quod mundi amor astutissimus vel acutissimus est ad mala temporalia euitanda & vtilia acquirenda.

CAP. I.

Amor mundi acutissimus in cognitione.

PRimo enim est acutissimus in cognitione. Vnde Ioan. ait, *Vidi aliam bestiam ascendentem de terra.* Qui enim terrena amat, terrenis eget: & ob hoc qui Deum amant, nullius nisi ipsius se egere existimãt, cum

Digitized by Google

in ipso solo omnia habeant. Habet igitur hic terrenus amor, secundum hominem agendorum, & sinendorum scientiam. Amatores quippe mundi acutius & subtilius intelligunt, & discernunt, quid pro terreno lucro agendum vel sinendum sit, quam amatores Dei discernere possint, quid ad Dei gloriam faciendum sit vel sinendum. Proinde Luc. 16. cap. Dominus ait, *Filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.* Et ideo de hac bestia dicitur, *Et habebat cornua duo similia agni.* Duo siquidem cornua hæc, duplex scientia est, quia pro eo similia agni dicuntur: quia sicut simplices actiui ex doctrina Christi hac duplici scientia lucra spiritualia quærunt: sic isti scientes, sed mundum simulata simplicitate lucra terrena adipisci conantur. Sed de talibus 1. Cor. 3. cap. Apostolus ait, *Sapientia huius mundi*, scilicet talis, *stultitia est apud Deum.* Quod declarans Dominus Matth. 16. cap. ait, *Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Vel duo cornua similia agni sunt mansuetudo & iustitia. Nam sicut agnus Dei Christus in veritate duas virtutes habuit, quæ ad præfatas duas recolliguntur scilicet mansuetudinem & iustitiam; quia de eo Propheta ait: *Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam:* sic amor mundi simulatorie & absque veritate mansuetudinem; seu quandam pompaticam grauitatem & apparentem iustitiam in moribus simulate prætendit.

Luc. 16.

1. Cor. 3.

Matth. 16.

Mundus virtutes simulat.

Psal. 44.

De triplici lingua & simulata locutione mundani amoris.

Cap. II.

Mundus astutissimus in locutione.

Secundo est astutissimus in locutione. Solent enim amatores mundi qui secundum mundum sapientes sunt, aliud corde gerere, aliud ore loqui. In hoc consistit tota sapientia mundi, quæ veræ sapientiæ aduersaria est. Vera enim sapientia Christi veritatem habet in mente, quam sicut est, exprimit ore, licet prudenter quandoque pro meliori taceat veritatem. Vnde Propheta ait: *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.* Ecce quod non loquitur dolum, licet, vt prædictum est, taceat veritatem. At econtrario amatores mundi falsitatem in corde habentes, in verbis simulant veritatem. Proinde alibi Propheta ait: *Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.* Ideo de hac bestia subdit, *Et loquebatur sicut draco,* eo quod sic loquitur, sicut per astutiam diaboli eruditur. Diabolus quippe draconis nomine designatur, intentione fallendi mendacium loquitur sub bonitatis specie occultatum, sicut Genes. 3. patet, vbi scriptum est, *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* Et cum intentione fallendi Euæ ait: *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi?* Cui illa respondit: *Ne forte moriamur.* Ad quam serpens inquit: *Nequaquam moriemini.* Ecce mendacium, *Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum.* Ecce apparentia bonitatis & veritatis. In mysterium horum trium, vt caueamus, serpens linguam trifurcatam habet, quæ trifurcata denominatur in signum quod hunc triplicem modum fallendi habet; sed quod in Genesi serpens hic draco denominatur. Draco igitur iste ad decipiendum animas semper auidus. Loquitur quoque mendacium sub bonitatis & veritatis specie fallens. Veritatem siquidem nescit loqui, à qua auersus est & eam odit. Nudo vero mendacio neminem decipere potest. Proinde semper fucatum mendacium eligit loqui. Vnde Ioan. 8. c. Dominus de diabolo ait: *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius,* scilicet mendacij, sicut supra patet in Eua. Sic & hæc bestia, id est, mundanus amor, loquitur sicut draco, quia homines huius sæculi amatores hac triplici lingua & modo loquendi vtuntur, cum hæc diabolus operetur in eis. Et quanto in his tribus loquendi modis callidiores sunt, tanto sapientiores æstimantur. Et quod deterius est, talis quandoque, cum deceperit & proximum supplantauerit, lætatur & gloriatur. Ad talem Propheta Psalm. 51. ait: *Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate: tota die iniustitiam cogitauit lingua tua:* id est in cogitatam iniustitiam statim prorumpit lingua tua, *sicut nouacula acuta fecisti dolum,* id est, quasi insensibiliter lingua tua commisisti deceptionem. *Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quàm loqui æquitatem. Dilexisti omnia verba præcipitationis,* id est, apta ad proximum præcipitandum in malum *lingua dolosa. Propterea Deus destruet te in finem,* id est irreuocabiliter te damnabit: *euellet te,* scilicet radicatum in mundo: & nihil feres tecum: & *emigrabit te* ex hac vita *de tabernaculo tuo,* id est de corpore, seu de domicilio vel palatio tam dilecto, *& radicem tuam* scilicet *euellet de terra viuentium,* id est de gloria paradisi.

Diabolus nomine draconis designatur.

Genes. 3.

Ibidem.

Diabolus mendacium profert sub specie veritatis.

Ioan. 8.

Psalm. 51.

Quomodo amor mundi proprio amori in omnibus malis fauet.

Cap. III.

Amor mundi peruersissimus.

Tertio amor mundi peruersissimus est in operatione. Nam amori proprio amor mundi robur & fiduciam præstat. Adeo enim est egenus proprius amor, vt de se nullas vires habeat, nisi amor mundi facultatem sibi præster. Nam huius sæculi bona mala quibus fouetur priuatus amor. Sicut enim ignis in lignis ardet, quibus subtractis extinguitur: sic amor sui vehemẽtius incalescit, & conualescit, quamdiu copiam habet mundanorum bonorum. Proinde cum apud inferos omnia hæc bona subtracta fuerint tam miserabiliter, ignis huius priuati amoris extinguitur: vt in tantum odium sui, quantus præcesserit amor, conuertatur. Vnde Sapient. 5. cap. de seipsis damnati conqueruntur, dicentes, *Quid nobis superbia profuit? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam vmbra,* quæ insipientibus aliquid magnum esse videtur, sed manu cum tangitur, vana penitus inuenitur Nam temporalia bona, vmbra sunt æternorum bonorum, non res. Et ideo Ioan. ait, *Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius:* quia sine amore mundi nihil valet proprius amor. Ex quo communiter sequitur, sicut per experientiam patet, quod vbi magis incalet, & prosperatur mũdus, ibi magis regnat proprius amor, quia mundi amor amori priuato, & operibus eius malis auxilium præstat. Vnde ad quosdam dilectores mundi, Ioan. 7. c. ait Dominus: *Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia testimonium perhibeo de illo, quia opera illius mala sunt,* cum scilicet fauet proprio amori in omnibus malitiis suis. Quibus autem fomentis principaliter mundi amor faueat amori priuato, ostendit Ioan. 1. Ioan. 2. cap. vbi ait: *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, vel superbia vitæ.* His potissimè amor mundi potestatem prioris bestiæ omnem facit in conspectu eius, id est dum prædicta bona principaliter amor proprius habet, quia ex abundantia mundanorum vires eius plurimùm enruantur, velit nolit.

Temporalia bona vmbra sunt æternorum.

Sap. 5.

Ioan.

Amor mundi proprio amori famulatur.

Ioan. 7.

Articvlvs Secvndvs,

De triplici impietate mundani amoris.

Secundi mysterium circa medii illius.

Secundum mysterium de mundi amore est circa pius illius medium; quia Deo, sibiipsi, & proximo impius est. Primo, Deo per præsumptuosissimam adorationem, secundo sibiipsi per ardentissimam affectionem, tertio proximo per falsissimam ostensionem.

Quòd

Digitized by Google

Quòd amor mundi ad adorationem proprij amoris, quasi Dei inducit.

Cap. I.

Primo est mundi amor impius Deo.

PRimo quippe mundi amor est impius Deo per præsumptuosissimam adorationem. Nam amor iste omnia corporalia bona cum omnibus operibus,& ministeriis seculi,ad amorem proprium tanquam ad summum bonum ordinat,atque conuertit. Sicut enim diligentes Deum omnia opera sua cum facultatibus suis referunt ad ipsum Deum, tanquam ad summum bonum:sic huius mundi amatores omnia concupiscentiæ suæ impendunt tanquam eis sit summum bonum. Iuxta quod Luc.16.cap. scriptum est: *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura,& bysso, & epulabatur quotidie splẽdidè.* Hic profecto omnia opera sua, & studia, atque conatus amori proprio impendebat. Primo diuitias, *quia homo quidem erat dives.* Secundo magnificentias; *quia induebatur purpura, & bysso.* Tertio delicias; *quia epulabatur quotidie splendidè.* In primo impendebat concupiscentiam oculorum, in secundo superbiam vitæ, & in tertio concupiscentiam carnis. In his tribus proprio amori penè omnia mundialia impenduntur. Proinde de mundi amore Ioan.subdit, *Et fecit terram,* id est affectus terrenos: *& habitantes in ea,* id est cœlestia in temporalia commutantes *adorare bestiam primam,* id est amorem proprium. Illud siquidem adoramus,quod pro summo bono habemus. Vnde Philippen. 3.de corpore talium impiorum, in quo iacet proprius amor, tanquam Deus in exemplo suo, Apostolus ait: *Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt,* id est, sicut vinarium vas dicitur sapere vinum. Et hic est amor mundi. Et ad Roman.8. *Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt.* Et hic est amor sui,& quædam adoratio eius,quod tamen efficit amor mundi. Et quia qui in deliciis viuunt,quodammodo insensibiles facti mortem æternam non sentiunt,quã quotidie incurrunt; ideo subditur à Ioanne, *Cuius curata est plaga mortis.* Hi similes sunt puero,qui dum est in ventre matris, semper dormit: sed quando nascitur, excitatur & flet. Sic qui in amore proprio inuolutus est, quasi in vtero suo in peccatis dormit, quia non perpendit quod lugendum sit: & sic videtur curata plaga mortis. Sed quando talis moritur, quasi de vtero egreditur cum peccato,& tunc percipit angustias, & dolores.

In tribus proprio amori omnia mundialia impenduntur.

Philip.3.

Rom.7. Deliciosè viuentes insensibiles.

Quomodo amor mundi animam, & corpus per malas affectiones inflammat.

Cap. II.

Secũdo amor mũdi est impius sibiipsi. 2.Cor.5.

SEcundo amor mundi impius est sibiipsi per ardentissimam affectionem. Postquam enim amor iste mentem corrupit per mali multiplicia incrementa, etiam ipsam sensualitatem inflammat. Est enim sicut fermẽtum,quod sapore inficit totam aspersionem. Proinde 1.Cor.5. Apostolus ait, *Modicum fermenti,* id est paruus amor mundi, scilicet dummodo sit mortalis, *totam massam* humanæ affectionis *corrumpit. Expurgate ergo vetus fermentum,* id est, ne totum simul & animam & corpus inficiat; amouete mundi amorem, *vt sitis noua conspersio.* Est enim conspersio farina per aquam conglutinata sine fermento,secundum glossam, quasi dicat: Vt sitis noua farina, alba & delicata, ab amore mundi purgata, sed per aquam gratiæ conglutinata. Vt sic sitis renouati per vitæ renouationem, dealbati per honestam conuersationem delicati per puram affectionem, conglutinati per veram dilectionem, atque deputati per mundani amoris expulsionem. Hoc siquidem nisi fiat, sequitur quod Ioan. addit, *Et fecit signa magna; vt etiam ignem,* scilicet ardentis affectionis, *faceret de cœlo,* scilicet mentis', *descendere in terram,* scilicet carnis, *in conspectu hominum,* scilicet euidenter & manifestè, quia amor mundi per mala studia mentis operatur manifestè ardorem malæ affectionis. Contra igitur mundi amatores iratus Dominus,Ierem. 15.cap.ait, *Ignis succensus est in furore meo, & super vos ardebit.* Furor siquidem Dei mundi amatores permittit incendi affectionibus deprauatis,vt qui amoris illicitis intus ardent, foris etiam in terra carnis inordinatis affectionibus comburantur. Et de malo affectu talium ardentium affectionum, quoad alios cum talibus conuersantes, subiungit dicens, Et seducit, scilicet seducet: per præsens enim insistentia, & studium denotatur, quia seorsum à virtute diuini amoris ducet habitantes in terra, id est amatores terræ: quia ad maiorem mundi amorem inflammat eos, qui iam mundanis aliquo modo applicati sunt: & hoc propter signa, id est exempla, quæ permissiuè data sunt illi facere in conspectu bestiæ, scilicet primæ, id est in conspectu seipsos amantium.

Ierem.15. Qui intus igne amoris illiciti affluunt, exterius diuersimode comburuntur.

Quòd mundana vanitas ornatus, & pompa proprij amoris fœditatem celat.

Cap. III.

Tertio est amor impius proximo. Quid concupiscentia carnis, oculorum, & superbia vitæ.

TErtio amor mundi impius est proximo per falsissimam ostensionem. Exterior quippe compositio, in qua pompa, seu mundi gloria consistit, oculos irritat circunstantes. Cum enim, sicut prædictum est, *Omne quod est in mundo est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ.* Et concupiscentia carnis sit propriè amor sui,quem mali habent pro summo bono. Concupiscentia oculorum sit amor mundi, quem mali prosequuntur tanquam ea, quæ sunt ad finem: Superbia vitæ in exteriori gloria est, per quam excitatur concupiscentia miserorum. Ornatus quippe auro & argento & coloribus variis, atque lapidibus pretiosis compositus,insensatis hominibus est libidinis incentiuum. Vnde Sapien. 15. cap. scriptum est: *Vmbra pictura, labor sine fructu, effigies picta per varios colores, cuius aspectu insensato dat concupiscentiam.* Hi sunt, de quibus Propheta ad Dominum ait, *Odisti observantes vanitates superuacuè.* Nam à Ioan. subditur dicente, scilicet præcipiendo habitantibus in terra, *vt faciant imaginem bestiæ,* scilicet primæ, *qua habet plagam gladij,* quia scilicet amor priuatus transfigit mentes, & vixit, scilicet, vt supra dictum est. Amor quippe priuatus, quia fœtidissimus est, exteriorem pulchritudinem quærit ad tegendam fœditatem suam. Et hæc est imago bestiæ, id est exterioris gloriæ,vana pulchritudo. Ex his igitur patet, quòd quanto ornatus exterior virorum, & mulierum, in mundo magis abundat; tanto fœditas proprij amoris quasi per nouæ idololatriæ cultum amplius veneratur,ac tanto magis signum est, quòd in talibus sic ornatis amplius regnet proprius amor. Et licet imago huius gloriæ vanæ tota foris in ornatu sit; tamen & mentem interius & exterius sermonem corrumpit. Porro superbia, quæ ex gloria prouenit, cor interius inflat & sermonem turgidum reddit. Et hoc est quod sequitur: *Et datum est illi,* scilicet permissiue, *vt daret spiritum,* scilicei superbiæ, *imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ,* scilicet sermone inflato, atque fastuosis verbis. Sed de talibus Propheta inquit: Psalm. 11. *Disperdat Dominus,* id est disperdet, *vniuersa labia dolosa: & linguam magniloquam, qui dixerunt* scilicet *in corde suo, linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt.*

Sap.15.

Psal.3.

Amor priuatus fœtidissimus.

Psal.11.

Digitized by Google

ARTICVLVS TERTIVS,

Quòd mundi amor omnes animæ vires iniquitatibus replet.

Tertium mysterium circa pessimũ eius terminum.

TErtium mysterium de amore mundi est circa pessimum eius terminum, quia omnes vires animæ iniquitatibus replet. Primo quidem est plenus in intellectu crudelissima elatione, secundo in affectu propriissima affectione, tertio in conatu malitiosissima peruersione.

Quanta superbia mundi amor aduersetur humilitati.

CAP. I.

Primo amor mũdi est plenus in intellectu crudelissima elatione.

PRimo quippe mundi amor est plenus in intellectu crudelissima elatione: proinde omnia opera piæ humilitatis euacuat. Nam qui pro magno bono gloriam mundi computant, humilitatem pro magno vitio habent. Vnde Eccl. 13. *Abominatio est superbo humilitas, sic & execratio diuitis pauper.* Qui enim humilis corde est, & sectatur humilia ex corde: nausea & abominatio est superbo, qui inhiat ad grandia, & quærit, ac sectatur magna. Et qui pauper spiritu, id est, humilis fuerit, diuitiasque contempserit, execratio eius est, qui per diuitias mundi gloriosus mũdo apparere desiderat. Et hoc est, quod Ioan. subdit, *Et faciet*, scilicet amor mundi, *vt quicunque non adorauerit imaginem bestiæ*, scilicet primæ, id est proprij amoris, *occidatur*. Et hoc dicitur, vel quia opera humilitatis, quæ suæ gloriæ aduersantur, amor mundi exterminat: vel quia ipsos humiles à consortio superborum eliminat, seu persequitur & condemnat. Sed econuerso facit Deus: Proinde ad Deum Propheta inquit, Tu scilicet Deus, *populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis.*, Primo notanter in singulari dicit, Populum, eo quod in bono est vnitas. De malis autem pluraliter dicit, *oculos superborum*, eo quod in ipsis diuisio est. Secundo de bonis dicit, humilem, & sic innuit habitum humilitatis. De malis vero ait, *oculos superborum*, vt sic innuat actum. Vnde Prouerb. 29. c. *Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.* Tertio ait, *populum humilem saluum facies*, ad innuendum quòd salus eorum ex duobus erit, scilicet à gratia & libero arbitrio. Sed quoniam malum tantum ab homine est, ideo sub vnico verbo inquit, *humiliabis*. Quarto etiam ait *oculos*, quia ibi est superbiæ signum. Proinde Gregor. ait: Nisi superbia per oculos, quasi per quasdam feneſtras se demonstraret, nunquam dixisset Dauid, *oculos superborum humiliabis.* Quinto quoque aduertendum est, quod totaliter dicit, populum humilem saluum facies, & secundum partem corporis ait, *oculos superborum humiliabis:* Vt mysticè innuat, quod malos punit citra condignum, & bonos remunerat vltra meritum: quia, vt dicitur Rom. 8. *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Felix ergo humilitas, quia Dominus Matth. 19. cap. ait: *Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium enim est regnum cœlorum.* Et quia alibi etiam Propheta inquit, *Excelsus Dominus, & humilia respicit & alta à longe cognoscit.* Semper enim oculus Dei ad humiles, sed diaboli ad sublimes. Vnde Iob 41. de illo inquit. *Omne sublime videt.* Et Basilius: Tanto eris apud Deum pretiosior, quanto fueris ante oculos tuos despectior. Et Gregor. iterum dicens, Plus saltantem quàm pugnantem stupeo: pugnando enim hostes occidit, saltando coram Deo seipsum vincit.

Opera humilitatis amor mundi exterminat.

Psalm. 17. In bono vnitas.

In malis diuisio. Prou. 29.

Salus ex gratia ex libero arbitrio.

In oculis superbia Deus punit citra condignum, vltra autem meritum bonos remunerat. Rom. 8.

Matth. 19. Psalm. 112. Iob. 4.

Quomodo amatores mundi sectantur propriam voluntatem.

CAP. II.

Secũdus amor mũdi est plenus in affectu propriissima affectione.

SEcundo autem amor mundi est plenus in affectu propriissima affectione. Nam omnia opera sua, & studia & verba suæ propriæ voluntati conformat. Hæc enim differentia est inter habentes amorem Dei, & amorem sæculi. Nam qui Dei amorem habent, omnia opera & studia sua, & etiam cogitatus diuinæ applicant voluntati, vt secundum eam quasi secundum regulam rectissimam omnes cogitationes, locutiones & operationes dirigant. Qui verò amorem sæculi habent, propriam voluntatem attendunt, vt quicquid ista quasi domina exegerit, hi propriarum passionum serui adimpleant. Vnde & Beatus Petrus 1. Canon. cap. 4. præcepit à propria voluntate recedere, & voluntati diuinæ seruire, dicens: *Non iam hominum desideriis, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne viuat, temporis*, scilicet qui finalis est. At econtra de amore sæculi, Ioan. subdit, *Et faciet omnes pusillos & magnos, diuites & pauperes, liberos & seruos habere characterem in manu dextera, aut in frontibus suis.* Et ne quis possit emere, *aut vendere, nisi qui habeat characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius.* Character siquidem bestiæ propria voluntas est, quæ sola distinguit inter filios Dei, & filios diaboli. Omnes vero sequentes propriã voluntatem ex opere mundani operis tripliciter describit, quantum ad potentiam, dicens: *Et faciet omnes pusillos*, id est in potestate: *& magnos*, id est maiores. Et quantum ad fortunam, dicens: *& diuites & pauperes*, in rebus. Et quantum ad personam seu conditionem personæ, dicens *& liberos & seruos.* Dicit tamen omnes, faciens distributionem, non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum: quia de omnibus supradictis sequuntur propriam voluntatẽ occasione mundani amoris. Characterem igitur propriæ voluntatis in dextera habent, quia omnia operantur secundum propriam voluntatẽ. In frontibus vero habent, qui omnia studia sua propriæ voluntati conformant. Sine quo charactere nemo emit, cum homo nihil ab homine bono, vel malo credit, nisi quod ad proprium temporale commodum venit. Nemo quandoque vendit, cum homo erga proximum nihil facit vel dicit, nisi quod sibiipsi temporaliter vtile fuerit. Et vt ostendat diuersos status, vel gradus sequentium propriam voluntatem, & temporalem commoditatem ex amore priuato, posuit tria verba. Primum *characterem nominis eius.* In nomine notitia designatur. Ex nomine cognoscitur homo, vt notet principium discretionis liberi arbitrij, quod in pueritia exordium sumit. Secundum verbum subiungit, dicens: *Aut nomen eius*, vt notet iam intellectus discretionem. Tertium verbum subdit cum dicit, *Aut numerum nominis eius.* In numero maxima cognitio, seu intelligentia denotatur, quia per numerum intelligimus numerata. Et in scriptura sacra in diuersis numeris diuersa cognitio denotatur. Sicut aliqualiter in sequenti c. apparebit. Ponitur igitur hoc triplex verbũ, vt mysticè innuat, quod ab initio cognitionis & discretionis vsque ad eius summum in omni statu, & conditione innumerabiles reperiuntur, qui ex mundi amore propter amorem priuatum propriam voluntatem sectantur.

Character bestiæ propria voluntas.

Omnes fere sequuntur propriam voluntatem.

De malitiosissima peruersione, quam facit mundanus amor ad amorem priuatum.

CAP. III.

Tertius est amor mundi plenus in conatu malitiosissima peruersione.

TErtio vero amor mundi est plenus in conatu malitiosissima peruersione. De qua viri sancti, & iusti consequuntur maximum lucrum spirituale, propterea subditur à Ioanne, *Hic est sapientia*, id est ex

Digitized by Google

ex his, quæ operatur mundanus amor, quia operatur secundum sapientiam, seu malitiam transitoriam & terrenam, vnde iusti possunt colligere sapientiam cælicam & diuinam. Cum enim vident differentiam legis, 1.Cor.3. institutionis sapientiæ mundi, de qua 1.Cor.3. Apostolus ait, *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum*: Sapitia humana qua. ad legem & institutionem amoris & sapientiæ Dei: iam intelligunt, quod quicquid diuinus amor & sapientia Christi fecit & docuit; hoc non humanæ, sed diuinæ ordinationis & sapientiæ est: quicquid vero sapientia amoris mundi facit & docet: hoc non diuinæ, sed humanæ & diabolicæ malitiæ inuentio comprobatur. Proinde Ioan. subdit, *Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ.* Profecto omnis sapientia diuina, seu humana, sub quodam numero certæ rationis comprehendit, quæ nouit. Aliter enim cognosci non possunt. Numerus ergo bestiæ est astutia mundani amoris, qua certa ratione comprehendit media ordinata ad finem, quæ elegit. Sicut ergo finis, quem eligit amor mundi, est alienus à Deo: sic & sapientia sua non diuina, sed tantum humana malitia est ad iniquum finem ordinata. Vnde Eccles. 19. Eccles.19. scriptum est: *Est solertia certa, & ipsa iniqua*, scilicet quia ad finem indebitum ordinata, quæ nec est, nec meretur dici sapientia. Proinde dicitur ibidem, *non est sapientia nequitiæ disciplina*: cum tamen solertia certa sit, vt dictum est: non diuina sapientia, sed humana malitia profecto erit. Vnde Ioan. subdit, *Numerus enim hominis est.* In amore Dei totum diuinum. Dei enim & Christi amore totum diuinum est. Vnde & Ioan. 14. c. ipse Dominus ait: *Pater in me manens, ipse facit opera.* At econtra in mundi amore nihil diuinum est, sed totum per diaboli malitiam & inuentum. Proinde subditur à Ioanne: *Et numerus eius est 666.* Ioan.14. per hunc numerum proculdubio malitia humanorum operum designatur. Ad cuius intelligentiam notandum est, quod triplex denarius reperitur. Primus est operationis, secundus exercitationis, tertius cognitionis. Primus est denarius operationis. Circa hoc notandum est, quod decem sunt opera naturæ conditæ, Triplex denarius. Decem opera natura condita. id est quæ dedit Deus homini, quando creauit eum, primo dedit ei vt sciret bonum, secundo vellet illud, tertio posset operari illud, quarto discerneret ipsum, quinto præmeditaretur illud, sexto ipsum operaretur, septimo recognosceret se insufficientem ad bene agendum, octauo Deum timeret in defectibus suis, nono Deum se adiuuantem amaret, & decimo, naturali iustitia omnia opera sua ad ipsum tanquam ad finem vltimum ordinaret. Prima sex pertinent ad vitam actiuam, quatuor vero vltima ad vitam contemplatiuam, seu ad naturalem contemplationem. Sex igitur prima pertinent ad actionem humanam. Secundus est denarius exercitationis. Decem sunt exercitia actiuæ vitæ quæ gradatim ad perfectionem vitæ actiuæ perducũt. Primum est parsimonia, quæ excludit gulam: secundum castitas, quæ excludit luxuriam: tertium largitas, quæ excludit auaritiam: quartum humilitas, quæ excludit superbiam: quintum lenitas, quæ excludit iracundiam: sextũ maturitas, quæ excludit ineptam lætitiam: septimum iustitia, quæ excludit iniquitatem: octauum misericordia, quæ excludit impietatem: nonum munditia mentis, quæ excludit non tantum immunditiam carnis, sed etiam cogitationum vanitatem: decimum pax quæ mentis seditionem eliminat. Tunc quippe mens secum habet perfectam pacem, cum caro & spiritus concordiam virtutum habent, nec ad alios discordare nouit, qui carne & spiritu didicit in Deo tranquillus esse. Præcedentia sex, si per hæc decem exercitia vitæ actiuæ compleantur, ita quod quolibet eorum per hæc decem opera multiplicetur, per quæ & perficiuntur, iam vtique sola erunt, in quibus exercitium actionis existat. Tertius est denarius cognitionis. Decem sunt, quæ per considerationem, seu contemplationem intellectui, seu rationi dant cognitionem, & nosse. Primum est audire sapientiam Dei, secundum sedari mente à motibus passionum, tertium mentem leuare à sensibilibus ad insensibilia, quartum de insensibilibus seu spiritualibus meditari, quintum verum à falso in eis discernere. Hæc quinque pertinent ad discretionem scientiæ fidei. Alia quinque, quæ sequuntur spectant ad adhæsionem. Primum delectari in vero, secundum perfici mente per veritatem, tertium quiescere in complacentia eius, quartum admirari eam, quintum credere fide illuminata. Si autem sex opera naturæ conditæ, & decem exercitia actiuæ vitæ, quantum ad singulas partes earum compleantur per prædictum denarium considerationis, seu cognitionis, resultabunt sexcentum. Si ergo ad actionem sexaginta ad exercitium actionis, sexcentum vero ad scientiam agendorum pertinere probantur. Hæc quippe scientia, dum ad iniquum finem proprij amoris vsque ad contemptum Dei peruertitur, quid aliud dignius dici poterit, quam humana peruersitas, & malitia, qua sibi vtilia ad suum intentum mundi amor prouidere nouit? Illuminati ergo à spiritu veritatis, intellectum habentes operum diuinorum, numerum bestiæ computare possunt. Vnde Daniel. 11. c. scriptum est, *Populus autem sciens Deum suum obtinebit*, scilicet intellectu veritatis de priuato amore, & faciet, scilicet secundum intellectum, quem habebit, & *docti in populo docebunt plurimos*, scilicet vt caueant prædictum amorem: quod est nominis eius numerum computare. A quo peruerso amore nos misericorditer liberet amor vniuersalis, & magnus, atque aduersarius huius amoris, Dominus Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto in infinito & glorioso amore viuit & regnat per infinita sæcula sæculorum, Amen.

intellectui dant cognitionem.

Dan.11.

Decem sunt quæ per considerationem

Secundus. Decem sunt exercitia actiua vita, qua gradatim ad perfectionem eiusdem vitæ cõducunt.

DE EXERCITV SPIrituum Malignorum.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Hic Sermo, qui est de exercitu spirituum malignorum, habet tres articulos, quorum primus tria habet capita, secundus totidem, tertius denique sex.

Articulus primus, De primo vicario satanæ & tribus ducibus eius, qui hominum rationem per ignorantiam multipliciter cæcant & illudunt.

Cap. 1. Quomodo spiritus erroris cum exercitu suo seducit intelligentiam per ignorantiam credendorum.

2. Cap. Quomodo spiritus vertiginis cum exercitu suo seducit intelligentiam per ignorantiam agendorum.

Cap. 3. Quomodo spiritus soporis cum exercitu suo seducit rationalem per ignorantiam vitandorum.

Articulus 2. De secundo vicario Satanæ & tribus ducibus eius, qui hominum concupiscibilem per malitiam incendunt, seu inflammant.

Cap. 1. Quomodo spiritus nequam cum exercitu suo incendit hominum voluntatem contra Dei potentiam.

Cap. 2. Quomodo spiritus diuinationis cum exercitu suo incendit hominum voluntatem contra Dei sapientiam.

Cap. 3. De spiritu blasphemiæ, & quomodo cum exercitu suo incendit hominum voluntatem contra clementiam Dei, & de sex peccatis in Spiritum Sanctum, & sufficientia eorundem.

Articulus

Digitized by Google

Articulus tertius. De tertio vicario Satanæ, qui cum ſeptem ſpiritibus malis impellit ſeptem capitalia peccata & mala.

Cap. 1. De ſpiritu ſuperbiæ & tumoris, & quæ mala operatur cum exercitu ſuo.

Cap. 2. Quomodo ſpiritus inuidiæ, qui dicitur ſpiritus malus, cum exercitu ſuo impia operatur.

Cap. 3. De ſpiritu iracundiæ, qui dicitur ſpiritus peſſimus, & quæ cum exercitu ſuo operatur mala.

Cap. 4. De ſpiritu auaritiæ, qui dicitur ſpiritus ſurdus & mutus, & quæ cum ſuo exercitu operatur iniqua.

Cap. 5. De ſpiritu acediæ, qui ſpiritus infirmitatis eſt dictus, quomodo cum exercitu ſuo hominibus nocet.

Cap. 6. De ſpiritu gulæ, qui immundus ſpiritus nominatur, & quantitate malorum, quæ operatur cum exercitu ſuo.

Cap. 7. De ſpiritu luxuriæ, qui fornicationis ſpiritus dictus eſt & malus, & quæ cum ſuo exercitu faciat.

Sermo XXIII.

SERPENS antiquus, qui vocatur diabolus, & Sathanas, ſeducit vniuerſum orbem. Apoc. 12. c. Iob quippe 7. cap. ſcriptum eſt, *Militia*, alia litera habet tentatio, *eſt vita hominis ſuper terram*, ſcilicet vt pugnet à dextris & à ſiniſtris. Tres quippe ſunt animæ huius pugnantis hominis vires, ſcilicet rationalis, concupiſcibilis, & iraſcibilis, quæ ſecundum libertatem arbitrij ad bonum, & ad malum inclinabiles ſunt. Primo ad bonum. In cuius myſterium tres Euangeliſtæ de Spiritu Sancto erga Ieſum tripliciter locuti ſunt. Primo Matth. 4. c. ait, *Ductus eſt Ieſus à ſpiritu in deſertum.* Secundo autem Luc. 4. ſcriptum eſt, Ieſus autem plenus *Spiritu Sancto regreſſus eſt à Iordane, & agebatur à ſpiritu, videlicet* ſancto, *in deſerto.* Tertio vero Matth. 1. cap. ſcribit, *Statim ſpiritus expulit eum in deſertum.* Et in hoc triplici actu myſticè demonſtratur, quod ſicut in capite noſtro Chriſto Spiritus Sanctus hoc egit: ſic in omnibus membris eius, vt membra capiti conformentur, conformiter ſatagit operari. Nam ad bona omnia triplicem habet ſpirandi modum. Primo ductiuum, ſecundo actiuum, tertio impulſiuum. Ducit rationalem, agit concupiſcibilem, impellit iraſcibilem: impellit iraſcibilem, vt ſcilicet ſecundum quamlibet ſui partem liberum arbitrium noſtrum à ſpiritu moueatur. Ducit enim luminibus rationum, agit affectionibus promiſſionum, atque impellit comminationibus punitionum. Primo igitur habet modum ductiuum, quia ducit rationem, vt per lumen fidei eognoſcat Deum, atque ſeipſum, & omnem neceſſariam veritatem. Proinde de populo Iſraël, id eſt de quolibet per fidem vidente Deum, Iſa. 63. c ſcriptum eſt, *Spiritus Domini ductor eius fuit*, ſcilicet ad prædictam triplicem cognitionem. Et Propheta etiam de his ait, *In lumine tuo videbimus lumen*, id eſt, in te videbimus nos & noſtra. Secundo habet modum actiuum, ſcilicet quia agit voluntatem, vt per charitatis amorem omnia diligamus, per quod homo efficitur Filius Dei. Nam filius à philos, quod eſt amor, denominatur. Et de talibus ad Rom. 8. c. Apoſtolus ait: *Quicunque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt Filij Dei.* Tertio vero habet modum impulſiuum, quia impellit facultatẽ, vt per ſpem æternorũ bonorum impleat voluntatem Dei, & mandata eius obſeruet. In huius myſterium Ezech. 1. c. ſcriptum eſt: *Vbi erat impetus ſpiritus, illuc animalia gradiebantur.* Et ſecundum hoc, ſcilicet ſpiritus vehemens denominatur, Actuum 2. eo quod mentem vehat ad diuinæ voluntatis adimpletionem. Ex his igitur patet, quomodo tres animæ vires à diuino ſpiritu inclinabiles ſunt ad bonum, iuxta liberi arbitrij voluntatem. Secundo autem hæ tres potentiæ animæ noſtræ per dæmonum tentamenta inclinabiles ſunt ad malum, ſi libertas arbitrij hoc aſſentit. Per triplicem modum prædictis tribus contrarium ad mala inducunt animas dæmones infernales. Primo per modum ſeductiuum, ſecũdo per modum intenſiuum, tertio per modum impulſiuum. Seu decipit, blanditur & violentat. Per primum enim operatur, ne homo bene facere ſciat: per ſecundum, ne velit: per tertium, ne poſſit. Et licet hi modi tentandi in quolibet dæmone reperiantur, tamen incomparabiliter excellentiori modo ſunt in Sathana Principe dæmoniorum. Nam ſicut Spiritus Sanctus tres prædictos modos ſeruat inſpirando in omnia membra Chriſti: ſic Satanas hos tres tentandi modos ſibi, & ſuis dæmoniis omni conamine ſeruat ad formandum caput, & membra impij Antichriſti. Vnde & Ioan. in verbo præallegato, contemplans per hos tres modos multitudinem damnandorum ait: *Serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satanas, ſeducit vniuerſum orbem.* Quod verbum vtinam in diebus noſtris non verificetur. In quibus ſacris verbis propter tres prædictos tentandi modos Lucifer in prædicto verbo tripliciter nominatur, Serpens, diabolus & Sathanas. Primo enim quia habet modum ſeductiuum rationis, propterea dicitur ſerpens. Proinde Gen. 3. de illo Satana tentante Euam ſcriptum eſt, *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* Callidus quidem eſt, vt rationem ſeducat. Quod in aliis ſicut in Eua timens ſeductionem, atque deceptionem, 2. Cor. 11. Apoſtolus ait, *Timeo ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, & ſenſus veſtri corrumpantur, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Secundo vero, quia habet modum incenſiuum voluntatis, diabolus nominatur, ideſt deorſum fluens. Et hoc in quantum tentat per fluidas voluptates. Carnalis enim concupiſcentia multos deiecit. Hinc Prou. 7. cap. de blanda meretrice Salomon ait, *Multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea.* Tertio quoque, quia habet modum impulſiuum facultatis, ideo Satanas dictus eſt, qui aduerſarius interpretatur. De quo 1. Pet. 5. *Sobrij eſtote*, &c. vſque *deuoret*, ſcilicet per ſe & per ſuos. *Cui reſiſtite fortes in fide.* Hos quidem tres modos ex admiranda infectione eius à principio mundi communicauit Satanas aliis ſpiritibus malis, ita vt ad omnia mala omnes facti ſunt ſeductores, incenſores & impulſores. Quod cernentes ſancti Angeli poſt caſum malorum ſpirituum de ſummis cœlorum in terram, compaſſiuè ac lamentabiliter clamauerunt dicentes: *Væ mari & terræ*, id eſt væ in proſperis & aduerſis, quia diabolus deſcendit ad vos. Apocal. 12. c. Licet igitur malignus ſpiritus per ſe, & per ſuos, quoſlibet ad ruinam tentare conetur; ſuper illos tamen ampliorem à Domino ſuſcipit poteſtatem tentandi, qui inquinantur grauioribus culpis. Et de talibus Propheta in Pſal. 34. inquit, *Fiant via illorum tenebræ & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos.* Et poteſt eſſe aliud thema. Et vbi in verbis Ioan. in Apocal. deſcribitur triplex tentandi modus dæmoniorum, à Propheta exprimitur idem triplex ex parte mentium peccatorum. Nam in eis à dæmonibus primo ſeducitur rationalis per ignorantiam. Vnde ait, *Fiant via illorum tenebræ.* Secundo incenditur concupiſcibilis per malitiam. Et de hoc ſubdit, & *lubricum.* Tertio impellitur iraſcibilis per impotentiam, & de hoc addit, Et *Angelus Domini perſequens eos.* Viator quippe, cui hæc tria concurrunt, non ruere quaſi impoſſibile eſt: Videlicet ſi incedit tempore tenebroſæ noctis per viam lubricam, & vltra hæc à perſequente impetu propulſatur. Hi ſiquidem tres ruendi modi non tantum in peccatoribus ſunt pœnæ. Proinde de talibus Hieren. 23. c. Dominus ait: *Polluti ſunt, & in domo mea inuenti malum eorum, dicit Dominus.* Ideo via illorum erit quaſi lubricum, in tenebris impellentur, & corruent in ea. Ad hæc ordinauit Sathanas tres vicarios ſuos, qui cum ſexdecim ducibus ſuis ſeducant vniuerſum orbem.

tertio inclinabiles ſunt ad malum tribus modis. Primo per modum ſeductiuum.

Gen. 3.

2. Cor. 11.

2. Per modũ incenſiuum.

Prou. 7.

3. Per modũ impulſiuum.

Apoc. 12.

Maior poteſtas dæmonis in eos qui maioribus ſceleribus detinentur. Pſal. 34. 3. Tentationis modus.

Iere. 23.

Tres Satanæ Vicarij.

ARTI

Apoc. 12. *Iob. 7.* *Matth. 4.* *Luc. 4.* *Matth. 1.* *Ad bona omnia triplex ſpirandi modus.* *Modus ductiuus.* *Iſa. 63.* *Pſal. 35.* *Modus actiuus.* *Rom. 8.* *Modus impulſiuus.* *Ezech. 1.* *Act. 2.* *Quomodo tres animæ vires.*

Digitized by Google

Articvlvs Primvs.

De primo vicario Satanæ, & tribus ducibus eius, qui hominum rationem per ignorantiam multipliciter cæcant & illudunt.

Primus Vicarius. Peccatoris mens obnubilatur. Psal. 8.

PRimo quippe à dæmonibus seducitur in peccatoribus rationalis per ignorantiam, & de hoc Propheta ait, *Fiant*, id est, *fient*, scilicet dæmonibus seducentibus, & peccatoribus consentientibus, *Via illorum tenebræ.* Sicut alibi de talibus idem Propheta ait, *Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant*; quasi dicat: Nescierunt legem naturæ, neque intellexerunt legem scripturæ, in tenebris ambulant sine lege gratiæ. Ad hoc ordinauit Satanas primum vicarium, & collateralem suum, qui spiritus mendax denominatur. De quo 3. Reg. 22. c. scriptum est, quòd mysticè ait, *Egrediar*, scilicet ad seducendum, & *ero spiritus mendax in ore omnium.* Vnde ad hoc perficiendum, & in adiutorium collateralis sui, & vicarij, atque ad has tenebras in anima generandas, tres spiritus de principalibus, id est tres duces ordinauit serpens antiquus. Primus dicitur spiritus erroris, secundus spiritus vertiginis, tertius spiritus soporis. Et hi ad nocendum animabus concordes seducunt rationalem. Primus per ignorantiam credendorum, secundus per ignorantiam operandorum, tertius per ignorantiam vitandorum: Vt quodammodo distribuens eis officia primo Satanas dicat, Tu tentando labora, ne homines recta credant: secundo vero, Tu insta vt contra bene credita operentur: tertio autem, in prædictis duobus eos omnino sopora.

3. Reg. 22.

Tres duces.

Quomodo spiritus erroris cum exercitu suo seducit intelligentiam per ignorantiam credendorum.

Cap. I.

Primus. Dux est spiritus erroris. 1. Ioan. 4. Heb. 11.

PRimus dux est spiritus erroris. Hic cum exercitu suo seducit rationalem per ignorantiam credendorum. Et de hoc spiritu 1. Ioan. 4. ait: *Qui non est ex Deo, non audit nos.* In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris. Hic quidem spiritus erroris tentando laborat, ne homo intelligat necessariæ fidei veritatem, sciens quod 11. c. ad Hebræos Apostolus ait, *Sine fide*, scilicet vera, *impossibile est placere Deo.* Circa hoc aduertendum est, quod triplex est fides, quam iste spiritus extirpare intendit Prima est explicita, secunda est implicita, tertia vero est mixta. Prima est explicita; & talis fides est credere omnes articulos fidei particulariter & expresse. Et secundum Bonauenturam in 3. dist. 25. exigitur de necessitate salutis his, qui habent alios edocere: sicut Doctores, Prælati, Prædicatores, & Confessores, secundum tamen exigentiam sui status. Nam si tales errant, non excusantur in his, quæ pertinent ad statum suum, sicut patet extra de iniur. & dam. da. in c. si culpa. Secunda est fides implicita, quæ est credere omnes articulos fidei implicitè, & non in particulari, sed in generali. Et hoc secundum Bonauenturam vbi supra est fidei diminutæ. Vnde habentibus vsum liberi arbitrij hæc non sufficit ad salutem: quia omnino esse non potest, quod conuersatus inter fideles, nisi sit negligens contemptor vitæ suæ, id est salutis suæ, quin habeat explicitam cognitionem de aliquibus articulis fidei. Tertia est fides mixta, id est pars explicita, & pars implicita. Nam nullum genus hominum est intellectu naturaliter adeo tardum, quod saltem in vniuersali, & generali credulitatem non possit capere quicquid ad fundamentum Christianæ religionis necessarium est. Nam secundum Bonauenturam vbi supra, hæc fides sufficit ad salutem. Videlicet cum homo aliquos articulos fidei credit implicitè, id est aliquos generaliter, & aliquos particulariter. Articuli autem quos oportet credere explicitè, isti præcipuè sunt, scilicet vnitas essentiæ, Trinitas personarum. Sed quia in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti se signant fideles, & conferuntur ecclesiastica sacramenta: ideo ex ipso consignationis actu scire hoc fideles possunt. Similiter de Redemptore oportet credere natiuitatem, passionem, resurrectionem, peccatorum remissionem. Et hoc quidam cognoscere possunt ex ipsis solennitatibus, quas ecclesia solennizat, atque ex actibus sacerdotum. Propterea ab horum cognitione nullus excipitur, qui vtitur ratione. Similiter tenentur credere futurum iudicium. Alios vero articulos sufficit credere implicitè, & in quadam generalitate: hoc modo, vt per hos teneat homo propositum credendi, quicquid Romana Ecclesia credit in particulari à nullo dissentiendo: & cum à catholicis, & prælatis, seu Doctoribus, & Prædicatoribus explicantur, acquiescendo. Qui secundum prædictum modum non credit, à spiritu erroris illusus est. Ex quo patet, quod omnes hæretici, & infideles, atque omnes errantes in fide, ab hoc spiritu seducti sunt. Considera igitur, quanta mala effecerit spiritus iste erroris. Et ad hoc optime facit quod ponitur in Quadragesima de Euangelio æterno, sermone 62. c. vlt.

Secunda Fides est implicita.

Tertia est fides mixta.

Qui articuli creduntur implicitè.

Quomodo spiritus vertiginis cum exercitu suo seducit intelligentiam per ignorantiam agendorum,

Cap. II.

Secundus dux est spiritus vertiginis. Isa. 19.

SEcundus dux principalis, spiritus vertiginis dictus est. Et hic insuper cum exercitu suo seducit rationalem per ignorantiam operandorum, siue agendorum. Et de hoc Isa. 19. c. mysticè ait: *Miscuit Dominus in medio Ægypti spiritum vertiginis, & errare fecit eum in omni opere suo, sicut erat ebrius, & vomens*, secundum enim Isidor. in 4. Ethicorum, Vertigo est quotiescunque ventus surgit, & terram in circuitum mittit. Sic in vertice hominis arteriæ, & venæ ventositatem ex resoluta humectatione gignunt & in oculis girum faciunt. Vnde & vertigo nuncupata est: vt mysticè innuatur, quod hic spiritus vertiginis confundit intellectum hominis in operibus suis malis, ita vt ignoret quid agat, aut quid agere teneatur.

Quid est vertigo.

Quomodo spiritus soporis cum exercitu suo seducit rationalem per ignorantiam vitandorum.

Cap. III.

Tertius dux est spiritus soporis.

TErtius dux est spiritus soporis. Et hic cum exercitu suo seducit rationalem per ignorantiam vitandorũ, id est, eorũ, quæ operantur damnationem sicut sũt mortales culpæ. De hoc enim spiritu, Isa. 29. c. ait, *Inebriamini, & non à vino: mouemini, & nõ in ebrietate: quoniã miscuit vobis Dominus spiritũ soporis. Claudet oculos vestros*, scilicet in sopore, *ne valeatis vitare* mala culpę, & effugere mala pœnæ. Sopor enim ad literam est ipsa quies, & suauitas, & quietudo somni. Vnde sæpe cõtingit; quod in aliquo est somnus, in quo nõ est sopor: sed in quocunque est sopor, est somnus, secundũ Catholicon. Mysticè vero in hoc signatur, quod hic spiritus est, qui quandã tranquillã insensibilitatẽ in anima generat, per quã homo nõ cogitat, nec aduertit quæ sibi dãna & pericula imminẽt, tã spiritualia, quã temporalia, siue etiam sempiterna. Et de tali homine Prouerb. 23. c. scriptum est, *Eris sicut dormiens in medio mari*, id est, magnis periculis huius mundi, & *quasi sopitus gubernator amisso clauo*, id est, gubernaculo nauis. Quod cum fit, incurrit pericula scopulorum, & discrimina multa.

Isa. 29.

Quid sopor.

Prouer. 23.

Sic

Digitized by Google

Sic qui hoc ſpiritu ſeducuntur, & ſoporantur in intellectu, imminentia mala, & pericula non vident, & vitare non poſſunt. Et de talibus Deuteronom. 32. capite ſcriptum eſt, *Vtinam ſaperent*, ſcilicet damna temporalia : *ac nouiſſima prouiderent* : hoc eſt eorum mala æternalia. Ad talem ſoporatum, Epheſ. 5. c. Apoſtolus ait : *Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Et ad omnes ſimiles excitandos, 1. Cor. 15. iterum inquit, *Euigilate iuſti*, id eſt, vos qui reputatis vos iuſtos : & *nolite peccare.* Ignorantiam enim Dei quidam habent. Apocalyp. quoque 3. capite tali ſoporanti Dominus terribiliter comminatur dicens : *Si non vigilaueris, veniam ad te ſicut fur, & neſcies qua hora veniam ad te.* Sed ſicut Ioan. 10. c. Dominus ait : *Fur non venit, niſi vt furetur, mactet & perdat* : Furetur tempus, mactet vitam, & finaliter perdat animam. Et addit, *Et neſcies*, ſcilicet tanquam inſenſibiliter ſoporatus, *qua hora veniam ad te.* Vt qui longo tempore in ſopore amiſſo vixit, etiam horulam à Deo lucrari non poſſit viſitationis ſuæ. Proinde Eccleſiaſt. 11. in fine, ſapiens ſoporatæ animæ cauet, cum ait : *Attende tibi à peſtifero*, ſcilicet à ſpiritu ſoporis, *qui fur eſt* : fabricat enim mala, ſcilicet culpæ, hoc eſt in te peccata multiplicat : & ideo dum tempus conceditur, euigilare feſtina, ne fortè vna hora inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum.

Deut. 32. Ephes. 5. 1. Cor. 15. Apoc. 3. Ioan. 10. Eccleſ. 11. Semper vigilando.

Articvlvs Secvndvs,

De ſecundo vicario Satanæ à tribus ducibus eius, qui hominum concupiſcibilem per malitiam incendunt, ſeu inflammant.

Secundus vicarius Satanæ.

SEcundo autem à dæmonibus in peccatoribus incenditur concupiſcibilis per malitiam. Et de hoc Propheta ſubdit, *& lubricum.* Cum enim in hyeme congelata fuerit terra, aſcendente ſole lubricâ efficitur via. Sic profecto terrena, & gelida mens humana, aſcendente tentationis ſole facillimè lubricat in delectationem carnis & terrenorum. Vnde Thren. 4. ad tales Propheta inquit, *Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum.* Et ad hoc ordinauit Satanas ſecundum vicarium ſuum, qui ſpiritus igneus ſeu ardens denominatur, vt incendat ad malitiam concupiſcibilem noſtram. Quomodo autem dæmon iſte incendat ad carnales illecebras, & tranſitorias voluptates atque deſideria mala, Iſa. 33. c. teſtatur, cum talibus ait : *Concipietis ardorem & parietis ſtipulam, ſpiritus veſter, vt ignis vorabit vos.* Dicitur autem noſter hic ſpiritus malus, qui ad exercitium nobis datur, ſicut etiam Angelus bonus dicitur noſter, qui ad noſtram cuſtodiam ordinatur. De primo quoque ſpiritu Iob. 41. ſcriptum eſt. *Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur,* & additur, *Ferueſcere facit quaſi ollam profundum maris.* Ad incendendum igitur animas ad quæcunque illicita, in mundum miſit Satanas cum hoc vicario ſuo tres alios duces infernales. Primus dicitur ſpiritus nequam, ſecundus ſpiritus diuinationis, tertius autem ſpiritus blaſphemiæ. Et hi voluntatem humanam incendunt, primus contra Dei potentiam, ſecundus contra Dei ſapientiam, tertius contra Dei clementiam.

Thren. 4. Iſa. 33. Iob. 41.

Quomodo ſpiritus nequam cum exercitu ſuo incendit hominum voluntatem contra Dei potentiam.

Cap. I.

Primus dux eſt ſpiritus nequam. Quiſnam eſt nequam.

PRimus dux, ſpiritus nequam denominatur. Nequam profecto eſt, qui audet plus quàm queat : vel nequam eſt, qui nequit ſe à ſceleribus abſtinere : vel dicitur luxurioſus, quia incontinens eſt. Et communis generis eſt atque indeclinabile. De hoc ſpiritu, 1. Reg. 16. *Spiritus Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam à Domino*, hoc eſt permiſſione diuina. De hoc quoque ſpiritu, Act. 19. ſcriptum eſt : *Virtutes non modicas quaſlibet faciebat Deus per manum Pauli : ita vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria vel ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.* Hic ſpiritus cum exercitu ſuo voluntatem incendit contra Dei potentiam, vt ſcilicet præſumat homo atque conetur, quantum in ſe eſt, contra Dei potentiam.

1. Reg. 16. Act. 19.

Quomodo ſpiritus diuinationis cum exercitu ſuo incendit hominum voluntatem contra Dei ſapientiam.

Cap. II.

Secundus dux eſt ſpiritus diuinationis.

SEcundus dux, ſpiritus diuinationis dictus eſt. Diuinus eſt, qui diuinat, quaſi Dei plenus. Et vt dicitur, 26. q. 4. in c. igitur genus diuinationis. Diuinitate enim plenos ſe ſimulant, etiam aſtutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant, verba ſunt Aug. Spiritus igitur iſte diuinationis cum exercitu ſuo dominatur omnibus his, quos nominamus diuinos. Vnde de hoc ſpiritu, Leuit. 20. c. Dominus ait, *vir ſiue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte moriatur.* Hic ſpiritus incendit contra Dei ſapientiam. Et vt 26. q. 4. in c. igitur. Auguſt. de natura dæmonum ait. Diuinatio primo à Perſis inuenta eſt. Et 37. diſtin. in c. vlto. Diuini dicuntur, qui ex coniectura mentis ſuæ incerta futurorum, quaſi vera pronunciant, abſque diuinorum auctoritate verborum. Multi modi ſunt & multa genera per quæ diuinatores multa futura inueſtigant, quæ ponuntur in dicto c. igitur 26. q. 5. nec mirum in fine, Auguſt. de ciuitate Dei ait ; Nec præter ſuam poteſtatem Deus oſtendit eſſe, quod contingit iſta : ſed quaſi quereretur, cur talia permittat, cauſam tentationis expoſuit, ad cognoſcendum vtique eorum dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum ſuum, cognoſcendum vero ab ipſis potius, quam ab illo qui ſcit omnia antequam fiant. Et Deut. 13. ſcriptum eſt : *Si ſurrexerit in medio tui Propheta, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quod locutus eſt & dixerit tibi ; eamus & ſequamur deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis ; non audias verba prophetæ illius aut ſomniatoris : quia tentat vos Deus veſter, vt palam faciat vtrum diligatis eum, an non, in toto corde & in tota anima veſtra,* ſecundum etiam Auguſt. in 2. de doctrina Chriſtiana, quod à principio homines in iſtis obſeruationibus experti ſunt, caſu accidit, ſed poſtmodum cum homines incipiunt huiuſmodi obſeruationibus animum applicare, multa ſecundum huiuſmodi obſeruationes eueniunt per deceptionem dæmonum : vt his obſeruantiis homines implicati curioſiores fiant, & ſe magis inſerant multiplicibus laqueis pernicioſi erroris. Mira igitur inſania eorum, qui ab hoc dæmone ad diuinationem & ſimilia incenduntur. Nam cum futura, quæ ſolius ſunt Dei, homines per hoc inuenire laborent, diuinitatis iura creaturis attribuuntur. Contra quod Iſa. 41. capite. *Annunciate, quæ ventura ſunt in futurum ; & ſciemus, quod dij eſtis vos.* Et Leuit. 19. *Non augurabimini, nec obſeruaueritis ſomnia.* Et in eodem 20. c. ſcriptum eſt : *Anima, quæ declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis,* ſcilicet fornicatione ſpirituali : *Ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui.* Propter grauitatem huius ſceleris ſancitum eſt, ſecundum leges imperiales, quod omnes diuinatores atque malefici, capite debent plecti. Et ſi accedunt ad alterius domum, cremari debent, & omnia bona eorum publicari.

Deut. 13. Iſa. 41. Leuit. 19. Leuit. 20. Diuinatio vana grauis crimen. Pœna diuinationi debita.

C. de

C.de malefi.l nullus, & l.nemo.& l.culpa. ſecundum vero canones ſi peccatum occultum eſt, imponitur pœnitentia quadraginta dierum, extra de ſorti. c.1.ſi notorium, euchariſtia denegatur. De conſe.di.2. pro dilectione. Item ſi clericus eſt,debet deponi, atque in monaſterio detrudi. Si vero laïcus, excommunicandus eſt,26.q.5. non oportet,&c.ſi quis Epiſcopus, & c. aliquanti, & q.7.admoneant.Sed creſcente contumacia, debet creſcere & pœna, ſcilicet vt incarceretur & huiuſmodi. Item ſi ſeruus eſt, debet verberibus caſtigari. 26. q. 5. contra idolorum. Epiſcopus quoque omnes turpiter dehoneſtatos de Parochia ſua eiicere debet, vt patet 26. q. 5. Epiſcopi. Tales ſiquidem infames ſunt. Similiter hi, qui ad eos concurrunt. Vnde nec ad accuſationem admitti debent. 2. quæſtio. 8. quiſquis, nec ad teſtimonium, extra de teſtibus, teſtimonium.

De ſpiritu blaſphemiæ, & quomodo cum exercitu ſuo incendit hominum voluntatem contra clementiam Dei, & de ſex peccatis in Spiritum Sanctum, & ſufficientia eorundem.

Cap. III.

Tertius dux eſt ſpiritus blaſphemia. Matth.12.

TErtius dux, ſpiritus blaſphemiæ nuncupatur. De hoc ſpiritu, Matth. 12.capite ſcriptum eſt: *Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia non remittetur ei. Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro*, ſecundum enim Alex.de Al. in q. Blaſphemia aliquando fit ex coactione, aliquando ex deceptione, aliquando ex malignitate. Cum autem fit ex coactione, tunc peccatur in patrem: cum ex deceptione, tunc peccatur in filium. Vtroque autem modo habet in ſe aliquo modo cauſam excuſationis, licet inſufficientiſſime. Cum autem peccatur ex malignitate, vel ex certa ſcientia, & amore blaſphemię Dei, ſpiritus blaſphemiæ nuncupatur, quod non remittitur in hoc ſæculo, neque in futuro. Non quia remitti non poſſit, ſed quia non gerit ſecum cauſam motiuam ad remiſſionem. Nico. quoque de Lyra ſuper hoc verbum, Matth. ait: *Omne peccatum* procedens, ſcilicet ex infirmitate & ex ignorantia & blaſphemia, ſcilicet ex talibus ortum habens, remittetur hominibus, id eſt de ſe remiſſibile peccatum eſt, quia non obuiat directè principio, per quod fit remiſſio peccatorum, ſicut obuiat peccatum in Spiritum Sanctum. Huius peccati ſex ſunt ſpecies, deſperatio, præſumptio de miſericordia Dei, impugnatio agnitæ veritatis, inuidentia ſupernæ gratiæ, obſtinatio, & finalis impœnitentia. Horum enim ſufficientia ſic accipi poteſt, ſcil. quod remouetur ab homine principium, per quod fit remiſſio peccatorum. Et hoc tripliciter contingere poteſt. Primo modo ex parte ipſius Dei, ſecundo autem modo ex parte donorum eius, tertio vero modo ex parte ipſius culpæ. Primo enim ex parte Dei duplex eſt principium, primum eſt Dei miſericordia, ſecundum Dei iuſtitia. Primum principium, per quod remittitur peccatum, eſt ipſa miſericordia Dei, & hoc tollitur per deſperationem ſicut Gen. 4. fecit Caim. Secundum autem eſt Dei iuſtitia. hoc eſt, timor iudiciorum Dei eſt principium, per quod etiam aliquis reſilit à peccato, & hoc tollitur per præſumptionem de miſericordia Dei, per quam homo præſumit conſequi gloriam ſine meritis, quantuncunque operetur malum. Secundo autem ex parte donorum duo principia ſunt, quæ maximè faciunt hominem retrahi à peccato. Primum eſt veritatis cognitio, ſecundum eſt gratiæ diuinæ collatio. Primum eſt veritatis cognitio, & hoc tollitur per hoc, quod aliquis impugnat agnitam veritatem, & ſic viam ſalutis ſcienter à ſe repellit. Secundum eſt diuinæ gratiæ collatio: & hoc repellitur ab homine, quantum in ſe eſt, per inuidentiam fraternæ gratiæ, non tamen accipitur inuidentia fraternæ gratiæ, prout aliquis inuidet fratri ſuo, vel alicui ſingulari perſonæ: Sed quando eſt tanta malitia in eo, quod diſplicet ſibi de gratia Dei creſcente in mundo. Tertio vero ex parte peccati duo alia principia ſunt, quæ retrahunt hominem à peccato. Primum eſt breuitas delectationis, ſecundum eſt turpitudo affectionis. Primum eſt breuitas delectationis, quæ in peccato eſt, ex cuius conſideratione ſolet homo, ſecundum electionem peccatum refugere. Et hoc tollitur per obſtinationem, quando ſcilicet homo firmat propoſitum inhærendi omnino peccato. Secundum eſt turpitudo offenſionis. Ex huius conſideratione homo pœnitere ſolet, & hoc tollitur hîc per finalem impœnitentiam. Nec accipitur hîc finalis impœnitentia, prout eſt peccati circunſtantia, ſcilicet quâ aliquis in peccato moritur: ſed cum homo tantæ malitiæ eſt, quod elegit de peccato ſuo nunquam pœnitere, ita quod non vellet, quod Deus daret ſibi gratiam pœnitendi, ſecundum vero alios aliter & breuius dici poteſt, ſcilicet, quod in remiſſione tria ſunt. Primo ipſe remittens, ſecundo diſpoſitio remittendi in eo, cui remittitur: tertio ille, cui remittitur. Primo in remittente duo vtique ſunt, ſcilicet miſericordia & iuſtitia. Contra primum eſt deſperatio, contra ſecundum præſumptio, ſecunda vero diſpoſitio in eo, cui remittitur, duplex eſt, ſcilicet cognitio veri, & amor boni. Contra primum eſt impugnatio veritatis agnitæ, contra ſecundum eſt inuidentia fraternæ gratiæ: tertiò etiam in eo, cui remittitur duo etiam ſunt, ſcilicet dolor de commiſſo, & propoſitum de non committendo. Contra primum eſt obſtinatio, contra ſecundum eſt finalis impœnitentia, id eſt, propoſitum non pœnitendi, ſicut dictum eſt. Ex his igitur patet, quod peccatum in Spiritum Sanctum merè procedit ex impia voluntate, hoc eſt quando voluntas poteſt, & ſcit reſiſtere alicui malo, & tamen ex ſola malitia eligit illud, & directè impugnat gratiam Spiritus Sancti, & ideo non habet excuſationis colorem: quia quantum de ſe eſt directè impugnatiuum medici & remedij, per quod remiſſio peccati fieri debet. Multiplici ratione irremiſſibile dicitur peccatum in Spiritum Sanctum; non quia remitti non poſſit, vt dictum eſt: ſed primo, quia raro remitti ſolet, aut vix, quantum ad culpam: Secundo, quia remiſſum aliquando in ſcriptura non reperitur, ſicut Melchiſedec abſque patre dicitur eſſe, quia non legitur in ſcriptura de eius patre: Tertio, quia aduerſatur fonti remiſſionis, ſcilicet Spiritui Sancto: Quarto propter impotentiam hominis, quia vix præparare ſe potèſt ad gratiam, quam tanta moles peccati grauat.

Blaſphemia fit pluribus modis.

Septem ſpecies huius peccati.

Ex parte Dei duplex principium.

Gen.4.

Ex parte donorum duo principia.

Ex parte peccati duo principia.

In remiſſione tria.

In remittente duo.

Aritcvlvs Tertivs,

De tertio Vicario Sathanæ, qui cum ſeptem ſpiritibus malis impellit ad ſeptem capitalia peccata, & mala.

TErtio vero in peccatoribus impellitur à dæmonibus iraſcibilis per impotentiam. Et de hoc Propheta ſubdit, *Et Angelus Domini perſequens eos.* Quis vero Angelus iſte, niſi diabolus aduerſarius noſter? Hic merito Angelus Domini nuncupatur, quia, velit nolit, Deo ſubiectus eſt, & ei parere cogitur & ſeruire. Proinde Iob 4. cap. ait: *Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem.* Principaliter Satanas, qui conatur ſeducere totum orbem, Domino permittente, per ſe & ſuos perſequitur peccatores, infeſtans atque impellens, vt eos trahat ad tartarea regna. Vnde Iſa. 19. Dominus ait: *Concurrere faciam*

Tertius Satana Vicarius.

Iob.4.

Iſa.19.

Digitized by Google

Ægyptios aduerſus Ægyptios, id eſt Dæmones aduerſus impios peccatores, vt lubricantes ad inferos trahant eos. Sicut enim paſtor perſequi ſolet oues atque importunè impellere, vt ad caulas ducat eas: Sic diabolus ad caulas infernales nititur deducere peccatores, in quorum perſona Thren. 3. ſcriptum eſt: *Me minauit & adduxit in tenebras & non in lucem: tantum in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die.* Ad hoc ordinauit Satanas tertium nuncium ſuum fortitudinis miræ, qui dicitur ſpiritus robuſtorum, ſeu furoris, & de hoc Iſa. 25. ſcriptum eſt, *Spiritus robuſtorum quaſi turbo impellens parietem.* Hic habet ſeptem duces, qui cum exercitibus ſuis per violentiam ad mala conantur impellere fragilitatem noſtram. Et hoc quoad ſeptem genera capitalium vitiorum. Primus enim impellit ad ſuperbiam, ſecundus ad inuidiam, tertius ad iracundiam, quartus ad auaritiam, quintus ad acediam, ſextus ad gulam, ſeptimus ad luxuriam. Ad diſſeminanda atque multiplicanda hæc ſeptem mortalia peccata in mundo ſeptem ſpiritus infernales, qui ſunt ſeptem duces à Satana tertio vicario ſuo, id eſt ſpiritui robuſtorum cum exercitibus traditi ſunt. Primus dux ſpiritus tumoris denominatur, ſecundus ſpiritus malus, tertius ſpiritus peſſimus, quartus mutus & ſurdus, quintus ſpiritus infirmitatis, ſextus ſpiritus immundus, ſeptimus ſpiritus fornicationis. Hos tamen duos vltimos duces impartitur collaterali ſuo, quē à Satana poſtulauit, qui ſpiritus dulcoris denominatur, vt infra patebit.

Thren. 3.

Iſa. 25.

De ſpiritu ſuperbiæ & tumoris, & quæ mala operatur cum exercitu ſuo.

Cap. I.

Primus dux eſt ſpiritus tumoris.

PRimus dux, ſpiritus tumoris vocatur. Et hic cum exercitu ſuo impellit ad ſuperbiam, de quo Iudic. 8. c. dictum eſt quod *ad reſponſionem humilem Gedeonis requieuit ſpiritus filiorum Ephraim, quo tumebant cōtra Gedeonem.* Propriè enim, ſecundum Auguſt. ſuperbia eſt peruerſæ celſitudinis appetitus; proinde, ſicut & idem ait: Superbia omnibus inuidet, ſcilicet ſuperioribus, quia illis non æquatur: paribus, quia ei æquantur: inferioribus, ne ei æquentur. Hic tumoris ſpiritus impellit ad ſeptem filias ſuperbiæ, ſeu inanis gloriæ, ſcilicet: Ad inobedientiam, ne homo in aliquo videri velit inferior & ſubiectus, quod fieret ſi obediret. Ad contentionem, vt velit vincere cum clamore, vt poſſit amplius apparere. Ad iactantiam, vt enumeret bona ſua, & ſic laudabilior videatur. Ad hypocriſim, qua quærat hominibus in exterioribus apparere. Ad pertinaciam, qua factum, vel dictum ſuum malum defendat, nè videatur erraſſe. Ad diſcordiam, qua propter vanam gloriam omne dictum in contrarium ſumat. Ad nouitatum præſumptionem, qua propter noua quæ dicit, vel inuenit, laudetur. Impellit quoque ad 12. ſuperbiæ gradus, de quibus Bern. Ad curioſitatem, ad mentis leuitatem, ad ineptam lætitiam, ad iactantiam, ad ſingularitatem, ad arrogantiam, ad præſumptionem, ad peccatorum defenſionem, ad ſimulatam confeſſionem, ad rebellionem, ad libertatem peccandi, & ad conſuetudinem peccatorum. Sed audi, ſuperbe, audi Dominum, Luc. 14 dicentem; *Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur.* Hic eſt ille Angelus, Apoc. 18. c. clamans in fortitudine ait: *Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi.* Nam Iob. 40. c. ad Dominum ait, *Reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos.* Ait enim, *Reſpice*, non oculo miſericordiæ confirmando illos, ſed oculo iuſtitiæ, & ſolo intuitu deiiciendo, & ſic confunde eos: & addit, *Et contere impios in loco ſuo*, id eſt in ſtatu, quem ſibi ipſi ſtatuerunt, non Deus. Et etiam ſuperaddit, *Et abſconde eos in puluere ſimul*, ſcilicet per mortem, & *facies eorum demerge* in foueam. Per faciem anima deſignatur, eo quod in facie omnes relucent ſenſus, & in anima omnes ſunt notitiæ intellectiuæ. Et has facies demerge in foueam, ſcilicet in profundum inferni.

Quid ſuperbia.

Iud. 8.

Luc 14.

Apoc. 18.

Iob. 40.

Quomodo ſpiritus inuidiæ, qui dicitur ſpiritus malus, cum exercitu ſuo impia operatur.

Cap. II.

Secūdus dux, dicitur ſpiritus malus.

SEcundus dux, dicitur ſpiritus malus. Et hic ſpiritus cum exercitu ſuo impellit ad inuidiam, ſecundum enim Aug. Inuidia eſt odium alienæ fœlicitatis. Et Damaſc. ait. Inuidia eſt triſtitia de alienis bonis. Dicitur autem inuidia à non videndo, quia non poteſt videre aliorū bona: Vnde inuidere, eſt quaſi non poſſe videre. Nam odium boni, quod latet in corde, etiam inaduertenter monſtratur in facie. Proinde Sen. inquit: Quicquid mente fugimus, ingeſtum oculis vix videmus. 1. Reg. 16. de hoc ſpiritu ſcriptum eſt: *Spiritus Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam à Domino*, id eſt permiſſione Domini. Contra quem autem exagitaretur Saul à ſpiritu, in ſequenti 18. c. claret: vbi dicitur, *Inuaſit ſpiritus Dei malus Saul, nec rectis oculis aſpiciebat Dauid à die illa, & deinceps, ſcilicet poſtquam mulieres cantauerunt, Saul percuſſit mille, & Dauid decē millia.* Vt in textu paulò ante patet. Hic ſpiritus cum exercitu ſuo exagitat, atque impellit animas ad quinque inuidiæ filias, videlicet ad odium, vt inuicem homines velint malum, & nolint bonum, ad exultationem in proximorum aduerſis, ad afflictionem in proſperis proximorum, ad ſuſurrationem latentem, ad detractionem patentem. Ad tantam enim contrarietatem hic ſpiritus nequam deducit ſuos ſequaces, vt ita Deo aduerſarij ſint, quod ſicut Deus tam bonus eſt, quod etiam de malis elicit bonum: ſic econuerſo iſti tam mali ſunt, quod de bonis eliciunt malum. Et ſicut bonis etiam mala cooperantur in bonum; ita inuidis omnia bona cooperantur in malum. Hic ſimilatur cani, qui blanditur in facie, & à tergo mordet crudeli ore.

Inuidia quid.

1. Reg. 16.

1. Reg. 18.

De ſpiritu iracundiæ, qui dicitur ſpiritus peſſimus, & quæ cum exercitu ſuo operatur mala.

Cap. III.

Tertius dux eſt ſpiritus peſſimus.

TErtius dux, ſpiritus peſſimus nuncupatur, hic cum exercitu ſuo impellit ad iracundiam, ſeu iram & inimicitiam, diuiſiones & bella, dicitur autem ira ab vr, quod eſt ignis, quaſi vra: quia vrit atque inflammat. Inde iracundus, quia faciliter iraſcitur. Hic eſt, qui accenſo ſanguine in furorem conuertitur vel compellitur. Et de hoc ſpiritu iracundiæ Iud. 9. c. circa medium, ſcriptum eſt: *Immiſit Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech & habitatores Sichem.* De hoc quidem ſpiritu atque de exercitu ſuo, Apocal. 16. c. ſcriptum eſt; *Sunt enim ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium.* Signa quæ iſti ſpiritus faciunt, ſunt inſignia diſtinguentia partiales, & maximè Guelfos & Gibellinos. De hoc ſpiritu peſſimo, qui in partialibus regnat, Prou. 18. c. ſcriptum eſt: *Spiritum ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere?* Atque de talibus, qui delectantur in partialitatibus, & in bellis. Iob. 4. c. ait: *Vidi eos, qui operantur iniquitatem & ſeminant dolores & metunt eos, flante Deo periiſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos.* Hic ſpiritus peſſimus, qui eſt ſpiritus iræ concitat animas ad ſex filias iræ: videlicet ad rixam, hoc eſt audacem voluntatem vindicandi iniuriam præcedentis facti. Incitat ad tumorem mentis: hoc eſt ad voluntatem vindicandi fugientem, tamen aduerſantem propter inimicitias extimatas. Impellit ad contumelias, hoc eſt ad voluntatem ſe vindicandi per exprobrationem malorum. Compellit ad clamorem, id eſt, ad

Iud. 9.

Apoc. 16.

Prou. 18.

Iob. 4.

voluntatem

Digitized by Google

voluntatem se vindicantem in exaltando vocem. Solicitat ad vituperium, perueniens ad aures aliorum per signum molestiæ exterius declaratiuum. Infestat ad blasphemiam, hoc est ad voluntatem se vindicandi per opprobrium Deo, seu sanctis illatum. Quanta autem mala in mundo operetur hic spiritus pessimus, plenius dictum est in Quadragesimali de Christiana Religione, serm. 25. per totum.

De spiritu auaritiæ, qui dicitur spiritus surdus & mutus, & quæ cum suo exercitu operatur iniqua.

Cap. IV.

Quartus dux est spiritus surdus.

QVartus dux, est spiritus surdus & mutus, qui cum exercitu suo impellit ad auaritiam. Auaritia enim dicitur à genitiuo auari, addito tia: dicitur auaritia. Auarus vero ab aueo, aues, descendit, vel auarus dicitur, quasi varas habens manus, id est, curuas. Aut auarus, quasi habens aurū, & etymologia est, non cōpositio. Et est auarus proprie, qui diuitiis non satiatur, sed cupidus; qui aliena desiderat; vel auarus est in retinendo, & cupidus in acquirendo: vnde merito hic spiritus binominis est à duplici suo effectu. Nam in quatum impellit ad aliorum cupiditatē, surdus denominatur: in quātum vero per auaritiā retinet acquisita, dictus est mutus. Et de hoc spiritu Mar. 9. scriptum est, quod quidā Domino ait: *Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum, qui vbicunque apprehenderit eū, allidit, & spumat & stridet dētibus & arescit.* Et sequitur, quod Dominus ait illi: *Surde & mute spiritus, præcipio tibi, exi ab eo.* Primo ab hoc profecto spiritu surdi efficiūtur cupidi, si arguuntur, cū per rapinas, furta & vsuras, simonias & contractus illicitos ditari quærūt. Vnde de talibus Propheta inquit, *Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, scilicet sunt, quæ non exaudiet vocē incantantium, & venefici*, id est prædicatoris *incantantis sapiēter.* Veneficus à cōficiendo dictus est. Habet enim venenum duplex significatum, vno modo, idē est quod tinctura, iuxta Virgilianum illud, *Fucatur lana veneno.* Veneficus ergo iste, Christus est, qui vestes suas proprio sanguine tinxit, sicut patet Isa. 63. *Quis est iste, qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra?* Ipse igitur Christus in ore prædicatoris est incātantis sapiēter, scilicet dū auaritiā detestatur sapiētia scripturarū. Secūdo ab hoc spiritu muti efficiūtur auari, nō confitentes illicita lucra sua, nolentes restituere, sicut necessario obligantur. Proinde Eccles. 20. *Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correctiones eorū.* Ad septē auaritiæ filias animas impellit spiritus iste surdus & mutus cū exercitu suo, videlicet ad cordis obdurationem atque inhumanitatē, ad violētiam seu rapacitatē, ad inquietationē propter appetitum lucri, ad periuriū in emptione & venditione, seu pro indemnitate seruanda: ad fallaciā quæ fit per verba decipiētia in occulto: ad fraudē, hoc est ad deceptionē perfectam in præsentia illius, qui decipitur: ad perditionem, quæ est idē quod deceptio, quæ fit in absentia ipsius decepti. Et cum omnibus his, vt dicitur Eccles. 5. c. *Auarus non implebitur pecunia.* Propterea meritò Eccl. 10. c. scriptū est, *Auaro autem nihil est scelestius*, scilicet propter hæc & alia mala, quæ ex auaritia subsequuntur.

Auarus surdus & mutus.
Mar. 9.
Psal. 57.
Isa. 63.
Et hic ad septem auaritia filias animas impellit.
Eccl. 20.
Eccles. 5.
Eccles. 10.

De spiritu acediæ, qui spiritus infirmitatis est dictus, & quomodo cum exercitu suo hominibus nocet.

Cap. V.

Quintus dux est spiritus infirmitatis.

QVartus dux est, spiritus infirmitatis. Et hic cum exercitu suo ad acediam conatur animas populsare, flectere & inclinare. Est enim acedia, quædam tristitia vel molestia, seu anxietas, aut tædium mentis. Et de hac Eccles. 30. c. in fine scriptum est, *Multos enim occidit tristitia.* Et iterum 2. Cor. 7. *Sæculi autem tristitia mortem operatur.* Et Propheta etiam inquit, *Dormitauit anima mea præ tædio.* De spiritu eius criminis, Lucæ 13. scriptum est: *Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.* Merito ergo acedia sic magistraliter diffinitur. Acedia est de virtutum laudabili exercitio vtriusque hominis languida deiectio. Vel aliter. Acedia est diffidentia de propriis viribus & auxilio Dei implendi ardua. Dupliciter hoc vitium nominatur: scilicet, tristitia & acedia. Ratio huius est, quia in hoc vitio est auersio à spirituali bono, quod æstimatur graue: sicut ieiunare, prædicare, vigilare, & similia. Et ratione huius tristitia nominatur. Insuper est, ibi conuersio ad creaturam: scilicet ad quietem, quæ leuis existimatur: & ratione huius, acedia nuncupatur. Ex his igitur patet, quod hoc vitium prout tristitia nominatur, opponitur lætitiæ spirituali, quę habetur in exercitio spirituali. Sed prout acedia dicitur fortitudini opposita, est quæ consistit in aggrediendis arduis, & in sustinendis aduersis. Ad huius vitij filias conatur hic spiritus infirmitatis animas inclinare. Videlicet ad malitiam, quæ secundum Aug. est voluntas machinandi alicui malum. Cumque homo alicui iniuriam facit, tunc irascitur, postea contristatur. Inclinat ad desperationem, nam diffidentia meritorum mater est diffidentiæ præmiorum, & ex hoc tristitia oriri solet. Inclinat ad pusillanimitatem, quæ est diffidentia, quæ prouenit ex consideratione propriæ infirmitatis, vel operis ardui: & hic originem habet. Inclinat ad rancorem, quæ inueteratum odium est, sicut enim ex charitate sunt opera bona, ex quibus est confirmatio charitatis: ita ex ira est acedia, atque ex acedia vetustas iræ. Inclinat ad torporem circa præcepta iniuncta, id est, ad quandam insensibilitatem, propter quam homo non potest duci ad executionem mandatorum Dei. Inclinat ad euagationem mentis circa ea, quæ illicita sunt, hæc tamen euagatio quandoque est particularis, & certam naturam habet, & sic omnibus vitiis conueniens est: quandoque vero est incerta, & generalis, & hæc est propriè euagatio acediæ. Qui enim à tristitia absorbetur, & vnde in se delectetur non habet, ad omnia euagatur delectationem exquirens. Acedia profecto in periculoso statu animam ponit. Porrò quiete corrumpitur aqua, atque rubiginem contrahit ferrum. Porcus quoque mactandus permittitur pinguescere in quiete. Ociosus profectò quasi diaboli puluinar dici potest, in quo præparat sibi locum. Meritò igitur Eccl. 33. c ait, *Multam enim malitiam docuit ociositas.* Nam secundum Bern. Omnium tentationum sentina est ocium. Prædicta quinque peccata sunt spiritualia: Duo verò sequentia carnalia sunt, quibus præest spiritus dulcoris, qui permittente Deo spiritui furoris à Satana collatus est. Hic Behemoth alias nominatur. De quo Iob 40. c. scriptum est, quod Dominus spiritui furoris ait: *Ecce Behemoth, quem feci tecum*, id est, permisi, quod *in tui adiutorium esset tecum.* Fœnum, id est, iuuenilem ætatem, *quasi bos comedet: fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius.* Quia secundum Greg. viris luxuria in lumbis est, fœminis in vmbilico.

Quid acedia.
Eccl. 30.
2. Cor. 7.
Psal. 118.
Luc. 13.
Acedia magistraliter diffinitio.
Ociosus puluinar diaboli.
Eccles. 33.
Iob. 40.

De spiritu gulæ, qui immundus spiritus nominatur, & quantitate malorum, quæ operatur cum exercitu suo.

Cap. VI.

SExtus dux, immundus spiritus dictus est. Et hic cū exercitu suo obediens collaterali spiritui furoris inclinat ad gulam. Est enim gula, secundum August. immoderata cibi auiditas: vel gula est vorax edacitas

Sextus dux spiritus immundus dicitur.
Quid gula.

Digitized by Google

Matth.8. naturæ finibus non contenta. De hoc ſpiritu habetur, Matth.8.& Luc 8.Mar.autem 5.dicitur, quod *exeunte Ieſu de naui, ſtatim occurrit de monumẽtis homo in ſpiritu immundo, cui nomen legio.* Et ſequiturquod Dominus dixit illi, *Exi ſpiritus immunde ab homine.* Et additur: *Erat ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens: & deprecabantur eum ſpiritus dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et conceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex precipitatus eſt in mare ad duo millia,* *Apoc.16.* *& ſuffocati ſunt in mari.* Apoc. quoque 16. ſcriptum eſt: *Vidi de ore beſtiæ exire tres ſpiritus immundos in modum ranarum.* Beſtia crudelis & ſæua eſt ſupradictus ſpiritus infirmitatis, & alij ſex duces ſpiritus robuſtorum. A quibus orabat Dominum vt liberarentur iuſti, *Pſal.13.* Propheta dicens, *Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi.* De ore igitur huius beſtiæ egrediebantur tres ſpiritus immundi, id eſt, tres de principalibus ſatellitibus ſuis ad eius imperium currebant per mundum. In modum ranarum dicit propter garrulitatem, quæ eſt filia gulæ. Hic ſpiritus immundus cum exercitu ſuo infeſtationibus multis impellit animas ad quinque filias gulæ, ſcilicet ad ſcurrilitatem, ad multiloquium, & detractionem, & vituperia, & alia inania verba, ad ineptam lætitiam, ad laſciuiam carnis & inordinatos corporis geſtus demonſtrantes laſciuiam mentis, ſicut ſunt choreæ, ad immunditiam, quæ ſcilicet prouenire ſolet ex gula, vt eſt vomitus, eructationes fœdæ & fœtidæ, atque luxuria, ad hebetudinem mentis, id eſt, rationis ſubuerſionem. Impellit quoque ad quinque modos peccandi in gula. Videlicet propter impatientiam ad præueniendum comedendi horam, ad quærendum cibaria delicata & precioſa, ad excedendum menſuram & quantitatem, in comedendo vltra comedentis qualitatem, ad comedendum nimis ardenter atque feſtinè, ad præparandum cibaria nimis ſtudioſè. Quoſdam quoque infeſtant ad nimiam abſtinentiam cibi: Sed vt Eccleſ.37.c. ſcriptum eſt, *Propter crapulam multi obierunt.*

Impellit etiã ad modos peccandi.

Eccleſ.37.

De ſpiritu luxuriæ, qui fornicationis ſpiritus dictus eſt & malus, & quæ cum ſuo exercitu faciat.

CAP. VII.

Septimus dux ſpiritus fornicationis dictus eſt. SEptimus dux, ſpiritus fornicationis dictus eſt, ſeu denominatur. Et hic parens collaterali ſpiritus furoris imperio cum exercitu ſuo impellit ad omnem luxuriam, & ſpurcitiam carnis. De hoc ſpiritu Oſeæ 5.c. ſcriptum eſt: *Non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur*, ſcilicet, per pœnitentiam ad Deum ſuum: *quia ſpiritus fornicationis in medio eorum.* Et in capite quarto iterum ait, *Spiritus fornicationum decepit eos.* hinc Tob.6. dicit Angelus ad filium Tobiæ: *Oſtendam tibi quæ ſunt, quibus prænalere poteſt damonium. Namque qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & ſua mente excutiant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus: habet poteſtatem damonium ſuper eos.* Eſt enim luxuria ex immundis deſideriis vehemens, lubrica mentis & carnis proſtitutio; vel dici poteſt, quod eſt libidinoſæ voluptatis appetitus. Et intelligitur de appetitu, qui eſt cum conſenſu rationis, quia talis appetitus eſt mortalis culpa, quando ratio non cohibet hunc appetitum, cum poteſt. Hic ſiquidem ſpiritus cum exercitu ſuo ad octo luxuriæ differentias, per opera, vel conſenſum impellere elaborat atque contaminare, videlicet ad fornicationem, quæ eſt ſoluti cum ſoluta: Ad meretricium, concũbendo cum publicè venali, vel ſectando vagam libidinem cum diuerſis: Ad adulterium, quo violatur coniugalis thorus: Ad ſtuprum, quo corrumpitur integritas virginalis: Ad ſacrilegium, quod eſt cum læditur continentia Deo ſacrata, vt in religioſis & clericis in ſacris ordinibus cõſtitutis, & in his qui emiſerunt continentiæ votum. Ad inceſtum, quo vinculum conſanguinitatis, vel affinitatis, vel paternitatis contaminantur. Ad horrendum peccatum contra naturam: quo peruertitur naturalis vſus. Et etiam ad impetuoſum vſum coïtus coniugalis, & hoc ad ſatiandam libidinem per meretricia blandimenta, vel contra naturalem modum, vel tempore & loco prohibito, vel in menſtruo fluxu. Nec tantum ad ſcelera hæc, verum etiam ad filias luxuriæ, quæ ſunt octo, conatur impellere. Hoc eſt ad mentis cæcitatem, ſciens quod in opere luxuriæ tota ratio abſorbetur, ad inconſiderationem, ſcilicet, mortis atque inferni. Ad inconſtantiam, id eſt, ad cogitandum & deſiderandum nunc iſtud, nunc illud. Ad amorem ſui, ſcilicet quo homo deſideret longam vitam, ad complendum voluptatem ſuam. Ad præcipitationem, qua quis præcipitanter ad peccatum currit exponens ſe periculo mortis propter luxuriam adimplendam. Ad odium Dei, quod in anima generatur, quando Deus abſtrahit atque punit eos, qui ſequuntur delicias carnis, ad quas luxuria ipſa inclinat. Ad affectum præſentis vitæ, id eſt, ad affectum honorum, deliciarum, diuitiarum, ſanitatis, fortitudinis & huiuſmodi, per quæ luxurioſus conſequitur finem ſuum. Ad futuri ſæculi deſperationem, quæ eſt diffidentia veniæ vel gratiæ, vel gloriæ conſequendæ. Et ad hunc finem, tanquam ad finem luxuriæ conſummatæ, toto conatu ſpiritus iſte laborat. Tres præfatos principales, quos Satanas ſeruat per ſe & per ſuos, ad periclitandum humanum genus, ſeruauit, Matth 4.cum in deſerto tentauit Chriſtum. Primo enim conatus eſt ſeducere eius rationalem per ignorantiam, cum ait: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Secundo conatus eſt accendere eius concupiſcibilem per malitiam, dicens: *Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Tertio conatus eſt impellere ſuam iraſcibilem per impotentiam, cum ait: *Si Filius Dei es, mitte te deorſum.*

Quid luxuria.

Laborat impellere animas ad octo differentias hic ſpiritus.

Mentis cæcitas ex luxuria.

Matth 4.

SYNOPSIS

Eorum quæ continentur præcipuè in hoc Sermone.

Quotuplex ſit ſtatus anima iuſtæ, qui continet tres articulos, quorum primus ſex, alter ſex, tertius denique ſex complectitur capita.

Articulus 1. De ſex gradibus aſcendendi in Deum, per viuam ſpem.

Cap. 1. De peccatorum præteritorum deteſtatione, & exprobratione.
Cap. 2. De præteritorum peccatorum condigno fletu.
Cap. 3. De complacentia pœnitentia peccatorum.
Cap. 4. De reſiſtentia contra peccata.
Cap. 5. De ſancta indignatione contra peccata.
Cap. 6. De gemina dilectione Dei & proximi.

Articulus 2. De ſex gradibus deſcendendi per humilitatem ad ſeipſum.

Cap. 1. De examinata conſideratione præterita vitæ.
Cap. 2. De timore extremi iudicij & finalis damnationis.
Cap. 3. Quantum inutilis & ſterilis eſt naturaliter hominis vita.
Cap. 4. De ponderatione diuinorum beneficiorum, & peccatorum noſtrorum.
Cap. 5. De remorſu conſcientiæ malæ.
Cap. 6. De ſeptemplici miſeria præſentis vitæ, atque futuræ.

Articulus 3. De ſeptem operibus actiuæ vitæ, conformibus ſeptem diebus creationis.

Cap. 1. De prouida circunſpectione operum noſtrorum.
Cap. 2. De recta intentione & fructibus eius.
Cap. 3. De multiplici difficultate operum bonorum in fugiendo occaſiones.

Digitized by Google

Cap. 4. Quomodo ordinatur homo ad Deum, ad se, & ad proximum suum.
Cap. 5. Quantum necessaria sint ad salutem opera bona.
Cap. 6. Quantum fecit Deus homini, & homo Deo, in sexto die.

DE TRIPLICI ANIMAE statu.

Sermo XXIV.

Triplex status animæ iustæ.

COELI enarrant gloriam Dei. &c. Triplex est status animæ iustæ. Primus est status ascensionis, secundus descensionis, tertius operationis. Primus pertinet ad incipientes, secundus ad proficientes, tertius ad perfectos. Et de his Propheta in Psal. 18. ait. *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.* Et potest esse thema in præsenti materia. Per cœlos quippe quilibet iusti signantur: quia scilicet sunt alti, puri, clari. Primo enim sunt alti per vitæ conuersationem, quoad Deum. Eccles. 31. *Eccles. 31.* *Beatus dives, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua: qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est, erit illi gloria æterna.* Secundo puri per rectam intentionem quoad se, Matth. 6. *Matth. 6.* *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* Tertio elati per lucidam exemplationem quoad proximum. Eccles. 31. *Eccles. 31.* *Splendidum in panibus*, id est in operibus bonis, *benedicent labia multorum, & testimonium veritatis illius fidele, in nequissimo pane murmurabit ciuitas.* Præterea sicut in cœlo sunt sex signa, per quæ ascendit materialis sol: & sex, per quæ descendit. Sic cuilibet viro iusto debent esse sex gradus, quibus ascendit ad Deum: & sex, quibus ad sui cognitionem descendat. Et sex sunt opera, in quibus tota illius vita continuè occupari debet: vt in primo senario sit status ascensionis, in secundo status descensionis, in tertio status operationis, seu instantis actionis.

ARTICVLVS PRIMVS,

De sex gradibus ascendendi in Deum, per viuam spem.

Primus status, qui sex continet gradus.

PRimus est status ascensionis, & hic sex continet gradus, per quos ascendit anima perfectè ad Deum. Primus est exprobratio peccati, secundus peccatorum fletus, tertius delectatio in amaritudine pœnitentiæ, quartus resistentia contra peccata, quintus superbia seu indignatio contra peccatum, sextus est dilectio fraternalis. Et hi signantur in sex primis signis cœli, quæ sunt Capricornus, Aquarius, Pisces, Aries, Taurus, Gemini.

De peccatorum præteritorum detestatione, & exprobratione.

CAP. I.

1. Gradus ascensionis est exprobratio peccatorum.

PRimus gradus huius ascensionis est exprobratio peccatorum. Et hoc solis significat primum signũ, quod dicitur capricornus. Est enim vno sensu Capricornus quoddam animal, quod est Rinoceros, & Ægoceros denominatum. Et dicitur capricornus, quasi caprina cornua habens. Alio sensu dicitur cœleste sydus. Primum videlicet inter duodecim signa cœli, cuius cauda formatur in effigie piscis, & designat pluuias in sui parte extrema. Secundum igitur primum modum est eiusdem speciei cum capra. Vnde Leuit. 4. c mystice scriptum est, *Leuit. 4.* *Si peccauerit anima per ignorantiam de pulo terræ, vt faciat quicquàm de his, quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognouerit peccatum suum: offeret capram immaculatam*, id est peccati exprobrationem. Nam capra offerebatur pro peccato præuaricationis in transgressione legis diuinæ: vt secundum Alex. de Ales in 3. mystice innuatur, quod per Christũ à legis præuaricatione liberati sumus. Proinde ad Gal. 4. Apost. ait: *Gal. 4.* *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos: qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Et iterum 9. c. ad Hebr. *Hebr. 4.* *Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte interueniente in redemptionem earũ præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis.*

De præteritorum peccatorum condigno fletu.

CAP. II.

2. Gradus ascensionis ad Deũ peccatorũ fletus.

SEcundus gradus est peccatorum fletus; & in hoc signo mystice denotatur, quod aquarius dictus est eo, quod cum sol est in eo signo, aquarum inundatio est. Et vt quidam finxerunt: aquarius est seruiens, qui portat aquas. Vnde & dicitur aquaria, quæ aquam defert. Et signat peccatorum fletum, quo peccata delẽtur. Vnde Hiere. 4. dictum est, *Laua à malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias.* *Hierem. 4.* Et iterum Propheta de se ad Dominum ait, *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuã.* *Psal. 118.* Et Isa. 15. *Per ascensum enim* linth *flens ascendet, & in via* oromaïm *clamorem contritionis*; leuabunt *linth*, maxillam interpretatur, per quam lachrymæ fluunt, atque per eas anima ad Deum ascendit: vt quot sunt lachrymæ, tot sint ascendendi gradus. Vnde Thren. 3. Flens anima inquit, *Diuisiones aquarum deduxit oculus meus*: scilicet in contritione.

De complacentia pœnitentiæ peccatorum.

CAP. III.

3. Gradus ascensionis ad Deum est delectatio in amaritudine pœnitentiæ.

TErtius gradus est delectatio in amaritudine pœnitentiæ, quam signat signum piscis, pisces enim lætantur in mari, ibique nutriuntur. Et de talibus Deuteron. 33. mystice dictum est, *Inundationes maris*, id est, impetus aquarum, quasi lac sugent. Et de se Propheta ait: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes*, &c. Hi sunt duo pisces, qui quinque panibus ordeaceis superadduntur. Ioan. 6. id est, operibus pœnitentiæ, scilicet, quoad quinque illius partes, quæ sunt contritio, confessio, eleemosyna, ieiunium, oratio. Duo pisces sunt spes redemptionis & spes gratificationis, & hi condiunt hos quinque panes. His dum pascitur anima, fit iumentum, super quo rex gloriæ sedere dignatur, scilicet Christus. Proinde potest fidenter dicere cum Propheta, *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum: tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me.* *Deut. 33.* *Ioan. 6.* *Psal. 72.*

De resistentia contra peccata.

CAP. IV.

4. Gradus ascensionis est resistentia contra peccata.

QVartus gradus est resistentia contra peccata: & hunc signat signum quartũ, quod Aries nominatur. Aries enim dicitur ab eres, quod est virtus, secundũ Catholicon, eo quod in grege maioris virtutis sit aries enim cornibus se defendit. Sic quoque pœnitens à tentationibus duobus cornibus, timore scilicet supplicij, & amore præmij; ceu duo eius cornua sunt scientia & gratia: de quibus Propheta ait, *Exaltabuntur cornua iusti.* Cum igitur animo virili homo tentationibus prædictis cornibus resistentiam facit, omnis tentatio vires perdit: & verificatur in eo, quod Prouerbiorum 30. scriptum est, *aries, nec est qui resistat ei.* *Prou. 30.*

Digitized by Google

De ſancta indignatione contra peccata.

Cap. V.

5. Gradus aſcenſionis eſt indignatio contra peccatum.

QVintus gradus eſt ſancta ſuperbia, ſeu indignatio contra peccatum. Vnde Hieron. loquens ad quandam virginem ait: Diſce ſanctam ſuperbiam: & Philoſophus ait: Si ſciremDeos ignoſcituros, & homines ignoraturos, ad hoc dedignarer peccare: & hic gradus per ſignum quintum, ſcilicet per taurum deſignatur. Hic myſticè eſt vitulus ſaginatus. Luc. 15. Et de hoc Propheta ait, *Et placebit Deo*, ſcilicet, talis ſuper vitulum nouellum, *cornua producentem & vngulas*. Vitulus nouellus iuuenis nouellus in via Dei. Hic tunc producit cornua, cum iam incipit habere contra ſpirituales patres ſui æſtimationem, & ſeniorum contemptum, ſeu deſpectionem. In cuius myſterium Exo. 21. ſcriptum eſt, *Si bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & conteſtati ſunt dominum eius, nec recluſerit eum occideritque virum aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident*, id eſt inſolentem inuenem & ductorem eius, *vngulas* addit. ſcil. fixas, diſcretionem ſignantes. Hæc ſine magno virtutum exercitio haberi non poteſt, vnde Richar. de ſancto Vict. in lib. de 12. Patriarchis: Beniamin, qui vltimus & duodecimus filius Iacob in Scriptura connumeratur, atque filius dexteræ interpretatur, per virtutum diſcretionem myſticè ponit. Sed aduertendum eſt, quod ſecundum naturæ curſum prius vngulæ, quam cornua producuntur: vt myſticè innuatur, quod prius neceſſe eſt habere diſcretionem, quam contra prælatos præceptorum ſuorum imprudentem deſpectionem. De nouo tyrone ſcriptum eſt, *In auditu auris obediuit mihi*. At contra naturam eſt prius producere cornua, demumque vngulas: quod vt indicium temeritatis ſonat, Propheta prius poſuit cornua, quam vngulas, dicens, *Cornua producentem & vngulas*. Cum vero contra Dei præcepta fiunt manifeſtè, taurum per ſanctam ſuperbiam neceſſe eſt eſſe, exemplum beati Petri, qui Act. 5. reſpondit, *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus*: quod & alibi ſancti Martyres ſeruauerunt.

Luc. 15. Pſal. 68. Exod. 21. Pſal. 17. Act. 5.

De gemina dilectione Dei, & proximi.

Cap. VI.

6. Gradus aſcenſionis dilectio fraterna.

SExtus gradus dilectio fraternalis dictus eſt, id eſt, vt aliena negotia, ſicut propria, homo curet, quod ſignatur per ſextum ſignum, quod Gemini nominatur, ſcilicet, propter geminam charitatem, ſeu dilectionem inter proximos, ſeu propter Dei & proximi dilectionem, de quibus Luc. 10. ſcriptum eſt, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex tota mente tua: & proximum tuum ſicut teipſum*. Dicitur autem dilectio, à dia, quod eſt duo, & ligo, gas: vnde ad Coloſſ. 3. Apoſt. ait. *Super omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quod eſt vinculum perfectionis*. Hæc geminatio myſticè deſignatur, Luc. 10. in geminatione diſcipulorum, vbi dicitur, quod *Dominus miſit eos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipſe venturus*. Talis erat Moyſes, qui Exo. 32. ait: *aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro tuo*, videlicet *vitæ*. Ad huius verbi & conſimilium intellectum aduertendum eſt, quod aliquando deſideramus aliquid ex plena electione, ſeu ex pleno conſenſu. Aliquando vero ex ſola redundantia, ſeu vehementia alicuius affectionis, quaſi paſſionalis, proinde loquendo ſecundum affectum ait Moyſes prædicta verba, & Paulus, c. 9. ad Rom. cum eodem affectu ait, *Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis*. Hoc enim deſiderium potius videbatur eſſe quædam affectio conſurgens atque redundans ex vehementia amoris & compaſſionis, qua afficiebatur ad eos, quàm quod ex pleno conſenſu, & ex plena electione hoc ſimpliciter vellet. Hanc enim quidam velleitatem vocant, quibuſdam vero voluntas conditionalis denominatur. Si igitur talis affectio inſurgere poteſt in ſancto viro, vt oſtendatur vehementia dilectionis, & hoc abſque peccato: non eſt mirum ſi etiam abſque peccato exprimi poteſt: hi ſex gradus 3. Reg. 10. myſticè figurantur per ſex gradus, per quos aſcendebatur ad Salomonis thronum. 3. Reg. 10.

Luc. 10. Coloſſ. 3. Luc. 10. Exod. 32. Rom. 9.

Articvlvs Secvndvs,

De ſex gradibus deſcendendi per humilitatem ad ſeipſum.

SEcundus ſtatus eſt deſcenſionis: & hic etiam continet ſex gradus, per quos per humilitatem homo deſcendit ad ſui cognitionem. Primus gradus eſt conſideratio præteritæ vitæ, ſecundus timor iudicij, tertius conſideratio propriæ infœcunditatis, quartus ponderatio peccatorum & beneficiorum Dei, quintus remorſus conſcientiæ, ſextus conſideratio humanarum miſeriarum. Hi ſignantur in ſex vltimis cœli ſignis, quæ ſunt Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, & Sagittarius.

De examinata conſideratione præteritæ vitæ.

Cap. I.

1. Gradus deſcenſionis eſt conſideratio præteritæ vitæ.

PRimus gradus eſt conſideratio præteritæ vitæ, quod ſignatur per ſeptimum ſignum quod eſt Cancer. Vnde cùm animal retrogradum ſit, merito ſignat recogitationem præteritæ malæ vitæ, iuxta illud Iſa. 33. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*: quod quidem fit recogitando diuerſas ætates, diuerſos ſtatus, diuerſas fortunas, diuerſa officia, diuerſas ſocietates, diuerſa loca in quibus fuit, diuerſas culpas cordis, oris, & operis, quas operatus eſt, iuxta illud Nahum vlt. *Intra in lutum, & calca ſubigens*, id eſt, pellens præteritam vitam, *tene laterem*, id eſt, Chriſtum, vt poſſis dicere cum Propheta, *Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in teſtimonia tua*. Ad hoc idem hortantur Angeli, Cant. 6. dicentes: *Reuertere, reuertere, Sunamitis*, id eſt, captiua ſeu deſpecta. Sic enim interpretatur, *reuertere, reuertere, vt intueamur te*. Quater enim reuertere dicitur, vt reuertatur anima ad recogitandum præteritam vitam quantum ad quatuor, ſcilicet errata, commiſſa, dimiſſa, atque neglecta.

Iſa. 33. Pſal. 118. Cant. 6.

De timore extremi iudicij, & finalis damnationis.

Cap. II.

2. Gradus deſcenſionis eſt timor extremi iudicij. Matth. 25.

SEcundus gradus eſt timor iudicij, quod in octauo ſigno myſticè demonſtratur, quod eſt leo. Sicut enim rugiente leone timent, & ſiſtunt animalia gradum: ſic cum anima penſat rugitum Chriſti in die iudicij, dicens contra reprobos illud Matth. 25. *diſcedite à me maledicti*, &c. tremere debet, & deſiſtere animus prauus. Vnde Amos 3. *Leo rugiet, quis non timebit*: vel aliter dici poteſt, quod anima recogitante periculum iudicij, quod ſibi imminet in vltimo fine, dum per affectualem & cordialem dolorem rugit, praui motus & impia deſideria ſiſtunt, ſicut Propheta, qui de ſe ait, *Rugiebam à gemitu cordis mei*. Pſal. 37. Amos 3.

Quantum

Digitized by Google

Quantum inutilis & sterilis est naturaliter hominis vita.

Cap. III.

3. Gradus ascensionis consideratio propriæ infœcunditatis. Iob. 3.

TErtius gradus est consideratio propriæ infœcunditatis, quod signat nonum signum, quod est virgo, quæ sine fructu est. Proinde Iob 3. admiranter ait: *Quare misero data est lux & vita?* O sterilitas, & inutilitas humanæ vitæ: Arbores fundunt vinum, oleum, balsamum, & varios ex se producunt fructus; tu miser homo sputum, vrinam, stercus, lendes, pulices, & pediculos. Illæ spirant odorem, tu verò fœtorem. Nutrimentum habes ab elementis, cubile ab auibus, vestes à bestiis. Vide etiam, quanta intelligentia fulges, quia omnis bestia natando nouit transire flumen, excepto homine. Nouit discernere proprium cibum, nisi puer. Ita stultus est homo: quod quandoque nescit reuerti domum, quod nouit asinus, muscipula vel mustella. Asinus natus statim graditur, infans à mulcis comedit, egerit, bibit, & mingit. Omnia animalia sunt munita, aliqua cornibus, aliqua calcibus, aliqua rostro, aliqua cursu, & sic de singulis. Solum hominem paruum & magnum reliquit Deus inermem, vt totam fiduciam suam in eo ponat. Merito quidam ait:

Homo miserrimus.

In Deo nostra spes collocanda.

Cum fax, cum limus, cum res vilissima simus,
Vnde superbimus? ad terram, terra redimus.

Eccles. 10.

Proinde Eccles. 10. *Quid superbis terra & cinis?* Ecce quod infœcunda virgo est homo, atque infructuosa. Igitur sicut Ioël 1. cap. dicit, Plange quasi virgo accincta sacco.

Ioël 1.

De ponderatione diuinorum beneficiorum, & peccatorum nostrorum.

Cap. IV.

Quartus gradus descensionis ponderatio diuinorum beneficiorum. Eccles. 42. Iacob. 1. 3. Bonorum genus.

QVartus gradus est ponderatio præteritorum peccatorum & beneficiorum Dei, quod signat decimum signum, scilicet libra, & ad hoc hortatur Eccles. 42. dicens: *Quæcunque trades, numera & appende. Datum vero, & acceptum omne describe.* Duo siquidem dicit. Primo dicit datum, scilicet tibi à Deo: quia *omne donum optimum, & omne donum perfectum*, &c. Iacob. 1. Et acceptum scilicet à te describe, id est in mente diligenter serua & considera. Hæc tria sunt bonorum genera. Prima sunt bona temporis, secunda sunt bona in tempore, tertia sunt bona naturæ, bona gratiæ & bona gloriæ. Prima sunt bona temporis. Et sic tripliciter diuiduntur: quia aliqua sunt bona temporalia, & aliqua spiritualia. Primo bona temporalia consistunt in diuitiis, deliciis & magnificentiis. Secundo bona corporalia consistunt in corporis fortitudine, in sensuum corporalium prosperitate, & humanæ conditionis libertate. Tertio vero bona spiritualia consistunt in ratione sensata, in scientia acquisita, & in practica illuminata: hæc omnia sunt bona temporis. Secundo sunt bona in tempore, quæ sunt diuersarum gratiarum diuisiones, gratuitæ virtutes, & Spiritus sancti dona. Tertio autem sunt bona, quæ sunt supra tempus, & hæc sunt bona gloriæ, de quibus Propheta ait, *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Hæc sunt bona, quæ nobis tribuit Deus. Secundo autem Ecclesiasticus dicit, *Quæcunque trades*, id est, opera tua bona vel mala, quæ recompensatione acceptorum tradis tu Deo, *numera & appende*: scilicet in hoc decimo signo, quod est libra. Hic studens obseruare Propheta obstupuit, inueniens se deficere in suorum operum numeratione & appensione. Vnde ait: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, Domine, & ab alienis parce seruo tuo.* Obstupuit enim considerando hæc tria, scilicet sua delicta, occulta, & aliena peccata. Primo, obstupuit considerando sua delicta, Proinde ait, *Delicta quis intelligit?* quasi dicat nullus omnia. Dicitur enim peccatum in malis commissis, & delictum in bonis omissis, & hoc intelligere difficilius est. Proinde Iob 9. ait, *Verebar omnia opera mea*, vbi glossa ait, etiam bona: quia vt ibidem subdit, In bonis operibus duo timenda sunt, scilicet desidiam facit timor, & amor mundi: fraudem vero facit proprius amor sui, dum pro bene actis tacita humani cordis gratia, vel fauoris aura, vel quælibet res exterius desideratur. Et ex his patet, quod etiam bona faciendo homo incidit in delictum, scilicet in omissione vel diligentiæ debitæ per desidiam. Hierem. 48. *Maledictus homo, qui facit opus Dei fraudulenter.* Vel intentionis rectæ per fraudem, Matth. 6. *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Et si bona faciendo incidit homo in delictum, quanto amplius bona omittendo, & mala operando? & ideo difficile, vel impossibile est delicta intelligere. Merito ergo ait, *Delicta quis intelligit?* Secundo vero de occultis addit, *Ab occultis meis munda me Domine.* Dupliciter enim & commissa & delicta nobis fiunt occulta. Primo, quia ignorata: secundo, quia oblita. Primo sunt nobis occulta, quia ignorata, vel ignorantia iuris vel ignorantia facti. Proinde Propheta orat Dominum, dicens, *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine.* O quot sunt delicta, & commissa in iuuentute, & qualibet alia ætate omnino ignota? Secundo quoque quot sunt delicta & commissa, quæ longitudine temporis sunt oblita. Ait ergo Propheta, *Ab occultis meis munda me Domine.* In quo secundum Aug. instruimur, vt pro peccatis nostris oblitis ignoratis oremus. Nam ipse ait: Pius Dominus piè petentibus, aut peccata dimittit, aut oblita ad memoriam reducit. Notanter autem dicit, *meis*, id est ex malitiam ea prouenientibus, & non ex alio, quo genere peccauit diabolus. Tertio *de alienis* subdit, *Et ab alienis parce seruo tuo.* Nam & delicta & commissa dupliciter sunt aliena. Primo suggestione diaboli, secundo suggestione hominis. Dicuntur autem aliena primo, quia sunt illius qui suggerit: secundo efficiuntur illius, cui suggeritur, si consentit; quo genere peccauit Adam. Nam sicut Propheta ait, *Declinantes*, scilicet per consensum, *in obligationes*, scilicet in peccata, *adducet Dominus*: sc. in æternam damnationem, *cum operantibus iniquitatem*, scilicet cum suggerentibus mala. Appende igitur & libra omnia bona, quæ tibi contulit Deus, & omnia mala, quæ modis antedictis reddidisti ei, & intelliges, quare supplicia mereris æterna. Vnde merito de nobis Dominus lamentabiliter ait illud Propheticum, *Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.*

Bona spiritualia in quo consistunt.

Psal. 26.

Psal. 18.

Iob. 9. In bonis operibus duo timenda.

Hierem. 48.

Matth. 6.

Difficile est delicta intelligere.

Psal. 24.

Delicta dupliciter sunt aliena.

Psal. 124.

Psalm. 34.

De remorsu conscientiæ malæ.

Cap. V.

QVintus gradus est remorsus conscientiæ, & huic in vndecimo signo manifestatur, quod scorpio dictus est, Vnde Deuteron. 8. mystice scriptum est: *In solitudine illa magna est serpens flatu adurens, & scorpio, & dipsas.* Solitudo ista magna, impia conscientia est, quæ omni gratia destituitur ex peccatis. Ibi est serpens antiquus, id est diabolus, flatu tentationum adurens ad perpetranda mala, & scorpio. Porrò scorpio, secundum Catholicon, sic dictus est; quia à scorte, quod est dulce, componitur cum poîo, quod est fingo, quasi scorte poîo, quia ore lingit, brachio stringit, & demum cauda pungit. Sic mortalis culpa, primo delectat dum perpetratur: deinde illaqueat, demúmq; per remorsum conscientiæ pungitur, vnde Prouerb. 12. scriptum est: *Est qui promittit. & quasi gladio pungitur conscientia.* Promittit diabolus, caro, & mundus delectationes, & complacentias temporales & falsas, demúmque

Quintus gradus descensionis est remorsus conscientia. Deut. 8.

Mortalis culpa scorpio est & quare. Prou. 12.

Digitized by Google

demúmque anima poſt ſcelera perpetrata gladio pungitur conſcientiæ. Conſcientia mala, eſt mulier illa nequam, de qua Eccleſ. 26. ait, quod *qui tenet illam, quaſi qui apprehendit ſcorpionem:* quia neceſſe eſt ei remorſum conſcientiæ. Et dipſas. Dicitur enim dipſa, ſæ, generis fœminini, & hæc dipſas, dis. de qua gloſſa vbi ſupra ait: Dipſas genus eſt aſpidis: quæ latinè dicitur ſitula. Hæc quodcunque momorderit, ſiti perit. Adeo parua eſt, vt cum calcatur, non videatur: cuius venenum ante extinguit quam ſentiatur, nec moriturus triſtitiam ſentit. Dipſas iſta peccatum eſt, quod ſiti, id eſt defectu diuinæ gratiæ animam perimit: quia nec ratio, nec ſcientia, nec voluntas dulcedine diuina delectatur. Hæc ſitis tunc ſenſum peccatoris inuadit, cum diuina dulcedo illum peccato fœdatum funditus derelinquit. Sic & reliquæ huius ſerpentis naturæ, quæ ſubduntur, moraliter ſumi poſſunt. Talis remorſus conſcientiæ à ſyndereſi originem ſumit. Vnde in perſona eius, Propheta contra conſcientiam increpatiuè inquit, *Exiſtimaſti iniquè*, id eſt nequiter, *quod ero tui ſimilis: arguam te*, ſcilicet ſemper de ſceleribus tuis, & *ſtatuam contra faciem tuam.* Alia litera habet, Et ponam ante oculos tuos: vt quaſi quædam perſonæ arguant vel confundant te. Et tali conſcientiæ, Hierem. 2. ait, *Arguet te malitia tua, & auerſio tua, increpabit te.*

Peccatū eſt dipſas.

Pſal. 42.

Hierem. 2.

De ſeptemplici miſeria præſentis vitæ atque futuræ.

Cap. VI.

Sextus gradus deſcriptionis eſt conſideratio humanarū miſeriarum.

SExtus gradus eſt conſideratio humanarum miſeriarum, quæ per duodecimum ſignum myſticè demonſtrantur, quod ſagittarius dictus eſt. Sagitta à ſagio, ſagis, dicta eſt, eo quod ſagaci, & ingenioſa iactura mittatur, & inde ſagittarius deriuatur. Per hoc cœli ſignum inſtruimur cogitare naturales miſerias noſtras, quæ ſunt fames, ſitis, æſtus, laſſitudo, infirmitas, atque mors. Hæ ſunt ſeptem ſagittæ, quæ in noſtris primis parentibus propter inobedientiam, & ad totum genus humanum propter originalem culpam à Deo ſagittario infixæ ſunt. Hoc de ſe Propheta teſtatur dicens, *Quoniam ſagittæ tuæ*, ô Deus, *infixæ ſunt mihi:* & Iob. 6. de ſe ait: *Verba mea dolore ſunt plena, quia ſagittæ Domini in me ſunt.* Et in perſona generis humani, Thren. 3. Hierem, ait: *Tetendit arcum ſuum*, ſcilicet Dominus, *& poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.* Has ſagittas merito generi humano infixit, vt diſcat non contra Dominū per inobedientiam inſanire, atque præſentes & futuras pœnas, hoc eſt ſempiternas perhorreſcere, & cauere, atque ad cautelam præmonet omnes hic leuia, & tranſitoria eſſe tormenta: ſed futura impiis præparata eſſe grauiſſima, & æterna. Proinde de talibus ſuppliciis Deuter. 32. ait Dominus, *Congregabo ſuper eos mala*, ſcilicet ſempiterna: *&*, pro id eſt, *ſagittas meas complebo in eis*, Portò has ſagittas Dominus in damnatis complebit, quando in inferno erit fames inſatiabilis, ſitis irrefragabilis, frigiditas intolerabilis, æſtus irremediabilis, infirmitas miſerabilis, laſſitudo inquietabilis, & mors interminabilis. Erunt enim ibi, primo fames inſatiabilis, Iſa. 65. Dominus ait, *Serui mei comedent, & vos eſurietis.* Et de eis iterum Propheta ait, *Famem patientur vt canes*, qui quando fameſcunt, vlulare ſolent. Secundo ſitis irrefragabilis. Iſa, vbi ſupra, *Serui mei bibent, & vos ſitietis.* Vnde Luc. 16. epulo ille diues in lingua ardens, guttam petiit aquæ, quam tamen habere non valuit. Tertio frigiditas intolerabilis. Iob. 24. cap. ad nimium calorem tranſiet ab aquis niuium. Quarto æſtus irremediabilis. Apocalyp. 16. *Æſtuauerunt*, id eſt æſtuabunt homines *æſtu magno:* quia ſcilicet intus, & extra, id eſt in anima & corpore cremabuntur, quemadmodinum metalla cum ſuccenduntur ab igne. Ezech. 22. *Omnes iſti es & ſtannum & ferrum & plumbum in medio fornacis.* Quinto infirmitas miſerabilis, Iſa. 13. *Torſiones, & dolores tenebunt, quaſi parturiens dolebunt.* Sexto laſſitudo inquietabilis. Erunt enim tanquam ligatus pugil, Matth. *Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Et Matth. 13. *Colligite primum Zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum.* Septimo mors interminabilis, Apocalyp. 2. *Qui vicerit, non ledetur à morte ſecunda.* Mors enim prima, ſeparatio eſt animæ à Deo per mortalem culpam: Mors vero ſecunda, eſt receſſus Dei ab anima per æternam pœnam. Et hæc mors, de qua Propheta ait, *Mors peccatorum peſſima.* Et iterum Greg. Cuius vita mortua fuit in culpa, eius mors ſemper viuat in pœna. Et hæ ſunt ſagittæ, quas dominus complebit in eis, qui ſagittas generi humano infixas ex culpa primorum parentum, per mandatorum Dei inobedientiam contempſerunt.

Pſal. 37. Iob. 6.

Thren. 3.

Deut. 37.

In inferno qua mala. Iſa. 65. Fames. Pſal. 54. Sitis. Luc. 16. Frigus. Iob. 24. Æſtus immodicus. Apoc. 16.

Ezech. 22. Infirmitas ſine remedio. Iſa. 13. Laſſitudo ſine quiete. Matth. 13. Mors interminabilis. Apoc. 2. Pſal. 33.

Articvlvs Primvs,

De ſeptem operibus actiuæ vitæ, conformibus ſeptem diebus creationis.

TErtius eſt ſtatus operationis, ſeu inſtantis actionis. In cuius myſterium Exod. 23. præcepit Dominus dicens, *Sex diebus operaberis:* ad myſtice innuēdum, quod ſex ſunt opera actiuæ vitæ, quæ reſpondent ſex diebus creationis, in quibus operatus eſt Deus: vt conformemur creatori noſtro, vt quaſi dici poſſint ſex dies noſtrorum bonorum operum. Primus dies eſt circumſpectio prouida, ſecundus intentio recta, tertius diſcretio cauta, quartus ordinatio iuſta, quintus executio vigoroſa, ſextus dilectio gratioſa.

Exod. 3.

Sex opera actiua vitæ.

De prouida circumſpectione operum noſtrorum.

Cap I.

PRimus dies operum noſtrorum eſt circumſpectio prouida, ne ſcilicet opus noſtrum diſpliceat Deo. Nam, vt ait Eccleſ. 14. *Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia meditabitur, & in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei*, id eſt, ne vndecunque offendatur Deus. Et hic correſpondet operi primæ diei creationis, quando Gen. 1. dicit Dominus: *Fiat lux, & facta eſt lux.* Sic in reformatione minoris mundi debet fieri lux prouidæ circunſpectionis: vt circunſpectè & clarè intelligat homo, quod id quod agit, non diſpliceat, ſed placeat ſummo Deo: ſicut Eccleſ. 42. ait, *Sol illuminans*, id eſt, intellectus illuminans *per omnia reſpexit, ne Deus*, ſcilicet offendatur, *ſed dignè glorificetur.* Nam in perſona huius circumſpectionis Propheta ait, *Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum Domine, vt audiam vocem laudis*: vbi tria proponit. Primo mundationem, ſecundo circumſpectionem, tertio teſtificationem. Primo proponit facere mūtionem, dicens, *Lauabo inter innocentes manus meas*, id eſt purgabo per pœnitentiam mea opera ab omni macula peccatorum, Pſalm. *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum.* Secundo proponit circumſpectionem dicens, *Et circundabo altare tuum Domine*, id eſt circumſpiciam mentem meam. Mens enim altare eſt, vbi offerre debemus Deo ſacrificium ſpiritus contribulati. Pſ. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Tertio vero proponit teſtificationem, ſubdens, Vt audiam vocem laudis, id eſt vocem Dei laudantis me in conſcientia mea. 2. Cor. 10. *Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat.* 2 Corinth. 1. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Hoc volebat audire Danid, cum dicebat, *Audiam quid loquatur*

Primus dies eſt circūſpectio prouida.

Geneſ. 1.

Eccleſ. 42.

Pſal. 25. Declaratio dicti Prophetæ.

Pſal. 6.

Mens noſtra altare eſt, vbi offerre debemus. Deo ſacrificium. Pſal. 50. 2. Cor. 10. 2. Cor. 1. Pſal. 84.

Digitized by Google

Cant. 2. *loquatur in me Dominus Deus.* Et Cant. 2. dicit talis anima, *Vox enim tua dulcis.* Et per hoc fit distinctio lucis à tenebris.

De recta intentione, & fructibus eius.

Cap. II.

Secũdus dies est recta intentio. Cant 1. Genes. 1.

SEcundus dies, est intentio recta, scilicet in bono proposito firma. Et hic respondet operi secundæ diei, quando vbi suprà dicit Deus, *Fiat firmamentum in medio aquarum:* sequitur. *Et vocauit firmamentum cœlum:* quia per intentionem rectam ad Deum mens firmatur & stabilitur etiam in medio aquarum aduersitatum. Vnde Iob. ait *Si diluculo consurrexeris ad Deũ, & Omnipotentem fueris deprecatus: si mundus, & rectus incesseris statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ. Intantum, vt si priora tua fuerunt parua, & nouissima tua multiplicentur nimis.* Ait enim, *Si diluculo consurrexeris ad Deum*, scilicet eum præ omnibus præponendo: vel si tempestiuè ad Deum te erexeris, & omnipotentem fueris deprecatus, scilicet, vt dirigat te in itineribus tuis: si mundus à peccatis & rectus in virtutibus incesseris in via Dei: *statim euigilabit ad te.* Deus enim dormire dicitur, cum cessat homini bona facere, seu cum permittit eum affligi. Euigilare dicitur, cum incipit bona facere, vel ab hostibus defensare, iuxta Propheticum illud, *Exurge: quare obdormis Domine?* Dicit autem statim, quia supponit, quod hoc complearur in vita ista, aliàs iusta: & hoc valde celeriter, si præmissa conditio extat: & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ, id est domus, seu familia tua: vt quæ tempore peccati fuit perturbata, tempore tuæ iustitiæ sit pacata: & hoc intantum, vt si priora tua fuerit parua, & nouissima tua multiplicentur nimis. Et hoc scilicet fiet ex æquitate iustitiæ Dei: quia plura debet correpto & emendato, quam ei qui perseuerat in peccato. Ecce firmitas iustitiæ fructuosa communicata rectæ intentioni, quæ est quasi firmamentum in medio aquarum. At econtra infirmitas & inconstantia, aut imperseuerantia sine fructu sequitur ex non recta, seu duplicitatis intentione. Proinde Iacob. 1. ait, *Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.* Et Eccles. 3. *Cor ingrediens vias duas, non habebit successus.* Et iterum Matth. 7, *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Inter quos imperseuerantia communiter reperitur. Hanc rectam & firmam intentionem seruabat Propheta, cum de se ait: *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper:* & nos etiam, ne in peccato ruamus, debemus illum tripliciter prouidere. Primo vt inspectorem, secundo vt iudicem, tertio vt remuneratorem. Primo inquam vt inspectorem, scilicet omnium, quæ cogitamus, loquimur, & operamur, vt erubescamus. Prouerb. 5. *Respicit Dominus viam hominis, & omnes gressus eius considerat.* Et hoc multum retrahit à peccato. Vnde Bern.

Deus dormire dicitur, cũ cessat homini benefacere.

Deus emendato plura debet quam obstinato. Inconstantia vituperatur. Iacob. 1. Eccles. 3.

Matth. 7.

Psal. 15.

Cum quid turpe facis, quod me spectante ruberes,
Cur spectante Deo non magis ipse rubes?

Deus iudex. Sap. 6. Prou. 20.

Secundo, vt iudicem scilicet timeamus, quia non solum videt, quod facimus vel loquimur, & cogitamus: sed etiam districtè omnia iudicabit, Sap. 6. *Interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur:* & hoc etiam multum retrahit à peccato. Vnde Prou. 20. *Rex, qui sedet in solio iudicij*, quem homo in corde suo statuit iudicem, *dissipat omne malum intuitu suo.*

Deus remunerator.

Apoc. 3.

Tertio, vt remuneratorem vt speremus. Apocal. 3. *Qui vicerit, dabo ei sedem mecum in throno meo.* Et hoc etiam multum valet ad reprimendum peccati motus. Vnde de Moyse Hebr. 11. dictum est, quod *magis elegit affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem.* Aspiciebat enim remunerationem. Ecce firmamentum in medio aquarum.

Hebr. 11.

De multiplici difficultate operum bonorum, in fugiendo occasiones.

Cap. III.

Tertius dies est discretio cauta, scilicet in fugiendo peccatorum occasiones, iuxta consilium Christi, qui Matth. 5. ait, *Si oculus tuus dexter*, id est res à te multum dilecta; *scandalizet te*, id est, est occasio tuæ ruinæ: *erue eum, & proiice abs te; expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.* Et hoc correspondet operi tertiæ diei, quando *diuisit Deus terram ab aquis.* Per terram status securus in via iusta. Per aquã vero status in vitiis periculosus signatur. Sunt enim plerique minus intelligentes, qui putant statum minoris esse perfectionis, quia maioris est securitatis: & aliquem statum perfectioris esse iustitiæ, quia proximior est ruinæ: & illum statum magis esse perfectũ, quia difficilius contingit in ipso vitare peccatum. Ad hanc igitur ignorantiam eliminandam, aduertendum est, quod triplex est difficultas, quæ ex diuersa radice, seu causa, originem sumit. Prima ex virtuosa natura, secunda ex malitia propria, tertia ex occurrenti circunstantia. Prima iniquam prouenit ex virtuosa natura, id est, ex arduitate & nobilitate generis operis, sicut ab omni carnali abstinere commercio, perfectè abrenunciare seculo, & propter Deum arcto se subiicere voto, omni tempore ieiunare in pane & aqua. Et hæc absque dubio auget semper meritum, iuxta illud Matth. 7. *Intrate per angustam portam*, vbi glossa, Satis angustia est omnia prætermittere, vnum solum diligere, ad vnum quotidie pulsare, prospera mundi non ambire, aduersa non timere. Maiorque austeritatis angustia reperitur in obseruantia consiliorum Christi, quam in obseruantia communium mandatorum. Hieron. quoque ad Rusticum monachum, postquam dixit, nudum Christum nudus sequere, subdit; durum, grande, difficile: sed magna sunt præmia. Secunda difficultas prouenit ex malitia propria id est, ex vitiositate personæ agentis: sicut auaro difficilius est dare minimum, seu minima, quam largo magna & multa. Et superbo, alteri se subiicere, & guloso ieiunare, & luxurioso difficilius continere. Et hæc difficultas minuit meritum, & auget miseriam, & defectum: vnde Hiero. ad Eustochium. Soror tua Blesilla ætate maior: sed proposito minor: post acceptum maritum septimo mense viduata est. O infelix humana conditio, & futuri nescia! nam & virginitatis coronam, & nuptiarum perdidit voluptatem. Et sequitur: Et cum difficilius careat voluptate, minorem tamen continentiæ mercedem habebit. Tertio verò difficultas prouenit ex occurrenti circunstantia extrinsecus sibi annexa. Et hoc dupliciter euenire potest: primò ex obedientia, secundò ex complacentia. Primò ex obedientia, vt eum coniugalem actum, ex sola obedientia diuini cultus cum omni honestate, vt est possibile, exercere, sicut fecerunt Prophetæ. Et hoc habuit locum in Christi actibus condescensionis. Similiter difficilius est abstinere cum apponuntur delicata cibaria, difficilius est contemnere temporalia bona quando offeruntur magna & pulchra: difficilius est continere in consortio fœminarum. Et hæc difficultas per accidens, & indirectè auget aliquando meritum: sed directè & quantum est de se magis est via ad ruinam, & casum, Proinde perfectus vir animo omnino ea fugere debet, nisi vel vinculo obedientiæ, vel magno, & euidenti profectu salutis alienæ, cum

Tertius dies est cauta discretio. Matth. 5. Gen. 1.

Maior perfectio in quo consistit.

Matth. 7.

Difficultas boni operis vndenam sumit originem.

Difficultas operis quãdo auget meritum.

Digitized by Google

cum probabili ſui ſecuritate, velit hoc ſuſtinere ad tempus : ſecundò hæc difficultas venit cum circunſtantia,& complacentia ſibi adiuncta, vel aſſumpta, & ſic meritum minuit: quia ex temeraria præſumptione originem habet. Et tales ſæpe vidimus ad maximas deueniſſe ruinas. Proinde expedit ad meriti, perfectionem, talem difficultatem fugere, non amplecti: vnde Auguſt. de ſingularitate clericorum ait: Lubrica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati ſaluari ſe ſperat: incerta victoria inter hoſtilia arma pugnare, & impoſſibilis liberatio flammis circundari, & non ardere. Audi & Hieronymum contra Vigilantium hæreticum,qui ſtatum ſecularem religioni conabatur præferre. Cum, inquit, ſcilicet Vigilantius, pergis ad eremũ:vt te non audiam, non videam, vt tuo furore non moueat, vt tua bella non patiar: ne me capiat oculus meretricis, ne forma pulchertima ad illicitos adducat amplexus, reſpondebis, hoc non eſſe pugnare, ſed fugere: ſta & in acie, aduerſariis armatus obſiſte: vt poſtquam viceris, coroneris. Fateor imbecillitatem meam. Nolo ſpe pugnare victoriæ, ne perdam aliquando victoriam: ſi fugero, gladium deuitabo: ſi ſtetero, aut vincendum mihi eſt, aut cadendum: quid eſt neceſſe? certa dimittere, & incerta ſectari. Nulla ſecuritas eſt eſt cum vicino ſerpente dormire. Poteſt fieri: vt me non mordeat. Et poteſt fieri: vt aliquando me mordeat. Quod de libidine diximus, referamus ad auaritiam, & ad alia vitia, quæ vitantur ſolitudine, & ideo vrbium frequentiam declinamus: ne facere compellamur, quæ nos non tam natura cogit facere, quàm voluntas. Hæc Hieronym. Et in his conſiſtit diuiſio terræ ab aquis, ſecundum conſilium Ieſu Chriſti.

Egregia Hieronymi ſententia de fugienda peccati occaſione.

Quomodo ordinatur homo ad Deum ad ſe, & ad proximum ſuum.

Cap. IV.

Quartus dies, ordinatio iuſta.

QVartus dies eſt ordinatio iuſta, ſecundum Auguſtinum. Ordo eſt diſparium, pariumque rerum ſua cuique tribuens diſpoſitio. Et ad hunc ordinem hortatur Apoſtolus 1. Corinth. 14. in fine, dicens: Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant in vobis. Et ad Rom. 13. *Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt.* Et hoc reſpondet operi quartæ diei, cum dicit Deus: *Fiant luminaria in firmamento cæli.* Luminaria iſta fuerunt Sol, Luna, & Stellæ, quæ omni die miro ordine gradiuntur, ſicut Propheta ad Dominum ait: *Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi.* In luminaribus illis ſic mirabiliter ordinatis ſummus opifex myſticè demonſtrauit ordinem luminarium hominis ſeu humanæ mentis. Primò debet eſſe ordinatus ad Deum, & hoc ſignatur per ordinem Solis: ſecundò ad ſeipſum, & hoc ſignatur per ordinem Lunæ: tertiò ad proximum, & hoc ſignatur per ipſum ordinem Stellarum. Primò enim debet eſſe ordinatus ad Deum. Et de hoc ordine Auguſt. ait: Amor per deſiderium de Deo, & cum Deo, & in Deo ordinatè currere poteſt: primò de Deo currit per deſiderium amor, quando à Deo accipit, vnde eum diligit, ſecundum quod ad Rom. 9. Apoſtolus dicit: *Non eſt volentis, neque currentis, &c.* Ait enim: Non eſt volentis, ſcilicet hominis, quòd meritoriè velit bonum neque currentis, ſcilicet currere, hoc eſt operari bonũ. Philip. 2. *Qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate:* ſed Dei miſerentis eſt. Pſalm. *Viam mandatorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Vel aliter dici poteſt: Non eſt volentis, ſcilicet ſuũ bene velle: neque currentis, ſcilicet ſuum bene operari: ſed miſerentis eſt Dei. Nontamen vult dicere, quin ſit volentis, & currentis, tanquàm cauſæ ſecundæ: ſed non eſt eius, tanquam cauſæ primæ, & principalis. Secundò verò cum Deo currit, quando voluntati eius in nullo contradicit: ſed corde, ore, & opere dicit Domino illud Matthæi 6. *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra.* Tertiò autem in Deum ſimiliter currit, quando in Deo quieſcere concupiſcit, exemplo Prophetæ qui ait: *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam:* Ait enim In pace pectoris dormiam in præſenti,& in futuro requieſcam, id eſt perfectè quieſcam in pace æternitatis, quæ eſt pax in idipſum, id eſt immutabilis, & inuariabilis. Pax enim præſentis temporis non eſt in idipſum: quia ſæpe mutatur, & vatiatur. In his tribus ſecundum Auguſtinum, conſiſtit ordo mentis ſolaris. Secundò autem homo debet eſſe ordinatus ad ſeipſum in tribus. Primò in affectibus, ſecundo in ſermonibus, tertio in moribus. Primò in affectionibus. Vnde Auguſt. de libero arbitrio ait: In animæ moribus,cum ratio dominatur, ordinatus homo dicendus eſt. Secundo in ſermonibus. Nam cum mens fuerit ordinata, faciliter lingua bene in ſermonibus ordinatur, teſte Domino, qui Matthæi 12. ait: *Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona.* Vnde Geneſis 44. de Ioſeph ſcriptum eſt, *quòd fratribus per ordinem locutus eſt.* Sed vt dicitur Iacobi 3. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.* Tertio in moribus, ſcilicet, componendis. vnde Bernard. Diſcretio omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit, & decorem, & etiam perpetuitatem. Et ſubdit: Eſt ergo diſcretio noſtra tam virtus, quàm etiam quædam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum. Hæc Bernardus. Et hic ordine Lunæ ſignatur. Tertiò debet homo eſſe ordinatus ad proximum, hunc maximè deſtruit,& perturbat priuatus, & reciprocus amor ſui, contra quem 1. Corinth. 13. cap. Apoſtolus ait: *Charitas non quærit, quæ ſua ſunt.* Et iterum 1. Corinth. 10. de ſe ait; *Non quærens, quod mihi vtile ſit: ſed quod multis, vt ſalui fiant.* Et ſecundæ Theſſ. 3. *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum traditionem, quam acceperunt à nobis*, quæ ordinatio in ſui priuato amore conſiſtit: vt ibi patet. Secundum enim Bernard. ad proximum duplex eſt charitas, ſcilicet affectualis, & actualis. Et iſtius geminæ charitatis oppoſitus reperitur ordo. Nam actualis inferiora præfert, incipiens à nouiſſimis,id eſt,maiorem neceſſitatem patientibus. Affectualis autem à primis incipit præferens meliora: quod intelligi debet in actibus corporalibus miſericordiæ ad miſeros: quoniam in ſpiritualibus rebus affectualis, & carnalis charitas ſimul curruntˇ. Qui enim melior eſt honorandus, diligendus, & ſublimandus. Vocat autem affectualem charitatem illam, quæ conſiſtit in beneuolentia voluntatis; Actualem autem extrinſecum actum charitatis, vel exercitium. Aduertendum eſt autem circa ordinem ad proximum, quòd homines quidam coniuncti ſunt mundo per vitam actiuam, quidam omnino ſunt ſeparati à mundo per vitam contemplatiuam, quidam autem agunt vitam mediam: vt clerici, & habentes aliquid actionis, vt bona parentalia; & aliquid contemplationis, vt bona Eccleſiaſtica tali vitæ neceſſaria. Primò enim puri actiui tenentur ad ordinem, quem tangit gloſſa ſuper illo Cant. 2. *Ordinauit in me charitatem:* quia primo diligendus eſt Deus, ſecundo parentes, tertio filij, quarto domeſtici, quinto inimici. Et talis ordo intelligendus eſt cæteris paribus: vnde ſecundum gloſſam; Si domeſtici boni ſunt, malis filiis præponi debent. Secundo autem contemplatiui, quantum ad omnia exteriora charitatis officia, & obſequia, plus tenentur fratribus ſpiritualibus, quam aliis quibuſcunque, eo quod in aliam penitus tranſierunt vitam. Puto tamen quòd in orationum ſuffragiis, reſpectu vitæ æternæ obtinendæ, prius tenentur parentibus ſuffragari, quamuis pro vitæ prolongatione plus teneantur orare pro patribus ſpiritualibus, quorum vita Eccleſiæ vtilior eſt. Nam bonum multitudinis bono ſingularis perſonæ præponi debet. Tertio verò, qui medio modo ſe habent in ſubuenien

Quo ordo rectus.
1. Corin. 14.
Rom. 13.
Geneſ. 1.
Pſalm. 118.
Homo ordinatur ad Deũ, ſeipſum & proximũ.
Rom. 9.
Phil. 2.
Pſalm. 32.
Matth. 6.
Pſal. 4.
In tribus ad ſeipſum debet homo ordinari.
Matth. 12.
Geneſ. 44.
Iacob. 3.
1. Cor. 13.
1. Cor. 10.
2. Theſſ. 3.
Duplex charitas ad proximum.
Triplex viuendi genus
Cant. 2.
Ordo in benefaciendo.

Digitized by Google

ſubueniendo de bonis parẽtalibus plus tenentur cæteris paribus, propinquis ſecundum carnem. De bonis verò eccleſiaſticis plus tenentur melioribus, & magis Chriſti conformibus: vnde Gregor. ſuper Ezech. lib. 14. ait: Qui ditior eſt ſacerdos, quàm quando venit ad ſacerdotium, quicquid plus habuerit, non filiis debet dare: ſed pauperibus, & ſanctis fratribus, qui vincunt merita liberorum: vt reddantur, quæ Domini ſunt Domino. Hæc omnia Ioannes de Potiano ſuper Cantica Canticorum, ſuper illud: *Ordinauit in me charitatem.* Talis ordo ad proximum in ordine ſtellarum cœli ſignificatur.

Ezech. 14.

Quantum neceſſaria ſint ad ſalutem opera bona.

Cap. V.

Quintus dies eſt executio glorioſa. Matth. 7.

QVintus dies eſt executio vigoroſa, ſcilicet operum virtuoſorum. Nam ſicut Matth. Dominus ait: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum,* Bis enim Domine dicit: vt innuat quod qui corde, & ore ſolum Domino ſeruit, ſed qui bonum opus non addit, ſi poſſibile eſt: ſaluus eſſe non poterit. Eſt igitur neceſſaria ad ſalutem executio operum virtuoſa. Et hoc reſpondet operi quintæ diei. in qua *fecit Deus in aquis reptilia animæ viuentis, & volatile ſuper terram atque mobilem.* Per quem ſignantur opera iuſta, & viua facta in mari aduerſitatis, & in terra proſperitatis. Aduertendum eſt tamen, quòd omnium bonorum, quæ nobis diuinitus inſpirantur, tria genera reperiuntur: quædam adimplenda ſunt voluntate & opere, quædam voluntate & non opere, quædam opere & non voluntate. Nam quia in tractatu de inſpirationibus, artic. 1. plenius dictum eſt: de his ad præſens ſufficiat, quòd de hoc Bernar. in quodam ſermone paucis verbis, ſed multo ſenſu, de hoc diſſeruit. Ait enim: Conſiderent hi, qui de voluntate, & opere contentioſis ſolent diſputationibus rixari. Conſiderent, & aduertant neutrum negligi oportere, vbi non videatur deeſſe facultas, præſertim cum vtrũque ſine altero, vbi tamen facultas deeſt, ſalutem conferre poſſit. Hoc quoque firmiter teneant, prodeſſe quidem opus ſine voluntate: non tamen contra voluntatem, vt vnde ſaluantur infantes, inde magis damnentur fictè accedentes. Nihilominus in quibuſdam voluntas ſine opere ſufficiens eſt, non autem contra opus: verbi cauſa; Rapitur quis in bona voluntate: ſed necdum perfecta, necdum idonea martyrium ſuſtinere, quis illi audeat pro hac imperfectione negare ſalutem? Forte enim propterea non ſinitur in illam grauem tentationem venire ne deficiat & damnetur. Nimirum tamen ſi in hac infirma voluntate induceretur in eam, quæ ſupra ipſum eſt tentationem, nec voluntas roboraretur, quis illum dubitet defecturum, & negaturum, & ſi in ea mori contigerit etiam condemnandum? In ea igitur imperfecta voluntate, in qua ſaluatur, vbi deeſſet facultas: iam non poſſet ſaluari propter defectum operis, vbi deeſt facultas operis, vel opus defectionis. Agamus proinde gratias benigniſſimo Saluatori, qui humanæ ſalutis occaſiones tam copioſa charitate perquirit: vt in his voluntatem, & opus in his ſine opere voluntatem: in his etiam ſine voluntate opus, ad ſalutem inuenire lætetur. Hæc Bernard. Licèt igitur quodlibet horum trium ſecundum diuerſos reſpectus gratum ſit Deo communiter: cum voluntas cum opere in benefactis gratior eſſe videtur, cum & Chriſtus pro noſtra redemptione, voluntate, & opere ſuſtinuit paſſionem Propheta inſuper de ſe ait: *Voluntariè ſacrificabo tibi.* Ait enim voluntariè, non coactè. Non enim placent Deo coacta ſeruitia: vt Auguſt. ait: proinde Exod. 25. Dominus ait: *Ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis primitias*: Et ſubdit Propheta, *Sacrificabo tibi*, ſcilicet ſacrificium operis boni. In deſcriptione quoque laudum, & perfectionum viri iuſti. Cant. 5. ſcriptum eſt: *Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis.* Manibus ſiquidem operamur: vnde meritò in ſcripturis per manus opera deſignantur. Proinde deſcribens Salomon opera viri iuſti, vt grata ſint Deo tria illis neceſſaria dicit eſſe, ſcilicet quod fiant primò expeditè, ſecundò perſeueranter, tertiò vtiliter. Primò, quòd fiant expeditè; quia tornatura cæteris artibus promptior eſt: vnde ſubdit tornatiles; proinde Prouerb. 22. Salomon dicit; Vidiſti virum velocem in opere ſuo, coram regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles; & Eccleſ. 31. conſulit, dicens; *In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi.* Secundò, quod fiant perſeueranter: Vnde ſubdit aureæ. Aurum etenim non putreſcit, & in hoc perſeuerans charitas denotatur. Ad quod deſignandum Exod. 35. ſcriptum eſt, *quòd ommnes viri, & mulieres mente deuota obtulerunt omne vas aureum in donaria Domini.* Tertiò, quòd fiant vtiliter pro æterna vita, & de hoc ſubdit plenæ hyacinthis. Hyacinthus enim aërei coloris eſt: vnde in eo cœleſtia deſignantur. 2. Paralipomenon 2. *Mitte virum eruditum, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino, & hyacintho*, id eſt ſola ſpe, & deſiderio cœleſtium operantem.

Exod. 25.

Conditiones operis Dei grati.

Prou. 22.

Eccleſ. 31.

2. Paral. 2.

Genes. 1.

Bonorũ operũ tria genera.

Maxima Chriſti domini in nos charitas.

Pſal 53.

Quanta fecit Deus homini, & homo Deo in ſexto die.

Cap. VI.

Sextus dies eſt dilectio gratioſa, quæ omnium virtutum eſt imperatrix, & forma. Et hæc reſpondet operi ſextæ diei, in quo *fecit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*: multa fecit Deus homini in hac ſexta die, multa quoque fecit homo ipſe Deo in ipſa die. Primò conſideremus ea quæ fecit Deus homini in ſexta die, & reperiemus inter alia ei viginti beneficia contuliſſe. Primo ſexta die formauit eum de limo terræ, ſcilicet quoad corpus. Non enim fecit eum de materia cœleſti, vel nobili: ſed terreſtri & vili, præcauens futurum caſum: vt ſcilicet ibi imprimeret, & commendaret fundamentum humilitatis. Nec tantum fecit de terra: ſed de limo terræ, vt ſibi imprimeret, quod de luto viliſſimo creatus eſſet. Limus enim fit ex ſuperfuſione aquæ cum terra, ad maiorem commemorationem humilitatis, Adam enim interpretatur terra rubra, quia ſecundum Ioſephum, de terra rubra conſperſa formatus eſt. Secundò ſexta die fecit hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: imago quippe conſiſtit in ſubſtantialibus, vel naturalibus potentiis animæ, vel humanæ mentis, ſc. quantum ad memoriam, quæ facta eſt ad imaginem Patris: & quantum ad intellectum, qui factus eſt ad imaginem Filij: & quantum ad voluntatem, quæ facta eſt ad imaginem Spiritus ſancti. Prima ſimilitudo ſtat pro gratia, & virtutibus, quibus homo plenius Deo aſſimilatur. Igitur imago conſiſtit in naturalibus, ſimilitudo in gratuitis: vnde ſimilitudo perfectio imaginis eſt: quia gratia perficit naturam. Vnde talem illũ creauit Deus: vt poſſet eſſe capax gratiæ, gloriæ ſuæ infinitæ, quod eſt eſſe capacem Dei in præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Cumque eum creare vellet, ait: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Vt ſecundum Auguſt. inſinuaret in Deo perſonarum pluralitatem, atque in hoc quod poſtea ſubditur: Ad imaginem Dei creauit: primum vnitas eſſentiæ ſignatur. Dixit etiam: Faciamus ad ſignificandum ſingularem profunditatem, & arduitatem huius operis. Tertiò inſuper ſexto die tulit Deus hominem, & poſuit eum, ſcilicet per Angelos, in paradiſo

Sextus dies dilectio gratioſa.

Adã etymologia. Secundum.

In quo conſiſtit imago.

In quo ſimilitudo conſiſtit.

Perſonarum pluralitas.

Tertium.

Digitized by Google

paradiſo voluptatis, ſcilicet in loco nobili, & ſublimi, de vili & humili exaltans eum: vt diſceret quod ex mera gratia ponebatur ibi, atque Deo amplius eſſet gratus de donis ſic ſuperadditis naturæ ſuæ: & vt ex hoc ſemper eſſe humilior, & ſemotior ab omni ſuperbia, & præſumptione, necnon vt in ipſa tranſlatione ex loco inferiori ad ſuperiorem, & meliorem ſpecularetur, ſe ad locum ſupernæ ciuitatis eſſe trãſferendum: ac per hoc ſe ſemper ſuſpirare debere, & ſurſum agi ad illum, & plus debere curare de ſupernaturalibus, quàm de naturalibus ſuis Inſuper vt per hoc parenter exprimeret, quod ſi non bene ageret, ad inferiorem locum, vnde aſſumptus fuerat, de facili reincideret. Quarto etiam ſexto die dedit ei Deus, vt de omni ligno paradiſi comedere poſſet, & maximè de ligno vitæ, excepto ligno ſcientiæ boni, & mali. Maximè de ligno vitæ in cibum: vt ex vi naturæ ſuæ, perfectè adminiſtraret illi nutrimentum, quantum expediens erat, aſſimilabile, & conuertibile, & incorporabile: ita quod illud quod ex ipſo reparabatur, ita nobile erat, & conſeruationi humanæ vitæ conueniens, ſicut illud quod per calorem hominis naturalem conſumebatur, ſecundum enim Auguſt. 13. de ciuitate Dei, cap. 20. Adam, & Eua aliis cibis paradiſi vtebantur, ne aliquid moleſtiæ eſuriendo & ſitiendo ſentirent: de ligno autem vitæ, guſtabant, ne mors eis vndecunque ſubreperet, tanquam cætera eſſent alimenta. Illud autem ſacramento congruit: vt ſic accipiatur lignum vitæ fuiſſe in paradiſo corporali, ſicut & ſapientia Dei in ſpirituali. Et lib. 11. c. 18. ſuper Gen. ad literam ait, quod ſtatus ſuæ immortalitatis de ligno vitæ myſticæ præbebatur: vt iam per eſcam ligni vitæ ſignaretur: quia ex ſpirituali ſapientiæ ſacramento, cuius ſacramenti illud ſignum erat, vita in æternum cum Angelis poſtmodum participare deberet

5. Quintò etiam ſexto die dedit ei Deus perpetuitatem vitæ, non tamen priuantem potentiam moriendi: ſed ſolum neceſſitatem moriendi, & hoc per eſum ligni vitæ, & per concurſum potentiæ, & prouidentiæ Dei ſibi continuè aſſiſtentis, & per myſterium Angelorum impediens contrarias poteſtates dæmonum, & ſub debito, & moderato ordine tenens curſum corporum ſuperiorum, & inferiorum, provt hominis perpetuationi expediens erat. Propoſuitque lignum ſcientiæ boni, mali in medio paradiſi, in ſignum & in documentum, quantum ſibi placet obedire, etiam in his in quibus nulla eſt ratio bona moralis, præter ſolum obedientiæ bonum. Et cum hoc etiam ſumeret, quòd Deo tenebatur obedire in omnibus, etiam ſi de ſe non apparerent, neque eſſent vtilia, neque bona. Et in hoc ipſo etiam docebatur, quantum obligatus erat, vitare oppoſitum malum, ſcilicet inobedientiam contra Deum. Nominauitque illud lignum ſcientiæ boni & mali: vt per eius eſum homo experiretur ſciẽtiam mali culpæ, quod faceret, & mali pœnæ inquam incurreret, atque per hoc ipſum experiretur, quam ſublime, quamque cuſtodiendum erat bonum, quod

6. perdidiſſet. Sextò, etiam dici poteſt, quod ſexto die dedit ei, quod ſicut Deus eſt principium omnium creaturarum, ita homo eſſet principium omnium hominum. Vnde eis benedixit, dicens: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram.* In quo ſimul continentur & benedictio, & præceptum. Benedictio quidem fuit; quia bonum eſt ſui diffuſiuum. Vnde dicit eis bonum non ſolum in ſe: ſed etiam in alios, ſcilicet quod filios propagarẽt, & ſic totius generis humani origo eſſent. Præceptum quoque fuit affirmatiuum, videlicet quantum eſſet neceſſarium, & vtile propagationi electorum ad diuinum cultum, & ad ſtatum æternæ patriæ

7. conſummandum. Septimò, inſuper ſexto die dedit

8. homini: vt ſicut ipſe Deus eſt eſſentia rationalis; ita homo eſſet animal rationale. Octauò, ſexto die dedit illi Deus: vt ſicut ipſe eſt ſpiritus, Ioan. 4. *Deus ſpiritus eſt:* ita anima hominis ſpiritus eſſet. Nonò, etiam ſexto die ſub cœlo in anima rationali prima lætitia à Deo exorta eſt: quia exultauit cum eo illum Dominum recognoſcens. Non enim in quinque primis diebus aliquid creatum legimus, quod lætitiam in Domino accepiſſet, atque ipſum exultando cognoſceret. Neque cœlum, neque terra, neque lux, neque ignis, neque aër, neque aqua, neque ſydera cœli; aut germinantia terræ: non volucres cœli, non reptantia ſuper terram gaudia de Domino ſuſceperunt. Decimò inſuper die ſexto dedit homini Deus, quod ſicut ipſe erat infinibilis, ita anima infinibilis eſſet Vndecimò dedit etiam ſexto die, quòd ſicut ipſe eſt ſimpliciſſimus, ſic anima etiam eſſet ſimplex. Vnde in lib. de ſpiritu & anima, dictum eſt: Anima in eſſentia eſt ſimplex, in officiis multiplex. Duodecimo, in ſexto die dedit Deus homini: vt ſicut ipſe implet totum vniuerſum; ſic anima totum corpus. Decimotertio, in ſexto die dedit illi Deus, quod ſicut ipſe eſt vnus in toto vniuerſo: ſic anima eſt vna in toto corpore ſuo. Et ſecundum Dani. lib. 1. cap. 18. Anima non continetur à corpore: ſed anima continet corpus: ſicut ignis continet ferrum, & operationes proprias operatur. Decimoquarto, in ſexto die dedit etiam Deus ei, quod ſicut ipſe vbique eſt, ſic anima eſt in toto ſuo corpore tota, & in qualibet parte tota, tanquam in quodam ſuo mundo. Intenſius tamen eſt in cerebro, & in corde, quam in aliis membris ſuis, quemadmodum Deus præcipuè dicitur eſſe in cœlo, vt dicitur in lib. de ſpiritu, & anima. Decimoquinto, in ſexto die dedit ei Deus: vt quemadmodum ipſe in mundo omnia videt, & non videtur: ſic anima videns in corpore non videtur, Decimo ſexto, in ſexto die dedit etiam illi Deus, ſicut ipſe regit, & gubernat vniuerſum orbem; ſic anima regeret, & gubernaret, vegetaret, & conſeruaret, atque viuificaret proprium corpus. Decimoſeptimo, etiam in ſexto die dedit illi Deus, vt ſicut ipſe habet viuere, & intelligere ſine mundo: ſic anima haberet viuere, & intelligere ſine corpore. Decimooctauo, in ſexto die dedit illi Deus: vt ſicut in mundo plus aliquam partem ornauerat nobilius altera, ſicut anima poteſt in corpore ex natura vnum membrum nobilius altero exornare. Decimonono, in ſexto die dedit illi Deus: vt ſicut ipſe dominatur toti mundo: ſic anima dominaretur corpori ſuo. Vigeſimò, in ſexto die dedit illi Deus; quod ſicut ipſe eſt Dominus vniuerſorum: ſic & ipſe homo Dominus eſſet totius præſentis mundi. Vnde Ioan Chryſoſt. ad Staginum monachum arreptitium ait: Cum hominem Deus innumeris bonis, omnique ornatu, atque decore inſigniuiſſet, parum illum, ac viliſſimum puluerem his omnibus præfecit, hoc illum in terra eſſe conſtituens, quod ipſe eſſet in cœlo. Quod enim ait: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: nihil aliud profectò quam ſub ditione eius poſita cuncta terrena ſignat. Hæc ille. Vnde dicit Dominus Gen. 1. Adæ, & Euæ: *Replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volucribus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.* Hoc ſiquidem verificatum fuit: quia tunc homo habuit duplicem præſidentiam ſuper omnem creaturam rationalem. Primò habuit præſidentiam naturalis dignitatis, ſecundo finalis bonitatis: quia ſicut omnibus fuit natura ſuperior, ſic omnia facta ſunt propter ipſum, & ad eius ſeruitium, & vtilitatem. Proinde Auguſt. ait: Deus fecit omnia propter hominem, & hominem propter ſe. Secundo conſideremus, quæ fecit homo contra Deum in præfato ſexto die. Primò enim ſexto die creatus eſt, & eodem die deliquit. Secundò, ſexto die habuit homo confabulationem diuinam, atque funeſtam. Duplicem quidem, primam præcepti, & arguitionem prætermiſſi. Alteram diabolicæ tentationis dumtaxat, quæ citò credidit

dece

9.

Deus in creatione animæ lætatur.

10.

11.

Anima in eſſentia ſimplex.

12.

13.

14.

Anima intẽſius in aliqua parte corporis quã in alia.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

Geneſ. 1.

2. Homo omni creaturæ dominatur.

Quæ homo in Deũ cõmiſit, operiuntur.

Eo die quo creatur delinquit, & quot modis.

Quartum. Cur lignum vitæ homini tribuitur.

Lignũ vitæ typus ſacramenti.

Deo maximè placet obediẽtia.

Gen. 1.

Bonũ ſui diffuſiuum.

Ioan. 4.

Digitized by Google

deceptori. Tertiò, sexto die nuditas laudabilis mutauit speciem in tuborem: quæsierunt subterfugere, aut se abscondere delinquentes. Quartò, sexto die sunt requisiti ad vesperam, scilicet propter rebellionem, à Deo redarguti. Respondeo in blasphemiam proruperunt. Ait enim vir, Genes. 3. *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Et mulier ait; *Serpens decepit me, & comedi.* Nec sufficit viro culpam suam referre in mulierem: sed etiam refert illam in ipsum Deum, dicens: Mulier, quam dedisti mihi sociam. Aut saltem hoc addit ad fortius se excusandum de hoc; quod credidit ei, quam Deus sic dederat sibi. Mulier quoque se excusando, diabolum inculpauit. Super quo August. 14. de ciuita. Dei c. 14. ait: Est peior damnabiliorque superbia, qua etiam in manifestis suffragium excusationis exquiritur; sicut illi primi homines, quorum illa dixit: *Serpens decepit me, & manducaui.* Et ille: *Mulier, quam dedisti mihi sociam*, &c. Nusquam hic sonat petitio veniæ, nusquã imploratio medicinæ. Vbi notanter aduertendum est, quod conspirantium in malum natura est, quod cum incipiunt in iudicio deprehendi, totum vnusquisque crimen in alterum refundere nititur, sicque eorum concordia in fine dissoluitur. Sic ergo in proposito contingit. Quintò, insuper sexto die ex improba rebellione vtriusque hominis celebrata sũt exilia laboriosa, lignum vitæ sub gladio custoditur. Sextò, etiã sexto die post rebellionem eorum ad Deum, illico & caro aduersus animam rebellauit. Septimò addamus, quod sexto die prima mater nostra nouerca facta est, & æmula diuini imperij, aduersatrix bonorum, inimica virtutibus, quæ prius erant secundum eam. Octauò, ipso sexto die imago creatoris ex lapsu pecoris similitudinem sumpsit: naufragium virginitatis nobile decus naturæ, & libidinosa facta est propagatio humani generis, quæ fuisset ex integris: pro honesta verecundia pronubam sumpsit, vel suscepit. Nonò, sexto die, vt paucis multa perstringam, indeficiens fons omnium malorum, vbique perpetuò deriuandus exortus est. Decimò in sexto die castrametari cœperunt in orbe tam pulcherrimo turmatim, & globatim cuncta mala corporea, & turmæ phantasmatum in cordibus hominum castra similiter posuerunt, vitia quoque contra naturam crudeles acies direxerunt. Vndecimò, in sexto die alterari cœperunt in compositis, scilicet elementa, pœnalitates, agones, agmina festinare: prælia, seditiones, homicidia, fraudes, tua fixere tentoria, terrores, tempestates & pestilentiæ, omneque molestum, horrendum, atque tremendum hostiliter contra hominem ad obsidionem venerunt: vt deinceps verificetur, quod Sap. 5 c. scriptum est; *Pugnabit pro eo, id est pro Deo, orbis terrarum contra insensatos.* Duodecimò, sexto die volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris: bestiæ terræ, & vniuersa pecora campi timori homini facta sunt, quæ sub eius imperio facta erant. Decimotertiò, sexto die inhiauit infernus, & tristia cum spiritibus apostaticis facta sunt fœdera, quia diuina sunt fracta; & homo dæmonibus repromissus est ad pœnale consortium ante pedes Domini. Decimoquartò, sexto die limbus paratus est, & in limbo omnis mensæ dolorosæ ipso die ad miserabiliter conuiuandum præparatio facta. Quid plura deflemus? Eximia bona, & mala sub cœlo in die sexto sunt condita; illa à Deo, ista ab homine cum operante diabolo introducta. Tertio consideremus, quæ iterum fecit Deus homini in sexto die. Porrò sapientia Dei tempora conculcans, & admiranda charitate ad ordinis concentum cũcta deducens in sextæ ætatis tempore. Sextò die similiter, quo primus homo conditus est, adhuc maiore charitate pro nostra redemptione sub consimili senario in die sexto annunciatus, & factus est Christus homo vera, & perfecta Dei imago, atque charitate consummata: vt nos reuelaret, & suscitaret à morte. Sexto die in cruce mori dignatus est. Meritò ergo beneficia creationis, incarnationis, passionis celebrata ex tanta dulcedine in sexto die, sic in nostris cordibus infigi debent, quod omnia opera nostra ex amore in ipsum Deum summum operatorem dirigantur, cum ipso conformentur, vt ab ipso in æterna gloria præmientur, qui in Trinitate perfecta gloriosius triumphat, & regnat per infinita sæcula sæculorum, Amen.

Gen. 3.

Homo refert culpam suã in Deum.

In alterum, crimẽ nostrũ refundere nitimur.

Homo expeccato bellua.

Ex hominis peccato vniuersa malã.

Sap. 5.

Quid in sexto die paratum.

Quid in sexto die à Christo Domino pro nobis est peractum.

TRACTATVS CONFESSIONIS.

CONFESSIO, *& pulchritudo in conspectu eius.* Psalm. 95. Tria tanguntur, primo confessionis quidditas: ibi, *Confessio.* Secundo confessionis præceptio: ibi, *pulchritudo.* Tertio confessionis acceptatio: ibi, *in conspectu eius.* De primo scilicet confessionis quidditate, confessio ab August. sic definitur: confessio per quam morbus latens spe veniæ aperitur, ad cuius intellectum notandum quod confessio sit triplex aut in foro animæ interius coram Deo, aut in foro conscientiæ exterius coram Dei vicario, aut in foro contentioso coram iudice, in prima confessione peccatum latens non aperitur, quia Deo apertum erat. Heb. 4. *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionẽ animæ, & spiritus, compagum quoque, & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia enim nuda, & aperta sunt oculis eius.* In vltima vero aperitur spe veniæ; in media vero non aperitur spe veniæ. Vnde cõfessio sacramentalis, quæ est pars pœnitentiæ ibi conuenienter describitur; & per materiam, quæ est peccatum, & per actum, qui est aperire; & per finem, qui est spes veniæ, quia sine spe veniæ non fit remissio peccatorum: videamus & nunc rationem descriptionis, dicit enim, confessio est per quam morbus latens, &c. pro quo notandum, quod in lege gratiæ est duplex conuenientia institutionis, & confessionis, prima est propter deletionem peccati, & manifestationem, & iste est finis confessionis in se, secunda ad reconciliationem faciendam Deo, & eius ecclesiæ, primo igitur fit propter peccati detestationem, peccator enim dum male agit, odit lucem, & ideo ad reuersionem ad iustitiam oportet redargui opera infructuosa tenebrarum. Ephes. 5. *Quia quæ arguuntur, à lumine manifestantur*, hoc autem fit per confessionem, ideo debuit in ea large institui. Confessio, inquit, est manifestatio veritatis, id est Christi, in ea inquam lege, in qua *Verbum caro factum est*, vt intelligibile fieret sensibile, & manifestum; in ea lege debent occulta, & tenebrosa opera manifestari, & verba cordis formam vocis induere; hæc etiam est lex gratiæ, & ideo confessionis institutio quantum ad primum finem competit legi gratiæ, & propter hoc dicit, confessio est, per quam morbus latens, &c. Secunda conuenientia finis est ad reconciliationem faciendam, & hoc arbitrio mediante, ideo fit homini: homo fit iudex, & arbiter inter dominum & peccatorem: arbiter autem talis debet esse, qui manum possit ponere in vtrumque, talis autem non potuit esse quousque Deus factus est homo; & tunc homo deificans potest esse, seu datus est nobis mediator, & arbiter Christus, qui potuit cognoscere, & manum ponere in vtrúmque, v. g. si essent duo maximè inimicissimi, nec possent reconciliari, esset necessitatis, quòd ad hoc, vt pacem facerent, haberent vnum

Psal. 95.

Confessionis definitio.

Confessio triplex.

Heb. 4.

Confessionis descriptio.

Ephes. 5.

Ioan. 1.

Confessionis institutio.

Digitized by Google

medium, qui esset amicus alterius partis, & notus; quia si esset incognitus vni, tunc merito ille suspicaretur de eo, & sic non posset fieri pax: & hæc est ratio, quare Angelus non fuisset mediator, quia si fuisset magnitus Deo per suam spiritualitatem, non fuisset cognitus homini, & propterea Deus factus est homo, nam homo nobis similis, Deus Deo familiarissimus, quia filius; hic autem in Ecclesia reliquit successores quos in arbitros constituit, & rectores Ecclesiæ, quibus commisit auctoritatem reconciliandi, & meritò, inquantum habens characterem, & potestatem assumptam, & sic Deo amicissimus, & rationabiliter, nam si fuisset Angelus, nobis non fuisset compassus, quia impassibilis, quia impeccabilis, sed sacerdos, homo peccabilis, & passibilis, de Christo autem dicitur Hebr. 4. *Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine: absque peccato: adeamus ergo cũ fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno:* nota quia dicit, pro similitudine, quia non habuit tẽtationem intrinsecam de sacerdotibus nostris, inquit Pau. Heb. 5. *Omnis namque pontifex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis; qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant; quoniam & ipse circundatus est infirmitate, & propterea debet quemadmodum, & pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis*, vnde Leo Papa, trassumptiuè verò sumitur 4. dist. 17. cap. 4. multiplex misericordia Dei, ita lapsibus humanis subuenit, vt modo non per baptismum, sed etiam per pœnitentiam spes in te reparetur: sicut diuinæ voluntatis præsidiis ordinatur, vt indulgentiam Dei supplicationibus sacerdotis tu queas obtinere: Christus enim hanc, quæ ponitur, Ecclesiæ tradidit potestatem, vt confitentibus satisfactionem pœnitentiæ darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum pro illa misericordia recõciliationis admitterent: nisi supplicantibus, id est, absoluens, in quibus sacerdos orat pro illis, quos absoluit per viam reconciliationis in absolutionem: hoc est, quod dicit, secunda pars diffinitionis, spe veniæ aperitur, nisi fieret spe veniæ nihil valeret confessio, & hoc de primo. De secundo vero, scilicet præceptione, cum dicit, & pulchritudo, ordo enim dicit pulchum in natura, ordo autem Dei est, quod patri obediant filij; serui Dominis, &c. Vnde nota, quod præceptio confessionis est duplex, scilicet Christi, & Ecclesiæ præceptum habet: Ioan. 20. cum dixit post resurrectionem, *accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt*: sed forte diceres, hic non fit mentio, nisi de confessionibus, quæ debeant ligare, & soluere, non autem quod homines debeant confiteri: ad hoc respondet Bonau. quòd præcipitur omnibus implicitè confiteri, quia sicut quando quis ægrotat, non est necesse, quod quis ei dicat, quod quærat medicum, ita supposuit Christus de ægrotante spirituali, hoc testatur Hugo lib. de sacramentis sic inquiens: medicis dixit, vt curarent, sed infirmis non dixit, vt ad medicos curandi causa venirent, hoc quasi certum esse voluit, quod ægri libenter salutem quærerent, & se curandos offerrent, si medicos inuenirent, sed postea publicatum est à Iacobo Hierosolymitano episcopo, & hoc est ex spiritus sancti inspiratione Iac. 5. *confitemini alterutrum peccata vestra*, & inde congrue refert Petrus de Taran. super 4. sen. dist. 17. In omni iudicio bene ordinato, oportet alterum esse reum, alterum esse iudicem, in pœnitentia vero est aliquod iudicium, ideo debet ibi esse, alius reus, alius iudex; iudicium autem contra reum procedit, aut per probationes contra inuitum, aut per confessiones sponte factas: cum ergo iudicium pœnitentiæ sit spontaneum, oportet procedere ex confessionibus rei, & non aliis probationibus: in iudicio vero non debet esse iudex principalis, nisi qui potest absoluere, & condemnare, & ideo aliquod iudicium soli Deo conuenit principaliter, quia solus potest peccata relaxare: ipse vero, quia Deus erat, & non homo, ideo ei sufficiebat mentalis confessio, vsque ad sumptionem humanæ naturæ, ex tunc etiam vocalem confessionem, quæ fit homini, requirit ab homine; & quia etiam ipse in forma humana nobiscum, vbique præsens esse non potest vicarios constituit homines, quibus deberent confessiones facere, in hoc autem, quod eis potestatem suam iudiciariam ligandi, & soluendi dedit, confessionem eis, tanquam iudicibus, debere fieri instituit, ipse ergo instituit confessionem tacitè, sed Apostoli promulgauerunt expressè; immo tanta est vis huius præcepti, quod etiam Papa non posset homines ab hoc præcepto absoluere. Vnde Hostien. in summa sua allegat rationem istam, ministri ecclesiæ instituuntur, & Ecclesia diuinitus fundata, & ideo institutio Ecclesiæ præsupponitur ad operationem ministrorum, sicut opus creationis ad opus creaturæ: & quia Ecclesia est fundata in fide, & in sacramentis, ideo ad Ecclesiæ ministros nouos articulos fidei edere, vel editos remouere, aut noua sacramenta instituere, aut instituta remouere, non pertinet, ad hoc est potestatis excellentissimæ, quæ soli Christo debetur, quod est Ecclesiæ fundamentum; & ideo sicut Papa non potest disponere, vt quis sine baptismo saluetur, ita quod non saluetur sine confessione, secundum quod obligat ratione sacramenti: aliam autem rationem allegat Petrus de Tarento in 4. di. 17. omnis enim peccati, siue originalis, siue actualis, est remedium passio Christi, illius autem passionis Christi in sacramentis Ecclesiæ impressio est, vnde non possumus à peccato, siue actuali, siue originali saluari sine sacramentorum susceptione; vel in re, quãdo habetur opportunitas suscipiendi, vel in proposito, in articulo necessitatis excludit sacramenti susceptionem, & non contemptus: religionis confessio non pertinet ad sacramentum institutum contra morbum peccati mortalis, ideo tenetur confiteri, & ista ratio, quòd non posset tollere Papa, quod aliquis nunquam confiteatur, quia vt dicit Tho. in 4. Papa in sacramentorum necessitate, nec tollere, nec imponere potest noua sc. sacramenta, sicut ex institutione diuina, sed dispensare potest, sc. de tempore, vt differat vltra annum, & ista est ratio, quia est præceptum affirmatiuum, quod obligat per semper, sed non ad semper, id est, pro loco, & tempore, ideo Papa potest tempus determinare, sicut & determinauit non differre confessionem vltra annum; ita posset differre ad tres, vel quatuor annos, vel plus; confessio enim est de iure diuino, ita & omnes partes pœnitentiæ, nam contritio præcipitur: Ioël 2. *Scindite corda vestra*. de confessione Iacob. 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra*: de satisfactione Matth. 3. *Facite dignos fructus pœnitentiæ*; omnia autẽ hæc à Domino præcipiuntur. Matt. 4. *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum*, tanta est enim vis huius præcepti, quod etiam propterea non possit seipsum absoluere, sed contra confessio debet fieri iudici in quolibet foro, Papa vero superiorem iudicem non habet, ergo non tenetur, Host. in summa, immo habet iudicem Christum cui debet per suum vicarium confiteri, quia licet eo sit inferior secundum quòd prælatus est, tamen eo inferior in quantum est peccator, & ipse Dei minister, hoc Thom. licet etiam vnus Papa non habeat imperiũ in successorem suum, tamen Deus habet imperium super eos, quia præcepit confessionem presbytero esse faciendam, & ratione huius tenetur obseruare præceptum huiusmodi de necessitate, secundũ circunstantias ordinatas à concilio generali tenetur de congruitate, id est, potest vltra annum differre 25. q. 1. cap. Iustitiæ. Iustitiæ rationis ordo suadet: vt qui sua à successoribus desiderat mandata seruari, prædecessoris sui

In Ecclesia auctoritas reconciliandi peccatores. Hebr. 4.

Heb. 5.

Confessio sine spe veniæ facta, nulla est. Præceptũ cõfessionis duplex Christi & Ecclesiæ.

Ioan. 20.

Iacob 5. Pœnitentia est iudicium.

Christus cõfessionem instituit, Apostoli promulgauerunt.

Sacramẽtorũ susceptio necessaria.

Confessio de iure diuino.

Ioël 2. Iac. 5. Matth. 3.

Matth. 4.

Nullus sibi ipsi cõfitetur.

Digitized by Google

sui proculdubio voluntatem, & statuta custodiat: hæc ille; scilicet secunda præceptio est Ecclesiæ, cui omnes obtemperare debent iuxta sententiam Christi dicentis Matth. 6. *Quodcunque ligaueris super terram erit. ligatum & in cœlis*, hoc autem præceptum habetur extra de pœn. & rem. cap. omnis: quod saltem semel in anno omnes teneantur confiteri, hoc tribus de causis ab Ecclesia institutum est, prima est vniuersalis indigentia, omnes autem peccauerunt, & egent gloria Dei, & Eccles. 7. *Non est, qui faciat bonum, & non peccet*, & ideo debet Deum quilibet glorificare confitendo se peccatorem: qui enim peccatorem se confitetur, Deum glorificat, ostendens se Dei gratia, & misericordia indigere. Secunda ratio, fit sacræ Eucharistiæ reuerentia, quia omnes tenentur ad minus in Pascha communicare tam perfecti, quam alij, & tunc quia agnus Paschalis cum solemnitate manducandus est, vt digni essent manducantes, & mundi operum præmitti remedium purgationis, & probationis, & hoc quidem est in confessione. Tertia ratio fit distinctio gregis diuini, lupi se absconderent in grege, & manducarent agnos, ideo instituta est, vt vultus conscientiarū homines sacerdotibus ostenderent, & ne hæretici innocentiā palliarent, & sub pelle innocentiæ se absconderent & sic omnes, quantucunque sint boni, tenentur cōfiteri, hæc Bon. in 4. dist. 20. nota ergo textum c. Omnis vtriusque sexus fidelis, postquā ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccatā saltem semel in anno fideliter proprio confiteatur sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiā propriis viribus studeat adimplere, & infra aliquantò, & viuens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens careat sepultura, vnde nota quod in hoc præcepto inserit tres partes pœnitentiæ, primò contritionem cum dicit *proprio confiteatur*, tertio satisfactionem cum dicit *iniunctam pœnitentiam*; dicit ergo textus omnis vtriusque sexus fidelis postquam ad annos peruenerit discretionis. Nota quod omnis tenetur ad confessionem, siue sit sanctus, siue non, & hoc cum venerit ad annos discretionis, glossa scilicet dum est doli capax, id est septem annorum, siue secundum Host. tēpore quo discernit inter bonum, & malum, quia tunc peccare potest, quod acceleratur citius in vno, quā alio, omnia sua, glossa, alia alias non esse fructuosa pœnitentia, vt de pœn. & re. c. quod quidam, sed si homo non haberet nisi venialia, nunquam teneretur confiteri, cum dicit omnia sua glossa, non tamen venialia, quia illa per orationem dominicam tolluntur, & per aquam benedictā, vt habetur de pœnitentia di. 1. de quotidianis breuibus lenibusque peccatis, sine quibus non ducitur hæc vita quotidiana, oratio fidelium satisfacit: eorum enim est dicere, Pater noster qui es in cœlis, qui iam Patri sic regenerati sunt ex aqua, & Spiritu sancto, delet enim hæc oratio minima quotidiana peccata, delet & illa, à quibus vita fidelium sterilitate gesta scil. pœnitendo in melius mutata distendit, nihilominus dicunt aliqui quia ad peccata venialia confitenda tenentur, aliqui non quidem ex vi sacramenti, sed ex vi Ecclesiastici statuti quando non habent mortalia quæ confiteantur, aliqui tamen dicunt, quod tales non tenētur confiteri etiā ex vi ecclesiast. statuti quod statū Ecclesiæ nō obliget non habentes mortalia peccata, quod videtur ex hoc, quod dicit, quod debet omnia peccata sua confiteri, quia de venialibus non potest intelligi, quia præceptum esset impossibile, cui nemo tenetur, quia nullus omnia venialia confiteri potest, & secundum hoc non habens mortalia non tenetur ad confessionem, sed sufficit ei ad implendum præceptum ecclesiæ se presbytero repræsentet, & ostendat se absque conscientia mortalis esse, vt ad communionem recipi possit, & hoc ei pro confessione reputatur. Cadit magis sub præcepto taxatiuo tempore quam actus confessionis præsentis: sicut Bonauent. Tho. Richar. & Pet. dicentes, quod prima sententia est securior, Sco. vero est 2. sententiæ primam, reprobans dicit, quod venialia alia parte possunt veniam consequi siue per præsentiam interiorem seu exteriorem, siue per aliquod remedium competens, & idoneum: vnde non tenetur vi primi præcepti, id est, Christi, nec etiam vi secundi, scilicet Ecclesiæ, quia cum extra de pœn. & rem. omnes, &c. dicat omnia peccata sua; aut est distributio pro peccatis venialibus, aut non: sic ergo habens mortalia; tenetur etiam venialia confiteri, & sic videtur contradictio, quod ille tenetur, iste non; & si ex statuto Ecclesiæ generali nullus tenetur venialia confiteri: si vero quæratur, quomodo cognoscet eum presbyter, nisi confiteatur, qui non habet venialia. Richar. Veniat tamen ad presbyterum, & dicat ei, Domine ex quo confessus fui per gratiam Dei non habeo conscientiam de peccato mortali pro præsenti, & sufficit eum agnoscere hæc, & plura alia. Scotus dist. 17. in 4. & licet de ratione sui generis non sit confiteri necessitatem, tamen congruum, & maxime viris perfectis, quia vtile est & iustum, & pœna illi debita manet soluta ex vi clauium, præcipue autem confitenda sunt peccata venialia frequenter iterata. Mag. sentētiarum in 4. dist. 21. Sic inquit, venialia vero, quæ innumerabilia sunt, sufficit generaliter confiteri, nisi frequenter aliqua sint reiterata, perfectius tamen est illa exprimere si valet: hæc ille, & propter vitandum periculum, quia consuetudo frequenter ducit in libidinem, & contemptum hæc Bonau. Sed nunquam ille qui non habet remorsum de aliquo peccato, etiam veniali tenetur confiteri. Respondit Bon. Quod credit posse secundum statum mutationis, quod aliquis diem, vel septimanam, & multo maius transeat sine remorsu peccati venialis & vix credit donum hoc, nisi in Christo, & matre eius fuisse, & ideo quod hoc habet, vel habere debet, vel in omni hora, petendum Dimitte nobis, &c. si tamen aliquis esset, qui non haberet remorsum propter superabundantem gratiā, sufficeret, si diceret in confessione nullum peccatum commisisse, vel potest dici, quod talis non tenetur ad illud scandalum, quia solum peccatoribus & viatoribus est datum; talis autem iam habitat in cœlis, præterea hoc non potest conuenire homini, nisi ex priuilegio speciali, & statuta non se extendunt, nisi ad ea quæ de iure communi eueniunt. 19. q. cap. duæ, & c. ita. qui enim à lege priuata ducitur, nulla ratio exigit vt à lege communi distinguatur: dignior est lex priuata, quā publica, spiritus, quod Dei lex est, & qui spiritu Dei aguntur lege Dei ducuntur, & quis est, qui nollet dignè spiritui sancto resistere? si vero non haberet remorsum propter ignorantiam, vel negligentiam, non excusaretur à mandato, hoc Bon. Scotus tamen dicit, quod simplex innocens à peccato veniali, & mortali, tenetur similiter non confiteri, vnde si beata virgo fuisset confessa beato Petro post Christi ascensionem, peccasset; quia confitendo fuisset mentita, sed si esset solum innocens à peccato mortali, de venialibus confiteri non tenetur, nisi vt dictum est supra. Sequitur in textu, fideliter confide Ecclesiæ, vel cum fide, qua ei remittuntur peccata, vel cum debita contritione: si enim quis non vult esse proditor, oportet, & si cui offendit vult reconciliari, quòd intentio concordet cum verbis, aliter esset proditor, nam si verbis ostenderet pacem, & intentio esset eum occidendi, verè proditor esset; sic est in proposito, si vnus confitetur peccata sua, & habet intentionem reuertendi, proditor est, quia vult stare in mortali odio, & tunc non esset fructuosa confessio: de pœnitent. distinct. 3. & sic secundum August. arbiter suæ voluntatis non potest inchoare nouam vitam, nisi pœniteat eum veteris vitæ, quomodo ad nouitatis indulgentiam peruenit, qui odij vetustatem non deponit? sequitur, proprio sacerdoti, quia aliter non esset absolutus: quis autem dicatur proprius sacerdos, dicitur tripliciter, primo modo commissiuè, secundo communiter,

Quod omnes confiteantur institutum.

Eccles. 7.

Quid faciendū ei qui nō habet cōscientiam peccati mortalis.

Ex consuetudine peccandi ducimur ad libidinē.

Virgo sanctissima libera à peccato.

Omnes ad confessionem tenentur.

Qua oratio delet venialia peccata.

Quomodo quis cōfiteri debet & cū qua intētione.

Proprius sacerdos.

Digitized by Google

communiter, tertio propriè. Commiſſiuè dicitur primo ſacerdos quicunque poteſt pœnitentem abſoluere, ſiue per propriam auctoritatem, ſeu per commiſſionem, vel mandatum, vtpote ſunt illi, qui habent priuilegium, vt prædicatores, & minores, qui tamen priuilegiati non poſſunt dare licentiam ipſis aliis, nomine eorum, confeſſiones audiendi. Communiter proprius ſacerdos dicitur, omnis ille, qui ex propria auctoritate, vel officio tanquam prælatus ordinarius poteſt abſoluere, vt Papa, & Epiſcopus, & delegati ab iis: proprie vero dicitur proprius ſacerdos ille, qui adminiſtrat ſacramentum, & cui commiſſa eſt ſpiritualis cura, & iſte eſt ſacerdos parochianus, & etiam qui dat licentiam, & confeſſus à quocunque iſtorum non eſt neceſſitas vt confiteatur ſuo parochiano, ſed ſufficit, quòd innoteſcat, de pœn. diſtinct. 6. cap. placuit. Vrbanus 25. placuit, vt nulli deinceps ſacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri ſacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere ſine illius conſenſu, cui ſe prius commiſit; ſequitur & iniunctam ſibi pœnitentiam, &c. quia ſi non faceret, confeſſio nihil valeret, ſed plenius hoc inferius annotabimus, & hæc de tertia parte principali.

Sacerdos proprius quis.

Quanã Deus reprobat, quã approbat. Pſalm. 9.

De tertia parte principali, ſcilicet eius acceptione dicit, *in conſpectu eius*. Illa Deus dicitur acceptare, quæ ſunt in eius conſpectu; illa probare, quæ non ſunt in conſpectu eius; Pſal. 9. *non eſt Deus in conſpectu eius, inquinatæ ſunt viæ illius, in omni tempore*, ad hoc autem, vt ſit confeſſio animæ in eius conſpectu accepta, neceſſitatis eſt, vt habeat 16. conditiones, quæ in his verſibus continentur.

Confeſſio 16. conditiones habeat.

Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens verecunda,
Integra, ſecreta, lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, ſitque parere parata.

Confeſſionis conditio.

Quantum ad primam conditionem, ſcilicet ſimplex, vt ſcilicet recitentur niſi quæ pertinent ad quantitatem peccati, ſcilicet grauedinem eius, per ſimilitudinem hominis. qui eſſet indutus pluribus veſtibus, ad hoc, vt veniret ad ſimplicitatem ſubſtantiæ, appeteret exui primo veſte, deinde diploïde, & venire vſque ad nuditatem: ſic in confeſſione oportet non ſolum peccata ſed etiam circumſtantias peccatorum, quod bene figuratum fuit Leui. 4. *Anima cum peccauerit per ignorantiam, & de vniuerſis mandatis domini, quæ præcepit, vt non fieret, quiſpiam fecerit. Si ſacerdos qui eſt vnctus peccauerit delinquere faciens populum, offerret pro peccato ſuo vitulum immaculatum*, &c. Et in eodem, *ſi peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, vt faciat quicquam de iis, quæ de lege Domini prohibentur, atque delinquat, & cognouerit peccatum ſuum, offerat capram immaculatam*, ecce quod ex oblatione perpendebantur circumſtantiæ peccatorum, ratione etiam oſtenditur, vt dicit Alex. de Ales in 4. Bonau. in 4. d. 17. art. 2. q. vlt. diligentius eſt curandus ſpiritualis morbus, quàm corporalis; ſic magis diligentia eſt habenda circa ſpiritum, & maior quàm circa corpus. Sed ſic eſt morbus corporalis: ſufficiẽter non detegitur, niſi etiam circumſtantiæ detegantur, ergo ſic oportet fieri in ſpiritualibus morbis, vnde Alex. de Ales in 4. quod ſicut ex quadam gloſſa habetur ſuper illud Leui. Iuxta peccati æſtimationem offerent, quia pro qualitate, & quantitate culpæ menſurantur flagella pœnitentiæ? & Deut. 25. *Pro menſura peccati erit & plagarum modus*, propter hoc, vt pœnitentiæ, ſeu pœnæ modo debito iniungantur, neceſſe eſt: quod ſciatur qualitas culparum; hoc autem non poteſt fieri, niſi ſciantur circunſtantiæ: præterea quia peccator non erubuit offendere diuinam præſentiam peccãdo, debet erubeſcere peccatum ſuum puniendo, quod maximè accidit in confeſſione circunſtantiarum. Circumſtantiarum quadruplex eſt genus, quædam nec aggrauantes, nec alleuiantes, quædam grauantes, & quædam in aliquid genus trahentes; primas non eſt neceſſe confiteri, vt verbi gratia: Circumſtantia nec aggrauans, nec alleuians eſt, ſi vnus furaretur cum manu dextra, hoc enim non refert ad peccatum, aliæ ſcilicet alleuiantes, vt dicit Bonau. in 4. d. 17. art. 2. quæſt. vlt. & Alex. in 4. & Thom. in 4. confiteri non eſt bonum, niſi propter hoc, vt ſatisfaciat alienæ inquiſitioni, vel vt prouideatur eius ſcandalo, & perturbationi; vtpote ſi timet confeſſorem ex hoc accipere occaſionem ad malum; v. g. vt ſi aliquis, de cuius bonitate eſſet magis præſumprio, interfeciſſet latronem ſe impetentem de nocte, ne ſcandalizaret ſacerdotem, qui poſſit eum credere iugulatorem hominis, & hypocritam; ſi ſimpliciter, & abſolutè confiteretur ſe commiſiſſe homicidium, debet exprimere caſum, & occaſionem homicidij commiſſi, non vt ſe excuſet, ſed vt ſcandalum euiter: vel etiam ſi comederit carnes in quadrageſima ex infirmitate, ſi tamen comedendo propter aliqualem delectationem peccauerit venialiter, aliàs non eſt bonum, & ratio huius, quia peccator in confeſſione non debet ſe excuſare, ſed accuſare. De circumſtantiis, quæ aggrauant, ſi genus peccati mutatum non eſt, opinio inter doctores diuerſa eſt, quidam enim dicunt, quod pœnitens tenetur confiteri, & eſt præceptum affirmatiuum, quod obligat, non ad ſemper, ſed pro loco, & tempore ſcilicet quando eam cognoſcit, ſiue per ſe ſiue per inquiſitionem alienam, vnde ſapiens, & intelligens tenetur eas confiteri, abſque inquiſitione, ſimplex tenetur eas confiteri, ſi ab eo inquiratur: huiuſmodi opinionis eſt Alexander de Ales in ſuo quarto; & Guillelmus Altiſiodorenſis dicit, quòd circumſtantias notabiliter aggrauantes tenemur de neceſſitate confiteri: non enim ſufficit, illi, qui furatus eſt centum libras dicere, ego accepi alienum, ſicut qui tantùm vnum denarium accepiſſet, nec ſufficit illi qui gladio vulnerauit proximum, dicere, ego percuſſi proximum. Alex. de Ales in 4. ſuo dicit, ſic ſine præiudicio, dico, quod confitendæ ſunt circumſtantiæ aggrauantes, ex quibus apparet augmentatum contemptum peccati maiorem eſſe ex circũſtantia aliqua, teneturque illã confiteri, & ſi non cõfiteretur illam, vt æſtimo; non ſufficienter dolet de peccato ad quod quæritur vt cum confitendæ ſint ſolũmodo illæ, quæ trahunt in aliquod genus, dicitur quod non ſunt hæ, & aliæ, nec videtur mihi quod quæ trahunt in aliquod genus peccati, in quantum talis confitendæ ſunt, & dicendæ circumſtantiæ, quæ ſint quaſi partes peccatorum, & perſe deformantes actum peccati, vt comedere carnes in quadrageſima, & cognoſcere ſuam in eccleſia, vt non habeat copiam aliorum locorum: comedere carnes, non eſt peccatum, & cognoſcere ſuam ſed cognoſcere tali loco & tali tempore comedere carnes: patet ergo, quod deſignata per hoc quod dico tali tempore deſignant actus prædictos, & faciunt actum peccati, nec cognoſcere ſuam in eccleſia eſt fornicari, nec adulterari, nec committitur inceſtus, ſed potius ſacrilegium, vnde cum hoc duo in eccleſia eſt illud ſolum, quod deferant actum & quod fecit illud eſſe actum peccati diſtincti ab aliis ſpeciebus peccati, non videtur mihi dicenda circumſtantia ſed cauſa peccati potius, Iac. verum eſt ſi actus primus, vt eſt comedere carnes non erat peccatum de ſe Bonau. notat. in 4. diſt. 17. art. 2. q. vlt. ſic inquit: aliqui dicunt quod non tenemur ad confeſſionem harum circumſtantiarum tempore neceſſitatis, ſed de bono, & æquo, & quanto magis ſapientes, & perfecti, tanto magis debent diſtinctius, ea explicare, ſed non tenentur ad hoc niſi ex propria conſcientia obligentur, hanc opinionem credo probabiliorem; cum eo concordat Thom. vnde dicendum, quod confeſſio circumſtantiarum in aliquod genus trahentium, vt fornicari in eccleſia quod eſt ſacrilegium, ſpectat ad confeſſionem de neceſſitate confeſſio arguentium, de congruitate

Leui. 4.

Spiritualis morbus periculoſior corporali.

Deut. 25.

Circumſtantiarum genus quadruplex.

In confeſſione non ſit excuſatio, ſed accuſatio.

Quænam circumſtantiæ confitendæ.

Cognoſcere ſuam in eccleſia ſacrilegium.

Locus variat actiones.

confeſſio

Digitized by Google

confessio alleuiantium potius facit incongruitatem, & hoc intelligendum nisi in casibus prædictis. Sed contra, circunstantiæ non trahunt in aliam speciem, quia omne quod tribuit speciem & formam debet esse essentiale, intrinsecum, & vnicum, sed circunstantiæ sunt extrinsecæ, accidentales, & variabiles, ergo nulla circunstantia trahit in genus peccati noui; ergo videtur quod non oporteat circunstantias confiteri. Respondit Bonau. vbi supra, est enim duplex esse, sc. esse non, & esse moris, quamuis circunstantiæ sint accidentales actui, secundum esse naturæ, sunt tamen essentiales secundum laudem, & vituperium, quæ laus venit ex parte moris vel ei contrariis, & si obiicias, quod non debeant dici circunstantiæ: dicendum quod aliqua est circunstantia respectu esse naturalis, quæ non est circunstantia respectu peccati, sed forma, vtpote furtum est accipere rem alienam inuito Domino, alia circunstantia est accidentalis respectu actus quantum ad esse, non in quantum peccatum: quia sine ea nihilominus est peccatum, sicut accipere rem alienam, & sacram de loco sacro, & ista est circunstantia, & forma; sed circunstantia respectu peccati furti, quæ sine ea poterat esse furtum, sed forma respectu sacrilegij: & ideo dicit Bonauentura, quod necesse est mutantes speciem peccati confiteri: quia quod est veniale propter circunstantiam efficitur mortale, verbi gratia comedere carnes tempore concesso, sed aliqua superfluitate veniale est peccatum, etsi cum æquali delectatione: tempore quadragesimæ mortale est propter præceptum De omni mortali necesse est confiteri & de aliis trahentibus speciem, non tamen venialis in mortale, sed minoris mortalis in grauius mortale: Magister in 4. dist. 21. omnia criminalia semel saltem oportet in confessione exprimi. ne à mente aliqua exciderint; circunstantiæ autem quæ solum aggrauant speciem peccati, sunt 7. quæ in hoc versu continentur:

Quis, quid, vbi, quoties: per quos, cur quomodo, quando.

Quis vtputa si aliquis percutit aliquem leui iniuria nec multum animo irato percutit, peccatum est veniale; sed si percusserit per pactum siue leui siue graui iniuria peccat mortaliter. Item negociari cum aliquali cupiditate citra Deum peccatum est veniale seculari, sed sacerdoti peccatum est mortale propter prohibitionem Ecclesiæ. item cum meretrice fornicari & soluta, est fornicatio: dicitur cum virgine stuprum, cum sua consanguinea incestus, sacrilegium cum sacrata, contra naturam cum masculo, &c. ecce quod personæ circunstantia mutat speciem peccati: in foro vel domo sæculari furari rē non sacrā, furtum dicitur, sed in loco sacro furari sacrilegium vocatur; mulieri vanæ. vanitatē portare extra Ecclesiam ad homines prouocandos est peccatum mortale, sed ad Ecclesiam sacrilegium est, & non solum sacrilegium, sed est stabulum diaboli facere. Item tripudiare extra Ecclesiam peccatum esset veniale, sed in Ecclesia est mortale, de his duobus. Ier. 41. dicitur, *quid est quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?* ecce hoc habetur de circunstantia personæ, & de circunstantia loci, cum dicit in domo mea, & Io. 3. *Tu es magister Israël, & hæc ignoras?* quasi dicat ignorantia est magis culpabilis in magistro quam in non magistro; & est magisterium, vel scientia circunstantia personæ. De tertia, scilic, quoties; quia de necessitate est dicere quot vicibus peccauit eodem peccato, quia singulatim oportet confiteri omnia mortalia, ita quādo confitetur dicat; tot vicibus peccaui tali peccato, & si non recordetur faciat æstimationes iuxta suam conscientiam; & ratio duplex est: prima, quia vt dictum est omnia mortalia singulatim confitenda sunt secunda quia maior pœnitentia iniungenda est pro tribus mortalibus, quàm pro vno. Deut. 25, *pro mensura peccati erit & plagarum modus*, addi potest tertia ratio medici, & medicinæ adhibendæ, quia sicut in corporalibus morbis, alia medicina datur plagæ recenti, & alia fistulæ, sic in spiritualibus; quia aliquod consilium, & remedium datur peccato semel facto, vel pluries, quàm in consuetudinem peruacto. Quarta circumstantia, scilicet per quos, vt si homicidium fieri præcipiatur per principem, siue alium, secus est si fiat per personam secularem, vel ecclesiasticam. Item si fiat lenocinium, secus est, si fiat per personam consuetam tale quid exerceri, & secus si faciat fieri per matrem bonam, vel vxorem, vel filium, &c. De quinta circumstantia, sc. cur, in qua intentione, vel quo, sc. fine, nam in moralibus finis tanquam forma vltimata, & perfecta dat denominationem virtuti, & vitio: nam mulier, quæ se solum ornat, vt sibi ipsi placeat, peccat venialiter, & vt dicit Ar. potius est dicenda vana, quam mala; sed si fecit, vt placeat aspectibus virorum, peccat mortaliter: similiter si vir vtitur cū muliere sua causa incontinentiæ, vel fornicationis vitandæ, est peccatum veniale, vnde Augustin. incontinentiæ malum est, quod vir cognoscat vxorem etiam vltra necessitatem procreandi simul: sed illud est nuptiarum bonum, & ita non potest hoc bonum, sed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale, sed vt dicunt Tho. 2. per. hoc intelligas cum quis propter voluptatem, seu delectationem commiscetur coniugi, ita tamen quod ista voluptas si stat intra limites matrimonij, videlicet, quod cum alia muliere hoc non faceret, & tunc est veniale peccatum: si autem delectationē quærat in ea, vt in meretrice extendendo affectus extra vires matrimonij, ita quod si non esset vxor, tamen idem faceret, & tunc est mortale peccatum: vide ergo quod intentio, scilicet, vti cum vxore habenti intentionem ad aliam, facit de veniali mortale. 32. q. 4. Origo quidem; vnde & Sistus in sent. adulter est inquit in suam vxorem amator ardentior, in aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimis, glo. hic talis adulter dicitur non reatu criminis illius capitalis, sed similitudine adulterinæ libidinis, sicut enim adulter in adulteram ardet, ita ista in propriam, & Hiero. ibidem transumptiue sapiens vir iudicio debet amare coniugem, non affectu, scilicet, libidinis, ne regnet in eo impetus voluptatis, ne præceps feratur ad coitum, nihil enim est fœdius, quàm vxorem amare vt adulteram, ad quod exemplum est, aliquis qui facit eleemosynam, non vt appareat sanctus, sed vt ab hominibus laudetur tanquam largus, & solum iste est finis, vocatur vana gloria, aut superbia, hoc idē si facit eleemosynam, vt sanctus ab hominibus reputetur, & vocatur hypocrisis, ecce quod variatio intentionis variat speciem peccati, scilicet, vanæ gloriæ, & hypocrisis: De sexta, scilicet quomodo, nota quod circumstantiæ modi variant speciem peccati, verbi gratia est vnus, qui emit ab vno paupere boues, & post locat eidem pro annua pensione, & hoc ex singulari auaritia, quod appareat ex maxima pensione, & quasi in excidium pauperis: quocunque veniente casu siue grandinis, siue penuriæ, non dico ex parte bouum, vtputa locaui boues, quos à te emi cum hoc, vt des mihi omni anno 20. corbes tritici, siue sit penuria, siue grando, & hoc ex auaritia solum, peccatum auaritiæ dicitur; sed si emerem à paupere boues, quos scio non habere, & quasi tradidisset mihi, ei loco pro aliqua annua pensione, vsura est, vel præsumitur in fraudem vsurarum, quia in emptione requiritur res, quia plus valet, quod est, secundum Augustin. quam quod fingitur c. plus placere, quod agitur per totum: eodem modo, & vnus, qui cognoscat vxorem suam modo, & loco debito, sed non causâ prolis procreandæ, vel debiti reddendi vel tentationes euitandi, sed, ex causa saturandi libidinis, peccatum, est mortale, & fornicationis simplicis, sed addatur, quod agat coitu masculino, dicitur tunc peccatum contra naturā, quam maximum peccatum est cum vxore, plus

Obiectio.

Duplex esse.

Circunstantia aggrauantes sunt septem.

Ier. 41.

Ioan. 3.

Ignorantia magis culpabilis in magistro quàm in alio.

Intētio maxime inspiciēda.

Adulter videtur esse qui nimis ardēter diligit vxorem.

Variatio intentionis variat speciem peccati.

Digitized by Google

Adulterium quomodo excedit fornicationem.

cum matre agere. 32. q. 7. & eſt ibi textus tranſumptus Auguſt. de adulterinis coniugiis, cap. adulterij: adulterij malum fornicationem, vincitur autem ab inceſtu, peius eſt enim cum matre, quam cum aliena vxore concunbere, ſed omnium horum peſſimum eſt, quod contra naturam fit, vt ſi vir membro mulieris non ad ad hoc conceſſo vti voluerit: vſus enim naturalis ſi vltra modum prolabitur in vxore quidem veniale eſt, in meretrice vero damnabile; ſed iſte qui eſt contra naturam, exęcrabiliter quidem fit in meretrice, ſed execrabilius in vxore: de ſeptima circunſtantia, ſcilicet Quãdo, nota quod circunſtantia temporis, aggrauat, & mutat pœnitentiæ ſpeciem, nam diebus non feſtiuis laborare ex aliquali auaritia, peccatum eſt veniale, ſed laborare eadem auaritia in caſibus non conceſſis diebus dominicis, & feſtis indictis peccatum eſt mortale; quia contra domicum præceptum, Sabbata ſanctifices, tempore feſtorum ordinato non continuo vti ſciens, vt notauit Hugo, & agens cum vxore peccat mortaliter, & etiam mulier, ideo tempore petens debitum, vide quod illud quod aliàs forte fuiſſet peccatum veniale, ratione temporis efficitur mortale, & eodem modo de comeſtione tempore ieiuniorũ: circunſtantias has de neceſſitate tenemur confiteri auctoritate ſacræ ſcripturæ. Iſa. 15. *Perdam Babylonis nomen, reliquias, progeniem, & germen.* Alex. de Ales. *Babylon* confuſio peccati ducens ad ignominiam quæ debet deſtrui, id eſt, circunſtantiæ ſequentes, & progenies, id eſt, protendentes, & ipſum germen, id eſt, ipſe actus peccati cum circunſtantiis, quibus deformatur, & germinat in culpam; & Auguſt. lib. de pœnit. tranſumptiue vero de pœnit. diſt. 5. cap. conſideret. Conſideret qualitatem criminis in loco, & tempore, in perſeuerantia, in varietate perſonæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipſius vitij multiplici excuſatione, oportet enim pœnitere fornicantem ſecundum excellentiam ſui ſtatus, vel officij, aut ſecundum modum meretricis, vt in modo operis ſui, & æqualiter turpitudinem ſuam peregit, ſi in loco ſacrato, aut cui debuerit excellentiam fidei, vt ſunt domus dominorum, & aliorum multorum ſi tempore orationis inſtituto, vt feſtiuitate ſanctorum. & tempore ieiuniorum, conſideret quantum perſeuerauerit; & defleat, quod perſeueranter peccauit, & quanta virtus fuerit in pugnatione, ſed præueniunt voluntatem, & pertractant ſecum, quam multiplici actione vitij delectabiliter peccauerit, omnis iſta varietas oſtendenda, & confitenda eſt, & deflenda; & cum cognouerit, quod peccatum eſt, multum citò inueniat Deum propitium. Gratia autem huius quæritur cum aliquoties circa eundem actum contingat multipliciter, & multa genera peccatorum cõmittere, vt verbi gratia aliquis committit adulterium in Eccleſia, quid horum dicendum eſt peccatum, vel circunſtantiam. Alex in ſuo 4. mouens hanc q. ſic arguens reſoluit, primo arguit ſic: videtur, quod quæcunque velint ibi deformanda, & facienda nouum genus peccati, confitenda ſunt, vt peccata, vt verbi gratia virgo aliqua tradita nuptui, ſtatim poſt conſenſum expreſſum per verba de præſenti transfert ſe ad frugem melioris vitæ, & conuolat ad religionem, poſt cognoſcitur à facto proprio carnali: conſtat, quod cognoſcens eam in ſtatu hoc, committit ſtuprum, adulterium, inceſtum, & ſacrilegium committit, ergo iſta genera peccatorum in vno concubitu, omnia ergo hæc confitebitur, vt peccata, quia quinta ratione hæc & illud, & ita nullum confitebiturvt circunſtantiam, ſi diceretur, quod in caſu propoſito non eſt niſi vnum peccatum, quia vno actu ſingulari non poteſt fieri, niſi vnum peccatum: contra ponatur, quod aliquis volens deflorare virginem, deflorando interficiat, conſtat quod vno actu ſingulari committit ſtuprum, & homicidium, quæ ſunt diuerſa genera peccatorum. Reſpondeo ſine præiudicio quod vno actu ſingulari committitur non niſi vnicum peccatum, cum enim ad eſſe peccati neceſſario requiratur actus, & deformitas ad eſſe peccati multiplicis, requiritur neceſſario multiplex actus deformatus, vnde & ſi vnicus actus multipliciter deformaretur, non eſt niſi vnicum peccatum, tamen multipliciter deformatum, vnde poſito quod aliquis cognoſcat vxorem ſuam virginem, ductam in vxorem, & monialem, non committitur niſi vnicum peccatum, ad quod obiicitur pro eadem ratione, quæ perpetrat adulterium, perpetrat inceſtum, &c. dicendum quod committit ſacrilegium, eo quod violat mulierem Deo conſecratam, aliàs autem non ſunt dicenda peccata, ſed circunſtantia peccati; vnde committit ſacrilegium cum virgine, & conſanguinea, ducta in vxorem, ſi quæratur ad hoc ſi conſtat, quod corrumpit Virginem non ſuam: igitur committit ſtuprum, ſimiliter inceſtum. Hæc autem ſunt diuerſa peccata: ergo diuerſis peccatis peccat, dicendum quod non ſequitur, ſed ſequitur quod multis modis peccat, peccando vero peccato, ſcilicet, peccaro ſacrilegij quod eſt maximum & præcipue deformat actum peccati; iudicandum eſt enim peccatum aut conditiones, quæ maximè deformant in eodem genere, ſi obiicias, quod circunſtantia magis aliquando grauat peccatum, quam illud quod deordinat, vt q forma, dicendum, quod hoc accidit quando illud quod eſt, quia quaſi forma, & circunſtantia non ſunt eiuſdem generis, ſicut ſi aliquis fornicatur in Eccleſia iuxta corpus Chriſti, vel ſuper altare conſecratum, ſed quando ſunt eiuſdem generis vt adulterium, ſtuprum, inceſtus, & ſacrilegium ab illo, quod eſt maximè deformans, & aggrauans peccatum, debet iudicari.

Iſa. 14.

Babylon confuſio peccati.

Mora eodem actu diuerſa committuntur peccata.

Si obiiciatur, quando comittitur adulterium in Eccleſia, & committitur ſacrilegium, nihilominus, ſicut dictum eſt. peccatum hoc iudicandum eſt adulterium, & non ſacrilegium, ſed eſt circunſtantia aggrauans, & confitenda eſt, quod circunſtantia in alio caſu dicitur ſacrilegium peccatum, & adulterium circunſtantia aggrauans, & confitenda eſt quaſi circunſtantia: in alio caſu dicitur ſacrilegium peccatum, quandoque circunſtantia dicenda, quia in iſtorum caſuum vno committitur ſacrilegium ex fœdatione loci conſecrati, in alio ex cognitione perſonæ cõſecratæ, & fœdatione perſonæ cognitæ, & fœdata eſt materia actus, vnde eſt ſubſtantiæ actus; locus, in quo efficitur fœditas, hoc eſt omnino extra actum, vnde fœdatio rei ſacræ in vno caſu magis intentè & eſſentialius reſpicit actum peccati, quam in alio, propter quod in vno iudicatur forma peccati, in alio circunſtantia. Ad quod obiicitur, quod qui deflorando ſine actu ſingulari committit duo peccata, dicunt quod non eſt verum, quod hoc ſit ibi vnus actus diuiſionis, ſeu defloratiõnis: eſt tamen alius conſequens, ſcilicet actus interfectionis vnde deflorando committit actum ſtupri, & interficiendo actum homicidij. Secunda conditio debet eſſe humilis: & hæc humilitas attenditur duobus modis, ſcilicet interius, & exterius; quantum ad actum exteriorem, ſcilicet confitens, ſi eſt vir humilis, ſe genuflectat coram ſacerdote, & ſi non poteſt ſtare tamen genuflexus, debeat ſedere ad pedes ſacerdotis more Mariæ Magdalenæ, *quæ ſedebat ſecus pedes Domini*, ſimiliter etiam ſtet ex tranſuerſo, nec faciem ſacerdotis aſpiciat. Abac. 1. *facies earum ventus auſter*, Contra illas, quæ ad confeſſionem ita ſuperbè, & ornatè, ac ſi presbyterum in coniugem vellent. Oſeæ 2. *Auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum* gl. 1. Signa & incentiua fornicationum, vt fucum, & alios ornatus inhoneſtos, exemplum enim habemus Luc. 18. in parabola Phariſæi, *duo*, inquit, *homines aſcendebant in templum, vnus Phariſæus, & alter Publicanus; Phariſæus autem hæc apud ſe orabat, dicẽs: Deus, gratias ago tibi, quia non ſum ſicut ceteri homines, raptores*

Humilitas in confeſſione dupliciter conſideranda.

Abac. 1.

Oſea 2.

Luc. 18.

Digitized by Google

raptores, iniusti, adulteri, veluti etiam hic Publicanus; ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo: & Publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori, amen dico vobis, descendit hic iustificatus ab illo in domum suam, & Luc. 2. *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, stans retro secus pedes Domini lachrymis cœpit rigare pedes eius, & vnguento vngebat,* & ex hoc meruit verbum illud suauissimum, coram audire, *remittuntur tibi peccata tua*; quod in veritate se sentiat peccatorem, *quia si dixerimus, quod peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* 1. Ioan. 1. de pœ. dist. 1. quem pœnitet sine humilitate vera, alioquin veniam sperare non licet: si autem diceres, mihi non possum agnoscere, nec sentire me peccatorem magnum, accipe doctrinam positam in alio tractatu de confessione, qui incipit, Cogitatio hominis, &c.

Luc. 2.

1. Ioan. 1. Pœnitentia sine humilitate non est pœnitentia.

Sunt nempè quidam, qui ita attendunt peccata magis aliorum, quam sua, aut nulla, aut modica æstimant, ita fructum humilitatis perdunt, contra quos Chrysost. Transsumptiuè est vero in 4. sent. dist. 17. Si habueris peccata tua in mente, continuo nunquam malum aduersus proximum tenebis in corde. Debet esse humilis non tamen falsa humilitate, hoc est, quod scienter te accuses peccatorem, in eo quod non es peccator; & ista est ratio, nullus debet accusationem aliquam ponere in iudicio exteriori, si non habet probationem iuris, vel per testem; ergo similiter, nec in iudicio pœnitentiali debet quis aliquid proponere, si non habeat testem conscientiam, vel legem mentis hoc dictet: ergo cum in peccato, quod non fecit, non habeat testem conscientiam, videtur quod super illo non possit se accusare in iudicio confessionis; contra illos, qui ad confessionem veniunt accusantes se omnia peccata perpetrasse, & si quæratur singulatim de quolibet dicto, hoc, & illud non feciſſe, quid enim de confessione superlucrati sunt, de non peccatore efficitur peccator, vt testatur Aug. verbis Apostoli transsumptiuè verò, 22. q. 2. humilitatis, cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator, antequàm mentiaris, efficieris mentiendo, quod cuitas, veritas autem ipsa non est, nisi ita dixeris peccatorē, vt etiam esse cognoscas; veritas autem ipsa est, vt quod est dicas, nam quomodo est humilitas vbi regnat falsitas? sic ergo tene, quod nullus scienter debet confiteri peccata, quæ non fecit. Bonau. in 4. dist. 21. sic dicit, quod differt inter mentiri, & falsum dicere; mentiri est quando exprimit vox aliter, quam sentiat mens, etiam si per vocem verum dicatur in re. Falsum dicere, quando vox discordat à re signata; mentiri quidem quia semper importat abusum signi, & obliquationem hominis quantum ad vim intellectiuam, & exteriorem, inter quas est discordia, semper est malum, & ita secundum se malum, quod nulla potest bona circunstantia vestiri, vt bene fiat, sicut dicit Aug. lib. contra mendacium, falsum vero dici potest frequenter meritoriè cum mens decipitur, & ita creditur esse, vt loquitur Apostolus, qui dixit se in Hispaniam profecturum, Rom. 15. Si ergo tu quæras vtrum liceat addere ad confessionem Respondeo, dicendum, quod aut tu loqueris quantum ad testificationem conscientiæ, aut quantum ad conformitatem veritatis in re; si quantum ad conscientiam, vt conscientia minus accuset, & vox amplius, sic est peccatum, & mendacium, & perditur confessionis meritum, in qua debuit esse verbum verax, & quando aliter exprimit lingua quàm sentit conscientia, si autem intelligas de additione quantum ad rei veritatem, ita quod conscientia non discordet à lingua, dicendum tunc quod talis additio potest esse meritoria, quia impius credit grauiter se offendisse, & si confitetur quasi grauiter offenderet, absque dubio profecit in sua confessione, cum hoc concordat Tho. 2. pœn. in 4. dist 21. Ray. verò dicit,

Quomodo peccata debes confiteri.

Rom. 15. Quomodo quis excusatur à mẽdacio non dicẽs veritatem.

cum quis dubitat, vt dubium confiteatur, vt semper vox concordet cordi; cum autem quis dubitat an peccatum, quod commisit, sit mortale, vel non, tenetur illud confiteri propter dubium; aliter periculo se committit, si negligit confiteri: sicut etiam mortaliter peccat, qui cõmittit, vel omittit, in quo dubitat esse mortale peccatum; talis autem dubitans non tamen debet illud asserere esse peccatum mortale, sed factum narret, & iudicio sacerdotis relinquat. Sed si forte obiiceres, quod vt ait Greg. Bonarum mentium est ibi timere culpam, vbi culpa non est, vt in c. consilium, de de obseruat. ieiu. Tho. intelligitur non de substantia actus, scilicet, vt credat se commisisse quod non commisit, quia hoc esset errare; sed intelligit de conditione actus, quia semper est in formidine, ne aliquis defectus sit ex parte sui, vt superbia vel vana gloria, aut huiusmodi, iuxta illud Iob. 9. *verebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti.* Tertia conditio, quia debet esse pura, scilicet, pura intentione facta, non propter vanam gloriam, vel hypocrisim: contra multos, qui ad hoc, vt boni reputentur vt sicut quandoque quidam fœneratores, de cuius fœnore est suspicio, & sicut sunt quædam mulieres fornicariæ, sed tamẽ occultè, vt possint modo suam turpitudinem celare, faciunt actum, & ostensionem confessionis, sed omnibus nihil valet confessio, quia non faciunt, vt placeant Deo, sed mundo, & similiter sunt quidam sæpe confitentes non ob aliam causam, nisi vt sanctiores aliis reputentur, vel vt deposita viduarum possint habere, contra quos clamat veritas summa. Matth. 5. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est*: vel pura, sc. timore, non seruili, sed filiali, sed saltem initiali, quia timor seruilis non est in charitate, non dico perfecta, sed necessaria ad salutem, *sine charitate impossibile est Deo placere,* iuxta illud Apost. 1. Cor. 13. *& si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest*: timor enim seruilis est cum per timorem gehennæ homo cõtinet se à peccato, & ablato illo timore nil boni fieret, & ideo semper est affectus peccandi, licet non sit actus. Mag. 2. dist. 34. c. 5. Aug. quoque seruilem, & castum timorem apertum ostendit, dum epistola ad Ro. illum locum exponit, *non enim accepisti spiritum seruitutis, iterum in timore,* &c. ita dices duo timores hic insinuantur, vnus, qui est in perfecta charitate, filialis: alter seruilis, in quo quamuis Deo credatur, non tamen in Deum; & si bonum fiat, non tamen bene: nemo enim inuitus bene facit, etiam si bonum est, quod facit. Noranter dixit, non tamen in Deum, nam idem Magist. in 3. dist. 23. & est testis Beda, aliud est enim credere in Deum, aliud credere Deo, aliud credere Deum. Credere Deo est credere vera esse quæ loquitur, quod mali faciunt; Credere Deum est credere, quod ipse est Deus, quod etiam mali faciunt. Credere in Deum est credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei inhærere, & eius membris incorporari. Iste autem confitens solum timore gehennæ, si non esset gehenna, non reconciliaretur Deo, & per consequens, nec diligeret. O insania mundi! quod confitetur, & non sibi prodest, & maximè in puncto mortis permittente Deo omnia crimina ad memoriam reuocantur: & similiter pœna, quam pro iis meremur, & solum hæc timore plorant, & confitentur, & nihil ei prodest, quia solum est timor sine charitate, & sine charitate nemo potest saluus esse, de pœn. dist. 7: nullus expecter. Confessio debet esse fidelis, quod fiat sub spe veniæ aliter non valeret, sicut pœnitentia inde, vt quia dicit Ier. Magis peccauit Iudas desperando, quam Christum tradendo, & sicut pœnitentia Caïm, dixit Caïm ad Dominum; *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear*: vel fidelis, vt tam confitens, quam sacerdos sint in fide catholica, & fiat secundum fidem

Iob. 9.

Matth. 5.

1. Cor. 13.

Quòd timor seruilis.

Rom. 8.

Aliquando infructuosa confessio.

Gen. 4.

Digitized by Google

catholicam, non hæreticorum: vnde quæritur si in alio articulo mortis tenetur quis confiteri sacerdoti hæretico, schismatico, vel maiori excommunicatione excommunicato, ad hoc Ray. credo quod non, immo, saluo meliori iudicio consulerem, quod nouo modo confiteatur eis quod doleat de peccatis, quia tamen distulit confessionem, sed confiteatur corde Deo, & sufficit, &c. tales enim pronerent eum de facili in aliquo errore, vel in desperationem, sicut Pharisæi Iudam, dicentes cum confiteretur eis, *quid ad nos, tu videris.* Matth. 27. Quantum ad pœnitentem, quod oporteat eum esse in fide catholica probatur, de pœ. di. 6. Laboret itaque pœnitens in ecclesia esse, & ad ecclesiæ vnitatem tendere, nisi enim vnitas ecclesiæ succurrat, nisi quod deest peccatori sua operatione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui, & infra, ideoque nemo potest digne confiteri, aliàs pœnitere, quem non sustineat vnitas ecclesiæ, quod autem sacerdos debet esse in fide catholica, probatur eodem loco, sic inquiens textus, ideoque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab vnitate ecclesiæ diuisos, Iudas enim qui pœnitens iuit ad Pharisæos, relinquens Apostolos, nihil inuenit auxilij, nisi augmentum desperationis; dixerunt enim: Quid ad nos, tu videris, si peccasti tibi sit, non tibi succurrimus, non peccata tua charitatiue suscipimus, non comportanda promittimus, nec quale deponas onus, docemus: quid enim nobis, & misericordiæ, qui nec opera sequimur iustitiæ? illet ad fratres, isset ad illos, qui adorauerunt pro socru Petri febricitante, qui Chananeam improbam misericorditer obtulerant, iuit ad diuisos, & diuisus periit. Host. dicit, & Ray. & Tho. Quod idem credetur de excommunicato, scilicet, maiori excommunicatione, nam & illis etiam in articulo necessitatis confitendum non est: rationem assignat Bonauent. in 4. dist. 18. q. 5. duplex est excommunicatio, scilicet minor, & maior: minor tantum separat à sacramentis, maior verò non tantum separat à sacramentis, sed etiam ab actibus legitimis, cum aliis personis, & ideo excommunicatio minor est, morbus respiciens personam, vt est pars communicans, & separans à communitate, atque actibus legitimis: cum ergo subtrahitur communio, ex consequenti subtrahitur materia in quam agat, quamuis habeat formam in collatione ordinis, & sic potestas sua est potestas ligata, & per consequens nullus absolutus est ab excommunicato, hæretico, vel schismatico, vel ab ecclesia præciso: sed si forte obiiceres, quia excommunicatus hæreticus, &c. non amittit characterem, & per consequens, nec potestatem absoluendi, cum character sit indelebilis, cum imprimatur in anima, quæ est immortalis, & incorruptibilis, & ex hoc sequeretur, quod clauis non sequeretur ordines inseparabiliter, ad quod resp. Bonauent. in 4. di. 19. art. 2. q. 2. dicendum quod sicut de potentia visiua est loqui dupliciter, vel quantum ad essentiam, vel quantum ad vsum; quantum ad essentiam fundatur hæc potentia radicaliter in anima, nec animam deserit vnquam, quantum ad vsum vero exigit organum bene dispositum, & medium illuminatum: sic in proposito est intelligendum, quod si loquamur de potentia absoluendi, quantum ad essentiam, sic radicaliter est in ipsa anima, sicut & character; nec videtur ab illo differre, nisi secundum relationem quandam, & hoc modo inseparabiliter se tenet cum sacerdotali ordine: alio modo possumus loqui quantum ad vsum, & hoc modo requiritur status viatoris, & auctoritas iuris dicit communis, quod status viatoris requiratur: patet quia sicut ratio merendi non competit charitati, extra statum viæ, sic nec potestas reconciliandi, & sacramenta exhibendi, siue administrandi, siue in statu ecclesiæ militãtis, & sic per mortem dicitur potestas vsum amittere, & anima separatur, quod iterũ requiratur iurisdictio, sic probari potest, sacerdos enim est mediator, & inquantum mediator inferior est Deo, & superior pœnitente, & arbiter, & iudex homini constitutus loco Dei ad parcendum, siue soluendum, & ad puniendum, talis autem iurisdictio non est sine aliqua iurisdictione in eum, qui iudicatur, quia nemo potest aliquem iudicare, nisi qui iudex eius constituitur ab eo qui potest, etiam iurisdictio est tanquam vis motiua ipsius clauis, siue manus, hac autem deficiente, quæ clauem moueat, etsi adsit clauis nunquam aperiret, & si quando amittitur hæc iurisdictio cessat clauis; & executio, hæc autem amittitur dupliciter, vel per absolutionem subditorum quantum ad rem, & sic est in schismaticis, hæreticis, præcisis, excommunicatis, fornicariis, notoriis, sed nota hic cautè, vel quantum ad absolutionem secundum rem, & spem, & hoc in degradatis, quibus sine spe recuperandi auferatur, vnde & hæretici, & excommunicati dicuntur habere manum ligatam, sed degradati amputatam: ideo dico, quod si clauis, quantum ad esse, ordinem consequitur; tamen quantum ad executionem sequitur statum in iurisdictione, contra quos hæreticos, & excommunicatos comminatur Dominus per prophetam Malach. 2. *Maledicam benedictionibus vestris.* 1. q. 1. *maledicam*, hoc est quicquid à vobis benedicetur, per me erit maledictum, id est, non validum. Mag. sent. in 4. di. 19. c. 5. sed illud c. maledicam, &c. quidã referũt ad hæreticos, qui ab ecclesia præcisi sunt, & ad excommunicatos, quorum benedictones sũt maledictones iis, qui errores eorũ sequũtur. De quinta cõditione, scilicet frequens, quod intelligitur duobus modis, vno modo, vt si frequens cadit, frequenter confiteatur; secundo modo, vt eadem peccata frequenter confiteatur; de primo notandum quod duobus modis intelligitur, vt testatur Bonauentura in quarto distinctione. 17. arti. 2. q. 2. vel quantum ad propositum interius, vel quantum ad verbum exterius; si quantum ad propositum interius, sic communiter conceditur, quod tenetur proponere confiteri, quando & conteri: quia sine proposito confitendi, & emendandi, non dimittitur peccatum, sicut nec sine contritione: ad hoc autem tenetur quando cogitat culpam commissam, & Dei offensam, vel quando tempus se offert, in quo recogitare debet, sicut in hora mortis, vel periculo, vel aliquo alio consimili, aliqualiter augeretur contemptus. Sed si obiiceres: ergo frequentius, & grauius peccat, quàm ille, qui omnino negligit se; ergo videtur, quod huic patrocinaretur sua malitia, & isti noceat sua bonitas, & Alex. in suo 4. quod re vera, qui habet remorsum sæpè conscientiæ, & non habet propositum confitendi, grauius peccat ille, qui negligit, sed ille peccat periculosius; ad quod obiicitur quòd illi patrocinatur sua malitia dicendo quod non est verum, nisi occasionaliter; sed minor malitia, id est, minor contemptus patrocinatur illi; alij autem non obest sua bonitas, nisi occasionaliter: non enim est causa, quare grauius peccat, remorsus conscientiæ neque considerat prætacta, sed consequens contemptus; vnde quia iste frequentius contempsit, frequentius peccat. de pœn. dist. 3. & est auctoritas Hiero. ad Rusticum de pœnitentia, sepries cadit iustus in die, & resurgit: si cadit, quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit? & iusti vocabulum nõ amittit, qui per pœnitentiam sæpè resurgit: & non solum sepries, sed etiam septuagies septies delinquenti, si inuitatur ad pœnitentiam, peccata donantur, cui plus donatur, plus diligit. Dauid quoque per pœnitentiam, adulterij simul, & homicidij veniam impetrauit; & infra ingressus Dauid ad vxorem Vriæ, & à Nathan Propheta correctus, respondit, dicens: *Peccaui*: statimque meruit audire, & *Dominus transtulit à te peccatum tuum*, gloss. August. super illud, cui magis donatur, quod ille iustificetur qui erat dignus damnari; quia magis videtur dare paruum beneficium inimico, quam magnum amico, ideo dixit respectu modi non rei; si secundo modo, scilicet

Mat. 27.

Malach. 2.

Vtrum absolutio data ab excommunicato inualida.

quoad

Digitized by Google

Vtrum qui commisso peccato teneatur statim confiteri.

quoad vsum exterius, Petrus de Tarant. super 4. sent. recitat duas opiniones circa hoc, nam quidam dicunt, quod peccator tenetur statim cum est in peccato mortali habita copia sacerdotis confiteri, vt dicitur de pœn. & rem. omnis, excusat eum, quia intendit arctare tempus propter negligentiam hominum, & non ampliare, alij communis; quod cum sit præceptum affirmatiuum, scilicet, confitemini, &c. non obligat nisi pro loco, & tempore: ecclesia vero in hoc potuit tempus determinare, cum sit præceptum, dissimilitudine non natura; vnde regulariter non tenetur homo confiteri nisi semel in anno, scilicet in Pascha, quando etiam necessitatem habet communicare. Tho. etiam dicit primã opinionem esse securiorem. Bona. in 4. dist. 17. art. 2. q. 2. & Alex. de Ales, quidam enim ad confessionem obligantur, non ex culpa commissa, sed ex institutione ecclesiastica, vt pote illi, qui non habent peccata mortalia, tales differre possunt vsque ad Pascha, quia mandatum illius decretalis, non obligat, nisi sicut obligat ad Eucharistiam, ad quam præparat cõfessio sacerdoti facta: quidam vero non tantum obligantur ex ecclesiastica institutione, sed ex propria transgressione, & ij tenẽtur ex sacramenti institutione, de talibus generaliter asserere, quod possunt vsque ad Pascha differre, videtur mihi periculum, similiter quod teneãtur semper, quando offert se opportunitas confiteri, videtur valde durum; ideo videtur rationabiliter sentiendum medium, quod medium consistit in quatuor casibus secundum Pet. & Tho. tenetur ante Pascha confiteri, primus est ratione sacramenti, scilicet, si vult communicare vel celebrare, intellige si est in mortali, & habet copiam cõfessoris, quia si esset dies Dominicus, & sacerdos vellet celebrare propter populum, & non habet copiã confessoris, conteratur, & celebret, & quam citius poterit confiteatur, vel etiam, si quis vellet sacrum ordinem recipere secundum Thó. Secundus est rationẽ periculi, vt si ingreditur iustum bellum, vel simile, vel quando est infirmus grauiter, sed tamen nota, quod licet ex statuto medicus corporalis debeat velle, quod primus medicus spiritualis aduocaretur, antequam manum adhibeat ad medendum, tamen sanè intelligendũ, quod si casus esset nimis vehemens ad mortẽ, hoc est, quod infirmus moreretur, antequàm spiritualis medicus adueniret, vel etiam si esset in syncope subueniat, sed postea cum cessauerit tantum dubium, non apponat manum, nisi promittat, & inducat medicum spiritualem, vt habetur extra de pœ. & re. c. cum infirmitas corporalis, nõnunquam ex peccato proueniat dicente Domino languido, quem sanauerat: vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat: pœnitenti decreto statuimus, & distinctè præcipimus medicis, vt cum eos ad infirmos vocari contingat, ipsos ante omnia moneant, & inducant, vt medicos aduocent animarum, vt postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouisum, ad corporale remedium salubrius procedatur, cum causa cessante cesset effectus, & infra, si quis autem medicorum huiusmodi nostræ constitutionis, postquam per prælatos locorum fuerit publicata, transgressor extiterit, tandiu ab ingressu ecclesiæ arceatur, donec pro trãsgressione huius satisfecerit competenter. Gloss. Host. ex quo dicit, præcipimus, necessitatẽ importat, & trãsgressor peccat mortaliter, nec contra hoc statutũ præscribi potest, nec aliqua consuetudine tolli, cum pro salute animarum inductum sit. Hîc Host. sequitur in decre cæterum cum anima multo pretiosior sit corpore, sub interminatione anath. prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ conuertatur; exemplum, sicut aliquando contingit si religiosus infirmatur dicit medicus, quod est propter castitatem, & consulit contra professionem castitatis: tertius ratione conscientiæ, vt si dicat sibi conscientia, quod statim teneatur, quia qui facit contra conscientiam, ædificat gehennam; quartus ratione dubij, vt si expectat copiam confessoris, sibi amplius illo anno non occurrere, vel si haberet casum, de quo solus Papa potest absoluere, & habet modo copiam pœnitentiarij Papæ, vel si esset in vno carcere, de quo propter custodiam non posset exire, & haberet sacerdotem summe ignorantem, si tunc occurrerit discretus, & probabiliter dubitaret illo anno amplius non posse habere copiam alterius, tunc tenetur; dicit etiam Tho. in 4. de quolibet. quod laudabile est, quod peccator peccatum suum, quam citius poterit confiteatur, per accidens posset esse dilatio meritoria, dummodo non differat vltra annum, videlicet si adhoc differt vt prudentiori confiteatur, vel deuotius propter sacramentum, & hoc notatur de tempore non statuto ab ecclesia, sicut Alex. de Ales in suo 4. dicit, quia instãte tempore confitendi ab ecclesia determinato, non debet quis differre cõfiteri, si autem differt, quis post peccatum commissum per tempus aliquod vt possit confiteri discretiori, quo melius posset inuestigare suam conscientiam, dummodo hoc fiat citra statutum tempus ab ecclesia, dummodo tempus illud non multum distet à sacramento, quod non peccat; si autem committeret quis peccatum mortale post Pascha, & crederet se non posse habere discretum sacerdotem ante quadragesimam; non existimo quod liceat differre conf. sed in casu tali confitendum esset sacerdoti indiscreto, & post data opportunitate discreto, sed sapienter nota dictum Alex. quia tanta posset esse indiscretio sacerdotis, quod etiam confitendo non me absolueret, sed de isto no. Richar. in 4 d. 17. art. 3. q 6. quatuor sunt casus. in quibus tenetur confiteri habita opportunitate, vnus ratione sacramenti, scilicet quando vult communicare vel celebrare, nisi forte de propinquo expectet; alius cui deuotius, & securius cõfiteatur, sic enim expectans, nullo iure, in conscientia communicare prohibetur, si verè pœnitẽs est; secundo modo, vt etiam eadem peccata confiteatur frequenter, non tamen ad hoc tenetur quis, nisi in casibus quatuor, hoc autem propter defectum confessoris, aut propter defectum confitentis, si propter defectum confessoris hoc dupliciter, aut quia deficit ei clauis potentiæ, eo quod non potest de illo peccato absoluere, aut quia deficit ei clauis scientiæ, quia nescit discernere; ex parte confitentis dupliciter, aut quia dimidiat confessionem, quia tacuit scienter aliquod mortale, aut quia contẽpsit facere pœnitentiam, sed de his plenius dicetur in quæstionibus suis, vel confiteatur pluries eadem peccata, vel pluribus; nam confessio, vt dicit Bon. ordinatur ad multa, sed ad vnum principaliter, & quantum ad principale æqualiter confitetur multis, & vni quia sacerdos tantum dimittit de pœna, quantum potest clauiũ potentia, nec debet iterari confessio propter finẽ principalem, nisi forte teneatur error fuisse in confessione; præterea & aliæ sunt vtilitates annexæ, & ad illos valet multoties, & pluribus confiteri, scilicet, ad erubescentiam, & intercessionem multorum, ad humiliationem & gratiæ augmentationem; ad principalem effectum valet, quoad certificationem semper pœnitens potest esse certior, quia si non habuit effectum prius potest esse, quod secundo habeat, & melius etiam disponitur, valet maximè ad diminutionem pœnæ purgandæ, de pœn. di. 1. & quoniam verecundia magis est pœna: qui arderit pro Christo, fit dignus misericordia: vnde potest quod quanto pluribus confiteatur in spe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur veniam, aut gratiam remissionis, gloss. quantum ad pœnam non culpam, si culpa bene fuit confessa. De sexta conditione, scilicet, nuda, quia non debemus confiteri crimina notis palliantibus, vel nominibus, sed quodlibet peccatum in suo proprio nomine quantumcunque turpe exprimatur, dicit hoc gloss. Credo quod sufficeret exprimere peccatum per honesta verba, vt dormiui cum tali, vel cognoui eam, nec oportet

Medium ad quid teneatur infirmos visitans.

Duplex clauis potentia & scientiæ

Digitized by Google

oportet confitentem dicere turpia, ſicut leno loquitur hoc, idem dicit Guilhelmus, non enim debet homo inhoneſtè loqui, ſed ſufficiũt quæcunque verba, per quæ confeſſor ſufficiẽter intelligat peccatum, cum ſuis circunſtantiis, aggrauantibus notabiliter etiam Innoc. in gloſſ. ſuper c. omnis, Prou. 28. *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur; qui autem confeſſus fuerit ea relinquens, miſericordiam conſequetur*; vel ſic nuda, quia non debet confiteri per nuncium, nec per epiſtolam, rationem aſſignat Petrus de Tarant. in 4. diſt. 17. quod quãtum ad confeſſionem in quantum eſt actus virtutis, poſſet confeſſio fieri per nuncium, vel epiſtolam, tamẽ inquantum eſt pars ſacramenti, habet determinatam materiam, ſ. actum, quo præcipuè conſueuit conſcientia hominis manifeſtari, & ſicut in baptiſmo illud aſſumitur in elementũ, cuius eſt maximè vſus in abluẽdo, ita etiam in confeſſione aſſumitur ille actus quo maximè cõſueuimus manifeſtare, ſ. proprium verbum; vnde ſi in neceſſitate non licet alicui verbo peccata ſic confiteri, in neceſſitate vero poteſt defectus eius ſuppleri per actum æquiualentem, vt cum alicuius lingua non intelligitur, confiteatur per interpretem, ita tamen quod præſens ſit, vt glo. no. ſuper ſummam Ray. §. 26. nuda. ſuper ver. nuncium. mutus confiteatur, vel per interpretem, vel per ſcripturam, vel per nutum muti, Dominus enim non requirit ab homine impoſſibile, concordat his etſi ſacerdos abſens eſt, non oportet ei per nuncium, vel per ſcripturam confiteri; de illo igitur iudicandum eſt, ſicut de eo, qui non habet copiam confeſſoris: Idem etiam Tho. nota, vt dicit Tho. cum quis in neceſſitate confitetur laïco, vel per interpretem laïcum, tenetur omnino celare laïcus, quia licet non ſit ſacramentum, eſt tamen quid ſacramentale; nõ ſufficeret etiam ſi aliquo pœnitente coram aliquo ſacerdote, alius dicat peccata eius; quia non debet fieri per nuncium, de pœ. d. 4. c. quem pœnitet, circa princ. & eſt Aug. in lib. de pœnitentia. Præcipit enim Dominus mundandis, vt oſtenderent ora ſacerdotibus, docens corporali præſentia confitenda peccata non per nuntium, non manifeſtanda per ſcriptum: dixit enim & ora monſtrate, & omnes, non vnus pro omnibus, non alium ſtatuatis nuncium, qui pro vobis offerat munus à Moyſe ſtatutum, ſed qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis: vnde notat glo. verbo, ſi tamen ſacerdos interroget pœnitentem, & ille ad interrogata reſpondet, ſufficit, quantum ad ea, de quibus interrogatur, niſi ſit talis, qui potius dimitteret confiteri, quàm ore proprio confiteri peccatum, hoc enim de ſuperbia eſt, de pœ. diſt. 5. c. conſideret, verſus finem; nec debet fieri abſolutio per ſcriptum, vel per nuncium, ſed præſens confitens à præſente ſacerdote debet abſolui. Sed nunquid vnus poteſt audire pœnitentem, & alius abſoluere? Guiel. glo. Ray. Reſpondet, quod non, quia ſacramentum pœnitentiæ non eſt diuidendum, ſicut dicitur de Epiſcopo, qui manum imponebat in ordinatione, & alius ſacerdos verba proferebat. 23. c. quorundam, ita quod tales ordines non recipiebant. glo. hæc habes, quod duo imperfecta ſacramenta non conſtituunt vnũ ſacramentum perfectum; & hoc ideo quia ſacramenta ſunt vnitatis, non diuiſibilitatis, & vnitas diuiſionem non recipit. 24 q. 1. quod loquitur, idem dico in ſacramento Baptiſmi, & Euchariſtiæ, & in omnibus illis, in quibus certa forma deſideratur. De ſeptima conditione, ſ. diſcreta, vt ſ. quærat diſcretum confeſſorem, qui ſciat ligare & ſoluere, & hoc intellige de illis, qui habent poteſtatem, vel à proprio ſacerdote, vel ab ordinario, vel à Papa, vel à delegato Papæ, aliter neceſſaria eſt confitenti licentia à parochiano ſuo, quia vnus de caſibus eſt, in quo oportet iterari confeſſio, ſi deficit ſacerdoti clauis ſcientiæ, qui neſcit diſcernere: vnde Bona. in 4. di 17. q. iuxta literam, quærit cum Mag. dicat, quærendus eſt ſacerdos ſapiens, & diſcretus, quare fieri hoc debeat, nam cum ſimplex ſacerdos ita bonam miſſam cantat, ſicut ſapiens, & ita bene baptizat, ergo videtur, quod ita bene abſoluat; quæritur etiam vtrum ſimplex ſacerdos peccet abſoluendo, vel etiam audiendo confeſſiones, & hoc videtur quod ſic, quia qui ſe intromittit facere quod neſcit, vſurpat alienum, & omnis talis peccat mortaliter, & grauiter, ergo ſciendum, quod ſacramentum, ſiue ſit clauis, ſiue non, tamen neceſſaria eſt ſacerdoti tanta ſcientia, vt ſciat diſcernere in peccatis communibus, quid veniale, & quid mortale, & quod ſciat ſemper ad quæ peccata poteſtas ſua poteſt ſe extendere, & hoc quia alia pœnitentia danda eſt pro veniali, & alia pro mortali, & ſi ad aliquod genus peccati non poteſt extendere manum; illud eſt ei neceſſarium cognoſcere, alioquin in periculum animæ ſuæ, & confitentium audit confeſſiones, & ſi ſubditi cognoſcunt eius ſimpliciratem tenentur conſulere diſcretos, & aliquando vtcunque peccant grauiter, & de hac diſcretione loquitur Aug. alia eſt diſcretio qua ſciat per habitũ acquiſitum diſcernere inter perplexitates peccatorum, in talibus eſt de bene eſſe, in talibus autem ſecuriorem debet viam ſemper eligere, & ſapientes conſulere, ad illud quod objicitur de miſſa, dicendum quod non eſt ſimile, quia ibi eſt vis in verbis, ad id ſtatutis, in pœnitẽtia autẽ requiritur, vt conſulat, & iudicet ſecundũ ſciẽtiam, quæ eſt in ipſo, quod autem quæritur vtrũ peccet? dicendum quod carens diſcretione neceſſaria peccat, & qui eum ſuſtinet, vt eſt Epiſcopus, vel alius ſimilis, vnde notat in ſumma Io. quæ quando ſcientia requiratur in ſacerdote lib. 3. tit. 5. de prudentia ordinandorum, ſed peccatores libenter quærunt tales, recitauit mihi quædam mulier nobilis præſente filio. Filius autem hic ibat ad villam ſuam ad confitendum cuidam ſacerdoti, qui vocabatur Donnus Sgratiatus, & cũ iſte confiteretur de acceſſu ad mulieres, & ſacerdos, tũc dicebat; ô fili iſtudmet accidit etiam mihi, & ſic de conſimilibus, contra quos Aug. clamat ſic inquiens, qui vult pœnitere aliàs confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere; ne cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet, id eſt, petit, ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare voluit, & debet eſſe diſcreta, id eſt, diſtinctè ac ſeparatim ſingula peccata confiteri. Pſal. *lauabo per ſingulas noctes*, id eſt, ſingula peccata *lectum meum*, id eſt, conſcientiam meam *lachrymis meis ſtratum meum rigabo*, non enim ſufficit peccata in generali confiteri, & hoc propter multas cauſas; vt ait Alex. de Ales in 4. vna eſt ex parte confitentis; ſicut enim ex auerſione à Deo, culpa committitur, ſic ex conuerſione ad Deum cum contritione, & obligatione ad pœnam culpa remittitur, dolor enim contritionis debet eſſe ex ſeparatione à Deo: pœna vero qua ſacrificio debet reſpondere delectationi, quam in conuerſione ad creaturam habuit, & quia iſta conuerſio trahit peccatum in ſpeciem, & confeſſio, quæ fit ratione pœnæ iniũgendæ, debet fieri in ſpeciali: talia ratio eſt ex parte ſacerdotis, qui nõ poteſt declarare quãtitatẽ pœnitẽtiæ, niſi ſibi innotuit per cõfeſſionẽ quãtitas culpæ: quãtitas autẽ culpæ nõ poteſt cognoſci, niſi fiat cõfeſſio de ſingulis peccatis & circunſtãtiis aggrauãtibus. Tertia autẽ ratio eſt ex parte ſtatus, nũc n. ſumus in ſtatu, ſeu lumine gratiæ, ideo ſicut in lumine gratiæ, nihil abſcõditur, ſic nec in cõfeſſione debet aliquid occultari: occultaretur autẽ ſi cõfeſſio fieret in genere. Quarta ratio eſt, quia ſecũdũ Hier. quod ſanat oculũ nõ ſanat calcaneũ, vnde medicinis particularibus ſanãdę sũt infirmitates particulares. & hoc in ſpiritualibꝰ, ſicut in corporalibus, actus autẽ, & operationes sũt circa ſingularia ſecũdum Philoſophũ, ergo cũ cõfeſſio ſit medicina quædã, nõ adhibenda eſt morbo generali, ſed particulari; & morbi ſanãdi sũt cõfitẽdi particulariter: quod ſi forte obiiceres, quod cõtingit cogitãtẽ ſe offendiſſe Deũ, cõteri in generali, & illa contritione peccata deleri, ſimiliter videtur, contingenter, quod aliquis cõfiteatur peccata in generali, ipsũ illa confeſſione abſolui à reatu, ad hoc Alex. de Ales in 4. dicendum quod

contritio

Prou. 28.

Diſcretio ſit in cõfeſſore.

Quærenda eſt ſacerdos docta.

Confeſſio debet eſſe diſcreta. Pſal. 50.

Nunquid vnus poteſt audire pœnitentem & alius abſoluere.

In confeſſione nihil debet occultari.

Digitized by Google

contritio refertur ad Deum propriè loquendo, qui omnia nouit, specialissime confessio fit homini, quem oportet iniungere pœnitentiam secundum exigentiam meritorum, quod non potest, nisi sibi fiat discreta, & particulata confessio; nec etiam nego quando oporteat aliquo modo conteri de peccatis in particulari, dum enim committit se pœnitens super peccata mortalia, vel conuertendo se ad Deum, à quo se auertit; & sic vt æstimo sufficit si confiteatur illa Deo in generali, vel secundum quod illa opere, vel consensu perpetrauit, & sic puto, quod super singulis conteri, vel confiteri. Bern. super Cant. omne quod remordet conscientiam, confiteri humiliter, pure, & fideliter. *Confiteamur pure, fideliter & humiliter.* Ray. quæritur, quid de confessione, ex qua frequenter sacerdotes, & alij confitẽtur se commisisse omnia peccata, vel reos omnium malorum, & hæc Ric. & dicit; quod taliter confitens loquitur in persona ecclesiæ, vel dicit, sicut dicit Aug. quod in vno peccato possint multa peccata notari, quod autem secundum consuetudinem quarundam terrarum dicitur in tali confessione peccati in omnibus vitiis, in quibus potest homo peccator peccare, & similia, intelligitur in generibus singulorum, & etiam de singulis generum quasi dicat peccaui cogitatione, locutione opere, & omissione, quasi idem dicit Host. verbo, nunquid ergo peccat, & sequentibus, & addit non tamen est approbanda, immo vituperanda quorundam capellanorum consuetudo, qui addunt de pollutione putantes, hoc sufficere pro confessione, sed se ipsos seducunt, quia ad huiusmodi mortalia requiritur confessio spiritualis, & sacramentalis; vel discreta debet esse confessio, id est, confessori suo facta; sed videndum cui confessio est facienda. Resp. Ray. §. 15. debet, quilibet regulariter confiteri sacerdoti, nam solis sacerdotibus dedit Dominus potestatem ligandi, & absoluendi cum dixit Io. 20. *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt*, & de Pœ. di. 1. verbum Dei; & est tex. Ambr. verbum Dei dimittit peccata, sacerdos est iudex, sacerdos quidem officium exhibet, & nullius potestatis iura exercet, & paulò post Dominus par ius & soluendi esse voluit, & ligandi, qui enim qui pari cõditione promisit; ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi: ius enim hoc solum promissum est sacerdotibus. *Non quilibet sacerdos potest exercere actum iurisdictionis.* Hæc ille: non tamẽ cuilibet sacerdoti licet enim æquè omnes sacerdotes in ordinatione recipiant potestatem, ligata tamen est, ita quod non possunt eam exequi nisi data sibi auctoritate ab Episcopo Diœcesano, vel ab Apostolica sede, vel ab alio potenti dare: vnde dicit glo. Guil. in Ray super verbo ligata: potestas hic impropriè dicitur ligata, sicut si diceretur ligata potestas comedendi in eo, quod non habet, quid comedat, sequitur in Ray. hoc idem intelligas de sacerdotibus religiosis, ac reclusis, quia nec illi de iure possunt iniungere pœnitentias, nec baptizare, nec prędicare, & similia, quia pertinent ad curam animarum nisi ab Episcopo, tamen consensu sui Abbatis, siue Prælati sui fuerint instituti. 15. q. 1. peruenit ad nos, vnde valde miramur, quod quidam Monachi, & Abbates in parochia vestra contra Patrum Sanctorum decreta Episcopalia iura, & officia sibi arroganter vendicant, cum pœnitentiam, & remissionem peccatorum reconciliatorum, decimas, & ecclesias, cum absque proprij Episcopi licentia, vel Apostolicæ sedis auctoritate, hoc nullatenus præsumere debeant sicut in Chalcedonensi concilio à Sanctis patribus, de huiusmodi cautum, & statutum est & sub anathematis vinculo Monachis omnibus prohibitum, & §. ecce in hoc, & iste clarius probat eadem causa, 2. q. Seculari tamen data potest potestas absoluendi ab excommunicatione, quæ est pœna iuris, quia est potestas iurisdictionis, non ordinis; sed absolutio criminis, quæ fit cum Psal. & oratione, non potest, quia est potestas ordinis Host. etiam §. 7. cui confitendum, dicit quod sacerdos, ex quo sibi cura animarum commissa est ab Episcopo sine alia licentia speciali potestatem habet audiendi confessiones parochianorũ suorũ, & excõmunicandi, & absoluẽdi exceptis prohibitis, vt extra de offi. archip. c. 1. & 2. No. etiam secundum Host. verbo, & nunquid, quod cũ pœnitentia sit de iurisdictione voluntaria, quilibet curatus sacerdos poterit, vbique, scilicet intra territorium parochiæ suæ, & extra, parochianum suum absoluere; quia consiliũ generale extra de pœ. & re. c. omnis de loco nihil exprimit ff. de offi. proconsul. l. 2. Sed si obijceres, quod quilibet nostrum sacerdoti possit confiteri per illud Iac. vlt. cõfitemini alterutrum peccata vestra. Textus non videtur magis loqui de sacerdotibus, quàm de laicis, ergo nõ solũ sacerdotibus, & de pœ. di. 6. Qui vult, & est textus Augustini in lib. de vera, & falsa pœnitentia, tantaque vis confessionis est, vt si deest, sacerdos confiteatur proximo. Ad hoc Respondet Alexãder Ales in 4. quod multiplex est potestas absoluendi, sicut dicunt quidam, quædam est auctoritatis, & hæc est solius Dei; alia est excellentiæ, & hæc est Christi hominis; alia confessionis, siue ministerij, & hæc est sacerdotis, cui est commissa potestas absoluendi in sumptione ordinis sacerdotalis; alia est ex merito, & hæc est virorum; alia est ex vnitate fidei, & hæc est fidelium: hi duo modi vltimi potius dicunt impetrationẽ absolutionis vel implorationẽ, quã efficaciã, vel iudiciũ; dicendũ ergo quod licet immo expedit quandoque confiteri peccata sua alij, quam sacerdoti, vt scilicet iuuetur ab eo, vel oratione, vel instructione, & erubescat peccata sua, & humilietur confessione tali, & sic mereatur erubescentia, & humiliatione, sed hæc confessio est opus virtutis. Vnde Ber. super Cant. vir perfectus tãtus est amator virtutis, quod vellet omnes notæ sua mala, dum tamen non esset eis occasio mali, sed boni; sed illa solum, quæ ordinata est ad reconciliationem, quæ fit per absolutionem, & ligationem, quæ potestas est solis sacerdotibus tradita, ad illud Iac. *Confitemini alterutrũ*. Alex. de Ales dicit, quod confessio fit dupliciter in generali, quando dicit tuum confiteor, & in speciali quando quis dicit peccata sua; confessio specialis fit solis sacerdotibus, sed generalis omnibus confitemini alterutrũ, scil. sacerdos sacerdoti speciali, & vniuersaliter vnus alteri confessione generali, secundum Bedam intelligitur de mortalibus & venialibus; de mortalibus quantũ ad præceptũ, scilicet sacerdotibus, de venialibus quantum ad consiliũ alijs. Ad aliud quod cõfiteatur proximo, de pœ. di. 6. Qui vult. Subiungit textus, quod laicus non potest absoluere, sic inquiens. Tãta est vis cõfessionis, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo, & si ille cui confitetur potestatem absoluẽdi non habeat, sit tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem criminis. Discreta, scilicet, discreto confessori, id est, quod etiam facias sacerdoti, cui debes: nam enim dictum est, quod non omnibus sacerdotibus possumus confiteri, cum ex statuto ecclesiastico. de pœ. & re. omnes dicatur: quod omnis fidelis saltem semel in anno proprio cõfiteatur sacerdoti, quã rationẽ assignat Pet. quod ad effectum aliquando duo requirunt, s. potentia actiua in agente, & materia determinata, seu debita in suscipiente, hinc est quod ad effectum ligandi, & soluendi requiritur potestas clauiũ, quæ datur in ordinatione, & materia debita, scilicet subditus, qui habetur ex iurisdictione. Vnde dico, quod non sufficit sacerdoti confiteri cuilibet sacerdoti, sed oportet proprio cõfiteri. Cũ hæc Tho. in 4. di. 17. cum sacerdos non soluat nisi ad aliquid faciendũ, & ille solus potest absoluere, qui potest per imperium ad aliquid faciendũ ligare, ideo oportet, quod homo proprio confiteatur sacerdoti, alienus autẽ non potest eum absoluere, vel ligare, per illam regulã extra de verbo sign. c. exiit, qui seminat, cum non habeat imperium par in parem, de pœ. dist. 6. placuit, proprius autem sacerdos quoad hoc, vt dicit Host. sub §. cui patriarcha.

Curatus potestatem habet audiendi confessiones.

Multiplex authoritas absoluendi.

Iac. 5. Confessio fit dupliciter.

Debet esse discreta confessio.

Confessio fiat proprio sacerdoti.

Digitized by Google

Sacerdotes proprij tres sunt.

cha. verbo breuiter.in fi. vbi ponit tres mediatos sacerdotes,& proprios cuiuslibet hominis,id est,Papam, Diocesanum,& proprium sacerdotem,& adde legatum Papæ, vel quibus isti indulgent, per specialem licentiam etiam sine literis extr.eod.tit.omnis alienum autem,scilicet,parochianum alterius sine licentia sui superioris,non potest iudicare, quia non debet mittere falcem in messem alienam. 9. q. 2. ex statuto Calixti. Nullus alterius terminos vsurpet, nec alterius parochianum iudicare,aut excommunicare, præsumat:quia talis iudicatio,aut ordinatio,aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit,nec vires vllas habebit, quoniam nullus alterius iudicis non sua sententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde Dominus in Euang.etiam loquitur, dicens, *ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Ex quo concluditur quod Minores, & Prædicatores possunt confessiones audire ex priuilegio Clementis, vt habetur extra de sepult. dudum.sed not. quod olim licebat eis ex priuilegiis, & specialiter ex constitutione Benedicti, quæ incipit inter cunctas, quæ hodie vacant,sed per Clem.vt possint audire,oportet quod Mag. vel prouincialis prædicatorum, aut eorum vicarij, & generales, & prouinciales ministri vel custodes minorum, primo quidem accedant ad præsentiam ordinariorum, per se,vel per alios, & petant,vt fratres, qui electi fuerint in eorum ciuitatibus, & Diœcesibus confessiones audire valeãt,& pœnitentias imponere, & pœnitentes absoluere, & post hæc dicti prælati ordinum eligant personas idoneas,& præsententur,vel faciant præsentare dictis prælatis ecclesiarum,vt de ipsorum licentia, & gratia possint audire confessiones; qui tamen præsentati non poterunt propter hoc audire in alio Episcopatu, & debent ipsi electi in monasterio,prout vniuersitas cleri,vel populi exigit,& si prælati licentiã concesserint, tunc prædictæ personæ,dictum officium exequatur;sed si dicti prælati ecclesiarum quanquam de præsentatis, non miserint, loco eius ponatur alius,si vero absolutè licentiam dare voluerint,& generaliter, quilibet habens priuilegium potest audire confessiones, eo modo quo tonat in priuilegiis suis: sed videndum, si audienda confessio possit alteri committi. Resp. secundum Tho.& Petr.in 4.dist.17.Si aliquis non possit idcirco audire confessiones alterius, quia non habet iurisdictionem potest ei committi per quemcunque dominantem iurisdictionem in ipsos,qui audiendi sunt,vt per Papam,Episcopum,& parochianum. Si vero aliquis non possit audire, quia non habet exequutionem ordinis, non potest sibi concedi, quod confessiones audiat, nisi per eum, qui hoc impedimentum remouere potest,& nota hoc, quod si etiam per proprium sacerdotem committitur, non propter hoc oportet, quod committatur tali, qui aliter habet ac iurisdictionem, ipse qui sacerdoti committit. Item nota secundum Tho. quando per superiorem committitur alicui sacerdoti, quod possit audire alienos parochianos,non sit præiudicium proprio sacerdoti,eo quod iurisdictionis potestas non est commissa alicui in fauorem suum, sed in vtilitatem plebis, & honorem Dei, & ideo si prælatis superioribus videatur expedire ad honorem Dei, & salutem plebis, quod aliis committant, in nullo sit præiudicium inferioribus prælatis, nec tenetur subditus iterum petere licentiam à proprio sacerdote,qua ius. Bernard.in quadam glo.dicat, quod sic,quæ glo. postea per Clementem 4. tanquam omnino falsa fuerit, in quo dum priuilegio indulto minoribus & prædicatoribus, quod incipit,quidam temere; & fuit determinatum in eo, quod illi quibus à superioribus committitur, possint audire etiam parochianis contradicentibus, & inuitis, hoc ipsum etiam tenet Io. An. ext. de pœn. si Episcopus l. 6. & confessus est sacerdoti habenti commissionem à superiori, nec dicit,non tenetur confiteri proprio sacerdoti,vt in extraua.Io.22.quæ incipit vas electionis, & ratio quare non potest contradicere, est, quia par in parem non habet imperium, aut minor in maiorem non habet potestatem,Vnde Tho.dicit,quod est bonum, quod ille qui auctoritate superioris confessionem audit, inducat confitentem, quod etiam confiteatur proprio sacerdoti,vel saltem semel in anno se præsentet sacerdoti, denuntians non esse in peccato mortali,& postulet Eucharistiam, vel si data fuisset dilatio ad communicandum, ei innotescat propter periculum mortis. quia si sacerdos nesciret,& trãsiret tempus ratione statuti, posset negare ecclesiasticam sepulturam,vt habetur extra de pœn. & re.c. omnis, gratia cuius quæritur vtrum sacerdos parochialis debeat credere subdito suo dicenti se alteri confessum esse. Tho. in 4.de quolibet dicit, quod in foro iudiciali creditur homini contra se,sed non pro se; est enim distinguendum,quod duplex est impedimentum,quo quis à perceptione Eucharistiæ impeditur: si enim impedimentum sit ad forum iudiciale pertinens, puta excommunicatio,nõ tenetur sacerdos suo subdito tradere, quem excommunicatum nouit; nisi ei de absolutione constet,nec etiam si sit vsurarius notorius, nisi constiterit de cautionibus restituendi, dicit etiam Host. quod si quis declinat à proprio sacerdote, & confitetur prælato suo,si peccatum est enorme,& manifestum, non tenetur credere proprius sacerdos,quod confessus sit, & absolutus,nisi constiterit per litteras. Si autem sit impedimentum, quod ad forum pœnitentiale pertinet peccatum tenetur ei credere, & iniustè agit si denegat ei Eucharistiam,qui dicit se esse confessum ab eo, qui habet auctoritatem illum confitendi, nec potest compelli,quod ea peccata,quæ confessus est, iterum confiteatur: nota ergo fratres minores, & prædicatores si audiant cõfessiones extra diœcesim,sibi concessam, vt puta si Bononienses audiunt Ferrarienses non possunt absoluere, & ita si præsentati audiunt eodem modo, quos absoluunt non sunt absoluti, quia non possunt absoluere, nisi eo modo quo eis conceditur in priuilegio,& qui sunt ab eis absoluti,si in eis erat scientia huius non sunt absoluti,nec quoad Deum,nec quoad ecclesiam. Si verò crederent ipsos sacerdotes, ad quos accederent posse eos absoluere,sunt absoluti, quoad Deum, attamen si post confessionem eis constiterit, debent denuo confiteri omnia illa peccata, quæ confessi fuerunt, quia vnus de casibus in quo confessio deberet iterari,si ex parte sacerdotis deficit potestas absoluendi discreta, id est discreto fiat confessori: gratia enim huius quæritur, si aliquo casu possit quis confiteri alteri, quam proprio sacerdoti;& intellige de illis, qui non habent auctoritatem vniuersalem à Papa,sicut frater minor,vel pœnitentiarius Episcopi, &c.Tho.in 4.dist. 17. Si subditus scit sacerdotẽ suum esse hæreticum,aut sollicitantem ad malum, aut fragilem ad peccatum,quod quis ei confitetur, est pronus, vel si probabiliter æstimatur reuelator confessionis,vel si peccatum, de quo quis vult confiteri contra eum sit commissum,in iis,& similibus, quod quibus probatur, timens pœnitens ex confessione facta periculum sibi, vel sacerdoti imminere,debet recurrere ad superiorem, vel petere licentiam alteri confitendi, quod si licentiam habere non poterit, idem est iudicium, quod de illo,qui non habet copiam confessoris,vnde magis debet eligere confiteri laico, nec in hoc transgreditur quis præceptum ecclesiæ, quia præcepta iuris penitus non se extendunt vltra intentionem præcipientis.quę est finis præcepti, hæc autem est charitas, & Ber.dicit de præcepto,& dispensatione,quod pro charitate institutum est, contra charitatem militare non debet.nec in hoc fit iniuria sacerdoti, quia dicitur 11.q.3.priuilegium itaque amittere meretur,qui permissa sibi abutitur auctoritate, vel potestate, & intellige si non potest habere alium.Inn. & Host.ext.eo.ti.c. omnis, addunt,vel dicendo quod si non inueniat alium cui confiteatur,

Pron.22. Prædicatores & minores possunt confessiones audire.

In vno Episcopatu approbatus in alio non censetur.

Potestas Iurisdictionis data est in plebis vtilitatem.

Minor in maiorem nõ habet potestatẽ.

Vtrum sacerdos tenetur credere subdito dicenti se alteri confessum esse.

Confessio iteranda quando.

Responsio.

Licet laicus non absoluat sacramentaliter.

Priuilegio non gaudet qui eo abutitur.

Digitized by Google

fiteatur, niſi ilium, quem ex iuſta cauſa recuſat. Reſp. ſi iuſtam cauſam habet, quia timet, quod ex confeſſione poſſet periculum, & graue peccatum, vel ſcandalum prouenire; tunc eligat ſine confeſſione mori, & ſoli Deo confiteatur, vel dicit melius, quod confiteatur peccata in genere, ſed non circunſtantiam, de qua poſſet malũ prouenire. Ita. n. ordinabitur, ſicut ordinauit Deus omnia opera ſua, quod nunquã voluit ad malum ex eis peruenire, iſte eſt. tex. glo. Inno. ad. litteram. Hoſt. ponit octo caſus, in quibus poteſt, quis audire confeſſionem alterius parochialis. Primus quando proprius ſacerdos omnino eſt indiſcretus, de pœ. d. 6. placuis, vt nulli deinceps ſacerdoti liceat quemlibet cõmiſſum alteri ſacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere, ſine eius conſenſu, cui ſe prius commiſit niſi pro ignorantia illius, cui pœnitens prius confeſſus eſt. Gloſſa ergo pro ignorantia eius, auctoritate huius canonis poteris ire ad aliũ ſine licentia hominis presbyteri illius imperiti, ſufficit hoc à iure concedi, ſed nunquid credet ille extraneus ſimplici verbo eius pœnitentis, qui dicit ſuum ſacerdotem imperitum? ſic, quia, non eſt veriſimile, quod cum mendacio veniat ad pœnitentiam, nam de pœ. diſt. 8. qui vult. ſed hoc debet fieri cum licentia, vt ext. de pœ. c. omnis, quam licentiam ſi proprius ſacerdos non vult dare, poteſt ipſe ad alium ire. arg. extra de regul. licet, vel vadat ad ſuperiorem, vt eum compellat vel vt ipſe det licentiam, arg. de iur. pa. nullus Tho. & Pet. di. 21. in fine, ſcilicet, in expoſitione dicunt, quod hoc, quod dictum eſt de indiſcretione, intelligitur quando tanta eſt ignorantia, quod nullo modo ſufficit ſubditum dirigere, ſed poſſet eum ducere in errorẽ. Hoſt. poſtulet, & obtineat, hoc intelligitur niſi in imminenti neceſſitate non poſſit habere recurſum ad ſuperiorem. Petrus vbi ſup. dicit, quod ſi omnino eſt ignorans licentia petita, etſi non obtenta. Secundus caſus, quando parochianus tranſtulit domicilium ſuum, nam certe ille, ad quem tranſit non eſt alienus, ſed ſuus, extra de paroch. c. fi. Tertius caſus cum quis eſt vagabundus. ff. de iudi. hæres abſens. Quartus cum quis quærit domicilium quo ſe transferat, nam & is ſine domicilio eſt. ff. ad municipales. l. Labeo, & eius. §. celſus. Quintus cum quis deliquit in aliena parochia extra de rapt. c. 1. & 6. q. 3. placuit vt nullus epiſcoporum graviter ferat ſi eius parochianum pro deprecationis cauſa epiſcopus excommunicauit, ſi tamen occultũ eſt, & non ſit excommunicatus à prælato illius loci, poteſt de hoc etiã confiteri proprio ſacerdoti, ſi autem eſt excommunicatus à prælato illius loci propter illud peccatum, ſicut contigit fieri in furtis, & huiuſmodi, quorũ ignorantur auctores, mittendus eſt talis ad excommunicatorem, & abſoluendus eſt ab ipſo. glo. hic ſuper verſiculo in parochia ſua dicit: hinc non credo generaliter accipiendum quod dicit ius, qua ratione ſortitur quis forum contentioſum. quia poteſt incontinenti, & iudicari, & puniri de crimine ibi commiſſo; ſed ſi quis Bononienſis commiſit vnum peccatum Ferrariæ propter quod non eſſet Ferrariæ excomunicatus, vt puta peccauit peccato luxuriæ, nunquam poterit de illo confiteri Ferrariæ, vel aliàs non habita licentia diœceſani ſui, vel parochiani. Dicendum quod nec de illo ſolo, nec de alio poteſt, quia hoc non pertinet ad forũ cauſarum. Sextus ratione ſtudij, vt clerici de prælatorũ ſuorũ licentia accedant, dum ibidẽ manent, arg. ff de iudi. l. ſi longius. §. 1. Septimus tẽpore neceſſitatis, vt quia infirmatur ad mortem, vel quia ingreditur iuſtum bellum, ſiue mere, & deeſt proprius ſacerdos: itaque etiam tunc laïco poteſt confiteri, de pœn. di. 9. ſanè. Octauus ſi ponit ſpẽ in ira ſacerdotis proprij. Hæc Hoſt. ſed iſte octauus caſus communiter non tenetur, quia ratihabitio in talibus non habet locum, extra de regul. iuris; adducit tamen Hoſt. & Ray. quod in omni caſu, in quo qui audire parachianum alienum conſulunt; quod iungant, quod ſe proprio ſacerdoti repræſentent, arg. extra de ſent. excom. de cæt. &c. ea noſcitur, &c. de iis, in fi. Quæritur modo generaliter vtrum in his caſibus, ſcil. quando quis poteſt confiteri alteri, quam proprio ſacerdoti, poſſunt audire confeſſiones illi ſacerdotes, quibus non eſt data poteſtas. Hoſt. & Ray. dicunt, quod non quando ſunt alij, qui habeant, vt puta, petãt licentiam à ſacerdote ſuo. ſcil. eundi ad illum, qui habet auctoritatem, vel ab Epiſcopo, vel à Papa, vel à delegato Papæ, & ſi non vult dare, vadat ad Epiſcopũ; & ſi Epiſcopus non vult dare vadat infra ambitum Epiſcopatus, ſi aliquis eſt, qui habeat; & ſi non eſt etiam, licet ad alios Epiſcopatus tranſire; ſed nota quod duo nõ ſolum de habentibus iuriſdictionem vniuerſalem, ſed in ſuis parochiis, vult dicere Ray. & glo. quia licet quis poſſit declinare à proprio ſacerdote, propter hoc non datur iuriſdictio illis, qui nunquam habuerũt, quia ſacerdotes non poſſunt confeſſiones audire niſi ab Epiſcopo fuerint licentiati, & inſtituti, niſi in caſu neceſſitatis, ſi alius non poſſit haberi; quia diſcreta debet eſſe, id eſt, ſuo, & non alieno, quàm de peregrinis, & romipetis dicit. glo. ſuper verbo, volunt longum iter ſuſcipere, cœperunt peram, & baculum à propriis ſacerdotibus, vel aliter cum licentia ſuorum ſacerdotum, iter arripuerunt eo ipſo præſumendum eſt, datam eſſe eis licentiã confitendi, & alia ſacramenta recipiendi, hoc etiam Innoc. in glo. ſuper c. omnis, & addit, ſi autem ſine licentia ſacerdotis proprij peregrinantur, non poſſunt abſolui ab alio, niſi in neceſſitate, & idem eſt de negotiatoribus, & aliis viatoribus: vnde; tutius eſt ſemper licentiam petere, & obtinere in talibus, idem ponit Hoſt. in glo. ſi autem peregrinans qui habet crimen, cuius abſolutionem retinuerat ſibi Epiſcopus, nunquam in peregrinatione poteſt abſolui, & maximè ſi inſtat tempus generalis communionis, vt in Paſcha, ſed debet ei iniungi, quod cum habuerit copiam ſui Epiſcopi, iterum confiteatur ei, & ab ipſo accipiat pœnitentiam de illo. Hæc ille. Verius videtur quod ſi fuerit tanta neceſſitas quod ipſe potuit abſolui ab aliquo, non oportet, quod iterum abſoluatur, oportet tamen quod ſi eſt ad ſatisfaciendũ, ſatisfaciat, & etiam ſi ob dictam cauſam fuiſſet excommunicatus, & ab ipſo ſacerdote fuiſſet abſolutus, ſi poſtea non præſentet ſe Epiſcopo, reincidit in eandem excommunicationem, extra de ſen. exco. lib. 6. ſi vero non fuit neceſſitas, nec abſolutio valuit. Diſcreta. ſi vicinus vicinum ſacerdotem poſſit abſoluere à mortali ſine licentia ſuperioris tacita, vel expreſſa, generali, vel ſpeciali: nam ſi Epiſcopus hoc ſcit communiter fieri, & tolerat, eo ipſo præſumendum, & ipſum tacitè approbare, & licentiam dare. Hoſt. ſub §. presbyter. Similiter dicit, quod non debent hoc facere ſine licentia ſuperioris. cum hoc non multum expedit. Diſcreta diſcreto confeſſori. ſc. cui debent Reges, & Domini ſæculares confiteri. Hoſt. ſub §. quod præteri. Si Rex habet domicilium principale in aliqua ciuitate, illi Epiſcopo confiteri debet, vel ſacerdoti, niſi ſuper hoc haberet priuilegium, idem dicendum eſt de Duce, & Marchione, & de omnibus habentibus latas iuriſdictiones in diuerſis locis; & non oportet, quod hîc principalius poſſunt confiteri, & non in cuius parochia morantur, vel quod tutius eſt, de licentia Epiſcopi eligant; ſi loca ſunt in diuerſis Epiſcopatibus de licentia vtriuſq; Epiſcopi vel metropolitani; ſed ſi ſunt in diuerſis prouinciis recurratur ad Primatem, vel ad Papã, quia iſtud eſt ſine quæſt. Quid de illis, qui per partem anni manent in vna parochia, & per aliam partẽ in alia pachia Hoſt. in c. omnis. §. cũi ruſtici, dicendum quod ſi transferunt ſe animo remanendi, facti ſunt parochiani illius; ſi autem non intendunt derelinquere domicilium antiquum, debent antiquo presbytero confiteri, vel de eius licentia alteri, & idem dicendum eſt de familiaribus, qui cũ eis morantur; nulla enim cõſuetudine poteſt induci, vt aliquis præter ſui ſuperioris licentiam

Quando quis poteſt confeſſionem audire.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

Reges & Domini ſæculares cui confiteri debent. Reſponſio.

Familiares cõfiteri poſſunt vbi Dominus confiteri.

Digitized by Google

poſſit ſibi eligere confeſſorem, qui eum poſſit abſoluere, vel ligare, vt habetur extra de pœn. lib.6. cap. ſi Epiſcopus, nulla quoque poteſt conſuetudine introduci, quod aliquis præter, &c. vt ſupra & nota hic in principali huius cap. quod ſi Epiſcopus dat alicui licentiam, quod poſſit confiteri, cui vult; non propterea concedit, quod poſſit abſolui à ſuis caſibus, niſi ſuperiori faceret mentionem, vnde text. ſic dicit, ſi Epiſcopus ſuo ſubdito conceſſit, vt poſſit ſibi idoneum eligere ſacerdotem, ille quem is elegerit in caſibus, qui eidem Epiſcopo ſpecialiter reſeruantur, nullam habeat poteſtatem, cum in generali confeſſione illa non veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus, quid de confeſſione facta ſacerdoti, qui de iure non tenet beneficium. Hoſt. Cum talis ſacerdos, nec ligare, nec abſoluere poſſit, decipiuntur animæ extra de parochia.c.nullus, & licet animæ habeant iuſtam cauſam ignorantiæ ac ſi omiſſæ eſſent, requireretur ſanguis eorum ab iis, qui eos perdere voluerunt, extra de offi. ordi. cap.in refragabili. Innocent. in glo. extra de elect. ſup.c. dudum eccleſiæ Rothomagenſis poteſt dici animas non deceptas, cum ab omnibus habeatur prælatus, & valet pœnitentia ab eis recepta. veniam enim meruit, quia ignorans deliquit. 8.diſt. conſuetudo, ſed ſciat ante quam moriatur, credimus, quod de nouo debet ire ad verum ſacerdotem, extra pœn. & re.omnis arg.extra de presb.non bapt. veniens, quod ſi venerit ad Deum, quod non ſit baptizatus, debet denuo ordinari, vel poſſet dici, quod vere abſoluit, quandiu toleratur à ſuperiore. 8.q.vlt.nonne.Hoſt.vero in gloſ. ſuper idem cap dicit, quod hoc conſilium eſt, & tutius tamen ſentit, quod hoc non ſit neceſſitatis, quia dicit, quod talis presbyter vere abſoluit, ex quo cura tenet, quamdiu probabilis eſt ignorantia, & ab eccleſia toleratur, ſed ſcienter debet ad talem ire, & ſic intelligit decret. Nota, quod ſi inferior abſoluit pœnitentem à toto, hoc eſt ſi haberet aliquem caſum à quo non poſſet abſolui. Thom. in 4. de quoliber dicit, quod quamuis aliqui aliud aliquando ſenſerunt, non tamen credo quod ipſe ſit abſolutus, excuſatur ille, quod abſoluitur per ignorantiam iuris, non autem ſacerdos cui non licet hoc ius ignorare, ſi de facto abſoluo aliquem de excommunicatione, de qua non poſſum, & poſtea aduertam vtrum debeam ſi poſſum certificare eum de errore meo, & conſulere, quod impetret abſolutionem, & interim debeo me habere ad illum quaſi non abſoluiſſem, hoc vero Richardus in 4. diſt.17. art. 3. q.3. quærit vtrum confeſſi non ſacerdoti quem ſacerdos parochialis poſuit loco eius credens eum eſſe ſacerdotem, teneatur illa eadem peccata iterum confiteri, poſtquam conſtiterit eis illum cui confeſſi fuerint, ſacerdotem non eſſe, & quod tales tenentur illa eadem peccata ſi illorum ſunt memores, iterum confiteri ſacerdoti, quia ſecundum rei veritatem de illis non ſunt rectè confeſſi, nec ſacramentum pœnitentiæ ſuſceperunt, nec tamen iudicandi ſunt peccaſſe, tanquam transgreſſores ſtatuti de confitendo, quia eos ignorantia inuincibilis excuſauit, & dico, quod illa confeſſio illis fuit meritoria, non tamen eis tam vtilis cæteris paribus, ac ſi ſacerdoti confeſſi fuiſſent, quia non ſacerdos non poteſt conferre pœnitenti benedictionem, quod ſacerdos vi clauium hæc ille, idem iudicium de alieno ſacerdote, quia in abſolutione nihil facit. Octaua conditio eſt, quia debet eſſe voluntaria non coacta ſicut confeſſio dextri latronis. Luc.23. *Qui dixit, neque tu times Deum; nos autem quia digna factis recipimus, hic autem quid?* dolere enim licet debeat propter peccata, quæ commiſit, debet tamen gaudere propter vitam, quam recuperat, ſic in eodem, & gaudium. Pſ.93. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Thom. in 4. ſent. peccatum quidem ſicut ſola voluntate committitur; ita non niſi voluntate accedente tolli poteſt; ſed contra videtur, quia pater carnalis multa beneficia poteſt præſtare filio carnali in vita, ſimiliter & pater ſpiritualis filio ſpirituali, vtputa benedictio, orationes, diſciplinæ, &c. & abſolutiones Bonauent. in 4. diſt. 18. art. 6. q. 6. dicendum, quod non eſt ſimile, quia illa ſunt benedicta temporalia, quæ præſtantur contra voluntatem, in quibus non conſideratur æquitas iuſtitiæ, ex parte ſuſcipientis: non ſic autem eſt hic, & præterea talia benedicta proſunt inuitis, ſed benedictum abſolutionis nulli prodeſt inuito, immò obeſt: vnde ſicut faſtidioſis non eſt ingerendus cibus corporalis, propter quod obeſt; & illum proiiciunt, vel ſi ſuſcipiunt magis grauantur; ſic in propoſito eſt intelligendum: ſed ſi obiiceres de excommunicatione, quia excommunicatus poteſt abſolui inuitus. Reſpon. gloſſ. quod ſicut quis inuitus excommunicari poteſt. ita & abſolui, quia non requiritur tantum diſpoſitio ex parte recipientis, ſed infligentis: præterea, vt dicit Alex. de Ales in ſuo 4. virtus abſolutionis in foro pœnitentiali dependet ex veritate confitentis peccata ſua: vnde niſi accedat veraciter pœnitens, & ſine fictione, non valet ſibi beneficium abſolutionis; non autem accedit veraciter ad pœnitentiam, niſi accedat cum voluntate abſtinendi à peccato; non autem ſimile eſt in foro iudiciali, in quo ad abſolutionem ſufficit ceſſatio contumaciæ & voluntas ſatisfaciendi; hæc autem poſſunt accedere cum voluntate peccandi mortaliter. Mag. in 4. diſt. 17. ſicut enim eſt nobis præcepta interior pœnitentia, ita & omnis confeſſio, & exterior ſatisfactio, ſi adſit facultas: vnde nec vere pœnitens eſt, qui confeſſionis actum nec habet. Hæc ille: nemo enim inuitus bene agit, vnde dixit Pſal. *Voluntarie ſacrificabo tibi.* Nona conditio eſt verecunda confeſſio de qua conditione vt peccatum dimittat dicendum quod quemadmodum non erubuit coram Deo peccata peragere, ita non erubeſcat homini propter Deum dicere: nam verecundia, eſt maior pars ſatisfactionis. de pœn. diſt. 1. quem pœnitet laboret mens patiendo erubeſcentiam, & quoniam verecundia maior eſt pœna ei qui erubeſcit pro Chriſto, ſit dignus venia: vnde Doctores monent quod ſi ſacerdos agens cum muliere poſſit eam audire in confeſſione. Reſpondit Guilelmus in gloſſa Ray. ſuper verb. laborat. Credo, quod non, quia aufert ei erubeſcentiam, quæ eſt maxima pars pœnitentiæ, quia non erubeſceret ita cum eo, ſicut coram alio, debet ergo eam mittere ad alium ſacerdotem ſicut not. Vgo contra presbyterum Græcum 30. q. 1. omnes, idem credo de omni peccato, in quo ſacerdos fuit conſentiens, vel cooperator, ſi tamen in his caſibus abſoluat ſuum Parochianum, vel pœnitentem, abſolutus erit; nec eſt contra, quod Epiſcopus non poteſt diſpenſare in ſimonia, cum eo commiſſa, quia diſpenſatio eſt dignitatis, abſolutio eſt neceſſitatis, & ideo ita facilè, quis amittit facultatem abſoluendi, ſicut & diſpenſandi. De hac verecundia ſupra multa tacta ſunt in alio tractatu. Vel verecunda, vt non ſe iactet de peccatis, ſicut ſunt multi venientes ad confeſſionem, qui dicunt ſe pulcherrimam defloraſſe virginem, non cum modo erubeſcentiæ, ſed per modum iactantiæ, O infelix hic miſer homo, de quo iactas te de eo, quod aſinus in ſua ſpecie naſcitur facere? Pſal. 40. *homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* alij autem confitentes ſe hominem fortem interfeciſſe, & taliter hoc confitentur ſicut iſti cantantes de Rolando verſus pulchros. O infelix de quo te iactas, de eo, quod ſcorpio faceret vel aranea? vnde Auguſt. ſupra Pſal. 51. *Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate?* ſic dicit, gloriaris, quia potens es in malo, quid facturus es. O potens multum te iactas, occiſurus es hominem? hoc & ſcorpio, hoc & vna febris, & fungus malus, inanis

Abſolutio nulli inuito prodeſt imo obeſt.

Excommunicatus inuitus abſolui poteſt.

Verecũdia eſt pars maior ſatisfactionis.

Luc.23.

Pſal.93.

Pſal.48.

Pſal.51.

reducta

redacta est omnis potentia, vt malo fungo torquetur.

Integra confessio sit vni sacerdoti.

Decima conditio est, quod debet esse integra, vt, scilicet omnia peccata dicat, non diuidendo ea in diuersos sacerdotes, quia iste est vnus de casibus, in quo oportet confessionem iterare, & est, si tacuit aliquod mortale. Rationem autem assignat Pet. in 4. dist. quod sicut in sanatione morborum corporalium oportet,

Similitudo medicorum corporalium. Psal. 61.

quod vnus medicus non solum speciem morbi vnius, sed totam habitudinem infirmi sciat, ne medicina, quam vult adhibere vni morbo, alteri sit contraria: ita in sanatione morborum spiritualium: vnde oportet, quod dicat vni omnia quæ habentur in memoria, nam dominus summè bonus opus imperfectionis non nouit, aut totum hominem sanat, aut nihil de pœn. dist. 8. cap. 1. quasi in fine, & est textus Aug. lib. de vera, & falsa pœnit. Cautus sit pœnitens, ne verecundia ductus diuidat apud se confessionem, vt diuersa velit diuersis sacerdotibus manifestare, quædam enim vni celant, quæ alteri manifestanda reseruant; quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper venia carere, ad quam putat frustra peruenire. Vel intellige, vt omnia peccata dicat sacerdoti, non sibi reseruans aliqua, vt habetur extra de pœn. & rem. c. omnis, omnia sua solus peccata proprio confiteatur, &c & Psalm. 36. *Effundite coram illo corda vestra*, & non sicut aliqui qui confitentur, & propter verecundiam, aut propter aliud vnum retinent, & sic eis nulla valet confessio: tales enim faciunt, sicut quidam vsurarij duo, qui veniente septimana sancta consilium habuerunt inuicem dicentes, quod bonum erat, vt confiterentur, ne peiores aliis putarentur; vnus eorum accessit ad confessionem dicens se fœneratorem, sacerdos dixit si volebat desinere, & restituere, dixit, quod non: tunc sacerdos, vade, nolo te absoluere, & abiit tristis. Secundus accessit, & nihil dixit de vsura, immo negat se esse vsurarium, & sacerdos absoluit eum, & rediens ad socium inuenit eum mœstum, & interrogauit, quid haberet, dixit ille: sacerdos noluit me absoluere, propter fœnus: dixit alter fatue, qui volunt absolui non expedit, vt omnia dicant. Contra quos est ratio, quia est ad peccatoris accusationem confessio, si vero peccator quatuor habet peccata, & confitetur tria mentitur, & fallax est: & est alia ratio, quia confessio fit propter absolutionem, absolutio autem sacerdotis signum est diuinæ absolutionis, sed Deus nunquam absoluit ab vno, quin ab omnibus absoluat.

Deus absoluit omnia aut nihil absoluit.

Augustin. de vera, & falsa pœnitentia transumptiue, vero de pœn. di. 3. §. sunt plures; quos pœnitet peccasse, sed tamen omnino retinentes sibi quædam, in quibus delectantur, non autem aduertentes Dominum simul surdum, & mutum à dæmonio liberasse; hoc docet nos nunquam non de omnibus sanari, si enim vellet peccata ex parte reseruari, habentem 7. dæmonia proficere potuit sex expulsis, expulit autem 7. vt omnia crimina simul eiicienda monstraret, legionem autem ab alio eiiciens, neminem reliquit de omnibus, vt liberatum possideret, ostendens, quia etiam si peccata sunt mille, oportet de omnibus pœnitere, laudandus est enim Dominus, quoniam deiecto dæmonio locutus est mutus. Integra etiam de oblitis tenetur, de hoc require supra in alio tractatu, dicit Thom. quod si homo peccatum, quod declarare in confessione oblitus fuit, postmodo etiam confitetur alteri confessori, non propter hoc oportet totã confessionem iterare; licet hoc quidam contrarium senserint, sed sufficit, quod confitens dicat hoc peccatum, cuius oblitus fuit expresse & explicitè: alia autem in generali dicendo, quod cum multa alia peccata confiteretur, huius oblitus fuit. Magi. in 4. dist. 21. q. 2. est textus Aug. 5. responsione contra Pelagianos, veritatem dicit Deo pœnitens, quando nihil illi de commissis sceleribus celat, non quod & si voluntate celauerit, Deus ignoret, sed veritatem sibi ab eo dici vult, vt veniam consequatur; si verò à mente aliqua exciderint, veritatem confitetur Deo, cum generaliter dixit: Deus qui nosti occulta cordis, & opera mea, & delicta à te non sunt abscondita, quibus veniam largiaris, hæc est veritas confitentis, quam diligit Deus, vnde Psal. 50. *Ecce enim veritatem dilexisti* Magist. hic insinuat, quod generalis confessio etiam mortalia delet, quorum intelligentia non habetur. Vnde notat Richa. in. 4. dist. 17. art. 4. 6. si adhibuit omnem diligentiam, vt recordaretur, & post recordatur, potest accedere de illo alteri sacerdoti, & si non priori; sed si diceres iam fuit absolutus ab omnibus, ergo non tenetur confiteri etiam si venerit ad memoriam.

Psal. 50.

Absolutio de oblitis quomodo intelligenda.

Respondit Richar. quod quamuis de isto fuerit absolutus quantum ad iudicium ecclesiæ triumphantis, & militantis; quia sacerdos potest absoluere de confessis; & de prædicto modo oblitis; tamen absolutio de oblitis debet intelligi, sub hac conditione, vt si quando reducta fuerint ad memoriam, dicantur illi sacerdoti in confessione, quæ ab illo potest absoluere, tenetur illud confiteri post eius remotã oblitionẽ, ecquidem eius opinionis est Alex. de Ales in suo 4. dist. quod non tenetur quis ad confessionem oblitorum prout sunt oblita, nisi in generali, quia si ad hoc teneretur, tunc teneretur ad impossibile, si autem reducuntur ad memoriam, tenetur, sed si quis haberet casum, quod ipsum oporteret recurrere ad superiorem, nunquid erit confessionis diuisio? Respondet Tho. in 4. de quoliber, dicit, quod sacerdos non absoluit aliquẽ nisi quem dimittit & credit absolutum, sed postquam dimissus, absolutus est, tenetur adhuc ecclesiæ confiteri; sed quia dispensatio absolutionis, non est tota tradita minori, tenetur totum confiteri prælato minori, & ipse debet eum absoluere, à quibus potest: demum tenetur eum remittere superiori, de residuo absoluendum, sed si confitens sit excommunicatus, nunquam poterit absolui ab aliis peccatis', verum dicit; quidam dixerunt, quod non, quia manenti in excommunicatione, non sunt sacramenta ecclesiæ impendenda, verius tamen credo, quod si non stat per eum, quin absoluatur, nec est in mora petendi absolutionem propter huiusmodi absolutionem impetratam super aliis peccatis poterit eum confessor suus absoluere de aliis, & postea episcopus absoluet ab illo, quod sibi retinuit, & duæ huiusmodi absolutiones faciunt vnam integram. & vna est præparatoria ad aliam, & in hoc casu potest confessor communicare excommunicato; regularius tamen fieret si absolueretur ab huiusmodi excommunicatione. Tho. verò dicit, quod sacerdos nullum excommunicatum potest absolnere à culpa, nisi prius solutus sit ab excommunicatione, quia ecclesiæ sacramentorum non sit particeps excommunicatus. Vndecima conditio est, quod debet esse secreta, & hoc quantum ad conditionem fori; nam confessio non debet fieri publica, sed secreta, coram vnico sacerdote, & non pluribus; non etiam coram populo, extra de pœn. & re. omnis, vbi dicitur omnia peccata solus proprio sacerdoti confiteatur, nisi sit peccatum adeò enorme, quod totam commouerit vrbem, vel totum orbem, quod quidem debet quis confiteri in publico, vt in publico solemnis imponatur pœnitentia, & vt ostendat, & cognoscat se reum, vt puta si est hæreticus manifestus. Quantum tamen est de lege communi debet vnico sacerdoti fieri in priuato, sicut expresse dicit illa decretalis, ratio autem huius, quia occultatio duplici ex causa competit sacramento, tamen quia hoc manifestare peccata sacerdoti non vt manifestentur, sed vt deleantur, occultentur, quia charitatis confessio operit multitudinem peccatorum, tum etiam quia manifestatur sacerdoti; videl. ad testimonium conscientiæ internæ & ideo vt homo totam conscientiam reuelet homini tanquam Deo, & hoc testificante teste secreto in tali manifestatione, nec debet admitti alienus, sed sacerdos vnicus, qui teneat locum Christi, & sicut occultatio competit ex duplici causa, ita

11. Confessionis conditio. Confessio secreta sit.

Secretum confessionis ex duplici causa.

Digitized by Google

propalatio coram hominibus disconuenit ex duplici causa, vna est, quia ignominiosa, seu onerosa Deo est, vt vix quis seu nullus auderet coram omni multitudine confiteri, cum pauci audeant plene, id est integre confiteri etiam vnico sacerdoti: alia ratio est, quia periculosa, si enim conscientiæ manifestarentur, infinita mala orirentur, & rixæ, & discordiæ, & infamiæ, sicut manifestè apparet, & ideo dicendum est, quod non tenetur quis confiteri nisi vnico, & proprio sacerdoti, & huic solitario quantum est de præcepto Apostolico, seu ecclesiastico, hæc Bonau. in 4 dist. 17. art. 1. q. 3. de pœn. dist. 1. & est auctoritas Chrysost. cap. mensuram, non dico tibi, vt prodas in publicum, neque apud alios te accuses, sed obedire te volo prophetæ dicenti, *reuela domino viam tuam ante Deum*, ergo tua confitere peccata apud verum iudicem cum oratione, dic delicta tua commissa, non lingua, sed conscientiæ tuæ memoria, & tunc demum spera te misericordiam posse consequi, si habueris in mente peccata tua, nunquam malum aduersus proximū in corde tenebis. Gratianus, non ita intelligendum est, vt sine confessione oris, peccata secreta confessione, & occulta contritione purgentur, & infra eodem dist. 1. Quamuis, & est Leo Papa, quamuis plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem, apud homines erubescere non veretur; tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, vt ea, quæ pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, remoueatur tam improbabilis consuetudo, ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur, dum erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referare, pro quibus possunt legum constitutione percelli, sufficit enim confessio, quæ offertur primum Deo, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit, tunc enim plures poterunt ad pœnitentiam prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis, de hoc plura in alio tractatu. Duodecima conditio debet esse lacrymabilis, quoad dolorem de peccato commisso. Nota quod duplex est lacryma, scilicet corporalis & exterior, secunda mentalis & interior: & hic est dolor contritionis, prima non requiritur de necessitate ad confessionem, sicut in tractatu de contritione dictum est, secunda requiritur, vbi etiam tactum est; sed quia homo aliquando non potest habere dolorem, quem vellet. Nota modos inueniendi quos ponit Ioan. in summa sua, primus est frequens cogitatio Isa. 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*, secundus ex cogitatione de peccatis commissis pudere. Prouerb. 12. *putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit*, tertius vtilitas peccati, ex qua consurgit ipsius detestatio, Iero. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas, & Ioan. 8. *Qui facit peccatum, seruus est peccati*, & Seneca etiamsi scirem Deos ignoscituros, & homines ignoraturos, tamen abhorrerem peccatum. Quartus timor extremi iudicij, & pœnæ inferni. Hieron. quoties diem illū considero, toto corde contremisco, idem siue comedo, siue bibo, siue aliquid facio, semper videtur in aure mea illa tuba horribilis resonare, surgite mortui, & venite ad iudicium, & illud 1. pœn. d. si iustus vix saluabitur; impius, & peccator, vbi apparebunt? cum multis consimilibus. Quintus de amissione cœlestis patriæ, & multiplici offensa Creatoris. Apoc. 3. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Bernard. dolor peccati triplex debet esse, scilicet acer, acrior, & acerrimus: acer, quia offendimus Deum, creatorem omnium: acrior, quia patrem nostrum cœlestem offendimus, qui nos multipliciter pascit, acerrimus: quia redemptorem nostrum, qui nos liberauit proprio sanguine à vinculis peccatorum, à crudelitate dæmonum, & acerbitate gehennæ. Sextus, spes triplex scilicet veniæ, gratiæ, & gloriæ; veniæ, qua peccata dimittuntur: Apoc. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* & Matth. 4. *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum*, & Matth. 9. *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam*; si ergo volueris conteri, gaudere facies totam cœlestem curiam. Luc. 15. *gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente*; si autem nolueris, contereris in inferno, iuxta illud Psalm. 3. *Contritio, & infœlicitas in viis eorum*, secundo debet esse lachrymabilis, id est cum contritione, id est cum voluntate amplius non peccandi, & cum dolore omnium præteritorum, aliàs confessio nihil valet: vnde iste est quintus casus, quem addunt Doctores, quod qui non accedit contritus, debet confessionem factam iterare, vt dicitur infra: vnde dicit Bonau. in 4. d. 17. ar. 2. q. 3. quod ad sacramentum pœnitentiæ non est necesse, quod accedēs habeat charitatem, vel dispositionem ad charitatem scilicet secundum veritatem, sed sufficit secundum probabilitatem: hæc autem dispositio est attritio, quæ frequenter per confessionem superadiunctam, & absolutionem formatur per gratiam, vt fiat contritio; sic ad ipsam, & multis ibi gratia conceditur, vnde dico quod sufficit, quod probabiliter se disponat ad gratiam pro omni peccatorum detestatione, quod si se non disponit, immo cum voluntate peccandi accedit, dico quod peccat mortaliter, quia sacramentum irritum fecit, inquantum in se est, & hoc non est sine contemptu, vnde tenetur ire ad sacerdotem, & petere absolutionem. Sed si diceretur ad quid proderit? dicunt Doctores, quod satisfacit ecclesiastico præcepto vnde nota, quod si quis vadit ad confessionem cum voluntate non abstinendi ab omnibus, vel ab aliquo, confessio non valet, immò tenetur confessionem iterare, vt dicit Alex. de Ales in 4. Not. dicit Guil. in glo Ray. §. 53. Item quæritur, quod si quis existens in proposito peccandi, id est qui non proponit abstinere à peccatis, confiteatur, & postmodum per veram pœnitentiam redeat, debet iterare confessionem cum hac dist. aut accedat ad confessorem suum, aut ad alium; si ad suum cui confessus fuit, & hoc dupliciter; quia aut recordatur sacerdos illorum peccatorum, quæ primo confessus fuit, & sic non expedit nisi vt confiteatur tuam, aut non recordatur sacerdos, & sic expedit iterare confessionem totam: si vero ad alium accedit, oportet, quod fiat confessio de nouo, de pœn. dist. 3. §. sunt plures, nunquam aliquem sanauit Dominus, quem omnino non liberauerit, totum enim hominem liberauit in Sabbatho, quia corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicās pœnitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima, & in corpore: scio enim Deum inimicum omni criminoso, quomodo ergo qui crimen reseruat, de alio recipit veniā? sine amore Dei consequeretur veniam, sine quo nemo vnquam inuenit gratiam: hostis enim Dei est, Deum offendit perseueranter, quędam enim impietas infidelitatis est dimidiam sperare veniam, non enim sine vera pœnitentia inuenit gratiam, sed modo ponatur casus ille, qui dicit nolle abstinere ab omnibus, vel ab aliquo peccato, vel dicit, se non pœnitere, in hoc facto, nunquam debet eum absoluere. Resp. Thom. in 4 de quolibet, quod sacerdos non absoluit aliquem, nisi quem dimitti credit absolutum Mag. in 4. dist. 17. nemo enim potest confiteri, nisi suscitatus, quia à mortuo velut ab eo, qui non est, oritur cōfessio, nullus ergo cōfitetur, nisi suscitatus, nemo vero resuscitatur, nisi qui à peccato absoluitur, quia peccatum mors animæ est, quæ vt est vita corporis, ita eius vita est Deus; sed si forte obijceres, quod debet absolui per text. decret. ext. de pœnitēt. & rem. quod quidam, vnde Alex. consultus ab Episcopo Beluacensi, quod si qui venirent ad confessionem, qui nollent abstinere à peccato, quid debet facere? Respondit, quod quidam ad confessionem de criminibus veniant, & quamuis confiteri vellent, se tamen asserunt abstinere non posse, id est nolle: consultationi tuę respondemus,

Psal. 38.

Ad gratiam probabiliter disponendus est confitendus.

Confessionis 12. conditio.

Confessio lacrymabilis.

Isa. 38.

Prou. 12.

Ioan. 8.

Apoc. 3.

Peccati dolor triplex.

Apoc. 3.

Matth. 4. & 9.

Iesus Christus hominum totum semper sanauit.

Digitized by Google

reſpondemus, quod eorum confeſſionem recipere debes,& eis de criminibus conſilium exhibere, quia non ſit vera huiuſmodi pœnitentia, admittenda tamen eſt eorum confeſſio, crebris, & ſalubribus monitis eſt pœnitentia indicenda: ſed nota tex. conſilium exhibere, non dixit abſoluere, quia eſſet animas decipere, & illaqueare? quia non eſſent abſolutæ, & hæc fuit intentio Papæ, quia virtute confeſſionis fit ſæpe homo de attrito contritus, & propter monita boni confeſſoris. Sed ſi diceres, quod intelligit debere fieri abſolutionem. Contra, aut illa abſolutio eſt vera, aut non; ſi ſic, ergo non facit abſoluendo, quod non facit Deus, ſcilicet de mortuo voluntario viuum: hoc eſt falſum, ergo non poteſt, quia ſicut in naturalibus propter defectum, quo ſubtrahitur principium irreparabile eſt propter ſe, vel propter hominem, vel per creaturam aliquam, ſicut de perfecto cæco. Sed ſi manet reparari poteſt, cum ergo peccatum mortale ſubtrahat principium ſalutis, quæ eſt gratia, ſiue Deus, non poteſt per ſe, vel per hominem purum, niſi ſuperna gratia aduenientę; ergo non poteſt homo per ſe, nec cum claue quod non poteſt Deus per ſe de potentia ordinaria, cum maior poteſtas non communicetur homini, quam ipſe habeat,

Deus nō ſaluat hominē niſi homo accepter gratiā

ſed ſic eſt, quod Deus non ſaluat hominem, niſi homo accepter gratiam, & hoc eſt quod dicit Auguſt. qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te: ergo non poteſt ab homine ſolui, ergo non Papa poteſt concedere, quia clauis Petri non eſt ſupra claues Chriſti, & Dei, vnde

Matth.16.

Mag. in 4. diſt. 18. & text. Hiero. ſupra Matth. 16. vbi dominus ait Petro: *tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram*, & c. hunc locum quidam non intelligentes, aliqui ſumunt de ſuperbia Phariſæorum, vt damnare innoxios, vel ſaluare ſe putent noxios cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur, ſed inſuper dicit, quod non eſt vera, ergo decipit homines, & peccatores; vnde Bon. in 4. diſt. 17. iuxta literam ſacerdos quantum, ad abſolutionem à pœna ſe habet per modum dimittentis; ſed attendendum quod efficacia ſacramenti pendet ex idoneitate ſuſcipientis, actus enim actiuorum ſunt patiente bene diſpoſito, quia ergo in talem, qui videtur contritus, habet clauis effectum, quantum eſt de ſe, ſed non habet hoc ex fictione illius, ita quod quamuis clauis non erret, cum ille errat, & decipit: ſi autem ille, qui ſoluit, & ligat ſecundum voluntatem, & non ſecundum ſcientiæ, vel iuris regulam procedat; ſic clauis non habet efficaciam, & contra tales, qui volebant ſoluere & ligare, loquitur Hiero. Vnde ſicut ſacramenta priuantur efficacia, aut quia non rectè adminiſtrantur, aut quia non rectè ſuſcipiuntur; ſic in clauibus oportet intelligi. Nota ergo quod ſacerdos habet ſe per modum deiurantis verè, & non falsè quantum eſt de ſe; & ſic falsè demonſtrarem, quod horrendum eſt dicere in ſacramentis, quia fides periret qua ratione hoc, & aliud: & ſic poſſumus dicere de baptiſmi ſacramento, quod falſum eſt, quia eccleſia vtitur veris ſignis, & non falſis, vnde Hiero. ſuper Matth. vbi ſupra in Leuitico, oſtendere ſe ſacerdotibus iubentur leproſi, quos illi non faciunt leproſos, vel mundos, ſed diſcernunt qui mundi, vel mundandi ſunt; ita & hoc apertè oſtenditur, quod non ſequitur Deus eccleſiæ iudicium, quæ per ſurreptionem, & ignorantiam interdum iudicat ſecundum veritatem, & in remittendis, & in retinendis culpis. De decimatertia conditione,

Confeſſionis 13. conditio.

ſcilicet accelerata, vt ſcilicet nō differat de die in diem, vnde Eccleſ. 5. *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te*, debet enim eſſe feſtina propter quinque; primo propter horæ mortis incertitudinem. Luc. 12. *Quod ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere ſeruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari, veniet dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora*

Luc.12.

qua neſcit, & diuidet eum, partémque eius cum infidelibus ponet, & in eodem capite exemplum de diuite illo, qui dicebat, *anima mea habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, & epulare, dixit autem illi Deus, ſtulte hac nocte repetent à te animam tuam; quæ autem parasti cuius erunt?* Ambroſius, non ſunt hominis bona, quæ ſecum ferre non poteſt, ſola miſericordia comes eſt defunctorum, ſecundo propter peccati relabationem. Apoc. vlt. *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc*, & Gregor. Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, ſuo pondere mox ad aliud trahit: tertio propter maiorem à Deo elongationem, & difficiliorem conuerſionem. Pſalm. 72. *Domine qui elongant ſe à te, peribunt*: quarto propter finalem periculoſam conuerſionem, quia rara eſt, & de hoc require in ſermone de morte peccatoris: quinto propter iuſtitiæ ſeueritatem. Eccl. 5. *de propitiato peccatore noli eſſe ſine metu: non adiicias peccatum ſuper peccatum, & ne dicas, miſericordia Dei magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur, miſericordia enim & ira ab illo cito proximat, & in peccatores reſpicit ira illius*, & Iud. 8. *Qui eſtis vos, qui tentatis dominum? poſuiſtis vos tempus miſerationis domini, & in arbitrio veſtro diem conſtituiſtis ei.* De decimaquarta conditione, ſcilicet fortis, vt nihil propter verecundiam dimittat, exemplum de Maria, quæ adeo fortis fuit in confitendo propter amaram interius compunctionem, quod nullo pudore obſtante publicè confeſſa eſt turpitudinem peccatorum, vnde Gregor. in Homil ſuper Lucam: ſeptem dæmonia Maria habuit, quæ vniuerſis vitiis plena fuit: ſed ecce quia turpitudinis ſuæ maculas reſpexit, lauanda ad fontem miſericordiæ cucurrit, conuiuantes non erubuit, nam quia ſemel ipſa grauiter erubeſcebat interius; nihil eſſe credidit quod verecundaretur foris, vnde Bernard. ſuper Cant. homil. 43. Si veritatis amore affectus eſſes, velles proculdubio, quæ in te eſt, eandem de te omnes tenere ſententiam, quam ipſam apud te habere cognoſcis veritatem: aliquando priuato amore contenta detines intrare iudicium veritatis, cui dubium eſt minus te veritatem diligere, cui proponis proprium commodum & honorem. De decimaquarta conditione, ſcilicet accuſans in 4. ſent. di. 17. cap. vlt. Ideo enim peccatum ſuum, quis celat, vt putetur foris qualem ſe iam domini conſpectui exhibuit, quia ex fonte ſuperbiæ naſcitur ſpecies, ſpecies enim ſuperbiæ eſt ſe velle iuſtum videri, qui peccator eſt, atque hypocrita cōuincitur, qui ad inſtar primorū parentum, vel tergiuerſatione verborum peccata ſua leuigare contendit, vel ſicut Cain peccatum ſuum retinendo ſupprimere quærit, quando dixit, *nunquid cuſtos fratris mei ſum?* Aug. tu factus es peccati tui defenſor, quia erit dominus liberator; vt ſit ipſe liberator, tu eſto accuſator. De decimaſexta conditione ſcilicet præparata, re-

Miſericordia ſola comes defunctorum. Apoc.22.

Eccl.5.

Iud.8.

Gen.40.

16. Conditio Confeſſio præparata.

quire ſupra in alio tractatu. Sed ſi quis dicit ſe pœnitere, & non tamen vult onus pœnitentiæ ſubire. Reſpon. Raym §. ſi Item quid? ſi aliquis, & Hoſt. verbo quid, ergo debet ſacerdos pœnitentem primo inducere ſicut poteſt, vt animum habeat paratum ad implendum pœnitentiam, quam iniungit, oſtendendo ei magnitudinem peccatorum, quor, & quanta bona animi propter illa peccata confeſſa recuperabit per pœnitentiā, oſtendat etiam quantas pœnas ſuſtinuit Adam cum poſteritate, pro vno peccato, quia, ſcilicet ſolùm guſtauit de pomo ligni vetiti; conſideret ergo quanta pœna debetur tot ſceleribus, ſi autem non poteſt eum frangere, imponat ei talem pœnitentiam cum voluntate ſua, quam veriſimiliter poteſt portare, ne deterius ei contingat, poſt modum negligendo ad hoc autem præcisè laboret, vt peccatorum cauſas, & radices peccatorū remoueat, & omnem occaſionem peccandi tollat, ſequitur in Raym. potius imponat vnum pater noſter, vel quod ſemel in ſeptimana vadat ad eccleſiam, vel aliud leuius Inſuper alia bona, quæ fecerit, ei iniungat in pœnitētia;

Digitized by Google

& mala, quæ patiens tolerabit, ostendat tamen ei, quod id quod minus facient, hoc supplebit in purgatorio, & sic ipsum admittat; dum tamen pœniteat de peccatis, vel dicat se pœnitere, vel habere propositum de cætero abstinendi. Concordat per omnia quasi noc. in glossa super c. omnis. Vnde Host. Multa nos inuitant, primum est exemplum, Domini qui nunquam legitur grauem pœnitentiam imposuisse. Ioan. 8. *Vade, noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat,* & Luc. 5. *Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumperet vinum nouum vtres.* glossa appellat vinum nouum laboriosam, & duram pœnitentiam; vtres autem veteres appellat peccatores in peccatis inueteratos. Not. de adultera. Ioan. 8. *Quis te condemnauit mulier? Nemo Domine? nec ego te condemnabo.* Io. Chrys. super Matt. c. 23. Transumptiue vero 26. q. vlt. allegant enim onera grauia, & impossibilia, &c. tales enim sunt sacerdotes etiam nunc, qui nunc omnem iustitiam mandant populo, & ipsi nec modicam seruant, videlicet non vt faciendo sic, sed vt dicendo appareant iusti, tales sunt, qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt qui dicunt, & non faciunt, & sic dum pœna præsentis pœnitentiæ suggeritur, contemnitur futura pœna, sicut enim si fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare posueris, necesse habet, aut fascem reiiciat, aut sub pondere confundatur: sic & homo, cui graue pondus pœnitentiæ imponis, aut pœnitentiam reiiciet, aut suscipiens, dum ferre non potest, scandalizatus amplius peccat: deinde, & si erramus modicam pœnitentiam imponentes, non-ne melius est propter rationem reddere, quam propter crudelitatem: vbi enim paterfamilias largus est dispensator, non debet etiam esse tenax. Si Deus benignus, vt quid sacerdos eius austerus vis apparere? & addit hoc glossa verbo d. Consulo, quod ad euitandam inobedientiam, & transgressionem talibus pauca satisfactio iniungatur sub præcepto, & quod concedat ei per ieiunium sibi iniunctum aut orationes, & quæcunque alia sibi iniuncta redimere possit, cum velit, vltra hoc si non fecit pœnitentiam, nec volet facere, tenetur de nouo confiteri. Require supra.

Dominus laxauit pœnitentiæ imposuit semper. Ioan. 8. Luc. 5.

TRACTATVS DE SPECVLO PECCATORUM de contemptu mundi.

VIDETE quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes: sed vt sapientes; redimentes tempus, quoniam dies mali sunt: propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei. Ad Ephes. 5. cap. Apostolus Paulus, conscius consiliorum Dei, sciens quod infinitæ sunt deliciæ cœlestis patriæ, quas oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ nec multitudine, nec magnitudine in cor hominis ascenderunt. Ad quas frequenter inuitamur ex Euangelio, & alibi ex scripturis sanctis. Sciénsque, quod maligni spiritus ad impediendum nos in hac via stricta, & ardua, quæ ducit ad æternam vitam, sunt tanto solicitiores, quanto deliciæ ad quas vocamur sunt nobiliores, & iucundiores: hortatur verbis prætactis: vt vndique circumspecti caute prospiciamus iter nostrum dicens: *Videte quomodo caute*, &c. ne scilicet à via regia, quæ ad cœlestia ducit gaudia deuiantes in manus hostium incidamus. Benè enim subiungit, *redimentes tempus*, &c. Si enim debitè, & benè, vt oportet flebilem, & miserabilem, ac damnabilem cursum, seu statum mundi, seu temporis præsentis consideremus; tunc profecto scimus: quoniam dies mali sunt: nam occultata fide cernimus, quod totus mundus iam errat. Et secundum sanctum Ioannem in canonica sua: *In maligno positus est*, & hoc proh dolor cum dolore dicendum est: tam in capitibus, quàm in membris, tam in clero, quàm in secularibus: tam in senibus, quàm in iuuenibus, tam in masculino quam in fœminino genere, & sic heu corrupta est via vniuersæ carnis. Quod bene tangit Sanctus Bernardus, dicens: Non est nisi amor turpis in hoc sæculo, nec fides secura: quia omnia quæ sunt contaminauit superbia, aut auaritia, aut luxuria, & sic de aliis. Et subdit Bernardus: Recessit enim lex à sacerdotibus, iustitia à principibus, consilium à senioribus, religio à clericis, amor à parentibus, obedientia à filiis, fides à populo, reuerentia à subditis, castitas à virginibus, pudicitia à coniugatis, & sic de aliis. Et quid est, quod non venit antichristus: iam enim communiter ab omnibus Christus ignoratur, à peregrinantibus quasi peregrinus habetur. Hæc, Bernardus: Conueniens igitur est, vt sanam Doctrinam Doctoris gentium prætermissam deuotè attendentes, cautè, & sapienter firmemus gressus nostros in hac lacrymarum valle, & apertis oculis saltem interioris hominis stratam regiam, quæ ad cœlestem ducit patriam, à qua peregrinando exulamus reuertentes perseueranter ambulemus; nec retrospicientes, nec declinando ab ea aberremus, & sic in profundum æternæ damnationis incidamus. Ad quod hortatur nos Dominus per Propheram Isaiam, dicens: *hæc est via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinantes:* huius igitur veræ viæ aliquod directiuum hîc in sequentibus diligenter, & deuotè attendendum est, per quod Christi fideles (omni deuio excluso) per viam regiam, quæ ad cœlestem ducit patriam dirigantur, quæ quidem via cum sit stricta, pauci eam inueniunt, & heu pauciores per eam transeunt, seu intrabunt: quod innuit nobis Saluator dicens, Matth. 7. cap. *Intrate per angustam portam, quoniam arcta est via, qua ducit ad cœlum, & pauci per eam transeunt: sed lata est porta, & spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem inferni:* vbi perditio notatur gratiæ, & gloriæ, & heu multi intrant per eam. Circa quæ verba dicit glossa interlinearis, quamuis charitas sit lata, tamen per angusta, & ardua abducit hominem à terra. Ibidem dicit Augustinus: quæritur à pluribus; sed non ab omnibus inuenitur: nec omnes qui eam inueniunt per eam ingrediuntur: quia capti sæculo retrocedunt, etiam pauci eam inueniunt, & heu pauciores eam intrare contendunt: nemo enim intrat sine labore, & sine animæ puritate: multum enim angustum, & difficile videtur homini omnia prætermittere, & vnum solum diligere, vnum solum quærere, & ad vnum quotidie pulsare: prospera mundi non ambire, aduersa mundi non timere, & sic de aliis: & hæc omnia in glossa vbi supra. Quod heu amatores huius mundi non attendunt: sed sæculo conglutinati ab eo recedere non valentes, quasi insaniendo errant: quod bene declarat Beatus Hieronymus, dicens: Ridere, & gaudere cum hoc sæculo non est hominis sensati, sed frenetici: quia mundum cor non cum hoc sæculo: sed cum Deo lætum est, & iucundum: quia breuis, fragilis, & caduca est humana lætitia. Item Bernardus, non est verior insania, quam sæculi lætitia. Item Augustin. Gaudium mundanorum gaudium est freneticorum. Item idem, Sæculi lætitia est impunita nequitia, scilicet luxuriari, in spectaculis vagari, ebriositate ingurgitari, turpitudine fœtere, & nihil mali propter Deum pati: qui enim Deum diligit, hæc omnia fugit. Ratio autē quare multi intrant ad perditionem æternæ damnationis per latam portam, & spatiosam viam, hæc est prout scribitur, Eccles. 1. c. *peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus,* qui heu magis respiciunt vitam præsentem, quam terminum sequentem. Quibus loquitur Ioan. Chrys. dicens: Non aspicias, quod aspera est via: sed

Ephes. 4.

Paradisi infinita sunt delicia.

Dæmon maxime solicitus ad obstruendam viã paradisi

1. Ioan 19.

Viget amor turpis.

Via regia, qua ducit ad cœlum stricta est.

Matth. 7.

Mũdani difficile euelluntur à mũdo.

Sæculi lætitia vera insania.

Cur plurimi viam perditionis latam quærunt. Eccles. 1.

Digitized by Google

Non via ardua attendēda sed terminus quo ducit.

sed attende quo ducit; nec consideres, quod arcta est via; sed vbi desinit. Ex quibus elicitur vnum, quod est, in sæculo iam currunt multi, quorum pauci erunt de numero saluandorum: quod innuit Saluator ex graui sententia, quam protulit Matt. 20. c. dicens: *Multi sunt vocati, pauci vero electi:* quod quidem bene figuratum legimus in filiis Israël, qui in tanta multitudine erant, quod sexcenta millia ducenta ex Ægypto per mare rubrum in desertum per Moysem educti fuerunt, quibus omnibus promissa fuit terra promissionis, per quā figuratur regnum cœlorum, per populum vero Israeliticum populus designatur Christianus, qui nunc vere est populus Dei, historia patet per discursum libri Exodi: Ecce tota illa multitudo populi Israëlitici, quibus vt præfertur promissa fuit omnibus terra promissionis (peccatis tamen eorum exigentibus) in deserto mortui sunt præter duos, videlicet Iosue, & Oleph: ergo nimis est timendum, quod sicut habet se figura: ita & figuratum inter bonos, & malos hoc distat: quia mali volunt facere festum ante vigiliam, volentes in hoc sæculo gaudere temporaliter, & ideo in futuro sæculo facient vigiliam pro festo, quod hic habuerunt, vbi æternaliter lugebunt. Quod bene innuit B. Gregor. in Hom. 11. super illo verbo, quod scribitur Matth. 13. *Ibi erit fletus; & stridor dentium*, sic inquiens, præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta: ideo hic fratres vanam lætitiam fugite, sed illic flere & lugere formidetis. Nemo potest hic gaudere cum hoc sæculo, & illic regnare cum Deo. Hæc B. Greg. aliqui etiam sunt, qui vellent venire de festo ad festum: hoc est de gaudio vitę præsētis, ad gaudia fœlicitatis æternæ, quibus loquitur B. Hieron, dicens. Difficile nimium est immo impossibile, vt quis præsentibus fruatur bonis, & æternis deliciis, vt de deliciis ad delicias tranleat: vt hic ventrem, & illic mentem impleat: vt in vtroque sæculo sit primus, & in vtroque appareat glorioſus, vnde dicit S. Cicilia, sic impossibile est, vt sæculare gloriam habentes in deliciis, ac voluptatibus mundi viuentes, cœlestem faciant fructum. Saluator ergo talibus pro temporali consolatione comminatur æternum supplicium dicens Lucæ 16. *Va vobis qui hic habetis consolationem vestram.* Hinc dicit Beatus Bernard. Austeritas conuersionis Sancti Ioannis Baptistæ, peccatoribus deliciosis, durus æternæ mortis est nuncius. Quid enim nos tantilli, & irrationales ferè reptilia terræ insanimus: cum ille quo inter natos mulierum nemo maior surrexit: innocentissimum corpus suum sic afflixit, & nos pretiosis vestibus festinamus indui, & splendidè, lautè, ac delicate epulari. Non sic impij, non sic itur ad astra, quia dicit B. Augustin. Bona terrena Christus contempsit: vt omnia terrena contemnenda monstraret: & mala mundi sustinuit, vt sustinere mala doceret: vt neque in illis quæreretur fœlicitas, neque in istis timeretur aduersitas. Hinc ausculta Sanctum Bernardum sic dicentem. O homo! quam amabilis est anima tua, & quam grauia fuerunt eius vulnera, pro quibus necesse fuit Christum vulnerari. Si non fuissent ad mortem hæc sempiternam, nunquam pro remedio filius moreretur: noli ergo vilipendere animæ tuæ passionem, cui in tanta maiestate tantam vides exhiberi compassionem. Noli apprehendere quid caro velit; sed quod spiritus poscit. Si vero dicis, durus est hic sermo, non possum eum audire: non enim possum meipsum spernere, & propriam carnem odio habere: dic mihi vbi sunt amatores huius mundi, qui ante pauca tempora vobiscum erant? nihil ex eis remansit nisi cineres, & vermes. Attende quid sunt, vel quid fuerunt homines, sicut tu comederunt, & biberunt, & riserunt, & duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderunt: hic caro eorum vermibus, illic anima eorum ignibus deputatur. Quid profuit illis inanis gloria, breuis lætitia mundi, potentia, carnis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, & mala concupiscentia: vbi risus, vbi iocus, vbi iactantia, vbi arrogantia: de tanta lætitia ceciderunt in magnam tristitiam, & in magna tormenta: quicquid illis accidit tibi accidere potest: quia homo es, & ipse homo de humo, limus de limo: de terra es, & in terram reuerteris; quando veniet dies vltima nescis: quæ tamen subito veniet: & forsan hodie, vel cras erit, Certum enim est, quod morieris: incertum autem quando, aut quomodo, aut vbi: & quoniam mors vbique te expectat: tu quoque si sapiens fueris, vbique eam expectabis. Hæc enim sunt verba Beati Bernardi. Hinc B. Greg. dicit: Nihil certius morte: & nihil incertius hora mortis. Ex quo igitur scis te breuiter moriturum: tene te semper in omnibus mouentibus humiliter, patienter, & prudenter, vt moriturum, & dic, hæc non mouerunt Christum moriturum, nec te mouere debent, siue prospera, siue aduersa: sit tibi quælibet dies, tanquam extrema. Vnde Ecclesiast. c. 7. dicitur: *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: & in æternum non peccabis.* Item Hieronymus inquit: Facilè contemnit omnia: qui se semper cogitat moriturum. Et hæc de memoria mortis sufficiant. Modo redeundo ad propositum considerandum est, quod boni faciunt hic vigiliam in luctu pœnitentiæ: & ideo peruenient ad festum iucunditatis æternæ. Et quamuis pœnitentia sanctorum virorum multam videatur habere asperitatem, debet tamen leuigari, considerando tātæ gloriæ immensitatem: ergo pœnitentiam agat, qui æterno vult gaudere bono. Ad quod hortatur nos Saluator, Matth. 3. dicens: *Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum Dei.* De qua pœnitentia dicit August. O felix pœnitentia, & conuersio matutina, quia secura, qui autem tardè se ad pœnitentiam conuertit, dubius, & incertus erit, vtrum verè, an fictè pœniteat. Vnde Greg. in homil. 12. Qui pœnitenti veniam spopōdit, peccati diem castinum non promisit; vera nanque pœnitentia animam à seruitute diaboli liberat, ipsam sanctificat, Spiritus sancti donis, & virtutibus exornat, sub protectione Dei collocat, in paradisum coronādam repræsentat, & pro ipsa allegat, quod heu minime aduertunt mundi huius amatores, & auari, luxurioſi, superbi, guloſi, voluptuoſi, inanis gloriæ cupidi, iracundi, amatores propriæ voluntatis, contemptores diuinæ voluntatis, eligentes facere breue festum in hoc mundo, & longam vigiliam in inferno, Sic enim dicit B. Greg. Momentaneum est quod delectat, æternum vero quod cruciat: heu, heu, quam multi sunt apud nos, apud quos ista prædicta parū proficiunt; loquor mundi amatoribus, auertunt faciem suam ne videant in finem: oculos enim habent, sed non vident; aures habent, sed non audiunt, dum se viuere arbitrantur, & quia mortem eis dispositam non metuunt; ideo miseri damna ipsorum præuidere contemnunt, insipientibus similes censendi sunt, qui impiè vsque ad mortem vixerunt, & quæ digna sunt morte egerunt; nec tamen mortem timenti vicinam: cæci sunt & iumentis insipientibus similes, nouissima sua, & quæ post mortē ventura sunt, non præuidentes. Vnde Aug. Multi æternaliter damnantur & finaliter in peccatis detinentur, qui se ad vocem Domini non corrigunt, dicentes cras, cras: eo quod cras subito ostium clauditur, & remanet peccator foris ante arcā cœlestis patriæ cū voce coruina: quia pro peccatis gemere noluit tēpore, quo debuit cū voce colūbina. Hæc, Aug. Vnde dicit de homine moriēte: ô cras, cras, quā longā restim feci sti & in barathrū mortis procrastinādo me traxisti, & decepisti me: nonne hęc miseria superat omnem miseriam huius mūdi, nōne super his merito affligetur cor meū, & satiabitur anima mea? heu omnes dies sine bonorū operū fructu trāsierunt, quos in laudē Dei, & animæ meæ salutē expēdere debuisse. Et subdit triginta anni ætatis meæ elapsi sunt, & perditi, & miserabiliter perierunt; transierunt tam negligenter, quod nescio si vnquā diem aliquem ex omnibus his expendi ad animæ

Matth. 13. Gaudiū præsens sequitur perpetuū lamentum.

Luc. 16.

Pœnitentia sancti Baptistæ nos cōdemnat.

Terrena cōtēnenda.

Mundanorū contemptus.

Tēpus mortis incertum.

Sit tibi quælibet dies tāquā extrema.

Eccles. 7.

Mortis meditatio in quo necessaria.

Matth. 3.

Pœnitentia nō differēda.

Momentaneū quod delectat, æternū quod cruciat.

Amatores decipiuntur

Qui differt pœnitentiam maximo se obiicit periculo.

Accusemus nos cū vitæ emēdatione.

Digitized by Google

meæ ſalutē, ſicut fortè debuiſſem, vel ſi vnquā beneplacitū famulatū conditori meo exhibui, ſicut ſtatus meus requirebat; heu me, proh dolor, hoc eſt vnde vulnerātur omnia interiora mea. Itē ſubdit, ô Deus æterne, quā verecundè corā te, & omnibus ſanctis ad iudiciū ſtat o: cū reddere rationem de commiſſis, & obmiſſis cogar, & quid tunc dicam, cum in proximo eſt tribulatio mea, vt de hoc mundo tranſeam? attendite quæſo diligenter mundani, euigilate: magis gaudere deberem de oratiuncula, vt puta de Dominica, vel Angelica deuotè per me dicta, quam ſuper millia auri, & argenti: Et ſubdit vlterius exclamando; ô mi Deus, quanta bona neglexi, quæ facere potuiſſem: ô quam male mihi accidit, quod hoc non præuidi, quando præuidere potui: ô quot horas nunquam redituras perdidi: ô quam modica facta vtilia, & negocia exteriora inutilia tractans; tam multa, & pretioſa bona meritoria mihi neceſſaria neglexi: negotiis non neceſſariis me implicaui, ô vere non cognoui, quod ad magnitudinem præmiorum cœleſtium, plus mihi contuliſſet receſſus à vanitatibus ſæculi: & ſollicita cordis mei, ac ſenſuū meorum cū puritate, ac pietate cuſtodia, quam his neglectis per affectum inordinatum omnis mundi lætitia: heu quanta bona in tanto tempore ſano corpore potuiſſem feciſſe: quod hunc optarem pro omnibus deliciis, diuitiis, & honoribus; & heu nō feci? O quā diuitias ſpirituales, cōgregaſſe potuiſſem, & neglexi? ô Deus meus, quā parua opera ſatisfactoria mihi grata, & accepta eſſent cupienti ſaturari de micis, quæ cadūt de menſa dominorū ſanctorum, & nemo mihi dat: ô vos omnes, qui trāſitis per viam, attendite, & videte dolorem meum: cōpatiamini mihi, & miſeremini mei, & quandiu vires ſuppetunt, & tempus iuuat, bonum agentes: congregate in horrea cœleſtia cœleſtes theſauros: vt cum defeceritis, ſuſcipiāt vos in æterna tabernacula: & nō relinquamini foras in tali hora ſuper vos ventura; ſed proh dolor multi, nec iſta attendunt mortē non præuidentes: ſicut omnes mundi amatores. Quibus loquitur Sanctus Ioannes in canoniça ſua dicens: *Nolite diligere mundum: neque ea quæ in mundo ſunt.* Et ſubdit: *Si quis diligit mundum non eſt charitas patris in eo:* ſubiungit rationem quare: *quia omne quod eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ: quæ non eſt ex Deo patre, ſed de mūdo; ſed mūdus tranſit, & cōcupiſcentia eius, qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.* Item Iacobus ait: *Qui amicus eſt huius mundi, inimicus Dei conſtituitur,* O vtinā ipſius mundi amatores ad minus attenderent ſeueritatem diuinæ iuſtitiæ, quæ in diſtricto iudicio vniuſcuiuſque merita iudicabit, & puniet ſine omni miſericordia, non decipitur humana aſtutia, nec flectitur ſupplicamine lachrymoſa: diſtrictū. n. iudiciū Dei nihil patietur tranſire inultum. De quo quidem diſtricto iudicio dicit Anſel. O quam anguſtæ, vndique reproborum viæ: ſuperius erit iudex iratus, inferius horrendum chaos inferni, à dextris quidē peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita dæmonia ad ſupplicii trahentia, interius conſcientia vrēs, exterius mundus ardens: peccator ſic deprehenſus, quo fugiet? latēre erit impoſſibile, apparere vero intolerabile. Vnde Ioan. Chryſ. Nec reſiſtendi virtus erit nec fugiendi facultas nec pœnitentiæ locus, nec ſatisfactionis tempus, ex anguſtia omnium rerum nihil erit niſi luctus. Et ſubdit, nec filij pro parentibus, nec parentes pro filiis intercedent, nec Angeli pro hominibus facient verbum, ſicut ſolent: quia natura iudicij non accipit miſericordiam, &c. Si B. Virgo, & omnes Sancti rogarent pro vno peccatore defuncto in peccato mortali, non exaudirentur: ergo fratres chariſſimi hoc diſtricti iudicij examen omni tempore & hora ante mentis oculos ponite: pœnitentiam agentes, omnes volentes ſaluari bona opera cumulent, per quæ Deus reddatur eis propitius. Quia dicit Bern. Si Deus non eſt tecum per gratiam, adeſt tibi per vindictam: Sed væ tibi, ſi ita tibi adeſt. Illi namque iraſcitur Deus, quem peccatorem non flagellat: nam quem flagellando in præſenti non emendat, in futuro æternaliter condemnat. Iuſtitia enim Dei aliud iudicare non poteſt, niſi quod meretur opera, qui. n. diligit mūdū plus quā Deū, ſæculū quā clauſtrū, gulā quā abſtinentiā, luxuriā quam caſtitatem, nō eſt de numero ſaluandorum. O ſi nunc cuncti, & ſpecialiter mundi amatores attenderent, & in animo omni tempore reuoluerent, & memorarentur eandē acerbitatem, & æternitatem pœnarū infernalium, nulli dubium quin multi, & infiniti à peccato ceſſarent mundum fallacem, & doloſum relinquētes, non ſic irent poſt concupiſcentias ſuas. Qui heu Dei præcepta minime aduertunt: immo paruipendentes pro nihilo reputant, cum tamen ſine obſeruatione mandatorum Dei, nullus ſaluari poſſit, Sicut teſtatur Saluator, Matth. 19. dicens: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata Dei.* Item in Exod. 20. cap. *Ego ſum Deus fortis & æmulator: reddens iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me,* ſcilicet mandata mea non cuſtodiendo, & peccando: *& faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt mandata mea cuſtodiendo.* Hinc Pſalm. imprecatur talibus maledictionem, dicens: *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis.* Auſcultent mundi amatores ſententiā Athanaſij in ſymbolo ſuo, quod oportet nos omnes de omnibus operibus noſtris in die iudicij reddere rationem. Et qui tunc bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala in ignem æternum. Vnde Apoſtolus ait. 2. Corinth. 5. c. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſquiſque, prout geſſit in corpore ſiue bonum, ſiue malum* fuerit ſine omni exceptione, ſine omni excuſatione: tunc cum miſeris damnandis, qui pœnitere neglexerunt exprobrando dicetur: ſunt ij, qui ab initio à diebus antiquis huic mundo toto ſeruierunt deſiderio, qui voluptuosè viuentes variis ſe deſideriis ſubdiderunt? Eya, quid nunc proſunt eis bona terrena, quæ tanquam vmbra velociter tranſierunt, quam breuis delectatio tam longam reſtem poſt ſe trahere æternæ miſeriæ: ô ſtulti, & vecordes, quid iuuant vos nunc dulcia vniuerſa, quibus tam celeriter perfuncti eſtis: ſi quidem nunc è conuerſo plangere vobis æternaliter conuenit, & plāgendo exclamare, & dicere væ, væ, væ nobis iam nunc, & in æternum, væ quod vnquam nati ſumus, quod amplius mori non valemus, væ quia in æternum torquebimur, nec à tormentis vnquam liberabimur: ô quis eſt qui talia recogitet ſupplicia, & hæc ad cor ponat tormenta hæc enim talia ſunt, vt quicquid horribile mundo excogitari poſſit, his comparari in crudelitate non poteſt! ô quam felix incoinquinatus, qui poſt gaudia huius mundi non abiit, qui non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas: errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis, quid nobis profuit ſuperbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis, trāſierunt omnia iſta, tanquam vmbra tranſit, quod temporale fuit: ſed proh dolor remanet, quod in æternum manet: ô æternum nunquam finem habiturum in Deū ô finis ſine fine, ô mors grauior omni morte, ſemper mori & tamē mori nō poſſe: ô lacrymæ inceſſanter profluite, oculi plorate, & omnia viſcera mea vlulate ſuper hac infœlice ſeparatione, quæ eſt à ſūmo bono, & à facie illa glorioſa & iucūda, & à conſortio illo angelico, necnō illo fœliciſſimo numero electorū: & expectatione apponēdi, ad illā miſerā, ac crudelē, & maledictā dānatorū turbā, ſine fine cruciandā, ô cordiū omniū intimi gemitus, ô ſtridor dentiū, & fremitus ſpirituū imōſus, ô ploratus, & vlulatus multus, ô clamor, & ſonus æternaliter permanſurus, qui ſemper durabit, & finem nunquam habebit, qui ſemper renouabitur, & nūquam terminabitur: oculi noſtri miſeri, nunquam

aliud

Tēpus male cōſumptum deflendum.

Grauiter dolēdū de bonorū operū omiſſione.

Ioan. 2.

Iacob. 4.

Diſtrictū Dei iudicium Nihil impunitum.

In peccato moriens extra ſalutem.

Deus adeſt damnatis per pœnitionem.

Exod. 20.

Pſal. 118.

1. Cor. 5.

Vnuſquiſque referet ſecūdū opera ſua.

Tormēta inferni qualia ſunt excogitari nō poteſt.

Intolerabile à præſentia Dei ſeparari.

Digitized by Google

aliud videbunt, quam miseriam; ô aures nostræ miseræ nihil aliud, nisi væ, væ, atque tristitiam gemitus, ac stridores dentium audietis, ô pia corda illud interminabile, crudele, æternum, & intolerabile damnationis supplicium respicite, & hæc in tempore gratiæ lugete pœnitentiam agentes, peccata deplangite, heu, heu, cur non hîc nos miseri, immo omnibus creaturis miserabiliores, maxima futura mala præuidimus, ac præuenimus cum robur affuit, cum tempus aderat opportunum: vtinam tempore illo inutiliter expenso super hoc nobis vna horula, in remedium tantæ pœnæ fuisset cõcessa: sed heu (sententiante diuina iustitia) præclusa est nobis salutis via, negata misericordia, spes omnis ablata. Quid plura? nos miseri, & omnium creaturarum miserabiliores in tantum affligimur, & dolemus de illo væ æterno, vt qualiscunque terminus excogitatus, dũmodo finiẽdus foret, esset nobis consolatorius super omnia solatia, & gaudia mundana: quoniam posito per impossibile, quod esset aliquis lapis molaris, adeo magnus quod vbique circumferentiam cœli cõtingeret, & quod, aliqua auicula minimæ quantitatis, post centum millia annorũ veniens de lapide prædicto solũmodo, tantũ per rostrum suum euelleret, quantũ est decima pars milij, & iterum post centum millia annorum, sicut prius auicula vnam particulam de decem auferret, & sic per singulas partes, ita quod in decies centenis millibus annis non plus diminueretur quantitas lapidis, nisi quãtũ habet in magnitudine granum milij: en proh dolor, nos miseri multũ gratulari & consolari essemus, quod post longam, & plenam consummationem totius lapidis finem haberet sententia nostræ dãnationis æternæ: sed heu, hæc eadem consolatio nobis miseris à diuina iustitia est abnegata, qui habet aures audiendi audiat, & ad cor ponat hæc horribilia vitam emendando, hîc in tempore gratiæ pœniteat: quia taliter flagellabuntur in æternis cruciatibus, qui hîc in tempore gratiæ à flagellis filiorum excipiuntur. Vnde dicit Beatus Gregor. prosper successus temporalium æternæ damnationis certissimum est signum. Quid ergo faciendum est vt infernum euitemus? Dico quod Deus, qui secundum Apostolum *vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem sui nominis peruenire*, duo nobis verba in Euangelio proposuit: quorum vnum dixit manens in carne, alterum dicturus est in extremo iudicio: in quibus verbis proponit nobis bonum & malum, vitam & mortem, benedictionem & maledictionem: elige ergo quod volueris, vnum ex his duobus oportet te eligere: primum scribitur Matth. 3. *pœnitentiam agite*, & talis pœnitẽtia vera dicta potest dici vita religiosa, virtuosè deducta: secundum dicetur in districto iudicio in nouissimo die, & scribitur Matt. 25. *ite maledicti in ignẽ æternum*, si ergo primum accipias pœnitentiam agens, securè euades secundum: si autem primum contemnis, absque dubio incides in secũdum. De istis verbis simul iunctis, dicit Berna. respondent nobis mundi amatores cum pœnitentiam persuademus, & dicunt, sicut indurati, & excæcati dixerunt: durus est hic sermo, quis potest eum audire? eratis insani, durum ne vobis videatur cũ dicitur pœnitentiam agite, &c. audituri eritis duriorem s. *ite maledicti in ignẽ æternũ*, vbi cruciatum æternaliter sustinebitis duriorem, quod Deus auertat: pœnitentiam inspirando, & quod si hæc omnia horribilia & terribilia prædicta seruos diaboli, & mundi amatores ad cõuersionem vitæ suæ, & ad pœnitentiam agendam non inducunt, nihil supereſt, nisi vt attendant immensitatem gaudiorum cœlestium. De quibus dicit Psal. 83. *quod melior est ibi dies vna, quam mille dies in hac vita*. Vnde dicit alibi: *quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præteriit*. scilicet lætè deducta in hac vita. De quibus gaudiis dicit Gregor. ibi pax est sine discordia, voluntas sine mandato, iustitia sine iniuria, iuuentus sine senectute, decor sine deformitate, vita sine morte, lætitia sine perturbatione, carmina non desunt, præmia non deficiunt, amicitiis non egebitur, regnum non amittitur, ibi nihil deerit quod libuerit, nihil desiderabitur quod non affuerit. Item Augustin. de eisdem gaudiis cœlestibus, inquit: O pulchra ciuitas: Christus animæ cibus erit ne esuriat, potus ne sitiat, vita ne illam senectus dissoluat, nullus intrinsecus morbus, nullus extrinsecus metus, in carne sanitas, in animo tranquillitas, in anima iucunditas. Concordat Bern. Lætantur omnes ideo: quia desiderabilis aspectu, facie decorus, dulcis ad perficiendum, per se placet, per se sufficit ad præmium, nihil extra ipsum quæritur, quod in ipso non inuenitur: quia omne in ipso est quod desideratur. Aug. Ipse finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Et vt multa paucis concludam, audi adhuc Bernardum dicentem sic, ibi vera lætitia plena scientia, ibi omnis plenitudo scientiæ, omnis pulchritudo, & beatitudo, ibi est pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honestas, gaudium, lætitia, dulcedo, vita, salus, gloria, requies, amor: & quicquid bonum excogitari potest, ibi reperitur: si igitur ista gaudia possidere cupiunt, ipsi mundi amatores, audiant Dominum dicentem; *fugite de Babylone, & saluabit vnusquisque animam suam*. Babylon, secundum Hieronymum interpretatur domus confusionis, & directe signat istum mundum: vbi iam heu vbique terrarum confusio regnat, sicut videmus patenter in verecundo vestitu, & in aliis infinitis abusionibus: quæ experientia magis docet quam scribi, vel dici potest: ergo fuga de hoc seculo, validius est remedium contra vitia, & peccata. Ad quam fugam hortatur nos Dominus in verbo prælegato, vbi dicit: *Fugite de Babylone*, &c. Quod quidem verbũ exequitur Bernardus, dicens: Fugite de Babylone: hoc est de sæculo nequã, vbi castitas periclitatur in deliciis, humilitas in diuitiis, veritas in multiloquio, & sic de aliis. Quo ergo fugiendum? puto ad vitã religiosam, quæ tutior est vita, siue via ad arctam viam, quæ ad patriam ducit cœlestem. Potest tamen largius loquendo per Babylonem, intelligi status peccaminosus, qui est adeo confusus, quod animam ad imaginem Dei creatam deturpat, vt nullũ imaginis Dei vestigiũ in ea reluceat: & nisi Dominus in nouissimo die eandem imaginem in ea inuenerit, æternaliter condemnabit: vnde dicit: *Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris*, id est diabolo, qui est omnium mundi amatorum Dominus: vnde Dominus per se in Euãgelio appellat ipsum principem mundi: vt patet in multis locis Euangeliorum, &c. Item potest adhuc largius intelligi: *Fugite de Babylone*, id est de hoc mundo peccaminoso: non per corporis alienationem, sed mentis, sicut fecerunt omnes Sancti Dei, qui licet vixerunt in mundo inter homines, non tamen curauerunt mundum: sed omnino spreuerunt, & in Christo delectati fuerunt, sic & nos facere debemus, fugere videlicet sic de hoc mundo ad statum pœnitentialem, vt prius dictum est: Agite, scil. pœnitentiam, &c. vt pœnas intolerabiles æternas, & horribiles declinetis, euadatis, & regnum cœlorum amœnum, & iucundum, cum Sanctis, & electis, meritis eorum, & precibus possideatis Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Mariæ filius, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

Væ æternum damnatis.

Dãnati vane conquerũtur.

Tormenta eorũ nunquã minuẽtur.

1. Tim. 2.

Matth. 3.

Pœnitentia potest dici vita religiosa.

Psal. 83.

Psal. 89.

Beatitudinis encomia.

Vita æterna gaudia.

In beatitudine omnium bonorum, cumulus.

Ierem. 48.

Fuga ab hoc sæculo remedium cõtra vitia.

In statu peccati cõfusio.

Matth. 22.

Mundus cõtemnendus.

TRACTATVS

Digitized by Google

TRACTATVS DE PRÆCEPTIS Regulæ fratrum minorum.

Tria vouet præcipue regula nostra.

REGVLA Fratrum Minorum vouet principaliter tria Christi consilia, scilicet, Obedientiam, Castitatem & Paupertatem: & habet duodecim capitula, in quibus comprehenduntur septuaginta duo versus, in quibus continentur quadraginta sex præcepta, & hoc, vel explicitè, vel implicitè, & sub præcepti exhibitione, vel sub verbis æquipollentibus.

CAP. I.

1. Cap. 62 præcepta cõtinet.

PRimum capitulum sex præcepta continet. Primum est, quod fratres obseruẽt Euangelium Christi, prout in ipsa regula continetur, scilicet præcepta, vt præcepta, & consilia vt consilia. Ex quo verbo obligantur, quæ à Christo fuerunt Apostolis præcepta, ad
1. curam pastoralem non pertinentia. Secundum præceptum est, quod viuant in obedientia, & regulæ, & præceptorum, in his quæ non sunt contra Deum, re-
2. gulam, & animam suam. Tertium est, quod viuant sine proprio, tam in speciali, quam in communi, sed habeãt vsum pauperis vitæ, vel regulæ complendæ necessariũ, & sic, vel charitatiuis eleemosynis sibi oblatis, vel humiliter acceptis. Quartum est, quod viuant in castitate,
3. *Castitas mẽtalis & corporalis.* & mentali, & corporali. Quintum est, quod obediant Domino Papæ, & sanctæ matri Ecclesiæ, dum modo Papa sit canonice electus, non simoniace, nec tyrannice,
4. nec contentione ambitiosa, nec per minas, nec violenter intrusus. Et nota quod hoc nomen, Franciscus, proponitur pro priuata persona, s. pro capite vniuersali, &
5. communitate omnium fratrum. Sextum est, quod cæteri fratres obediant fratri Francisco, & eius successoribus, duntaxat electis, vt dictum est de Papa.

CAP. II.

2. Cap. duodecim cõtinet præcepta.

SEcundum capitulum duodecim præcepta continet. Primum est, quod nullus fratrum recipiat aliquem ad ordinem, præter ministros, & quibus conceditur ab eisdem. Secundum est quod fratres, mittant
1. eos ad ministros, & non impediant, vt retardent, nec
2. retrahant, amore carnali, vel odio, vel prece, aut pretio; sed illos quos nouerint idoneos & vtiles pro ordine, aut econuerso pro insufficientibus. Tertium
3. præceptum est, quod ministri & cæteri habentes auctoritatem recipiendi, examinent eos de fide Catholica & sacramentis & aliis in constitutionibus generalibus
4. positis. Quartum est, quod nouitij studeant bona sua temporalia pauperibus erogare, si sine periculo corporali, vel spirituali, vel scandalo fieri possit, si quid pos-
5. sent impediri ex retardatione talium rerum. Quintum est quod prædicti receptores ad ordinem, eosdem aduenientes ad prædictam nisi exigeretur rogationem nihil facere debent, nec aliquis frater debet de hoc dare cõsilium. Fratres receptores prædictos; qui si requisiti ab eisdem fuerint mittant ipsos ad alios alterius status, & ordinis existentes, Deum duntaxat timentes, & hoc
6. sine fraude. Sextum est, quod post præfata concedant ipsis pannos probationis, non tamen habitum ordinis,
7. & caparonem, vel alia commodius. Septimum est, quod finito anno probationis, recipiantur ad obedientiam nisi iusta causa impedimentum præstiterint & hoc cum protestatione. Octauum, quod professi non habeant plures tunicas quam duas, sc. vnam cum caputio, aliam sine caputio qui voluerint habere, excepto si dispensatione prælatorum (considerata necessitate;) plures concedantur eisdem. Nonum est, quod nullo modo licebit, professis ordinem dimittere. Decimum quod nõ portent calceamenta extra casum necessitatis, & hoc iudicio non suo sed prælatorum. Vndecimum est, quod vestiantur pannis villibus secundum regionem, in pretio pariter & colore. Duodecimum est, quod non vtantur cibis & potibus delicatis consuetudinariè nisi fortuito, charitate, vel infirmitate cogantur: Et hoc præceptum includitur in vltimo versu secundi capituli.
8. 9. 10. 11. 12.

CAP. III.

3. Cap. habet tria præcepta.

TErtium capitulum habet tria præcepta. Primum est, quod clerici faciant diuinum officium secundũ ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Psalterio duntaxat excepto, & laici dicant, Pater noster, orent pro defunctis. Secundum est, quod ieiunent à festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini, & Quadragesimam maiorem, & sextam feriam, & dum ab Ecclesia, vel prælatis præcipitur: quia ex regula eisdem obedire tenentur. Tertium est, quod non equitent, nec curru vadant extra casum necessitatis, & hoc iudicio non suo, sed Prælatorum.
1. 2. 3.

CAP. IV.

4. Cap. duo continet præcepta.

QVartum capitulum continet duo præcepta. Primũ est, quod fratres denarios vel pecuniam non recipiant vllo modo, nec vtantur eisdem præter modum, formam & casum à Papa Nicolao, vel Clemente posita. Et nota quod Papa Clemens in declaratione quæ incipit. Exiui de paradiso, inquit, fratres ordinis minorum non solum à receptione, proprietate, dominio, siue vsu ipsius pecuniæ, verum etiam à contrectatione qualibet ipsius, & ab ea sint & debent penitus esse alieni. Secundum est, quod ministri & custodes & alij quibus ab eisdem, scilicet ministris & custodibus commissum fuerit, solicitam curam habeant, de vestitu fratrum & necessitatibus infirmorum sine receptione tamen denariorum & pecuniæ.
1. 2.

CAP. V.

5. Cap. duo continet præcepta.

QVintum capitulum, continet duo præcepta. Primum est, quod fratres non comedant panem suũ otiosè, sed vt de suo labore spirituali, vel corporali sibi & suis fratribus prouideant, de suis necessitatibus illis dumtaxat gratiam laborandi habentes, gratiam scilicet fortitudinis corporalis, aut industriæ naturalis, vel aptitudinis addiscendi, nisi impediti fuerint exercitiis spiritus, nec aliter talibus exercitati, seruitiis occupentur aliorum. Laborent autem fideliter & deuote in-
1. quantum possunt sine linguæ & cordis vanitate. Secundum est; quod non laborent laboritium, quod esset ad extinctionem spiritus sui, sed potius quod sit in adiutorium spiritus sui. Mercedem autem laboris recipiãt sine omni dominio, vel superbia: nec possũt facere mercatum, possunt tamen dicere; Fatigatio mea aut labor meus tantum valet, aut tãtum meretur. Quando vero pretium non soluitur, recurrant ad mensam Domini, sc. eleemosynarũ. Et nota quod in statutis ordinis generalibus authenticis, s. Guillelmi Fermerij, sic habes. Pecunia, nec nomine oblationis, nec aliàs recipiatur in locis fratrum. Et si forte ibi aliqua poneretur, nullo modo conuertatur in vsus fratrum. Et dicimus pecuniam, non solum denarios, sed rem quamlibet, quæ accipitur vt venditur.
2.

CAP.

Digitized by Google

Cap. VI.

5. *Cap. tria continet præcepta.*

1. SExtum capitulum continet tria præcepta. Primum est, quod cauere debent ab omni rerum proprietate, tam in generali, quam in speciali. Tamen secundum determinationem & declarationem Ecclesiæ non solum vsui humano necessarias res, verumetiam competentes statui ipsorum & ad exercitia conuenientia, prælati ipsis concedere possunt, licet etiam in regula res ipsæ non exprimantur, omni tamen curiositate &
2. superfluitate exclusis. Secundum est, quod non solum inter se fratres charitatem habeant, verumetiam signa forinsecus demonstrare debent confidentiæ, vt secure vnus alteri possit manifestare necessitatē suam & cordis
3. secretum. Tertium est quod mendicare debent secundū prælatorum suorum determinationem deuote ad hoc inducti, exemplo Christi & suæ benedictæ Matris, & Apostolorum, qui vt sanctus Franciscus dicit, pro eleemosyna fuerunt, & de eleemosynis vixerunt.

Casus propter quos fratres ad ministros possunt recurrere.

Cap. VII.

7. *Caput duo continet præcepta.*

1. SEptimum capitulum continet duo præcepta. Primum est, quod si qui fratrum instigante inimico mortaliter peccauerunt; in casibus per statuta ordinis
2. ministris reseruatis, ad eosdem sine mora pro absolutione recurrant, vel ad alios auctoritatem habentes. Secundum est quod ministri & alij ad quos recurrunt benigne eos recipiant, & misericorditer per se, vel per alios pœnitentiam injungant, secundum quod sibi fieri vellent, in casu simili.

Cap. VIII.

8. *Cap tria præcepta cō-prehēduntur.*

1. OCtauum capitulum continet tria præcepta. Primum est, quod fratres omnes teneantur habere generalem ministrum ordinis cui tenentur humiliter
2. obedire. Secundum est, quod ipso defuncto ministri & custodes in capitulo Pentecostes successorem eius eligere debeant. Vel etiam cum inutilis & insufficiens ad
3. tale officium extiterit. Tertium est, quod de triennio in triennium vel citius, vel tardius, secundum determinationem prædicti Generalis, ministri & custodes ad capitulum generale conueniant. Cum ex declaratione, & determinatione Ecclesiæ sufficit quod custodes vnius prouinciæ, vnum ex ipsis eligant, quæ solus loco ipsorum ad capitulum accedat, & vice omnium fungatur.

Cap. IX.

9 *Cap. duo habet præcepta.*

1. NOnum capitulum continet duo præcepta. Primum est, quod fratres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi (præterquam in omni ordine)
2. cum ab eo illis fuerit contradictum. Secūdum est quod nullus eorum prædicet nisi à Ministro generali, vel prouinciali sibi illud concedatur, in capitulo prouinciali.

Cap. X.

10. *Cap. tria continet.*

1. DEcimum capitulum continet tria præcepta. Primum est, quod fratres obediant in omnibus prælatis ordinis, qui prælati intelliguntur nominibus ministrorum, in omnibus quæ non sunt contra Deum,
2. animam & regulam. Secundum est quod ministri & custodes & gardiani visitent & moneant & corrigant fratres suos, & per zelum sanctum, non per odium, similiter non furiose, aut superbe, sicut serui Dei, non tyranni, vt ipsos inclitent ad correctionem, non ad desperationem, quia eorum auctoritas non est contra salutē
3. fratrum, & regulæ obseruationem. Tertium est quod quando fratres stant in loco vbi regulam obseruare non possunt spiritualiter, integre & perfecte, secundum voluntatem Dei, & secundum vtilitatem spiritualem animæ suæ debent recurrere ad ministros suos vt ipsis prouideant, & inde eos remoueant. Fratres autem alij quicunque à capite non possint impedire illos, quin recurrere possint ad ministros in casu prædicto. Et nota hic aliquos casus propter quos fratres licite possunt recurrere ad ministros, qui, ministri si de remedio prouidere noluerint, tunc sibi ipsis prouidere possunt, petita tamen prius licentia ab eisdem, licet, non obtēta, vt pater de transeuntibus ad aliam religionem, licet, verbi gratia. Si frater ponitur in aliquo loco vbi est annexa proprietas, s. vnius agri, campi, & similium. Item si ponitur cum aliquo Cardinali & nullo modo poterit vacare orationi. Item si poneretur cum aliqua Comitissa. Regina, vel Ducissa, aut Imperatrice, & si propter conuersationem mulierum impedimentum sentiret castitatis. Item si à prælatis loci, cuius quilibet etiam cogeretur audire confessiones & ex huiusmodi confessionibus frequenter caderet in fragilitatem propter turpia in confessione audita. Item si à prælato loci frequenter & continue mitteretur ad ciuitatem aut villam ad associandum fratres per domos, nec vacat sibi tempus ad recolligendum se in cella nisi parum post prandium vel in sero. Item si cum signis, vel verbis aut encæniis, vel quouis alio modo mulier solicitaret eum ad peccatum carnis. Item cum aliquis se dat orationi, vel humilitati vel contemplationi & fratres cæteri non dimitterent eū talia exercere, sed occuparent eum in aliis secrete & malitiose ex quibus impediretur à talibus sanctis exercitiis. Item si à fratribus loci in quo non seruaretur regula cogeretur vel molestaretur, ab ipsis, vt se conformaret eis. Talibus enim ex causis omnino coguntur ex vi verbi regulæ, cum dicatur Debeant & possint recurrere ad suos ministros. Præterea etiam nota, quoniam nullo regulæ loco Beatus Franciscus magis supponit prælatos subditos fratribus & declarat quod sint ministri omniū fratrum quam hic. Quando fratres subditos vocat dominos, & prælatos suos, ministros taliū dominorū nēpe subditorū suorū, vt frater cū habeat notitiā alicuius impedimēti ex supradictis quod ad eos ire possit, bona facie & animo puro, & in fortitudine spiritus dicere debet. Pater mi minister volo & peto quod me de tali loco mutes: minister vero si Deum & zelum regulæ & animæ fratris præ oculis habet, nullo modo videatur posse ipsi fratri in tali recursu talem licentiā denegare.

Cap. XI.

11. *Cap. cōtinet præcepta tria.*

1. VNdecimum capitulum habet tria præcepta. Primū est quod fratres non habeāt suspecta consortia vel consilia mulierum. Suspecta dico vel propter personam non bonæ famæ, & in loco inconuenienti, vel inhoneste; aut tempore non congruo, aut modo scil. indebito & nimia frequentia, aut frater iuuenis cum iuuencula ex parentela minime attinentes, aut in confessione exi-
2. stentes. Secundum est quod non intrent Monasteria
3. Monacharum sine licentia sedis Apostolicæ. Tertium est quod non sint compatres virorum vel, mulierum.

Cap XII.

12. *Cap. quatuor cōtinet præcepta.*

1. DVodecimum capitulum continet quatuor præcepta. Primum est quod subditi non ex suo motu aut voluntate vadant inter Saracenos & alios Infideles.
2. Secundum, quod ministri non concedant licentiam insufficientibus, dico, vel propter defectum spiritus, aut discretionis aut scientiæ. Tertium quod sufficientibus
3. & idoneis non negent licentiam; propter affectum carnalem. Quartum quod ministri petant à Domino Papa vnum Cardinalem in protectorem & correctorem
4. eorundem.

DE

Digitized by Google

DE CASIBVS PROprietatis Religiosi.

SEquuntur casus in quibus frater minor potest dici proprietarius, siue pro quibus proprietarium se debeat æstimare videlicet suæ voluntatis, vel rerum temporalium, & hæc intelligenda sunt quando sic à fratribus suo nomine & auctoritate fiunt aliqua prohibita, non à procuratoribus Domini Papæ nomine & auctoritate Papæ, vel donantium benefactorum.

1. Primus est, petere iustitiam, vel vindictam de iniuriis sibi factis, excepto si ipse à prælato requiratur, tunc ei iniuriam sibi factam intimare tenetur, non quidem causa vindictę petendę, aut iustitiæ requirendæ, sed propter obedientiam & correctionem fraternam.

2. Secundus, dicere aliquid esse suum, non intelligendo suum esse necessitatis, vel vsus simplicis facti, sed possessionis, aut iurisdictionis.

3. Tertius, dicere aliquam rem ordinis, vel conuentus esse, non intelligendo, vt iam dictum est.

4. Quartus, ambulando per patriam ducere secũ bursariũ sua auctoritate & suo nomine, aut sic faciendo pacta in hospitio, vel alibi, vel aliquod sic sollicitando aut emẽndo, vel vendendo: videlicet cum pactione iurisdictionali sua auctoritate & suo nomine.

5. Quintus, ambulando per patriam secum scienter & in fraudem prælatorum clauem cellæ deferre, non assignando eã prælato credendo diutius manere extra locũ.

6. Sextus, clauem alicuius capsæ secretæ reponere, ne fratres alij aliquid recipiant seu vtantur, & hoc sine consensu & iussu prælati.

7. Septimus, cum librum, vel rem aliam qua frater non vtitur, nec necessarium sibi est, cum requiritur ab alio, concedere noluerit non prohibitus.

8. Octauus, suo nomine & auctoritate recipere oblationem pecuniarum ad altare, vel cum pelui vel trunco, vel alio instrumento, & modo, pro se & sua necessitate.

9. Nonus, sua auctoritate eleemosynam pecuniarum facere reponi in fenestra, vel alibi, à dante ipsam, etiam per se, vel, suis dispensandam, suo nomine & auctoritate.

10. Decimus, cum aliquid à minori prælato fratri auferetur à cella & inde impatienter facit querimoniam maiori prælato, illud sua auctoritate sibi repetendo & exigendo.

11. Vndecimus, voluntate propria & non prælati, stare in aliqua cella, vel loco.

12. Duodecimus, proprietas appellatur in ordine contra suos prælatos appellare.

13. Tertius-decimus, rem datam pro vna causa, sua auctoritate & suo nomine in aliam commutare, sicut panem, cerum, & aliud quodcunque.

14. Quartus-decimus, res superfluas mobiles, vel immobiles vt libros superfluos, vel nimis curiosos, iocalia non ad cultum diuinum, sed communem vsum vel particularem, extra Ecclesiam, vineas, & possessiones, & etiam in vsum superfluum recipere: nam vsurarius non potest res superfluas ad vsum retinere secundum Ambrosium, qui accipit, quo non indiget, raptoris nomen tenet.

15. Quintus-decimus, ligna syluæ loci vendere, vel vẽdi facere suo nomine & auctoritate, aut aliud consimile sicut fructus, vel olera, quia solum ad vsum habere possunt non ad dominium.

16. Sextus-decimus, testari vel disponere de rebus, quibus hactenus, aut pro labore, vel aliquo obsequio solutionem experere, exigendo sua auctoritate & suo nomine, vel aliquid expendere, vel expendi facere in alterius vsum, vel recipere aut dare sine licentia habita, vel præsumpta sine fraude.

17. Decimus-septimus, in locis vbi non morantur fratres habere domos donatas vel emptas ad petitiones fratrum, ad locandum suo nomine & auctoritate. Item vineas, vel possessiones, domos superfluas ad locandum aut columbaria, aut piscaria ad idem. Item habere partes lucri, in flumine, aut locis, aut pratis, aut syluis, vel huiusmodi.

18. Decimus-octauus, res oblatas velle vi sibi reacquirere; vel defendere, aut exigere suo nomine & auctoritate.

19. Decimus-nonus, vti rebus, quarum Dominus, vel possessor ignoratur, & hoc sua auctoritate non seruatis seruandis.

20. Vigesimus, vsum rerum comunitatis in proprium vsum commutare sine licentia prælatorum.

21. Vigesimus-primus, contractum quemcunque lucri cum obligatione iurisdictionali sua auctoritate facere cum alio.

22. Vigesimus-secundus, eleemosynam pro necessitate dispositam, aut datam nolle expendere, scilicet sub specie nimiæ & prolixioris prouidentiæ in futurum, aut thesaurizationis reseruare, quærendo interim aliam aut recipiendo indebite.

23. Vigesimus-tertius, quamcunque rem prælato in fraudem celare, aut cum præcipit vt reddatur, aut alteri concedant, vel detur non subito reddere, & dare, vel reassignare.

24. Vigesimus-quartus, libros duplicatos vnius materiæ, vt duo breuiaria ambo sufficientia & similia habere ad suum particularem vsum.

25. Vigesimus-quintus, recipere & exigere pro labore in ordine vel extra ordinem ex pactione iurisdictionali sua auctoritate facta quodcunque temporale.

26. Vigesimus-sextus, prælato suo non obedire, quia non est proprietas peior propria voluntate.

27. Vigesimus-septimus, candelas ad obsequium mortuorum vel in oblationem datas, vendere, aut in aliud commutare suo nomine & authoritate, præter voluntatem & auctoritatem domini nostri Papæ, vel procuratorum eius, aut dantium.

28. Vigesimus-octauus, propter exequias mortuorum vel eleemosynas quascunque, contendere, easdem suo nomine, auctoritate & per se iudicialiter repetendo & exigendo.

29. Vigesimus-nonus, celebrare Missas principaliter pro pecuniis sibi acquirendis, vel alio pretio; & maxime quando fratres tunc pro tempore præsenti, vel de proximo imminenti non habent necesse recurrere ad amicum spiritualem pro soluendo vel emendo aliquid.

30. Trigesimus, res quascunque deputatas pro quocunque vsu contra voluntatem Domini & ex propria auctoritate & voluntate alienare sub quocunque titulo, aut vendere per se, suo nomine & auctoritate.

31. Trigesimus-primus, quoad proprietatem propriæ voluntatis, procurando sibi indebitè prælaturam, quia secundum Augustinum. Auaritia non solum in rebus, sed in honoribus consistit.

32. Trigesimus-secundus, qui aliquid alicui tribuit, vel donat; vt suam possit adimplere voluntatem, sine licentia prælati.

33. Trigesimus-tertius, rem habitam reseruare, & superfluè, & reponere, nolendo vti, ne destruatur, & vt in futuro sibi non deficiat, aliis eiusdem speciei habitis vtendo.

34. Trigesimus-quartus, de damno in horto, vel alibi facto requirere, repetere, exigere, mandare satisfactionem suo nomine & auctoritate.

35. Trigesimus-quintus, eleemosynas pecuniarias sua auctoritate deponi facere vel prælato non reuelare, vel pro voto sine debita commissione ad eas recurrere, & exponi facere sua auctoritate.

Trigesi

Digitized by Google

36. Trigesimus-sextus, in ordine vel extra ordinem in manibus sæcularium res recommendare, vel reponere sine licentia, aut scitu prælatorum suorum.

37. Trigesimus-septimus, qui tempore infirmitatis, aut sanitatis abscondit clauem aliquam, vel aliqua, ne prælatus aliquid inde tollat, vel videat, aut aliud disponat, & si prælatus aliquid inde tollat, si turbatur contra eũ aut murmurat, hic pessimus, proprietarius est, cũ prælatus voluntariè possit & habeat disponere de rebus loci.

38. Trigesimus-octauus, de rebus communitatis plusquam prælatus concedat, & in fraudem tollere, aut dare fratribus, aut sæcularibus, hic cum cęteris est proprietarius. Multi alij casus scribi possent, sed omnes communiter ad istos reducuntur. Et cum frater pecuniam & denarios habere non possit, nec aliquid aliud, quo vti licet sine licentia expressa vel saltem (sine fraude) præsumpta, quantũcunque minima; vtpote nec acũ, nec filũ nec aliquam rem, nec obolum, nec valorem oboli, quia secundum Benedictum. Monachus habens obolum, nõ valet obolum; ideo à proprietate summe est cauendum, & licentia à prælatis humiliter expetenda, vel generaliter pro talibus habenda.

Hoc intellige si aliquid retinuerit contra voluntatẽ prælati.

executionem præterquam de pecunia, concessus est Fratribus.

De superfluitate & curiositate, & quomodo & à quibus debeat iudicari.

TErtio quia superfluitas & curiositas, non debet discerni respectu necessitatis certæ seu vsus arcti quoad statum Fratrum Minorum, sed moderati, cum vsus moderatus non potest dici superfluus & curiosus & per consequens nec vitiosus, imo secundum veritatem omnimodam & regulam licitus vt patet ex præallegato Domino Nicolao. Et quia moderatio dicti vsus, debet attendi secundum qualitatem personarum & veritatem temporum, & locorum conditiones, & alias occurrentes circunstantias, superfluitas & curiositas non potest faciliter discerni. Propterea per subditos non potest, nec debet iudicari, sed per ministros & custodes, vel eos quibus ab ipsis committitur, qui de talibus secundum eorum conscientias debent districtè iudicare, vt patet in declaratione Nicolai. §. insuper & §. quamquam.

Vsus moderatus nõ potest dici superfluus.

Qui culpantur ex superfluitatibus & curiositatibus introductis.

QVarto, quod si in locis sit magna superfluitas vel curiositas, ex eis non viciantur Fratres, nisi solum introducentes, vel constituentes, vel si ad eorum officium pertinet & possunt, vel quicunque alij (si commodè possunt & legitimè) & non resistentes, & non alij qui dictis rebus vtuntur ob aliquam necessitatem vel scandali euitationem. Vt propterea licet Clemens quintus decreuerit ædificia nimis sumptuosa nõ conuenire statui Fratrum Minorum, tamen præcepit sub pœna excommunicationis quod dicta loca Fratres non relinquerent absque sedis Apostolicæ licentia speciali. Et ideo excedentia superfluitatis, & curiositatis, non est sufficiens causa propter quam Fratres debeant recedere à loco nisi affuerit de illis aliquid propter quod non potest regula spiritualiter obseruari, secundum, declarationem Martini, quinti. Vel quando loco est annexa proprietas siue cura animarum pueros baptizandi, alia parochialia agendi, vel si fratres morantur in loco contra voluntatem Domini loci, vel quando propter penuriam rerum necessariarum oportet Fratres facere congregationes, & quæstus inhonestos contra puritatem regulæ, & vsum generalem Ordinis, vel propter inhonestam societatem, seu importabilem fratribus præsertim rudibus & infirmis vel similia. Quod simile (cum sit indeterminatum) relinquitur iudicio prælatorum extra de officio dele. c. de causis.

Quando indicatur superfluitas.

De vsu carnium.

ITem quinto per regulam vsus carnium in loco, vel alibi, Fratribus non prohibetur, cum non liceat nisi moderatus, & discretus.

Vsus carniũ nõ sẽper prohibetur.

De calicibus.

ITem, sexto quod vti possint calicibus & patenis argenteis, dummodo nimis excessiua magnitudo & preciositas non repugnent regulæ, imò satis conuenit si possint haberi ad vitandum immunditiam, & alia pericula circa sacratissimam Eucharistiam.

Quod in dubiis debent subditi stare iudicio Prælatorum.

ITem, septimo de omnibus dubiis, de quibus subditi non possunt indubitanter declarari, tenentur

Intellige de dubiis probabilibus.

S s iudicio

EPISTOLA AD PATRES familiæ vltramontanæ.

IN Christo sibi charissimis Fratribus omnium locorum deuotorum Ordinis Minorum, totius Italiæ, sub mea cura commissis, Frater Bernardinus de Senis eiusdem ordinis, ac dictorum locorum Reuerendi Patris Generalis Ministri Vicarius & Commissarius, salutem & pacem in Domino sempiternam. Volens mihi commissorum saluti, quo ad speculationem veritatis, & in omnibus iuxta possibilitatem prouidere, notũ sit quatenus per Fratrem Nicolaum de Ausmo eiusdẽ ordinis ac etiam Vicarium locorum deuotorum Prouinciæ sancti Angeli, & nunc & tunc eorumdem locorum Commissarium Præfati Reuerendissimi Patris Generalis de mandato eiusdem, ac de voluntate Domini nostri Papæ, vt patet per literas Reuerendissimi Patris Generalis, factæ fuerunt declarationes quædam, multa disputatione, & examinatione & ponderositate, examinatæ & comprobatæ per Reuerendissimum Patrem Generalem, Ministrum, per Venerabiles Patres, Fratrem Ioannem de Capistrano, & alios multos, ac etiam per me, quæ sunt huiusmodi.

Declarationes Regula.

De consiliis Euangelicis & specialiter de hoc, nihil tuleris in via.

Quæ consilia tenẽtur Minores obseruare.

IN primis videlicet quod Fratres Minores non tenentur ex eorum professione ad aliqua Consilia seu Præcepta Euangelica, vltra alios Christianos præter quam ad illa quæ in Ecclesia specialiter & expresse ponuntur præcipientia vel inhibitoria, vel sub æquipollentibus verbis nominatim à Clemente quinto in sua declaratione expressis, vt patet in primo articulo declarationis Clementis quinti, Nicolai tertij & Martini quinti, & præterea Fratres non tenentur ad illud Euangelicum. *Nihil tuleritis in via.*

Ad quem arctum vsum rerum tenentur Fratres.

SEcundo non tenentur ex sua professione ad alium arctum vsum rerum quam in Regula particulariter exprimitur, vt satis patet per Clementem quintum in sua declaratione, §. ex præmissis. Quinimo vt patet in declaratione Nicolai tertij §. Porrò secundum Regulam & omnimodam veritatem, moderatus vsus rerum ad vitæ sustentationem, & officiorum sui status

Quis vsus conceditur Minori.

Digitized by Google

judicio Prelatorum ſuorum ſtare. 23, q. quid culpatur, & propterea contrarium agentes ſunt transgreſſores obedientiæ & debent à ſuis ſuperioribus Cenſura Eccleſiaſtica, vel alia decenti pœna caſtigari.

Approbatio Reuerendiſsimi Patris Miniſtri Generalis.

HAs igitur declarationes Reuerendiſſimus, Pater Generalis Miniſter confirmauit in hunc modum, ſupraſcriptas declarationes, & determinationes per præfatum vicarium & commiſſarium meum, Fratrem Nicolaum de Auſmo factas & diffinitas tanquam veras & Catholicas, & declarationibus ſummorum Pontificũ conformes, noſtriſque ſacris inſtitutis cõſentaneas approbo & de multum venerabilium Patrum conſilio cõfirmo, mandans ſupra ſcriptis, & aliis quibuſcunque noſtri ordinis fratribus vt his quieti eſſe debeant nec aliud innouare præſumant ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ & carceris. Quam præmiſſa trina monitione canonica omnes tranſgredientes incurrant ipſo facto, in cuius rei teſtimonium ſolitis ſignis Ordinis, & manu propria ac ſigillo ordinis, ſupraſcripta roborari volui in cõuẽtu Piſtorię anno Domini 1439. die 11. Decembris. Præterea ego idem Frater Bernardinus omnes præfatas declarationes & determinationes, per prædictum Vicarium Commiſſarium Fratrem Nicolaum de Auſmo, factas tanquam veras & Catholicas, & ſummorum Pontificum declarationibus conformes noſtrique Ordinis inſtitutis conſentaneas approbo & confirmo, mandans quibuſcunque Fratribus ſub mea cura commiſſis. vt his quieti eſſe debeant, nec aliud innouare præſumant ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, atque ſub pœna carceris, quas ſententias (præmiſſa trina monitione canonica) omnes ſupradicti tranſgreſſores incurrant ipſo facto.

Item, mando omnibus Prælatis mihi commiſſis, vt præfatas declarationes ſuis ſubditis integraliter & ſæpe per ſanctam obedientiam publicare debeant, ne periculoſam incurrant ignorantiam. Datum apud ſanctum Damianũ de Aſſiſio, anno Domini 1440. vltima Iulij.

Subſcriptio Cardinalis Commiſſarij ſummi Põtificis Eugenij IIII. qui, ex promiſſione eiuſdem Papæ prædictas declarationes examinauit, ſequitur in hũc modũ.

Ego Iulianus tituli ſanctæ Sabinæ Presbyter, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ſancti Angeli vulgariter nuncupatus. Vidi, diſcuſſi, & examinaui prædictas declarationes, & ipſas, ſecundum veritatem & iuridice ac rationaliter factas eſſe exiſtimo, eiſque tanquam veris iuridicis & rationabilibus Fratres cunctos Ordinis Minorum, obedire & acquieſcere debere. Et vbi dicitur ſæpius de calicibus & patenis argenteis, idem puto in ſuperficialiter deauratis, cum non ſit propterea nimia precioſitas, aut ſuperfluitas, ſeu curioſitas, ad fidem horum propria manu tanquam iuris vtriuſque Doctorum ſubſcripſi, & proprio annulo ſigillaui Florentiæ, die 27. Septembris 1440.

Et poſt hanc ſubſcriptionem in eadem pagina immediate poſitum eſt ſigillum rotundum in quo eſt ſculptum ſcutum & columna cum vrſo, & deſuper capellus Cardinalis. Deo gratias.

ASPIRATIONES QVOtidianæ ad Deum.

In die Dominica.

Eleua tuum ſpiritum ad Deum & dic.

O Bone Ieſu fac vt te amem ardenter, hoc verbum ſæpe cogitatum, & ore prolatũ eſt miræ virtutis.

In feria ſecunda dic.

DVlcis amor Ieſu fac me ſentire, quam immenſo amore nos amaſti, & amas. Iſtud verbum eſt graui conſideratione penſandum.

In Feria tertia dic.

AMoroſiſſime Ieſu, vellem te amare, ſed ſinete non poſſum. Hoc verbum eſt diu frequentandum, & cum languore cordis dicendum.

In Feria quarta dic.

AMor meus Ieſu fac me mori amore tui. Hoc verbum cum magno cordis feruore eſt dicendum.

In Feria quinta dic.

AMor meus Ieſu, da mihi ad te amorem feruentem, humile obſequium & regratiamen, hoc eſt continuum ſenſum tuorum beneficiorum ac te laudandi & benedicendi.

Iſtud verbum cum magna dulcedine cordis eſt pronunciandum.

In Feria ſexta dic.

OMi Ieſu pro me crucifixe euiſcera te in me, & clauis tui amoris te in me totum confige.

Hoc verbum eſt totis medullis cordis & corporis præferendum.

In Sabbatho dic.

OIESV amor iucundiſſime & glorioſiſſime quãdo te totus inebriabor? quando te viſibiliter inebriabor? quando tibi ſic conjungar, vt te in nullo offendam & à te ſeparari non valeam? Quandiu à facie tua elongabor? eſſe ſine te, eſt mihi dolor continuus, & quaſi mors æterna. O dulciſſime Ieſu glorioſum nomen tuum adoro, & me tibi cordialiter commendo.

In hoc verbo quaſi in Sabbatho eſt requieſcendum.

DIALOGVS INTER RELIGIONEM Et Mundum interlocutores, & ſummum Pontificem iudicem.

Summi Pontificis encomia.

CHRISTI Vicarie, monarcha terrarum,
Vir matris eccleſiæ, flos patriarcharum:
Sacrarium gratiæ, cella ſcripturarum.
Miniſter Iuſtitiæ, & meta cauſarum:
Meæ querimoniæ aurem præbe parum.
Papa beatiſſime (teſtante ſcriptura)
Ex te pendent animæ, & earum cura:
Ergo Pater audi me. Tibi dicam plura;
Si permittunt lachrymæ, & cordis preſſura,
Quæ mihi fæuiſſimè fiunt contra iura.

Cardinalium laus.

Cœli ſecretarij, & vos Cardinales,
Vos cœleſtis radij doctrinæ canales,
Pauli quidem ſocij, Petri laterales,
Aſteris propitij, ſitis curiales.
Totam ſimul flagito curiam Romanam,
Vt in meo placito ſe præſtet vrbanam.
Rem nouam non agito, ſed rectam, & planam:
Tantum pacem expecto ſeruare mundanam.

Reſpondet

Digitized by Google

Reſpondet Papa mundo dando audientiam.

Ad ſacerdotem recurrēdum cum in aliquo defecimus.

In libris Canonicis inuenis expreſſum,
Quod qui à maleficiis ſe ſentit oppreſſum,
Ad vultum Pontificis habeat acceſſum;
Qui ſcripris autenticis puniet exceſſum.
Ergo fili dicito, à quibus vexeris;
Et cur magis ſolito à mundo conturberis:
Et ſi in propoſito procedis ex veris
Confeſtim pro libito totus liber eris.

Nunc arguit mundus contra Religionem.

Sicut ſciunt ſinguli, factus ſum à Deo
Et per fraudem Zabuli diſtractus ab eo:
Sed in fine ſæculi ex Crucis tropheo
Iam veniam retuli pro Peccato meo.

Mundus in Religionem inſurgit.

Ergo quid Religio? quid clauſtrales vitæ?
Inquieto iurgio, concitata lite
Clamant quod deficio, quod non viuo ritè:
Quod ad pœnas venio mortis infinitæ.
Minores præ aliis, & prædicatores
Meis deſideriis ſunt rebelliores:
Laudant in eccleſiis mei contemptores
Meos beneficiis conparant amores.
Iſtos inquam ſentio graues abigeos
Qui de grege proprio tollunt mihi meos,
Et ſuo collegio ſtatim iungunt eos,
Hos ergo conuenio vt erga me reos,

Mundi querimonia adverſus mundum.

Tales in me ſæuiunt, in me debacchantur.
Sermones conficiunt, vt me perſequantur:
Veſtes adinueniunt ne mei credantur,
Qui me plus deſpiciunt fœlices vocantur.
Iam ſuis cœnobiis iuuenes procurant,
Et promiſſis variis illos aſſecurant,
Suis cæremoniis ſic eos indurant,
Quod iam de ſuſpiriis parentum non curant.
Quos volebam facere duces palellos
Per vicos incedere, video miſellos:
Certè dum anguſtiæ exponunt tenellos
Contra ius Moſaycum in lacte maternos
Duris cruciatibus decoquunt agnellos
Et dum iſti penetrant intima caſtrorum
Dumque cellas confouent iuſſu ſeniorum;
Dumque cœlos impetrant communes cunctorum.
Dolore diametrant cor patrum ſuorum;
Vt quid bona perpetrant auctores malorum:
Heu puto iam ſæuior infelix factorum:
Propria transfodior manu filiorum,
Quibus eſſet dignior pœna talionum:
Iſtis enim mitior eſt ira brutorum:
Ergo lux conſilij Iudex reuerende
Iſtius diſſidij euentus attende
Stateram iudicij ſuper hoc appende,
Et finem litigij non vltra prætende.

Modo Papa proponit Religioni.

Quid dicis Religio, habēt ſe res ita?
Quod talis diſſenſio de te ſit audita,
Quod infleris odio; quod pacis oblita,
Nunc vaces litigio, malis irretita?

Reſpondet nunc Religio ad premiſſa.

Abel ſacrificio, Abraham cœlibatu:

Religio validis rationibus ius ſuum tuetur.

Aaron officio, Moyſes primatu:
Si placet, incipio ſimplici affatu
Dicere quæ ſentio de mundano ſtatu.
Et ne ſenſu proprio nimis abundare
Dicar: & mendacio ſermones inflare;
Volo teſtimonio ſanctorum probare,
Non via, ſed inuio mundum oberrare.

Mundata per calculum Seraph incendentis
Iam loquar ad populum induratæ mentis:
Et per adminiculum lapidum torrentis
Procedam ad iugulum Golicha ingentis
Scio quod opinio Ioannis eſt talis, *2. Ioan. 2.*
Quod tota diuiſio ſtatus mundialis
Sit factus, ambitio, libido carnalis:
Quorum reſolutio mors eſt infernalis.
Mundo per Apoſtolum concludam expreſsè,
Qui dicit Diabolum Deum huius eſſe,
Vt notet per ſymbolum, quem habet penes ſe:
Vtrumque maliuolum & fraudis impreſſæ.
Gamaliel congruit propoſito meo *Mundus nūpe mundanis vt talis non à Deo.*
Nullus, inquit, deſtruit, quod venit à Deo.
Mundus tranſit: Corruit hoc probata quæſtio;
Igitur non habuit deſcenſum ab eo.
Mundus antiphraſicè ita nuncupatur,
Mundus hic erraticè iugiter rotatur:
Sacro quidem codice rebus comparatur
Quæ vel ſunt maleficæ, vel quibus erratur.
Vidit hunc Antonius laqueis retitum *Quid mūdus.*
Nec non vnus alius facibus ignitum
Hunc cernunt exterius fatui mellitum
Sed probant interius eſſe felle litum.
Hic eſt locus ſcandali: Turris Babylonis
Domus Onocrotali; cubile Draconis:
Labyrinthus Dedali, Rota Ixionis;
Nec non & fons Tantali, & decus Simonis
Hic eſt Nabal inſcius, & nudus Anathematus
Hic Goliath ſpurius, Demophon elatus:
Draco Babylonius: Cerberus ſpumatus
Hic Abſolon impius: Acteon muratus.
Hic eſt vrna Elydon: olla prophetarum. *Vana illius epitheta in dedecus.*
Hic ſedes eſt Neridon: & locus pœnarum.
Hic locus Gorgonidon: Cantus ſirenarum.
Hic cantus Ciclopodon: Vallis ſalinarum
Natu diabolico ſe Babel erexit
Noua redit Hiericho; Georra ſurrexit
Iam ſe fini tragico laurea contexit
Dato Deus africo, auſtrum retrouexit.
Tantum creſcit igitur nefas mundanotum,
Quod factor extollitur ad aſtra polorum
Miror quod non ſoluitur princeps ſuperborum
Et terra non ſcinditur ſub plantis eorum.
Sed non eſt qui ambigat de vita clauſtrali *Religionis encomia.*
Quin Dominum diligat ritu ſpeciali:
Religio religat freno ſpiritali
Vt ad Deum dirigat gratia finali.
Primitus Religio fuit inſtituta *Cur Religio inſtituta.*
Vt ab omni iurgio prorſus abſoluta
Crucis beneficio faceret adiuta
Quod cœli perditio foret reſtituta.

Mundus arguit modo contra Religionem.

Publicanum audio contra Phariſæum
Ego me deſpicio, tundo pectus meum:
Sed hic è contrario laudat ante Deum
Dei maledictio deſcendat in eum.
Si huius eloquium Pontifex attendis,
Iactantiæ vitium tantum comprehendis:
Si mihi ſpatium vt loquar impendis,
Imponam ſilentium & finem dicendis:
Antiquis temporibus regularis vita *Monachorū vita artiſſima.*
Mirandis virtutibus erat inſignita:
Contenta radicibus, & pilis veſtita,
Sed vt patet omnibus, modò non eſt ita.
Degebant in abditis ſuis primitiui,
Erant pleni meritis cordis exceſſiui:
Plane nunc aduertis, quod deriuatiui
Ab eorum ſemitis ſunt valde decliui:
Monachi antiquitus ſe legi diuinæ
Subiecere penitus: ſed hos paulatine

Digitized by Google

Cæcauerunt redditus, & burſæ vicinæ
Et ſic acres primitus, fracti ſunt in fine.
Tamen ſine dubio, nec Fratrum Minorum
Deficit Religio, nec Prædicatorum:
Sed credo quod ſpatio dierum paucorum
Loquitur de quibuſdam nongentoribus. Frigeſcet deuotio, & feruor eorum.
Iam venerunt nouiter ordines diuerſi
Multiformi pariter colore reſperſi
Turbant mirabiliter vultum vniuerſi
Vtinam toraliter perirent ſubmerſi.

Religio reſpondet nunc mundo.

Religio in principio ſæctior & quarto.
Laudem non deſidero, gloriam non quæro:
Sed exempla refero pro ſciendo vero,
Eodemque numero fui, ſum, & ero
Et ad idem propero, & in idem ſpero.
Sed concedo breuiter quod primi patroni
Poſſunt multiformiter modernis præponi:
Tamen probabiliter non poteſt opponi
Quod iſti ſimiliter non ſint valde boni.
Sic mater Eccleſia ſponſa Redemptoris,
Habuit primordia tam miri feruoris,
Quod videtur alia reſpectu prioris:
Vna tamen gratia, vna vis amoris.
Fui virtuoſior in ſtatu priore
Quia tunc propinquior eram cum motore
Tunc eram formoſior, vt manens in flore,
Sed nunc ſum diffuſior in fructu maiore.
Et non volo dicere quod multi clauſtrales
Sub agnino vellere non ſint criminales:
Nam qui nolunt fugere vias mundiales,
Oportet incidere in culpas mortales.
Propter vnius culpam alij nō dānādi.
Et ſi in tot millibus ſint decem, vel centum
Qui vacent erroribus, qui condant talentum;
De cæteris omnibus fiet argumentum,
Quod vnum in moribus teneant accentum.
Nonne plane legimus, quod Apoſtolorum
Fuit duodecimus dux crucifixorum
Tamen Rex altiſſimus, & Sanctus ſanctorum,
Erat paſtor intimus huius, & illorum.
Dicis quod deficio, quoad detrimentum
Quotidie venio, ſed experimentum
Habes pro contrario, nam & incrementum
Vbique ſuſcipio, atque fulcimentum.
Et quod de ordinibus duobus dixiſti
De mendoſis faucibus falſum eruiſti
Malis tuis gratibus ſemper erunt iſti
Veraces præ omnibus ſectatores Chriſti.
Tria ſunt quibus Religio ſtabitur.
Tria præter alia ſunt, per quæ ſeruantur:
Primum eſt penuria, ſuper quam fundantur:
Secundum ſcientia, in qua profundantur
Tertium concordia, per quam fœderantur.
Iam deſcribam paululum ordinem Minorum,
Qui contemnunt ſeculum, & culmen honorum:
Minores euāgelij obſeruatores.
Et peram, & baculum, & ſpem metallorum,
Qui ſibi per cumulum virtutum, & morum
Quærunt habitaculum in regno cœlorum,
Veſtis, pedes, cingulum ſigna ſunt iſtorum,
O fœlix tunicula, quæ crucem figuras
Sed ô fœlix chorda, quæ cœlum menſuras,
O beata plantula, quæ per vias duras
Cœlica cubicula corpori procuras.
Quis beatus Franciſcus.
Franciſcus Italicus fuit huic patronus,
Vir pauper, & mendicus, & ſanctus, & bonus,
Vix eſt pagus vnicus: Vix eſt mundi conus,
Quo non ſit autenticus ſucceſſorum ſonus.
Beati Franciſci ſtigmata.
Stigmatum quinario eſt intus, & foris
Foſſus priuilegio ſuperni fauoris.
Non enim cauterio humani laboris
Fit hæc transformatio, ſed per vim amoris.
Ad quid illius ſtigmata.
O miranda nouitas ſtigmatum Franciſci,
Quæ orandi charitas fecit adipiſci;
Illas plagas inclytas facit reminiſci,
Et animas perditas facit renanciſci,
Lapis ſecundarius huius fundamenti
B. Antonius primus à B. Franciſco.
Extitit Antonius, vir tanti momenti,
Quod Papa Gregorius loco cognomenti
Vocauit hunc ſæpius Arcam teſtamenti.
De Prædicatoribus poſſem multa fari;
Prædicatores Dominicani laudantur.
Pleni bonis moribus ſunt, & Chriſto chari,
Accincti virtutibus, honeſtate clari:
Vacant totis viribus verbo ſalutari.
Confeſſor Dominicus fuit his fundator,
Quis ſanctus Dominicus.
Totus Euangelicus fidei zelator:
Hic extitit publicus errorum damnator,
Nunc eſt factus cælicus Dei contemplator.
Petrus ſtirps Beniuoſa huic Patri ſucceſſit,
S. Petrus martyr Dominicanus.
Qui quaſi Deicola per mundum inceſſit;
Hic commenta ſubdola hæreſum oppreſſit,
Cum trina aureola ad regnum proceſſit.
Hi ſeruant munditiam corporis, & mentis,
Laudes Dominicanorū.
Rigantes Eccleſiam doctrinæ fluentis,
Et per euidentiam exempli monentis
Inuitant ad gloriam Chriſti reſurgentis.

Mundus reſpondet nunc Religioni.

Obiectio contra Minores & Dominicanos.
Quanto magis ponderas tuos fundatores.
Tanto plus vituperas ſuos ſucceſſores:
Si bene conſideres radicem, & flores
Planum eſt degenerant, nec vltra, per errores.
Iam iam vellus ouium vertunt in lupinum,
Cellam in palatium, ſolem in caminum,
Olus in conuiuium, melotes in linum:
Lac in eſum carnium, & aquam in vinum
Mutant, nec officium recitant diuinum.
Si prodire videris Abbates iſtorum
Vadunt cum tot phaleris, & turmis equorum
Et cum tot armigeris, & turba curſorum,
Principes hos dixeris, & Duces caſtrorum,
Non patres putaueris monaſteriorum.
Minores præ aliis, atque Iacobitæ,
Quamuis diſtent iugiter, quamquam bonæ vitæ
Sint, & nunc concorditer viuant ſatis vnite,
Tenebunt communiter modum viæ tritæ.

Religio reſpondet nunc ad oppoſita contra eam.

Paupertas voluntaria manente difficile ruit Religio.
Mendax es, & inſcius: Rationes certas
Tradidi ſuperius de hoc, & apertas,
Quod ſi ſit interius domina paupertas
Non erit vlterius peccandi libertas,
Præſumptor in omnibus non eſt modus æquus,
Quod tu de clauſtralibus proloquaris mœchus,
Nunquid de coloribus iudicabit cæcus?
Siue de ſaporibus diſputabit pecus?
Sunt ordines alij, quos & tu ſupportes
Si ſunt equinarij, ſunt ſimul & ſortes,
Vt concham ſupplicij euitabunt fortes
Et cœleſtis præmij non erunt exortes.

Mundus adhuc obiicit contra Religionem.

Non eſt qui ambigat, quod non regularis
Vita, multum habeat boni ſalutaris:
Et ſi mihi liceat, vt tu confundaris,
Probo quod præualeat vita ſecularis.
Certāti corona debetur.
Sicut apertiſſimè per Paulum habetur,
Certanti legitimè corona debetur,
Ergo cum permaximè ſeculo certetur,
Seculari animæ amplius reddetur.
Idem dicit, nubere melius quam vri,
Ergo præeligere debent intraturi
Statum in quo liberè viuant, & ſecuri
Quam gradum conſcendere altum ruituri.

Chriſtus

Digitized by Google

Obiectio mūdi in vitam regularem.

Christus non apparuit sicut eremita,
Imò esse voluit communis in vita,
Cuius signùm præbuit edens cum leuita:
Ergo sibi placuit quod essemus ita.
Quod est difficilius, vt dicit mortalis,
Est & virtuosius: Ergo cum caustralis
Saluetur facilius, quam vir mundialis,
Non habebit amplius boni virtualis.
Dare quam accipere magis est beatum,
Ergo præeligere debes illum statum
Quo possis diuidere summam facultatum,
Et piè reficere fame cruciatum.
Et ita summopere purgare peccatum
Quam turpiter petere, quod est resignatum,
Quia de periurio plurimum timetur
Omnino iuratio cunctis dissuadetur.
Igitur religio timenda videtur,
Cum eius transgressio grauis reputetur.
Si tamen cœlestia contemplari velis
Per actiuam expia corà corruptelis
Et exempli gratia, Israël fidelis
Post Liæ connubia fuit vir Rachelis.
Nihil ex tristitia, aut necessitate
Pauli est sententia, modo iucundate,
Isti agunt paria pari charitate:
Hic agit ex gratia, & ex libertate
Alter præceptoria pulsus potestate.
Et forte contraria sua voluntate,
Quis horum per omnia magis agit gratè?
Auctor est flagitij, non auctor virtutis
Viam arctans alij, vel sibi salutis,
Ergo sicut inscij comparantur brutis
Quui sese cœnobij inuoluunt statutis.

Ephes.

Paulus ad Ephesios iubet obedire
Parentibus filios, ergo non exire
Debent lares proprios, & claustrum subire,
Quando patres proprios vident dissentire.
Quæ sunt culpæ præuia debes præcauere
Sed quod ex inopia multi deliquere.
Sacra per eloquia poteris habere
Ergo ex penuria non debes gaudere.
Nam intrantem cernimus cum magno feruore
Cui est mensis septimus meta suæ moræ,
Ex leui fit azimus, & vermis ex flore.
Et tunc error vltimus peior est priore.

Mundus petit sententiam ferri per Papam.

Decreta cum legibus possem allegare,
Et istis ordinibus multum obuiare,
Nec vnum de millibus possem replicare:
Nunc Papæ & fratribus placeat formare
Cum bullis patentibus scriptum salutare,
Quod nullus se opibus audeat priuare,
Prohibens iuuenibus vorum regulare.

Papa Respondet nunc mundo.

Nullus cõdēnatus nõ auditus vel nõ citatus.

Non in nostra curia talis mos habetur,
Quod vlla sententia statim fulminetur,
Sed pars aduersaria prius audietur;
Vt patens iniuria iustius mulctetur.

Religio Respondet nunc mundo.

Audiui stultitias Eliud Buzitis
Voluentis sententias verbis imperitis:
Dilatauit fimbrias truffis infinitis:
Tot enim blasphemias: quid partes audi-
tis.

Mundus falsis innititur argumētis.

Diligenter igitur prædictis inspectis
Facilè occurritur ipsius obiectis
Syllogismis vtitur, elenchis confectis
Verbis innititur falsò intellectis.
Dicis in principio de magis certando
Sed patet responsio, ita declarando.
Si maior promotio est in triumphando:
Est tamen præsumptio in hoc attentando.
Es Adam cœlestior, fortior Sansone,
Aut Dauid deuotior, maior Salomone:
Quisque fit deterior in tentatione
Tu quomodo iunior sistis in agone?
Dicis quod est nubere melius quam vri:
Non est sensus literæ quod plus sint securi
Quibus libet nubere, alias arsuri.
Sed Paulus vult dicere quod vadant nupturi,
Qui nolunt ascendere gradum cordis puri.
Dicis, Christus veniens sicut nos viuebat,
Respondeo; quoties illa faciebat,
Infirmis compatiens, talem se præbebat,
Vt erat expediens illis, quos docebat.
Deserti esuriens perfectos monebat:
Sed de templo fugiens infirmos fouebat.
Ad illud, quod, dicitur de difficultate
Hoc subintelligitur in auctoritate
Cum diem efficitur pari charitate:
Alias non sequitur, salua veritate.
Quod plus valet asseris dator acceptore
Dico quod conuinceris glossarum tenore,
Quæ paribus cæteris dicunt istud fore:
Igitur abuteris glossante maiore.
Ad illud responsio de vi iuramenti
Dissimilis ratio patet intuenti:
Non enim iuratio confert facienti,
Votum & Religio prosunt profitenti.
Vna mecum habeo Rachelem, & Liam.
Sorores possideo Martham, & Mariam
Binam vitam teneo, vt per binam viam
Me regno sydereo cooptare sciam.
Ad id quod obiicitur de necessitate
Responsio dicitur quod ex voluntate,
Qua votum aggreditur, & hilaritate
Censetur quod sequitur, & fit totum grate.
Illud quod post subditur, totum denegatur,
Nam si claustro viuitur, via non negatur
Sed arcta eligitur qua citò pergatur
Quæ pulchrior creditur, qua minus erratur.
Dicis temerarium qui patrem offendit,
Hieronymus filium laudare contendit
Et per patrem proprium conculcatum tendit
Ad crucis martyrium, quod claustrum prætendit.
Et Pauli sententia sic intelligitur,
Vt obedientia, quæ patri debetur,
In solum familia regenda notetur,
Ad cætera alia nequaquam tenetur.
Dicis quod inopia est pernicioſa
Aut est voluntaria, aut non, sed exosa,
Si sic meritoria est, & virtuosa
Si non, caret gratia, & tunc est damnosa.
Ad illud responsio de apostatante
Sæpe fit vt vitio carnis instigante
Exit à cœnobio mundum superante.
Et de iudicio peior est, quam ante.

Nõ vi... propri... fidend...

Paulus e... mitur.

Christus e... patiēs, infi... mis vitā d... cebat infir... mam.

Vita cōtem... platiua & actiua gau... det Religio.

Pater nõ au... ditur cū à bono reuoc...

Inopia inuo... luntaria non est meritoria.

Religio modo petit sententiam ferri per Papam.

Huius imprudentiam ponderate viri,
In quorum præsentiam præsumsit mentiri.
Peto per iustitiam mihi subueniri
Per Romanam curiam volens me muniri.
Ergo Pater omnium, ac successor Christi,
Factum per iudicium patenter audisti.
Impone silentium, erubescant isti
Abscinde litigium, vultu cedant tristi.

Digitized by Google

Papa fert modo ſententiam contra mundum.

Partibus audiris fertur ſententia.

Cauſa, quæ hîc vertitur atttentè audita
Iam in parte cernitur quaſi expedita,
Hos & fratres igitur diffinimus ita
Quod mundo præponitur regularis vita.
Cæterum ſubtilius cauſam ponderantes
Iubemus, diſtrictius in ſcriptis mandantes
Vt alter alterius onera portantes
Non ſitis vlterius inuicem turbantes.

Religionis ingreſſus ſuadetur.

Non eſt vita aliqua, nec aliquis ſtatus
Qui per Apoſtolica iura ſit probatus
Quin in mente diuina ſit præordinatus
Quin ducat ad cœlica, quin ſit Deo gratus.
Volentes & numerum horum maiorari,
Duximus nunc iterum decreto firmari,
Quod adultum puerum liceat tonſari
Et ſic eum liberum cum his conuerſari.
Hanc qui contrauenerit confirmationem
In curſum nouerit ſe damnationem,
Nec habere poterit relaxationem.
Niſi hic præmiſerit ſatisfactionem.

Finis diſputationis inter mundum & Religionem.

DIALOGVS DE OBEDIENTIA Inter Bernardinum & Paulum interlocutores.

PAVLVS. Quærebatis pridie, Reuerende Pater, de voto Euangelicæ, obedientiæ, ſcil. an vouere, vel alteri homini obedientiam promittere, in omnibus quæ non ſunt contraria animæ & Euangelicæ perfectioni ſit perfectionis Euangelicæ. Et cum multa audirem ex vobis, quæ in laudem Euangelicæ perfectionis, vel obedientiæ veniebant. Hoc certitudinaliter aſſeruiſtis, quod vouere obedientiam antedictã, eſt de ſubſtantia perfectionis Euangelicæ, tanquã vnũ de principalibus conſiliis Chriſti. Ego vero ſcholaſticus, licet ſcientia imperitus, non modicum de his quæ prædicaſtis admiratus ſum, & cogitaui in corde meo humiliter poſtulare declarari à vobis, Chriſtianus ſum, & licet peccatis, & negotiis ſecularibus inuolutus, non tamẽ deuiare vellẽ à tramite veritatis. Cogitaui in corde meo & diligenter examinaui quædam, quæ opponã ſententiis & dictis veſtris: non quia tentare vos vellẽ aut vobis oſtendere me peritum: ſed tantum vt in mente mea de prædicta obedientiã veritas eluceſcat. Sed & ſuportate me iuuenem imperitum, & in ſpiritualibus inexpertum. *Ber.* Dic audacter fili, & omne quod de hac materia dubium habes, aperi confidenter, nec mihi diſplicere debet quod declarari velis, de his quæ per me dicta ſunt. Reſpondebo tibi fideliter quid de hac materia ſentiam, peritioribus quod non fuerit bene dictum relinquens humiliter emendandum. ſed vt dicitur Prou. 22. *Appone cor tuum in doctrina mea.* *Paulus.* Humanitas veſtra audaciam mihi præſtat vt loquar. Et quia cõſueuiſtis omnes ſermones veſtros diuidere principaliter in tres partes quod mihi, & aliis peritioribus me placuit, ſemper ſequar ego veſtigia veſtra humiliter opponendo contra ea, quæ de obedientia dicta ſunt tripliciter. Et probo quod tale votum obedientiæ, primo ſit malum, ſecundo quod ſit periculoſum, tertio quod ſit imperfectum. *Ber.* Vt video armatus veniſti, & præparatus, & placet multum dummodo aſſentias humiliter rationibus meis. *Paulus.* Non vt contemnam aut contendam pater & magiſter veni. *Bern.* Dic igitur confidenter quod ſentis.

Diſputandi veritatis indagãda gratia.

Humiliter de ſe ſtiẽdum.

Prou. 22.

Quatuor ſiunt argumenta contra obedientiam, videlicet quod non eſt bona.

Paulus.

PRimo quidem oppono prima via: videlicet quod votum obedientiæ malũ eſt quadruplici argumẽto.

Argumentum primum, quod obedientia ſit contra honorem Dei.

Paulus.

PRimo inquam illud eſt malum, quod eſt in magnam dehonorationem Dei: ſed ſubiici alteri quam Deo vel maxime per tam vniuerſalem obedientiam, videtur eſſe dehonorationem Dei, & in tantam aut maiorem ſicut eſt adorare alterum quam Deum; cum magis ſubiiciat hominem obedientia quam adoratio. Vnde 1. Cor. 7. Videtur amplius inhibere omnem talem ſubjectionem, dicens. *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum:* ergo tale votum videtur malum. *Ber.* Reſpondeo quod ſubiici alteri quaſi ille eſſet Deus, vere eſt ſumma iniuria Dei, & maior quam ſola adoratio: ſed ſubiici alteri vicario Dei, & ſolummodo propter Deum eſt ſummus honor Dei, & quoad aliquid maior, quàm ſi ſoli Deo in perſona ſua homo ſubderetur. Quod enim aliquis in tãta reuerentia habet regẽ ſuũ quod non ſolũ ſibi ſubiici velit, ſed ſeruo ſuo propter eum, maius eſt quam ſi ſubiici vellet ſibi ſoli, quantum autem ad hoc non eſt ſimile de adoratione; quia adoratio proprie ſumpta ſignat ſolum illum reuerentiæ modum, qui fit alicui vt vero Deo non vt vicario: Verbum autem apoſtoli intelligi debet de ſeruitute vitioſa, qua homo ſeruit homini ex timore vel amore mundano, & vitioſo. Bern. quoq; in lib. de præcepto, & diſpenſatione ait: Siue Deus, ſiue homo vicarius Dei mandatum quodcunque tradiderit pari profecto obſequendum eſt cura, pari reuerentia deferendum, vbi tamen Deo contraria nõ præcipit homo. Et ſequitur, quamobrẽ quicquid vice Dei præcipit homo, quod non ſit tamen certum diſplicere Deo, haud ſecus omnino accipiendum eſt quaſi præcipiat Deus. Quid enim intereſt vtrum per ſe, an per ſuos miniſtros ſiue homines ſiue Angelos hominibus ſuum manifeſtet placitũ Deus. *Paulus.* Placet quod dicitis, nam vt video & ratio, & exemplum, & auctoritas bonum, & ſanctum eſſe oſtendunt quod ego putabam malum.

1. Cor. 7.

Quomodo alteri ſubiici ſit malum, & non malum.

Quid adoratio propriè ſumpta.

Nõ ſoli Deo ſed eius vicario obediẽdum eſt.

Argumentum ſecundum, quod obedientia eſt contra proprium hominis bonum.

Paulus.

SEcundò inſuper addam, illud quod eſt in magnum præiudicium proprij boni, illud eſt profecto malum: ſed hoc eſt huiuſmodi, quia tollit fere totam libertatem agendi datam homini à Deo ad bonum vtile peragendum: oportet enim hominem huiuſmodi obedientiæ ſubiectum ſtare in omnibus voluntati, & conſilio ſuperioris, & ſic patet quod tale votum eſt malum, *Bern.* Ad hoc dicendum quod obedientia hæc non tollit aliquam libertatem ad faciendum bonum, ſed potius ad illud promouet. Nam ſicut ſupradictum eſt prælati nõ habent poteſtatem in ſuos fratres contra bonum ſubditorum, ſed ſolum in bonum eorum. Vnde in hoc prælati potiùs ſunt ſerui quam Domini. *Paulus.* Quia ratio veſtra intellectum in hoc ſatis mihi aperit, nihil de hoc dubietatis remanſit

Obediẽtia nõ tollit libertatẽ ad faciẽdũ bonũ, imo ad illud promouet.

Argumen

Digitized by Google

Argumentum tertium, quod obedientia est in damnum prælati.

Paulus.

TErtio quoque addam, quod tale votum sit malum. Nam illud quod est in magnum nocumentum prælati, cui homo subiicitur, illud est malum: sed hoc est huiusmodi, quia oportet eum incurrere magnã præsumptionem, scilicet in sustinendo & consentiendo aliis præponi & anteponi. Et si subiici per huiusmodi obedientiam est magis perfectum quam non subiici; oportebat prælatum huiusmodi semper quoad statũ obedientiæ imperfectum esse. *Ber.* Respondeo, fili mi, quod quadruplici ex causa hoc non est in nocumentum prælati. Primo quia bonum obedientiæ propriæ recõpensatur sibi in bonum communitatis & regiminis subditorum. Secundo, quia nullus debet ad hoc sumi, nisi sit sufficienter exercitatus in huiusmodi obedientiæ subiectione: ita quod per prælationem amor obediendi in eo repescere non possit. Vnde 1. Tim. 3. de Episcopo perficiendo à pluribus loquens ait. *Non neophytum ne in superbiam elatus in iudicium diaboli incidat.* Neophytus enim cõpositum est, & componitur à neos & phytos quod est fides, & dicitur neophytus, ti, Græce, nouellus nouicius, rudis fidelis vel nuper renatus. Tertio quia non debet aspirare ad gradum prælationis, sed potius, semper ad statum subiectionis: nec per se ad illud ascendere debet, sed potius à Deo per alios debet ad hoc trahi, ita quod solum propter bonum obediẽtiæ, & charitatis, & vtilitatis fraternæ in eo stet, quasi tractus atque inuitus: quia si bene attendit ius suæ prælationis, potius habet vnde humilietur, quàm vnde infletur, quia sua potestas in veritate potius habet rationem seruitutis, & seruitij, quàm dominij. His autem quatuor non obseruatis, fateor quod multum perdet de merito obedientiæ, & humilitatis. Sed tunc nihilominus damnum vnius paruipendendum esset pro tanto multitudinis bono. *Paulus.* Placet pater, quod statum prælationis non inconsultè, sed debitis circunstantiis firmatis: sed vtinam religionum prælati hæc seruent.

Præponi alius ex voto obediẽtiæ quadruplici ex causa bonũ.

1. Tim. 3. Neophyti etymologia.

Prælatus habet vnde humilietur.

Argumentum quartum, quod status obedientiæ ordinem naturæ perturbat.

Paulus.

QVarto quoque superaddo. Videtur enim quod id quod perturbat ordinem naturæ à Deo institutũ, illud est malum: sed hoc est huiusmodi, quia natura quantum ad huiusmodi obedientiam omnes instituit pares, nisi solum pro quanto filij parentibus tenentur obtemperare, aut insipientes sapientibus: hic autem econuerso. frequenter continget, quia parentes tenebuntur obedire filiis, sapientes stultis, boni malis: quæ omnia sunt contra ordinem naturæ, & rationis. *Bern.* Ad hoc dico, quod natura non fecit omnes in hoc pares, nisi per priuationem huiusmodi superioritatis quæ ex natura nulli datur: non autem per institutionẽ, & impositionem superioritatis sunt opposita, quin potius naturalis ordo ad hoc inclinat, & eius consummatio hoc requirit. Præterea, secundum Tho. 2. 2. q. 14. art. 1. in corpore q. Sicut actiones rerũ naturaliũ procedunt ex potentiis naturalibus: ita etiã operationes humanæ procedũt ex humana voluntate. Oportuit autẽ in rebus naturalibus, vt superiora mouerent inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis virtutis diuinitus eis collatæ. Vnde etiam oportet in humanis rebus, quod superiores moueant inferiores per suam voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ. Mouere autem per rationem, & voluntatẽ est præcipere. Et ideo sicut ex ipso ordine naturali diuinitus instituto inferiora in rebus naturalibus necesse habent subdi motioni superiorum: ita etiã in rebus humanis ex ordine iuris naturalis, & diuini tenentur inferiores suis superioribus obedire. Hæc ille. Non etiam verum est, quod ex hoc sequatur stultos præesse discretis, & malos bonis, nisi forte per accidens. Per se enim hoc non sequitur nisi ex peruersitate eligentium prælatos ad hoc malos, aut ex communi miseria huius vitæ, in qua nullus ordo rerũ, aut personarum est ita fixus, aut certus, quod nihil possit pati inordinationis, aut dubietatis. Sicut enim natura per se non intendit, aut facit monstra, seu peccata, immo potius oppositum: sic nec lux huius obediẽtiæ per se intẽdit, aut exigit, quod stulti, & mali præsint discretis & bonis, immo potius quantum est ex se, intendit & exigit oppositũ: & tamen quando hoc præter eius intentionem, & exigentiã contingit, adhuc superfulget & superuincit obedientiæ bonum, quod est magna gloria obedientiæ, quod maiores obediant minoribus, & quod meliores sint prompti subesse imperfectionibus, seu malis. Vnde super illud, quod Matt. 3. c. Christus Ioanni dicit, quando venit ad baptismum, *Sic enim decet nos implere omnem iustitiã*, gloss. ait, quod perfecta humilitas est, quando superior subditur inferiori, sicut subiecit se Christus Ioanni, plus quàm quando inferior superiori, aut quam quando æqualis æquali. Quod autem filij, vel iuuenes præsint patribus vel senioribus, quando ad hoc ratione roboris discretionis, & sanctitatis sunt aptiores seruata aliàs reuerentia, quæ paternitati & senectuti debetur, non repugnat ordini naturæ, immo potius ordo naturalis rationis hoc exigit. Et licet ordo corporalis generationis, & ordo temporalis hoc non exigant: non tamen obuiant ei. Licet etiam prælatus sit in se malus, id est peccator: non tamen in eis, quæ sunt licita, & honesta, illi parere est malum. Et in hoc magis refulget virtus humilitatis & obedientiæ bonum, In his vero, quæ Deo contraria sunt, nemo alicui hominum parere debet, iuxta illud Act. 5. *Oportet Deo obedire magis, quàm hominibus. Paulus.* Iam intelligo pater, quod illud quod de obedientiæ voto videbatur malum, iam mihi incipit apparere bonum.

Non ita fixus est rerũ ordo quod nihil pati possit inordinationis.

Matth. 3.

Perfecta humilitas quãdo superior subditur inferiori.

Prælato peccatori debemus obedire.

Arguitur quadruplici argumento, quod votum obedientiæ est periculosum.

Paulus.

SEcundo proposui alia via arguere, quod tale obedientiæ votum licèt vt dictum est, appareat bonum: videtur tamen bonum valde periculosum. *Bernardinus.* Ostendẽ, obsecro, in quo consistat hoc periculum. *Paulus.* Ostendam quippe per quatuor alia argumenta.

Quadruplici argumento probatur, quod votum obedientiæ sit periculosum.

Argumentum quintum, quod in obedientia homo se astringit ad parendum in rebus periculosis.

Paulus.

PRimo insuper videtur, quod quicunque necessario se constringit ad agendum dubia & periculosa, magnis periculis se exponit: sed hoc est in proposito nostro, quia subditus astringitur ad obtemperandum prælato in dubiis & periculosis, & etiam in malis, quantumcunque magnis num, subditus certitudinaliter sciat ipsa fore mala. *Bern.* Potest siquidem subditus dubitare aut ignorare de aliquibus, an sint mala & periculosa dupliciter, videlicet aut in vniuersali, aut in particulari. Potest etiam dubium esse de iure, vel de facto. Primo autem si sit de facto, seu de singularibus, & circunstantiis in nullum committit se discrimen alicuius mali, quando obedit: quia nullum est sibi peccatum, nec peccati periculum, nisi huiusmodi dubietas, vel igno-

Quando in dubiis debemus obedire.

Digitized by Google

tantia proueniret ex voluntate,vel negligentia ſua. Secundo autem ſi ſit dubium de iure, ſeu in vniuerſali: & tunc, aut ſubditus non tenetur ſcire illud ius, & tunc nullum eſt ſibi peccati periculum aut tenebatur ſcire, & tunc quamuis non excuſetur à toto: quia tamen non facit illud ita voluntariè, ſicut ſi faceret illud ex ſe ſolo motus: & quia ſemper ibi refulget voluntas, & intentio boni obedientiæ excuſat à tanto & hoc non modicum, ſed multum eſt. Quicquid igitur eſt ibi de periculo peccati, aut de peccato, non prouenit ex obedientiæ lege, ſed potius ex indebita ignorantia ſubditi, & ex indebito imperio prælati, quod in caſu illo pro ſe, & ex natura ſua ſubditum non aſtringit: ſed ſolum ratione conſcientiæ ſubditi, qui iudicat ſe illo caſu teneri propter indebitam ignorantiam diuini iuris. Falſa eſt igitur minor, quia obedientia non aſtringit ad aliquid, quod ſit ſubdito malum ſeu periculoſum: ſed potius facit, quod aliqua quæ alias eſſent ſubdito mala, vel periculoſa, ſint ſibi bona atque ſecura, aut quod ſaltem non ſint ſibi ita mala vel ita periculoſa. *Paulus.* Inficere pater non poſſum, quod dicitis ita diſtinctè, & lucidè, quod mihi dubium erat declaratis.

Obedientia nõ aſtringit ad aliquid quod ſit ſubdito malum.

Argumentum ſextum, quod obligare ſe ad id quod eſt quaſi impoßibile obſeruare, periculoſum eſt.

Paulus.

SEcundo quoque ſuperaddam obligare ſe ad ſeruandum id, quod non eſt plenè in noſtra poteſtate, & quod vix perfectiſſimi ſeruare poſſunt, eſt valde periculoſum: ſed ſubito ad nutum & imperium prælati refrænare, aut laxare impetus, & motus ac conſenſus ſuarum voluntatum, & cogitationum, non eſt plenè in poteſtate etiam perfectorum virorum, & tamen huiuſmodi obedientia ad hoc aſtringit, ergo periculoſum eſt hoc votum. *Bernard.* Ad hoc dicendum, quod ſecundum quoſdam nullum imperium extendit ſe ſuper ſecreta cordiũ per ſe, ſed ſolum ſuper exteriora, quæ homini ſunt viſibilia. Inquantum autem ad proſecutionem debitam iſtorum, exiguntur exteriora, & intantum poteſt ſuper ipſa exteriora. Fundant autem ſe ſuper duobus. Primum eſt, quia homo ſecũdum mentem eſt ſolum Deo inferior, & ideo mens nullum poteſt directè habere ſuperiorẽ, præter ſolum Deum. Secundum eſt quod inuiſibilia non ſubſunt iudicio, & regimini prælati, niſi quantum viſibilibus ſunt coniuncta. Vnde nec per ſacramenta, quamtumcunque ſint generalia & neceſſaria, ſicut baptiſmus, per quem non poteſt ſubueniri puero, dum eſt in vtero matris, nec alicui, niſi provt eſt viſibilis, aut alicui exteriori ſenſui ſubiacens: nec aliqua profeſſio pactorum, ſeu religionis, vel matrimonij haberet aliquid firmitatis inter homines, niſi ſint per aliqua ſenſibilia exterius expreſſa & manifeſtà. Si igitur nulla poteſtas hominum ſpiritualis eſt latior, quàm poteſtas ſacramentalis nec imperium prælati eſt potentius ad obligandum, quã profeſſio ſolennis, à qua ipſum imperium robur ſumit: ergo imperium prælati non erit obligatorium, niſi provt eſt viſibile, & provt de viſibilibus eſt. Secundum vero alios hoc nõ eſt verum: ſi enim prælatus poteſt ſuper voluntatem ſubditi, vt coniunctam exteriori actui: ergo multo magis poteſt in eam provt eſt operi non coniuncta. Maius eſt enim poſſe ſuper vtrumque ſimul, quam ſuper alterum tantum illorum duorum. Item prælatus poteſt præcipere ſubditis, quod fideliter conſulant ſibi ſuper aliquibus, & quod ſuper deliberent ſecum. Poteſt etiam eis præcipere, quod vacent orationi, aut ſtudioſæ meditationi, aut quod cogitent de tali ſermone populo prædicando, & ſic de ſimilibus: ſed iſti ſunt actus interiores per ſe abſque exterioribus ſumpti: ergo prælatus poteſt ſuper actum interiorem. Item ſecundum Apoſt. Epheſ. 6. ſerui tenentur ſeruire Dominis non ad oculum, ſed ſecundum Deum: ergo ad præceptum Domini ſui tenentur actum interiorem ordinare ad Deum. Sed ſubditus euangelicus plus tenetur prælato, quam ſeruus Domino. Item homo poteſt abdicare à ſuo dominio, & dare & offerre Deo vel alteri in honorem eius, quicquid eſt ſub dominio ſuo, ſaltẽ vbi hoc fieri poteſt abſque aliquo peccato, vel imperfectionis periculo: ergo facultatem actuũ interiorum, provt ſunt per ſe ſumpti, poteſt homo à ſe abdicare, & propter Deum prælato ſubiicere, ſicut & facultatem actuum exteriorum, cum nõ minus ſint ſub dominio noſtro. Vnde Bern. in libello, qui incipit, Multi multa ſciunt: ait, Bonus obediens dat ſuum velle & ſuum nolle, vt poſſit dicere. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum:* quandocunque præceperis facere, paratum ad votum, & nutum citius obedire. Hæc Bern. Exercere etiam ſe in eis, provt ſunt per ſe ſumpti, non habet plus de periculo, quã exercere ſe in eis, provt ſunt exterioribus coniuncti. Quis enim dicet, quod ſanctè cogitare & velle bona, & virtuoſa, aut ſanctè interius actus virtutum elicere, ſit imperfectum aut periculoſum? Nec ex hoc ſequitur, quod aliquis ſit naturaliter ſuperior mente eius, ſed ſolum iuriſdictio valet per viam, ſc. iuris. Hoc autem non eſt impoſſibile. Tertio aliis videtur, quod modus medius ſit tenendus. In illis enim actibus, ad quos ſic potentes ſumus, quod aſtringi ad illos quandocunque à prælato præcipimur, nihil habet periculi, ad nihil vani, aut mali extendit ſe obedientia iſta: non autem ad illos, ad quos aſtringi periculoſum eſt. Aut quia non ſumus plenè potentes ad illos peragendos, vel vitandos ad nutum prælati. Aut quia multas habent intra ſe perplexitates, & altercationes, & etiam immixtiones multorum motuum vitioſorum. Vnde ſi quis præciperet fratri, volo quòd ita intẽſe diligas illum vel illum: Aut quod tota die hoc cogites, & non aliud, & ſimilia, ſtultè præciperet. Quando autem præcipiuntur in generali, aut indeterminatè, aut ſub conuenienti determinatione, quod ſuperuacet orationi vel meditationi, aut quod deliberet ſuper hoc vel illo, intelligendo prout bono modo ad hoc eſt potens, tunc tenetur. Rationes autem modi ſecundi non cogunt ad amplius, quàm ad iſtud etiã ſecundum ſuperficiem verborum, niſi fortè præter primam rationem, qua non multum efficaciter videtur informare. Non enim ſequitur, quod ſi aliquis poteſt ſupra duo, vt ſunt coniuncta, quod multo magis poſſit ſuper ea, vt ſunt diuiſa. Videmus enim, quod aliquis poteſt videre duas partes vnius lapilli vel atomi, vt cõiunctæ, nõ autẽ vt ſunt diuiſæ. Agens etiam creatum poteſt ſuper materiam & formam, vt ſunt coniuncta vel coniungibilia: non autem vt ſunt diuiſa. Papa etiam poteſt multis modis alligare, & ſoluere animam & corpus, vt ſunt in hac vita coniuncta, & non ſic poteſt, quando ſunt poſt mortem diuiſa. Ad caſum igitur ſupra tactum redeundum eſt. Quando enim obligari ad actum interiorem, vt per ſe ſumptũ non plus habet periculi quã obligari ad vtrunque actum, vt ſunt coniuncti: tunc enim tenebitur obedire, quãdo autem aliter, aliter. Rationes autem primæ poſitionis facilè eſt diſſoluere. Ad primã autem iam paulò ſupra eſt reſponſum, ſcilicet in fine ſecundæ poſitionis. Ad ſecundam autem poteſt dici, quod imperium prælati nõ fertur immediatè, nec principaliter ſuper actus interiores, nec ſuper ipſam mentem, ſed potius ſuper totam perſonam hominis. Perſona enim eſt, quæ per huiuſmodi imperium obligatur ad illos actus & illa ratione ſui corporis eſt viſibilis. Et ſimile eſt in baptiſmo, & in aliis ſacramentis, quorum efficacia mentem attingit. Vnde & per ea gratias internas acquirimus: ſed tamen hoc eſt per hoc, quod principaliter ordinantur ad totam perſonam, quæ ratione ſui corporis ſubiacet ſenſibus. Ex his autem patet ad ſecundum principale, quod in nullo eſt contra vltimam iſtam poſitionem. Quod tamen in verbo beati

Negatiua reſponſio.

Imperiũ ſuperioris extra vt viſibile obligatoriũ.

Affirmatiua reſponſio.

Obediens dat ſuũ velie & ſuum nolle.

Quãdo ſuperioris imperiũ nõ admittẽdum.

Reſponſio 1. Obiectionis.

Reſponſio 2. Obiectionis.

Digitized by Google

beati Bernardi tangitur de obediendo ad nutum prælati, non est intelligendum, quod simplici verbo, vel cuicunque nutui prælati teneamur sic obedire, quod contra agendo peccemus mortaliter: tum quia talis obligatio esset periculosissima: tum quia esset etiam contra intentionem prelati præcipientis, qui non intendit nos sic fortiter obligare per simplex verbum, aut per quecunque nutum. Et ideo expresse appareat, quod qui in tali fortitudine obligare intendit, non peccat homo mortaliter, non agendo, nisi hoc faceret ex magno eius contemptu, aut ita frequenter, quod saperet manifestũ contemptum. *Paulus.* Longa quippe, & difficilis fuit responsio hæc meæ dubitationi, & multum suspenderat aliàs mentem meam verbum beati Bernardi, licet in argumento meo non posuerim illud: tamen lætatus sum quando Domino inspirante per vos in medium deductum est; magisque gauisus sum, quando quomodo intelligi debeat, declarastis.

Argumentum septimum, quod subditus à prælato sæpe potest prouocari ad iram.

Paulus.

TErtio vltra prædicta superaddam. Videtur enim, quod prælatus tam per se, quam per alios subditos suos frequenter possit subditum suum prouocare suo imperio & modo indiscreto, atque proteruo ad intolerabilem impatientiam, & indignationem ad indebitæ pusillanimitatis timorem, ad indebitæ gratiæ, & adulationis fauorem, & ad indebitæ lasciuiæ laxationẽ: quia non solum quod præcipitur, sed quod agitur à prælatis facilè trahitur in exemplũ. Si ergo periculosũ est se associare vni simplici socio, qui ad hoc prouocaret: multo magis periculosũ erit se subdere tali prælato. *Bern.* Respõdeo, quod sicut superius tactũ est, lex obedientiæ nõ intendit; nec exigit malũ prelatũ, immo potius bonũ. Proinde mala prælatorum in argumento per te tacta, per consequens non sequuntur ad eam, & tamen hoc bonum obedientiæ hic relucet quia inclinat subditum ad patientiam & humilitatem, & ad Dei timorem potius, quàm ad timorem hominis: cum obedientia non faciat obedire prælato, nisi solum propter timorem Dei, atque propter eius amorem. Illa ergo vitia non sequuntur in subdito ex obedientiæ voto, sed ex subditi imperfectione, occasione à prælato data, atque à subdito vitiosè assumpta. Per se autem bona non sunt dimittenda, nec diiudicanda esse mala propter aliqua nocumenta, quæ aliquando per accidens ea comitantur, quia vix est aliquod bonum in vita ista, quin aliquando multa mala ipsum per accidens subsequantur: & sic omne bonum huius vitæ dimittendum esset. *Paulus.* Fateor quod dicis pater: nam & de passione Christi, & de sanctissimo sacramento altaris, atque de multis scripturis sacris multæ hæreses exortæ sunt, & quasi infinita mala propter erroneum intellectum.

Solutio *Lex Obedi-* *tiæ nõ exigit* *malũ supe-* *riorem.* *Obedi-* *tia in-* *clinat ad pa-* *tientiã & a-* *lias virtutes.*

Per se bona *nõ dimittẽda* *propter mala* *per accidens.*

Argumentum octauum, quod scandalosum est per obedientiam reuelare secreta.

Paulus.

QVarto etiam superaddamus. Porrò reuelare proprias cogitationes. & occultos defectus sui, vel aliorum, est periculum multiplicis scandali: sed vouens talem obedientiam tenebitur ad ista: ergo periculosũ est tale votum. *Bernardinus.* A multis quippe sapientibus tenetur, quod reuelatio cogitationum, & internarum affectionum non subest propriè & directè obedientiæ voto, nec imperio alicuius prælati. Dicunt enim, quod quãuis aliquas cogitationes, & affectiones posset homo licitè reuelare: obligare tamen se ad reuelandum quascunque, quando sibi præcipetetur, esset periculum magnarum infamiarum, scandalorum multorum. Et idem sequeretur, si obligaret se ad reuelandum solas, quas alias posset licitè, absque sui infamia, vel alicuius scandalo reuelare: quia tunc ad imperium prælati quærentis sibi reuelari eas de quibus licet, quæcunque non reuelaret: aut oporteret eum mentiri, aut contra obedientiam agere: aut tacendo manifestè innueret, quod cogitationes illæ quas tunc celabat, erant malæ. Et ita per consequens obligatus esset ad periculum infamiæ suæ, & scandali alieni. Quicquid autem sit de hoc, ad propositum non refert: quia si obligare se ad reuelationem cogitationum est malum aut periculosum, constat secundum prædeterminata, quod non subest voto huiusmodi obedientiæ reuelatio earundem. Si autem non est malum vel periculosum, nec etiam imperfectum, se ad hoc obligare: indubitanter reuelatio earum subeset huic altissimæ obedientiæ. Et ita nullo modo argumentum prædictum cogit. De occultis etiã defectibus suis, qui in opere exteriori fuerunt, de quibus nulla suspicio in genere, vel in specie iam præcessit, prædicti sapientes idem dicunt propter easdem causas. Omnia hæc spectant secundum eos, ad solum sacramentum confessionis. De occultis autẽ defectibus aliorum dicunt quidam, quod prælato non est obediendum contra præceptum Dei, secundum illud Act. 5. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Et ideo quando prælatus præcipit vt sibi dicatur, quod quis sciuerit corrigendum, intelligendum est præceptum sanè, id est saluo ordine correctionis fraternæ: siue præceptum sit communiter ad omnes, siue ad aliquem specialiter. Sed si prælatus præciperet contra hunc ordinem diuinitus institutum, & ipse peccaret præcipiens & ipse obediens, quasi contra præceptum Domini agens. Vnde non esset illi obediendum: quia prælatus non est iudex occultorum, sed solus Deus. Vnde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi inquantum per aliqua indicia manifestantur: puta per infamiam, vel per aliquas suspiciones, in quibus casibus potest prælatus præcipere eodem modo, sicut & iudex secularis, vel ecclesiasticus potest exhibere iuramentum de veritate dicenda. Et huius opinionis est Tho. *Paulus.* Iam viuis rationibus intellexi quod id quod prius putabam malum, est bonum: & id quod æstimabam periculosum, video iam securum sed nondum intelligere queo, quomodo tale votum sit perfectum, nam prima facie esse arbitror imperfectum. *Bern.* Spero in gratia Saluatoris, qui huius voti dedit consilium, quod etiam eius perfectionis tibi tribuet intellectum.

Prælato non est obediẽdũ cõtra Dei præceptum.

Quod obedientiæ votum, licet sit bonum atque securum, videtur nihilominus imperfectum.

Paulus.

TErtio proposui alia via arguere, quod licet tale votum sit bonum atque securum, tamen esse videtur imperfectum. *Bernardinus.* Ego quoque cupio audire argumenta tua, & in quo fundentur, & cum ipse magister perfectionis dederit de hoc voto tanquam de re perfecta consilium. Insuper & in veteri testamento Deus per Prophetam ait: Vouete: hoc est perfectionis consilium: & reddite Domino Deo vestro: & hoc obligationis præceptum. *Paulus.* Aperiam quod me mouet.

Argumentum

Digitized by Google

Argumentum contrarium, quod perfectius eſt præcipere, quam parere.

Paulus.

PRimo enim videtur, quòd ſi ſtatus prælati perfectior eſt quam ipſius ſubditi: ergo & actus competens prælato inquantum tali, perfectior eſt quàm actus, qui competit ſubdito inquantum tali: ſed actus prælati inquatum talis, eſt imperare atque præcipere. Actus vero ſubditi inquantum talis eſt ſubiici & obedire: ergo perfectius eſt præcipere, quàm ſubiici: & imperare, quam obedire: ergo maioris perfectionis eſt aſtringere ſe ad imperandum, quam ad obediendum. *Bernardinus.* Ad hoc dicendum, quod loquendo de perfectione auctoritatis & dignitatis, ſtatus prælationis perfectior eſt, quam ſtatus ſubditi: loquendo autẽ de perfectione ſanctitatis, non eſt ſecundũ ſe perfectior, niſi ſolum pro tanto, quod ante promotionem, & poſt exigit maiorem perfectionem, & ſanctitatem in prælato, quã ſtatus ſubditi in ſubdito. Secundum autem hoc ſimiliter eſt concedẽdũ, quod imperare, & præcipere eſt actus maioris auctoritatis, & dignitatis, quàm ſubiici & obedire, & quod maiorẽ virtutẽ præexigit in imperante ad hoc quòd perfectè fiat, ad hoc quod perfectis circũſtãtiis veſtiatur, quã obedire requirat in obediẽte. Sciendũ autẽ, quod dignitas, & auctoritas non eſt creaturæ appetibilis propter ſe, ſed ſolũ propter aliorũ vtilitatẽ, & Dei honorem. Non enim competit homini ſecundum ſe, ſeu ſecundum id quod habet à ſe, cum ſecundum ſe ſit nihil, & peccator propter quod imperare ex ſuo genere non dicit actum virtutis, nec conuenienter, poteſt cadere ſub ipſo voto. Vouere enim præſidentiæ ſtatum & officium imperandi nullius eſt meriti, quamuis in hoc obedire ſuperiori ad talem ſtatum cogenti meritorium eſſe poſſit: ſubiici vero vel obedire, eſt actus de ſe appetibilis: quia habet in ſe multum de ratione humilitatis: tum quia in hoc principaliter intenditur bonum ſubditi: tum quia pro hoc procuratur ſubdito adiutorium ad regimẽ prælati: tum quia competit homini ſecundum id, quod habet à ſe: ſcilicet nihilitatem atque peccatum, & defectum diſcretionis, & voluntaris ad ſeipſum perfectè gubernandum. Vnde ſubiici, & obedire ex ſuo genere dicunt magis actum virtutis, quàm imperare, & maxime prout procedunt à voto, & virtute obedientiæ, propter quod & vouere ea eſt meriti magis, & idcirco ſtatus ſubiectionis ex ſuo genere dicit maiorem perfectionem virtutis, quàm ſtatus prælationis. Cuius ſignum eſt, quod apperere primum eſt ſignum magnæ humilitatis, & perfectionis: appetere vero ſecundum eſt vt plurimum magnę ambitionis & imperfectionis. *Paulus.* Quod hoc ſit verum, experientia manifeſtat. Nam pleroſque ego iuuenis noui, qui vt poſſent proficere animabus, & augmentare honorem Dei, quæſierunt prælationem, & poſtquam aſcenderunt ad gradus, vt ſe manutenerent in prælatione, commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera, & ſeruierunt ſculptilibus eorum & factum eſt illis in ſcandalum. Quod arbitror contigiſſe, vel quia ſeipſos deceperunt per occultam ambitionem ſub ſpecie zeli, vel quia poſtquam aſcenderunt ad gradus, ex imperfectione eorum prolapſi ſunt, ſicut ſcriptum eſt, Honores mutant mores. *Bernardinus.* Non eſt gratia praui luminis hoc intelligere, dilecte fili, & huic ſententiæ operibus adhærere. Sequere interim, quod cœpiſti. *Paulus.* Dubitabam, pater, longiori ſermone vos grauare: ſed quia vos video libenter audire, delectat me dicere.

***

Dignitas non eſt appetibilis propter ſe ſed ſolum propter aliorum vtilitatem.

Obedire de ſe eſt actus appetibilis.

Obedire ex ſuo genere dicit magis actum virtutis quam imperare.

Argumentum decimum, quod votum Obedientiæ imperfectum eſt, exemplo Anachoretarum.

Paulus.

SEcundo etiam addo. Ex libris Hieronymi dici, inſuper intellexi hoc in beati Benedicti regula contineri, quod ſummũ genus monachorum eſt genus anachoretarum, ſed iſti ab huiuſmodi obedientia abſoluũtur, cum ſolitarij viuant: ergo tale votum imperfectum eſt. *Bernardinus.* Ad hoc dicendum, quod de anachoretarum ſtatu tripliciter poſſumus loqui. Aut prout præſupponit ac conſequitur perfectum exercitium obedientiæ, & charitatis fraternæ, & perfectionem ſuorum habituum: aut prout commiſcetur eis per viciſſitudinem temporum interpollatim, ſcil. vacando nunc iſti exercitio, nunc illi, ſicut fuit in Io. Baptiſta, & Chriſto, & beato Franciſco, & beato Dominico. Aut prout præcidit, & reſcindit, à ſe omne tale exercitiũ. Primus duobus modis ſtatus anachoretarum, ſeu contemplatiuorũ, eſt perfectiſſimus, non autem vltimo modo, quod autem dicis, quod tales ab obedientia abſoluuntur. Reſpondeo, quod à voto ſiquidem prius facto, aut ab amore eius non abſoluuntur, ſicut nec quando aſſumuntur ad ſtatum Epiſcopatus vel alterius prælaturæ, ſed ſolum ab exteriori exercitio obedientiæ. Quod quidem fit pro eo, quod interiori virtute, & actu obedientiæ, & humilitatis conſummati ſunt, & vt plenius vacent ſoli exercitio contemplationis internæ, quod eſt altius omni altero exercitio, & præcipuè omni exercitio exteriori. Et quia tales non vacant propriæ voluntati implendæ, ſed cuidam obedientiæ altiori: aguntur enim à ſpiritu in contemplationis deſerto. *Paulus.* De vno inciderẽ cupio declarari, quare primi anachoretæ, & quãdoque ſecundi raro confitebantur, & raro communicabant: cum hæc duo videantur eſſe ſacramenta magnæ neceſſitatis atque magnæ deuotionis & vtilitatis: & tamen ſine his ſacramentis quidam illorum multis annis in deſertis ſolitarij habitabant. *Bern.* Anachoretæ maximè primi, quandoque confitebantur, & communicabant & quandoque ſine his ſacramentis diu ſtabant, ſecundum quod eis magis expediens erat ad vitam illam continuandam. Hi enim qui rariſſimè communicabant, continuè diuinitus reficiebantur, & hoc ſacramentum corporis Chriſti ſpiritualiter manducabant. Et hoc quidem expediebat eis amplius, quam contrarium, ſecundum ſtatum ſuum, & ſecundum regimen, quo diuinitus regebãtur. Si tamen abſque diſtractione, vel ſui ſtatus periclitatione aut cum gentibus implicatione hæc ſacramenta parata fuiſſent eis, credendum vtique eſt, quod illa amplius frequentaſſent. Nam Spiritus ſanctus in his regebat, atque ducebat eos, ſecundum quod eis magis expediebat. Quod enim nos ex his ſacramentis fructuosè colligimus, ipſi habebant in ſpiritu altiori ex vniuerſali à mundi ſequeſtratione, & continua in Deum ſuſpenſione, & ardenti deuotione. *Paulus.* Admiranda ſunt valde, quæ me inuenio vſque nunc latuiſſe, tamen ſequar quod cœpi.

Solutio. De Anachoretarum ſtatu tripliciter poteſt eſſe ſermo.

Contẽplatio altior exercitio corporali.

Anachoretæ cur ſacramẽto ſapius nõ reficiebãtur.

Argumentum vndecimum, quod obedientiæ ſtatus videtur aſtringere ad imperfectionem.

Paulus.

TErtio quoque videtur, quod aſtringere ſe ad multiplices imperfectiones, eſt imperfectum. Vnde propter hoc inter alia imperfectum ſtatum matrimonij iudicamus: ſecundum enim prædicta obedientia aſtringit hominem ad huiuſmodi. Prælatus enim poterit ſibi præcipere multa imperfecta, & ad imperfectionem inuoluentia, vtpote declinationem continuę, aut frequẽtis orationis, multiplicis miſericordiæ, & auſteritatis, &

Digitized by Google

& implicationem multorum temporalium,& negotiorum distrahentium à tranquillitate contemplationis,& à puritate, & simplicitate altissimæ paupertatis : ergo tale votum imperfectum est. *Bernardinus.* Minor quippe est falsa,ac etiam probatio eius,non enim prælatus potest eos astringere ad aliquam imperfectionem.Sciendũ tamen quod sint aliqua taliter imperfecta, quod per nullam circunstantiam possent esse perfecta. Aliqua vero,quæ perfecta esse non possunt in tempore gratiæ, quãuis perfecta esse possent tempore legis, vt matrimonium, & diuitiæ. Aliqua vero sunt sic de se imperfecta, quod tamen per circunstantias alias possunt esse perfecta, vt fuit in Christo comedere cum publicanis. Et hoc modo multa sunt,quæ ratione obedientiæ, & charitatis fraternæ assumunt rationem perfecti, quæ si alias ex solo proprio motu fierent, imperfecta essent. Obedire autem in talibus non est alligari imperfectioni, sed potius perfectioni. Si tamen imperfecta secundum primos modos præciperentur,& eorum imperfectio constet, aut constare debeat, quod tunc obediatur, non venit ex lege altissimæ obedientiæ, sed potius ex imperfectione ipsius obedientis, vtpote ex aliquo humano timore, seu fauore,vel ex aliquo conscientiæ errore. Quidam enim sunt, qui timore, & prælatorum ac magnorum fauore, intantum videntur extollere obedientiam, quod dissipant Euangelicam puritatem, quasi in hoc perfectè obedientes, cum tamen in asperis obedientiam pro viribus fugiant, & sæpius aspernantur ignorantes:dicere autem, quod obedientia alliget ad imperfectiones, & impuritates,aut ad quæcunque peccata,non est obedientiam exaltare, sed potius diffamare. *Paulus.* Credo in fieri id aliquibus ex fragilitate,aut ex zelj,& feruoris tepiditate.

Prælatus nõ potest astringere ad aliquã imperfectionem. Imperfectum ratione circunstantiæ potest esse perfectum.

Argumentum duodecimum, quod regulã minorum est imperfecta,quia transcendit terminos cuiuslibet regulæ.

Paulus.

QVarto addam de regula vestra, quam diligentius ponderaui. Et videtur mihi, quod omne quod transcendit, vel exit terminos omnis regulæ, quantuncunque perfectæ, est malum, vel imperfectum saltem professori ipsius regulæ : sed astringi ad obedientiam in omnibus extra limites omnis regulæ, sicut fit in regula vestra, est huiusmodi : ergo est malum, vel imperfectum.Nam nulla alia regula extendit se ad omnia, saltem ad omnia indifferentia, nec præcipit, vel statuit de omnibus.Prælato autem non tenetur homo obedire in his,quæ sunt supra regulam,seu ad plura quam regula se extendat, secundum Bernar, in lib. de præce.& dispen. *Bernardinus.* Hoc autem,quia me & alios nostri ordinis tangit,& nõnullis indiscretis extraneum esse videtur,diligentius declarare intendo.Circa quod aduertendum est,quod aliquid exire limites regulæ,vel esse supra regulam,dupliciter potest sumi, sicut & esse de regula.Quædam enim sunt de regula explicitè,& immediatè, & per se, vt omnia illa quæ nomine tenus in specialibus statutis regulæ continentur vt in regula monachorum tenere silentium, abstinere à carnibus,& consimilia. Quædam vero sunt de regula solum mediatè, & implicitè, & in sua causa: vt omnia illa, quæ relinquuntur ordinationi, & præcepto abbatis, de quibus alias nulla mentio fit in statutis regulæ.Et similiter quædam sunt supra regulam vel extra limites regulæ:aut quia neutro modorum continentur in secunda:aut quia non continentur in ea per se & secundum se. Ad ea igitur,quæ sunt de primo modo, nõ extendit se prælati potestas,sed ad ea quæ sunt de secũdo modo.Alias nihil prælatus præcipere posset, etiam ratione culparum, non solum illa quæ nomine tenus præcipiuntur in regula. Et quia in regula nostra propositum est expresse,quod teneantur obedire ministris in omnibus, quæ non sunt contra animam & regulam nostram.Ideo omnia quæcunque sunt indifferentia,cadunt hoc secundo modo in regula : quia omnia ponuntur sub imperio & ordinatione prælati. Et ideo nõ debent dici esse supra regulam, vel extra limites regulæ, non solum secundum quid, scilicet, quantum ad primum modum. Fuerunt tamen quidam, qui hanc distinctionem non attendentes dixerunt, quod ad illa, quæ regula nostra licentiat,nos per ministros nostros non possumus cogi : vt pote ad ieiunandum illis temporibus,de quibus rgula dicit. Aliis autem temporibus non teneantur fratres ieiunio corporali,vel vbi de quadragesima Christi inquit.Et qui nolunt, non sint astricti:vel vbi dicit, Si qui voluerint ire inter saracenos, & alios infideles, petant,&c. Quod tanquam consilium supererogationis videtur in nostra relinquere voluntate.Errant isti moti partim ex ratione, partim ex verbo beati Bernard. in lib.de præcep.& dispen. Primo quidẽ ratione,quia prælatus nihil contra regulam potest.Sed si contingeret, quod cogeret facere illa,ad quæ regula vult nos non astringi, potest regulæ esse contrarius. Secundo ex verbo beati Bernardi : quia prælatus secũdum eum nihil præcipere potest, quod sit supra regulam: sed illæ perfectiones & arduitates, ad quas regula nõ astringit, sed potius ad eorum opposita licentiat regulam:ergo prælatus ad illas cogere minimè potest. Sed non videntur sufficienter aduertisse perfectionem regulæ nostræ,& obedientiæ euangelicæ, nec etiam expressa verba illius. Si enim homo profiteri posset altiorem obedientiam : tunc non esset regula perfectissima,nec etiam obedientia eius.Si enim vnum de præcipuis consiliis nõ esset in ea,secundum suam perfectionẽ & in summo,multum quippe deficeret sibi de perfectione. Constat autem, quod obedientia est vnum de præcipuis. Non video autem, quod de summa castitate & paupertate in summo loquatur, quàm de obedientia, quando ait, In omnibus quæ non sunt contra animam suam,& regulam nostram. Non enim potest rationabiliter cogitari,quid amplius potuerit. Ratio eorum friuola est.Non enim hæc duo sunt contraria,aliquem sc. non obligari nomine tenus ex speciali statuto regulæ ad ieiunandum in tali tempore : Et quod prælatus ad hoc ipsum obligare possit, vel de facto obliget. Sicut non sunt contraria,quod regula delinquentem tali culpa ad certam pœnam non obligat, & quod prælatus potest hoc & facit. Si autem prælatus faceret, quod huiusmodi arctationes ponerentur in regula nomine tenus per eundem modum, per quem sunt ibi statuta & præcepta regulæ,hoc bene esset contra regulam,& supra regulam.Sedquando regula dicit, quod aliis temporibus non teneantur ieiunio corporali non vult aliud dicere, nisi ex ipso statuto regulæ per se, & immediatè ad hoc non teneantur. Non autem quin prælatus,cui summam potestatem imperandi in 4. c.donat,possit ad hoc,cum sibi videbitur eos obligare: ad verbum beati Bernar. dicendum, quod licet huiusmodi sint supra statuta regulæ spiritualia, non tamen sunt contra statutum de obedientia datum,& de potestate prælatorum. Vnde quicquid sit de aliis regulis, in quibus non est omnino expresse præfixa obedientię forma:tamen in regula nostra non est hoc dubium,quia in forma obedientiæ est ita clarè posita, quod nulli nisi cæco & insano de ea liceat dubitare, *Paulus.* Reuerende pater,vt verum fatear:non tantum aliarum religionum professores:sed nec etiam multi professores vestræ religionis, qui reputantur periti atque spirituales, tam perfectè obedientiæ vestræ intelligunt statum. *Bernardinus.* Id ipsum ego etiam arbitror esse verum. *Paulus.* Si vos non tædet, discere vellem si hæc regula vestra in obedientia aliquos limites ponit, in quibus non tenetur

Solutio.

Exire limites regulæ dupliciter intelligitur.

Quædã sunt de regula explicitè,quædã implicite.

An prælatus possit astringere ad ea quæ regula in nostra libera voluntate relinquit.

Responsio est affirmatiua.

Responsio obiectionis facta.

Obedientia minorũ strictissima est.

Digitized by Google

tur ſubditus obedire prælato, & qui ſunt illi. *Bernard.* ponit profectò limites, & ſunt tres. Non tædeat audire, quia non me tædet tibi diligentius declarare, fortè opus eſt Dei: mirabilibus modis vocat animas ad ſe Deus, fortè inſpirabit in te contemptum mundi,& aſſumere ſuaue iugum obedientiæ euangelicæ Perfectionis. *Paulus.* Dirigat me Deus in gloriam ſuam,& in viam ſalutis meæ:tantum eſt, quod hos tres limites euangelicæ obedientiæ deſidero audire.

De triplici limite, qui ponitur in obedientia euangelicæ regulæ Fratrum Minorum.

Bernardinus.

Tres ſunt limites euãgelicæ obedientiæ.

TRes inquam ſunt limites euangelicæ obedientiæ, & non plures, nec pauciores. Primus eſt manifeſtum peccatum, ſecundus eſt manifeſtum periculum, tertius eſt manifeſtum contagium.

Primus limes.

Primus limes peccatum manifeſtum.

PRimus limes eſt peccatum manifeſtum. Nullus ſiquidem homo tenetur obedire in aliquo, quod conſtet eſſe peccatum. Vnde Bernard. in epiſtola ad Adam monachum, loquens contra obedientes Abbati ſuo in malo ait: Generalis de huiuſmodi ſententia eſt. *Declinantes autem in obligationes adducit Dominus cum operãtibus iniquitatem.* Ac ne fortè quis Abbatum etiam in malo obedientiam ab hoc maledicto liberam eſſe contendat, audi alibi apertius: *Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filij.* Ex his ergo liquidè apparet, mala imperantibus non eſſe parendum: præſertim dum prauis obtemperans imperiis, in quo homini videris obediens,Deo plane,qui omne quod perperam agitur interdicit,inobedientem te exhibes. Valde autem peruerſum eſt profiteri te obedientem, in quo noſceris ſuperiorem, propter inferiorem ſoluere obedientiam, id eſt diuinam propter humanam. Quid enim quod iubet homo prohibet Deus, & ego audiam hominem ſurdus Deo? Nonne ſic Apoſtoli clamant dicentes, *Melius eſt obedire Deo quàm hominibus.* Act.5. Hinc Dominus in Euãgelio, Matth.15.increpans Phariſæos, *Quare & vos*, inquit, *tranſgredimini præceptum Dei propter traditionem veſtram?* Et per Iſa. vt ibidem Dominus ait: *Sine cauſa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum tenentes.* Et iterum Geneſ.3.Ad protoplaſtum. *Pro eo, quod audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo.* Ideo facere malum etiam quolibet iubente prælato, conſtat non eſſe obediendum. Hæc Bernard.Hæc etiam & ratio docet. Nam omne peccatum eſt contra Dei voluntatem, ſaltem ſimplicem: & contra animæ ſpiritualem vtilitatem, & contra gratiæ vitutum perfectionem, & contra perfectam innocentiam.Sed impoſſibile eſt, quod Deus aliquod cõſilium, vel votum ordinauerit fieri contra iſta: immo omne votum vergens in deterius, & in detrimentum ſpiritualis boni,illicitum & inane. Patet igitur, quod nullum peccatum mortale,vel veniale propter prælati imperium eſt agendum,niſi ſit talis actio: à qua ſuperueniens imperium tollat rationem peccati.Vt verbi cauſa. Aliquod verbum de ſe ocioſum ſi imperetur,potero dicere, quando ratio ſeu circunſtantia ſuæ ocioſitatis propter huiuſmodi imperium tollitur. Falſum eſt igitur, quod quidam ſimplices aliquando dixerunt, ſcilicet quod omne peccatum veniale erat à ſubditis,quando eis imperabatur propter bonum obedientiæ agendum. Sicut enim ex prædictis patet, in hoc dicto contradictio implicatur: quia faciendo peccatum veniale, vtique peccabit,& ſic faciendo obedientiam, peccabit. Econtra autem faciendo, & obediendo, ſecundum quod debet, non peccabit,ſed potius rectè aget: & ita ſequetur, quod rectè agere erit peccare.Puta quis ſanæ mentis dicet, quod homo debet aſpicere mulieres aliquantulum impudicè, aut turpia cogitare, vel dicere verba ſcurrilia,aut primos motus carnis in ſe ſuſtinere, vel ad modicum excitare,& confimilia propter obediẽtiæ bonum? Et tamen conſtat, quod non ſemper iſta mortalia ſunt. Amplius conſtat, quod omne peccatum inquantum tale, eſt purum malum. Et maxime hoc eſt verum in illis,quod ſic per ſe ſunt mala, quod non poſſunt eſſe, aut cogitari ſine malitia, de quorum numero multa ſunt venialia, vt ſunt multi leues conſenſus ſuperbiæ, & inuidiæ.Sed de iſtis Bernard. ait, in Epiſtola ante dicta. Quædam ſunt pura bona, quædam ſunt pura mala: & in his nullam debemus hominibus obedientiam,quoniam nec illa vitanda ſunt, cum prohibentur, nec iſta etiam, cum iubentur,committenda. Portò inter hæc ſunt media quædam, quæ pro modo, loco,& tempore, vel perſona, & mala poſſunt eſſe, & bona. Et in his lex poſita eſt obedientiæ, tanquam in ligno ſcientiæ boni & mali. Et iterum infra inquit: Quomodo, inquit, Abbatis iuſſio, vel Papæ permiſſio licitum facere valuit, quod purum ſicut irrefragabiliter probatum eſt, malum fuit, cum ſuperius allegatum ſit, pura mala nunquam iuſtè iuberi, ſic nec iuſtè fieri poſſe? Hæc Bernard. Sciendum tamen,quod vbi ſubditus rationabiliter dubitat, an quod præcipitur ſit peccatum, an non: tunc profectò obedire debet.Vnde 23.q.1.in cap.quid culpatur,in fine Auguſt. contra Manichæos ait: vir iuſtus,ſi fortè etiam ſub rege homine ſacrilego militet, rectè poteſt illo iubente bellare, ſi vice pacis ordinem ſeruans, quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel vtrum ſit, certum non eſt. Ita vt fortaſſe reum faciat regem iniquitas imperandi innocentem, aut militem oſtendat ordo ſeruiendi. Hæc ille. Dubium autem rationabile voco, aut ratione perplexitatis materiæ, quæ facilius in venialibus, quàm in mortalibus contingit, aut ratione ſanctitatis prælati præcipientis, aut ratione ſimplicitatis ipſius ſubditi. Non enim ita rationabiliter,dubitari debet de imperio prælati diſcreti & ſancti, ſicut de imperio prælati ſtulti & mali. Rationabilius etiam dubitare poteſt in his ſimplex ſubditus, quam diſcretus ac peritus. Si autem dubium hoc eſſet irrationabile,vtpote ſi dubitetur de eo,quod apud omnes conſtat eſſe mortale, vel veniale peccatum:huiuſmodi dubietas cum ex ignorantia iuris proueniat, non excuſat ad minus à toto.Vnde Bernard.in Epiſtola antedicta introducens ſubditum propter huiuſmodi ſe excuſantem,ait:Sed quid ad me inquis?Ille vidit,cui contradicere mihi fas non erat: non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: docendus non docturus eius lateri adhærebam, ſequi debui, non præire præceptorum auditor. Contra hunc igitur immediatè ſubdit: O iſtorum temporum Paule ſimplex, ſi tamen & ille alterum ſe tibi exhibuiſſet Antonium, vt quicquid de labiis eius procederet, iuſtè non haberes diſcutere, ſed ſine cunctatione nihil hæſitãs obedire.O monachũ obediẽtiſſimum,cui ex quibuſlibet ſeniorum verbulis nec vnũ quidem iota præteruolet non attendens quale eſt, quod præcipitur, hoc ſolo contentus quia præcipitur, & hæc obediẽtia,vel ſic obediat ſine mora.Si ita oportet ſine cauſa ſcriptum eſt, 1.Theſſalon.5. *Omnia probate, quod bonum eſt, tenete.* Siita oportet,deleamus iam de libro Euangelij, Matth.10.cap. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut ſi colũbæ.* Nec dico à ſubditis mandata ſuperiorum diiudicanda vbi nihil deprehenditur iuberi diuinis contrarium inſtitutis, ſed neceſſariam aſſero & prudentiam, qua aduertatur, ſi quid aduerſatur,& libertatem,qua ingenuè contemnatur.

Male imperantibus non eſt obediẽdũ.

Act.5. Matth.15.

Gen.3.

Peccatum contra Dei voluntatem.

Peccata aliqua per ſe ſunt mala.

Quando ſubdit tus probabiliter dubitat an quod præcipitur ſit peccatum vel obdire tenetur.

Quale eſt dubium rationale.

Quis monachus obedientiſſimus.

1.Theſſ.5. Matth.10. ſuperiorum recta conſciẽtia mãdata non diiudicanda.

Secundus limes.

SEcundus autem limes, eſt manifeſtum periculum, ſcilicet peccati mortalis. Nullus quippe amans ſalutem.

Secundus.

Digitized by Google

Nullus se exponere debet periculo peccati mortalis.

salutem animæ suæ Deique honorem exponit se scienter alicui graui periculo peccati mortalis propter quodcunque obedientiæ bonum. Quicunque enim hoc facit, manifestè negligit suam salutem Deique honorem, parumque videtur pethorrescere mortalem culpam, cum videamus, quod vix aliquis exponet se periculo alicuius grandis præcipitij corporalis ad imperium cuiuscunque præcepti: & si hoc faceret, stultus reputaretur. Et maximè cum Eccles. 3. cap. dicat: *Qui amat periculum, in illo peribit.* Respectu vero venialis peccati non credo, quod propriè debeat hic sumi periculum; nisi fortè esset ita graue, quod esset prope mortale: tunc enim periculum labendi in ipsum esset periculum labendi in mortale. Primo constat, quòd consilia in se nihil habent periculosum, sed potius expediunt hominem à periculis. Blasphemum quippe est dicere, quod Christi consilia sint nostræ saluti periculosa, aut qualitercunque nos inclinantia aliquo modo in mortalia peccata. Ergo impossibile est, quod Christus consuluerit, quod per obedientiæ votum nos ad talia pericula astringamus. Proinde audire mulierum confessiones, peccatum non est: & tamen in patiente fragilitatem carnis posset incentiuum esse ad malum. Si igitur frater inclinaretur sic, quod dubitaret ne caderet in peccatum, & ob hoc nollet talium audire confessiones: secundum quatuor magistros prælatus non posset ipsum cogere audire tales confessiones. Sic dicendum credo, quod prælatus non posset cogere subditum ignorantem, & idiotam audire secularium confessiones, & hoc propter periculum manifestum, quia cæcus nescit de coloribus iudicare, neque scit dubitare, vel discernere, quæ in coloribus differentia sit. Et vt Matth. 15. Dominus ait: *Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.*

Eccles. 3.

Consilium Christi nihil habet in se periculosum.

Quod nō potest imperare prælatus.

Matth. 15.

Tertius limes.

Tertius.

TErtius limes, est manifestum contagium, & impuritas, atque corruptio puritatem euangelicæ perfectionis dirimens, & labefactans. Cum enim regularis prælati imperium ad regulæ obseruantiam ordinatur. Propter enim obseruantiam regulæ, tanquam propter finem sui principalem sunt prælati in religionibus instituti: impossibile est, quod eius præceptum obliget ad aliquid, quod puritatem regulæ dirimat vel labefaciat. Præterea cum huiusmodi prælati non habeant potestatem præcipiendi, nisi ipsa regula, nulla regula veritatis sibi ipsi contradicit, aut sui destructionem, vel diminutionem intentat: patet, quod huiusmodi nullam habent ex regula potestatem præcipiendi aliquam regulæ impuritatem. Has autem rationes tangit Bernard. in lib. de præcepto, & dispensatione, & in Epistola ad Adam monachum. Amplius. Quis sanæ mentis dicet, quòd Christus consulendo, & instituendo euangelicam perfectionem, dederit aliquod consilium alligans hominem ad diminutionem illius perfectionis, quam consulebat? Quis etiam sanæ mentis dicet, quòd vnum de supremis, & perfectissimis inter consilia includat in se alligationem ad aliquam imperfectionem, seu impuritatem? Si ergo consilium obedientiæ est vnum de præcipuis, impossibile est, quod per ipsum alligemur ad aliquid diminutiuum euangelicæ perfectionis. *Paulus.* Mira sunt hæc valde, sed quomodo in regula vestra euangelica per B. Franciscum sint posita, audire cupio. Legi enim regulam vestram, & licet breuibus, & quodammodo simplicibus verbis conscripta sit, nihilominus per quasdam rimulas video latére altitudinem magnam, & miratus sum. *Bernardinus.* Lætor quod legeris & altitudinem eius miratus sis: tamen caue ne sis de his, qui de ea tantum mirantur,

Prælatus propter obseruantiam regulæ institutus.

Consilium nō diminuit perfectionem euangelicam, imò auget.

In regula nostra, licet humilis videatur, est altitudo.

quod in blasphemiam eius prorumpunt temere asserentes eam inobseruabilem fore, quod est blasphemare Ecclesiam Dei, quæ illam confirmauit. Insuper etiam Christum, qui illam dictauit, & B. Franciscum, qui illam conscripsit, seruauit, & toti ordini suo tanquam vere obseruabilem dedit. *Paulus.* Non sum de his qui talia sentiant, aut sentire velim: immo potius increpaui eos, qui obloquuntur contra perfectionem eius, apertè intelligens, quod ex inuidia detrahunt ei Nihilominus non curetis pater, quia diuino iudicio fit, quod quanto illi plus verbis religionem vestram impugnant, amplius eam Deus sanctis exaltat. Illuminet illos Deus. *Bernardinus.* Indulgeat quoque eis. Prædictos itaque limites volens B. Franciscus diuinitus illustratus sub breui verbo plenissimè exprimere in 4. cap. præfatæ regulæ, vbi dat expressam huius obedientiæ formam, ait: *Fratres vero, qui sunt subditi, recordentur quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates.* Commendaturus obedientiam subditis de voluntatis propriæ abnegatione præmittit: quia propriæ abdicatio voluntatis, est obedientiæ fundamentum. Profectò obedientiæ virtutem adipisci non poterit, qui voluntates proprias calcare non nouit. *Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant suis ministris,* id est quibuscunque prælatis: quod vt exprimeret non addit prouincialibus, sed suis ministris, scilicet nulla determinatione addita. *In omnibus, quæ promiserunt Domino obseruare, quæ non sunt contraria animæ suæ, & regulæ nostræ:* In quo manifestè docet, ad quid primo, & principaliter obedientia euangelica ordinetur, scilicet ad obseruantiam euangelicæ regulæ. Secundo ostendit prædictos limites eius, per hæc duo verba, scilicet contra animam suam, & regulam nostram. Primus limes, qui est manifestum peccatum: & secundus limes, qui est manifestum periculum peccati mortalis, contra animam profectò sunt. Omnis vero manifesta impuritas euangelicæ perfectioni manifestè, & deformiter repugnans, est contra regulam nostram. Alias ipsa non esset penitus idem, quod regula euangelica. Vt autem expressius ostenderet, quod prælatorum potestas non se extendebat ad ista antequam det istam obedientiæ formam, inhibitionem præmittit, per quam inhibet eis, dicens: *Non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & regulam nostram.* Hoc autem dicit, quantum ad præcipientes. Insuper, vt ad hæc ostenderet expressius, quid subditi debeant facere, si mala præcipi contingeret, post formam obedientiæ datam subdit: *Quod vbicunque sunt fratres, qui scirent, & cognoscerent, se non posse regulam spiritualiter obseruare, ad suos ministros debeant, & possint recurrere.* Et est sensus, quod vbi fratribus certitudinaliter constaret, quod non possint regulam seruare spiritualiter: id est in sua puritate, & sinceritate, & in spirituali perfectione: tunc non statim debent per seipsos infringere ordinationem superiorum suorum sicut quidam fantastici, atque leues faciunt: sed possunt, & etiam ex præcepto regulæ hic specialiter dato tenentur ad suos superiores recurrere, vt eis denuncient dubium & periculum suum. Ne autem crederetur, quod in hoc casu ministris liceret inique dominari in fratres, immediatè subiungit: *Ministri vero charitatiuè & benigne & tantam familiaritatem habeant circa ipsos, vt dicere possint eis, & facere, sicut domini seruis suis. Nam ita debet esse, quod ministri sint serui omnium fratrum.* In simili autem casu. Galat. 2. Paulus restitit Petro summo prælato suo, Vnde & Petrus tunc recepit verba illius, sicut seruus à domino suo. *Paulus* In nulla alia regula hanc obedientiam prælatorum ad subditos arbitror reperiri. *Bernardinus.* Porrò in nulla alia regula talis obedientia reperitur. Et licet regulam nostram legeris, non credo quòd cogno-

Voluntatis propriæ abdicatio obedientiæ fundamentum.

Quomodo intelligendus est recursus ad prælatos.

Galat. 2.

Digitized by Google

In regula Fratrum minorũ triplex obedientia reperitur.

ueris, quòd in ea triplex obedientia inuenitur Prima est necessitatis, secũda charitatis, tertia humilitatis, prout in superioribus, paribus, & inferioribus exhibetur. Prima est necessitatis, de qua in 2. cap. nostræ regulæ B. Franciscus ait: Finito anno probationi recipiantur ad obedientiam. Huius exemplum est Christus, qui vt dicitur Philippens. 2. *Factus est obediens Patri, usque ad mortem.* Et iterum idem patri, Luc. 22. ait: *Pater, non mea voluntas, sed tua fiat.* Secunda est charitatis: & de hac B. Franciscus in 6. cap. regulæ ait: *Et vbicunque sunt & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos inuicem inter se, & secure manifestet vnus alteri necessitatem suam: quia si mater nutrit, & diligit filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere & nutrire fratrem suum spiritualem?* In mutuis enim necessitatibus comportãdis debent maximè fratres alteri obedire, quod vt voluntariè facerent, sic eos in prima regula hortabatur: Per charitatem spiritus voluntariè seruiant & obediant inuicem. Hæc est, ait, vera & sancta obedientia Domini Iesu Christi. Verè quippe obedientia Christi est, qui eam Luc. 6. cap. docuit dicens: *Omni petenti te tribue.* Et iterum Ioan. 15. ait: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Obedientia enim mutuæ dilectionis est signum, atque effectus. Tertia est obedientia humilitatis, per quam à superioribus inferioribus obeditur. Et ad hanc B Franciscus in 4. cap. regulæ superiores inuitat, cum eos ministros & seruos aliorum fratrum esse commemorat, ipsosque tantam habere familiaritatem circa recurrentes ad se subditos mandat: vt iis idem subditi dicere possint & facere, sicut domini seruis suis. *Nam ita,* inquit, *debet esse, quod ministri sint serui omnium fratrum.* Vt videlicet sicut serui dominis, sic ministri subditis, in quibus iustè possunt, obediant. Huius obedientiæ Christus Dominus & magister formam dedit, cum Luc. 2. cap. Matri & nutritio suo subditus extitit, & baptizari Dominus à seruo, scilicet à Ioanne humiliter voluit, cui Matth. 3 cap. ait: *Decet nos implere omnem iustitiam,* hoc est humilitatem perfectam, per quam maior subiicit se minori. *Paulus.* Vera esse arbitror, quæ dicitis: sed quid est, quod Bernardus ait? quòd perfecta obedientia limites nescit, cum vos Euangelicæ obedientiæ tres limites posueritis. *Bernardinus.* Licet autem B. Bernardus hoc dicat, non tamen intendit loqui de limitibus cohibentibus à malo, vel ab imperfectione, sed solum de limitibus coarctantibus ad certum gradum, & ad certam mensuram perfectionis, sicut omnis regula præter regulam Euangelicam, habere creditur. Licet enim in omni regula perfectionis sit in omnibus licitis obedire, non tamen astringunt hominem ad tam altam obedientiam, præter solum regulam Euangelicam, quæ ad hoc verbis expressis astringit. sicut ex supradictis patet: quinimo aliæ regulæ astringunt plerunque ad obediendum in aliquibus imperfectis, non quod sint imperfecta respectu illius regulæ, seu status, sed solum respectu perfectionis Euangelicæ. Vt verbi gratia, aliquando astringunt subditum ad vacandum temporalibus eo modo, qui non congruit altissimæ paupertati. *Paulus.* Placet quod dicitis pater: sed occurrit etiam aliud dubium de verbo B. Bernardi, qui ait: Quod perfectus obediens conari debet ad obediendum, etiamsi præcipiatur impossibile. *Bernardinus.* Hoc siquidem verbum intelligendum est de impossibilibus illis, quorum impossibilitas non prouenit ex aliqua deformitate peccati, quam in se habent, sed solum ex imbecillitate virium nostrarum. Nec tamen Bernard. dicit eos ad hoc teneri: sed solum dicit, quod si perfecti obedientes esse volunt, debent ad illud prompti esse animo, & quasi gestire ad illud, vt est impossibile, peragendum. *Paulus.* Cupio intelligere pater, quomodo limites obedientiæ Euangelicæ non possunt esse plures, vel pauciores, quam ipsi tres, sicut vos superius tetigistis.

Luc. 22.

Philip. 2.

Luc. 6.

Ioan. 15. Obedientia mutua mutuæ dilectionis signum.

Luc. 2.

Matth. 3.

Omnis iustitia perfecta humilitas. Obedientia strictissima euangelica.

Quod limites Euangelicæ obedientiæ non sunt plures, nec pauciores quàm tres.

Bernardinus.

GAudeo, quòd memoria tenes, quod promiseram declarare. Hoc quidem quod poscis, mysterium habet. Item dico, præter tres præfatos limites nullus alius limes potest dari, quin aliquid diminuatur de perfectione huius consilij, seu voti: quod faciliter probari potest, si considerentur quatuor, in quibus obedientia principatur. Primo, quod euangelica obedientia est in summo abdicatiua, seu priuatiua. Quod si consideremus, intelligemus, quod omnis alius limes, aliquid retinet de facultate propriæ voluntatis: ac per consequens non abdicat à se omne possessum & abdicabile, quantũ licitè, & absque omni periculo, & imperfectione posset. Neque etiam eradicat à se quantum potest omnem amorem priuatum, nec omnem curam, & sollicitudinem sui & suorum. Nec plenè quantum potest, dedicat & offert Deo, quicquid sibi dedicare potest, seu offerre, & dare de propria voluntate. Secundo quod talis obedientia est in summo vnitiua: quod si attendamus, hoc ipsum patet: vbi enim homo non subiicit voluntatem suam prælato quantum potest, non cohærent membra capiti suo, quantum possunt, nec caput habet plenitudinem imperij auctoritatis & regiminis super ipsa: ac per consequens, nec membra habent inter se plenitudinem vanitatis, quoniam quanto magis suo capiti vniuntur, & quanto caput potest ea plenius ad se vnire, & virtutem influentiæ suæ, & vnitatis subtilius & efficacius in ea diffundere, & tanto maiorem habent inter se vnitatem, & tanto magis aspiciunt se esse vnum. Quanto etiam minus remanet in eis de propriis voluntatibus & de priuatis affectionibus, tanto maior est in eis communitas & vnitas voluntatis. Tertio, quod est in summo promotiua, quod si consideremus, hoc ipsum clarescere potest. Quanto enim membra magis capiti sunt subiecta, & firmius cohærentia: & quanto caput habet maius & efficacius imperium super ipsa: tanto magis potest ipsa ad bonum impellere & promouere. Quarto, quòd est in summo præseruatiua: patet etiam hoc. Constat enim, quod qui non renunciat quantum potest propriæ voluntati, non amouet à se, quantum potest radicem omnium malorum & periculorum, & imperfectionum. Quia igitur hæc sunt luce clariora: quantum enim mihi ad præsens occurrit, omnis ratio obedientiam regulæ probans esse opus perfectionis adduci potest ad probandum, quòd illa sola perfectissima est, quæ nullum limitem habet, præter tres limites supradictos: ideo breuius pertransiui. Ipsi enim met limites supradicti ostendunt, quod non debent esse plures. Obedientia enim, quæ nulli potest alligari malo, nulli periculo, nulli imperfectioni, nihil potest habere mali, nihil periculi, nihil imperfectionis. Ex quo luce clarius patet, quod talis quanto maior erit, tanto perfectior erit.

Quatuor in quibus obedientia principatur. Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum. Qui non renunciat propria voluntati non amouet à se radicem omnium periculorum.

Finis Tomi tertij de Sermonibus extraordinariis Sancti Bernardini de Senis Ordinis Fratrum Minorum.

INDEX

Digitized by Google

INDEX LOCORVM

SACRÆ SCRIPTVRÆ EX VETERI TESTAMENTO.

GENESIS.

CAP. I. FECIT Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. 61.455
Creauit Deus cœlum & terram. 336
Faciamus sibi adiutorium. 279
Fiat lux. 283
Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. 159
Fiat lux, & facta est lux. 283.252
Fiant luminaria in firmamento cœli. 454
Fecit Deus in aquis reptilia. 455
Replete terram, & subiicite eam. 456
Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. 128
2. Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. 71
Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. 61
Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. 46
Erunt duo in carne vna. 315
Lignum vitæ in medio paradisi. 321
Non est bonum homini esse solum, faciamus ei adiutorium. 215
Hoc os de ossibus meis. 279
Posuit Dominus Adam in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. 3.141
Crescite & multiplicamini & replete terram. 456
Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. 309
3. Nequaquam, ne forte moriamur. 369
In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in puluerem reuerteris. 442
In dolore paries filios tuos. 35
In sudore vultus tui vesceris pane tuo. 35.411.425
Serpens decepit me. 108
Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi. 433.457
In dolore paries filios. 424
Eiecit Dominus Adam, & Euam de paradiso voluptatis, & collocauit ante paradisum Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ. 138
Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij scientes bonum, & malum. 152.314
Pulvis es & in puluerem reuerteris. 158
In laboribus comedes. 181
Adam vbi es, vbi habitas. 427
Pulvis es, & in puluerem reuerteris. 435
Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. 76.438.492
Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi & comedi. 457
Pro eo, quod audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. 492
4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. 414
Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius: ad Cain vero, & ad munera illius non respexit. 407
Enoch quoque ambulauit cum Deo, & vltra non apparuit: quia Deus illum tulit. 27
Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. 463
Nunquid custos fratris mei sum. 473
6. Non permanebit spiritus meus in homine æternum, quia caro est. 424
Vidit Deus quod cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum. 424
Pœnitet me fecisse hominem. 384
Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. 396
9. Qui plantauit vineam, & bibens vinum inebriatus est, iacuitque discoopertus in tabernaculo. 109
10. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. 49
Egredere de terra tua, & de domo patris tui & veni in terram quam monstrauero tibi, faciamque te in gentem magnam. 127
14. Animas da mihi, cætera tolle tibi. 121
15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. 70
19. Saluate ipsum in monte. 106
21. Ea quæ promisit fideliter seruauit. 114
22. Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & in semine tuo benedicentur omnes gentes. 127
25. Mortuus est Abraham plenus dierum. 411
26. Nostra est aqua. 37
27. Affer de venatione tua, vt comedam prius quam moriar. 314
28. Vidit Iacob in somnis, scalam stantem super terram & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ. 73
32. Vidi Dominum facie ad faciem & salua facta est anima mea. 56
34. Egressa est Dina, vt videret mulieres regionis illius, quam cum vidisset Sichem filius Emor princeps terræ illius adamauit, & rapuit & dormiuit cum ea, opprimens illam virginem, conglutinata est anima eius cum ea: tristemque blanditiis deliniuit. 94
Cum vidisset Dinam. 398
Anan inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas patris sui. 36
37. Fera pessima deuorauit filium meum. 434
41. Tu eris super domum meam, & ad imperium oris tui cunctus populus obediet. 404
43. Introduc viros domum & occide victimas, & instrue

Digitized by Google

ſtrue conuiuium, quia mecum ſunt comeſturi hodie. 46
42. *Quod fratribus per ordinem locutus eſt.* 454
49. *Simeon & Leui vaſa iniquitatis.* 1,6
50. *Ioſeph ruit ſuper faciem mortui patris, flens & deoſculatus eſt eum.* 37

EXODVS.

CAP. III. *EGo ſum qui ſum.* 165
14. *Pane cœleſti in eremo gubernauit.* 127
Factæ ſunt tenebræ per vniuerſam terram Ægypti, & nemo vidit fratrem ſuum. 85
4. *Mitte Domine quem miſſurus es.* 384
7. *Virga Moyſi deuorauit virgam magorum Ægypti.* 114
9. *Nonnulli credunt quod ego ſomniem iſta & quod dicam de capite meo.* 195
10. *Memento vt diem ſabbathi ſanctifices.* 3
15. *Dixit inimicus, perſequar & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea, inimicus homo hoc fecit.* 153
Deſcenderunt in profundum quaſi plumbum in aquis vehementibus. 423
Aſcendit Moyſes in montem: & ſicut ipſe eleuabat manus, ita vincebat Ioſue; ſtatim autem quod minus declinaſſet Moyſes, præualebat Amalechites. 99
18. *Prouide ex omni plebe viros, qui oderint auaritiam.* 92
19. *Aſcende ad me in montem, & oſtendam tibi omne bonum.* 106
Videbor fortis in bello, intrans domum meam quieſcebam. 88
20. *Ego ſum Deus fortis & æmulator reddens iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me.* 476
Non habebis Deos alienos. 7
Populus videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ. 56
21. *Si bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & conteſtati ſunt Dominum eius, nec concluſerit eum, occideritque virum, aut mulierem: & bos, lapidibus obruetur, & Dominum illius occident.* 219.450.
Si quis percuſſerit proximum ſuum lapide, & percuſſus non fuerit mortuus & ſi ambulauerit ſuper baculum debet ſoluere medico. 335
Si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudius tertius, & conteſtati ſunt Dominum eius, &c. 219.450
Sex diebus operaberis. 452
25. *Ab omni homine, qui offert vltroneus accipies primitias.* 154.455
Nullus in tabernaculo Domini, niſi vltroneus offerebat. 141
Ab omni homine qui offert vltroneus. 455
32. *Aut dimitte illis hanc noxam aut dele me de libro tuo.* 450
33. *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.* 124
35. *Omnis voluntarius, & prono animo afferat primitias Domino.* 74
46. *Panem Angelorum manducauit homo.* 315

LEVITICVS.

CAP. IV. *SI peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, &c.* 449
Anima cum peccauerit per ignorantiam. 460
16. *Nullus ſit in tabernaculo cum pontifex ingreditur tabernaculum, vt oret pro ſe, pro domo ſua & vniuerſo cœtu filiorum Iſrael.* 126
19. *Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia.* 444
20. *Anima, quæ declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi mei.* 460
Vir ſiue mulier, in quibus phytonicus, vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte moriatur. 444

NVMERI.

CAP. VI. *RECEDITE à tabernaculis ipſorum impiorum hominum, & nolite tangere, quæ ad illos pertinent, ne participetis in peccatum eorum.* 86
11. *Quid igitur æmularis, pro me? quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritum ſuum.* 48
12. *Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* 31
13. *Non Deus eſt vt homo, vt mutetur, neque vt filius hominis, vt mentiatur.* 76
19. *Quod qui augur tangebat morticinium aliquod, & aqua expiationis non lauabatur, peribat anima eius de populo ſuo.* 99
20. *Diliges Deum & proximum.* 81
21. *Nauſeat anima noſtra ſuper iſto cibo leuiſſimo.* 316
23. *Non eſt Deus vt homo, vt mentiatur, neque vt filius hominis vt mutetur, dixit enim, & non faciet: locutus eſt & non implebit.* 157
24. *Dixit Balaam, filius Beor, dixit, cuius obſcuratus eſt oculus.* 152

DEVTERONOMIVM.

CAP. IV. *QVia non eſt natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut adeſt nobis Deus noſter.* 316
4. *Cuſtodi temetipſum, & animam tuam ſollicitè.* 401
6. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* 41.83.
Honora patrem tuum, vt ſis longæuus ſuper terram. 101
Diliges Dominum Deum tuum, &c. ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. 41
8. *In ſolitudine illa magna eſt ſerpens flatu adurens, &c.* 451
9. *Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit.* 25.60.67.
Vinum eorum fel draconum. 126
11. *Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit.* 25
13. *Si ſurrexerit in medio tui Propheta, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi? eamus & ſequamur deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis, &c.* 444
17. *Quod præcipio tibi, hoc tantum facies Domino, nec addas quicquam, nec minuas.* 74
Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, & decreto iudicis, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo ſuo, morietur homo ille. 10
20. *Si quis homo formidoloſus fuerit, & in corde pauidus non exeat ad prælium, ſed reuertatur in domum ſuam.* 78
22. *Pupillo & viduæ ſi nocueritis, clamabunt ad me, & exaudiam eos.* 325.375
23. *Non fœneraberis fratri tuo ad vſuram pecuniam, ſed alieno.* 151
25. *Pro menſura peccati erit & plagarum modus.* 460
Iuxta menſuram peccati, erit & plagarum modus. 417

28. *Pecuniat*

Digitized by Google

28. *Percutiat te amentia & cæcitate, ac furore mentis, vt palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris.* 403
Percutiet te Deus vulnere pessimo à planta pedum, vsque ad verticem. 423
32. *Vtinam saperent, intelligerent, ac nouissima prouiderent.* 36
Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. 419
Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. 36.444
33. *Inundationes maris.* 449
Benedictus in filiis Asser: sit placens fratribus suis, tingat in oleo pedem suum: os calceamentum eius. 135
In dextera eius ignea lex, dilexit populos, quasi lex Moysi. 43
34. *Non caliguerunt eius oculi, & dentes eius non sunt moti.* 404

IOSVE.

CAP. VI. *SOla Raab meretrix viuat cum vniuersis, qui cum ea domi sunt; abscondit enim nuntios, quos direximus.* 409

LIBER IVDICVM,

CAP. VIII. *AD responsionem humilem Gedeonis requieuit spiritus filiorum Ephraim, quo tumebant contra Gedeonem.* 446
13. *Et ascendisset flamma ignis de altari in cœlum Angelus Domini simul cum flamma ascendit.* 14

RVTH.

CAP. I. *NOemi iuit peregre, & reuersa est in domum tempore messis hordei.* 200
2. *Audi filia, ne vadas ad colligendum in alterum egrum, sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, sequere, quando autem hora vescendi venerit veni huc & comede panem. Mandaui enim pueris meis, vt nemo molestus sit tibi. Præcepit autem Booz messoribus suis, dicens, etiamsi vobiscum metiri voluerit, ne prohibeatis eam, & de vestris quoque manipulis proiicite de industria, & remanere permittatis, vt absque rubore colligat & colligentem nemo corripiat.* 26

LIBER PRIMVS REGVM.

CAP. I. *MElior est obedientia, quam victima.* 43.78
3. *Factus est spiritus Dei super Saulem in Ramatha.* 401
Loquere Domine quia audit seruus tuus. 73
5. *Melior est obedientia quam victima.* 155
6. *Plures sunt nobiscum, quam cum illis.* 87
10. *Mutaberis in virum alterum.* 144
11. *In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos deiectos.* 152
Qui dixit eis, in hoc volo vos fœderatos, vt omnium vestrum oculos dextros eruam. 78
14. *Ionathas extendit summitatem virgulæ quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius.* 78.153
15. *Melior est obedientia quam victima.* 43
Plus nocuit Salomoni rerum copia, quam profuit sapientia. 116
16. *Spiritus Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à Domino.* 444.446
18. *Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum quasi animam suam.* 404
21. *Tres sagittas mittam contra eum.* 89
25. *Porro inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in se & impetu & circulo funda.* 48
29. *Vidua illa colligebat ligna vt faceret panem pro filio suo.* 110
30. *Quod persecutus est Amalechitas, qui abstulerant sibi vxores, & filios, vnde transiens flumen inueni discumbentes, & lætantes super prædam: at ipse cõmisso prælio: pugnauit à vespere, vsque ad vesperum alterum alterius diei, & interfecit eos & prædam accipit: nihilque quod suum erat perdidit.* 98

SECVNDVS REGVM.

CAP. II. *RECede, noli me sequi ne compellar confodere te in terra, qui audire contempsit percussitque eum Abner aduersa hasta in inguine, & mortuus est.* 117
2. *Porro Azael cursor velocissimus fuit, quasi vnus de capreis, quæ morantur in siluis.* 403
6. *Lusit ante arcam: quod videns vxor despexit eum, atque reprehendit.* 122
10. *Ioab obsedit Abelam, & viri qui secum erant conabantur demoliri muros ciuitatis, locuta est mulier, & petiit cur hoc faceret, qui respondit, quod Sibam volebat, & illa promisit Sibæ caput per murum proiicere, quod cum fecisset, recessit Ioab ab obsidione.* 121
14. *Porro sicut Absalon, &c.* 403
Omnes morimur. & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. 410
17. *Suspendit laqueo se.* 119
22. *Mansuetudo mea multiplicabit me.* 33

TERTIVS REGVM.

CAP. IV. *DEdit d-us sapientiam Salomoni & prudentiam nimis.* 404
7. *Post dies autem aliquos siccatus est torrens.* 402
8. *Beati sunt serui tui, & beati viri tui, qui assistunt tibi semper, vt audiant sapientiam tuam.* 104
9. *Et ideo in ipsis prosperis temperantia debent vti.* 116
12. *Populus inobediens factus est propter graue Imperium Roboam.* 71
21. *Dij montium sunt dij eorum, ideo superauerunt vos; Sed fugiamus contra eos in campestribus, & obtinebimus.* 106
22. *Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium.* 443

QVARTVS REGVM.

CAP. I. *DEscendit ignis de cœlo ad orationem Heliæ.* 14
2. *Quare Dominus meus flet? quia scio quæ facturus sis filiis Israël mala, ciuitates eorũ munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides.* 36
6. *Rex Syriæ emisit exercitum suum, vt caperet Elisæum Prophetam, qui circundederunt ciuitatem, famulus Elisæi timuit, & ipse eum confortauit, & cum orasset mons apparuit plenus equorum, & curruum circa eum.* 121
Rex Syriæ obsedit Samariam intus erat rex, & Elisæus Propheta: facta est in ciuitate magna penuria, quædam mulier conquesta regi, quod filium comederat eius vicina, quæ suum volebat occidere filium: turbatur rex contra Elisæum, qui prædicit magnam abundantiam postero die. 121

Digitized by Google

7. *Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare vsque mane, sceleris arguemur.* 13.147
Si tacuerimus & noluerimus nunciare vsque mane, sceleris arguemur. 13

II. PARALIPOMENON.

CAP. II. *IN medio populi congregati, credite in Domino Deo nostro, & securi eritis.* 87

TOBIAS.

CAP. I. *QVotidie consolabatur captiuos.* 18
2. *Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui valle.* 36
3. *Mundam firmaui animam meam, ab omni concupiscentia.* 54
Diuitias, & paupertates ne dederis mihi, sed tantum tribue meo victui necessaria. 90
Nunquam cum ludentibus me miscui, neque cum his qui in leuitate ambulant participem me prabui. 136
4. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: Si parum autem, libenter impertiri stude.* 82
Superbiam nunquam in tuo sensu, aut verbo dominari permittas, ab ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. 119
In mente habeto Deum semper, & caue ne aliquando consentias peccato. 7
6. *Ostendam tibi qua sunt, quibus praualere potest damonium.* 448
7. *Sara habuit septem maritos, quos omnes interfecit Angelus prima nocte, quia iacebant secum propter appetitum inordinatum.* 222
10. *Consilium semper à sapiente perquire.* 152
12. *Eleemosyna à morte liberat, ipsa etiam purgat peccata.* 154
Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna. 406

IVDITH.

CAP. I. *CLamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas ieiuniis ipsi, & mulieres eorum, & induerunt se sacerdotes cilicio, & infantes prostrauerunt contra templum Domini, & altare Dei operuerunt cilicio, & clamauerunt ad Deum Israël vnanimiter, ne darentur in pradam infantes eorum & vxores in diuisiones, & ciuitates in exterminium, & sancta eorum in pollutionem. Tunc Elyachim sacerdos Dei magnus circumiuit, omnem Israël allocutusque est dicens: Scitote, quoniam exaudiuit Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis, & orationibus in conspectu Domini.* 152
5. 6. *Deus, cuius virtutem predicasti, ipse remunerator tuus sit.* 80
8. *Indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus.* 39
Qui estis vos qui tentatis Dominum? posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrio vestro diem constituistis ei. 473
9. *Immisit Dominus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem.* 446
15. *Interfecit mille viros.* 403
6. *Vsque ad medium noctis inde consurgens apprehendit ambas portæ fores, impositasque humeris suis portauit vsque ad verticem montis.* 40
Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum. 423

IOB.

CAP. I. *SVrrexit & scidit vestimenta sua, & tonso capite in terram corruit & adorauit & dixit: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* 4
Deus meus pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. 179
Ecce vniuersa qua habet in manu tua sunt. 49
2. *Pellem pro pelle.* 9.151
Verumtamen animam eius serua. 299
3. *Quare non in vulua mortuus sum, & egressus ex vtero non statim perij.* 411.424
Facite fructus dignos pœnitentiæ, 406
Dominus mihi adiutor, & non timebo, sed despiciam inimicos meos. 57
Nonne dissimulaui, nonne silui, nonne quieui, & venit super me indignatio. 31
4. *Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem.* 445
Respice cunctos superbos & confunde eos. 446
Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores & metunt eos &c. 446
Qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea. 411
Porro dictum est à me verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius. 154
Omne sublime videt. 440
Qui dissipat cogitationem malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant. 53
5. *Homo ad laborem nascitur.* 181
Vnus est, & secundū non habet, & laborare non cessat, nec dicit in corde suo, cui congregabo diuitias. 255
Vnus est, & secundum non habet, & tamen laborare non cessat, nec saturantur oculi eius, nec dicit in corde suo, cui congero diuitias istas. 242
Homo nascitur ad laborem. 35
Parvulum occidit inuidia. 15
Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperunt. 53.420
6. *Qua prius nolebat tangere anima mea, nunc pra angustia cibi mei sunt.* 34
7. *Militia est vita hominis super terram.* 442
Desperaui, nequaquam vltra iam viuam. 420
Tabescet enim caro eius, & ossa qua tecta fuerant, nudabuntur. 411
Posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis. 69
Factus sum mihimetipsi grauis. 420
Qui oderunt te, induentur confusione, & tabernaculum eorum non subsistet. 414
8. *Si mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit ad te.* 53
Si diluculo consurrexeris ad Deum & omnipotentem fueris deprecatus. 453
9. *Dies mei velociores fuerunt, & quasi aquila volans ad escam.* 425
Deus, cuius ira resistere nemo potest. 41
Verebar omnia opera mea. 451
Manus tua fecerunt me. 152
10. *Memento quaso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.* 424
Vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. 402
Vbi vmbra mortis, & nullus ordo. ibid.
Vbi nullus est ordo, sed sempiternus horror 323
Non parcam ori meo. 225
11. *Vir vanus erigitur in sapientiam.* 77
12. *Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur.* 41
14. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* 424

Digitized by Google

Homo natus de muliere,&c. 411
Vocabis me,& ego respondebo tibi. 73
16. *Quia venit ventus à parte deserti.* 90
Ruga mea testimonium dicunt contra me. 414
Si locutus fuero non quiescet dolor, & si tacuero non recedet à me. 427
Consolatores oneroſi omnes vos estis. 18
Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, & satiati sunt pœnis meis. 127
17. *Pone me iuxta te.* 320
In profundissimum infernum descendent omnia mea: putas ne saltem ibi erit requies mea. 417
18. *Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius.* 26
Expellet eum in tenebras, & de orbe transferet eum. 421
Lex obtenebrescet in tabernaculo eius, & lucerna,quæ supereſt, extinguetur. 403
19. *In nouissimo die de terra surrecturus sum.* 401
20. *Deuorabit eum ignis,qui non succendetur.* 419
Reuelabunt cœli iniquitatem eius. 402
Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens mea per diuersa rapitur. 20
Diuitias quas deuorabit euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. 403
Fugiet arma ferrea,& irruet in arcum æreum. ibid.
Omnis dolor ruet in eum. ibid.
Fient arma ferrea,& irruet in arcum ferreum. 333
21. *Tenent tympanum,& cytharam,& gaudent ad sonum organi.* 417
Auscultant lusibus,tenent tympanum,& citharam: & gaudent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos. 136
22. *Tunc super omnipotentem deliciis afflues.* 46
Iste ad sepulchra deducetur, & in congerie mortuorum. 410
Vacuas dimisisti viduas. 375
Qui humiliatus fuerit erit in gloria. 81
Si comedi buccellam panis solus, & non comedit pupillus ex ea. 82
23. *Homo natus de muliere,nunquam in eodem statu permanet.* 426
24. *Dulcedo illius vermes.* 150
Vsque ad inferos peccatum illius,obliuiscatur eius misericordia. 418. 419
Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium,& vsque ad inferos peccatum illius. 422
25. *Putredo vermis.* 426
Fecit concordiam in sublimibus suis. 43
26. *Extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.* 27
Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. 401
27. *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea, & iustificationem meam, quam cœpi tenere non deseram.* 110
28. *Sapientia abscondita est ab oculis omnium viuentium.* 56
Fulgura missa ibunt & redibunt. 284
Dulcedo illius vermis,non sit tibi in recordatione. 163
29. *Eram tamen mœrenti consolator.* 18
30. *Frater fui draconum & socius struthionum.* 427
Flebam quondam super eo,qui afflictus erat,& compatiebatur anima mea pauperi. 36
31. *Ignis est vsque ad perditionem deuorans.* 397
Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem de virgine. 5. 399
Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo,iniquitatem meam. 428
Foris non remansit peregrinus,& ostium meum viatori patuit. 82
33. *Omnis caro fœnum.* 411
Quod Dominus homines instruit disciplina. 54
Videbunt faciem eius in iubilo. 45
34. *Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam.* 329
Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris. 411
36. *Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit.* 415
37. *Et laudarent astra matutina.* 285
44. *Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus.* 141
Qui fecit eum,applicabit gladium eius. 435
Ecce spes eius frustrabitur. 415
41. *Indurabitur cor eius,quasi lapis.* 309
Virtus in vmbilico eius. 382
Corpus eius quasi scuta fusilia,&c. 421
Non est potestas super terram,quæ comparetur ei. 50
Non est potestas super terram. 435
Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur, feruescere facit quasi oleum profundum maris. 444

LIBER PSALMORVM

PSAL. I. *Beatus vir qui non abiit in concilio impiorum.* 793
2. *Tunc loquetur ad eos in ira sua.* 41
Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus,& pereatis de via iusta. 2
3. *Contritio,& infœlicitas in viis eorum.* 472
Odisti obseruantes vanitates supernacuè. 439
4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo.* 55. 60
In pace in id ipsum dormiam & requiescam. 59. 455
Sacrificate sacrificium iustitiæ,& sperate in Domino. 44
5. *Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.* 307
6. *In inferno autem quis confitebitur tibi?* 417
Lauabo per singulas noctes lectum meum. 39. 452
Miserere mei Domine,quoniam infirmus sum,sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea. 394
Domine ne in furore tuo. 402
Lauabo per noctes. 452
7. *Deus iudex, iustus,fortis.* 41
8. *Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis,quia reputas eum?* 426
Via illorum tenebræ, nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. 443
10. *Fructum eorum de terra perdes,& semen eorum à filiis hominum,quoniam declinauerunt in te mala.* 433
Pluet super peccatores laqueos ignis,sulfur,& spiritus procellarum pars calicis eorum. 416s
11. *Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa & linguam magniloquam.* 436. 439
12. *Obdormiam in morte.* 310
Super aquas refectionis educasti me. 320
Illumina oculos meos,ne vnquam obdormiã in morte, ne quando dicat inimicus meus, praualui aduersus eum. 152
13. *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.* 448
15. *Prouidebam Dominũ in conspectu meo semper.* 453
Vsque ad noctem increpuerunt renes mei. 42
16. *Satiabor,cum apparuerit gloria tua.* 45
Oculos statuerunt declinare in terram. 54
Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam. 434
17. *In auditu auris obediuit mihi.* 450
Populum humilem saluum facies,& oculos superborum humiliabis. 440
Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. 310
Ascendit fumus in ira eius. 365
Torrentes iniquitatis turbauerunt me. 310

Digitized by Google

Index sacræ Scripturæ.

18. *Meditatio cordis mei in conspectu meo semper.* 55
Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me Domine, ab alienis parce seruo tuo. 41.451
Qui se abscondat à calore eius. 301
Da mihi intellectum bonum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo. 359
Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. 341
In sole posuit tabernaculum suum. 352
Latum est mandatum tuum nimis. 347
20. *Et gladius in labiis eorum, & fructus eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum.* 270
Vouete, & reddite Domino Deo vestro. 8
21. *Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea.* 329
Vermis factus sum. 389
Ego autem sum vermis, & non homo. 283
22. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.* 320
Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. 304
Misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vita mea. 336
23. *Attollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ.* 332.384
Quis ascendet in montem. 54
24. *Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris Domine.* 451
Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. 405
25. *Odiui ecclesiam malignantium & cum impiis non sedebo.* 267
Lauabo inter innocentes manus meas. 452
Credo videre bona Domini in terra viuentium. 451
26. *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi.* 39
27. *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.* 438
Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. 434
29. *Auertisti faciem tuam à me, & ego sum conturbatus.* 338
30. *In te Domine speraui non confundar in æternum.* 337
Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. 48
In manibus tuis sortes meæ. 41
31. *Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea.* 428
Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. 153
Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. 362
32. *Viam mandatorum cucurri cum dilatasti cor meum.* 454
Misericordia Domini plena est terra. 335
33. *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.* 41
Mors peccatorum pessima. 411.452
Benedicã Dominum in omni tempore. semper laus eius in ore meo. 270.428
34. *Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* 451
Fiant via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos. 442
35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ.* 46
In lumine tuo videbimus lumen. 442
36. *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* 38
Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. 430
Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. 405
Non vidi iustum derelictum. 374
Spera in Domino, & fac bonitatem. 44
37. *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.* 452
Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus contra me est semper. 405
38. *Reuela Domino viam tuam ante Deum.* 472
Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. 41
39. *Exaudi orationem meam, & deprecationem meam auribus percipe, lacrymas meas.* 41
Circundederunt me mala, quorum non est numerus. 418
Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, &c. 49
41. *Sicut nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ.* 301
Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte. 39
Quemadmodum desiderat cervus. 45
Sicut cervus sitiens ad fontes aquarum. 330
42. *Suscepimus Domine misericordiam tuam in medio templi tui.* 371
43. *Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.* 425
44. *Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam.* 438
Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. 378
Quia astitit regina in vestitu deaurato, circundata varietate. 286
Fuerunt memores nominis tui Domine. 356
45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* 46
47. *Ibi dolores vt parturientis.* 424
Dominus & laudabilis nimis. 336
48. *Homo cum in honore esset non intellexit, &c.* 424.432.470
Dum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. 419
Introibit vsque in progenies patrum, vsque in æternum non videbit lumen. 421
Sicut oues in inferno positi sunt mos depascet eos 411.421
Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est eis. 432.471
Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. 403
49. *Existimasti iniquè quod ero tui similis.* 452
Peccatum meum contra me est semper. 425.307
50. *Ecce enim veritatem dilexisti.* 471
Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. 452.275
Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. 466
51. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* 438.470.432
52. *Dixit insipiens in corde suo non est Deus.* 430
53. *Voluntarie sacrificabo tibi.* 325.455
54. *Famem patientur vt canes.* 452
Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. 309.411
55. *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, tu vero homo vnanimis dux meus & notus meus, qui mecum dulces capiebas cibos.* 64
Furor illis secundum similitudinem serpentis. 420
Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas. 447
Lætabitur iustus cum viderit vindictam lauabit manus suas in sanguine peccatoris. 418
58. *Et famem patientur, vt canes.* 422
Dabit voci suæ vocem virtutis. 413
Zelus domus tuæ comedit me. 11.31.379.388
Cornua producentem & vngulas. 450
72. *Ad nihilum redactus sum.* 377.390
Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. 60.449
Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt. 53

Digitized by Google

Iumentum factus sum. 357
Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. 557
Domine qui elongant se, à se peribunt. 473
73. *Contribulasti capita draconis, in aquis.* 39
75. *Ibi confregit potentias, arcum scutum, gladium & bellum.* 60. 333
57. *Spiritus est vadens, & non rediens.* 308
Recordatus est quia caro sumus, spiritus vadens, & non rediens. 411
Panem Angelorum manducauit homo. 315
78. *Deus venerunt gentes, in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum.* 395
Cito anticipet nos misericordia tua. 335
79. *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* 285
80. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis, &c.* 283
Et salutare tuum da nobis. 285
82. *Pone illos vt rotam.* 418
83. *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* 40
Beatus vir cuius est auxilium abs te. 39
Quod melior est ibi dies vna, quam mille dies in hac vita. 477
84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* 137. 355. 452
Et tunc iustitia & pax osculatæ sunt. 286
Misericordia & pax osculatæ sunt. 372
85. *Liberasti animam meam ex inferno inferiori.* 418
87. *Miser sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* 424
88. *Posuisti firmamentum eius formidinem.* 161
Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi. 410
Ego dixi dij estis & filij Dei. 312
89. *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit.* 477
90. *Declina à malo & fac bonum.* 357
Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno, à dæmonio meridiano, à negotio perambulante in tenebris. 383
Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. 303
93. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* 39. 470
95. *Confessio & pulchritudo in conspectu eius.* 457
100. *Percussus sum sicut fœnum & aruit cor meum quia obliuius sum comedere panem meum.* 313
Factus sum, sicut passer solitarius in tecto. 372
103. *Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.* 411
106. *Ascendunt vsque ad cœlum, & descendunt vsque ad abyssos, anima vero eorum in malis tabescebat.* 263
108. *Genua mea infirmata sunt à ieiunio, excussus sum sicut locusta.* 108
109. *Appropinquauerunt vsque ad portas mortis.* 413
Iurauit Dominus & non pœnitebit eum. 329
110. *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* 47. 311. 315
Sanctum, & terribile nomen eius. 301
111. *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet.* 420
112. *Benedicite Domino omnis terra.* 112
113. *Quæcunque voluit fecit.* 297
115. *Mors est pretiosa in conspectu Domini.* 310
116. *Laudate Dominum omnes gentes.* 270
117. *Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo.* 117. 320
118. *Os meum aperui & attraxi spiritum.* 18
Vidi prævaricantes, & tabescebam. 64. 355
Cogitaui vias meas malas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. 191. 450
Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. 356
Ordinatione tua perseverat dies. 454
Quam dulcia sunt faucibus meis eloquia tua Domine. 368
Maledicti qui declinant à mandatis tuis. 476
Iustus es Domine & rectum iudicium tuum. 39
Beati immaculati. 379
Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. 46
Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. 398
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. 449
Dormitauit anima mea præ tædio. 447
Lucerna pedibus meis, verbum tuum. 182
Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. 376
Concupiuit anima mea desiderare. 45
119. *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.* 59
124. *Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.* 41. 451
125. *Qui seminat in lachrymis, in exultatione metet.* 40
Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. 433
127. *Sicut vitis abundans in lateribus domus sue.* 291
Labores manuum tuarum quia manducabis; beatus es, & bene tibi erit. 3. 190. 356
128. *Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit.* 313
132. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* 10. 58. 341
Vnxit eum Deus oleo præ consortibus suis. 378
Sicut vnguentũ, quod descendit de capite in barbam, barbam Aaron, & in oram vestimenti eius. 317
138. *Surrexi, & adhuc tecum sum, posuisti super me manum tuam.* 334
140. *Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.* 429
Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis. 42
141. *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum.* 428
142. *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* 137
Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi, & anxiatus est spiritus meus super me. 323
143. *Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt.* 427
144. *Custodit Dominus omnes diligentes se.* 49
Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos, &c. 403
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum. 423
145. *Saluaui eos propter nomen tuum vt notam eis facerem potentiam tuam.* 304
148. *Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua.* 324

LIBER PROVERBIORVM.

CAP. I. *VNiuersa delicta operit charitas rationis prima.* 117
Pedes eorum in malum currunt. 434
Frustra iacitur rete ante faciem pennatorum. 234
2. *Lætãtur, cũ malefecerint, & exultã: in rebus pessimis, quorum via peruersa, & infames gressus eorũ* 134
3. *Lignum vitæ est ei, qui bene apprehenderit eam, & tenuerit, beatus.* 313
Inter insatiabilia primo ponitur infernus. 121
4. *Omni custodia serua cor tuum, & intelligentias tuas in Christo Iesu.* 59
In amore eius delectare. 55
5. *Iniquitates suæ capiunt impium.* 153

Melius

Digitized by Google

Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ. 259
Respicit Dominus viam hominis, & omnes gressus eius considerat. 453
6. *Zelus & furor viri, non parcet in die vindictæ.* 41. 401. 416.
Sex sunt quæ odit Dominus. 5
Cor machinans cogitationes pessimas odit Deus. 54
7. *Ecce occurrit ei mulier ornatu meretricio præparans se ad capiendas animas.* 399
Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. 442
8. *Mecum sunt diuitiæ & gloria.* 402
10. *In multiloquio non deerit peccatum.* 4. 288
Non affliget Dominus fame animam iusti. 158
Odium suscitat rixas. 90
11. *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua.* 291
Erit salus, vbi multa consilia. 16
12. *In semita iustitiæ vita.* 43
Qui negligit damnum propter amicum, iustus est. 63
Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientia. 158. 451
Vbi humilitas, ibi sapientia. 81
Putredo in ossibus eius, qui confusione digna gerit: 472
Labium veritatis firmum erit in perpetuum. 12
Vir iracundus prouocat rixas. 127
13. *Lignum vitæ desiderium veniens.* 45
Qui custodit os suum custodit ab angustiis animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. 4
Redemptio animæ viri diuitiæ suæ. 154
Qui parcit virgæ odit filium suum, qui autem diligit eum instanter erudit. 11. 203
14. *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* 3
15. *Mens iusti meditabitur obedientiam.* 55
In abundanti iustitia, virtus maxima est. 43
Responsio mollis frangit iram. 73
Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. 79
Sermo opportunus optimus est. 4
16. *Fili honora patrem tuum, & non obliuiscaris legem matris tuæ; liga eam in corde tuo iugiter, & circunda eam gutturi tuo.* 7
Misericordia & veritate redimitur iniquitas. 49
Qui graditur cum sapientibus, sapiens est. 216
Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. 32. 71
17. *Cor iniqui exquirit mala.* 53
Spiritus tristis desiccat ossa. 110
Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio. 25
18. *Turris fortissima nomen Domini.* 303
Non recipit stultus verba sapientiæ, nisi ea dixerit, quæ versantur in corde eius: spiritualis autem iudicat omnia. 150
Sicut in igne probatur argentum, & aurum in camino, ita corda probat Deus. 117
Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere. 446
Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. 68
Mors, & vita in manibus linguæ. 4
19. *Gloriam eorum in ignominiam permutabo.* 119
Acedia tenet hominem immobilem ad bonum, pigritudo immittit soporem. 120
Rex, qui sedet in solio iudicij. 453
21. *Vir obediens loquitur victoriam.* 75
Qui autem mundus est, rectum est opus eius 54
Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. 468
Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum, habebit amicum regem. 53
Appone cor tuum in doctrina mea. 486
Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. 11
Vidisti virum velocem in opere suo, coram regibus stabit. 75
23. *Fili, præbe mihi cor tuum.* 141. 396
Eris sicut dormiens, in medio maris, & quasi sopitus gubernator amisso clauo: & dicens, Verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & non sensi. 153. 443
Mala aurea in lectis argenteis. 4
24. *Iustus septies in die cadit.* 321
Per agrum pigri transiui, & per vineam hominis stulti, & ecce totum repleuerunt vrtica, & operuerunt superficiem eius spinæ, & maceria destructa replent. 107.
Vir sapiens fortis est, vir doctus, & robustus, & validus: initur bellum & erit salus vbi multa consilia sunt. 76
Erue eos, qui deducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses. 428
Rapinas meditatur mens eorum. 22
25. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit da ei aquam bibere.* 18
Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui in loquendo non potest cohibere spiritum suum. 112
26. *Sicut ostium vertitur in cardine, sic piger in lectulo suo.* 107
Septem nequitiæ sunt in corde ipsius. 432
Respende stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. 70
27. *Qui confidit in corde suo stultus est.* ibid.
28. *Qui abscondit scelera, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & dereliquerit ea, misericordiam consequetur.* 15. 429. 466
29. *Puer qui dimittitur voluntati suæ confundet matrem suam.* 11
Prouide ex omni plebe viros, qui oderint auaritiam 91
Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgium, sed cito: ne postea cum dehonestaueris amicum tuum, emendare non possis. 100
Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu sucipiet gloria. 440
30. *Qui vehementer emungit, elicit sanguinem.* 151
Oculum, qui subsannauerit patrem suum & despexerit partum matris suæ, corui de torrente eauant, & filij Aquilæ deuorabunt ipsum. 203
Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. 53
Aries, nec est qui resistat ei. 449
Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus alliciar ad negandum, & dicam: quis est Dominus? & egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei. 26. 122
31. *Vana est pulchritudo, quia Deus eorum venter est, & gloria in confusione.* 92
Facta est quasi nauis institoris, de longè portans panem suum. 72

ECCLESIASTICVS.

CAP. I. *Execratio autem peccatoribus, sapientia, & non potest intelligere.* 150
Non sis contumax, & incredibilis timori Dei, & ne accesseris ad eum duplici corde. 53
2. *Fili si accesseris ad Dei seruitutem, præpara animam tuam ad tentationem.* 110
3. *Quanto maior es humilia te in omnibus.* 105

Cor

Digitized by Google

Index Sacræ Scripturæ.

Cor ingrediens duas vias, non habebit successus. 53.453.
Qui timet Deum, honorat parentes. 202
Ignem ardentem extinguit aqua & eleemosyna resistit peccatis. 409
Iustum & impium iudicabit Dominus. 409
Maledictio matris eradicat domum. 204
4. *Non sit prorrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* 22.54
Non glorieris in contumelia patris tui, non erit tibi gloria, sed confusio. 203
Ne coneris contra ictum fluminis sed humilia ei caput tuum. 73
Ne contradicas verbo veritatis vllo modo. 12
5. *Esto firmus in via Dei.* 79
De propitiato peccato noli esse sine metu: non adicias peccatum, super peccatum & ne dicas, misericordia Dei magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur, misericordia enim, & ira ab illo cito proximat, & in peccatores respicit ira illius. 473
6. *Si est tibi sensus, responde proximo tuo: sin autem sit manus tua super os tuum, ne capiaris in sermone indisciplinato, & confundaris.* 84
Lingua eucharis in bono homine abundabit. 13.73
Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus, ne fortè elidatur virtus tua per iustitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. 53
Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. 10
Filij tibi sunt, erudi illos, & cura illos, filia tibi sunt, serua corpus earum, & non ostendas faciem tuam hilarem ad illas. 11
Non te pigeat visitare infirmum, ex hoc in dilectione firmaberis. 18.82.136
Et in æternum non peccabis. 427
Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. 18
8. *Cum fatuis ne habeas consilium, non enim poterunt diligere, nisi quæ eis placent.* 152
9. *Ne circumspicias faciem alienam propter speciem mulieris multi perierunt.* 398
10. *Sedes ducum superborum destruxit Dominus, & sedere fecit mites pro eis.* 35
Quid superbit terra & cinis? 30.451
Auaro autem nihil est sceleſtius. 447
Nihil est iniquius, quam amare pecuniam: hic enim & animam suam venalem habet. 150
Initium omnis peccati est superbia. 430
11. *Attende tibi à pestifero, qui fur est.* 444
Fili mi, ne in multis sint actus tui, & si dites fueris, non eris immunis à delicto. 111
Priusquam interroges, ne vituperes quenquam: & cum interrogaueris corripe iustè. 11.16
12. *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent: antequam tenebrescat sol & luna & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam.* 209
13. *Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea.* 5
Appositi tibi ignem & aquam, ad quodcumque volueris, prorrige manum tuam, voluntarie sacrificabo tibi. 141.433
Formauit Deus hominem, & dimisit illum in manu consilij sui. 216
Cibauit illum pane vitæ. 81
Qui misericordiam habet, docet & erudit quasi pastor gregem suum. 11
17. *Vnicuique præcepit Deus de proximo suo, vt corrigat ne peccet.* 250
18. *Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum magis quam datum.* 18
19. *Amictus corporis & risus dentium & incessus indicat hominem.* 5.212
Qui misericordiam habet, docet & erudit quasi pastor gregem suum. 16
Sapiens in omnibus trepidat & timet. 288
Melior est homo qui minuitur sapientia & indiget sensu in timore Dei, quam qui abundat sensu & transgreditur legem altissimi. 70
Qui gaudet in iniquitate deuorabitur. 432
Est solertia certa, & ipsa iniqua. 441
20. *Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuus autem & imprudens non obseruabit tempus.* 4
Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. 351
Xenia & dona excæcant oculos iudicum & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum. 447
22. *Supra fatuum plora, defecit enim sensu, nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui, luctus mortui septem dies, fatui autem & impij omnes dies vitæ illorum.* 36
Super mortuum plora, quia deficit lux eius, modicum plora super mortuum. 37
Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam in ipsis, & lingua mea perdat me. 42
Indisciplinata loquela ne assuescat os tuum: est enim in ea verbum peccati. 4
Nihil dulcius, quam respicere in mandatis Dei. 72
24. *Ego ex ore altissimi prodij primogenita.* 82
Et in ecclesiis altissimi aperiet os suum. 20
Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. 35.44.45
25. *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes.* 10.43.58.279
26. *Qui tenet illã quasi qui apprehendit scorpionem.* 452
Gratia super gratiam mulier pudorata. 280.289
27. *Vasa figuli probat fornax.* 73
Volatilia ad sibi similia conueniunt & veritas ad illos qui operantur illam reuertetur. 12
28. *Super mortuos produc lachrymas, & ne despicias sepulturam illius.* 83
Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. 48
Ne assuefias iurare. 210
Lingua tertia mulierem fortem eiecit. 399
29. *Qui autem modica spernit, paulatim decidet.* 140
30. *Multos occidit tristitia.* 447
31. *In omnibus operibus tuis esto velox.* 455
Beatus dives, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, &c. 449
Splendidum in panibus benedicent labia multorum & testimonium ciuitatis illius fidele. 449
32. *Fili sine consilio nihil facias.* 151
Præcordia fatui quasi rota currus. 75
Multam malitiam docuit otiositas. 3.141.447
Contra malum bonum est, & contra vitam mors. 411
34. *Vir expertus, & qui multa didicit aperiet intellectum.* 76
35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* 74
Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur: non discedet, donec altissimus aspiciat, & Dominus non elongabit. 14
37. *Noli auidus esse in omni epulatione & non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas & auiditas vsque ad choleram appropinquabit: propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est adiciet vitam.* 2
Propter crapulam multi obierunt. 448
40. *Sed portatur in terram Sennaar.* 112
Vestiri eum in consummatione virtutis. 123
41. *O mors quam amara est memoria tua.* 401

42. *In*

Digitized by Google

42. *In medio mulierum noli commorari, de vestimentis enim procedit tinea, & de muliere iniquitas viri.* 399
Sol illuminans per omnia respexit. 452
Quacunque trades numera & appende. 451
43. *Frigidus ventus, Aquilo flauit, & congelauit cristallus ab aqua.* 153
54. *Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.* 134
51. *Zelatus sum bonum & non confundar.* 13

ECCLESIASTES.

1. *PEruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus.* 474
2. *Cuncta vanitatem, & afflictionem spiritus.* 410
Vadam & affluam deliciis & fruar bonis, statim recognouit quod hoc esset vanitas; & risum reputauit errorem, & gaudio dicit, quid frustra decipieris. 411
Tempus tacendi, & tempus loquendi. 42.427
4. *Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur: & qui tepuerit ab altero calefiet.* 68
Custodi pedem tuum ingrediendo domum Dei. 73
5. *Auarus non implebitur pecunia.* 30.447
7. *Diem malam præcaue.* 49
Melior est finis orationis quam principium. 409
8. *Multa est hominis afflictio.* 91
9. *Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, & probaui maximam: ciuitas parua, & pauci in ea viri, venit contra eos rex magnus, & vallauit eos, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio, inuentusque in ea vir pauper, & sapiens, & liberauit eam ciuitatem per sapientiam suam.* 76
Quodcunque potest manus tua, incessanter operare. 88
10. *Si spiritus potestatem habentis, ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* 149
Qui transfert lapides, affligetur in eis. 74
Si repleta fuerint nubes imbrem super terram effundent. 55

CANTICA CANTICORVM.

CAP. I. *TRahe me post te.* 301
Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es & decora: oculi tui sicut columbarum absque eo quod intrinsecus latet. 353
Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. 197
In odorem vnguentorum tuorum currimus. 397
Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. 124
2. *Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies & inclinentur vmbræ.* 143
Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. 73
Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. 81.454
Sub vmbra illius, quem desideraui, sedi & fructus eius dulcis gutturi meo. 106
Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. 112
Ordinauit in me charitatem. 10
3. *Tenui eum nec dimittam.* 45
En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. 89
Egredimini, & videte filiæ Sion, regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis illius. 124.126
Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. 397
Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. 2
5. *Manus illius tornatiles.* 75
Comedite & bibite & inebriamini charissimi. 46
Labia eius distillantia myrrham primam. 225
6. *Reuertere, reuertere Sunamitis.* 450
7. *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.* 163
Nasus tuus sicut turris Libani. 19
Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. 143
Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis. 377
Nec flumina obruent illam. 81
Pone me, vt signaculum super cor tuum. 94.95

LIBER SAPIENTIÆ.

CAP. I. *AVdite qui continetis multitudinem in populis, quoniam data est mihi potestas à Domino, & virtus ab altissimo.* 101
Peruersæ cogitationes separant animam à Deo. 54. 101.112
Apparet autem his, qui fidem habent in eum. 56
Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. 11
Quod Spiritus sanctus aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. 154
Sentite de Domino in bonitate. 157
Iusti in perpetuum viuent. 85
2. *Excecauit illos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, & ideo dicunt, vbi est Deus tuus.* 35.143
Sit autem fortitudo nostra lex iustitia. 11
Insidia diabol, mors intrauit in orbem terrarum. 121
Dixerunt impij, circumueniamus iustum, hæc cogitauerunt, & errauerunt: excecauit enim eos malitia eorum. 125.127
Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore scilicet transitus de hoc mundo erit respectus illorum. 73
Iustorum animæ in manu Dei sunt. 299
Tanquam scintillæ in arundineto transcurrunt. 345
Fulgebunt sicut sol in conspectu Dei. 403
4. *Venient in cogitationem peccatorum suorum timidi.* 403
In contumelia, & inter mortuos in perpetuum, 403.419
Gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus illius super electos eius. 154
Raptus est, ne malitia mutaret cor eius. 411
5. *Quid vobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia contulit vobis? transierunt illa omnia tanquam vmbra.* 419.438
Dicentes intra se & pœnitentiam agentes & præ angustia spiritus gementes. 420
Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. 62
Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. 401
Pugnabit pro eo id est pro Deo. 457
Nos nati continuò desiuimus esse. 425
Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum: reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum. 80.404
Os quod mentitur, occidit animam suam. 83
6. *Neque cum inuidia tabescente iter habebo.* 48
Diligite lumen sapientiæ, qui præestis in populis. 105
7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.* 30
Sum quidem ego homo mortalis, similis hominibus ex genere terreno. 424
In ventre matris figuratus sum caro. 425

In

Digitized by Google

Inextinguibile erit lumen eius. 41
8. *Sobrietatem & prudentiam docet & iustitiã & virtutem, quibus in vita nihil est vtilius hominibus.* 16
9. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio, sensum multa cogitantem.* 406
10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei: dedit illi scientiam sanctorum.* 84
12. *Non est alius Deus quam tu.* 48
Magna est sibi sollicitudo de nobis. 114
14. *Vmbra pictura, labor sine fructu.* 439
16. *Superuenit illa saua bestiarum ira.* 420
17. *Ignis nulla vi poterit illis lumen prabere, &c.* 421
Persona tristes illis apparentes pauorem prastant. ibid.
Ideo diligite iustitiam vos, qui iudicatis terram. 102
18. *Resonabat inconueniens impiorum vox, & flebilis audiebatur planctus.* 423
Sanctis tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem audiebant, sed figuram non videbant. ibid.
Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio. ibid.
19. *Panem de cœlo prastitisti eis, omne delectamentum in se habentem.* 106

ISAIAS.

CAP. I. *Lauamini, mundi estote.* 41.54
Quiescite agere peruersè, discite benefacere. 134
Quærite iudicium, vt cito fiat ius vidua, subuenite oppresso. 375
Quomodo facta est meretrix ciuitas sancta, plena deliciis, iustitia habitauit in te, nunc autem homicida 127
Sabbatha vestra & calendas vestras odiuit anima mea. 127
Si volueritis, & audieritis me; bona terra comedetis. 409
2. *Erit mons domus Domini praparatus in vertice montium.* 81
3. *Erit pro suaui odore fœtor.* 5
Dominus veniet ad iudicium cum senibus populi. 415
5. *Qui ambulauit in tenebris, & non est ei lumen.* 253
Dicunt bonum malum, & malum bonum. 13
Butyrum & mel comedet, vt sciat eligere bonum, & reprobare malum. 379.384
Cor impij quasi mare feruescens, quod nunquam habet requiem. 159
Va vobis, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, & ponitis amarum in dulce, & dulce in amarum. 159
6. *Ecce ego, mitte me.* 73
Vidi Dominum super solium excelsum, & eleuatum: & duo Seraphin stabant, sex ala vni, & sex ala alteri & non cessabant dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus. 123
7. *Nisi credideritis, non intelligetis.* 156
Ecce virgo concipiet, & pariet filium. 371.384
10. *Va qui condunt leges iniquas, scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerẽt in iudicio pauperes & vim facerent causa humilium populi mei, vt essent vidua preda eorum, & pupillos diriperent.* 11
11. *Effunde sicut aquam cor tuum.* 34
13. *Ponam super eum spiritum meum.* 98
Vlulate, quia prope est dies Domini crudelis, & indignationis plenus & ira & furoris ad ponendum terram in solitudinem, &c. 401
Syrena in delubris voluptatis. 31
14. *Perdam Babylonis nomen & reliquias & germen.* 225.462
Ponam sedem meam in Aquilone, & similis ero altissimo. 284
Infernus subtus conturbatus est in occursum aduentus tui. 417
15. *Per ascensum enim flens ascendet, & in via clamorem contritionis, &c.* 449
19. *Miscuit Dominus in medio Ægypti spiritum vertiginis, & errare fecit eum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens.* 443
Concurrere faciam Ægyptios, aduersus Ægyptios. 445
21. *Babylon dilecta mea posita est mihi miraculo.* 290
Hac est via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinantes. 474
Quid tu hic, aut qualis sis. 426
23. *Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem.* 446.
24. *Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, &c.* 421
26. *Tollatur ne videat gloriam Dei.* 415
In terra sanctorum iniqua gessit. 433
Nomen Domini, & memoriale tuum desiderium anima. 307
Non videbit gloriam Domini. 418
27. *In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabit.* 34
28. *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* 402
Confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum, in monte Sion, & in Hierusalem, & in conspectu seruorum suorum fuerit glorificatus, tunc enim confundetur. 91
29. *Peribit sapientia à sapientibus,* 41
Inebriamini & non à vino: mouemini & non in ebrietate: quoniam miscuit Dominus vobis spiritum soporis, &c. 443
30. *Ardens est furor eius, & grauis ad portandum.* 402
32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta.* 33.59
33. *Concepistis ardorem, & parietis stipulam, spiritus vester vt ignis vorabit eos.* 444
34. *Et de cadaueribus eorum ascendet fœtor.* 422
35. *Latitia sempiterna super capita eorum.* 405
38. *Praciſa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me, de mane vsque ad vesperam finies me.* 411
Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anima mea. 15.450.472
40. *Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas.* 19
Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. 144
Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri, exsiccatum est fœnum & cecidit flos. 22
Consolamini, consolamini popule meus, dicit Dominus Deus vester, loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam, quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas eius. 39
41. *Annunciate, quæ ventura sunt in futurum, &.* 444
Gloriam meam alteri dabo. 59
Non erit tristis neque turbulentus. 37
43. *Vos testes mei dicit Dominus.* 414
44. *Conuertam sapientes retrorsum & scientiam stultam faciam.* 81
45. *Rorate cœli desuper, aperiatur terra & geminet saluatorem.* 384
46. *Consilium meum stabit & omnis voluntas mea fiet.* 157
47. *Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum.* 401.403
Descende & sede in puluere filia Babylonis, & transi flumina. 90

Digitized by Google

48. *Laude mea infrenabo te ne intereas.* 397
Frange esurienti panem tuum, sitiui & dediſtis mihi potum. 188
49. *Poſuit me quaſi ſagittam electam.* 89
50. *Quis ambulabit in tenebris, & non eſt ei lumen.* 233.236
Corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me: nam corpus ſuum dedit percutientibus, genas ſuas vellentibus. 126
Miſiſti legatos tuos procul, & humiliata es vſque ad infernos, in multitudine viæ tuæ laboraſti, non dixiſti quieſcam. 134
52. *Cum ſceleratis reputatus eſt,* 129
53. *Lætificabo eos in domo orationis meæ.* 106
Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris. 97
Tanquam agnus manſuetus ductus eſt ad occiſionem, & victimam coram ſe tondente obmutuit, & non aperuit os ſuum. 124
Expurgate vetus fermentum, peccatum non fecit, nec eſt inuentus dolus in ore eius. 313
Nos reputauimus eum, quaſi leproſum, quæ veſtimenta diuiſerunt inter ſe. 126
Vere noſtros dolores, & languores ipſe tulit. 325.352
55. *Oculus non vidit, nec auris audiuit.* 402
Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis, ſerui mei bibent, & vos ſitietis. 422
58. *Carnem tuam ne deſpexeris.* 61
Cum effuderis eſurienti animam tuam & afflictam repleueris, tunc orietur in tenebris lux tua. 49
Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. 18.50
Diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimentes, dimitte liberos, & omne onus diſrũpe. 18
59. *Cogitationes eorum, cogitationes inutiles.* 53
61. *In terra ſua duplicia poſſidebunt.* 403
Vocaberis voluntas mea in ea. 156
Tota die & tota nocte non tacebunt. 428
Quis eſt iſte, qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſra. 445
Spiritus Domini doctor eius fuit. 442
65. *Serui mei comedent, & vos eſurietis.* 452
68. *Clama ne ceſſes: & quaſi tuba exalta vocem tuam.* 95
69. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* 158.417.419
Lætamini cũ Ieruſalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam, gaudete cũ ea gaudio vniuerſi, qui lugebatis ſuper eam vt fugatis, & repleamini ab vberibus conſolationis eius vt mulgeatis. 40

IEREMIAS.

CAP. I. *Lamentum & planctum vnigeniti,* 276
2. *Adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulabo.* 435
Arguet te malitia tua, &c. 402.414.452
Plantaui te vineam meam electam. 109
3. *Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe.* 20
4. *Vos diſperdiſtis gregem meum, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos: ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam peccatorum veſtrorum.* 82
Nouate vobis nouale, nolite ſerere ſuper ſpinas. 42.407
Lana à malitia cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ. 449
Anima tua denigrata ſuper carbones. 235
Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij. 308
Quod pars populi faciebat opus, & pars alia cuſtodiebat, & cum armis defendebat. 88
Deus noſter pugnat pro nobis & nos ipſi faciemus opus. 98
5. *Percuſſiſti eos & non doluerunt.* 38
Et qui accuſant vos; Moyſes in quo ſperaſtis, &c. 401
6. *Fruſtra conflauit conflator.* 407
7. *Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra.* 41
8. *Tranſiit meſſis, & nos ſalui non ſumus.* 421
Ecce ego vobis mittam ſerpentes peſſimos, quibus non eſt incantatio, & mordebunt vos. 423
9. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos. &c.* 36
Recede de medio Babylonis. 86
Aſcendit mors per feneſtras veſtras, ingreſſa eſt domos veſtras. 5.425
10. *Venite, mittamus lignum in panem eius.* 126
18. *Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes.* 54.
20. *Ego ſum iudex & teſtis.* 401.414
Videam vltionem tuam ex eis. 402
23. *Polluti ſunt, & in domo mea inueni malum eorum, dicit Dominus.* 442
Via illorum quaſi lubricum in tenebris. 120
28. *Maledictus, qui facit opus Domini negligenter.* 41
31. *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribam eam.* 8
conuertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo à dolore ſuo. 39
34. *Qui fecit malum in conſpectu Domini.* 124
41. *Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa.* 461
48. *Maledictus homo, qui facit opus Dei fraudulenter.* 451.
51. *Nolite tacere ſuper iniquitatem.* 13.31
52. *Nabuzardan princeps cocorum deſtruit muros Hieruſalem.* 120

BARVCH.

CAP. III. *SI in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſuper terram* 58
Nigræ ſunt facies eorum à fumo, qui in domo ſunt. 77
5. *Nomen habitur enim tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum, pax iuſtitiæ & honor pietatis.* 18

EZECHIEL.

CAP. I. *VBi erat impetus ſpiritus, illuc animalia gradiebantur.* 442
2. *Fili hominis increduli, & ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas.* 427
3. *Honora patrem tuum, & non obliuiſcaris gemitus matris tuæ.* 202
Si annuntiaueris impio, & non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia: ipſe quidẽ in impietate ſua morietur: tu autem animã tuam liberaſti. 11
5. *Fili hominis ſume tibi gladium acutum, & radentem pilos.* 89
6. *Deſpiciebat ſibimet.* 410
13. *Erumpere faciam ſpiritum tempeſtatum, in indignatione mea, &c.* 402
Nunquid non viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem mendacem locuti eſtis, & dixiſtis? Ait Dominus cum ego non ſim locutus. 56
16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia, ſaturitas panis, abundantia ipſius & otium eius.* 3.120
18. *Si iuſtus genuit filium furem, homicidam, adulterum, & vſurarium, non viuet.* 234.398
Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. 20
19. *Leo factus eſt, didicit capere prædam hominemque comedere.* 434
20. *In præceptis meis non ambulauerunt & iudicia mea*

Digitized by Google

proiecerunt, & sabbatha mea violauerunt vehementer. 402
22. *Polluerunt sanctuaria, & inter sanctum, & prophanum non habuerunt distantiam.* 402
24. *Multo labore sudatum est, &c.* ibid.
27. *Per modum nauis ipsa sita est in corde maris: constructa est de talibus Sanir, malus de cedro libani, remi de quercu Basan: sedilia ex arbore indica, velum de byſſo, transtra de Ægypto. Remigia sunt Sydonij, & Aradij, negotiatores Persa, Lydij & Lybies.* 116
30. *Tibi dabo os apertum in medio eorum, vt sciant, quia ego Dominus.* 20
Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decore in deliciis paradisi Dei fuisti, omnis lapis pretiosus operimentum tuum. 123
31. *Omnes traditi sunt in mortem ad terram vltimam in medio filiorum hominum, ad eos qui descenderunt in lacum.* 410
32. *Operiam cœlum, nigrescere faciam stellas eius.* 402
33. *Si speculator viderit gladium venientem, & non sonuerit buccina, & populus se non custodierit, &c.* 429
Auaritiam sequitur cor eorum, & cum eis quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur. 22
37. *Ascendam ad terram sine muro, & veniam ad quiescentes, habitantesque secure.* 107
43. *In altari fossa debet esse: quia si os non esset sacrificium, quod in eo reperiebatur, aura superueniens spargebat.* 116

DANIEL.

CAP. III. *Species quarti similis filio hominis.* 73
Domine tu nosti omnia, antequam fierent. 76
4. *Nabuchodonosor peccata tua eleemosynis redime.* 407
7. *Quatuor venti cœli pugnabunt in mari magno.* 55
11. *Populus autem sciens Deum suum obtinebit.* 441
Et exarserunt in concupiscentiam eius, & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iustorum: erant autem ambo vulnerati amore eius. 395
44. *Præcepit Daniel pueris suis & attulerunt cinerem & cribrauit per totum templum coram rege, & egressi clauserunt templum.* 292

OSEAS.

CAP. II. *Desponsabo te mihi in fide in eternum.* 279
Auferat fornicationes suas à facie sua. 462
Sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quaret eos & non inueniet. 134
5. *Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Dominum, quia spiritus fornicationis in medio eorum est, & Dominum non cognouerunt.* 448
7. *Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* 108
Omnes adulterantes quasi clibanus accensus à coquente. 134
9. *Abominabiles facti sunt sicut ea quæ dilexerunt.* 396
11. *In funiculis Adæ trahã eos in vinculis charitatis.* 143
13. *O mors, scilicet O infernus, ego ero mors tua.* 332
Auditum est peccatum eius, dolores parturientis venient. 429

IOEL.

CAP. I. *Vdans spoliauit eum, & proiecit.* 126
Computruerunt iumenta in stercore suo. 396
Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent Parce Domine, parce populo tuo; & ne des hereditatem tuam in opprobrium. 36
Scindite corda vestra. 458
3. *Puellam vendiderunt pro vino vt biberent.* 399

AMOS.

CAP. III. *Leo rugiet quis non timebit?* 402. 434. & 405
5. *Prudens in illo tempore tacebit.* 429
6. *Væ qui opulenti estis in Sion, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem psalterij.* 135
Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem psalterij, sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, bibentes in phialis vinũ, & optimo vnguento delibuti, & nihil compatiebantur super contritione Ioseph. 22. 77
9. *Auaritia est in capite omnium.* 77

MICHÆAS.

CAP. II. *Væ qui cogitatis inutile.* 53
5. *In virga percussit maxillam iudicis Israël.* 126
6. *Populе meus quid feci tibi, aut in quo molestus fui responde mihi.* 127
Indicabo tibi, O homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, vtique facere iudiciũ, & diligere misericordiã, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. 4
7. *Pasce populum tuum in virga tua gregem iniquitatis tuæ.* 11

NAHVM.

CAP. II. *Porta fluuiorum aperta sunt, & templum ad solum dirutum est.* 113
3. *Omnis qui vidit te resiliet à te.* 153

HABACVC.

CAP. I. *Facies eorum auster.* 462
Incrassata est pars eius & cibus eius electus. 472
2. *Væ qui congregant auaritia malũ domi suæ vt in excelso sit nidus eius: cogitasti confusionem domui tuæ.* 120
Lapis de pariete clamabit, &c. 402. 414
Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. 382

SOPHONIAS.

CAP. I. *Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ: dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis: dies tubæ & clangoris.* 48
Vox Dei Domini amara, &c. 401
2. *Ambulabũt vt cæci, quia Domino peccauerunt.* 192

ZACHARIAS.

CAP. II. *Leuaui oculos meos, & vidi.* 402
5. *Vidit amphorã, & massa plũbi in os eius, duaque mulieres habentes alas milui eleuarũt inter terram, & cœlũ, & portauerunt in terram Sennar.* 122

Digitized by Google

8. *Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo.* 105
10. *Posuit eos, quasi equos gloriæ suæ in bello.* 72
11. *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis.* 129
Percutiam pastorem, & dispergentur oues. 128
12. *Castigabo eos in furore meo, percutiam omnem equum & equitantem in amentia.* 308
13. *Vram eos, sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum.* 117
14. *Sedebit Hierusalem secura.* 81

MALACHIAS.

CAP. II. *Maledicam benedictionibus vestris.* 464
3. *Deus sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui.* 412

II. MACHABEORVM.

CAP. V. *Exclamauerunt in orationes, & fugauerunt castra Timothei.* 99
8. *Post hæc tertius illuditur, & linguam postulanti citò protulit & manus constanter extendit.* 98
Nec ipse factorem suum ferre poterat. 422
12. *Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.* 16
Quod considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. 18

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ EX NOVO TESTAMENTO.

EX MATTHÆO.

CAP. I. *STATIM spiritus expulit eum in desertum.* 442
Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 160
Et tradidit eis Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur. 328
3. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* 435
Genimina viperarum, quis vos docuit fugere à ventura ira? 203
Facite fructus dignos pœnitentiæ. 458
Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. 475.477.458.472
Hæc enim docet vos implere omnem iustitiam 487.493
Veniat ad me & bibat. 299
4. *Dic vt lapides isti panes fiant.* 384
Non tentabis Dominum Deum tuum. 140.161
Lignum vitæ est, & qui apprehenderit & tenebit, beatus erit. 320
Non ex sole pane viuit homo, sed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei. 181.313
Quadraginta diebus ieiunauit, & postea esuriit. 299
Ductus est Iesus à spiritu in desertum. 442
Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. 448
5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.* 517.319
Audistis, quia dictum est antiquis. 78
Ne ostendite iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini ab eis. 79.92
Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. 24
Aduersarius tradet te iudici, iudex ministro. 403
Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis. 158
Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos. 19
Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. 151.374
Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. 6.153
Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. 153
Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & mentientur propter nomen meum, & gaudebitis, quia merces vestra magna est in cœlis. 304
Dimittite, & dimittetur vobis. Diligite inimicos vestros, orate pro persequentibus, & odientibus vos. 341
Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. 52
Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. 34
Beati qui esuriunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. 40
Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. 46.391
Solem suum oriri facit super iustos, & iniustos. 48
Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est. 84
Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. 30
Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. 244
Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. 57
Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, &c. 6c.174.357
Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. 72
Thesaurizate vobis Thesauros in cœlo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, neque furantur. 30.169
Si lumen quod in vobis est, tenebræ sunt, quid quando appropriamus nobis virtutes, illæ efficiuntur tenebræ & peccatum? 191
Generatio mala, & adultera signum quærit. ibid.
Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. 22.23.310
Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. 7.28.281.45
Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. 341
Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 139
Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, vt appareatis hominibus ieiunantes. 85
Dixit Iesus discipulis suis, cum ieiunatis. 75
Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius. 6

Si

Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. 449.441.138.
7. *Aut quomodo dicis fratri tuo sine eiiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabes est in oculo tuo, vade trahe prius trabem in oculo tuo quam trahas festucam de oculo proximi.* 249
Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excindetur, & in ignem mittetur. 150.454
Non qui dixerit, Domine, Domine intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei. 336
A fructibus eorum cognoscetis eos. 453
Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas proiiciatis ante porcos. 429
Intrate per angustam portam, quoniam arcta est via quæ ducit ad cœlum. 453.474
8. *Exeunte Iesu de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, cui nomen legio.* 44
Væ prægnantibus malitiæ, & vitiorum. 167
Domine puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur. 171
Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. 367
Ibi erit fletus & stridor dentium. 422
Ecce nos reliquimus omnia. 90
Proiicite eum in tenebras posteriores. 311
9. *Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi, sequere me, & surgens secutus est eum.* 51
Non mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. 140
Cum introisset Iesus Capharnaum. 77
Hoc genus dæmoniorum non expellitur, nisi in oratione. 99
Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. 472
Vbi thesaurus tuus, ibi est cor tuum. 351
10. *Quia nihil opertum quod non reueletur: & nihil occultum quod non sciatur.* 291.401
Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ. 492
Qui amat patrem, aut matrem plusquam me non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus. 135
Non qui inceperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit. 162
Inimici hominis domestici eius. 303
O vos, qui laboratis, & onerati estis venite ad me, & ego reficiam vos. 299
Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. 295
Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? 308.
Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. 43.307
Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliã. 65
Nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest & animã, & corpus perdere in gehennam. 64
11. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* 31
Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 73.333
Cum nemo nouerit patrem, nisi filius. 72
Venite ad me qui onerati estis, & reficiam vos. 299.328
Regnum cœlorum vim patitur. 69
Tollite iugum meum super vos. 67
Nonne bene dicimus, quia dæmonium habes. 390
Quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. 343
Confiteor tibi pãter Domine cœli & terræ quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. 21
12. *Quia generatio prava & adultera signum quærit & non dabitur ei nisi Ionæ prophetæ, quia oportuit Christum pati & mori, & sepeliri, & post tertia die resurgere à mortuis.* 332
Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. 454
Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur, & quicunque dixerit verbum, contra filium hominis, remittetur, sibi qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc sæculo, nec in futuro. 270.445
Diabolus inuenit domum conscientia vacantem, scopis mundatam & ornatam. 52
Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, &c. 417
Malus homo de malo thesauro cordis sui mala profert. 436
Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. 421.452
13. *Sol tunc fulgebit septuplum sicut lux septem dierum.* 403
Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. 201
Et volucres cœli comederunt illud. 412
Simile est regnum cœlorum, thesauro in agro abscondito. 336
Accesserunt ad Iesum Scribæ, & Pharisæi. 84
14. *Spiritus promptus est, caro vero infirma & spiritus aduersus carnem, caro vero aduersus spiritum.* 311
15. *Cæci sunt & duces cæcorum, cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.* 15.141. 148.420.493
De corde enim exeunt cogitationes malæ. 134
15.25. *Væ qui destruis templum Dei, & post triduum reædificas illud.* 313
Fiat tibi sicut vis. 197
Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. 85
Quare & vos, transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram. 492
16. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* 67.69.141. 160.338.
Scandalum mihi es. 149
Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, & animæ suæ patiatur detrimentum. 298
Tibi dabo claues regni cœlorum. 71.724
17. *Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens, da illis pro me, pro te.* 148
Hic est filius meus dilectus. 201
18. *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corrige eum inter te & ipsum solum, si te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum: quod si non audierit, dic ecclesiæ; si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.* 16.229
Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. 17.149
Væ illi, per quem scandalum venit. 26.147
Facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos, ignem vrentem. 73
Respiciens Iesus in discipulos. 100
Necesse est vt veniant scandala. 147
Non solum vsque septies, sed vsque septuagies septies. 106
Erat pascha, & azima post biduum. 125
Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. 43.215
Serue nequam nonne dimisi tibi. 270
Vade serue nequam. 340
Domine, si quotidie peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? 428

Digitized by Google

19. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut vxores, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. 30
Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. 27
Sunt duo in carne vna, & quos Deus coniunxit, homo non separet. 279
Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cœlorum. 29
Sunt amici, qui se castrauerunt propter me. 338
Centuplum accipietis, & vitã æternã possidebitis. 340
Quod Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris. 343
Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 7. 73
Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium enim est regnum cœlorum. 440
Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. 67
Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me. 51. 67
Veritatẽ loquimini vnusquisque cum proximo suo. 92
20. Voca operarios, & redde illis mercedem suam. 363
Ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum: surgite eamus cito. 327
Ascendens Iesus Hierosolymã, assumpsit duodecim. 92
Multi sunt vocati, pauci vero electi. 475
Scitis quia principes gentiũ dominantur eorum. 208
21. Domus mea, domus orationis est: vos fecistis eam speluncam latronum. 255. 388
Cum appropinquasset Iesus ad montem Oliueti. 123
Auferetur à vobis regnum Dei. 418
Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris. 477
22. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. 7. 9
Impleta sunt nuptiæ discumbentium. 418
23. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & paropsidis. 53
Super cathedram Moysi sederunt. 91
Secundum opera eorum nolite facere. 206
Virtutes cœlorum commouebuntur. 401
24. Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabuntur electi a quatuor ventis terræ à summis cœlorum. 413
Tunc apparebit signum filij hominis in cœlo, & omnis insignis passionis. 413
Cum videritis abominationem desolationis, in loco sancto. 186
25. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & segregabunt eos ab inuicem, sicut segregat pastor oues ab hœdis, & statuit quidem oues à dextris, hœdos autem à sinistris. 413
Simile est regnum cœlorum decem virginibus quæ acceperunt lampades suas, & exierunt obuiam sponso & sponsæ, &c. 289
Et media nocte clamor factus est, ecce spõsus venit. 289
Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti. 330
Ibunt in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. 185. 423
Ite maledicti, &c. 417. 419. 477
Qui concupiscit mulierem ad mœchandum, iam eam mœchatus est. 324
Esuriui, & dedistis mihi manducare. 41. 415
Cum iustis non scribantur. 319
Intra in gaudium Domini tui. 405
Amen dico vobis quia nescio vos. 277
Discedite à me maledicti in ignem æternum. 450
Ab auditione mala non timebit. 41
26. Comedite, quia hoc est corpus meum: quoties ergo comederitis carnem meam, & biberitis meum sanguinem, mortẽ Domini annunciabitis donec veniat. 312
Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barbam dimitteret eis, Iesum vero prodiret. 127
Amice ad quid venisti? 129
Melius ei erat si natus non fuisset homo. 420
Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite eum cautè. 327
Pater non sicut ego volo: sed sicut tu. 69
Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. 326
Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. 312
Pater, si possibile est transeat à me calix iste. 326
Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. 41
27. Blasphemabant eum dicentes, va qui destruis templũ Dei, & in tribus diebus ædificas illud, saluum fac temetipsum, descende de cruce, similiter summi sacerdotes illudentes ad alterum cum Scribis dicebant alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, si rex Israël est descendat nunc de cruce. 129
Principes autem sacerdotum, omnes seniores, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: & non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent, nouissime venerunt falsi testes. 127
Quid ad nos, tu videris. 464
Heli, Heli, hoc est Deus meus, Deus meus, cur me dereliquisti. 334
41. Confitebor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. 29

EX MARCO.

Cap. I. Quadraginta diebus ieiunauit, & postea esuriit. 299
Venias ad me & bibat. 299
5. Exeunte Iesu de naui, occurrit statim de monumentis homo, &c. 448
Erat naui in medio mari, & Iesus solus in terra. 178
7. Abintus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt. 134
8. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, & animæ suæ patiatur detrimentum. 298
9. Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum, qui vbicunque apprehenderit eum, allidit, & spumat, & stridet dentibus & arescit. 447
10. Et erunt duo in carne vna: & relinquet homo patrem & matrem. 279
11. Domus mea, domus orationis est. 388
14. Hoc est corpus meum: fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. 314
Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. 326
Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. ibid.
16. Apparuit primo Mariæ Magdalenæ. 334
Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti. 134
26. Abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. 412
27. Prædicate euangelium omni creaturæ. 55
In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, & bene habebunt. 195. 303

EX LVCA.

Cap. I. Esurientes implenit bonis. 44
Et ingressus est Angelus. 288
Spiritus sanctus obumbrabit tibi. 284
Missus est Gabriel Angelus à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. 285
Butyrum & mel comedet, & filius altissimi vocabitur. 384
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim

Digitized by Google

enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. 378
Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis. 144
Petite & dabitur vobis: quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. 378
Erit enim magnus coram Domino, vinum & siceram non bibet. 398
Magnificat anima mea Dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. 388
Ideoque quod ex te nascetur, sanctum vocabitur. 302
Vocabis nomen eius Iesum. 304
Ave gratia plena. 370
Et subito repleta est Elisabeth Spiritu sancto. ibid.
2. *Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen, &c.* 57. 373
Factus est obediens vsque ad mortem. 69
Fili mi, quid feciſti? dolentes quærebamus te. 338. 378
Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix stans retro secus pedes Domini lachrymis cœpit rigare pedes eius, & vnguento vngebat. 463
Exiit edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis. 403
Et non cognouerunt parentes eius inter cognatos & notos, post triduum inuenerunt eum, in medio doctorum. 299
Ipsius animam pertransibit gladius. 325
Quid me quærebatis, nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse. 333
3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* 406
Congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. 417
Ego sum vox clamantis in deserto, parate viam Domini. 354. 370
Veniat ad me & bibat. 293
Exiit qui seminat seminare semen suum. 159
4. *Vndecumque circundabit te scuto.* 166
Exibant dæmonia à multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei. 72
Stans Iesus super illam, imperauit febri, & dimisit illam. 232
Spiritu sancto regressus est à Iordane, & agebatur in spiritu, in deserto. 442
Quadraginta noctibus ieiunauit, & postea esuriit. 299
5. *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho, incidit in latrones, qui etiam spoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto.* 307
Homo peccator sum Domine. 426
Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres alioquin rumperet vinum nouum vtres. 474
6. *Dimittite & dimittemini.* 17. 48. 341
Estote misericordes sicut & pater vester misericors est. 48
Date & dabitur vobis. 51
Date mutuum, nihil inde sperantes. 239
Non est discipulus super magistrum. 326
Omni petenti te tribue. 48. 493
Nolite flere. 37
Stans retro secus pedes Iesu lachrymis cœpit rigare pedes eius. 39
Cognouit quod venisset Iesus in domum Pharisæi. 292
Cum appropinquaret Iesus portæ ciuitatis, & ecce defunctus deferebatur filius vnicus matris suæ, & hæc vidua erat. 254
Ibat Iesus in ciuitatem. 110
Nonne bene dicimus, quia dæmonium habes. 391
Cui minus dimittitur, minus diligit. 290
Rogabat Iesum quidam Pharisæus, qui vocabatur Simon leprosus. 119. 290
8. *Vade in pace, quia remittuntur tibi peccata tua.* 278
Qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. 77
Exiit qui seminat seminare semen suum. 381.
Exeunte Iesu de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, cui nomen legio. 448
9. *Nemo mittens manum suam ad aratrum & aspiciens retro aptus est regno Dei.* 43. 142
Recumbe in nouissimo loco. 400
Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, & animæ suæ patiatur detrimentum. 298
10. *Et ex omnibus viribus tuis.* 7
Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eũ qui me misit, &c. 74
Exi in vias, & sepes & compelle intrare, vt impleatur domus mea. 418
11. *Cum fortis armatus custodit atrium, in pace sunt omnia quæ possidet: si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma illius aufert, in quibus confidebat & spolia illius distribuit.* 210. 232
Fortis armatus vocatur. 403
Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. 114
Qui non est mecum, contra me est: & qui non est mecum dispergit. 432
Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis 154
12. *Anima mea multa bona habes posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare: & dixit illi Dominus: Stulte, hac nocte repetũ à te animã tuam, quæ autem parasti, cuius erunt: homo enim thesaurizat & nescit cui, & moritur, & sepelitur in inferno.* 212. 432
Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum. 107
Quid faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam, &c. 287
Quod si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit Dominus meus venire &c. 473
Erit in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum. 412
anima mea epulare. 291
Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur. 70
Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. 351
13. *Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.* 447
14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam: non potest meus esse discipulus.* 69. 151
Omnis qui se exaltat, humiliabitur. 446
Qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. 89
Quis vestrum, habens oues, & si perdiderit vnam in deserto: nonne redit vt quærat eam. 299
Homo quidam habuit duos filios. 96
15. *Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos.* 214
16. *Nemo potest seruire duobus Deo, & Mammonæ.* 382
Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. 125
Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. 30. 417
Væ vobis, qui hic habetis consolationem vestram. 475
Ite maledicti in ignem æternum. 319
Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, Lazarus vero mala. 211
Filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. 439
17. *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.* 40. 75
Regnum cœlorum intra nos est. 336
Nemo bonus, nisi solus Deus. 13
Duo homines ascendebant in templum, vnus Pharisæus, & alter publicanus, &c. 452
Homo quidam erat diues. 93. 439

Digitized by Google

Si vis perfectus esse vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. 338
19. *Videns ciuitatem, fleuit super illam dicens, &c.* 36. 153
Festinans descende: hodie salus huic domui facta est 75
Nisi quis renuntiauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. 406
Vade serue nequam. 340
In patientia vestra possidebitis animas vestras. 33
Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. 2
22. *Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt.* 313
Hoc est corpus meum, fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. 314
Ligatis manibus & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores. 417
Dominus his, qui venerant vt eum caperent. 153
Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. 69
Pater non mea voluntas sed tua fiat. 493
Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed flete super vos, & filios vestros, quia venit tempus. 335
Appropinquabat dies festus Iudæorum. 126
Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari. 127
Quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis. 128
23. *Si percutimus in gladio.* 327
Sinite huc vsque, & cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. 327
Misit eum ad Herodem qui Ierosolymis erat illis diebus; Herodes autem viso Iesu gauisus est valde, erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quod audiuerat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre. 327
Ter negans eum priusquam gallus cantaret. 328
Et tunc Petrus recordatus est verbi Domini. ibid.
Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. 319. 329
Qui dixit, neque tu times Deum, nos autem quia digna factis recipimus, hic autem quid? 470
Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma. 326
Memento mei Domine, cum fueris in regno tuo. 329
Nos quidem digna patimur: hic autem, quid fecit? ibid.
Si filius Dei es, descende de cruce & credimus tibi. 332
24. *Quia generatio prava & adultera signum quærit & non dabitur ei, nisi Ionæ Prophetæ, quia oportuit Christum pati, & mori, & sepeliri, & post tertiam diem resurgere à mortuis.* ibid.
Nonne cor nostrum ardens erat, dum loqueretur nobis in via. 397
Quem quæritis, Iesum Nazarenum, non est hic, surrexit. 334
25. *Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.* 137
Oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam. 59. 138. 326

EX IOANNE.

CAP. I. *VErbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius.* 369. 299. 104. 265
Sine ipso factum est nihil. 266
Ego sum lux mundi, illuminans omnem hominem venientem, in hunc mundum. 353
In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. 283. 313
Et tunc videbimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti. 369
Verbum caro factum est, & habitauit. 457
Dedit potestatem filios Dei fieri. 404
Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. 60. 180
Vbi habitas? 427
2. *Non necesse habetis, vt aliquis doceat vos.* 154
Miserunt principes, & Pharisæi, ministros. 115
Ambulauit Iesus in Galilæam. 116
Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. 135. 437. 476
Vinum non habent. 370
Sic transit mundus & concupiscentia eius. 337
Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. 85
Quodcumque dixerit vobis, facite. 69
Quid mihi & tibi mulier. 333
Prope erat Pascha Iudæorum. 107
3. *Et sic Deus dilexit mundum: vt filium daret mundo.* 325
Tu es Magister in Israël, & hæc ignoras. 461
Mulsi Leprosi. 224
Ego sum, qui loquor tecum. 219
Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vestra peccata propter nomen eius. 302
4. *Deus spiritus est.* 144. 456
Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 146
Facta sunt encœnia in Hierosolymis. 117
Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. 73. 74
O vos omnes, qui sitistis, venite ad me. 328
5. *Erat dies festus Iudæorum.* 86
Quia cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. 91
Est peccatum ad mortem, non dico vt pro eo quis roget. 432
Venit Iesus in ciuitatem Samariæ. 103
Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia. 199
Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. 413
Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. 76
Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. 70.
6. *Qui manducat me, viuet propter me, quia iustus ex fide viuit.* 319
Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in ipso, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. 15. 320
Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. 70. 154. 163
Domine verba vitæ æternæ habes. 104
Ego sum panis vitæ: qui venit ad me non esuriet, vel qui manducat me viuet propter me. 10
Abiit Iesus trans mare Galilææ. 106
Fugit in montem ipse solus. 114
7. *Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia testimonium perhibeo de illo, quia opera illius mala sunt.* 438
Quid me quæritis interficere hominem qui veritatem loquitur. 114. 127
Si quis sitit, veniat ad me & bibat. 271. 299
Vos ascendite ad diem festum hunc, ego enim non ascendam ad diem festum istum quia meum tempus nondum impletum est. 275
Cum fecisset quasi flagellum de funiculis, dieciit omnes de templo. 244
Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. 247
Si quis voluerit voluntatem eius, cognoscet de doctrina mea, vtrum ex Deo sit. 156

Digitized by Google

Nonne bene dicimus, quia dæmonium habes. 391
8. *In peccato vestro moriemini.* 204
Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. 438
Tulerunt lapides, vt iacerent in Iesum. 266
Ego sum lux mundi. 112
Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. 142
Perrexit Iesus in montem Oliueti. 105
Vade noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contigat. 474
9. *Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus cum essem, non video.* 250
10. *Si mihi non creditis, operibus credite.* 279
Non venit nisi vt furetur, & mactet. 308
Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me oues meæ. 387
Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas: & sequuntur me, & ego vitam æternam dono eis. 142
Ostium, fur est, & latro. 325
Fur non venit, nisi vt furetur, mactet, & perdat. 444
Iam fœtet, quatriduanus est. 258
Diligebat Iesus Martham, & Mariam sororem eius, & Lazarum. 263
Erat quidam languens Lazarus. 111
Quia hic homo multa signa facit? 127
Infremuit spiritu, & turbauit semet ipsum dicens, vbi posuistis eum? dicunt ei, Domine, veni & vide, lachrymatus est Iesus, dixerunt ergo Iudæi: ecce quomodo amabat eum. 37
12. *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* 151
Volumus Iesum videre. 288
Domus impleta est ex odore vnguenti. 295. 300
Estote simplices sicut columbæ. 85
Si quis mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit. 156
Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos ita faciatis. 69. 156
Cogitauerunt principes sacerdotum vt Lazarum interficerent. 54
Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui est in cœlis. 404
Qui amat animam suam perdet eam. 431
13. *Cum dilexisset suos, vsque in finem.* 312
Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. 43
Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. 114
14. *Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.* 71
Pacem relinquo vobis. 58. 306
Ego sum via, veritas, & vita. 12. 46. 303. 324.
15. *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum est diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, &c.* 80
Ante sex dies Paschæ. 124. 127
Ego vos elegi de mundo, non vos me elegistis. 156. 360
Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat aliquis pro amicis suis. 51. 128
Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. 43. 48. 80. 493
16. *Venit hora, vt dispergamini in propria, & me solum relinquetis.* 181
Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. 156
Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. 126
Mulier cum parit, tristitiam habet. 339. 424
Nunc scimus quia scis omnia. 76.
Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. 46
18. *Quem quæritis? si ergo me quæritis, sinite hos abire.* 327
Adduxerunt eum ad Annam primum, erat autem socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius: erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis quia expedit vnum hominem mori pro populo. 327
Videns omnia, quæ ventura erant super eum. 324
Egressus est Iesus cum discipulis suis, trans torrentem Cedron. 128
19. *Mulier ecce filius tuus: ecce mater tua.* 330
Consummatum est. 299
Et exinde exiuit sanguis, & aqua. 330
Ioseph ab Arimathia tulit corpus Iesu. 351
Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes. 35
Crucifige, crucifige eum, si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. 129
Inclinato capite, emisit spiritum. 71. 299. 384
Domine in manus tuas commendo spiritum meum. 353
20. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt.* 458
Noli me tangere, quia nondum ascendi ad meum patrem. 334
Infer digitum tuum huc. *ibid*
21. *Hic autem quid? ait illi Dominus, quid ad te? tu me sequere.* 75
22. *Qui amat animam suam, perdet eam.* 7
Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. 263

ACTA APOSTOLORVM.

CAP. I. *Cœpit Iesus facere, & postea docere.* 76. 114
Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. 145
4. *Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo sit salus, nisi in nomine Iesu.* 302
5. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* 62. 66. 278. 304
Oportet Deo obedire magis, quam hominibus. 450. 492
6. *Aurum & argentum, non est mihi, surge & ambula.* 167
Ne statuas mihi hoc peccatum. 100
9. *Ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus, cum autem prope esset Lydda ad Ioppen, discipuli audientes quia Petrus esset in ea miserunt duos viros, introduxerunt eum in cœnaculum, & circumsterunt eum, omnes viduæ flentes, conuersus ad corpus, dixit, surge, viso Petro resedit, illam viuam assignauit.* 373
9 *Vas electionis, vt portet nomen meum coram gentibus.* 301
10. *Multitudinis autem erat cor vnum, & anima vna.* 43
19. *Virtutes non modicas quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, &c.* 444
21. *Ego enim non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu Christi.* 74
22. *Magister scimus quia veraxes, & viam Dei in veritate doces, & pro veritate odio habitus es.* 114
Paulus rogauit omnes sumere cibum qui in naui fuerant ex tempestate fatigati. 116

AD ROMANOS.

CAP. I. *HI commutauerunt veritatem Dei in mendacium & coluerunt, & seruierunt creaturæ, potius quam creatori, qui est benedictus in sæcula.* 54
Quod notum est Dei manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit: inuisibilia enim ipsius à

Digitized by Google

creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas; ita vt sint inexcusabiles: quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. 55. 136. 295

Qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. 77

2. Ignorantes, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. 20

3. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. 63

5. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum per Iesum Christum Dominum nostrum. 63

Si iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? numquid iniquus est Deus, qui infert iram secundum hominem dico, absit. 433

6. Manebimus in peccato, vt gratia abundet, absit. 433

7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. 138

8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. 22

Vanitati subiecta est creatura, non volens quoniam ipsa liberabitur. 30

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. 307. 309. 361

Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt. 439

Quicumque spiritu aguntur, hi sunt filij Dei. 442

Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt, qui autem secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. 142

Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? quoniam propter te mortificamur tota die, existimati sumus sicut oues occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. 62. 143

Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. 155. 440

Certus sum, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque latitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. 63

Si autem filij & hæredes: hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi. 61

9. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. 450

Non enim accepistis spiritum seruitutis, iterum in timore. 463

Verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram. 301

Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. 433. 454

10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. 151. 314. 350

Ignorantes Dei iustitiam & suam quærentes statuere iustitiæ Dei non sunt subiecti. 156

Omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. 303

12. Sicut in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. 10

Inuicem sentientes. 48

Rationabile obsequium vestrum. 2. 93. 161

Cum omnibus pacem habentes. 117

Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. 141

Gaudete cum gaudentibus. 48

Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. 144

Hæc est voluntas Dei bona, quoad gratias datas: bene placens & perfecta. 157

Solliciti non pigri, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 78

Dolere cum dolentibus, & flere cum flentibus. 91

Vnde noli vinci à malo, sed vince in bono malum. 391

Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. 58. 59

Si inimicus tuus sitit, potum da illi. 18

Non vosmetipsos defendentes charissimi. 31

Qui præest in solicitudine esse debet. 43

13. Omnis potestas à Deo est, & omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. 10

Dico enim, Christum Iesum fuisse ministrum circumcisionis. 69

19. Consummatum est. 277

20. Et dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. 197

EPISTOLA PRIMA AD CORINTHIOS.

CAP. I. IAm quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. 114

1. 5. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. 116

Non me misit Dominus baptizare, sed euangelizare. 151. 160

2. Loquimur sapientiam inter perfectos. 314

Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum, vt sit Deus omnia in omnibus. 44. 51. 342. 402

Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. 150. 432

Spiritualis omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur. 55. 144

3. Nescitis, quia templum Dei estis vos: omne peccatum quod fecit homo, extra corpus suum est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. 395

Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum. 352. 438. 441

Omnia enim vestra sunt. 25. 71

4. Qui suorum maxime domesticorum curam non habent infideles sunt. 203

Non debemus iudicare proximum, donec veniat qui iudicaturus est viuos & mortuos, qui manifestabit secreta cordium & illuminabit tenebras. 249

Nihil mihi conscius sum. 340

5. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, &c. 87. 116

6. An nescitis quod qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur, erunt enim duo in carne vna, qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. 21. 144. 396. 144. 21

Templum Dei sanctum est, quod estis vos. 65

Quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati & non mortificati. 139. 140

Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris. 120. 140

Fugite fornicationem, quia neque adulteri, neque fornicarij regnum Dei possidebunt. 120. 140

Nec in terra dimittunt, quia viro cupido, & tenaci sine ratione est substantia. 122

7. Mulier sui corporis potestatem non habet sed vir: Similiter & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier. 10

Tunc melius est nubere, quam vri. 374

8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. 150. 162

Scientia inflat. 81

Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. 374. 398

9. Sic currite vt comprehendatis. 75

10. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari

Digitized by Google

ri supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. 50.80
Sine offensione estote. 48
Vsque in hanc diem esurimus, & sitimus, colaphis cædimur, & laboramus manibus nostris. 88
Omnia quæcunque facitis, in gloriam Dei facite. 428
Illuminabuntur abscondita tenebrarum. 414
Non quærens, quod mihi vtile sit: sed quod multis, vt salui fiant. 9. 454
Captiuate omnem intellectum vestrum in fide. 284
Qui se existimat stare videat, ne cadat. 93
Arma militiæ nostræ non sunt carnalia. 99
11. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat. &c.* 15
Necesse est hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant. 148
Ipse enim sathanas transfigurat se in Angelum lucis. 135
12. *Si gloriatur vnum membrum congaudent omnia membra.* 48
Ego sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans. 76
Gratia est manifestatio spiritus ad vtilitatem. 143
13. *Congaudet autem veritati.* 55
Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, &c. 360. 409
Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus sumus. 359
Alter alterius onera portate & sic adimplebitis legem Christi. 48
Quia neminem circumuenit. ibid.
Videbimus eum facie ad faciem. 45. 316
Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam nihil mihi prodest: quia charitas benigna est. 407
Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis. 5
Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis. 33
Corrumpunt bonos mores colloquia mala. 5. 17. 101. 398
Euigilate iusti, & nolite peccare. 444
Seminatur nunc corpus animale, sed resurget corpus spirituale. 345
Gratia Dei sum id quod sum. 116
Stella differt à stella in claritate. 2
Insipiens tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. 411

EPISTOLA SECVNDA.

AD CORINTHIOS.

CAP. I. *Virtus est Dei, & Dei sapientia.* 55
Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. 452
Signauit nos Deus, & dedit nobis pignus. 453
Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. 80
Non sumus sufficientes cogitare quicquam ex nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra à Deo est. 335
4. *Id quod in præsenti est momentaneum & leue. &c.* 71
5. *Modicum fermenti totam massam corrumpit, &c.* 439
Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, prout gessit in corpore siue bonum, siue malum. 476
Sive enim mente excedimus Deo, siue sobrij sumus nobis, charitas enim Christi vrget nos. 7
Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, &c. 46
6. *Nemini dantes vllam offensionem.* 48
Per arma iustitiæ a dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem. 65
Quæ communicatio est iustitiæ ad iniquitatem, & lucis ad tenebras, & Dei ad diabolum. 217
Dilatatum est cor meum. 335
7. *Capite nos, neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus.* 48
9. *Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* 433
Vt abundetis in omne opus bonum. 154
Non ex tristitia, sed ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. 18. 74
In carne ambulantes, non secundum carnem ambulemus. 122
10. *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* 452
In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. 7
11. *Periculum in falsis fratribus.* 65
Quotiescumque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. 128. 312
Rogo autem vos per illam confidentiam, quam existimo videre. 93
12. *Et quis infirmatur, & ego non infirmor.* 391
Raptus vsque ad tertium cœlum. 301
Datus est mihi stimulus. 425
Cum infirmor, tunc potens sum. 42
Ego autem libentissime impendam, & super impendar ego ipse pro animabus vestris. 50
13. *Panem Angelorum manducauit homo.* 314

AD GALATAS.

CAP. I. *Christo confixus sum cruci.* 139
Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. 138. 143
3. *Sic stulti facti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consumamini.* 143
Ex fide iustificat gentes Deus. 663
4. *Quæ sursum est Hierusalem libera est.* 106
5. *Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis.* 142
Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. 42. 138. 425
Manifesta autem sunt opera carnis. 11. 42
6. *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes maximè autem ad domesticos fidei.* 13
Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi. 17. 43. 48. 391
Qui seminant in carne, de carne metent corruptionem. 436
Non simus inanis gloriæ cupidi. 117
Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. 56. 60

AD EPHESIOS.

CAP. I. *Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.* 60
Quod constituit eum pater ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non modo in hoc sæculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. 65
Omnis auarus regnum Dei non possidebit. 113
Gratia enim estis saluati per fidem & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, vt nequis glorietur. 55
Ipse est pax nostra, quæ exuperat omnem sensum. 59

Digitized by Google

4. *Veritatem autem facientes in charitate crescamus.* 12
Supportantes inuicem in charitate. 17.48
Qui furabatur iam non furetur. 26
Quoniam sumus inuicem membra. 48
Omnis auaritia, quæ est idolorum seruitus non nominetur in vobis. 102
Renouamini in spiritu mentis vestræ, 144
Gaudete in Domino semper, iterum gaudete. 163
Cum omni humilitate & mansuetudine opera tua perfice. 4
Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. 5
Videte quomodo ambuletis cautè, non quasi insipientes; sed vt sapientes? &c. 93.474
5. *Quia quæ arguuntur, à lumine manifestantur.* 457
Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam. 10
Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi. 51
Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. 444
Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, quia hoc Sacramentum magnum est. 279
6. *Induite vos armaturam Dei, vt possitis resistere in die mala.* 97.99
Serui obedite dominis vestris carnalibus cum timore, in simplicitate cordis vestri, &c. 10.136
Extinguntur omnia tela ignea nequissimi. 183
Assumite scutum fidei, & scuto fidei circundabit te. 357
7. *Conuiuificauit nos Christus, & resuscitauit.* 413

AD PHILIPPENSES.

CAP. I. *Dissolui, & esse cum Christo.* 278.310
2. *In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* 103
Qui pro nobis factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. 75.109.333.353
Tradidit semetipsum pro nobis, factus obediens. 424
Omnes enim quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. 9.435
Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. 439
Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. 10
Congratulor omnibus vobis. 13
Et didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam. 69
Humiliauit semetipsum factus obediens. 69.70
Operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. 70
Omnia autem facite sine murmurationibus. 74
Hoc enim sentite quod & in Christo Iesu. 154
3. *Multi enim ambulant quos sæpe dicebam vobis: nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi.* 36
Conuersatio nostra in cœlis est. 310.278
Deus eorum venter est. 385
Expectamus saluatorem, &c. 403
Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, 142
4. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est.* 2
Scio abundare & penuriam pati. 317

AD COLOSSENSES.

CAP. I. *Imago Dei inuisibilis.* 55
2. *Ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ.* 144
3. *Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite.* 333
Super omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quod est vinculum perfectionis. 450
Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. 2.136.141
Deponite turpem loquelam de ore vestro. 5
Filij obedite parentibus vestris in omnibus. 10
Donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit nobis. 48
Omne quodcunque facitis in verbo, & in opere: in nomine Domini facite. 74.79

AD THESSALONICENSES.

CAP. I. *Gratias agere debemus Deo pro patientia vestra & fide in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, pro quo & patimini.* 17
Abstinete vos ab omni specie mali 199
Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus simul rapiemur obuiam Christo in aëra. 413
Nullius aliquid desideretis. 26
Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. 37
Nemo circumueniat in negotio fratrem suum. 48
5. *Omnes enim vos filij lucis estis, & filij Dei.* 62
Consolamini pusillanimes, suscipite infirmos. 18
Omnia probate, quod bonum est, tenete. 492

I. AD TIMOTHEVM.

CAP. I. *Finis præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* 9.33
2. *Vult omnes homines saluos fieri.* 477
3. *Non neophytum ne in superbiam elatus in iudicium diaboli incidat.* 487
4. *Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.* 17
Promissionem habens vitæ quæ nunc est. 49
Non minus vidua sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, &c. 373
4. *Honora viduas quæ veræ viduæ sunt.* 375
6. *Radix omnium malorum est cupiditas.* 430
Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. 48
Lucem habitat in accessibilem. 55
Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. 89
Omnium malorum radix est cupiditas. 113
Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, &c. 115
10. *Exerce teipsum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ, fidelis sermo & omni acceptione dignus.* 47

AD TIMOTHEVM.

CAP. I. *Inter nos gratis non manducamus panem ab aliquo, sed in labore, & fatigatione, nocte & die laborantes.* 88
3. *Instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes &c.* 431
4. *Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* 157

AD TITVM.

CAP. I. *Paulus seruus Dei, Apostolus Iesu Christi secundum fidem electorum Dei & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est in spem vitæ*

Digitized by Google

vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur Deus ante tempora sæcularia. 157
2. *Sobriè & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei.* 1

AD HEBRÆOS.

CAP. I. *Dilexisti iustitiam.* 6
Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis; nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio. 20
Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte interueniente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hereditatis. 449
4. *Viuus enim est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, &c.* 457
Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. 457
5. *Perfectorum autem est cibus eorum, qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni, & mali.* 137
Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum. 458
8. *Ego vado, & quæretis me.* 90
9. *Qui emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis.* 409
Vinctis compassi estis. 136
Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi. 159
Terribilis est expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. 410
Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. 63
In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam Deus. 69
11. *Alij ludibria & verbera experti sunt insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt: circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* 63
Quia sine fide impossibile est placere Deo. 306
Magis elegit affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere incunditatem. 453
12. *Quis est filius, quem non corripit pater?* 11
13. *Oedite præpositis, & subiacete eis, ipsi enim perui gilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris.* 10. 136
15. *Qui proposito sibi gaudio, vel gloria, sustinuit crucem confusione contempta.* 98
vlt. *Non habemus hîc ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus.* 76

EX EPISTOLA IACOBI.

CAP. I. *Abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.* 53
Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. 453
Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. 79
Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis. 23
Patientia opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. ibid.
Omne datum optimum, & omne donum perfectum est descendens à patre luminum. 101
Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. 429
Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. 180
2. *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam.* 49
Fides sine operibus mortua est. 154
Lingua est vniuersitas iniquitatis. 429
Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. 112
Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir. 4
4. *Qui amicus est huius mundi inimicus Dei constituitur.* 475
Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 144
5. *Confitemini alterutrum peccata vestra.* 458
Agite nunc diuites, plorate vlulantes. 82
Religio munda & immaculata apud deum Patrem, hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum. 83
Epulati estis super terram & in luxurijs enutristis corda vestra, in die occisionis adduxistis & collidistis iustum, & non restitit vobis. 22
vlt. *Orate pro inuicem vt saluemini.* 16

I. EPISTOLA PETRI.

CAP. I. *Serui estote subditi in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis, hæc est enim gratia.* 10
Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, &c. 17
Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationem, & inuidias, & omnes detractiones, &c. 53
Si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. 66
Charissimi, obsecro vos, tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. 136
Eratis sicut oues errantes: sed nunc conuersi estis ad Pastorem, & ad Episcopum vestrum Christum. 387
Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. 17
3. *Estote inuicem compatientes, fraternitatis amatores.* ibid.
4. *Hospitales inuicem sine murmuratione.* 18
Nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit. 140
5. *Sobrij estote.* 442
Cui resistite fortes in fide. ibid.
Sicut canis, qui reuersus est ad vomitum. 85
Tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. 93
Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. 98
Humiliamini sub potenti manu Dei. 102

II. EPISTOLA PETRI.

CAP. I. *Vade ad Angelum.* 377
2. *Multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis, blasphematur.* 12
Nouit Deus pios de tentatione eripere. 18
Cœli ardentes soluentur. 413

Digitized by Google

Index Sacræ Scripturæ.

EPISTOLA I. IOANNIS.

CAP. II. *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ.* 67

Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est: qui autem seruat verba eius, verè in hoc perfecta Dei charitas est. 69

Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nescit quo vadit. 90

3. *Nondum apparet, quid erimus: scimus, quoniam cum apparuerit: similes ei erimus quia videbimus eum sicuti est.* 56

Aut dimitte eis noxam hanc, aut dele me ex libro quem scripsisti. 100

Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus. 425

Filioli mei, non diligamus verbo & lingua, sed in opere & veritate. 9

Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? ibid.

4. *Deus charitas est.* 61

Si Deus dilexit mundum, & nos debemus inuicem diligere. 79

Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt. 151

Omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, &c. 406

Qui non est ex Deo, non audit nos. 445

9. *In maligno positus est.* 474

APOCALYPSIS.

CAP. I. *Ecce veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt & tunc plangent, super eum omnes tribus terræ.* 414

Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. 333

Vidit in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere. 123

2. *Et tentasti eos, qui dicunt se Apostolos esse, & non sunt: & inuenisti eos mendaces.* 65

Qui vicerit, non ladetur à morte secunda. 158

Nemo inuentus est dignus, neque in cœlo, neque in terra. 418

Dabo illi manna absconditum. 44

Sed hoc habes bonum, quia odisti facta Nicolaïtarum, quæ & ego odi. 140

Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ. 79. 110

3. *Ego quos amo, corrigo, & castigo.* 80

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, vt videas. 397

4. *Requiem non habebant die, ac nocte dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens.* 428

Timete Deum, quia descendit mola. 233

Et ecce ostium apertum in cœlo. 144

5. *Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo & fecisti nos Deo nostro regnum, & regnabimus.* 188

Vicit leo de tribu Iuda, aperire librum & soluere septem signacula. 332

6. *Et datæ sunt illis stolæ albæ.* 403

Et audiui vocem quarti animalis dicentis, veni & vide. &c. 377

Data est illi potestas super quatuor partes terræ interficere gladio, fame, morte, & bestiis terræ. 158

7. *Benedictio, claritas sapientia & gratiarum actio, honor, virtus, fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen.* 285

Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius. 437

8. *Venit Angelus & stetit ante altare habens thuribulum dicentis voce magna, væ, væ, habitantibus in terra.* 169

9. *Et desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.* 403

Non egerunt pœnitentiam, sed sunt exacerbati à diabolo. 196

Et exiuit fumus de puteo abyssi. 236

Factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes: factum est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum. 359

Facta est grando magna. 285

12. *Serpens antiquus, qui vocabatur diabolus, & Sathanas, & seduxit vniuersum orbem.* 442

Draco traxit tertiam partem stellarum. 396

Væ terræ & mari quia descendit diabolus ad vos. 442

Stellas in capite. 280

13. *Vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem.* 431

Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, &c. 421

Vidi vnum de capitibus suis, quasi occisum in mortem. 267

14. *Angelus ponit pœnam Sodomorum, ecce alius Angelus exiuit de altari, &c.* 207

Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli. 412

Beati mortui qui in Domino moriuntur. 410

16. *Sunt enim Spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos ad prælium.* 446

Vidi de ore bestiæ exire tres spiritus immundos in modum ranarum. 448

Æstuauerunt æstu magno. 421

18. *Exite de Babylone populo meus, ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius accipiatis.* 86

20. *Vidi mortuos magnos & pusillos, stantes in conspectu throni.* 410

21. *Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure.* 422

Quod absterget Deus omnem maculam &c. 404

22. *Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam chrystallum procedentem de se de Dei, &c.* 156

Ecce venio cito & merces mea mecum est, dare vnicuique opera sua. ibid.

vlt. *Qui in sordibus est, sordescat adhuc.* 473

Ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur verax, & fideles. 90

Digitized by Google

INDEX
RERVM MEMORABILIVM
QVÆ IN
TERTIO TOMO
D. Bernardini continentur.

A

A, a, Christus exiens de ventre glorioſæ Virginis Mariæ dixit quid ſignificat. pag.249
Abbatis viſio. 396
Abnegatio propria quid eſt. 160
Abnegatio ſui eſt maxima perfectio. 69
Abſoluendi authoritas multiplex. 467
an Abſoluere quis poſſit & alius pœnitentem audire, 466
Abſolui poteſt communicatus inuitus. 470
an Abſolutio data ab excommunicato inualida. ibid.
Abſolutio de oblitis quomodo eſt intelligenda. 470
Abſolutio nulli inuito prodeſt imò obeſt. 470
Accuſare nos debemus cum vitæ emendatione. 475
Accuſatus in tribus caſibus veritatem tenetur confiteri. 428
Acedia quid. 447
Acedia aſſimilatur vncis nauium. 145
Actio bona 3. opus pietatis ſpiritualis, eaque fit maxime tripliciter. 16
omnis Actio Chriſti fuit infiniti meriti. 334
Actionem variat locus. 460
Adam terra rubra interpretatur. 564
Adam culpauit Deum de Eua. 352
Adoratio quid propriè ſumpta. 486
Admonitio Sanctorum nos mouet. 95
Aduerſarij diaboli fortiores ſunt in monaſteriis quàm in ciuitate. 383
Aduerſario quando poſſumus non loqui. 177
Aduerſario cur benefacere debemus. 177
Aduerſarius erga aduerſarium tripliciter ſe habere poteſt. 216
in Aduerſis recurrendum eſt ad Deum exemplo Iob. ibid.
in Aduerſis & in proſperis Deo gratiæ ſunt agendæ. 428
Aduerſitas minus periculoſa quam proſperitas. 3. per ſiniſtram figurata. ibid.
Aduerſitas deſignata per ſiniſtram. 199
Adulter videtur eſſe qui nimis ardenter diligit vxorem. 461
Adulterium vincit fornicationem. 462
Æmulationes ſunt tres, mortua, frigida & tepida. 367
Æmulatio mortua quid. ibid.
Æmulatio frigida quid. ibid.
Æmulatio tepida quænam. ibid.
Æqualium tria ſunt genera. 10
Æternum eſt quod cruciat, momentaneum quod delectat. 475
Æternum væ damnatorum. 476
ad Affectionem ſui ipſius quatuor perfectiones diſponunt mentem humanam. 436
circa Affectionem proximi quatuordecim perfectiones diſponunt mentem humanam. 436
ad Dei Affectionem duodecim perfectiones diſponunt mentem humanam. 436
Affectio & dilectio in quo differunt. 157
Affectio ad bene agendum triplex. 436
Affectus hominis ad tria affici poteſt. 7
Afflictio nos eleuat ad Deum cognoſcendum. 7
Afflictio dat intellectum. 180
Afflictio non vltra vires datur. 179
Afflictio neceſſaria & quare. 178
Afflictione nos illuminamur. 179
qui non Affligitur motruus dici poteſt. 178
Ad eſum agni cur debebant eſſe calceati & cincti & quid hæc ſignificant. 318
Ad eſum cur Agni baculus, & lactucæ agreſtes neceſſaria, & quid deſignant. 318
ex eſu Agni Paſchalis quos fructus percipiebant digne ſumentes. 314
Agnus Paſchalis primo menſe comeſtus quid ſignificat. 317
Agnus comeſtus decima die quid deſignat. ibid.
cur decima quarta luna ib. & hora veſpertina. 317
Agnus paſchalis qui non comedebatur crudus, nec lixus, nec frictus ſed aſſatus quatuor genera ſumentium corpus Chriſti denotat. 317.318
Altare eſt mens noſtra ybi offerre debemus Deo ſacrificium. 453
Altare vnde dicitur. 19.382
Altare dicitur cor humanum. 70
Altari ſeruientes dicuntur Angeli. 281
Amana quid interpretatur. 170
Ammon eſt princeps luxuriæ. 385.386.
Amare rem aliam pluſquam Deum fornicatio eſt. 279
Amaritudo ſoror odij. 432
Amici optimi officium. 37
de Amico defuncto dolendum. ibid.
Amicorum precibus plura tribuenda. 159
inter Amicos mutuus amor difficilem ſeparationem efficit. 38
ex Amore proprio omnia crimina oriuntur. ibid.
ex Amore proprio homo gloriatur in malis. 432
tres Amores Dei, tres amores erga proximum. 8.9
Amor diuinus nullo alio titulo quàm emptionis vendicari vel furari poteſt. 357
Amor Dei volenti amare datur. 360
Amor mundi acutiſſimus eſt in cognitione. 437
Amor mundi aſtutiſſimus eſt in locutione. 438
Amor mundi peruerſiſſimus eſt in operatione. 438
Amor mundi proprio amori famulatur. 438
Amor mundi eſt impius Deo. 439
Amor mundi omnia concupiſcentiæ ſuæ impendit. 439
Amor mundi eſt impius ſibi ipſi per ardentiſſimam affectionem. 439
Amor mundi eſt ſicut fermentum. 439
Amor mundi exiguus totum hominem corrumpit: ibid.
Amor mundi animam & corpus per malas affectiones inflammat. ibid.
Amor mundi impius eſt proximo per falſiſſimam oſtenſionem. 439.
Amor mundi eſt plenus in intellectu crudeliſſima elatione. 439
Amor mundi exterminat opera humilitatis. 440
Amor mundi eſt plenus in affectu propriiſſima affectione. ibid.
Amor peruerſus crudeliſſima eſt beſtia. 436
Amor peruerſus fera peſſima. 437
Amor proprius per proſpera & per aduerſa ſemper ad deteriora inducit. 435
Amor habet tripliçem vim. 41
Amor ſæculi non ſatiat. 81
Amor triplex. 138
Amor diuinus habet fundamentum. 168

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

vnde Amor diuinus descendit. 169
quo tendit Amor diuinus. 205
Amor altus est spes. 169
Amor latus est charitas. 183
Amor generalis quos comprehendit. ibid.
Amor generalis quatuor habet differentias & quas. ibid. & 175
Amor concordialis septem requirit & quæ sunt illa. 176
Amor specialis ad inimicos quis & quotupliciter possumus in eo offendere. 177
Amor Dei differt ab amore mundi 237
Amor Dei ditat hominem. 360
Amor Dei non emitur pecuniis nostris nec corporalibus, nec spiritualibus. 461.462
Amor diuinus fortitudo. 276
Amor Dei durus quare. 388
Amor diuinus habet septem affectiones in Deum, septem in seipsum, & septem in proximum. 387. vsque 391
Amor diuinus illuminat intellectum. 388
Amor Dei facit ciuitatem Hierusalem vsque ad contemptum sui, amor sui facit ciuitatem Babylonis vsque ad contemptum Dei. 431
Amor non solum est causa omnium peccatorum quæ perpetrantur ab hominibus, sed etiam quæ ab Angelis malis. ibid.
Amor sui est amor vitiosæ correctionis. ibid.
Amor proprius in anima parit tres ruinas, scilicet in mundanis delectationem, in peccatis immersionem, & in malis gloriationem. 432
Amor proprius designatus à Diuo Ioanne in Apocalypsi per bestiam de mari ascendentem habentem capita septem, &c. in quo ostendit tria mysteria, primum est ruinæ, secundum malignitatis, tertium desperationis. 431.432.433
Amor verus non sentit amaritudinem sed dulcedinem. 431
Amor proprius miras malitias agit etiam contra hominem ipsum. 434
Amor proprius est amor omnium malorum. 431
Amor proprius triplex est, scilicet naturalis, venialis, criminalis seu radicalis. ibid.
Amor proprius operatur in anima tres malignitates. 432
Amor proprius per blasphemiam Dei facit quod homo sibi appropriat bona & Deo septempliciter mala. 433
Amor proprius tribus modis impie agit contra proximum. ibid.
Amor Dei soli comparatus. 181
ex Amore priuato totus mundus periclitatur. 435
ex amore priuato per quatuor gradus seu virtutum defectus anima ad Dei rebellionem atque contemptum descendit. 436
ab Amore Dei non recedendum. 361
in Amore Dei totum est diuinum. 441
Amoris Dei sunt tria signa & quæ, 366
Amoris soror dulcedo. 432
tres gradus Amoris lati. 174
Amoris proprij crudelitates. 434
Ardor amoris amantem transformat in amatum. 395
Amoris peruersi damna innumera. 437
quomodo Amorem Dei possumus nobis comparare. 169
de Anachoretarum statu tripliciter potest esse sermo. 490
Anachoretæ cur Sacramento sæpius non reficiebantur. ibid.
Angeli custodis cura circa animam. 344
Angeli quo superiores eo decies pulchriores. 343
Angeli differunt specie. 342
Angeli virum iustum comitantur. 87
Angeli ministerium diuersum habebunt ante & post iudicium. 413
Angeli malos mittent in caminum ignis. ibid.
Angeli ad tormenta deducent. ibid.
Angeli nobiles ministri Dei. ibid.
Angeli vexillum crucis in iudicio portabunt. ibid.
Angeli custodiunt homines etiam in Ecclesia. 282
Angeli boni sunt Astra matutina. 285
Angeli non possunt intelligere mysterium Incarnationis. ibid.
in Angeli Annuntiatione quinque de Christo prædicantur. 286
quibus modis Angeli sancti inspirent bonas cogitationes 132
Angelis demonstrat Christus velle incarnari per tres veritates. 283
Angelis displicet si homines fornicantur. 396
Angelum custodem habent omnes creaturæ. 343
ibi Angelorum infinitæ legiones, vbi corpus Christi. 281
de Angelorum pulchritudine. 343
de Angelorum numero. ibid.
Angelorum duæ partes Verbum adorauerunt. 284
Angelorum tertia pars Verbum noluit adorare. 285
Angelorum delectationes nihil sunt respectu illius quæ sunt in Deo. 345
quotuplex Angelorum officium. ibid. 132
Angelos duos habet quælibet anima. 343
Angelus vnus decies pulchrior est alio. 344
Angelus quilibet pulchrior qualibet anima excepta anima Christi & Virginis Mariæ. 343
Angelus custos lætatur de bono perpetrato, contristatur autem de malo. ibid.
Angelus & anima pares naturâ, dispares officio. 396
Angelus missus ad B.V. tria facit & quæ. 285
Angelus est finitus. 284
Angelus lucis quomodo dignoscitur ab Angelo sathanæ. 161
Angelus cecidit per inanem gloriam. 144
Angelus quomodo illuminat. 132
Anima est imago Dei respectu trium potentiarum scilicet intellectus, voluntatis & memoriæ. 297
Anima apta est amare bonum immutabile vel bonum commutabile. ibid.
Anima quare ad Dei similitudinem. ibid.
Anima habet quindecim similitudines ad Deum. ibid.
Anima non deturpatur nisi peccatis. ibid.
Anima Christi pulchrior Angelis. 300
Anima virgo sapiens. 288
Anima quatuor modis vocatur ad conuersionem. 290
Anima amore Dei accensa perseuerare debet. 295
Anima nihil pulchrius. ibid.
Anima nouem gratiis est ornata. ibid.
Anima ad diligendum est creata. 431
Anima quanto plus gustat Deum, tanto amplius despicit mundum & econtra. 432
Anima quanto plus diligit Deum tanto plus etiam in aduersis iucundatur. ibid.
Anima sine gratia est famelica, & esurit illam. 369
Anima amore Dei accensa amorem aliis communicare conatur. 370
Anima pœnitens sentit amarum saporem, scilicet dolorem 370
Anima sancta est templum Dei. 371
Anima quanto obstinatur tanto magis elongatur à Deo. 360
Anima in Paradiso tres glorias possidet scilicet substantialem, consubstantialem, & accidentalem. 341
Anima tres habet potentias quæ etiam fient gloriosæ. 342
Animæ pulchritudo quanta. 343
Anima rationalis per fidem saturatur de diuina virtute. 44. irascibilis per spem de diuina sublimitate, ibid. concupiscibilis per charitatem de diuina bonitate satiatur. ibid.
Anima nostra debet præponi propriæ animæ proximi. 253
Anima quatuor gratias à Deo acceptas in creatione exercet in quatuor virtutibus cardinalibus. 349
Anima beata sapientia effulgebit. 404
Anima beata amicitia effulgebit. ibid.
Anima beata mirabili concordia effulgebit. ibid.
Anima beata mirabili potentia effulgebit. 405
Anima beata mirabili honore fulgebit. ibid.
Anima mirabili securitate fulgebit. ibid.
Anima beata mirabili gaudio fulgebit. ibid.
Anima septem gradibus trahitur ad amorem Dei inflammatiuum, & qui sunt hi. 236
Anima proximi præponenda corpori nostro. 392
Anima nostra præferenda est animæ, corpori, & rebus proximi nostri. ibid.
Anima bonis spiritualibus satiata etiam tripliciter esurit & sitit in hac vita. 44
Anima Dei tabernaculum. 95
Anima septem gradibus à diabolo expugnatur. ibid.
Anima in essentia simplex. 456
Anima intensius in aliqua parte corporis quam in alia. ibid.
Anima quælibet habet duos Angelos. 343
Anima deficit in contemplatione tantæ pulchritudinis quæ est in Deo. 344
Anima per voluntatem gaudet in amore diuino. ibid.
Anima aui comparata. 365
Anima multis modis à Deo vocatur. 366
Anima Deo vocanti respondet cum incipit. ibid.
Anima dum peccat perdit pulchritudinem suam. 276
Anima virtuosa per equum album significata. 195
Anima plena peccatis per equum nigrum. ibid.
Anima est pulchrior rebus creatis infra Angelos. 297
in Anima dupliciter potest esse pax. 57
Animam quando Deus probat. 178
Animam semper quærit Christus. 299
erga Animam Christi benignitas. ibid.
Animæ sunt tria lumina. 197
Animæ cibus est Deus. ibid.
Animæ peccatricis plaga est infinita. 177
Animæ pulchritudo ad similitudinem Dei. 276
Animæ tres sunt potentiæ ad bonum & ad malum inclinabiles secundum libertatem arbitrij. 442
Animæ potentiæ tres ad malum sunt inclinabiles per dæmonum tentamenta tribus modis. ibid.
Animarum delectationes nihil sunt respectu illius quæ est in Deo. 345

de Ani

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

de Animæ dignitate Christus disputabat in medio doctorum. 299
Animæ cubile est corpus sanctificatum. 347
Animæ iustæ triplex status. 449
Animæ iustæ status ascensionis in Deum per viuam spem sex continet gradus, & qui. ibid.
Animæ tres sunt esurientes & sitientes iustitiam, & quæ 44
Animæ damnantur propter tria. 107.108
Animæ vita charitas. 108
Animæ malignitas. 109
Animæ iustæ status descensionis ad seipsum per humilitatem sex continet gradus & qui. 450
Animæ beatorum triplicem esuriem patiuntur. 45
Animæ mors peccatum. 158
Animal & bestia quî differunt. 364
Animalia habent Trinitatem. 395
Animalium sex genera quæ offerebantur in templo ad purgationem peccatorum, spiritualium & carnalium. 372
Animi constantia laudatur. 96
Annuli maritalis locus. 279
Annulus triplici consideratione datur vxori. ibid.
Annuntiatio Virgini facta fuit die dominicâ. 286
Apis naturam triginta annorum spatio non potuit cognoscere Philosophus. 295
Apostoli iudicabunt quo modo. 415
Apostolis communicata fuit iudiciaria potestas ex triplici causa. ibid.
Apparitio Christi post suam resurrectionem facta fuit primùm Matri, licet Euangelistæ nihil loquantur hac de re. 333
Apparitio Christi facta Mariæ Magdalenæ in forma hortulani. 334
Apparitio Christi fuit splendidior post resurrectionem Matri quam Petro in Transfiguratione. ibid.
Apparitiones Christi post resurrectionem diuersæ. 335
Aprilis est mensis pœnitentiæ. 317
Aqua benedicta valet contra spiritus immundos. 301
Aqua turbata non repræsentat. 351
Aquarius vndè dictus. 450
Aquarius mysticè designat peccatorum fletum. 449
post mortem Antichristi mundus quot diebus durabit. 185
Antichristi aduentu cessabunt omnia sacrificia nec dicentur Missæ nec prædicationes. 181
S. Antonius primus à beato Francisco. 484
Sanctus Antonius à Sancto Francisco vocatus est suus Episcopus. 387
S. Antonius fuit vexillifer exercitus terrestris vna cum S. Francisco. 355
Arbor significat spirituales & contemplatiuos. 354
Arca vnde dicta. 284
Arca dicitur fides. ibid.
in Arca erant manna, virga Aaron quæ floruerat & tabulæ legis, horum significatio. ibid.
Arca fœderis visa à malis mortem infligebat. 314
Arcus significat misericordiam & iustitiam. 357
Aries vnde. 449
Aries denotat resistentiam contra peccata mysticè. ibid.
Arietis cum pœnitente comparatio. ibid.
Armatura militis Christiani quænam. 445.446
Aser quid significat. 135
Aser interpretatur beatitudo. 355
Aspirationes quotidianæ ad Deum quæ sunt singulis diebus hebdomadæ. 482
Asmodæus est princeps dæmoniorum. 385.386
Attritio & contritio quî differunt. 275
Auari cor repertum in suis denariis. 315
Auari similes regi qui vitam regiam degeret in luto. 296
Auari similes pueris qui eligunt cerasum & relinquunt regnum & aurum. ibid.
Auaritia impedimentum ad beatitudinem. 22
Auaritia assimilatur naui pertusæ. 120
Auaritia figurata per amphoram. 122
Auaritia nunquam satiatur. 237
Auaritia est idololatria. 186
Auaritia contraria temperantiæ. 382
Auaro non prodest aurum. 90
Auarus vnde & quid. 447
Auditus tres habebit dotes in Paradiso. 346
Auditu multi corruunt in luxuriam. 399
Aue vnde dicitur. 32
Aue Maria in concionibus in vsu tempore sancti Bernardini. 301
Aurum tanquam nobilius metallum intellectui comparatur. 278
Aurum probatur tribus modis. 360
Aurum ab igne inflammatur sed non consumitur. 442
Aurum non est pulchrius aqua. 396

B

BAbylon confusio est peccati. 462
Babylon signat istum mundum. 477
Babylon interpretatur confusio. 85.290
Baptismi necessitas. 99
per Baptismum transire debemus, si terram promissionis adire velimus. 109
Barba significat homines strenuos & viriles. 378
Bau est dæmon lætitiæ & carnispriuij 385
Beati vident pœnas damnatorum. 365
Beati gloriam substantialem & accidentalem animæ & corporis recipient. ibid.
Beatorum locus cœlum empyreum. 56
Beatorum animæ triplicem patiuntur esuriem. 45
Beatorum corpora sunt cytharæ. 347
Beatorum dotes sunt contrariæ dotibus damnatorum. 364
in Beatitudine omnium bonorum cumulus. 477
Beatitudine vires animæ perficiuntur. 21.22
Beatitudines duæ quibus regnum cœlorum promittitur. 29
Beatitudines quot secundum distinctionem graduum & quot secundum essentiam. 20
Beatitudines aptantur septem diebus. ibid.
Beatitudines ad quæ ordinant animam. 21
Beatitudinis encomia. 477
per quos & quot gradus anima perducitur ad beatitudinis statum. 21
Beatitudinum breuis declaratio. 65
Beatitudinum euangelicarum præmia. 23
Beatitudo sumitur tribus modis. 39
in quo sita est Beatitudo variæ opiniones. 21
in quibus consistit Beatitudo futura. 23. adeptio est omnis boni. ibid.
Beatitudo Euangelica quid & quot & quæ in iis consideranda. 19.20
Behemor interpretatur princeps luxuriæ. 382
Bellatores quomodo se debent gerere siue proficiscantur, siue stent. 92.
quod fuit principium Bellandi & quid mali hostes intendunt. 120.111. per totum adaptatio spiritalis. ibid.
duobus modis Bellator ferire potest. ibid.
in quinque debent esse instructi Bellatores. 89
quinque sunt quæ Bellatores reddunt inexpugnabiles. 102.
in exercitu sunt sex genera Bellatorum. 91
varij euentus Belli. 96
in Bello obsessiuo quæ necessaria, ibid.
in campestri quæ. 97
in nauali quæ. ibid.
Rustici Bello idonei. 88
Bellum duplex equestre & pedestre. ibid.
Bellum triplex. 121
Belluis est homo peior. 176
Beelzebuth est princeps muscarum. 382
Beelzebuth est dæmon hæreticorum, hæresiarcharum, incantationum & superstitionum. 382
Beneficiorum Dei consideratio designatur per signum libræ. 451
Beniamin interpretatur discretio boni & mali. 339
Beniamin interpretatur filius dexteræ. 356.450
Bestia & animal quî differunt. 364
Blasphemans in peccato suo delectatur. 270
Blasphemans intendit directe Deum offendere. ibid.
Blasphemantis lingua ensis acutus. 188
Blasphemare quid. 205
Blasphematores sunt lapidatores Christi. 270
Blasphemi male moriuntur. 271
Blasphemia fit pluribus modis. 445
Blasphemia neque in hoc sæculo neque in futuro remittetur. 270
Blasphemia agit in Deum. ibid.
Blasphemiæ sunt tres malignitates. ibid.
Blasphemiæ nulla est causa inductiua. ibid.
Blasphemiæ peccato nullum grauius. ibid. exempla. ibid.
Blasphemiæ sex sunt species, scilicet desperatio, præsumtio de misericordia Dei, impugnatio agnitæ veritatis, inuidentia supernæ gratiæ, obstinatio & finalis impœnitentia. 445
Bona terrena contemnere debemus exemplo Christi. 475
Bona temporalia sunt vmbra æternorum. 438
Bona temporalia in quo consistunt. 451
Bona corporalia in quo consistunt. ibid.
Bona spiritualia in quo consistunt. ibid.
Bona alterius tenere est maius peccatum homicidio.
Tria gradata Bona sunt in nobis 9
cui Bona placent corde idem quoque attestatur ore. 13
Bonæ conscientiæ indicium est vitia abhorrere. ibid.
Boni ouibus comparantur. 187

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Boni & mali videbunt bona & mala bonorum. 414
in tribus Bonis ſiſtit tota vita moralis. 57
Bonitas attribuitur Spiritui ſancto. 428
Bonitati aduerſatur malitia vnde ſicuti tripliciter fauemus bono, ſic tripliciter malo aduerſamur. 13
Bono viro quatuor ſunt neceſſaria. 58
in Bono vnitas. 440
omni Bono fauere debemus zelanter corde, ore & opere. 12
Bonorum triplex genus, ſcilicet temporis, in tempore, & ſupra tempus. 448
tria genera bonorum quæ homo contemnere poteſt propter Deum. 68
Bonorum operum tria genera. 455
Bonum multitudinis bono particulari præponi debet. ibid.
Bonum eſt ſui diffuſiuum. 456
Bonum proximi debemus quærere ſicut noſtrum bonum. 176
nemo Bonus niſi participatione ſummi boni. 13
Bonus theſaurus boni cordis eſt virtutum zelus. ibid.
Bos obedientiam denotat. 372
Brachium dextrum ſignificat operationem bonam. 357
Butyrum ſignificat humanitatem Chriſti. 379
Byſſus, quid eſt. 212

C

CAin quibus armis fratrem occidit. 98
Cananea comparatur animæ tribulatæ. 198
à Cananea tres affectiones demonſtrantur. ibid.
Cananea ſequitur Chriſtum fugientem ab ea. 235
Cancer myſticè deſignat conſiderationem vitæ præteritæ. 450
Capillos alienos gerens mulier an poſſit ſumere Euchariſtiam. 317
Capillus alienus ſpina eſt Chriſto. 318
Capra in lege veteri pro peccato præuaricationis. 449
Capricornus vnde dictus. ibid.
Capricornus deſignat peccatorum deteſtationem & exprobationem. ibid.
Carcer damnatorum eſt infernus quare. 416
Cardinalium laus. 483
Caro ſemper ſpiritui aduerſatur. 41
Caro perficitur per carnalium deſideriorum deiectionem. 122
Caro eſt inimicus hominis. 304
Carnis delectatio inclinat cogitationes. 397
Carnis maceratio eſt remedium ad luxuriam. 398
contra Carnis concupiſcentiam perturbationes animi ſunt remedium. ibid. exemplum. ibid.
contra Carnis vitia quæ remedia. 374
Caſtitas duplex mentalis & corporalis. 478
Caſtitas, eſt ala qua quis ad cœlum euehitur. 721
Caſtitas obediens facit animam feruentem in amore Dei. 186
Caſtitatis ſeruanda remedia. 398
Caſtra vnde dicta. 94
Caſtus quomodo dignoſcitur à luxurioſo. 189
Certanti corona debetur. 451
Charitatem diuinam omnes poſſunt emere etiam diabolus. 360
Charitas aurum vocatur quare. ibid.
Charitas vocatur regina. 361
Charitas ardere debet. ibid.
Charitas conſumit omnia vſque ad animam. ibid.
Charitas comparata lebeti feruenti. ibid.
Charitas non feruet in puero baptiſato. ibid.
Charitas melior quænam. ibid.
Charitas tota hæreditas Chriſti. ibid.
Charitas quibus rebus emitur. 362
Charitas non emitur ſapientia, humilitate, &c. quia hæ virtutes ſunt Dei. ibid.
Charitas emitur peccatis noſtris. ibid
Charitas conſeruari poteſt pluribus modis. ibid.
Charitas non poteſt furari. 360
Charitas appretiat omne bonum. ibid.
Charitas facit hominem Dei filium. 61
Charitas eſt in exercente charitatis officium. 391
Charitas eſt animæ vita. 108
Charitas fraternâ non deſerenda. 100
Charitas dicitur cella vinaria. 81
Charitas fraternalis quanta debet eſſe maiorum ad minores & ſimilitudo. 43
Charitas ad proximum duplex. 454
Charitas Chriſti in nos maxima. 455
Cherub plenitudo ſcientiæ interpretatur. 434
Cherubin quid interpretatur. 138
Chriſti nomen quis negat. 145
ſine Chriſti gratia nihil poſſumus. 98
vbi Chriſti corpus, ibi infinitæ Angelorum legiones. 281
Chriſti ſanctitas. ibid.
Chriſti duplex benignitas. 110
Chriſti mira benignitas. 109
Chriſti obedientia eximia. 70
Chriſti cibus obedientia. 74
Chriſti paſſio remedium optimum contra plurima. 93
Chriſti cibus noſtra conuerſio. ibid.
Chriſti ſermonum vtilitas. ibid.
Chriſti crux quatuor habuit partes & quid ſignificent. 126
Chriſti patientis bonitas in ſex apparuit. 127.128
acerbitas paſſionis Chriſti & quæ ſunt quæ reddunt eius paſſionem acerbam. 156.131.132
Conſilium Chriſti nihil habet in ſe periculoſum. 493
de Chriſto Iudæi male ſentiunt. 108
in Chriſto eſt humanitas & diuinitas. 441
in Chriſto ſudor ſanguineus quare & vnde. 326
ad Chriſtum diſcipuli redeuntes oſculabantur eum. 327
ad Chriſtum crucifigendum cur tres appoſitæ ſcalæ. 328
Chriſtum diabolus tentat de tribus, & quæ ſunt illa tria. 184
Chriſtum ſequi quid eſt. 138
Chriſtus reſpondet diabolo ad hæc tria. 185
Chriſtus dum veniet quatuor habebit conditiones. 186
Chriſtus ſtabit in triumphali maieſtate iudicaturus. 187
Chriſtus in cruce velut nauta in naui. 114
Chriſtus præuidit quæ futura erant de ſua paſſione. 322
Chriſtus dolens & lætus fuit in paſſione. 323
Chriſtus doluit ſecundum tempus priuationis regni æterni. 322
Chriſtus infinitè doluit quia pater infinitus offenſus. 324
Chriſtus doluit ob beneficium Incarnationis non intellectum. ibid.
Chriſtus quare doluit de damnatione peccatorum. 325
Chriſtus cur tot dolores paſſus. ibid.
Chriſtus comparatur ſponſo ſeu marito. 279
Chriſtus Eccleſiam amauit tribus modis. ibid.
Chriſtus fortior diabolo. 332
Chriſtus in conuerſando oſtendit dignitatem. 332
Chriſtus cuilibet morienti apparet bono mitis & benignus, malo verò iratus & rigoroſus. 310
Chriſtus ſemper quærit animam. 299
Chriſtus in medio doctorum de dignitate animæ diſputabat. ibid.
Chriſtus reſurrectionis noſtræ duplex cauſa. 413
Chriſtus ſolus iudex erit. 415
Chriſtus de diabolo triumphauit, ideo ſuper ipſum poteſtatem habet. ibid.
Chriſtus compatiens infirmis vitam ducebat infirmam. 485
Chriſtus quomodo ſatiat omnes. 106
Chriſtus cur flagellatus ad columnam. 327
Chriſtus in cruce ſeptem verba protulit quæ erant ſeptem flammæ ardentis amoris. 328.329
Chriſtus quatuor habuit victorias, ſcilicet de peccato, de dæmone, de inferno, & de Paradiſo. 332
Chriſtus Angelis demonſtrat velle incarnari. 284
Chriſtus in cœlis ab Angelis fuit adoratus. ibid.
Chriſtus lapis angularis. ibid.
Chriſtus totus in tota & in qualibet hoſtiæ parte. 316
Chriſtus diuerſimode apparuit tribus Apoſtolis. 313
cur Chriſtus dedit ſe ad comedendum. ibid.
Chriſtus pugnare & vincere docuit quinque modis & quibus. 98. &c per totum.
Chriſtus eſt mercator. 359
Chriſtus granum frumenti. 122
Cur Chriſtus pati voluit in ſexta ætate mundi. 124
Cur in iuuentute. ibid.
Cur initio anni menſe martio & die veneris. 126
Cur hora tertia vel ſexta diei, explicatio huius diuerſitatis horæ. ibid.
Cur ſub ſole verſus occidentem & luna verſus orientem ibid.
Cur ſub Tiberio, Pilato, Anna, & Caipha. 125
Chriſtus bonis eſt in reſurrectionem, malis ad ruinam. 369
Chriſtus datus eſt humano generi in exemplum, in præmium, & in ſocium. 372
Chriſtus lux tranquillans, irradians, & beatificans. 373
Chriſtus triplicem habuit nobiſcum conformitatem. 103
Chriſti in hominem miſericordia. 104
Chriſtus licet laceſſitus iniuria nos ad amorem cœleſtium prouocat. ibid.
Chriſtus in quantum Deus eſt ſol Paradiſi. 353
Chriſtus confeſſionem inſtituit, Apoſtoli eam promulgauerunt. 458
Chriſtus nobis fideliſſimus. 109

Cur

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Cur Christus fuit venditus triginta argenteis. 125
Christus hortatur discipulos & quoscumque perfectos ad triplicem sustinentiam. 64
Christus seminauit virtutes & omnia bona. 382
Christus visitat cor hominis tripliciter. 236
Circumstantiarum genus quadruplex. 460
Ciuis quanto nobilior est, tanto maius & nobilius speculum patriæ. 379
Ciuitas vnde dicitur. 207
Circumstantiæ quænam confitendæ. 460
Circumstantiæ aggrauantes quot & quæ. 461
Ciuitates capiuntur propter tria ab hostibus, quæ sunt illa, & quid per ea spiritualiter intelligatur. 112. 113. per totum.
dux & rector Ciuitatis tres habere debet conditiones. 104. 105
in quibus consistit fortitudo ciuitatis. 106
Ciuitatis dux debet esse beneuolus. 109
propter tria ruinam patiuntur ciuitatis obsessi. 106. 107
qua industria obsidentes ciuitatem obsessos superant. 107
ad Ciuitatis expugnationem quot, & quæ requiruntur instrumenta. 111
quæ contraria remedia ad illa instrumenta. ibid. apparata pugnæ spirituali. ibid.
Coadiuuatio quid. 47
Cocytus luctus interpretatur. 435
Cocytus fluuius infernalis æternam damnationem designat. ibid.
in Cælo est splendor sine calore. 416
Cœlum est sedes Sanctorum & quid. ibid.
Cœlum empyreum est sedes Dei, Iesu Christi, Beatæ Virginis & Sanctorum. 297
Cœlum empyreum Beatorum locus. 55. & vnde dictum. ibid.
Cœna est vltimus cibus diei. 367
ad Cœlum non ascenditur nisi tria regna deleta sint. 352
Cognitio nostra est plena fragilis abominationis. 377
Cognitionum malarum subita expulsio est remedium ad luxuriam. 400
Cognitio sui principium est ad æternitatem. 418
ex Cognitione sui humilitas. ibid.
Columba innocentiam denotat. 372
Collyrium quid. 359. 362
Communio digna est pœnarum satisfactiua. 320
Communio digna est inimicorum defensiua. ibid.
Communio digna est meritorum augmentatiua. ibid.
Communio digna est bonorum conseruatiua. ibid.
Communio digna ab infirmitatibus liberat. 321
Communio digna nobis aperit Paradisum. ibid.
ad Communionem dignam duo solum sufficiunt. 320
Communio digna animam viuificat. 319
Communio digna intellectum illuminat. 320
Communio digna animam reficit & recreat. ibid.
Communio digna animam roborat. ibid.
Communio digna peccata purgat. ibid.
Communicantes indignè duodecim incurrunt maledictiones. 318. 319
Communicantes indignè peiores sunt Iudæis Christi crucifixoribus. 399
Communicantes dignè duodecim acquirunt fructus. ibid.
Communicare tenentur mares post quatuordecim annos, fœminæ post duodecim completos alioquin incurrunt duodecim maledictiones. 320
Communicatio quid. 48
Compassio quid. 47
Compassio christiana vera quænam. 391
Compassio quænam est vera. 176
qui proximo non compatitur, ei nulla est charitas. ibid.
Concio attente audienda. 351
Concupiscentia carnis, oculorum & superbia vitæ quid. 439
Condonatio quid. 47
Confessio sacramentalis armatura defensiua. 109
Confessio quando inualida. 463
Confessio fit dupliciter. 467
Confessio integra debet fieri vni sacerdoti. 471
Confessio debet esse secreta. ibid.
Confessio debet esse lacrymabilis. 406
Confessio sine spe veniæ facta nulla est. 457
Confessio liberat à seruitute. 97
Confessio quando iteranda. 474
Confessio triplex. 227
Confessio est de instituto Ecclesiæ. 459
Confessio debet esse discreta. 466. 467
Confessio est necessaria ad salutem. 226. 233
Confessio designata per lepram spiritualem. 224
Confessio vera efficit animam piam erga Deum. 14. 15.
Confessio sine proposito restituendi parum valet. 232
Confessio frequens est remedium ad luxuriam. 400
Confessio tria continet & quæ. 232
Confessio est triplex. 457
Confessio est instar mercaturæ. 276
Confessio est de iure diuino. 458
Confessio quid secundum D. Augustinum. 457
Confessio tam magnorum peccatorum quam minimorum esse debet. 276
Confessio sexdecim conditiones habet. 459
in Confessione omnia peccata sunt confitenda. 361
in Confessione quando licet se excusare; & in quibus casibus nominare complices. 227
in Confessione humilitas dupliciter consideratur. 462
in Confessione nihil debet occultari. 466
in Confessione non debet esse excusatio sed accusatio. 460
circa Confessionem excusatiuam quæ dubia occurrunt 227 circa diminutiuam quæ ibid. 228. circa humiliatiuam quæ dubia notantur. ibid.
ad Confessionem omnes tenentur. 459
nullus Confitetur sibiipsi. 458
Confessionem audire potest laïcus licet non absoluat sacramentaliter. 468
ad Confessionem quæri debet sacerdos doctus. 466
ad Confessionem veram tria requiruntur & quæ. 14. 15
Confessionem Christus instituit, Apostoli promulgauerunt. 458
Confessiones audire possunt prædicatores & minores. 468
Confessiones audiendi potestatem habet Curatus. 467
Confessiones audire quando quis potest. 468. 469.
Confessionis descriptio. 457
Confessionis institutio. ibid.
Confessionis præceptum duplex. 458
Confessionis quotuplex præparatio. 14. 15
Confessionis qualitates quot & quæ. 224. ibid. 225. 226
Confessionis effectus qui & quot sunt. 228
Confessionis secretum sit ex duplici causa. 471
Confessoris duplex est clauis, scilicet potentiæ & scientiæ. 465
Confessoris consilium ad instar balistarij. 276
Confessores similes mercatoribus. ibid.
Confessum se esse alteri an sacerdos dicenti subdite credere teneatur. 468
quænam Confitendæ sunt circumstantiæ. 460
Confitens ad gratiam probabiliter est disponendus. 472
non Confitens semel saltem in anno non potest saluari. 226
non Confitens semel saltem in anno tenetur tanquam Iudæus. ibid.
non Confitens semel saltem in anno non debet sepeliri in loco Sacro, & Presbyter ipsum sepeliens peccat mortaliter. 27
Confiteri cui debent Reges & Domini seculares. 469
Confiteri possunt familiares vbi Dominus confitetur. 470
vtrum Confiteri quis statim teneatur commisso peccato. 465
quomodo Confiteri debemus peccata. 463
quomodo quis Confiteri debet, & cum qua intentione. 459
quando quis subito Confiteri tenetur & in quibus casibus. 227
ex parte Coofitentis, quæ requiruntur. 228
ex parte Confessoris, quæ requiruntur. 229
Confiteri debemus pure, fideliter, & humiliter. 465
an mulier Confiteri possit. 228
qui & quot Confiteri possunt. 228. 229
Congratulationi aduersatur inuidia. 13
Conscientiæ remorsus per scorpionem demonstratur mystice. 451
Consilium ab experto quærendum. 162
velox Consilium sequitur pœnitentia. 152
Consilium non diminuit perfectionem euangelicam imo auget. 493
tria Concurrunt ad spiritualem consolationem. 144
nemo in vtroque sæculo potest habere consolationem. 80
Constantia animi laudatur. 97
Constantia maxime commendanda. 109
Consuetudinis malæ septem sunt mala. 209
Contra consuetudines malas septem sunt remedia & quæ. 210. 211
Contemplatio claustrum est animæ. 397
Contemplatio est altior exercitio temporali. 490
ad Contemplationem veram quæ requirantur. 22
Continentia. non quis continentior est, quia vilioribus cibis vtitur. 150

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Continentiæ tres gradus. 375
Contumelia quid. 62
Contumelia nihil molestius. ibid.
Contractus. In contractibus quotupliciter apparere potest vsura. 257
Contrariorum conditio hæc est vt quando vnum contrariorum reperitur, alterum non reperiatur. 400
Contritio quanta debet esse.
Contritio non in aliud tempus remittenda, exemplum. ibid.
an Contritio possit esse tanta vt per eam remittantur culpa & pœna. 278
Contritio & attritio quî differunt. 275
Contritio quid. 232
Contritio sine proposito restituendi parum valet. ibid.
Contritio est necessaria ad salutem. 233
Contritio sanat animam. 232
circa Contritionem quæ consideranda. ibid.
Contritio quid. 112
In Contritione vera tria concurrere debent. 275
in Contritione quæ & quot requiruntur. 233
Contritionis veræ quot sunt conditiones. ibid.
Contritionis signa exteriora sunt tria. 275
bonæ Contritionis nota. 277
Conuersatio bonorum cum bonis est optima propter tria. 214
Conuersatio malorum cum malis est pessima. 215
Conuersatio malorum cum bonis potest fieri dupliciter. 216
Conuersatio malarum mulierum timenda. 398
Conuersatio viri cum muliere maxime cauenda. ibid.
Conuersantes cum mulieribus decipit fiducia de propria castitate. ibid.
Conuersantes cum mulieribus decipit consanguinitas. ibid.
Corpora damnatorum erunt mutuo compressa, ita vt nec contrahere, nec extendere se possint. 421
Corpora damnatorum corrumpentur & quo corruptionis modo. 422
Corpora damnatorum affligentur ab igne sed non consumentur. ibid.
Corpora damnatorum dissimiliter ab igne cruciabuntur. ibid.
Corpora damnatorum erunt fœtida. ibid.
Corpora damnatorum diuersis affligentur languoribus. 423
Corporis glorificati sensuum exteriorum quæ & quot dotes. 346
Corpus beatorum est fortissimum. 403
Corpus beatorum est agile. ibid.
Corpus beatorum est fortissimum. ibid.
Corpus beatorum est liberrimum. ibid.
Corpus beatum voluptatem habebit. 404
Corpus beatorum habebit sanitatem. ibid.
Corpus beatorum erit longæuum. ibid.
Corpus beatorum est cythara. 347
Corpus beatorum habet tres chordas. ibid.
Corpus glorificatum est cubile animæ. ibid.
Corpus beatum quatuor habet dotes scilicet quod est splendidum, impassibile, agile & subtile. 345
Corpus beatum recipit præmium beatæ animæ. ibid.
Corpus beatum pulchrius cœlo empyreo. 29
Corpus hominis est fœtidum. 424
Corpus humanum subest decem miseriis. ibid.
Corpus nostrum est palatium Dei. 395
Corona dominium significat. 398
Cor nostrum est crumena peccatorum. 362
Cor humanum altare dicitur. 70
Cor amaricari debet ob tres causas. 276
Cor non habentium tria sunt genera. 223
Cor hominis tripliciter vulnerat à Christo. 236
Cor vanum nota vanitatis externæ. 52
Cor duplex signum inconstantiæ mentis. 53
Cor animalis est in medio. 417
Cordis puritas in duobus consistit. 53
Correctio quid. 229
Correctio quotuplex. ibid.
in Correctione quæ & quot sunt necessaria. 230
Correctio potest dimitti propter tria. ibid.
Correctio. Quæ sunt in ea considerandæ & quomodo quis proximum corrigere teneatur. 16
Circa correctionem fraternam quænam occurrunt dubia. 229. 230. 231
non corrigendo proximum an quis peccet mortaliter. 229. 130
Corrigens debet cordialiter corrigere. 177
Corrigens debet patienter corrigere. ibid.
quo ordine corrigi debet proximus. 230
ex parte corrigentis quæ requiruntur. 231
Corrigere quintuplex est. 231
ex parte illius qui corrigi debet quæ & quot requiruntur. ibid.
Corrigendo proximum an quis sceleratus peccet vel non ibid.
Corripere vnde dicitur. 229
Corruptio duobus modis sumitur. 421
Creatura omnis est Dei testimonium. 338
Creatura non potest comprehendere creatorem. 314
Creaturæ omnes communicant cum homine. 54
per Creaturas aliquo modo haberi potest cognitio Trinitatis. 55
Crista pennata quid significat. 356
in Cruce cur olim quatuor lapides pretiosi & quid significabant. 338
Crucis signum, defensiuum est contra malignos spiritus. 398
Crux in die iudicij multo radiis solaribus lucentior apparebit. 413
Crux est officina vbi venditur charitas. 360
Culpæ mortali pœna æterna debetur, veniali temporalis. 151
Culpa mortalis est scorpio. 451
Culpa est causa omnium malorum mundi. 382
Curatus habet potestatem audiendi confessiones. 467
Cythara significat meretricem. 290
Cytharæ sunt corpora beatorum. 346

D

DAlila designat sitim mundanæ delectationis. 310
Damnati vanè conqueruntur. 477
Damnati mallent non esse quàm sic esse damnati 420
Damnati vellent nullos esse beatos. ibid.
Damnati sunt iracundi ob inflictionem pœnæ. 420
Damnati sunt sibimet odio. 420
Damnati & beati se vident ad inuicem vsque ad diem iudicij: peracto autem iudicio boni malos videbunt sed mali non videbunt malos. 418
Damnati sciunt se esse priuatos beatitudine. 419
Damnati sciunt se à Deo exosos & maledictos. ibid.
Damnati dotes quatuor habebunt. 364
Damnati punientur in inferno ratione corporis & animæ. ibid.
in Damnatis erit aspectus dæmonum. 422. consortium iniquorum ibid. incendium consumens. ibid. rigor frigoris. ibid.
in Damnatis est vermis & remorsus conscientiæ de malis commissis. 418
in Damnatis est memoria spiritualis prosperitatis. 419
in Damnatis est pauor continuus. ibid.
in Damnatis est ignominia. ibid.
in damnatis est malum velle sed impotens. ibid.
Damnatis timor seruilis non aufert habitum malæ voluntatis sed actum. 420
in Damnatis est desperatio salutis. ibid.
in Damnatis est certitudo damnationis. ibid.
in Damnatis est furor dæmoniacus. ibid.
in Damnatis est cæcitas, scilicet priuatio luminis gratiæ & gloriæ. ibid.
in Damnatis est blasphemia. 421
in Damnatis est pœnarum incorrectio. ibid.
in Damnatis est inuidia Beatorum & omnium saluandorum. ibid.
in Damnatis affectus inuidiæ intenditur, etsi cesset actualis affectus luxuriandi, & dominandi. 420
in Damnatis erit rabida fames. 422. fames etiam spiritualis. ibid. sitis inextinguibilis. ibid. gustus amarissimus. ibid. fœtor intolerabilis, ibid. confusus dolentium clamor. ibid. totius corporis languor. ibid. singulorum membrorum dolor proprius & maximus. 423
in Damnatis erit mors immortalis. 423. tactus insupportabilis, ibid. grauitas grauabilis. ibid. & quod grauissimum est omnium istarum pœnarum perpetuitas. ibid.
Damnatorum corpora erunt mutuo compressa, ita vt nec contrahere, nec extendere se possint. 421
Damnatorum corpora corrumpentur, & quomodo. 422
Damnatorum corpora affligentur ab igne sed non consumentur. ibid.
Damnatorum corpora dissimiliter ab igne cruciabuntur. ibid.
Damnatorum corpora erunt fœtida. ibid.
Damnatorum corpora diuersis languoribus affligentur, 422
Damnatorum carcer est infernus, quare. 416
Demerito debetur pœna æterna. ibid. exemplum. ibid.
Damnatorum status differt perfecta distantia à statu beatorum. 418
Damnatorum pœna duplex. 420
Damnatorum væ æternum. 476
Damnatorum tormenta erunt intolerabilia. 477

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Damnatorum pœna corporis est sulphur, & pœna animæ ignis. 364
Damnatorum appetitus semper appetibilis & nunquam attingibilis. 365
Damnatorum corpus elementa non poterunt corrumpere. ibid.
Damnatorum pœna quoruplex. ibid.
Damnatorum pœnas beati vident. ibid.
de extrinseca Damnatorum pœna. 421
Dæmon est maxime sollicitus ad obstruendamviam Paradisi. 474
Dæmones nos proditoriè decipiunt. 108
Dæmones ad mala inducunt animas tribus modis. 442
Dæmonis potestas est maior in eos qui maioribus sceleribus detinentur ibid.
Dæmonis in nos crudelitas. 110
Dæmonis potestas. 98
Dæmonum obedientia quænam. 74
Decalogi præcepta quid denotant. 94
Decem sunt quæ per considerationem intellectui dant cognitionem. 441
Dei dignitas est Spiritus sanctus. 98
Dei Maiestas in dominatione & iustitia in milite repræsentatur. 301
Dei iudicium districtum nihil patietur inultum. 475
à Dei præsentia separari est intolerabile. 476
Dei præsentia efficax. 80
Dei ciuitas à contemptu sui incipit. 69
Dei videre quid est. 181
Dei cognitio omnibus naturaliter insita est. 55
Dei visio quid. 45
Dei visio triplex. 55.56
in Dei speculatione dupliciter se habet homo. 52
Dei dona plerunque communicantur iis qui sunt in mortali peccato. 143
cur Deo obedientia debetur. 121
Deo omnia tribuenda. 119
Deo gratiæ sunt agendæ in prosperis & in aduersis. 428
in Deo est spes nostra collocanda. 451
de Deo altissime sentiendum est. 370
de Deo experientia habenda. ibid.
Deo maximè placet obedientia. 466
Deum diligenti nihil difficile. 70
Deum naturaliter videre non possumus. 55
ad Deum videndum quid requiritur. 56
ad Deum omnia sunt referenda. 162
Deus malos punit citra condignum & bonos remunerat vltra meritum. 440
Deus odit non resistentes tentationi. 366
Deus odit eos qui gaudent in tentationibus. ibid.
Deus odit quærentes tentationes. ibid.
Deus amat pugnantes contra tentationes. ibid. & sunt triplicis generis. ibid.
Deus nos vocat multifariam. 367
Deus non intrat per gratiam nisi anima velit propter liberum arbitrium. ibid.
Deus priuilegium demonstrat, quando coactè animam trahit & ratio fit. ibid.
Deus sine consensu regulariter non dat gratiam. ibid.
Deus similis Soli intranti fenestram. ibid.
Deus comparatur medico. 366
Deus iratus ob neglectum præceptum suum noluit spatio quinque milliũ annorum suum vultum ostendere hominibus. 369
Deus magna fecit in V. Maria, quare. ibid.
Deus est locus animæ. 394
Deus Virginem Mariam æqualem se non poterat facere, quare. 369
Deus & V. Maria sunt duo in carne vna. ibid.
Deus nullius eget. 378
Deus permittit diabolum tantum operari quantum peccata requirunt. 475.476
Deus consensum liberum vult. 378
Deus laudari potest dupliciter per negationem & affirmationem. 390
quis Deus. 55
Deus quando animam probat. 178
cur Deus permittit electos cadere. 179
Deus in creatione animæ lætatur. 456
Deus quædam reprobat, quædam approbat. 460
Deus non saluat hominem nisi homo accepter gratiam. 473
Deus absoluit omnia aut nihil absoluit. 471
Deus præuenit animam tribus modis secundum tres potentias ipsius animæ. 336
Deus infundendo gratiam suæ misericordiæ soli comparatur. ibid.
Deus adest damnatis per punitionem. 476
Deus dedit nobis scire, velle & cognoscere veritatem. 359
Deus voluntatem nostram ignitam esse vult amore charitatis. 360
Deus scrutator cordium est. 362
Deus reuereri debet & res diuinæ. 338
Deus tantæ est pulchritudinis vt anima deficiat in contemplatione. 344
Deus dormire dicitur cum cessat homini benefacere. 453
Deus emendato plura debet quam obstinato in peccato. ibid.
Deus est iudex. ibid.
Deus est remunerator. ibid.
Deus est vbique. 298
Deus offendi potest pluribus modis. 270
Deus est finis noster. 276
Deus obliuiscitur eius qui Dei oblitus est. 277
Deus nobis est præponendus. ibid.
Deus nunquam sanauit corpus quin sanarit animam. 193
Deus punit triplici pœna sortilegos. 196
Deus est cibus animæ. 197
Deus animam nutriendo quatuor illi dat desideria. ibid.
Deus quomodo hic videri potest. 55
Deus ex operibus nostris non fit maior. 75
Deus solus bonas inspirationes immittit. 131
Deus solus immutat voluntatem. ibid.
Deus veritas est. 11
Deus inhabitat cor pœnitentis. 35
Deus est amandus propter tria. 41
Deus est iudex timendus propter tria. ibid.
Delectatio carnis inclinat cogitationes quare. 397
Delectatio in se nec bona, nec mala nisi ex circunstantia. 142
Delectatio quotuplex. ibid.
Delectatio naturalis potest esse cum veniali. ibid.
Delectationis spiritualis quinque signa. 143
Delicta intelligere est difficile. 451
Delicta dupliciter sunt aliena, scilicet suggestione diaboli, & suggestione homin is. ibid.
Delictum & peccatum quî differunt ibid.
Dentes designant firmatas meditationes. 439
Deploratio quid. 48
Desperationis tria sunt signa, scilicet in prosperis & aduersis deterioratio & in malis multiplicatio, suiipsius deificatio & Dei contemptus seu contra Deum rebellio. 485
Desperatorum tria sunt signa & quæ. 340
Deuotio vera debet habere tria. 202
Dextera significat prosperitatem. 199
Diaboli instinctu fiunt colores sophistici capillorum. ibid.
Diaboli incentiua quæ. 134
Diaboli astutia in tentando. ibid.
Diaboli ciuitas incipit ab amore sui. 166
Diaboli iniquitas. 167
Diabolo consentiens vincitur. 77
à Diabolo victus repletur omni opprobrio. 97
Diabolorum conciliabulum. 384
Diabolus sub specie serpentis cum facie muliebri Euam decepit. 369
Diabolus quot modis suggerit malas cogitationes. 133
Diabolus variis tentandi modis vtitur. 133
Diabolus hostis noster & quæ mouent ipsum ad pugnandum. 121. præclarum diui Augustini dictum. ibid.
quid Diabolus intendit in nobis occidere. ibid.
vt Diabolo resistere possimus quid nobis expedit. ibid.
Diabolus per Regem Syriæ significatus. 121
Diabolus superbiæ suggestor. 144
Diabolus est venator. 383
Diabolus in tenebris intrat. ibid.
Diabolus nomine draconis designatur. 438
Diabolus mendacium profert sub specie veritatis. ibid.
Diabolus vult consensum extortum. 377
Diabolus non tentat, sed liberum est nobis tentationes eius non admittere. 135
Diabolus & dæmon quî differunt. 183
Diabolus fugatur Dei verbo. 96
Diabolus humilitate offenditur & vincitur. 93
Diabolus semper animæ aduersarius. 135
Diabolus vult solum animas. 298
Diabolus bonarato inspirat. 164
Diabolus tentat Christum de tribus, & quæ sunt illa tria. 184.185
Diabolus vincitur per superbiæ depressionem. 122
Didimus quid interpretatur. 264
Dies quælibet nobis debet esse tanquam extrema. 475
Dies septimus gloriam designat. 316
Dignitas non est appetibilis propter se sed solum propter aliorum vtilitatem. 490
Dilectio vnde deriuatur. 433
Dilectio Dei & proximi per geminorum signum mystice denotatur. 450
S. Dionysius adhuc infidelis obediens D. Paulo dixit infirmo in nomine Iesu surge & surrexit. 307

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Dionyſius Chriſtianus factus eſt ob miraculum nominis Ieſu. ibid.
Dipſas quid & vnde. 452
Dipſas denotat peccatum. ibid.
Diſciplina quid & quotuplex. 341
in Duobus eſt diſciplinandum cor humanum. ibid.
iuxta Diſciplinam tria conſideranda. 41
in duobus Diſciplinandum eſt os noſtrum. 3
in duobus Diſciplinanda ſunt opera noſtra. 4
Diſcretio debet eſſe cauta in fugiendo peccatorum occaſiones. 453
Diſcretio myſticè deſignatur per vngulas vituli. 450
Diſcretionis laus. 140
Diues habet quatuor dolores, exemplum. 242.243
Diues cur petit Lazarum mitti ad ſe. 214
Diues ex quibus conſolatur. 212
Diues cruciatur. 25
Diuites plures ſunt pauperes ſpiritu. 27
Diuites non ſolum auari ſed miſeri. 425
Diuitis & pauperis diuerſus exitus. 49
Diuitiarum contemptus mirabiles efficit. 27
Diuitias tenere eſt periculum. 286
Diuitias valde amare periculoſum eſt. 369
Diuitiæ ſunt periculoſæ. 93
Diuitiæ rapinæ dicuntur. 22
Diuitiis anteponenda ſecuritas. 25
Diuiſio vbi eſt ibi diabolus, vbi vnio ibi Deus. 392
Dolor peccati debet eſſe triplex. 392
Dolor eſt in corde, pœna in corpore. 326
ex Dolore nemo moritur niſi dolor communicetur animæ ſenſitiuæ. 325
S. Dominicus quis. 484
Dominicani laudantur. ibid.
Dominus leuem pœnitentiam ſemper impoſuit. 474
Domus hominum ſunt tres. 459
Doctores quatuor Eccleſiæ ſunt ſubcancellarij exercitus terreſtris. 354
in Doctrina duo ſunt conſideranda. 12

E

in Eccleſia eſt auctoritas reconciliandi peccatores. 458
in Eccleſia ſacrilegium eſt ſuam vxorem cognoſcere. 460
Eccleſia comparata ſponſæ ſeu vxori. 279
Eccleſia duplex. 283. 284
Eccleſia eſt locus tutus. 80
in Eccleſia ſunt diuerſi ſtatus. 91.92
Eccleſia ciuitas fortiſſima. 106
Eccleſia ſanitatis conſeruatiua. 106
Eccleſia eſt tutus portus. 118
Eccleſiæ ſeptem ſunt ſtatus, ſcilicet iuſtitiæ, potentiæ, ſapientiæ, gratiæ, innocentiæ, humilitatis, & probationis. 382.383
Eccleſiæ ſeptem ſtatus notantur in oratione dominica. 383
Eccleſiæ ſeptem ſtatus ſignificantur in reſponſione à Chriſto facta legatis à Ioanne Baptiſta ad Chriſtum miſſis. ibid.
Eccleſiæ ſeptem ſtatus appropriari poſſunt ſeptem Sacramentis. ibid.
Eccleſiæ ſeptem ſtatibus contrariæ ſunt reproborum ſeptem claſſes. 383.384
Efraim quid interpretatur. 207.241
Eleemoſyna quomodo debet fieri. 177
Eleemoſyna facta mala intentione male cedit. 178
Eleemoſynandi ſtatus quandoque in medicantibus periculoſus. 190
Eleemoſynarius eſt manus Chriſti. 323
Elementum quo ſuperius eo decies alio elemento pulchrius. 344
Elementa non poterunt corrumpere corpus damnatorum. 365
Emptionis contractus mutuum requirit conſenſum, ſcilicet vendentis & ementis. 360
Euphrates interpretatur frugifer vel creſcens. 382
Equus albus ſignificat corpus Chriſti. 357
Eſſe eſt duplex, ſcilicet naturæ & moris. 461
Eſuries vel ſitis dupliciter ſumitur. 44
Ethnici vnde dicti. 238
Eua cæteris mulieribus pulchrior. 369
Eua ſuaſit Adæ comedere de pomo vetito. ibid.
Euangeliſtæ quatuor ſunt ſecretarij ſeu notarij Dei. 354
Euchariſtia comparata lapidi à Moyſe percuſſo. 311
Euchariſtia deſignata per ſacrificium Melchiſedech. 311
Euchariſtia ſacrificium ſacrificiorum. ibid.
Euchariſtia memoria mirabilium Dei. ibid.
Euchariſtia eſt trium memorabilium memoriale. 312
Euchariſtia animam in Deum transformat. ibid.
Euchariſtia eſt fornax diuini amoris. ibid.
Euchariſtia eſt memoriale paſſionis Domini. 313
Euchariſtia vocatur viaticum. ibid.
in Euchariſtia Chriſtus velatus quare. 314
Euchariſtia deſignata per manna & ſeptem conſiderationes. 316
Euchariſtia eſt tertium opus diuinalis pietatis tripliciter ſumi poteſt. 15
in Euchariſtia cur Chriſtus ſe dedit ad manducandum. 313
Euchariſtia deſignata per agnum paſchalem. 317
Euchariſtiam ſumere debent omni die ſacerdotes. 313
Euchariſtiam Chriſtus non dedit tribus temporibus. ibid.
Euchariſtiam non poteſt ſumere mulier portans capillos alienos niſi ſit calua. 317
Euchariſtiæ virtus. 99
Euchariſtiæ conſolatio à gratia. 317
an ab Excommunicato data abſolutio inualida. 464
Excommunicatus inuitus abſolui poteſt. 470
Exercitatio mentalis & corporis eſt remedium ad luxuriam. 397
Exertitia actiuæ vitæ ſunt decem quæ gradatim ad perfectionem eiuſdem vitæ conducunt. 441

F

Falſitatis conſtantia cognoſcitur quinque modis. 351
Falx quid denotat. 186
Familiares poſſunt confiteri vbi Dominus confitetur. 470
Feſta ob tres rationes debent cuſtodiri. 287
Feſtis diebus vendere vel emere peccatum eſt. 293
Feſtis diebus peccata commiſſa ſunt maiora. 287
Feſtorum exercitium eſt in oblatione, oratione & prædicatione. ibid.
Feſtorum celebratio ſecundum inſtitutum Eccleſiæ. 8
Feſtum feſtorum Incarnatio. 284
in die Feſto tria ſeruanda ſunt. 287
Feſtum quotuplex. 275
Fidelis quid ſcire tenetur. ibid.
Fidelis quid credere tenetur. 172
Fidei articuli qui implicitè credendi. 443
decem gradus Fidei per quos intellectus eleuatur ad lumen altiſſimæ veritatis. 55
pro Fidei noſtræ robore tres ſunt iuſtificationes. 172
abnegans Fidem publicè, debet ſe emendare publice. 173
Fidem diabolus conatur extirpare ex anima præcipuè, & quare 191.192
Fides eſt fortiſſima armatura contra diabolum, mundum, & carnem. 302
Fides eſt medium inter Paradiſum & infernum. 314
Fides arca dicitur. 284
Fides eſt fundamentum totius vitæ ſpiritualis. 192
Fides in quibus ſupplantatur, extirpatur, & ex quibus corumpitur à diabolo. 193.194
Fides quotupliciter dicitur formata. 173
Fides Centurionis maior præ cæteris in Iſrael. 175
Fides tria habet fundamenta. 174
Fides efficit hominem Dei filium. 60
Fides formata imago recreationis. ibid.
Fides quid ſecundum D. Auguſtinum. 44
Fides eſt triplex, ſcilicet explicita, implicita & mixta. pag. 443
Filia inobediens malum eſt ſignum. 289
Filiæ non debent exire domo ob tres cauſas. 452
Filiæ quomodo inſtrui debent. 323
Filiæ fugere debent tripudia. ibid.
Filij tenentur amare parentes propter tria. 201
Filij timere debent parentes. 202
Filij parentes debent vereri. ibid.
Filij debent parentes nutrire. ibid.
Filij in regimine temporali à Dominis debent tripliciter gubernari. 11
Filiorum tria ſunt genera. 10
Filius quare & quibus de cauſis non honorat patrem. 203
Fletus cibus animarum. 35
triplex Fletus ex compaſſione meritorie poteſt eſſe in anima. 36
quis Fletus prohibetur. ibid.
Fœlicitas, continua fœliçitas periculoſa. 79
Fœmina ſeptem gradibus periclitatur. 365
Fœminæ non debent exire domo ob tres cauſas. 452
Fœminæ garrulæ tria mala. 288
Formæ rerum comparantur numeris. 395
Fortitudo eſt virtus policita. 62
S. Franciſci veſtis ſimplex. 398
B. Franciſci ſtigmata. 484
B. Franciſcus quis. ibid.
S. Franciſcus vexillifer exercitus terreſtris. 354.355
Franciſcus vnde dictus. ibid.
S. Franciſcus vocat S. Antonium ſuum Epiſcopum. 387
Fratres maiores debent corrigere minores quot modis. 281

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Fratrum duo ſunt genera. ibid.
Furor impatientiæ in damnatis intenditur cum actualis affectus luxuriandi & dominandi ceſſat. 420

G

GAbriel quid interpretatur. 132
Gad latrunculus accinctus interpretatur. 355
Galea timorem Domini ſignificat. 356
Gaudium mundanorum eſt gaudium hæreticorum. 474
Gaudium præſens ſequitur perpetuum lamentum. 475
Generationis rerum duo ſunt principia. 48.61
Gomor quid. 316
Gomorrha quid interpretatur. 207
Gloria æterna debetur merito. 417
Gloria triplex in Paradiſo. 341
Grando quid. 285
Gratia comparatur ſoli. 353
Gratia Dei bonis bona facit, malis malá. 369
tanto Gratias dat Deus quanto te humilias. 378
Gratia diuina quadruplex. 382
Gratia diuina ſpernitur. ibid.
Gratia triplex præueniens, conſequens & ſubſequens. 335
Gratia ſubſequens tria operatur, ſcilicet affectum gratioſum, laborioſum, & gaudioſum 339
Gratia quid & quotuplex. 143. 152
Gratia illuminat animam & faciteam beatam, ſuntque tres veritates ad illius illuminationem. 194
Gratia non denegatur peccatori volenti ad Deum redire. 280
Gratiæ Dei triplex eſt conditio. 237
Gratiæ interuenire debent vt abſtineamus à malo & quæ. 199
Gratiæ ſunt agendæ Deo in proſperis & in aduerſis. 428
Gula quid. 447
Gula aſſimilata illi ligno quo percutitur nauis. 120
ad Guſtum tria requiruntur. 368

H

HNon eſt littera ſed aſpiratio. 352
H littera ſignificat Chriſtum. ibid.
H octaua littera alphabeti ſignificat octauam reſurrectionis & gloriæ. 353
H tranſuerſa ſignificat redemptionem fuiſſe factam in nomine Ieſu, in quo eſt Trinitas ſanctiſſima. ibid.
Hermon quid ſignat. 170
Hæreſis eſt ſagitta diaboli. 383
Hircus ſeu capra ſobrietatem denotat. 372
Homicidium, ſex ſunt circunſtantiæ aggrauantes peccatum homicidij. 126
Hominem tria efficiunt filium Dei. 60.
Homini innatum ad alta humiliari. 55
Homini quot contraria. 427
Hominis vita miſera. 35
Hominis miſeria. 427
Hominis variæ deſcriptiones. 426
ex Hominis peccato vniuerſa mala. 457
Hominum maxima ignorantia. 35
Homo naſcitur immundus. 424
Homo ex viliori terra factus. ibid.
Homo cum dolore matris naſcitur. ibid.
Homo naſcitur pauperrimus. ibid 427
Homo naſcitur ignorantiſſimus. ibid.
Homo cum incipit eſſe, ſimiliter eſſe deſinit. 424
Homo ſubiicitur decem miſeriis in origine. ibid.
Homo ſubiicitur etiam decem miſeriis in vita. 425.426
Homo habet quaternitatem. 395
Homo redire non poteſt ad Deum niſi per amorem. ibid.
Homo quanto magis delectatur terrenis, tanto minus de diuinis participat. 364
Homo moriens non ſeruit Deo. 275
Homo natus ſeruus eſt naturæ. 425
Homo natus eſt ſeruus parentum. ibid.
Homo natus eſt ſeruus originaliter actualis peccati. ibid.
Homo ſui corporis ſeruus naſcitur. ibid.
Homo eſt ſemper cupidus ſcire. 197
Homo eſt peior belluis. 176
Homo dupliciter ſe habet circa mundi concupiſcentiam. 34
Homo tenetur pro tribus lugere. ibid.
Homo ſe habet dupliciter ad patientiam. 62
Homo dupliciter mentitur. 65
Homo ſumitur pro anima. 297
Homo habet tres inimicos. 310
Homo formatus à Deo cum decem gratiis, ſex pertinent ad corpus, quatuor ad animam ratione vitæ contemplatiuæ. 349
Homo non delectatur in bono diligendo malum, & econtra. 325. 326
Homo quotupliciter ſe habet ad iuſtitiæ virtutem. 40
Homo ſe habet dupliciter in ſpeculatione diuina. 52
Homo eſt miſerrimus. 459
Homo ordinatur ad Deum, ſeipſum & proximum. 454
Homo omni creaturæ dominatur. 456
Homo eo die quo creatus eſt deliquit, & quot modis 453
Homo refert culpam ſuam in Deum. 457
Homo in alterum crimen ſuum refundere nititur. ibid.
Homo ex peccato bellua. ibid.
Homo quando loqui tenetur ex officio, 429
Homo mundus dicitur. ibid.
Homo naſcitur fortunæ ſeruus. 425
Homo non in eodem ſtatu permanet. ibid.
Homo eſt inutilis. ibid.
Homo eſt infructuoſus. 426
Homo quanto plus habet, tanto plus cupit poſſidere. ibid.
Homo quid eſt. ibid.
Homo viator tranſiens. ibid.
Homo eſt ſicut lucerna ad ventum, ſicut ſpuma maris, & ſicut nauis in medio mari. ibid.
Homo ſimilis roſæ matutinæ. ibid.
Homo ſimilis pomo. ibid.
Homo ſimilis aceruo nauis. ibid.
Homo vbi eſt. ibid.
Homo cum quibus eſt. ibid.
Honeſtas quid, vnde & quotuplex. 4. per quam & per quot honeſtates Chriſtianus debet eſſe regulatus. 4. 5. per totum
Honor eſt in honorante. 391
Honor qui Deo tribuitur triplex eſt. 41
Hordeum eſt ſymbolum pœnitentiæ. 375
in Humilitate pœnitentiæ non eſt pœnitentia. 463
nulla virtute magis offenditur diabolus quam humilitate. 93
Humilitate vincitur diabolus. ibid.
Humilitatis ſignum non tentare Dominum. 81
Humilitatis opera amor mundi exterminat. 440
Humilitas vnde dicta. 212
Humilitas ſit virtutum comes. 179
vbi Humilitas timor & verecundia ibi non deſperandum de illius ſalute. 189
Humilitas in confeſſione dupliciter debet conſiderari. 462
Humilitas Deo grata duo requirit. 144
Humilitas modica virtus appellatur. ibid.
Humilitas à ſanctis maximè colenda. 86
Humilitas maxima & generalis medicina. 92
Humilitas maxime neceſſaria Religioſis. 103
Humilitas, humilitatis encomium. 81
Humilitas via ad regnum cœlorum. 400
Humilitas perfecta eſt omnis iuſtitia. 494
Humilitas perfecta eſt quando ſuperior ſubditur inferiori. 487
Humilibus laus timenda. 286
Humilis eſſe debet qui vult eſſe in gratia Dei. 282
vt Humilietur prælatus vnde peti poteſt. 487
Humiliter eſt de ſe ſentiendum. 486
Hypocriſis quærit potius exteriorem apparentiam quam proprium verum. 171
Hypocritarum duo ſunt genera. 177

I

ILittera ſignificat verbum. 352
Iacobus quid interpretatur. 201
Ignes duo, vnus pro electis, alter pro reprobis. 412
Ignis in iudicio erit ſanctis quod fuit tribus pueris. 413
Ignis duæ ſunt qualitates, ſcilicet ſplendor & calor. 416
Ignis inferni agit in animas damnatorum. 419
Ignis inferni inextinguibilis. 416
Ignis præcedet faciem iudicis. 412
Ignis omnia in ſe mutat. 315
Ignorantia magis culpabilis in magiſtro quam in alio. 462
Ignorantia diaboli amica. 182
Ignorantia hominum maxima. 35
Ignorantia amica diaboli. 339
Ignorantia cognoſcitur multis modis. 351
à Ieiunio quinam eximuntur. 244
Ieiunium primum eſt Eccleſiæ inſtitutum. 8
Ieſu nomen in omni operatione vrendum. 152

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Iesu nomen quatuor habet sensus, scilicet literalem, analogicum, aliegoricum, & moralem. 353
Iesu nomen vbi ponendum. ibid.
in nominis Iesu litteris Trinitas adoratur. ibid.
Iesu nomen remedium infirmitatum. 303
Iesu nomen consolatio omnium patientium. 304
Iesu nomen honor credentium. ibid.
Iesu nomen dulcedo prædicantium. ibid.
Iesu nomen adiutorium proficientium. ibid.
Iesu nomen subuentio deficientium. 305
Iesu nomen suspiratio meditantium. ibid.
Iesu nomen est suffragium orantium ibid.
in nomine Iesu petitio fieri debet cum aliquot conditionibus. ibid.
Iesu nomen est gustus contemplantium. 307
Iesu nomen est gloria perseuerantium. ibid.
Monetam deauratam nominis Iesu sub fascia largiebantur susceptores seu patrini infantium. ibid.
ob recitationem deuotam nominis Iesu effectus duo mirabiles in vita & morte D. Pauli. ibid.
ob miraculum nominis Iesu Dionysius Christianus factus est. ibid.
in nomine Iesu surgit infirmus. ibid.
Iesu nomen etsi paucis complectatur verbis tamen omnia continet. 301
Iesu nomen sanctum bonis, terribile malis. ibid.
Iesu nomen laudem infinitam meretur. ibid.
Iesu nomen lux est. ibid.
Iesu nomen quingenties in epistolis Diui Pauli nominatur. 302
Iesu nomen est sol, cuius duodecim sunt radij. 301
in Iesu nomime omnia antiqua & noua miracula facta sunt, fiunt & fient. 302
in Iesu nomine Angeli Beati victoriam habuerunt, & eiecerunt malignos spiritus de Paradiso in abyssum. 302
Iesu nomen est fortissima armatura contra diabolum, carnem & mundum. ibid.
in Iesu nomine diaboli obediunt hominibus. 303. exemplum. ibid.
in Iesu nomine omnia facienda. 303
in Iesu nomine pestilentia auertur. 304
Iesu nomen est refugium pœnitentium. 302
Iesu nomen adiutor bellantium. ibid.
Inuocato Iesu nomine à B. Bernardino spiritus immundus exit à muliere. 393
Iesus amor ventrem amaricat. 379
Iesus Christus inuentus fuit scriptus in corde Beati Ignatij. 371
Iesus Christus hominem totum semper sanauit. 472
Iesus nominis sensus litteralis habet tres considerationes. 352
Iesus nomen in sole est locandum. ibid.
Iesus nominis sensus analogicus notat tria. ibid.
Iesus nominis radij duodecim & radioli octo quid designant. 353
Iesus cur ascendit in montem. 22. cur sedit ibid. propter quid aperuit os suum. 20
Iesus interpretatur saluator. 301
Iesus nomen scriptum quinque litteris significat quinque plagas. 353
Iesus nomen omnes è mundo abstulit errores. 354
Imago & similitudo in quo differunt. 455
Impatientiæ furor in damnatis intenditur, licet cesset affectus luxuriandi & dominandi. 420
Imperfectum ratione constantiæ potest fieri perfectum. 491
Impius saluari potest si resipuerit. 429
Imprudentia quid. 131
Imprudentibus magna pericula in via spirituali. ibid.
Impudicitia fugienda mulieribus præsertim. 7
Incantatores male moriuntur. 271
Incarnatio non potest intelligi ab Angelis. 286
Incarnationis dies festum festorum. ibid.
Inconstantia sine fructu sequitur ex non recta intentione. 453
Inferni tormenta qualia sint excogitari non potest. 476
in Inferno erit fames insatiabilis. 452
in Inferno erit sitis irrefragabilis. 451
in Inferno erit frigus intolerabile. ibid.
in Inferno erit infirmitas sine remedio. ibid.
in Inferno erit lassitudo sine quiete. 452
in Inferno erit æstus immodicus. ibid.
in Inferno erit mors interminabilis. ibid.
in Inferno est horror tenebrarum. 421
in Inferno non est solatium habere socios. 36
in Inferno est calor sine splendore. 416
in Inferno pœna æterna ibid. exemplum. ibid.
in Inferno labor sine requie. 403
in Inferno dolor sine mitigatione. ibid.
Infernus vocatur tenebræ exteriores. 417
Infernus est in medio terræ. ibid.
Infernus vnde dictus. 418
Infernus vbinam est. 417
Infernus est lacus iræ Dei. 207
Infernus est carcer damnatorum, quare. 416
Infernus timendus ob septem. 402
Infernus quid. 416
Infidelitas hæreticos obcæcat. 90
Infœcunditatis propriæ consideratio per Virginis signum quæ sine fructu est designatur. 450
Inimici dilectionis duplex effectus. 60
Inimicis parcendum. 149
Inimicis parcere est maxima eleemosyna. 391. exemplum. ibid.
Inimicorum dilectio satis ardua. ibid
Inimicorum nomine quinam intelliguntur. ibid.
Inobedientia cœlum clausit. 71
Inspiratio an à Deo vel à diabolo sit quomodo cognoscitur. 377
Inopia inuoluntaria non est meritoria. 485
Inspiratio sancta inducit ad difficilia. 138
quænam Inspiratio mala. 160
quæ Inspiratio exaudienda est. 137
Inspiratio quid facere debet. 141
Inspirationes bonas immittit solus Deus. 131
Inspirationes malæ quandoque à propria hominis malitia originem habent. 134. quandoque ex aliqua temporali necessitate. ibid. quandoque ex conuenientia temporali 135
circa Inspirationes triplex concurrit ignorantia. ibid. vnde bonæ inspirationes emanant. 217
Inspirationes sanctæ quandoque à propria virtute animæ proueniunt. 133
Inspirationes malæ in mentem nostram non propriè immittuntur à diabolo. ibid.
Immittere quot modis dicitur. ibid
Inspirationes quæ meritoriæ sunt quando voluntate & opere adimplentur. 154
quæ sunt Inspirationes quæ remunerantur in bonum & quibus bonis. 157
quæ Inspirationes quæ remunerantur in malum, & quibus malis. 158
plura Inspirare videntur quæ naturaliter fiunt. 158
quomodo crux est ex diuina Inspiratione, patet septem contrariis. 142
Inspirationis sanctæ conditiones. 137
Inspirationum distinctio. 131
Inspirationum quot sunt genera. ibid.
decem regulæ ad effectum Inspirationum cognoscendum. ibid.
qui sunt fructus & præmia inspirationum. 164
quot sunt species Inspirationum. ibid.
quot sunt Inspirationes. 159
Intellectus eleuatur ad finem per decem gradus. 55
Intentio recta debet esse in proposito bono firma. 453
ex Intentione non recta sequitur inconstantia. ibid.
Intentio est maxime inspicienda. 461
Intentionis variatio variat speciem peccati. ibid.
Inuidia insurgit ex defectu charitatis & amore proprij boni. 420
Inuidia Beatorum & omnium saluandorum est in damnatis. ibid.
Inuidia quid. 446
Inuidia congratulationi aduersatur. 13
Inuidia assimilatur amplis sagittis, quibus vela nauium scinduntur. 119
Inuidiæ affectus intenditur in damnatis, etsi cesset actualis affectus luxuriandi & dominandi. 420
Ioannes quid interpretatur. 201
Ioannes Euangelista lucidiorem & altiorem scientiam habuit quam alius sanctus. 374
Ioannes gratia interpretatur. 370
S. Ioannes Guabertus miles inimico pepercit, quare. 391
Ioannes Euangelista primus secretarius Dei. 354
Ioseph interpretatur augmentum. 356
Ira quotuplex. 32. cohibere motum iræ magna virtus ibid. ira per zelum non tollit iudicium practicum. ibid.
Iracundi infœlices. 33
Iracundia vnde. 446
Iracundus quid. ibid.
Isaac deceptus fuit in multis sensibus. 314
Isachar interpretatur memorans Dominum. 355
Israel interpretatur videns Deum. 369
Iudas interpretatur confessio. 356
Iudæi ingressuri templum aut sacrificia oblaturi, aut propter dies festos, seipsos & vestimenta sua & vtensilia sua lauabant. 53

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Iudæi authores fuerunt passionis Christi. 126. eorum malignitas. 127
Iudæi de Christo male sentiunt. 109
Iudæi non possunt nouas synagogas construere aut ampliare. 362
Iudæi in die parasceues debent esse recluſi, & quare. ibid.
Iudæi debent ferre aliquod signum per quod secernantur à Christianis. ibid.
an Iudæis liceat locare domos. 392
à Iudæis recipientes azima peccant mortaliter. ibid.
à Iudæis possunt peti decimæ. 363
à Iudæis obstetrix non potest recipere pecuniam. 362
cum Iudæis balneum intrare non licet alioquin est peccatum mortale. ibid.
cum Iudæis bibere & comedere peccatum mortale. ibid.
Iudæo non potest mederi medicus cum pretio & præmio, quare. 363
an Iudæo sit restitutio facienda. ibid.
an à Iudæo aliquid recipiendum. ibid.
Iudæo medico non licet vti infirmo alioquin peccat mortaliter. 362
Iudæorum filios nutrices lactantes peccant mortaliter. ibid.
Iudæos amare possunt Christiani amore generali non speciali. 363
Iudex dupliciter sumitur. 415
Iudicabit Christus secundo. 186
Iudicandorum quatuor ordines. 414.415
de Iudicandorum disceptatione. 413
in Iudicando quatuor haberi possunt suspiciones. 414
in Iudicando quot sunt modi periculosi quibus homo periclitatur. 249.250
in Iudicando proximum septem sunt pericula. ibid.
Iudicantur facta proximi per quatuor signa. 248
Iudicaturus stabit in triumphali maiestate. 187
quot & quæ Iudicia damnatis. 188
Iudiciaria potestas ex triplici causa Apostolis fuit communicata. 415
de horrore vltimi Iudicij cum iudex seuerus damnatos iudicabit. ibid.
Iudicij extremi timor per Leonem mysticè demonstratur. 450
Iudicij futuri memoria ob septem vtilissima. 401
Iudicij dies timendus propter Sanctorum timorem & sollicitam meditationem. ibid.
Iudicij dies propter omnium operum denudationem timendus. ibid.
Iudicij dies timendus propter dæmonum præparatorum ad audiendam sententiam assessionem. ibid.
Iudicij dies timendus propter virtutum cœlestium & omnium Sanctorum turbationem. ibid.
Iudicij dies timendus propter Dei & omnium creaturarum contra peccatores accusationem. ibid.
in die Iudicij Creator accusabit impios de septem. ibid. 402
in die Iudicij accusabunt impios creaturæ. 443
Iudicij dies propter sententiæ irreuocabilis prolationem timendus. 402
in Iudicio de præmiorum retributione. 415.416
in Iudicio quot & quæ veritates contingent. 187
quot & quæ præmia bonis. 188
in Iudicio ignis erit sanctis quod fuit tribus pueris. 413
in Iudicio Angeli portabunt vexillum crucis. ibid.
in Iudicio boni erunt in aere, mali in terrà remanebunt. ibid.
ante & post Iudicium Angeli ministerium diuersum habebunt. ibid.
in Iudicio extremo erunt tria scilicet rei malignitas, testium veritas, & iudicis maiestas. 414
in Iudicio qui testes. ibid.
in Iudicio cœlum & terra non peribunt secundum substantiam sed secundum speciem. 413
de Iudicis maiestate. 415
Iudicium est maior ars quæ sit in mundo. 250
Iudicium quotuplex. ibid.
Iudicium curiosum comparatur arbori. 251
Iudicium generale quindecim signa præcedent & quæ. 412
in vltimo die Iudicij quis veniet. 185
quomodo & qualiter veniet. 186
cum quibus veniet. 187
in die Iudicij congregabuntur tria genera ignis. 186
Iudicium fiet de mundo præcipue ex tribus sceleribus. 185. 186
eorum qui apparebunt in Iudicio quatuor sunt genera. 187
Iurisdictionis potestas data est in plebis vtilitatem, non in fauorem sacerdotis. 468
Iurisdictionis actum exercere non potest quilibet sacerdos. 467
Iusti sustinere debent propter Christum maledictiones. 64. persecutiones. 66. detractiones. ibid.
Iustitia omnis est humilitas perfecta. 492
Iustitia famelica Deo tria tribuit. 40
Iustitia famelica proximo etiam tria tribuit. 42
Iustitia quot modis sumitur, quid pœnalis, cardinalis & legalis. 6
Iustitia hominis erga proximum integratur per tres amores 8
Iustitia quid requirit. 9
Iustitia triplex propter quam iustus patitur. 63
ad Iustitiam integram quotuplex requiritur integritas. 7
ad Iustitiam homo se habet dupliciter. 40
triplex fames Iustitiæ. ibid.
Iustitiæ lumen est misericordia & quare misericordia cum iustitia. 46
Iustitiæ eloquium est terribile & seuerum. 371
ad Integritatem iustitiæ ad seipsum triplex obseruantia necessaria est. 7
Iustitiæ distributiuæ quodnam opus. 149
Iustitiæ punitiuæ opus. 180
Iusto omnes creaturæ seruiunt. 181
Iustus à peccato veniali non est liber. 180
Iustus quilibet triplicém persecutionem patitur. 62

L

LAbor moderatus bonus animæ & corpori. 2. immoderatus aliquando nociuus. ibid.
omnis Labor optat præmium. 80
Labor assumitur irrationabiliter & quomodo. 141
quæ sine Labore acquiruntur facile pereunt. 180
sine Labore non est coronâ. ibid.
Lachryma extinguit ignem inferni. 272
Lachrymari debemus pro præsenti misericordia. 35
& pro futura Lætitia. ibid.
Lachrymarum meritum & quotuplex. ibid.
Lachrymarum encomia. ibid.
magna est Lachrymarum gratia. ibid.
quæ ad Lachrymas nos prouocant. ibid.
qui Lachrymas fundunt pro allis fœliciſſimi. ibid.
Lachrymæ sunt magnæ virtutes. 34
nihil tam dignum Lachrymis quam cum Deus offenditur. 36
Lancea quæ portatur super coſtam, significat bonum exemplum. 357
Lancea recta, significat operationem rectam & bonam. ibid.
Languor est infirmitas insurabilis. 264
Latro bonus est de maioribus sanctis Paradisi. 329
Latro bonus habuit quinque priuilegia. 330
in Latrone bono remanserunt fides, spes & charitas. 229
Latronis boni verba comprehendunt quatuor virtutes theologicas & quatuor cardinales. 329.330
Laus duplex est publica, & secreta. 427
Lazarus quid significat. 112
Lazarus interpretatur adiutus. 266
Lazarus designat peccatorem. 263
Lazarus non est mortuus ante tempus. 212
Lazari tria præmia. 213
cur Lazarum mitti petit diues ad se. 214
Leges ad quid ordinantur. 100
Legum omnium prima hæc fuit, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. 283
Lex quotuplex est. 239
Lex diuina quid & eius encomium. 2
Lex vetus tempus timoris & vltionis erat. 302
Lepra quotuplex. 223
Leo rugitu bestias terret. 434
Leo mysticè denotat timorem extremi iudicij. 450
Leui quid denotat. 36
Leui interpretatur princeps. 355
Libertate nihil amabilius. 67
Liberi arbitrij recessus triplex est, scilicet à lege maiestatis, à lege veritatis, & à lege bonitatis. 450
Liberum arbitrium conseruatur cum gratia efficaci. 360
ad Libidinem ducimur ex consuetudine peccandi. 459
Libidinis flamma rore cœli extinguenda est. 394
Libræ signum mysticè designat ponderationem diuinorum beneficiorum & peccatorum nostrorum. 451
Lignum vitæ cur homini tribuitur. 455
Lignum vitæ est typus Sacramenti. 456
Lorica animæ est fides. 356
Lorica cum quatuor annulis quid designat. 356
Litterarum quatuor species. 306
Liuor à zelo seiungendus est. 177
Liuor inuidiæ in damnatis vigebit & intendetur. 420
Locuples est, qui Deum amat. 360
Locus variat actionem. 460
Locus angelorum qui corruerunt repletur prædestinatis. 424
in loquendo quot circunstantiæ obseruandæ. 3.4
Loqui maius peccatum est quam tacere. 429

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Lucifer damnatus quia noluit festum Incarnationis custodire. 287
Luciferi in homines ad commilitones diabolos, oratio. 384
Lucifero quid re pondit Asmodæus in conciliabulo dæmoniorum. 385
Lucis triplex actus, scilicet manifestare, dirigere, & delectare. 420
duplex error in luctu. 37
Luctus meritorius quotuplex. 35
Lugentibus piè triplex consolatio. 39
Ludentium duodecim sunt stultitiæ. 268
quatuor malitiæ 268
Ludo efficitur infamis. ibid.
Ludos non prohibentes rectores ciuitatum peccant. ibid.
ex Ludo septem mala sequuntur & quæ. ibid.
Ludus habet duodecim iniquitates. 267
Ludus facit vsurarium. ibid.
Ludus nutritor mendaciorum. ibid.
Ludus causa blasphematium. ibid.
Ludus causa contemptus præceptorum Dei & Ecclesiæ. Ibid.
Ludus causa scandali. ibid.
Ludus amissio boni. ibid.
Ludus mater odij & infinitorum peccatorum. ibid.
Ludus à diabolo inuentus. 268
Ludus supponit hominem imperio taxillorum. ibid.
Lusores taxillorum sunt lapidatores Christi. 267
Lusores male moriuntur. 270
Lusores sunt dæmonis sacerdotes. 269
Lusores pueri sunt clerici dæmonis. ibid.
Luna vanitatem designat. 280
Luna est lucens & frigida. ibid.
Lux Angelica natura. 283
Luxuria viris in lumbis est, fœminis in vmbilico. 448
Luxuria quid. 448
ex Luxuria mentis cæcitas. ibid.
Luxuria peccatum homini viliſſimum. 395
Luxuria impedit opera omnia bona. ibid.
Luxuria facit hominem à suo loco recedere, nec posse redire ad locum, exemplum. ibid.
Luxuria impedit hominem redire ad Deum. ibid.
Luxuria destruit cognitionem. ibid.
Luxuria Deo contumelioſa tribus modis. ibid.
Luxuria corpus contaminat ibid.
Luxuria efficitur homo bestia. 396
Luxuria duas personas requirit, alia vero peccata vnum in peccando. ibid.
Luxuria lætificat infernum, exemplum. ibid.
Luxuria Angelis displicet. ibid.
Luxuria est ignis. 398
Luxuria assimilatur saponi molli. 120
ad Luxuriam curandam nouem sunt remedia. 396.397.398.
ad Luxuriam multi corruunt auditu. 398
per Luxuriam ratio deperditur. 395
Luxuriæ ignis extinguitur tripliciter. 397
Luxuriæ actus cessat in damnatis cum affectus impatientiæ & inuidiæ intenditur. 420
Luxurioſus porco comparatur. 395
Luxurioſus est falſificator ſignaculi Dei. 396
Luxurioſus, dominium Dei & regimen mundi peruertit. ibid.

M

Magdalena in peccatis exercitata. 290
Magdalena dotes plures habuit. 291
Magdalena ſemper flebat. 293
Magdalenæ peccatorum magnitudo. 290
Magdalenæ conuerſio fit ob tria nempe lumen, intellectum, & cognitionem. 292
Magdalenæ ſeptem gradus ſatisfactionis. 293
Magdalenæ contumelia non est dum peccatum recitauit, nec de hoc erubeſcit. 414
Maieſtas iudicis nimirum Dei erit in duobus. 415
Mali hircis comparantur. 187
Mali & boni in extremo iudicio videbunt bona & mala bonorum. 414
in Malis diuiſio. 440
Malitia vnde dicta. 53
Malitiæ radix ſuperbia. 27
Malorum retributio triplex. 363
Malorum dolores mentales tres ſunt. ibid.
Malorum bonus euentus generat lætitiam. 414
Malum minus permittitur ne fiat grauius. 151
triplex Malum. 23
Malum maius non est incurrendum vt euitetur malum minus. 254
in Malum facile propendimus. 17
omnis malus est ignorans. 450
Mammon est dæmon princeps auaritiæ. 382
Mammona interpretatur auaritia. ibid. 392
Manna coquebatur igne non autem ſolis ardore vel calore. 316
Manna non poterat reſeruari. 317
Manna ſignificat Euchariſtiam per ſeptem conſiderationes. 316
Manna pluebat de nocte. 316
Manna pluebat in deſerto. ibid.
Manna pluebat ſex diebus tantum. 316
Manaſſe interpretatur obliuio. 355
Manſuetudo, eius ſubiectum, 30. in quo differant manſuetudo, mititas, & patientia, ibid. quotuplex manſuetudo, ibid. naturalis ſecundum complexionem corporis aut maior aut minor, ibid. quænam manſuetudo culpabilis, ibid. impaſſibilem hominem efficit, ibid. Dei imaginem ſeruat, ibid. eam Chriſtus docet opere & verbo, 31. vide *Mititas*
Mare aduerſitates ſignificat. 354
Maria Virgo est proxeneta diuini amoris. 360
V. Maria ſola voluntate & conſenſu fit Mater Dei. 369
V. Maria communicauit aliis amorem Dei per opera charitatis & aliarum virtutum. 370
Virgo *Maria* amorem Dei communicauit Elizabeth. ibid.
Maria dicitur illuminata. 321
B. *Maria* Virgo crucifixa fuit in cruce cum filio ſuo. 325
Maria Virgo non fuit concepta in peccato originali quare. 343
Maria vidit ſe maiorem gratiam habere quam alia creatura, ideo ſola magis laudat Deum quam alia creatura. 376
Virgo *Maria* de ſolo Dei amore loquebatur. 368
V. *Maria* ſepties tantum locuta est. ibid.
V. *Maria* ſeptem flammas intenſiſſimi amoris Dei in ſe habebat. 367
V. *Maria* quodnam primum verbum protulit. 368
V. *Maria* per obedientiam, humilitatem, conſenſum & fidem fuit transformata in Deum. 368
V. *Maria* poſt angelicam ſalutationem plena Spiritu ſancto dixit decem iubilationes. ibid.
V. *Maria* vidit omnes ſaluandos per eam. ibid.
V. *Maria* conformis voluntati Dei de ſupplicio malorum gaudet. 369
V. *Maria* gaudet de lapſu dæmonum. ibid.
Maria quid interpretatur. 263
Maria deſignat rationem ſuperiorem. 264
Maria moraliter est vita contemplatiua. 265
Maria quare ſtupet ad pedes Chriſti. ibid.
Mariæ Virgini præferuntur ſacerdotes licet praui quare. 338
Maritalis annuli locus. 279
Maritus amare debet ob tres cauſas vxorem honeſtam. 279
Marito debet obedire mulier in tribus periculis. 221
Maritus est vas vxoris. 220
Maritus an grauius peccet fidem frangendo quam vxor. 279
Maritus ſi non fidelis est proditor. ibid.
Martha deſignat rationem inferiorem. 264
Martha moraliter est vita actiua. 265
Martha tria confitetur de Chriſto. ibid.
Martyr vt quilibet fiat tria requiruntur. 62
Martyrem facit pœna. ibid.
Martyrem facit cauſa ſeu motiuum. 63
Martyrem facit perſeuerantia. 64
Martyres non timent mortem. 382
Martyres ſunt oſſa Chriſti. 323
Matrimonialis obedientia quid. 221
in *Matrimonio* quatuor ſunt fræna quibus voluntas regi debet & quæ. 219. 220
Matrimonium quando ordinatum à Deo & vbi. 219
Matrimonium debet eſſe in carne regulata & qualiter. ibid.
Matrimonium debet eſſe in carne ſanctificata & qualiter. 221.
Matrimonium debet eſſe in carne honorata & qualiter. ibid.
Matrimonium vituperari poteſt tribus modis. 223
Matrimonium tres habet conſultores. 221
Medicus ad quid tenetur infirmos viſitans. 465
Medicus ſpiritualis comparatus medico corporali. 471
Meditationes firmatæ deſignantur per dentes. 436
Mel ſymbolum ſapientiæ. 379
Mel ſignificat diuinitatem. ibid.
à Mendacio quomodo quis excuſatur non dicens veritatem. 466
Mendicus vnde dictus. 212
Mens noſtra est altare vbi offerre debemus Deo ſacrificium. 452
Mens firmatur ad Deum per rectam intentionem. 453
Mens Chriſti permiſſiue non paſſiue fuit turbata. 264
Mens indiſcreta vituperatur. 140
Menſis vnde dicitur. 436
Menſis defectum virtutum ſignificat. ibid.
Mentis humiliatio est remedium ad luxuriam extinguendam. 400
Mentis cæcitas ex luxuria. 448

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Mentitur homo dupliciter. 65
Mercator quam habet prærogatiuam. 254
Mercatores ratò exercendo mercaturas rectè procedunt. 257
Mercatoris loculus expreſſus per feretrum in quo portantur mortui ibid. vel ſpiritualiter eſt mala conſuetudo qua detruduntur mercatores ad inferos. ibid.
Mercatores quatuor habent portitores qui eos deferunt in infernum & qui ſunt hi. 258
Mercaturæ an vacare licitum. 255
Mercaturam reddunt illicitam ſex cauſæ. ibid.
An Mercatori mercaturas vendere licet quantum poteſt. 256
valor Mercaturæ quot modis conſiderari poteſt. ibid.
in Mercatura quot modis poteſt interuenire vſura. 257
Merito debetur gloria æterna. 417
Meritum in charitate conſiſtit. 154
Meritum quotuplex. 155
Meritum obedientiæ. 71
Quomodo meretur homo. 157
Meretrix per cytharam ſignificata. 290
Metalla habent vnitatem. 395
Militia, miles, milites non concutiuntur. 79
Miles Chriſti debet habere ſex opera miſericordiæ. 83
Miles Chriſti debet habere quinque conditiones. 83. 84
in Milite quatuor debent eſſe conditiones & quæ. ibid.
Milites debent ſcire permutare caſtra ibid.
quas perfectiones debet habere miles Chriſtianus. 89
quinque genera militum in exercitu. 93
ſignum Militis Chriſti eſt charitas. ibid.
qualis debet eſſe miles Chriſti. ibid.
numerus Militum in exercitu qualis & quæ in eo ordinate debent fieri. 94
inter Milites diſſenſio pernicies eſt maxima. 96
Milites quomodo debent ordinari in acie. 97
Milites quomodo ſe gerere debent cum deuictis hoſtibus. 99
Miles Chriſtianus quomodo contra aduerſarios ſe gerere debet: 100
F. Minores ſunt Euangelij obſeruatores. 484
contra Minores & Dominicanos obiectio ibid.
Minores & Prædicatores audire poſſunt confeſſiones. 465
F. Minores quæ conſilia Euangelica tenentur obſeruare. 481
F. Minori quis vſus conceditur. ibid.
F. Minorum Regula triplicem obedientiam continet. 493
Miraculum, diſcrimen miraculorum procedentium à Deo vel à diabolo. 172. 192. & ſeqq.
Miraculum primum Chriſti fuit factum mediante V. Maria. 370. 371
Miſericordia eſt ſola comes defunctorum. 473
Miſericordia Dei data eſt humano generi à V. Maria. 372
Miſericordia quid. 47
in quo differt à miſeratione, ibid. à pietate. ibid.
Miſericordia in ſe includit aliarum virtutum perfectionem. ibid.
Miſericordia quotuplex, & ſecundum triplicatam miſericordiam triplex gradus gloriæ miſericordibus exhibetur. 49
Miſericordia Dei eſt cauſa eſſentialis iuſtitiæ noſtræ. 157
Miſericordia Dei præparata omnibus volentibus in veritate timere eum. 369
Miſericordia eſt lumen iuſtitiæ & quare eſt cum iuſtitia. 46
Miſericordiæ eloquium dulce. 371
Miſericordiæ encomia. 47
Miſericordiæ duodecim perfectiones, ibid. per totum ſermonem
Miſericordi triplex præmium promittitur, 48. & quale. 49
Miſericordibus quatuor etiam promittuntur & quæ. 51
Miſſa audienda eſt ſub peccato mortali ieiuno ſtomacho. 287
Miſſæ auditus confert vim ad reſiſtendum diabolo. 269
Miſſæ auditio, 2. Eccleſiæ eſt inſtitutum. 8
Mititas triplicem comprehendit virtutem, 31. nobile genus vincendi ibid. quis vere mitis ib. &, 32. mites tripliciter terram poſſident, 33. mitis in regimine aliis præferendus, ibid. præmium mititatis quale 32
Modeſtia Chriſtiana quotuplex. 1
Moleſtiæ ſpirituales & corporales ſunt remedia ad luxuriam. 398
Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat. 475
Monachorum vita arctiſſima. 483
Monachus vnde & quid. 355
Monachus quis obedientiſſimus. 492
Morbus ſpiritualis eſt periculoſior corporali. 295
Mors inhumana. 37
Mors fratris Vincentis & pia Authoris deploratio. 39. *per totum caput*
Mors eſt ſeparatio animæ è corpore. 410
Mors paſſio conſequens totam naturam ſpecificam & ſolum humanam. ibid.
Mors crudeliſſima quare. ibid.
Mors auſaciſſima quare. ibid.
Mors ferociſſima quare. ibid.
Mors amariſſima. ibid.
Mors labilis. ibid.
Mors fallaciſſima. ibid.
Mors occultiſſima. 415
Mors viciniſſima & iuxta nos. ibid.
Mors vbique nos expectat. ibid.
Mors cauſatur ex terreno corpore. ibid.
Mors fœda in ſitu. ibid.
Mors grauis in tactu. ibid.
Mors varia in actu. ibid.
Mors cuncta quæ propoſueramus reſcindit. ibid.
Mors iuſtorum expectatio. ibid.
Mors prauorum ſtimulatio. ibid.
Mors cunctorum renouatio. ibid.
Mors portus viuentium & quietis ſtatio. ibid.
Mors duplex. 452
Mors iudicium præcedet. 413
Mors animæ horribilior morte corporis. 310
Mors corporalis tantum differt à morte æterna quantum mors picta à morte corporis. 364
Morte nihil certius & nihil incertius hora. 475
de Morte ſancti viri non triſtari inhumanum. 36
Morti timebant homines ante aduentum Chriſti. 383
ad Mortem labiliter currimus. 411
ad Mortem vita præſens curſus eſt. ibid.
Mortis meditatio ob ſeptem beneficia vtiliſſima. 401
Mortis meditatio facit peccatum fugere. ibid.
Mortis meditatio mundum docet contemnere. ibid.
Mortis meditatio carnis deſideria domat. ibid.
Mortis meditatio caute ambulare docet. ibid.
Mortis meditatione bonis operibus inſiſtendum. ibid.
Mortis meditatio timere docet. ibid.
Mortis meditatione gratiam Dei acquirimus. ibid.
Mortis tranſitus æqualis hominibus & iumentis. 410
Mortis cauſa viliſſima. 411
Mortis ſententiâ nulla fuit tam generalis. ibid.
Mortui quinam. 410
Mortis meditatio in quo nobis eſt neceſſaria. 471
Mortuorum quatuor conditiones mirabiles, ſcilicet ſolum rigidum incuſſiuum timoris, tranſitus commiſſus inductiuus, doloris, terminus vltimus perfectiuus laboris, denique meritum probatiuum valoris. 409. 410
in Mortuis quatuor conſideranda labilitas defectionis, varietas conditionis, finalitas poſitionis, & ſeueritas diſcuſſionis. ibid.
Moriens videt Dominum Ieſum Chriſtum, & dæmones. 310
Moriens in peccato extra ſalutem. 475
homines Moriuntur quare. 411
Moyſes cur faciem velauit. 302
Mulier honeſta eſt ſol. 280
Mulieris honeſtæ proprietates duodecim & actiones. 280
Mulier vana lunæ comparatur. ibid.
Mulier vana capillata capillo alieno an poſſit ſumere corpus Chriſti. ibid.
Mulier vana ſeu caudata, in cauda habet ſeu geſtat duodecim ſtultitias. 282. 283
Mulier fucata non debet admitti ad Euchariſtiam ſumendam niſi pœniteat. 351
Mulier loquax eſt audax & procax. 288
Mulier bona quænam. 397
Mulieres denudata pectora habentes reprehendendæ ſunt. 398
Mulieres vanas odio habent Angeli. 315
Mulieres ruunt ob quatuor. 291
in Mulieres ſeptem proditiones virorum. ibid.
Mulieres non verecundæ nec pudicæ. 287
Mulieri garrulæ accidunt tria mala. 288
Mulieribus vt euitentur proditiones hominum quatuor remedia. 292
Mulieris vanæ corona duodecim ſtultitiis contexta quarum quatuor pertinent ad iuſtitiam Dei, quatuor ad offenſam ſui & quatuor ad offenſam proximi. 280. 281 282
Mulieris ſpecies eſt gladius igneus. 398
Mulieris corpus totum igneum eſt, exemplum. ibid.
Mulieris ruina eſt ſtudium pulchritudinis. 291
Mulierum cogitationes debent eſſe meditatio mortis & inferni. ibid.
Munda debet eſſe vis animæ rationalis à tribus, 153. vis concupiſcibilis etiam mundari debet à tribus, ibid. vis iraſcibilis debet etiam eſſe munda à tribus. ibid. & quomodo debet mundari. ibid.
Mundandi ſunt ſenſus corporei. 54

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Mundanorum contemptus qualis debet esse. 475
Mundi imaginem amare quid. 364
Mundi huius triplex sapientia, 66
Mundi amatores sunt insipientibus similes. 475
Mundi amor in Apocalypsi expressus a B. Ioanne per bestiam ascendentem de terra, &c. in quo triplex mysterium declaratur, primum, scil. circa eius malum principium, 2. circa eius medium, tertium circa eius terminum. 437
Mundi amor est acutissimus in cognitione. 274
Mundi aduersus Religionem querimoniæ. 483
Munditia triplex, quæ laudanda & vituperanda. 52
Munditia corporalis quid. ibid.
Munditia hypocritalis quæ & quibus comparata. ibid.
Munditia cordialis quæ, & quantum placeat Deo. 53
in hoc mundo sumus quasi in mari. 115
à Mundo difficilè auelluntur mundani. 474
in Mundo viget amor turpis. ibid.
in hoc Mundo duæ delectationes. 205
ab hoc Mundo fugere est remedium contra vitia. 477
Mundus tres habet militias nempe auaritiam, luxuriam, & superbiam. 360
Mundus virtutes simulat. 438
Mundus astutissimus in locutione. ibid.
Mundus est contemnendus. 477
Mundus est fallax. 179
cur Mundus amarus. 181
Mundus falsis innititur argumentis. 484
Mundus tripliciter sumitur. 437
Mundus sumitur pro mundanorum amore, seu pro mundi amatoribus. 437
Mundus vincitur per auaritiæ detestationem. 112
Mundus in religionem insurgit. 483
Mundus nempe mundani vt tales non sunt à Deo. ibid.
Mundus quid. ibid.
Mundus inimicus homipis. 303
Mutationum quot sunt species. 314
in Mutuando tres intentiones facit Ecclesia. 257

N

in Natura lapsa tres status considerantur. 178
Nauis est obedientia. 73
qualis debet esse nauis & nauta in temporalibus & qualis in spiritualibus. 113. 114
Nauis velum vnde dictum. 115
Nauis remus vnde. ibid.
Nauis vbi fuit inuenta. ibid.
quæ sunt necessaria ad nauigandum. 116
qui debent esse nautæ. 116. 117
in Nauigatione spirituali quæ necessaria. ibid.
Nautarum sagacitas & insidiæ, ibid. & spiritualis adaptatio *per totum.*
Nauale bellum maxime periculosum propter octo, 119. spiritalis adaptatio. ibid.
Nazareth quid interpretatur. 285
Naym cœnosus interpretatur. 258
Nephtalim interpretatur dilatatio. 355
Neophyti ethymologia. 487
Nequam quisnam est. 144
Nicolaus quis fuerit à quo Nicolaitæ. 140
Nicolaus quid interpretatur. ibid.
Nicolaus hæreticus in quo errabat. 161
Nimietas periculosa. 139
Nobilis non est otiosus. 380
Nobilitas animæ in quo consistit. 379
Nobilitas vera in quo consistit. 380
Noemi quid interpretatur. 200
Noemi significat animam ad imaginem Dei creatam. ibid
de nouissimis quatuor hominis. 400
Nouitius stultus debet esse vt sit sapiens. 74
Numeri omnes sanctæ scripturæ sunt mystici. 349. 350
Numeri tres principales alios numeros includunt. 349
Numerus quinquagesimus mediam delectationem significat. 375
Numerus trigesimus statum matrimonialem significat. ibid.
Numerus decenarius significat operationem bonam vel malam. 349
Numerus centenarius significat delectationem bonam aut malam. ibid.
Numerus millenarius significat cognitionem bonam vel malam. ibid.
Numerus decenarius vocatur longus, centenarius latus, millenarius profundus. ibid.
Numerus, 666. malitiam humanorum operum designat. 441

O

Obediendum non est prælato contra Dei præceptum 489
Obediendum non est male imperantibus. 492
Obediendum est non soli Deo sed etiam eius vicario. 486
Obediendum est constanter. 75
an Obedire tenetur quis, quando probabiliter dubitat esse peccatum quod præcipitur. 492
Obedire de se est actus appetibilis. 490
Obedire ex suo genere dicit magis actum virtutis quam imperare. 490
Obedire debemus peccatori prælato. 487
Obedire in dubijs quando debemus. bid.
Obedire tenemur parentibus & superioribus. 9. 10
Obedire qui nescit non imperet. 71
Obediens dat suum velle & suum nolle. 487
Obediens tristis cui comparatur. 75
Obediens debet esse hilaris. 74
Obediens tripliciter tendit ad regna cœlorum. 71
Obediens purus. ibid.
Obediens contra quos aduersarios pugnat. ibid.
verus Obediens in omnibus meretur. 72
Obediens quasi volens cœlum conscendit. ibid.
Obediens rectam debet habere intentionem. ibid.
an Obediens perfectus conari debet ad obediendum etiamsi præcipiatur impossibile. 494
Obediens omnia sibi comparat. 71
Obediens equus gloriæ Dei dici potest. ibid.
verus Obediens mandatum non procrastinat. 75
perfectus Obediens quid efficere tenetur. 70
Obedientia est nauis. 72
Obedientia Christi eximia. 70
Obedientia à multis malis præseruat. 68
Obedientia ad quid valet. ibid.
Obedientia est humilium. 69
Obedientia cibus Christi. 74
Obedientia dæmonum quæ. ibid.
perfectior Obedientia quænam 73
Obedientia gratior in difficilioribus. ibid.
Obedientia non tollit libertatem ad faciendum bonum imo ad illud promouet. 486
Obedientia non astringit ad aliquid quod sit subdito malum. 488
Obedientia inclinat ad patientiam & alias virtutes. 489
Obedientia Minorum est strictissima. 491
Obedientia strictissima est euangelica. 494
Obedientia in quibus principatur. ibid.
Obedientia triplex reperitur in regula fratrum Minorum. 493
Obedientia mutua mutuæ dilectionis signum. 494
Obedientia scala gloriæ. 72
Obedientia duplex regularis, matrimonialis. 221
Euangelica Obedientia quatuor perfectiones habet. 67
Obedientia magni meriti. 78
Obedientia debet fieri velociter. 75
in Obedientia seruari debet humilitas. ibid.
circa Obedientiam consilium perfectissimum. 67
quæ Obedientiam spectant, 74
quæ Obedientiam reddunt leuem sunt duodecim. 69
per Obedientiam plurium vnio. 67
Obedientiæ meritum. 71
Obedientiæ via angelica. 73
Obedientiæ encomium. 70
Obedientiæ simplicitas. 24
Obedientiæ perseueranti datur gloria æterna. ibid. 75
Obedientiæ lex non exigit malum superiorem. 489
Obedientiæ Euangelicæ tres sunt limites. 492
Obedientiæ fundamentum abdicatio propriæ voluntatis. 493
principatus Obedientiæ. 67
status Obedientiæ aliis est præstantior. 191
votum Obedientiæ præstantissimum propter tria. 66
ex Obedientiæ voto præponi aliis quadruplici ex causa bonum est. 487
Obedientis mira subiectio. 74
Obedientissimus Monachus quis. 492
Occasio peccati est fugienda. 454
Oculi dextri & sinistri significatio. 365
Oculi sunt patella libidinis. 398
Oculus quotuplex. 152
Odij soror amaritudo. 432
Odium obcæcat. 90
Odoratus in corpore glorioso tres habebit dotes. 346
Oleum, eius proprietates & effectus. 198
Oleum est dulcedo. 201
Opera viua mortificantur per peccatum mortale, si postea sequatur

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

sequatur vera pœnitentia reuiuiſcunt. 408
Opera humilitatis amor mundi exterminat. 440
quæ ſunt Opera quæ animam delectant. 160. quæ corpus & animam. 136
quæ cruciant corpus & quæ animam. ibid. quæ animam & corpus. ibid.
quæ cruciant & delectant, ibid. quæ delectant corpus & cruciant animam. ibid.
quæ cruciant & delectant vario reſpectu. 136
ſecundum Opera ſua recipiet vnuſquiſque in die iudicij ſiue bonum ſiue malum. 476
ad bene Operandum decem vitia ſunt fugienda. 200. & amplectendæ ſunt decem virtutes. 202
Operatio duplex actiua & contemplatiua. 349
Operatio actiua ſextuplex. ibid.
Operatio animæ quotuplex. ibid.
in omni Operatione vtendum eſt Ieſu nomine. 352
Operationes quæ ducunt ad notitiam & delectationem Dei. 349
Operationes quinque quæ pertinent ad iuſtitiam. ibid.
Operationes quinque quæ ad innocentiam. ibid.
Operationes fidei ſunt quinque & ad iuſtitiam pertinent. 350
Operis Deo gratì quæ conditiones. 455
Operis virtuoſi diſcrimen. 138
Operis boni perfectio maior in quo conſiſtit. 453
Operis boni difficultas vndenam ſumit originem. ibid.
Operis difficultas quando auget meritum. ibid.
quotuplex genus Operum. 136
Operum bonorum tria genera. 455
de Operum bonorum omiſſione grauiter dolendum. 476
Operum noſtrorum debet eſſe circumſpectio prouida. 452
Opus noſtrum non debet diſplicere Deo. ibid.
Opus ex intentione. 138
quid requiritur ad Opus inſpiratum vt ſit meritorium. 154
Oratio non in multitudine, ſed in deuotione conſiſtit. 161
Oratio eſt pars ſatisfactionis. 406
Oratio triplex eſt mentalis, vocalis, & mixta. ibid.
Oratio quid. ibid.
Oratio quænam delet peccata venialia. 459
Oratio totius populi efficax eſt. 152
quid Oratio & pro quibus fit. 15
Oratio vt per eam pietas Dei in anima generetur tria requirit, debet eſſe attenta, & quotuplex attentio in ea procuranda. 14
Debet eſſe deuota & quid deuotio Orationis. ibid.
Debet fieri cum reuerentia & quid per reuerentiam intelligitur. ibid.
tres ſunt Orationis fructus & qui. ibid.
Orationis attentio. 351
Orationis dictione orandum ſpiritu & veritate. 378
vis Orationis. 98.99
Ore debemus eſſe grati datori. 436
Oris cuſtodia quæ. 3. quot ſunt bona oris opera. 15
Oris cuſtodia tripliciter eſt apponenda. 41. & quæ ibid.
Ordo rerum non ita eſt certus ac fixus quod nihil pati poſſit inordinationis. 487
Ordo quid. 417.454
Ordo quid. 9. ordine triplici tota humanæ vitæ iuſtitia ordinatur. ibid.
Ordinari debet homo ad ſeipſum in tribus. 454
Otio marcent virtutes. 63
Otioſus puluinar diaboli. 447
Otium eſt omnium tentationum ſentina. ibid.
Otium humanæ naturæ contrarium. 2
Otium aliquando ſanctum eſt. ibid.
Otium fugiendum. 141
Otium quotuplex. 397
Otium ſpirituale quotuplex. ibid.
Otium ab omnibus rebus reprehenſibile. ibid.
Ouis patientiam denotat. 372

P

PAcem quæ & quot bona ſequantur. 57.58
Paci quinque contrariantur. 59
Pacis diuerſa ſunt genera. 58
Pacis falſæ tres ſpecies. ibid.
deſcriptio Pacis. ibid.
fructus Pacis. 50
Pacis concordia hominem facit filium Dei. 61
quinam Pacificus. 59
in tribus conſiſtit Pacificus animæ ſtatus. ibid.
Pax in anima dupliciter eſſe poteſt. 57
quid vera Pax. 55
Pax huius temporis variatur. ibid.
tunc eſt Pax integra quando homo cum tribus eſt pacificus, & qui ſunt illi tres. ibid.
Pax quid. 57. & ſecundum Diuum Auguſtinum. 58
Pax animæ cum carne. 60
Pax cum mundo. ibid.
Pax à diabolo acquirenda eſt. ibid.
Panis ſpiritualis melior cibo corporeo, 374
Paradiſi ſunt infinitæ deliciæ. 474
ad Paradiſi viam obſtruendam dæmon eſt maxime ſollicitus. ibid.
Paradiſi via ſecreta eſt via conſiliorum. 305
Paradiſus habet duas vias. 358
Parentes tenemur amare propter tria. ibid.
Parentes timere debent filij 202
Parentes debent reuereri. ibid.
Parentes in tribus debent honorare. ibid.
Parentibus debent filij obedire. ibid.
Parentes debent filij ſupportare. 203
Parentes debent imitari. ibid.
Parentes debent nutrire. ibid.
cur Parentes à filiis non honorantur & vnde hoc procedit. ibid.
erga Parentes ſeptem ſunt obligationes. 201
ex Parentum defectu filij ſunt aliquando vitioſi. 203
Parentes non honorans qua pœna plectitur. 204
in Parentes debemus eſſe pij. 101
Parentibus tenemur obedire. 9
honor Parentum in quo conſiſtit. 101
Parentibus æquiualens non poſſumus reddere. ibid.
Parium tria ſunt genera. 10
Parſimonia vnde. 1
Quæ ſeruanda in victu & veſtitu. ibid.
Quæ in vigilia & ſomno. 2
Quæ in labore & otio. ibid.
tria ſunt conſideranda in vera parſimonia. ibid.
Paſſio Chriſti remedium contra plurima. 93
Paſſio Chriſti habet duodecim folia ſed duplicata. & ſeqq. 326.327.328
Paſſio Chriſti duodecim habet fructus. 322. 323. 324
Paſſionis Chriſti meditatio eſt remedium ad luxuriam. 397
Paſſionis cortex amara, fructus verò dulcis. 322
Pater baptiſans infantulum in periculo exiſtentem vti poteſt matrimonio. 392
Patientia quid in nobis denotat. 180
Patientia maximè neceſſaria. 179
Patriarchæ duodecim ſunt duodecim principes exercitus, ad expugnandum cælum. 355
ad Patientiam dupliciter ſe habet homo. 63
Pauli raptus. 55
Pauper ſpiritu quid habet cum Angelis commune. 32
Pauper lætatur. 28
Pauper ſpiritu quot modis dicitur. 26
Pauper ſpiritu verè humilis. 27
Pauperes quomodo poſſunt eſſe miſericordes. 47
Pauperi ſpiritu propter tria debetur regnum cœlorum. 28
Pauperibus ſubuenire opus magnæ charitatis. 26
ſub nomine Pauperis intelligitur omnis habens indigentiam temporalium. 50
Paupertas ad quid ordinat. 21
Paupertas genus quoddam martyrij eſt. 64
Paupertas aduerſatur tumori. 22
Paupertas collocat hominem in regno cœlorum. 28
Paupertas quotuplex. 24
Paupertas quænam laudabilis. ibid.
Paupertas voluntaria è cœlo eſt. ibid.
Paupertas ſimulata redarguitur. 26
Paupertas vera nihil ducere debet præter animam. 27
Paupertas ſpiritu quid. 28
Paupertas ſponſa Chriſti & ſocia. ibid.
Paupertas omnibus præponenda. 29
Paupertas & perſecutio temporalis ſunt ſorores. 28
Paupertas ditiſſima eſt. 27.28
Paupertas euangelica contemptus omnium terrenorum. 25
Paupertas neceſſaria. ibid. paupertas ad bonum impellit tripliciter. 67
Paupertate regnum cœlorum emitur. 29
ad Paupertatem ſequendam adhortatio. 28
Paupertatem patienter ferens, moleſtior eſt. 25
Paupertatis amor magna virtus. 24
Paupertatis potentia, beatitudo & ſecuritas. 27.28
Paupertatis veræ encomia. 29

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Peccans mortaliter præponit bonum commutabile bono æterno & infinito. 417
tripliciter quis peccare potest. 148
Peccata separant nos à Deo. 323
quanto plura peccata habemus tanto plures gratias perdimus. 307
contra Peccata resistentia designatur mysticè per Arietem. 449
in Peccata quis potest labi nouem modis. 216.217
vt in Peccata quis labi potest nouem modis, ita è contrario totidem oppositis potest à peccatis resurgere & in gratiam Dei redire. 265
Peccata naturalia remittit Deus. 269
contra peccata sancta indignatio mystice designatur per taurum. 450
Peccata sunt semina diaboli. 381
Peccata quomodo debemus confiteri. 463
Peccati initium, capitale vitium, & radix malorum quî differunt. 450
Peccata aliqua per se sunt mala. 492
Peccati initium quid & quotuplex. ibid.
Peccati omnis initium insipientia est. ibid.
periculo peccati mortalis nullus se exponere debet. 493
Peccati circunstantia potest esse peccatum mortale. 225
Peccati occasio est fugienda. 453
Peccati radix quid & quotuplex. 450
In Peccati statu confusio 477
Peccati dolor debet esse triplex. 472
ex Peccato homo est bellua. 457
ex Peccato hominis vniuersa mala. ibid.
peccato tres animæ facultates percutiuntur. 307.308
an Peccato commisso quis statim teneatur confiteri. 465
in Peccato duo sunt, scilicet offensa Dei, & libido deordinata. 405
in Peccato moriens est extra salutem. 476
in Peccato existens moriuus. 320
Peccator moriens septem habet dolores & quos. 310
Peccator seruus peccati. 86
Peccator omnis dum viuit potest pœnitere. 308
Peccator scorpionibus comparatur. 427
Peccatori volenti redire ad Deum non denegatur gratia. 280
Peccatorum duo sunt genera. 320
Peccatorum causæ quænam. 481
Peccatorum tria genera qui lapidatores Christi dicuntur. 266
de Peccatorum præteritorum detestatione & exprobratione. 449
Peccatorum detestationem designat Capricornus. ibid.
Peccatorum fletus per aquarium mysticè designatur. ibid.
Peccatorum pœnitentiæ complacentia designatur mysticè per pisces. ibid.
Peccatum Sodomiticum quinque habet. 205
Peccatum septem habet maledictiones. 307
Peccatum est animæ vulneratiuum. ibid.
Peccatum animam omni bono spoliat. 308
Peccatum animam deturpat. ibid.
Peccatum animam obligat in inferno. ibid.
Peccatum est animæ malorum amaricatiuum. 309
Peccatum cor indurat. ibid.
Peccatum cor inducit ad insensibilitatem. ibid.
Peccatum est putredo & corruptio humanæ naturæ. 424
Peccatum licet sit finitum, tamen durat in infinitum. 417
Peccatum est contra Dei voluntatem. 492
Peccatum alio maius dicitur & duplici modo videlicet aut quia communius aut damnosius. 429
Peccatum locutionis maius est peccato taciturnitatis & econtra. 429.430
Peccatum mortale quid ex D. Augustino. 450
Peccatum est dipsas. 452
Peccatum mortale est equuleus conscientiæ. 315
Peccatum mortale occidit Deum. 324
Peccatum mortale est infinitum malum. 323
Peccatum mortale est lapis percutiens Christum. 340
Peccatum & delictum quî differunt. 451
Peccatum insurgit à tribus partibus. 374
Peccatum quotuplex. 230
Peccatum quid secundum D. Augustinum. 407
Peccatum cogitationis comparatum cuniculo. 450
Peccatum locutionis arieti. ibid.
Peccatum operationis testudini. ibid.
Peccatum obstinationis castro. ibid.
Peccatum est mors animæ. 158
Peccatur tripliciter in legem Dei. 200
Peregrinus pes est Christi. 323
Perfectio vitæ perfectæ posita est in pœnis sufferendis. 326
ad Perfectionem pertinet bene agere sicut & mala pati. 62
Persecutio vnde orta. ibid.
persecutionem triplicem iustus quilibet pati potest. ibid.
Persecutionem patientibus regnum cœlorum possessoriè promittitur. 64
Perseuerantia facit martyrem. ibid.
Perseuerantia vsque in finem necessaria. 370
Perseuerare est cœnare cum Deo. 367
Perseuerantiæ necessitas. 75
Persona offensa quanto est maior, tanto est culpa maior. 270
perturbationes animi sunt remedium contra carnis concupiscentiam. 398
Petrus quid interpretatur. 201
Phariſæus reprehensus à Christo de superbia, tepiditate & ariditate. 294
Philistiim ruina interpretatur. 79
Picturæ sunt litteræ. 306
Pietas magna virtus est, quæ, ad quid valet & quotuplex. 22
Pietas diuinalis quæ. ibid.
Pietas quid & per quid differt à misericordia. 47
tria sunt opera per quæ cor humanum efficitur pium erga Deum. ibid.
Spiritualis quæ, & quotuplex eius opus. 15. pietas corporalis quæ & quot modis pietas fieri potest. 17
sub pallio pietatis sæpe scelera perpetrantur. 4
opus pietatis erga Deum est oratio. 2. 3. 4. confessio & communio. 14
Pisces denotant mysticè delectationem in amaritudine pœnitentiæ. 449
plantæ habent dualitatem. 478
Pœna facit martyrem. 62
Pœna correspondet delicto. 34
Pœna est medicina quædam. 405.406
Pœna damnatorum duplex extrinseca & intrinseca. 418
Pœna æterna debetur demerito. 417
Pœnæ sunt duæ in inferno scilicet duratio & intensio. ibid.
Pœnitens comparatur arieti. 449
Pœnitentia non est differenda. 475
Pœnitentia sancti Ioannis Baptistæ nos debet à mundi deliciis retrahere. ibid.
Pœnitentia potest dici vita religiosa. 477
Pœnitentia exprimitur per hordeum. 375
Pœnitentia sine humilitate non est pœnitentia. 463
in Pœnitentia est iudicium. 458
Pœnitentia sequitur velox consilium. 152
in Pœnitentia est necessaria prudentia. 459
Pœnitentia stat in tribus. 200
Pœnitentia est resurrectio à peccatis. 265
Pœnitentia duos habet sapores, dulcem & amarum. 370
Pœnitentiam qui differt magno se obiicit periculo. 475
an Pœnitentiam à superiori iniunctam inferior homo possit relaxare. 410
Pœnitentiæ congruæ & respondentes peccatis debent imponi. 276
Pœnitentem an audire potest vnus, & alius absoluere 466
Pœnitentis cor Deus inhabitat. 35
Ponderatio diuinorum beneficiorum & peccatorum nostrorum mysticè per libræ signum demonstratur. 451
summi Pontificis encomia. 482
Populus comparatus ficui. 170
Potentia Dei infinita per coronam stellarum duodecim significatur & quæ illæ, duodecim earum effectus. 337 338. & seqq.
Potentia attribuitur primæ personæ Trinitatis. 428
Potestas Iurisdictionis est data in plebis vtilitatem sacerdoti. 468
Prandium Dei est consolatio puræ conscientiæ. 368
Præcepta affirmatiua & negatiua quî differunt. 450
Præcepta diuina in triplici parte hominis scripta sunt. 7
Præceptorum via est via lata vitæ æternæ. ibid.
Prædicator bonus tria in se habere debet. 310
Prædicator est lingua Christi. 323
Prædicatores non debent incorrigibiles prædicare. 429
Prædicatores & minores possunt audire confessiones. 468
Prædestinationis signum in vita affligi. 41
Prælati imperium obligatorium est, prout est visibile 488
quando Prælati imperium non admittendum. ibid.
Prælati non debent prædicare incorrigibiles. 429
Prælato non est obediendum contra Dei præceptum. 489
Prælato peccatori debemus obedire. 486

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

ad Prælatos quomodo intelligendus est recursus. 493
Prælatus est oculus Christi. 223
Prælatus quid non potest imperare. 493
Prælatus propter obseruantiam regulæ est institutus. ibid.
Prælatus non potest attringere ad aliquam imperfectionem. 491.
an Prælatus possit astringere ad ea quæ regula in nostra libera voluntate relinquit. ibid.
Prælatus debet habere lumen sapientiæ. 186
debet suarum esse memor culparum. 227
debet in eo esse iustitiæ discretio. ibid.
prælatus habet vnde humilietur. 487
Prælatus locans domos Iudæis fœnerantibus est suspensus. 392
Prælatus quando tacens peccat. 419
Præsumptio : præsumptuosi à Deo miracula petunt. 141
Præsumptio maximè fugienda. 145
Principia generationis rerum sunt duo. 48.62
Priuilegio non gaudere debet qui eo abutitur. 468
Prophetiæ spiritus nunquam datus est de actu matrimoniali, & ratio. 396
in Prosperis & aduersis Deo gratiæ sunt agendæ. 428
Prosperitas designata per dexteram. 199
Prosperitas ad cæcitatem nos ducit. 179
Prosperitas oculos obcæcat. 37
Prosperitas periculosior aduersitate. 5
Proximi confusio non quærenda. 100
Proximo toties condonandum quoties possumus. ibid.
Proximo tria damna fiunt & quæ. 340
Proximo parcere tenemur multis rationibus. ibid.
Proximo desiderare debemus quæ nobis desideramus etiam inimico. 9
Proximo quis nocere potest tripliciter. 8
Proximo quot damna inferri possunt. 244
Proximo damnum spirituale fieri potest tripliciter. ibid.
Proximo damnum corporale fieri potest tripliciter. 189
Proximo damnum temporale quomodo fit. 247
Proximus quot modis infamatur secundum doctores. 245
Prudentia debet regere cæteras virtutes. 199
Prudentia vtilissima est. 93
Prudentia quid. 130
Prudentis officium. ibid.
Publicani vnde dicti. 352
Pugna spiritualis triplex. 76
in omni pugna sex victoriam parant. 86
in Pugna duo maxime necessaria. 88
in Pugna spirituali quæ necessaria. 90
Pugna continua est vita nostra. 75
ad quid pugnat diabolus contra nos. 76
qui non apti pugnæ. ibid.
cuius conditionis debent esse fortiores pugnatores. 77
Pugnæ spirituali aptissimi sunt religiosi. ibid.
quinque signa veri pugnatoris. 78
quæ in bene pugnante debet esse statura. ibid.
quisnam vere Pugnator Christianus. ibid.
in Pugnante spirituali quinque debent esse signa. 79
Pugnantes se exercere debent in arduis. ibid.
Pugnæ locus quatuor habere debet. 80.81
ad Pugnam spiritualem quatuor sunt necessaria. 80
Pugnator bonus quas conditiones habere debet. 81.82
artem Pugnandi spiritualiter tria probant. ibid.
huius artis Pugnandi doctor tria habere debet. ibid.
ad Pugnam quodnam tempus conueniens & quæ in tempore attendenda. 90
Pugnatorum arma quæ & quotuplicia. 98
Purgatio fit per contrarium. 412
Purgatio duplex. 413
Purpura quid signat. 285

R

Radix peccati, peccati initium, & capitale vitium quî differunt 450
Radix peccati quid & quotuplex. ibid.
Radix omnium malorum est auaritia. 451
Radix omnium malorum est amor proprius & priuatus. ibid.
Ramatha interpretatur memoria. 401
Raphael quid interpretatur. 132
Raptus Pauli. 55
Ratio nos ab animalibus separat. 95
Regnare non potest qui non parcit. 33
Regnum spiritale triplex scilicet mundi, carnis & diaboli. 357
Regnum diaboli pejus est regno mundi & carnis. 358
Regula fratrum Minorum tria vouet principaliter & quæ. 478
in Regula fratrum Minorum triplex obedientia reperitur. 493
de Regula quædam sunt explicite, quædam implicite. 491
Regulæ exire limites duobiciter id intelligi potest. ibid.
in Regula fratrum Minorum, licet humilis videatur est altitudo. 493
Religio validis rationibus ius suum tuetur contra mundum. 483
Religio in principio sanctior & quare. ibid.
Religio tribus stabilitur. ibid.
Religio cur instituta. ibid.
Religio difficile ruit paupertate voluntaria manente. 484
Religionis encomia. 483
Religio gaudet vita contemplatiua & actiua. 485
Religionem ingredi cogentes reprehenduntur. 67
Religiosi pugnæ spirituali aptissimi. ibid.
Religiosis maxime necessaria humilitas. 103
in Remissione tria sunt scilicet remittens, dispositio remittendi in eo cui remittitur, tertio ille cui remittitur. 445
in Remittente duo sunt, scilicet misericordia & iustitia. ibid.
Remorsum conscientiæ scorpio demonstrat. 451
Reprobis omnia ad desiderium contingunt. 178
Resistentiam contra peccata designat Aries. 449
Restitutio rei alienæ debet fieri quam primum. 251
quando Restitutio fieri debet creditori. 253. & quomodo. ibid.
Restitutio in quo loco debet fieri vbi quatuor notanda. 273.274
Restitutio ei fieri debet cui tenetur, circa quam quatuor notanda. 272.273
circa hanc Restitutionem tres assignantur rationes. 1.2
an quis Restituere volens ablata, condendo testamentum iubeat restitui, satisfaciat. 251
quis non Restituere valens sine suo damno quid agere debet 252
Restituendi quotuplex licentia. ibid.
an quis Restituere & soluere sibimet possit absque quod officium iudicis imploret. 258.259
in quibus casibus restitui rem debet imperare confessor. 259
ad quid Restituere & quare tenemur varij proponuntur casus & soluuntur. 259.260.261
quomodo restituere tenetur fauens vsurario. 262
ad Restitutionem tenetur notarius inducens ad fœnerandum. & conficiens instrumentum. 272
Restituenda sunt primum male acquisita. 273
Restitutionis perfectæ signa. 274
qui Restituere debet non tenetur ob quatuor. ibid.
Res spirituales prius creduntur quam intelliguntur, è contra res naturales. 318
in Resurrectione Christi quatuor sunt, lætitia scilicet materna, victorialis, cordialis, & generalis. 333.334

S

S Littera significat iustitiam inclinatam cum misericordia ad soluendum debitum peccati Adæ. 353
S littera significat diuinam gratiam. 352
Sacerdos proprius propriè quis. 459
Sacerdos doctus quærendus est ad confessionem. ibid. 462
an Sacerdos quilibet potest exercere actum iurisdictionis. 467
Sacerdos, cui cura animarum commissa habet potestatem audiendi confessiones. ibid.
Sacerdos approbatus in vno Episcopatu ad audiendum confessiones in alio non censetur. 468
Sacerdos minor in maiorem non habet potestatem. 468
an Sacerdos tenetur credere subdito dicenti se alteri confessum esse. 468
Sacerdotes proprij tres sunt. ibid.
Sacerdotes debent honorari licet mali & quare. 338
Sacerdotes præferuntur V. Mariæ quare. ibid.
Sacerdotes debent quotidie communicare. 313
Sacerdoti data est potestas iurisdictionis non in suum fauorem sed in plebis vtilitatem. 467
ad Sacerdotem est recurrendum cum in aliquo deficimus 483

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Sacramenta ſunt arma Chriſtiano neceſſaria. 87. 88
Sacramenta ſunt arma defenſiua. 99
Sacramentorum ſuſceptio eſt neceſſaria. 458
Sacrilegium eſt ſuam cognoſcere in Eccleſia. 61
Sæculi lætitia vera inſania. 474
in hoc ſæculo non niſi viget amor turpis. ibid.
Sæculum eſt mare. ibid.
Sæculum via eſt. 92
Sagitta vnde. 452
Sagittarius myſticè deſignat conſiderationem humanarum miſeriarum. ibid.
Salamandra viuit in igne. 422
Salus ex gratia & ex libero arbitrio. 440
Samaritana quid interpretatur. 236
Samaritana fugiebat à Chriſto & Chriſtus ſequebatur eam. 235
Samaritana illuminata amore illuſtrato cur reliquit hydriam, & abiit in ciuitatem. 238
Samaria quid. 236
Samſon cum maxilla aſini occidit mille Philiſtæos. 79
Samſon fortis interpretatur. ibid.
Samſonem ligauit Dalila quinque ligamentis. 209
Sancti omnes tribus modis gratias ſunt adepti. 378
Sancti canunt cantilenam in laudem Dei & honorem, cuius cantilenæ ſunt viginti quatuor ſtantiæ. 347 348
Sancti ſemper ſitiunt & comparatio. 238
Sanctos non poſſumus imitari. 161
Sanir quid ſignat. 170
Sanguis vix perceptibilis ſenſu fuit materia corporis Ieſu Chriſti. 352
Sapientia humana, quæ. 441
Sapientia attribuitur ſecundæ perſonæ Trinitatis. 428
Sapientia vocatur aurum ignitum. 359
Sapientia illuminat intellectum vt ſciat & cognoſcat veritatem. ibid.
Sapientia dirigit voluntatem. 395
Sapientia deſtructa omnia opera pereunt. ibid.
Sapientia quotuplex. 199
Sapientia vniuerſaliter eſt diſtribuenda, & non particulariter retinenda. 379
Satanæ ſunt tres vicarij. 443. 444. 445
Satanæ ſunt ſexdecim duces. 442
Satisfactio eſt facienda vt impetremus poſtulationem. 306
Satisfactio facta in peccato ad plura eſt vtilis. 408
Satisfactio quotuplex. 405
Satisfactio quid. ibid.
Satisfactionis opera debent fieri per opera pœnalia. 406
Satisfactio facta in peccato ad plura eſt vtilis. 406
Satisfactio quotuplex. 406
Satisfactio quid. ibid.
Satisfactionis opera debent fieri per opera pœnalia. 406
Satisfactionis tres ſunt partes principales ſcilicet oratio, ieiunium, eleemoſyna. 406
de Satisfactionis inualiditate. 407
de Satisfactionis reiteratione. ibid.
de Satisfactionis viuificatione. 408
de Satisfactionis valore. ibid.
de Satisfactionis ceſſatione. 467
de Satisfactionis commutatione. ibid.
Satisfactionis maior pars eſt verecundia in confitente. 470
Satisfacere extra charitatem ſi eſt poſſibile. 407
ex Scandalis bonum elicit Deus. 148
Scandalum quid. 147
quotuplex. ibid.
quando ab aliquo ceſſandum propter ſcandalum. 148
An homo obligetur veniale peccatum committere propter ſcandalum. ibid.
Scandalum ſumitur communiter pro obſtaculo. 149
ex tribus oritur ſcandalum. 150
Scandalum actiuum quid. 148
ad vitandum Scandalum nullus venialiter peccare debet. 148
Scandalum vnde poteſt oriri 12
Scalæ tres quibus videre poſſumus Deum. 342
Scalæ ad Chriſtum crucifigendum cur tres appoſitæ. 328
Scientia debet eſſe à diuina inſpiratione. 377
in Scientia profectus fit regulis quatuor. ibid.
de Scientia diuina & terrena plus acquirit, qui magis adhæret Chriſto. ibid.
Scientia debet maximè æſtimari. 380
Scientia à Deo datur. 377
Scientia cultui Dei poſtponenda. 101
Scientia perfecta in admonendo. 105
Scientiam habere periculoſum quando inde homo inflatur. 369
ad Scientiam bene agendi duodecim gradibus ſeu luminibus perfectionis proficit ſpiritus rationalis. 436
ad Scientiam capeſcendam ſeruandæ ſunt ſeptem regulæ. 380. 381. 382
Scorpio myſticè deſignat remorſum malæ conſcientiæ. 451
Scorpio vnde dictus. ibid.
Sebtauo-Abedon interpretatur exterminans, & eſt princeps diuiſionum. 382
Sene luxurioſo nihil deterius. 376
Sepeliri quid. 417
Seruorum miſera conditio. 425
Seueritas minus agit in corrigendo quam benenolentia. 71
Signum Crucis eſt defenſiuum contra malignos ſpiritus. 398
Signum piſcis denotat delectationem in amaritudine pœnitentiæ myſticè. 466
Signum non eſt illud quod ſignificat. 336
Silentium duplex laudabile & vituperabile, ſilentium indiſcretum derelinquit eos in errorem qui erudiri poterant. 427
Simeon interpretatur obedientia. 351
Similitudo & imago in quo differunt. 455
Sinai dentes mei interpretatur. 436
Siniſtra deſignat aduerſitatem. 199
Sitis vel eſuries ſumitur dupliciter. 45
Sodomia grauiſſimum præ cæteris peccatum. 221
ad Sodomitas admonitio. ibid.
Sodomiticum peccatum quinque habet. 205
Sodomitæ dicuntur cornuti quare. ibid.
Sodomitæ cor induratum tribus de cauſis. ibid.
Sodomitæ tribus modis decipiunt pueros. 206
Sodomitæ tres cauſæ deſperationis. ibid.
Sodomitas excæcat amor propriæ carnis. ibid.
Sodomitæ tria ſunt mala. 204
Sodoma quid ſignificat. 207
Sodomitas punit Chriſtus tripliciter. 206. 207
Sodomitæ comparantur vineæ. ibid.
ob Sodomiam Dominus combuſſit quinque ciuitates. ibid.
Sodomita eſt equus diaboli. 207
Sol habet tres proprietates. 353
Sol Paradiſi eſt Chriſtus in quantum Deus. ibid.
Soli gratia comparatur. ibid.
nimius Somnus nociuus. 5
Sopor quid. 444
Spes eſt altus amor. 169
Spes noſtra in Deo eſt collocanda. 451
Spiritualiter plures decipiuntur. 144
in Spiritualibus ſentimentis ſunt quatuor deceptiones. 145
in Spiritualibus exercitiis maxima diſcretio neceſſaria. 146
in Spiritualibus deceptionibus quomodo ſe induit falſitas. 147
Sub pallio ſpiritus plures decipiuntur. ibid.
Spiritualis morbus periculoſior eſt corporali, 460
Spiritus ſanctus eſt Dei digitus. 98
Spiritus ſanctus habet triplicem ſpirandi modum ad bona omnia. 442
Spiritus rationalis duo habere debet, ſcilicet ſcientiam bene agendi, & affectionem ad bene agendum. 436
Spiritus rationalis in affectione ſua bene diſponitur ad ſeipſum per quatuor perfectiones. ibid.
Spiritus rationalis bene diſponitur circa affectionem proximi per quatuordecim perfectiones. ibid.
Spiritus rationalis bene diſponitur circa Dei perfectionem duodecim perfectionibus. ibid.
Spiritus ſancti viſitatio ad quid datur. 145
Spiritus erroris primus dux ſathanæ cum exercitu ſuo ſeducit intelligentiam per ignorantiam credendorum. 443
Spiritus vertiginis ſecundus dux ſathanæ cum exercitu ſuo ſeducit intelligentiam per ignorantiam agendorum. ibid.
Satanæ primus vicarius eſt ſpiritus mendax. 443
Satanæ ſecundus vicarius ſpiritus igneus ſeu ardens denominatur. 444
Satanæ tertius vicarius eſt Angelus Domini, ſcilicet diabolus aduerſarius noſter. 445
Spiritus nequam quartus dux ſatanæ cum exercitu ſuo incendit hominum voluntatem contra Dei potentiam. 444
Spiritus diuinationis quintus dux ſatanæ cum exercitu ſuo incendit hominum voluntatem contra Dei ſapientiam. ibid.
Spiritus blaſphemiæ ſextus dux ſatanæ cum exercitu ſuo incen

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

incendit hominum voluntatem contra clementiam Dei 445
Spiritus tumoris ſeptimus dux ſatanæ cum exercitu ſuo impellit ad ſuperbiam. 446
Spiritus malus octauus dux ſatanæ cum ſuo exercitu impellit ad inuidiam. ibid.
Spiritus peſſimus concitat animas ad ſex filias iræ. 447
Spiritus peſſimus nonus dux ſatanæ cum ſuo exercitu impellit ad iracundiam. ibid.
Spiritus ſurdus & mutus decimus dux ſatanæ cum ſuo exercitu impellit ad auaritiam. ibid.
Spiritus ſurdus & mutus animas impellit ad ſeptem auaritiæ filias. ibid.
Spiritus infirmitatis vndecimus dux ſatanæ cum ſuo exercitu conatur animas ad acediam inclinare. ibid.
Spiritus immundus duodecimus dux ſatanæ cum ſuo exercitu impellit ad gulam. ibid.
Spiritus fornicationis cum exercitu ſuo impeilit ad omnem luxuriam 11
Spiritus fornicationis laborat impellere animas ad octo luxuriæ differentias. 448
Spiritus immundus impellit ad quinque modos peccandi in gula. ibid.
Spiritus ſoporis 3. dux ſatanæ cum exercitu ſuo ſeducit intelligentiam per ignorantiam vitandorum. 443
Status humanæ naturæ triplex conſideratio. 424
Sex ſtatus hominum laboribus pleni, ſcilicet ſtatus pauperum, diuitum, ſeruorum & ſubditorum, liberorum & dominorum, continentium, & coniugatorum. 425
Status damnatorum perfecta diſtantia differt à ſtatu beatorum. 419
Stadium vnde dictum. 208
Stella minima pulchrior & maior tota terra. 297
Studium ſcripturarum eſt remedium ad luxuriam. 59
Studium quid. 41
Studium litterarum habet amaritudinem & dulcedinem. 378
Studij impedimentum eſt non timere Deum. 380
Studentes non debent curare de nobilibus veſtibus & pretioſis. ibid.
Studens debet eſſe tranquillus. ibid.
Studens debet ordinare vitam ſuam. 381
Sudor ſanguineus in Chriſto quare & vnde. 326
Subiici alteri quando malum & non malum eſt. 486
Superbia quid ex D. Auguſtino. 431
Superbia quid. 446
Superbia in oculis. 440
Superbos homines dominium efficit. 105
Superbia comparata igni incendiario. 119
Superbia radix malitiæ. 27
à Superbia reuocamur per conſiderationem noſtræ miſeriæ. 35
in Superioribus diſcretio requiritur. 70
non debent eſſe graues in imperio. 71
Superiorum hominum quot ſunt genera. 9
Superiorum quanta debet eſſe ſollicitudo ad inferiores & ſimilitudo. 43.44
Superioribus debet ſubiici qui vult imperare inferioribus. 59
Supportatio quid. 48
Supplicium facit martyrum. 62
Symeon quid denotat. 136
Symeon procurator generis humani. 373
Syon interpretatur ſpeculatio. 349.378

T

TAcere tempore quo tenetur homo & poteſt loqui peccatum eſt maxime triplici tempore primo tempore laudationis, confeſſionis, & correptionis. 427.428
Tacere non licet tempore confeſſionis. 428
Tacere non licet tempore correptionis. 428
quando Tacere eſt peccatum mortale vel veniale. ibid.
Tacere quando eſt veniale peccatum. 429
Tacere maius peccatum quam loqui. 450
Tactus in corpore glorioſo dotes habebit. 346
Taxilli ſunt miſſale dæmoniorum. 269
Taxillorum luſores ſunt lapidatores Chriſti. 267
Tempus quadruplex myſtice. 398
Tempus mortis incertum. 475
Tempus male conſumptum eſt deflendum. ibid.
Tentare quid. 140
quot ſunt tentationes quibus diabolus animam tentat. 164
quot modi quibus diabolus tentat. 165
exiguis tentationibus eſt obuiandum. ibid.
quatuor ſunt pericula in tentatione. 166
quatuor ſunt remedia contra tentationem. ibid.
cur hominem aliquando diabolus non tentat. 178
Tepiditas ſpiritualis quid, quotuplex & quot circa eam conſiderationes. 190
Tepiditas magna animæ ægritudo. 191
Tepidi quid de ſe & quot ſibi reputant. ibid.
Tepiditatum vna bona, alia mala. 367
Terra eſt ſchola Dei. 296
Terra ſignificat proſperitates. 354
Terra terrenos homines indicat. 435
Terrena ſunt contemnenda. 475
Teſtamenti noui & veteris diſcrimen. 171
Teſtamenti noui lex præceptum filij Dei. 177
Theologia vocatur bonitas. 377
Thomas interpretatur amor. 264
Thronus deſignat diuinitatem. 169
Timor extremi iudicij myſticè demonſtratur per Leonem. 450
Timor ſeruilis quis. 463
Timor triplex gratiæ, culpæ & gloriæ. 449
Timor neceſſarius. 70
Tormenta inferni qualia ſunt excogitari non poteſt. 476
Tormenta damnatorum nunquam minuentur. 477
Transformatio quatuor requirit. 368
Tranſſubſtantiatio corporis Chriſti eſt incomprehenſibilis. 315
Triumphus quid & cur fiebat. 123
Triumphus vnde dicitur. ibid.
Triumphus quomodo fiebat antiquitus. ibid.
de Triumpho Chriſti ex diabolo ſpiritalis adaptatio. 121. 123
Tumor mentis obſtaculum eſt veritatis. 11
Turtur benevolentiam denotat. 372

V

EX VAnitate quatuor mala procedunt. 282
VAnitates ſigna venditionis mulierum ad inſtar equorum. ibid.
Vanitatum inuentio peccatum. ibid.
Verbum Dei eſt ſol animæ eo deficiente anima moritur, ſimilitudo. 182
Verbum Dei maxime diabolo odibile. ibid.
Verbum Dei irradiat mentem. ibid.
Verbum Dei eſt cynoſura mentis. ibid.
aſſimilatur ſpeculo ibid. eſt lex Domini ibid. eſt veluti gladius anceps, qui delectatur in audiendo verbum Dei reſpuit cætera mundi gaudia. ibid.
Is qui non poteſt audire Verbum Dei cui comparatur. ibid.
Verbum Dei eſt hamus. ibid.
Verbum Dei inflammat animam veluti ignis. 183. induratum confringit & emendat. ibid.
defendit à peccatis. ibid.
quot ſunt qui nolunt audire verbum Dei. ibid.
obliuio Verbi Dei tripliciter contingit. ibid.
vt ex auditione Verbi Dei fructus percipiatur ſeptem conditiones requiruntur, & quæ ſunt. 184
cur audiendo Verbum Dei homines non corriguntur. 195
Verbum carnem aſſumpſit potius ad ſolam Virginem ſaluandam quam omnes alias creaturas. 369
Veritas maxime neceſſaria in doctoribus. 102
Veritas vitæ quid. 12
Veritas iuſtitiæ in quibus eſſe debet. ibid.
Veritatem tacere licet quandoque, contra veritatem loqui nunquam licet. ibid.
elatus Spiritus veritatem odit, & quibus comparatur 11
Veritatis obſtaculum tumor mentis. 11
aſſentiri debemus veritati corde, ore & opere. 11. 12
in Veritate doctrinæ duo ſunt conſideranda. 12
non deſinendum Veritatem facere licet à multis detrahamur. ibid.
ſicuti aſſentiendum eſt triplici veritati ita triplici excellentiori veritati excellentiori modo adhærendum eſt. ibid.
Veritas triplex. ibid. earumque diſtinctio ſecundum tres animæ vires. ibid.
Vtilius naſci permittitur ſcandalum quam veritatem relinqui. ibid.
Veritatis indagandæ gratia eſt diſputandum. 486
Veritatem non dicens quomodo excuſatur à mendacio. 463
qui in Veritate ambulat non triſtatur. 171
Vermis & remorſus conſcientiæ de malis commiſſis erit in damnatis. 418
Vermis ex putrefactione oritur & mordet illud in quo oritur

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

oritur. 419
Veſtis tria ſignificat. 363
Veteron quid interpretatur. 285
Vexilla antiquitus in honore. 94
Via regia quæ ducit ad cœlum eſt ſtricta. 474
Via perditionis eſt lata, & multi eam quærunt, & cur. 474
Via arcta non attendenda ſed terminus quò ducit. 475
ad Viam Paradiſi obſtruendam maxime eſt ſolicitus dæmon. 474
Via ſecreta Paradiſi eſt via conſiliorum. 305
Via lata vitæ æternæ eſt via præceptorum. ibid.
Vidua quænam eſt. 373
Vidua ornari debet tribus virtutibus. ibid.
Vidua debet eſſe deuota. ibid.
Vidua nunquam debet eſſe otioſa. ibid.
Vidua debet eſſe contra peccatum vigilantiſſima. 374
Vidua vincere debet tentationes. ibid.
Vidua vincere debet tentationes carnis. ibid.
Vidua ſubtrahere debet delicias. ibid.
Vidua conuerſationes malas debet fugere. ibid.
Vidua debet temperare ſenſus corporeos. ibid.
Vidua vincere debet mundum. ibid.
Vidua ſponſum debet habere Chriſtum. ibid.
Vidua otioſa vituperatur. 375
Vidua dicere debet horas canonicas. ibid.
Vidua defendi debet. ibid.
Vidua pigra eſt camera omnium vitiorum. 376
Vidua curioſa eſt vituperanda. ibid.
Vidua impudica maxime eſt vituperanda. ibid.
Vidua ſi nubit ex duobus alterutrum effugere non poteſt. ibidem
Vidua non debet nubere vt conſulit ſanctus Bernatdinus. 376
Viduatis triplex ſtatus, ſcilicet commendabilis, honorabilis, & vituperabilis. 373
Vini vſus Romanis mulieribus incognitus. 101
Vinum gratiæ Dei quid. 364
Vinum culpæ quid. ibid.
Vinum gloriæ quid. 364
Vinum eſt lætitia. 201
Vinum mundi quale. ibid.
Vinum iræ Dei quid operatur. ibid.
Vinum fugiendum à Chriſti ſponſâ, & ab hominibus. 398
Virga Aaron deſignat virginitatem Beatæ Mariæ Virginis. 284
Virgo Maria ſemel Chriſtum vocauit filium. 384
Virgo Maria eſt templum Sanctum Sanctorum. 371
Virgo Maria ſex habuit notabiles gratias ante annuntiationem. ibidem.
Virgo Maria cognitiones quatuor habuit, dum Dei filium geſtaret in vtero. ibid.
Virgo Maria cognouit omnes ſcientias, & naturas rerum tam creatarum, quàm increatarum. ibid.
Virgo Maria non minùs, quàm Adam ante peccatum cognoſcebat res & earum proprietates. ibid.
Virgo Maria virtutem dignitati matris conuenientem habebat. ibidem.
Virgo Maria meditabatur illa verba Iſaiæ: *Ecce Virgo*, &c. cum Angelus eam ſalutauit. ibid.
Virgo Maria fuit altiſſimi ſenſus. ibid.
Virgo Maria plus contemplabatur dormiendo, quàm alij vigilantes. ibid.
Virgo Maria fuit conformis voluntati Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. 373
Virgo Maria non fuit concepta in peccato originali, quare. 343
Virgo Maria eſt proxeneta diuini amoris. 360
Beata Virgo fuit honeſtate decorata. 288
Beata Virgo valde prudens. 289
Beata Virgo quò maiores gratias habebat, eò humilior. 289
Beata Virgo non fuit cauſa vllæ tentationis. 280
Virgo Maria crucifixa in cruce cum Chriſto filio ſuo. 325
Virgo Mariæ præferuntur ſacerdotes quare. 338
cur Virgini Mariæ reuelatum non fuit futuram Dei matrem. 366
Virginis ſignum quæ ſine fructu eſt, myſticè deſignat propriæ infœcunditatis conſiderationem. 451
Virginis Mariæ dolor maior, quàm omnes creaturæ ſufferre poſſent. 325
Virginis Mariæ ad filium ſuum è cruce depoſitum inter ſua brachia allocutio. 331
Viribus propriis non eſt fidendum. 485
Viro bono quatuor ſunt neceſſaria. 58
Virtus quid. 143
Virtutum connexio. ibid.
Virtutis meritum & præmium. 144
omnis Virtus crux dici poteſt. 160
Virtus in medio. 77
Virtus in opprobrio eſt. 96
Virtutes otio marceſcunt. 63
Virtutum duo genera. 20
tres Virtutes quæ requiruntur ad Chriſtianam vitam. 1
Viſio quotuplex. 334
Viſio corporalis quando illuditur. ibid.
Viſio ſpiritualis decipi non poteſt. ibid.
Viſio Dei quid. 46
Viſio triplex in patria. 45
Viſus diſponit animas ad cogitationes turpes. 398
Viſus in Paradiſo voluptate perfundetur. 404
Viſus corporis beati habebit nouem dotes. 446
Vita præſens eſt curſus ad mortem. 411
Vita beata in quo conſiſtit. 29
Vita moralis in tribus bonis conſiſtit. 57
Vita actiua ad contemplatiuam dirigenda. 22
Vita hominis miſera. 35
Vita actiua deſignatur per quatuor animalia Ezechielis. 199
Vita Religioſa poteſt dici pœnitentia. 477
Vita contemplatiua & actiua gaudet Religio. 486
Vita nobilium debet eſſe virtutibus exercitata. ibid.
Vita hominis eſt in continuo bello. 382
Vita nobilium debet eſſe immaculata. 379
Vita nobilium debet eſſe regulata. ibid.
Vita nobilium debet eſſe diſciplinata. ibid.
Vitæ lignum cur homini tribuitur. 456
Vitæ lignum eſt typus Sacramenti. ibid.
Vitæ actiuæ ſex ſunt opera reſpondentia ſex diebus creationis. 452
cum Vitæ emendatione nos accuſare debemus. 475
Vitæ æternæ gaudia quæ. 477
Vitæ præteritæ conſideratio deſignatur myſticè per cancrum. 450
Viuendi triplex eſt genus. 454
Viuentes delitioſe ſunt inſenſibiles, ſimilitudo. 439
Vitium humanum eſt peccatum excuſare. 428
Vitium capitale, peccati initium, & radix malorum quî differunt. 429
Vmbilicus quid. 377
Vmbilicus interpretatur cognitio tuæ fragilitatis, & iniquitatis. ibidem.
Vngulæ vituli myſticè deſignant diſcretionem. 450
Vnio vbi eſt ibi Deus, vbi diuiſio ibi diabolus. 393
Voluntas propria eſt beſtiæ character. 440
Voluntas imperat membris. 395
Voluntas bona ſoli comparatur. 336
Voluntas bona eſt theſaurus abſconditus in agro corporis noſtri. ibid.
Voluntatem propriam omnes fere ſequuntur. 440
Voluntati propriæ qui non renunciat, non amouet à ſe radicem omuium malorum. 494
Voluntatis propriæ abdicatio eſt obedientiæ fundamentum. 493
Vota Religionis ſunt ſapientia Dei. 338
Vox habet eſſe à forma, exemplum. 395
Vriel quid interpretatur. 133
Vrſus mel diligit, & pedes lingit. 434
Vſura poteſt interuenire in mercatura quatuor modis. 257
Vſura poteſt apparere dupliciter in contractibus. 258
Vſura eſt contra naturam. 239
quod Vſura eſt prohibita probatur. ibid.
quod Vſura eſt contra legem naturæ oſtenditur quatuor rationibus 240
Vſura non eſt in locatione & conditione oſtenditur per tres rationes. ibid.
Vſura eſt nutritiua omnium vitiorum. 241
Vſura eſt ars deſidum. 243
Vſura eſt ars maximè abominanda. ibid.
Vſura facit hominem deſperatum. ibid.
Vſura eleuat verecundiam ab homine. ibid.
ad Vſuram accipiens dupliciter poteſt peccare mortaliter. 272
ad Vſuram accipiens vt non peccet quæ neceſſaria. ibid.
Vſurarij male moriuntur. 271
Vſurarij ſimiles regi qui vitam regiam degeret in luto. 296
Vſurario fauens quomodo teneatur reſtituere. 262
Vſurario medicus non poteſt mederi. 363
an Vſurario ſit facienda reſtitutio. ibid.

Vſurarium

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Vsurarium multi sequuntur, persequuntur dæmones. 239
Vsurarius proprie est equus diaboli. 241
Vsurarius est fur. ibid.
Vsurarius destruit charitatem. ibid.
Vsurarius est crudelis. ibid.
Vsurarius est proditor proximi. ibid.
Vsurarij impietas. ibid.
Vsurarij plurimæ malitiæ. ibid.
Vsurarius sit cœcus. ibid.
Vsurarius semper sitit. ibid. 242
Vsurarius est de lucro certus. 242
Vsurarius est securus de pignore. ibid.
Vsurarius semper surgit bona hora & habet maxime in deuotione sanctum Antonium. ibid.
Vsurarius nullatenus potest dormire. ibid.
Vsurarius est tenax & moritur sicut canis desperatus. ibid.
Vsurarius semper exercetur in malo. 243
Vsurarius obliuiscitur Deum. ibid.
Vsurarius est diaboli quoties fœneratur. ibid.
Vsurarius cum moritur omnes gaudent. ibid.
Vsurarius est porcus diaboli. ibid.
Vsurarius ab omnibus sanctis derelinquitur quare. ibid.
Vsurarius ab omnibus creaturis derelinquitur quare. ibid.
Vsurarius quando & quibus de causis potest absolui. 251
Vsus moderatus non potest dici superfluus. 454
Vsus carnium non semper prohibetur. 481
Vxor est vas mariti & econtra. 220
Vxor non tenetur obedire marito in tribus periculis. ibid.
An Vxor fidem frangendo grauius peccet quam vir 279
cum Vxore luxuriari quando est peccatum mortale. 222
Vxorem appetendo quando interuenit peccatum. ibid.
Vxorem honestam debet amare maritus ob tres causas. 279
Vxorem occidens maritus plus peccat quam occidens matrem. ibid.
Vxori datur annulus triplici de causa. ibid.

Z.

Zabulum interpretatur habitaculum fortitudinis. 356
Zelus quid. 11. triplex zelus. ibid. zelus veritatis quid. ibid.
Zelus & liuor quomodo seiungendi à se inuicem. 177

FINIS.

ART 1740820

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

VIII
G19

Digitized by Google